AVGVSTINI BARBOSÆ I.V.D. TRACTATVS VARII.

A-15-74

R-5525

VARIÆ TRACTATIONES IVRIS:

IN QVIBVS CONTINENTVR QVINQVE
Tractatus Legales iuxta seriem alphabeticam
breui methodo dispositi:
VIDELICET:

I. *De Axiomatibus Iuris vsufrequentioribus.*
II. *De Appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione.*
III. *De Locis communibus Argumentorum Iuris.*
IV. *De Clausulis vsufrequentioribus.*
V. *De Dictionibus vsufrequentioribus.*

Circa Iudiciorum, Contractuum, Vltimarum voluntatum, & Delictorum cognitionem, in disputando, & consulendo valdè vtiles, & necessarij.

Auctore

AVGVSTINO BARBOSA V. I. Doctore, Lusitano, Protonotario Apostolico.

DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2. C. 28 N. 11.



LVGDVNI,
Sumptibus LAVRENTII DVRAND.

M. D C. X X X I.

Cum Priuilegiis Summi Pontificis, & Regis Christianissimi.

Illustrissimo & Excellentissimo

DOMINO COMITI DE OLIVARES, PRO CONSILIIS POTENTISSIMI PHILIPPI IV. STATVS, ET BELLI, necnon erga omnia Regis auriculæ Consiliario fidentissimo,

AVGVSTINVS BARBOSA *V. I. D. Lusitanus.*

AVDAX fortè, fortè & importunus videri Excellentiæ Tuæ potero, Illustrissime & Excellentissime Domine, quòd tanto rerum culmine iugiter distentum, intempestiuis hisce meis lychnis & lucubrationibus, interpellare non sim veritus. Et quidem, vt audaciam meam non diffitear, neque importunitatem, qui coram te adeundi occasionem rapuisse potiùs quàm præstolatum me esse agnosco; clypeum tamen immensæ illius & innatæ Tibi, benignitatis ne dixerim, an generositatis ambigo, præ me quasi certum velum pudori meo obiectum ferens, qua amplecti omnes, & longè trahere prædicaris, vbi magis increpandum quis me dixerit, ibi ab Excellentia Tua intuendum magis fore confido, & honestandum. Putà quæ proprij nominis, quin & cognominis, significationem nil vnquam frustrans, id extrà præstare sueuit, quod intus sonat. GVZMAN enim & ductor, siue scaturitor mannæ interpretatum: nam est Gvz in sacra lingua, & ductor, MAN, manna; non nisi dulcedinem spirare se & fauorem profitetur apertè: adeóque Solis instar radios frigidis quibusque, & mortificatis calefaciendis, & viuificandis emittere. Et cùm sit Oliua misericordiæ, condonationis, & æternitatis symbolum, OLIVARIVS Comes dum dicitur, æternæ benignitatis socius indicatur, & ex qua certam mihi audaciæ meæ condonationem assequutum veriùs quàm expectare me spero. Eius effectus experimentum maximo illo Religionis nostræ Patriarcha Dominico demonstrante, & Gentiles suos, quorum Tu es tempestate nostra primarius, ab se nũquam degeneraturos spondente. Vt diuino afflatu sicut in omnibus Dominum nostrum Regem permotum obseruare possimus, dum ex Hispania tota Te vnum elegit, neque alium si ex Orbe vniuerso voluisset, electu-

rus, qui aurium, oculorum, manuum, dicam & cordium omnium vices ipsius Maiestati præstares, non nisi grauissima quæque tantorum Regnorum munia audiens, inspectans, tractans, & cogitans, quo debita cuique & expedita, neque minus exacta rectitudine gubernarentur. Hæreditaria quippè mente vsus est ille ad ministros sibi auita item experientia probatos asciscendos. Quia dum recogitat quanto affectu auus suus PHILIPPVS II. Henricum Patrem tuum ob summam ipsius sapientiam, prudentiam, vigilantiam, dexteritatem, fidem, & integritatem amplexus fuerit, & quo effectu res vbique semper feliciter gesserit, Tibi se totum committere, Regnorum suorum tutelam maximam esse dignouit. Qui scilicet quasi in experimenti prælo impressus viuam Patris tum imaginem referens, tum & mentem tenens, æquam in rerum expeditione manum adhiberes ad omnia. Ecquam enim prolem aliam produxisset ille, quàm qui quasi ad futurum opus seminandum per Orbem, ab rege suo honoratus vbique, & Regiis muneribus ornatus mittebatur? Maximè verò ne dum è propria eáque felice natura, sed & è locorum, vbi generare contigisset, felicitate superno Numine ità præordinante adiutus. Nam si Te Romæ ad Pontificem. Max. Orator susceperit, quomodo non Te benegnissimum sub tam benigno, & tam sancto Cælo susceptum dicam? Sed temerarius adhuc essem, & qui quasi sponte submergi elegissem, si in Tuorum, tuorúmque meritorum, laudumque pelagus velle eloquentissimis quibusque impermeabile, absque aliis, vt aiunt, ingredi balbutiente lingua auderem. Quare in littore potius consistere tutior commemorata hæc tantùm Excellentiæ Tuæ velim, vt si me importunum experitur, ex tantis eius illecebris tractum excusans, aduentantem externè importunitatem, cum insita illi internè tantuplicis bonitatis opportunitate commitiget. Cùm præcipuè post non breuem adeò peregrinationem in patriam reuersurus ad Excellentiam Tuam diuertere naturali quadam obligatione coactus fuerim. Qui enim Lusitanus homo Romæ toto biluſtro prò ominoso ipsi patriæ nomine suos lusit annos, non prius illuc regredi vt onere omni solutus debebat, quàm illam non Lusitaniæ solùm, sed & Hispaniæ totius (quidni & magnæ Orbis partis) tutelarem, & patronum coram veneratus abiret. At verò vbi nè hoc quidem facere licebat, nisi & inertiæ vitæ suæ specimen ipsi aliquod offerret, chimistarum imitari morem coactus fui, qui post multam & temporis, & substantiæ iacturam in colligendis sarcinulis paucula quædam vascula, eáque & futilia, reliqua ex multis & maioribus hinc inde frustra distractis inuenientes, illa ad Templa deferunt, vt si fortè fortunam ipsis miseratus commutet Deus. Sic ergo & ego vt Iuris Commentaria non pauca, neque adeò pœnitenda, si qua est vulgo fides, consummauerim, omnibus tamen in moræ loco abdicatis potius quàm vtrumque dicatis, linea expeditus, relictus, & vacuus, aliud ad præsens Excellentiæ Tuæ offerendum non habui, quàm leuiusculum hoc. Quod tamen non è magnitudine, sed ex offerentis deuotione ab illa inspectandum spero,

quan

quando & Deus magis interdum inſpicere illos ſolet, qui paruis quibuſdam voti ſignis Templa caſto animo frequentant, quàm qui impuro magnis parietes potius onerare, ſuáſque opes oſtentare quàm ipſum honorare velle videntur. Idque tanto certius mihi ab Excellentia tua ſpondeo, quanto ſæpius alios illa magnos facere ſueuit, maior ipſa fieri ab aliis, neque re cumulando, neque laudum præconiis celebrando potens, iam neque re, neque gloria ampliore indiga, aut cupida, quæ nec quo

Vt maior fiat creſcere poßit habet.

Tanta ſcilicet ab Rege ſuo cumulata, vt maiore cumulari nequire ipſo ſuo ſtatu explicato, quaſi vexillo demonſtret potius quàm dicat. Atque inde agere magna non magna polliceri ſtudioſa ita ſe in omnibus comparare aſſuefecit, vt in ipſa dignitate ſuperior omnibus, omnibus æqualem præſtare ſe gaudeat, pariter, & oſtendens iuſtitiam ſe non ob imbecillitatem, ſed ob humanitatem, & æquitatem colere, adeóque non alios Solis quàm quo animus intra fulget, radios extra emittere. Vale.

PRIVILE

PRIVILEGIVM SVMMI PONTIFICIS.

VRBANVS VIII. SERVVS SERVORVM DEI, ad futuram rei memoriam. Romanum decet Pontificem perſonas litterarum ſcientiis prædictas, ac maximis, longis, immenſiſque laboribus in componendis, & edendis libris, ex quibus Reſpubl. Chriſtiana incrementum ſuſcipiat, indefeſſas, prærogatiuis, & gratiis ſingularibus cohonestare, quò feruentiùs in eiſdem laboribus perſiſtant, atque alij eorum exemplo ad huiuſce generis virtutes peramplius excitentur. Cùm itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Auguſtinus Barboſa Presbyter Bracharienſis, Iuris vtriuſque Doctor ſpatio plurium annorum ad Catholicæ fidei propagationem, ſedisque Apoſtolicæ exaltationem libellum, cui titulus, VARIÆ TRACTATIONES IVRIS, *in quibus continentur quinque Tractatus Legales, &c.* deinde Tractatum, cui titulus eſt, Paſtoralis ſolicitudinis, ſiue de Officio, & Poteſtate Epiſcopi tripartita deſcriptio, & nouiſſimè Opus quoddà vniuerſæ Chriſtianæ Reſpub. vtile, & neceſſarium, nuncupatum, Collectanea Doctorum, tam veterum, &c. ſuper quinque priores Decretalium libros; duobus tomis diſtincta, ſub noſtris auſpicijs hac in Vrbe in lucem ediderit. Nunc verò alia opera, videlicet Selectæ Iuris Canonici interpretationes, addendas dictis Collectaneis Doctorum ſuper quinque priores Decretalium libros, necnon Additiones quaſdam ad dictum tractatum de Officio, & Poteſtate Epiſcopi, ac etiam prædictorum Collectaneorum tomum Tertium ſuper Sextum, Clementinas, & Extrauagantes, ac ſelectiora Decreti Capitula, & ſucceſſiuè Quartum, Quintum, & Sextum tomos ſuper Ius Ciuile vniuerſum, necnon tractatum de Clauſum poteſtate, & denique Canonicarum quæſtionum libros quinque, ad publicam omnium, & præſertim iuris ſtudioſorum vtilitatem, & commoditatem imprimi facere intendat, in quibus componendis multum laboris, & expenſarum impendit. Verùm dubitat ne alij ex alieno labore lucrum quærentes, volumina, tractatus, & opera huiuſmodi, tamquàm ſua, quàm edenda imprimere, ſeu reimprimere præſumant in magnum ſui præiudicium. Nos idcirco prædicti Auguſtini indemnitati, vt par eſt, hac in parte prouidere, eumque intuitu, & contemplatione tot laborum ſpecialis gratiæ fauore, proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, quibus quomodolibet innodatus exiſtat, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. MOTV, PROPRIO non ad ipſius Auguſtini, vel alterius pro eo ſuper hoc nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera voluntate, & certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eidem Auguſtino pro ſe, & hæredibus, ac ſucceſſoribus ſuis quibuſcumque, vt ad viginti annos quoad iam edita à data præſentium, quo verò ad alia ſupra expreſſa, dummodò tamen prius iuxta formam facti Concilij Tridentini examinata, & approbata fuerint, edenda in lucem opera ab eorum etiam cum additionibus, & additionibus impreſſione numerandos, nemo prorſus tam in Statu Eccleſiaſtico mediatè, vel immediatè ſubiectus, quàm etiam citra, vel vltra Montes exiſtens prædicta omnia, & ſingula volumina, tractatus, & opera in toto, vel in parte, etiam cum additionibus, vel annotationibus, aut alias quouis modo ſine ſpeciali dicti Auguſtini, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum eorundem, vel ab eis ius habentium, licentia in ſcriptis habita, imprimere, ſeu reimprimere, aut ab alijs imprimi, ſeu reimprimi facere, aut impreſſa, ſeu reimpreſſa vendere, vel venalia habere, proponere, aut alias edere, vel euulgare, aut etiam pro vſu proprio habere, vel tenere poſſit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus, & ſingulis typographis, bibliopolis, & librorum impreſſoribus, aliiſque quibuſuis perſonis quauis auctoritate, licentia, & facultate fulgentibus, tam in ſtatu Eccleſiaſtico mediate, vel immediatè ſubiectis, quàm etiam citra, & vltra Montes exiſtentibus ſub excommunicationis, à qua contrauenientes, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti, abſolui nequeant, & quingentorum Ducatorum auri de Camera, & amiſſionis librorum pœnis, totiès quoties contrauentum fuerit, ipſo facto, & abſque declaratione vlla incurrendis pro vna Auguſtino, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus prædictis, ac iis ab eis habentibus huiuſmodi, pro altera verò Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicandis, & irremiſſibiliter exigendis, ne durante tempore viginti annorum, vt ſupra computandorum huiuſmodi tractatus, volumina, ſeu opera, aut eorum quoduis, in toto, vel in parte, etiam cum additionibus, & annotationibus, aut aliàs quouis modo, ſeu mutato titulo abſque ſpeciali Aug. eiuſque hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis ius habentium prædictorum licentia in ſcriptis habita imprimere, ſeu reimprimere, vel imprimi, ſeu reimprimi facere, aut venalia habere, proponere, ſeu aliàs edere, vel euulgare, ſeu quouis modo clam, vel palam diſtrahere, aut pro vſu proprio tenere quoquomodo audeant, ſeu præſumant. Mandátes inſuper vniuerſis, atque etiam ſingulis Legatis, & Vicelegatis dictæ Sedis, eiuſque ditionis Gubernatoribus, & aliis Iuſtitiæ miniſtris, Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis vbique exiſtentibus, vt quoties pro Auguſtini, ac hæredum & ſucceſſorum, iuſque ab eis habentium prædictorum parte requiſiti fuerint, vel eorum aliquis requiſitus fuerit, illius efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes præmiſſa omnia ad omnem Auguſtini, & hæredum, ac ſucceſſorum, iuſque ab eis habentium prædictorum requiſitione contra inobedientes, & rebelles pœnas prædictas irremiſſibiliter exequantur, implorato, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Non obſtantibus quibuſuis conſtitutionibus, ordinationibus, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam Iuramentis, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & forma, ac cum quibuſcumque clauſulis, & decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus, etiamſi pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hæc ſeruanda foret, ipſis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſè MOTV SIMILI DEROGAMVS, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Et quia difficile foret præſentes litteras ad quælibet loca deferri. Volumus autem, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernimus, quod illarum tranſſumptis, etiam in ipſis voluminibus, & operibus, ac eorum quouis impreſſis, eadem in iudicio, & extra illud fides vbique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, conceſſionis, indulti, inhibitionis, mandati, & derogationis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſimo ſexto, quintodecimo kalendas Septembris, Pontificatus Noſtri Anno quarto.

Locus † figilli plumbei.

Regiſt. fol. 1. lib. 4.

VIRTVTE ſupradicti Priuilegij à S. P. V. D. VRBANO, *Diuina Prouidentia* PAPA VIII, *mihi conceſſi, Concedo ego Auguſtinus Barboſa V. I. D. Luſitanus, Domino Laurentio Durand, Lugdunenſi Bibliopolæ, vt* VARIAS TRACTATIONES IVRIS, in quibus continentur quinque Tractatus Legales, &c. *imprimere & vendere poſſit. Datum Romæ 4. die Aprilis 1628.*

Ita ego AVGVSTINVS BARBOSA, *manu propria.*

APPROBATIO.

AVGVSTINI BARBOSÆ Opus, quod inſcribitur, VARIÆ TRACTATIONES IVRIS, *in quibus continentur quinque Tractatus Legales, &c.* attentè perlegi, & cùm in illo omnia ſana ſint, & nihil quod à fide diſcrepet habeat, in commune bonum & commodum in lucem prodibit, & ita ſentimus. Actum Lugduni 10. Maij 1630.

Fr. Robertus Berthelot, Epiſc. Damaſci.

Frater Iulianus Ioubert, Magiſter & Prior Conuentus Lugdunenſis Ordinis Fratrum Prædicatorum.

Fr. Claudius Cochet.

Summa Priuilegij Regis Chriſtianiſſimi.

LVDOVICVS XIII. Dei gratiâ Galliarum, & Nauarræ Rex Chriſtianiſſimus, ſingulari Priuilegio ſanxit, ne quis per vniuerſos Regnorum ſuorum fines, intra ſex annos, à die finitæ impreſſionis computandos, imprimat, ſeu typis mandandum curet, & venale habeat Opus, quod inſcribitur, VARIÆ TRACTATIONES IVRIS, *in quibus continentur quinque Tractatus Legales, &c.* Autore AVGVSTINO BARBOSA I. V. D. Luſitano, præter LAVRENTIVM DVRAND, Bibliopolam Lugdunenſem, aut illos, quibus ipſemet conceſſerit. Qui ſecùs fecerit, præter Librorum confiſcationem, quater mille librarum illatione mulctabitur, vti latiùs patet in litteris datis Bellocairi, 10. Iulij 1629.

Ex mandato Regis Signatum,

COVPEAV.

IVRIS AXIOMATVM VSVFREQVENTIVM STVDIOSA COLLECTIO, ET EXPOSITIO.

MVLTIS SACRÆ ROTÆ DECISIONIBVS, & quamplurium Doctorum, tam veterum quàm recentiorum resolutionibus locupletata.

AVCTORE
AVGVSTINO BARBOSA I.V.D. LVSITANO,
Prothonotario Apostolico.

AVGVSTINI BARBOSÆ I.V.D. LVSITANI, AXIOMATA IVRIS VSVFREQVENTIORA.

SVMMARIVM.

1 *Absoluere potest, qui potest condemnare.*
2 *Præscripta potestate absoluendi, dicitur etiam præscripta potestas condemnandi.*
3 *Absoluere, & condemnare cõuertibilia sunt.*
4 *Absoluere non potest, qui condemnare non valet.*
5 *Argumentum valet, non potest condemnare, ergo nec absoluere.*
6 *Potestas ligandi eadem est atque soluendi.*
7 *Episcopus non potest absoluere exemptos etiam volentes.*
8 *Absoluere, vel condemnare qui non potest, nunquid condemnandum, seu absoluendum pronunciare possit? remissiuè.*
9 *Absoluere potiùs debet Iudex, quàm condemnare.*
10 *Absoluere nocentem sanctius est, quàm condemnare innocentem.*
11 *Iudex non debet absoluere in dubio, quando agitur de periculo animæ ex absolutione.*
12 *Absolutus expressè dicitur, qui non est condemnatus.*

Absoluere.

AXIOMA I.

1 ABSOLVERE potest, qui potest condemnare, vt per *text. in l. 3. ff. de re iudic.* tradunt *Innoc. in cap. dilecto, de officio Archid. Felin. in cap. auditis. num. 20. in fine, de præscript. Bald. in l. imperium. num. 11. vers. circa vltimum. ff. de iurisdict. omnium Iudic. Herman. Det. in rub. ff. de acquir. possess. num. 18. in fine*, dum aiunt quod ille, qui præ- 2
scripsit potestatem absoluendi, dicitur etiam præscripsisse potestatem condemnandi, *Carrer. in tract. de hæretic. num. 72. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 43. num. 13. in fine, Cardin. Tusch. practic. conclus. lit. A. conclus. 40. num. 1. Farinac. fragment. crimin. p. 1. lit. A. num. 6.*

ABSOLVERE enim, & condemnare conuer- 3
tibilia sunt, & qui vnum potest, potest & aliud, *Rip. in d. l. 3. num. 1. glos. in Clem. cùm à repulsione, de appellat. Felin. in cap. cùm inferior. num. 4. de maiorit. & obed. Menoch. d. q. 43. à princip. Farinac. d. lit. A. num. 7. Ludou. Gomez in cap. 2. §. statuto. num. 48. cum seqq. de constitut. in 6.*

ABSOLVERE igitur non potest, qui con- 4
demnare non valet *! nemo qui condemnare. ff. de regulis Iuris, Socin. Sen. in rubr. ff. de acquiren. possess. num. 8. Menoch. d. q. 43. n. 2. vers. altera est negatiua, & num. 26. cum seqq.* vbi ponit duas declarationes, quæritque, an habenti potestatem absoluendi, & condemnandi, si auferatur potestas condemnandi, censeatur etiam sublata potestas absoluendi; refert *Farinac. d. lit. A. num. 11.* Nam valet in hac materia argumentum 5
negatiuum, sicut & affirmatiuum, non potest condemnare, ergo nec absoluere, vt per *Federic. de Senis conf. 14. incip. Monachus Perusinus. num. 4. vers. in secunda quæstione*, quem refert *Card. Tusch. d. conclus. 40. num. 1.*

Eadem est enim potestas ligandi, atque soluendi, 6
cap. verbum, de pœnitent. distinct. 1. cap. cùm inferior, de maiorit. & obed. Procedit autem de Iure communi regula illa, quis non potest ligare, ergo nec absoluere: secus si de Iure speciali ex priuilegio, quia 7
licèt Episcopus non possit excommunicare, neque ligare exemptos, tamen potest illos volentes absoluere in casibus, in quibus de Iure communi alios subditos absolueret, vt resoluit *Federic. de Senis d. conf. 14. num. 4. vers. in secunda quæstione, vsque ad fin.* prout illum citat *Cardin. Tusch. d. conclus. 40. num. 3.* Verumtamen non placet hæc distinctio *Abb. in cap. significasti. num. 11. vers. his tamen non obstantibus,*

tibus, de foro compet. & Felin. in cap. pastoralis. num. 10. de officio Ordin. quos refert, & sequitur Erasm. à Cochier de iurisdict. Ordin. in exemptos. p. 2. q. 50. à num. 3. dum absolutè resoluunt, exemptos pro absolutione ab excommunicatione non posse se subiicere Ordinario, quia exemptiones non sunt simpliciter concessæ in fauorem exemptorum, sed etiam in fauorem Sanctæ Sedis Apostolicæ, cuius interest habere multos à iurisdictione Ordinariorum ereptos, sibique immediatè subditos, Clem. pastoralis, de re iudic. Abb. d num. 11. vers. & per hoc, Rebuff. resp. 142. Erasm. à Cochier d. tract. lib. 1. quæst. 1. num. 17. Rot. in Vlixbonen. Monasterij 19. Nouembris 1625. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano.

8 ABSOLVERE, vel condemnare qui non potest, nunquid condemnandum, seu absoluendum pronunciare possit? vide latè disputantem Farinac. d. lit. A. num. 12. cum seqq.

9 ABSOLVERE debet potius Iudex in dubio, quàm condemnare, l. Arrianis. ff. de actionib. & oblig. l. fauorabiliores. l. semper in obscuris. ff. de regulis Iuris. cap. 3. de probat. Couarr. variar. lib. 1. cap. 1. num. 2. vers. quartò. Mexi. in tract. taxæ panis. conclus. 1. num. 171. Anton. Monach. Florent. decis. 36. num. 2. Cardin. Tusch. d. lit. A. concl. 41. à num. 1. vbi num. 3.

10 per l. absentem. ff. de pœnis, dicit, quòd sanctius est absoluere nocentem, quàm condemnare innocentem.

11 ABSOLVERE tamen non debet Iudex in dubio, quando agitur de periculo animæ ex absolutione; ideo obligatus restituere vsuras, licèt doceat de restitutione particularium vsurarum diuersis personis facta, tamen debet condemnari ad restitutionem confessatam per defunctum, si non appareat quod sint eædem vsuræ, quia maius est periculum animæ, si non fiat restitutio, quàm importet damnum, si bis soluantur, & restituantur, ita Federic. de Senis conf. 153. col. fin. vers. præmissa locum habent, quem refert Card. Tusch. d. lit. A. conclus. 42. num. 1. vbi num. 2. exemplificat fauore piæ causæ, & animæ in alio casu.

12 Absolutus expressè dicitur, qui non est condemnatus, vt per Sigism. Scacc. de appellationib. q. 17. limit. 6. membr. 9. sub num. 70. & limit. 21. num. 37. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Absurdum in omnibus dispositionibus semper est vitandum.*
2 *Interpretatio largissima fieri debet ad euitandum absurdum.*
3 *Dispositio quantumuis generalis est restringenda, ne sequatur absurdum.*
4 *Verba impropriantur, & intelliguntur eo modo, quo possunt, ad euitandum absurdum.*
5 *Negatiuæ duæ, quæ important vnam affirmatiuam, importabunt negationem duplicatam, vt tollatur absurdum.*
6 *Statuti verba impropriantur, vt euitetur absurdum.*
7 *Interpretationi locus est ad euitandum absurdum, etiamsi statutum excludat omnem interpretationem.*

Absurdum.

AXIOMA II.

ABSVRDVM in omnibus dispositionibus semper est vitandum, l. si ita 39. in fine. ff. de oper. libert. l. nam absurdum. ff. de bonis libert. cap. in Genesi, de elect. Ancharanus conf. 80. incip. Retento ordine. num. 7. Ioan. de Imola conf. 145. num. 2. Ioan. de Anania conf. 27. incip. Viso casu. num. 6. in fine, Abb. conf. 37. arbitror, in princip. vers. sed iste intellectus. lib. 2. Euerard. in topicis legalib. loco 8. Peregr. de fideicommiss. art. 11. num. 46. Card. Mantic. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 7. à princip. & de tacitis & ambig. conuention. lib. 2. tit. 13. per totum. Valasc. consult. 174. num. 11. Card. Tusch. practic. conclus. lit. A. concl. 66. à princip. 1

ABSVRDVM vt euitetur, largissima interpretatio fieri debet, vt per Corn. conf. 188. lib. 2. Crot. in repet. l. omnes populi. num. 186. ff. de iustitia, & iure. Aym. de antiquit. tempor. p. 4. in princip. num. 137. Villagut. in tract. de extensione legum. rubr. de extensione legis correctoria. num. 16. & rubr. de extensione legis correctoria, & pœnalis simul. num. 78. & seq. 2

ABSVRDVM ne sequatur, dispositio quantumuis generalis est restringenda, l. 2. C. de noxalib. actionib. Nicol. Euerard. d. loco 8. num. 4. & 6. decis. Pedam. 90. num. 13. & 19. Hippol. Riminald. in §. 1. num. 50. Instit. per quas personas ius nobis acquir. Alex. conf. 83. Visa facti. num. 11. in fine, & num. 12. vers. iuuantur prædicta. lib. 2. Cardin. Tusch. d. conclus. 66. num. 38. 3

ABSVRDVM vt euitetur, verba impropriantur, & intelliguntur eo modo, quo possunt, Alex. conf. 61. Super eo. num. 4. lib. 1. quem refert Card. Tusch. d. conclus. 66. num. 17. Et ideo duæ negatiuæ, quæ important vnam affirmatiuam, importabunt negationem duplicatam, vt tollatur absurdum, Signerol. de Homed. conf. 34. Si quæritur, nunquid, ante med. Ruin. conf. 37. num. 4. lib. 3. Card. Tusch. d. conclus. 66. num. 20. 4 5

ABSVRDVM vt euitetur, verba statuti impropriantur, Alex. conf. 52. Viso themate. num. 2. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 66. num. 21. & licitum est recedere à propria significatione verborum statuti, Alex. conf. 80. Viso, & opportunè. num. 8. vers. confirmantur prædicta. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 66. num. 30. Et locus est interpretationi, etiamsi statutum excludat omnem interpretationem, Alex. conf. 50. num. 11. vers. etiam ex hoc colligitur. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 66. num. 39. 6 7

SVMMARIVM.

1 *Cautela abundans non nocet.*
2 *Iudex quando potest procedere ad executionem sine sententia, si feratur, quæ non sit lecta, vel non lata in scriptis, non est nulla.*
3 *Libellus si offeratur minus legitimus in causa, in qua non requiritur libellus, non vitiat.*
4 *Depositum nulliter factum in casu, quo sola oblatio verbalis sufficiebat, non vitiat ex quo abundat.*
5 *Citatio partis vbicunque non est necessaria, si fiat, & nulliter, non propterea actus redditur nullus.*

6 *Sententia non vitiatur, si causæ veræ adiiciatur causa falsa abundans.*

7 *Solemnitas non necessaria si minus solemniter fuerit adhibita, non vitiat.*

8 *Cautela abundans nocet, si per illam deueniatur ad actum prohibitum.*

9 *Dispositio tota vitiatur, si id, quod abundat, per errorem loco necessarij, & requisiti sit appositum.*

10 *Cautelæ abundantes augent suspicionem in contractibus suspectis.*

11 *Dilatio debet esse competens, etiamsi assignetur in casu, in quo non debebat assignari.*

12 *Abundare in cautelis necesse est in casibus dubijs.*

Abundans.

AXIOMA III.

1 ABVNDANS cautela non nocet, *l. testamentum. C.de testament. l.penult. C.de euiction. Tiraq. de retractu lig. §.36. glos.2. num.48. in fine, & num.51. Roman. conf.343. incip. Ex proposito. num.7. Surd. decis. 13. num.14. Card.Tusch.practic.concluf. lit.A.concl.67. Paulus Fusc. in singul. lit. A. num.6. Sebast.Naui. in l. non solent 95. ff.de regulis Iuris, Farinac.in praxi crimin. p.3. q.89.num.123. Gonzal. ad reg. 8.Cancellar. glos.6. à num.26. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 141. num.12. Rot.decis.319.num.9.apud Farin. p.1.recent.*

2 Amplia vt procedat, etiamsi id, quod abundat, non est solemniter factum, sed nullum, quia non vitiat, ex adductis per *Federic.de Senis conf.211. col.3. in princip. vers. restat ergo respondere*, vbi ait, quòd quando Iudex potest procedere ad executionem sine sententia, si feratur sententia, quæ non sit iecta, vel non lata in scriptis, non est nulla, prout illum refert *Card.Tusch. d.concluf. 67. num.5.*

3 Vnde si offeratur libellus minus legitimus in causa, in qua non requiritur libellus, non vitiat, *Iaf. in l. vinum. num.33. vers. primò habes. col. penult. ff. si certum petatur, Roman. conf. 497. Dubitatur. num.6. Signorol. conf.41. Omissa narratione, in princip.*

4 Sic etiam depositum nulliter factum in casu, quo sola verbalis oblatio sufficiebat, non vitiat ex quo abundat, *Crauet. conf. 331. num.15. Card. Tusch. d. concluf. 67. num.21.*

5 Sic etiam citatio partis vbicunque non est necessaria, si fiat, & nulliter fiat, non propterea actus redditur nullus, *Marsil. in l. de vnoqueque. num. 42. vers. istud tamen. ff. de re iudic. Roman. conf. 497. Diligenter. num.5. & 6. vers. tertio, Card. Tusch. d. concluf. 67. num. 22.*

6 Hinc etiam sententia non vitiatur, si causæ veræ adiiciatur causa falsa abundans, *Roman. conf.343. Ex proposito. num.8. Card. Tusch. d. concluf. 67. num.32.*

7 Hinc etiam solemnitas non necessaria si minus solemniter fuerit adhibita, non vitiat, *Pute. decis.344. num. 4. in fin. aliàs 334. etiam num. 4. in fin. lib. 2. in correctis.*

8 Limita primò, si per abundantem cautelam deueniatur ad actum prohibitum, quia tunc abundans cautela nocet, vt per *text. in l. pediculis. §. Labeo. ff. de iure & arg. leg. & in l. 1. §. sciendum. ff. de edilit. edict.* resoluunt *Corn. conf. 276. num. 1. vol. 1. Paulus Fuscus vbi suprà.*

9 Limita secundò, nisi id, quod abundat, per errorem loco necessarij, & requisiti sit appositum, quia tunc vitiatur tota dispositio, *Petr. de Anchar. conf. 1. per totum, Card. Tusch. d. concluf. 167. num. 36.*

10 Limita tertiò in contractibus suspectis, in quibus abundantes cautelæ augent suspicionem, *Anchar. conf. 257. Ex ordine, in fine, Tiber. Decian. conf. 32. num. 65. lib. 3. Beroi. conf. 59. num. 14. lib. 1. Corn. conf. 217. in fin. lib. 3. Card. Tusch. d. concluf. 167. num. 43. Menoch. conf. 109. num. 35.*

11 Limita quartò in dilatione, quæ debet esse competens, etiamsi assignetur in casu, in quo non debebat assignari, *Calderinus conf. 134. alias 2. de dilation.* Idem dicendum in suspicione Iudicis allegata, quia licèt non debeat exprimi de necessitate, si tamen exprimatur, & ineptè, vitiatur allegatio, *Bald. conf. 472. Statuto. num. 5. in fin. lib. 1. Card. Tusch. d. concl. 67. num. 40.*

12 ABVNDARE in cautelis necesse est in casibus dubiis, veluti si dubitetur, an actus requirat certam solemnitatem, vel non, ex abundanti debet illa solemnitas adhiberi ad tollendum dubium, *Guid. Pap. decis. 149. Secunda conclusio, circa fin. Calderin. conf. 277. alias 1. de empt. & vendit. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 68.*

SVMMARIVM.

1 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

2 *Guarentigia non valet, si non valet principale instrumentum.*

3 *Fideiussoris obligatio accessoria habet eandem naturam, & conditionem, quam habet obligatio principalis.*

4 *Dispositio concedens aliquid principale, censetur etiam concedere id, quod accessoriè venit ad illud principale.*

5 *Sepultura concessa censetur concessa delatio mortui processionaliter, & celebratio pro defunctis.*

6 *Causa principali, & incidenti accessoria pendente, si principalis est finita, dicitur etiam finita accessoria.*

7 *Accessorium sequitur naturam sui principalis, quamuis accessorium sit dignius quàm principale.*

8 *Parochialis Ecclesia si vniatur accessoriè beneficio simplici, omnimodam naturam, & conditionem beneficij simplicis assumit.*

9 *Accessorium quando venit in necessariam consequentiam principalis, concesso principali censetur concessum accessorium.*

10 *Limita Axioma, vbi militat diuersa ratio, & in actibus denotantibus translationem dominij, vt num. 11.*

12 *Accessorium corruit sublato principali.*

Accessorium.

AXIOMA IV.

1 ACCESSORIVM sequitur naturam sui principalis, *l. etiam. C.de iure dotium, reg. accessorium,*

de regulis Iuris lib.6. exornant *Socin.reg.5. Pute.decis.1. num.2. lib.1. in vtraque edit. Menoch. cons.58.num.13. cum seq. Surd. de aliment. tit.9. q.31. num.8. cum seqq. & decis.88. num.10. Card.Tusch. practic. conclus. tom.1. lit.A. concl. 76. Ioan Franc. Leo in Thesauro fori eccles. siast. p.2. cap. 16. num.70. Anton. Monach. Bononien. decis.27. num.4. & decis.28. num.56. Pichard. ad §. si quis alium.num.32. Instit. de inutilib. stipulationib. Mari. Antonin. variar. resolut. lib.1. resol.72. num.6.*

2 Hinc primò colligitur, non valere guarentigiam habentem executionem paratam, si non valet principale instrumentum, *Socinus in l.1. num.79. vers. quartò limita. ff. soluto matrimon. Roman.cons.42 Visis. num.3. vers. secundò. Alex. cons.32. in princip. lib.2. Card. Tusch. d. lit. A. conclus.77. num.24. & num.30.* ex eo, quia sublato contractu principali, cessat pactum accessorium in eodem contractu appositum, *Anchar. cons.394. num.3.* & plenius *num.5.* Nam quando vnum trahit consequentiam ab alio, si non valet primum, neque valet reliquum, *Signorol. cons.90. num.16. & 18. Card.Tusch.d.conclus.76. num.2.*

3 Secundò colligitur, obligationem fideiussoris accessoriam habere eamdem naturam, & conditionem, quam habet obligatio principalis, *Abb. cons.48. Attingam. col.1. vers. nec obstat iuramentum, iuncta col.2. in fine, vers. descendo. lib.1. Card.Tusch. d. conclus.76. num.21.* ita vt si principalis obligatio sit nulla, aliter quàm Iure speciali, tunc & fideiussio reddatur nulla, *Apostill. ad Alex. cons.59. Viso instrumento. num.11. vers. accessoria. lib.1.*

4 Tertiò colligitur, dispositionem concedentem aliquid principale censeri etiam concedere id, quod accessoriè venit ad illud principale, *cap. prudentiam. §. si verò, de officio deleg.* Vbi notant Doctores, quod delegata causa principali, censentur etiam delegata omnia accessoria ad causam, quem textum ad id notauit *Alberic. in l. cùm principalis. ff. de regulis Iuris*, & aduertit etiam *Euerard. in loco à concessione antecedentis ad concessionem consequentis, post num.2. Aym. de antiquit. tempor. p.4. in princip. num.67.* Vbi propterea subdit, quod consuetudo seu præscriptio, etiam quod sit stricti iuris, & de sui natura non extendenda, extenditur tamen ad accessoria, & præscribens fundum censetur etiam præscribere seruitutem fundo competentem.

5 Hinc etiam concessa sepultura censetur concessa celebratio pro defunctis, *Federic. de Senis cons.186. in princip.* & delatio mortui processionaliter, *Oldrad. cons.225. num.14. in fine, vers. vltimò videtur. Card. Tusch. d. lit. A. conclus.77. num.9. & 10.* Amplia etiam in pœnalibus, correctoriis, & exorbitantibus, vt per *Aym. d.p.4. §. videamus modò. num.36. Nicol. Euerard. in loco à ratione legis larga. num.35. Villagut. in tract. de extensione legum. rubr. de extensione legis correctoriæ, & pœnalis simul. num.266. & seq.* Limita tamen quando illud, quod dicitur accessorium, est arduum, & non fuit verosimiliter cogitatum à concedente, quia tunc accessoria non censentur concessa, concesso principali, *Federic. de Senis cons.191. num.3. vers. ecce opponatur*, quem refert *Card. Tusch. d. lit. A. conclus.79. num.3.*

6 Quartò colligitur, quod pendente causa principali, & incidenti accessoria, si principalis est finita, dicitur etiam finita accessoria, putà actor negauit petitionem veram, per quam incidit in pœnam statuti, si obtinuit in causa principali, quæ est finita per sententiam, non poterit molestari pro pœna negatæ positionis, *Anchar. cons.145. Si dicta positio*, quem refert *Card. Tusch. d. conclus.76. num.22.*

7 Quintò colligitur, Axioma procedere, etiamsi accessorium sit dignius quàm principale, *Roman. cons.330. Circa primum. num.13. in fin.* vbi *Apostill. in verb. dignius, Card. Tusch. d. conclus.76. num.26. D. Barbos. in l. cùm prætor. §. fin. num.211. ff. de iudic.* Et ideo ea, quæ habent diuersam naturam, si annectantur accessoriè alteri rei diuersæ, tunc res annexa tanquam accessoria perdit suam naturam, & recipit naturam principalis, cui fit annexio, *Roman. d. cons.330. num.14.* putà si Parochialis Ec- 8
clesia vniatur accessoriè beneficio simplici, omnimodam naturam, & conditionem beneficij simplicis assumit, *Nauarr. cons.10. num.3. de maiorit. & obed. in nouis, Azorius Instit. moral. p.2. lib.6. cap. 28. q.20. in fin. Nicol. Garc. de benefic. p.11. cap.5. num.195.*

Sextò colligitur, quod quando accessorium venit 9
in necessariam consequentiam principalis, concesso principali censetur concessum accessorium, & alia sine quibus stare non potest, *l.2. ff. de iurisdict. omnium Iudic. Federic. de Senis cons.163. in princip. vers. in contrarium, & cons.186. in princip. Aymon. d.p.4. in princip. num.64. cum seqq. Villagut. in tract. de extensione legum. rubr. de extens. legis correctoriæ. num.17. in nona fallent. Card.Tusch. d. lit. A. conclus.77. num.1.*

Limita primò Axioma nostrum, vbi militat di- 10
uersa ratio, & in separatis, *Alex. cons.4. Circa primum. num.5. lib.1. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg.8. in declarat. Brunor à Sole in locis communib. verb. accessorium, Card. Tusch. lit. A. conclus.76. num.36. & conclus.79. num.4. Franc. Molin. de ritu nupt. lib.1. comp.12. num.22.* Vt quia in principali tractatur de damno, & in accessorio de lucro, *Cranet. in quæst. de indemnit. mulier. num.47. Menoch. cons.58. in fine, vers. ita etiam non refragatur, Card. Tusch. d. conclus.76. num.34.*

Limita secundò in actibus denotantibus trans- 11
lationem dominij, quando omnino non cohæret principali, sed ab eo est diuisibile, *Oldrad. cons.121. num.9. vers. quartò in actibus, Card. Tusch. d. lit. A. conclus.79. num.2.* vbi *num.3.* subdit, idem esse in adiacentiis ad ipsum principale, quia non censentur translatæ, nisi de illis sit dictum, & citat *l. si quoniam. C. de bonis vacant. Oldrad. cons.121. num.11. vers. sextò videtur expressum.*

ACCESSORIVM corruit sublato principali, 12
l. qui liberis. ff. de vulg. & pupill. substit. l. cùm principalis, vbi *Dec. ff. de regulis Iuris. §. fideiussores. Instit. de fideiuss. §. si quis ancillas. Instit de legat. Anchar. cons.394. Dubium est. num.3. Card. Tusch. d. lit. A. conclus.77. num.16. Surd. cons.318. num.5. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg.92.* Vbi declarat procedere in coniunctis, & vbi militat eadem ratio, additque propterea *Ias. in addit. ad Port. in d. §. si quis ancillas*, dicere, quod si lego vaccam cum vitulo, si non valet legatum vaccæ, vt putà si vacca sit mortua (& sic principali sublato, & destructo) non valet nec legatum vituli, id est, vitulus non debebitur, cùm accessoriè veniat vitulus ad vaccam; nam dictio (*cum*) accessoriè coniungit: sed si lego vaccam, & vitulũ, cùm duo sint separata legata, quia dictio (*&*) principaliter coniungit, si non valet legatum vaccæ, vitulus tamen debebitur, cùm tali casu vitulus ad vaccam accessoriè non veniat.

Vnde contractu principali annullato, iuramen- 13
tum, guarentigia, hypotheca, & omnia alia accessoria redduntur nulla, *Gozadin. cons.28. num.27. & seq. Roman. cons.42. Visis quæ egregiè. num.3. vers. secundò, Card. Tusch. d. conclus.77. num.24.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Accidens non potest esse sine subiecto, & substantia.*
2 *Accidentia contractus sunt ea, quæ per legem non insunt, & sine quibus contractus stare potest.*
3 *Accidentia possunt mutari non vitiata substantia, secus è contrà.*
4 *Accidentia extrinseca possunt abesse, & adesse præter subiecti corruptionem.*
5 *Accidentia non possunt mutare substantiam rei, nisi miraculosè.*

Accidens.

AXIOMA V.

1 ACCIDENS non potest esse sine subiecto, & substantia, *l. 4. in fin. ff. de actionib. empti*, tradunt *Curs. Conimbricens. in cap. 2. de complexis, in præambul. prædicamentorum, Bald. in cap. significante. vers. nam accidentia, de appellat. Apostil. ad consil. Romani 91. Visis ac percunctatis. num. 8. in vers. qualitas, Mascard. de probationib. concl. 21. & concl. 1248. n. 4. Mandos. de priuileg. ad instar. glos. 11. nu. 20. Surd. de aliment. tit. 2. in præamb. nu. 2. & tit. 9. q. 29. nu. 23. & decis. 70. n. 6. & cons. 234. n. 23. & cons. 335. n. 13. Card. Tusch. practic. conclus. lit. A. concl. 82. num. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 7. num. 70. & glos. 57. nu. 32. Anton. Monach. Florent. decis. 56. num. 5.* vbi quod supponit substantiam, naturam verò sui subiecti regulariter sequitur, *ex l. eius artificij. C. de operib. libert.* Et quod accidentia, vel qualitas non possunt stare sine subiecto, nisi per viam miraculi, tradit *Anchar. cons. 208. num. 17.* quem refert *Card. Tusch. d. concl. 82. nu. 14. in fine*, vbi *num. 7.* subdit,
2 quod accidentia contractus sunt ea, quæ per legem non insunt, & sine quibus contractus stare potest.
3 ACCIDENTIA possunt mutari non vitiata substantia, secus è contrà, *Calderin. cons. 314. ante med. vers. ad cuius declarationem, alias 11. de feudis, Cardin.*
4 *Tusch. d. concl. 82. num. 1.* Nam accidentia extrinseca possunt abesse, & adesse præter subiecti corruptionem, *l. falsa. ff. de condit. & demonst. l. pacta conuenta. ff. de contrah. empt. l. pro voluntarijs. ff. de impens. in rebus dot. factis*, tradunt *Corras. lib. 3. miscel. cap. 10. num. 10. Zaz. lib. 1. singul. respons. cap. 12. Menoch. cons. 35. n. 19. & cons. 37. num. 98. & cons. 170. n. 23. Surd. cons. 179. num. 7. Glorit. resp. 1. p. 1. num. 166. Porphyr. in prædicabilib. cap. de accidente, Sebast. Medic. de definition. bonorum possess. definit. 100. num. 23. & 27. Card. Tusch.*
5 *d. concl. 82. n. 11. Surd. consil. 179. n. 7.* Non possunt tamen mutare substantiam rei, *Gutier. practic. lib. 3. q. 16. num. 91.* & subiecti, quia euenunt post illius esse perfectum, *Signorol. cons. 51. num. 11. Gom. in §. in personam. num. 14. Instit. de action. Becc. cons. 172. n. 29. vol. 2. Glorit. resp. 1. p. 1. num. 166.* nisi miraculosè, vt ait *Brun. de augmento. quæst. 3. princip. num. 2.* quem refert *Card. Tusch. d. concl. 82. num. 14. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Accingendus de proximo, habetur pro accincto, intellige vt num. 4.*
2 *Datum habetur, quod paratum est vt detur.*
3 *Condemnandus de proximo, habetur pro condemnato.*
4 *Res non iudicatur ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est.*
5 *Expellendus de proximo, non habetur pro expulso.*
6 *Clericus de proximo creandus non habetur pro clerico, ad effectum habendi beneficium, etiamsi incedat in habitu & tonsura, & promoueatur statim.*
7 *Ordo debet præcedere beneficium.*
8 *Capacitas de tempore præsentationis attenditur in beneficijs.*
9 *Patronus quando possit præsentare de proximo clericandum, ostenditur.*
10 *Banniendus de proximo, non habetur pro bannito, vt possit offendi vigore statuti.*

Accingendus.

AXIOMA VI.

1 ACCINGENDVS de proximo, habetur pro accincto, *l. ex eo tempore. ff. de testam. milit. Felin. in cap. eam te. num. 16. vers. erat iste electus, de rescript. Iaf. in auth. si qua mulier. num. 23. & seq. C. de sacrosanct. Eccles. & in l. admonendi, in 1. lect. num. 53. vers. ista tamen regula. ff. si certum petatur, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 83. Thom. de Thomass. in floribus legum. reg. 231. Alex. cons. 129. Super primo. n. 7. 8. & 9. lib. 7. Anchar. cons. 430. Fuisset expediens. num. 2.* Vbi quod habetur pro dato, quod paratum
2 est vt detur, *Ioan. de Imola cons. 31. Ad primum*, vbi ait, huiusmodi Axioma procedere maximè quando agitur de excludenda falsitate, vel delicto, *Roman. in l. admonendi. num. 49. ff. de iureiur.* Vbi quod de proxi-
3 mo condemnandus habetur pro condemnato, & quod idem est in absoluendo de proximo, quia habetur pro absoluto.

Procedit impropriè & fictè, quia verè de proximo
4 accingendus non habetur pro accincto, & destinatio animi non releuat, quia imò destinatum non habetur pro impleto, & res non iudicatur ab eo, quod erit, sed ab eo, quod est, & ideo materia est brocardica, vt dicit *Felin. in cap. cum adeò. num. 4. 5. & 6. de rescript. Roman. in d. l. admonendi. num. 49. Card. Tusch. d. concl. 83. num. 29.* & maximè vbi agitur de forma, vel de pœna incurrenda, vel vbi spes proxima est fallibilis; tunc enim de proximo accingendus non habetur pro accincto, neque actus perficiendus habetur pro perfecto, *Felin. in d. cap. eam te. n. 16. in fin. vers. tamen diuersis modis limitatur. Card. Tusch. d. concl. 83. n. 31.*

Vnde de proximo expellendus non habetur pro
5 expulso, quin interim exigat & consequatur fructus possessionis, quam habet, vt per *Anchar. cons. 285. incip. Tria principaliter. num. 4. & seq.* vbi loquitur in eo, qui soluit Ioanni Bentiuolo, dum immineret expulsio à ciuitate Bononiæ, quia iusta fuit exactio, & maximè quia expulsio erat dubia, licèt proxima ab effectu subsequuta, refert *Card. Tusch. d. concl. 83. n. 33.*

Hinc etiam creandus de proximo clericus non
6 potest habere beneficium, nisi sit actu clericus, quantucunque incedat in habitu & tonsura, & promo-

ueatur

ueatur statim, vt per *Felin. in d. cap. cum adeò. n. 4.*
7 *& seq.* quia Ordo debet præcedere, *Sanchez. de Matrimon. lib. 7. disp. 42. num. 14. Gonzal. ad reg. 8. Cancel.*
8 *glos. 2. n. 66.* & in beneficijs attenditur capacitas de tempore præsentationis, *Mari. Antonin. vari. resolut.*
9 *lib. 1 resol. 19. n. 1.* Poterit tamē patronus de proximo clericandum præsentare in hunc modum: Præsento Petrum de proximo clericandum, & peto eum ordinari. *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. n. 5. & 6.* quem sic intelligit *Massobr. in praxi habendi concursum, prælud. 7. dub. 21. num. 86. secundum Roman. impress.* quod ego recipio, si taliter præsentatus, seu potiùs nominatus, intra tempus ad præsentandum præstitutum Ordines suscipiat, *de offic. & potestate Episcopi p. 3. allegat. 72. num. 78.*
10 Hinc pariter de proximo banniendus non habetur pro bannito, vt possit offendi vigore statuti, *Iaf. in d. l. si qua mulier. num. 23. C. de sacrosanct. Eccles.* quem refert *Cardin. Tusch. d. concl. 183. n. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Accusatore non probante reus absoluitur.*
2 *Accusator vbi nihil probauit, reus præsumptiuè dicitur docuisse de sua innocentia.*
3 *Accusator non probans tenetur ipsi accusato actione iniuriarum.*
4 *Reus etiam homo nequam accusatore non probante absoluitur.*
5 *Actore non probante reus absoluitur, remissiuè.*
6 *Accusatus de crimine læsæ maiestatis, & falsi, an teneatur innocentiam suam probare, ostenditur.*

Accusator.

AXIOMA VII.

1 ACCVSATORE non probante reus absoluitur, etiam quod pro sua innocentia nihil deduxerit, aut probauerit, *l. 1. ff. ad Turpill. l. qui accusare. C. de edendo*, vbi *Iaf. num. 5. Bolognet. num. 1. Curt. iun. num. 4. Alciat. num. 17. & Purpur. etiam num. 17. cap. accusator 6. q. 5. Gig. de crimine læsæ maiest. lib. 2. tit. quomodo crimen læsæ maiest probetur. q. 30. n. 1. Bursat. cons. 246. num. 1. Ioseph. Ludou. concl. 14. in 4. ampl. & Perus. decis. 14. Mascard. de probation. concl. 1224. n. 29. Alex. cons. Viso processu, in princip. & cons. 89. Viso themate. num. 4. & 5. lib. 3. Roman. cons. 167. num. 3. Clar. §. fin. q. 62. in princip. Card. Tusch. lit. A. concl. 117. à*
2 *num. 63.* Nam vbi accusator nihil probauit, reus præsumptiuè dicitur docuisse de sua innocentia, ex *Mascard. d. conclus. 1224. n. 29.*
3 Amplia primò, vt accusatore non probante non solùm absoluendus sit reus, sed etiam accusator teneatur ipsi accusato actione iniuriarum, secundum *Angel. in l. item apud Labeonem. §. si quis libellos. ff. de iniur.* quem refert *Curt. senior in repet. l. admonendi. num. 356. ff. de iureiur. Roland. d. cons. 90. num. 3. & seq. lib. 3.*
4 Amplia secundò, vt procedat etiam quod reus sit homo nequam, ex allegatis per *Ioseph. Ludou. d. concl. 14. in 4. ampliat.* Et procedit Axioma siue in causa criminali procedatur per denunciationem, siue per accusationem, siue per inquisitionem, *Alex. cons. 1. in princip. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 117. n. 67.* siue in causa mixta accusationis, *Alex. cons. 66. col. 2. vers. verùm quia. ub. 1.*

Amplia tertiò in ciuilibus, in quibus vulgatum 5
est Axioma, quod actore non probante reus absoluitur, de quo infrà *Axiom. 10.*

Limita in crimine læsæ maiestatis, in quo si ac- 6
cusator in probando deficiat, accusatus tamen suam innocentiam probare tenetur, & indicia contra se existentia, aut probationibus, aut per torturam purgare, per *text. in l. si quis. C. ad legem Iul. maiest.* tradit *Gig. d. q. 30. in fin.* vbi subdit idem dicendum in crimine falsi, per *text. in l. vbi autem. C. ad legem Cornel. de falsis.* Verùm hæc limitatio non conuenit nostro Axiomati, illa enim præsupponit accusatorem, qui licèt non plenè probauerit, probauit tamen tantum quod accusatum indiciauerit; quo casu nulla est specialitas in crimine læsæ maiestatis, aut crimine falsi, quia in omni crimine nisi reus illa indicia contrariis probationibus eliserit, torquendus est: Axioma verò nostrum intelligitur, & procedit, quando accusator nihil prorsus probauit, nec ad condemnationem, nec ad indicia.

SVMMARIVM.

1 *Acta faciunt rem notoriam.*
2 *Acta facta in iudicio ciuili, an & quando fidem faciant in criminali, & è contrà, remissiuè.*
3 *Acta facta coram Iudice seculari, an & quando fidem faciant coram Iudice Ecclesiastico, remissiuè.*
4 *Acta facta in iudicio summario, an & quando probent in plenario, remissiuè.*
5 *Acta facta in iudicio possessorio, an & quando fidem faciant in petitorio, remissiuè.*

Acta.

AXIOMA VIII.

ACTA faciunt rem notoriam, *l. fin. C. de re iu-* 1
dic. cap. ex insinuatione, de appellat. vbi *Innoc. in fine, cap. cum olim, de verbor signif. Alex. cons. 62. n. 24. vol. 7. Roland. consil. 41. num. 30. vol. 1. Becc. cons. 40. n. 3. vol. 1. Surd. cons. 154. num. 25. & cons. 118. num. 8. vol. 2. & cons. 188. num. 8. Cephal. cons. 602. num. 21. lib. 4. Tiraq. de retractu lig. §. 36. glos. 2. num. 44. Menoch. de interdict. remed. 1. recup. possess. num. 232. & de arbitr. Iudic. casu 166. n. 6. Mascard. de probation. concl. 1101. num. 13. & 14. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 14. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. cap. 15. num. 4. Glorit. resp. 3. num. 26. & resp. 10. num. 39.*

ACTA facta in iudicio ciuili, an & quantam fi- 2
dem faciant in iudicio criminali? Vide *Bart. in l. 2. §. hoc edicto. n. 5.* & ibi *Alex. in addit. lit. F.* & *Angel. num. 8. ff. de vi bonor. rapt. Boss. in tit. de pluribus violent. num. 117. Clar. in pract. §. fin. q. 54. vers. item producantur, Mascard. de probat. conclus. 34. num. 4. Ceuall. communium contra communes. q. 296. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 91. num. 11. Sigism. Scacc. de iudic. causar. ciuilium & crimin. lib. 1. cap. 74.* Et è contrà, an acta facta in iudicio criminali, probent in ciuili? Vide *Felin. in cap. causam, qua. num. 23. de testib. Caputaquen. decis. 57. 105. 106. & 107. lib. 1.*

Mascard.

Mascard. concl. 351. *n.* 3. *Card. Tusch. lit. P. concl.* 790. *Rot. decis.* 639. *n.* 3. *apud Farin. p.* 2. *recent.*

3 ACTA facta coram Iudice seculari, an & qualem fidem faciant coram Iudice Ecclesiastico? Vide *Capell. Tholos. decis.* 199. *vers. item fuit quæsitum, Abb. num.* 10. *Aretin. num.* 21. *Felin. num.* 4. & *Dec. num.* 90. *cum seqq. in cap. at si clerici, de iudic. Card. Tusch. lit. A. conclus.* 91. *num.* 2. *Mascard. concl.* 33. *num.* 24. *& concl.* 149. *Menoch. cons.* 367. *à num.* 22.

4 ACTA facta in iudicio summario, an & quando probent in plenario? Vide *Capr. in tract. de notorio. memb.* 1. *num.* 28. *&* 29. remissiuè *Paul. Tusch. in singular. lit. A. num.* 8. *Natt. cons.* 532. *num.* 10. *lib.* 3. *Gail. lib.* 1. *obseru.* 103. *Mascard. conclus.* 348. *num.* 9. *&* 10. *Card. Tusch. d. lit. A. concl.* 91. *num.* 7. *cum seq. Surd. de aliment. tit.* 1. *q.* 126. *num.* 4.

5 ACTA facta in iudicio possessorio, an & quando faciant fidem in petitorio? Vide *Pute. decis.* 171. *alias* 166. *lib.* 1. *in correctis, Menoch. cons.* 306. *num.* 14. *& num.* 40. *& cons.* 367. *num.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Actio semel extincta non reuiuiscit.*

2 *Statutum liberans fideiussorem, si principalis debitoris persona potest haberi, eo ipso quod est captus, fideiussor est liberatus, nec reuiuiscit obligatio, si relaxetur.*

3 *Actiones suas remittentibus non est dandus ad eas regressus.*

4 *Nemo sine actione in iudicio experitur, nec alium cogere potest, in tantum vt Iudex debeat illum repellere etiam parte non opponente, imò & illa consentiente, vt num.* 5.

6 *Executio datur Manu Regia sine actione in ijs, in quibus dictat ratio naturalis.*

7 *Repræsalia conceduntur sine actione, & officio Iudicis.*

8 *Obligationem annuam habens potest hodie agere, vt cùm venerit dies debitor soluat.*

9 *Iudicis officio quando quis sine actione experiatur, ostenditur.*

10 *Actionem habens rem habere dicitur.*

11 *Actio cui conceditur, multo fortiùs retentio.*

12 *Actio cui conceditur, multo fortiùs exceptio.*

13 *Actio est inanis, quã excludit inopia debitoris.*

14 *Actio personalis non datur contra tertium possessorem.*

15 *Actio personalis, quæ debetur respectu rei, tollitur re perempta.*

Actio.

AXIOMA IX.

1 ACTIO semel extincta non reuiuiscit. *l. qui res. §. aream. ff. de solutionib. l. si vnus. §. sed si pactum. ff. de pactis. l. electio, cum ibi notatis. C. de noxalib. actionib. l. inter stipulantem. §. sacram. vers. nec reuocari. ff. de verb. oblig. l. Manius. §. duorum. ff. de legat.* 2. *l. hæredibus*, vbi *glos.* 1. *ff. ad Trebell.* tradunt *Castren. cons.* 372. *Viso puncto, lib.* 2. *Tiraq. in l. si vnquam. verb. fusce-*

perit liberos. num. 191. *C. de reuocand. donat. Gam. Lusit. decis.* 162. *num.* 4. *in fine, Ioseph. Sesse Aragon. decis.* 133. *n.* 9. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 1. *lit. A. concl.* 116. *per totam*, vbi *num.* 3. post *Signorol. cons.* 85. *n.* 1. *& seq.* hinc propterea colligit, quod si statutum liberet fideiussorem, si principalis debitoris persona potest haberi, eo ipso quod est captus, fideiussor est liberatus, nec reuiuiscit obligatio, si relaxetur. 2

ACTIONES suas remittentibus non est dandus ad eas regressus, *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædilit. edicto. l. fin. ff. de remiss. pignor. §. si quis itaque. Instit. de bonorum possess. cap. ex transmissa, de renunciat. cap. ex ore, de priuileg. cap. quàm periculosam* 7. *q.* 1. tradunt *Tiraq. de retractu lig. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 119. *Cou. vari. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 1. *Surd. decis.* 231. *num.* 13. *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 1. *q.* 13. *num.* 8. *Thom. de Thomass. in floribus legum. reg.* 272. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resol.* 64. *n.* 14. 3

Sine actione nemo in iudicio experitur, nec alium cogere potest. *Isi pupilli. §. videamus. ff. de negot. gestis. l. quoties. §. si temporali, de administ. tutor.* tradunt *Roman. cons.* 22. *Propositæ. num.* 4. *Anch. cons.* 119. *Pluribus de causis, in princ. Ias. in l. si Titius. num.* 3. *ff. de verb. obligat. & in l. vbi pactum. num.* 10. *C. de transact. Mathesil. sing.* 7. *Castren. cons.* 250. *Viso puncto, in princ. lib.* 2. *Alex. cons.* 166. *lib.* 6. *Crauet. cons.* 191. *in princip. Tiraq. in l. si vnquam. verb. reuertatur. num.* 345. *C. de reuocand. donat. Anton. Gomez tom.* 2. *vari. cap.* 11. *n.* 24. *Suar. de Pace in pract. tom.* 3. *in initio. n.* 5. *Ioseph. Sesse Aragon. decis.* 189. *num.* 2. *Anton. Monach. Florent. dec.* 70. *num.* 20. *Cardin. Tusch. d. lit. A. concl.* 109. *num.* 5. *Card. Seraphin. decis.* 640. *n.* 1. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 3. *resolut.* 41. *num.* 2. 4

Amplia in tantum carentem actione non posse agere, vt Iudex debeat talem actorem repellere, si sibi constat ex confessione, vel ex actis quod caret actione, *Ias. in l. vbi pactum. C. de transact. n.* 11. *vers. nota ergo*, vbi *num.* 19. subdit, quod si Iudex non repellat tenetur in syndicatu, *Castren. d. cons.* 250. *in princ. lib.* 2. *Alex. d. cons.* 166. *num.* 4. *vers. imò Iudex. lib.* 6. *Tiraq. d. verb. reuertatur. num.* 346. *Card. Tusch. d. concl.* 109. *num.* 14. Etiam parte non opponente, imò & illa consentiente, adhuc enim pars ipsa non posset audiri, quando omnino deficit actio, quæ nata non sit, *Bart.* & alij *in d. l. vbi pactum, Alex. cons.* 136. *num.* 9. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 190. *num.* 9. *lib.* 1. *Crauet. cons.* 51. *in princip. Cardin. Tusch. d. concl.* 109. *num.* 29. Procedit etiam coram arbitro & arbitratore, *Castren. d. cons.* 250. *in princ. lib.* 2. quem refert *Card. Tusch. d. concl.* 109. *n.* 37. 5

Limita in iis, in quibus dictat ratio naturalis, licèt deficiat actio, vel sit sublata de facto, quia tunc datur executio Manu Regia, prout dabatur antea, si esset actio inuenta, *Alex. cons.* 134. *Animaduersis. num.* 41. *vers. non obstat, & num.* 43. *lib.* 6. quem refert *Card. Tusch. d. concl.* 109. *num.* 43. Et in repræsaliis, quæ conceduntur sine actione, & sine officio Iudicis, sed Manu Regia, prout de Iure gentium omnia Manu Regia exercebantur, *Bart. in tract. repræsaleorum, in* 3. *quæst. num.* 2. *vers. ad primum, in fine, & q.* 4. *in princip. vers. ad primum*, vbi *Apostil. in verbo, Manus Regia.* Limita etiam in habente obligationem annuam, quia potest hodie agere, vt cùm venerit dies debitor soluat, dummodo non vltra quadraginta annos, vt per *Crauet. de antiquit. temp. p.* 4. *§. materia ista. n.* 35. *Card. Tusch. d. concl.* 109. *num.* 45. Limita quoque, quia sine actione quis experitur officio Iudicis contra eum ad quem res mea deuenit ex causa lucratiua sine culpa rei, quia ago contra eum ex æquitate, *l. si me & Titium. ff. si certum pet.* 6 7 8 9

Anch. cons. 23. n. 11. vers. ad secundum, Egid. Bellam. cons. 39. num. 2. vers. nec obstat lex, Card. Tusch. d. concl. 109. num. 46. Vbi *num. 50.* post *Iaf. in §. superst. n. 111. Instit. de actionib.* limitat etiam quando non est sine actione, sed bene exercitium actionis impeditur, vt quia agens non implet, vel non facit quod debet, quia tunc admittitur moræ purgatio; & *num. 53.* post *Alex. cons. 177. in fin. lib. 2.* subdit ad hoc sufficere, si superueniat ipsum exercitium ante conclusum in causa.

10 ACTIONEM habens rem habere dicitur, *l. rem in bonis. ff. de acquir. rerum dominio. l. qui actionem. ff. de regulis Iuris. l. id apud se 143. ff. de verbor. signif.* tradunt *Bertazol. de clausul. instrum. clausu. 27. glos. 6. num. 3. & in repet. l. si quis maior. C. de transact. num. 612. cum seqq. Menoch. cons. 77. num. 17. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 4. cap. 1. num. 3. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 214. num. 291. in 1. edit. alias resolut. 193. num. 5. in 2. edit. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 136. num. 5.*

11 ACTIO cui conceditur, multo fortiùs retentio, *l. si per retentionem. C. de vsuris, Rot. Bononien. decis. 77. num. 4.* Facilius enim conceditur retentio, quàm actio, *l. patre furioso. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. pluribus. ff. de verb. obligat. Surd. de aliment. tit. 3. q. 7. num. 12. & tit. 8. priuil. 28. num. 3. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 7. n. 28. vers. pro hoc, & de potest. eligendi cap. 10. n. 27.*

12 ACTIO cui conceditur, multo fortiùs exceptio, *l. 1. §. qui superficiem. ff. de superficieb. l. inuitus. §. cui damus. ff. de regulis Iuris, cap. qui ad agendum. eod. tit. lib. 6. Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxorem. §. 8. num. 2.* vbi limitat *Surd. cons. 377. num. 45.* Vide infrà *sub verb. Exceptio, n. 1.*

13 ACTIO est inanis, quam excludit inopia debitoris, *l. nam is. ff. de dolo, glos. verb. non est, in l. 1. ff. si ventre nom. mul. cap. olim 2. de restit. spoliator. Marches. de Commiss. p. 3. cap. 1. num. 49. pag. 315. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore. §. 1. n. 3.*

14 ACTIO personalis non datur contra tertium possessorem, *l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. cum cui. C. de action. & oblig. Surd. decis. 52. n. 3. & decis. 173. n. 9. & decis. 236. num. 8. & de aliment. tit. 8. priuil. 48. n. 3. & priuil. 51. num. 2. Cardin. Seraphin. decis. 168. n. 1. & decis. 529. num. 1. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2.*

15 *resol. fin. casu 42. vers. & licet.* Et illa quæ debetur respectu rei, tollitur re perempta, *l. Titia textores, §. fin. ff. de legat. 1. l. in naue. ff. locati. l. 2. in fin. C. de iure emphyt. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 3. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Actor debet sequi forum rei.*

2 *Actore non probante reus absoluitur, multipliciter ampliatur num. 6.*

3 *Ius metimur ex persona actoris, non ex persona rei.*

4 *Reus etiamsi nihil probauerit, actore non probante absoluendus est.*

5 *Beneficialem titulum licèt reus non iustificet, actore non probante absoluendus est.*

7 *Actori non licet, quod reo denegatur.*

8 *Actor & reus sunt correlatiua, & à pari procedunt.*

9 *Actori quod conceditur, censetur etiam concessum reo.*

10 *Actor si impetrauerit causam conuentionis summariè tractari, pariter erit summaria causa reconuentionis rei.*

11 *Actor si impetrauit ius iniquum, debet pati pariter retorquutionem eiusdem iuris iniqui in se ipso.*

12 *Dolus actoris, & dolus rei insimul compensantur, ne vocati in ius veniant.*

Actor.

AXIOMA X.

ACTOR debet sequi forum rei, *l. in criminali. C. de iurisdict. omnium Iudic. l. Iuris ordinem. C. eod. tit. l. fin. C. vbi in rem actio. l. 2. C. vbi & apud quem, cap. experientia, & cap. si quisque 11. q. 1. cap. sanè, cap. cum sit generale, cap. si clericus, de foro compet. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 11. in princip.* & apud Hispanos *l. 32. tit. 2. part. 3. & l. 8. & 9. tit. 3. lib. 4. noua Recopil. Angel. cons. 122. Quia debitum, in princip. Socin. reg. 10. Roman. cons. 412. per totum*, vbi latè *Oldrad. cons. 83. num. 3. Roland. cons. 23. num. 8. & 12. lib. 2. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 34. num. 8. Surd. cons. 266. n. 8. Carol. Bardel. cons. 19. num. 14. Gasp. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. cap. 15. num. 6. Petr. Anch. cons. 57. Quadam, in princip. Brunor à Sole in locis communib. verb. actor 2. Cardos. in praxi Iudicum & Aduocator. eod. verb. num. 5. Anton. Oliban. de iure fisci. cap. 11. num. 12 pag. mihi 201. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 9. Ioseph. Sesse de inhibitionib. cap. 8. §. 3. num. 7. & cap. 26. num. 3. Castil. lib. 3. quotidian. cap. 25. num. 8. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 2. cap. 14. n. 18. Franc. Molin. de brachio seculari. cap. 35. num. 2. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 15. num. 1. Seraphin. decis. 1018. n. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 122. Aloys. Ricc. in collectan. decis. p. 5. collect. 1930. D. Barbos. in l. hæres absens. §. proinde. num. 8. cum multis seqq. ff. de indic. Glorst. resp. 13. num. 1.* 1

ACTORE non probante reus absoluitur, *l. extat 25. ff. de iure fisci. l. vlt. C. de rei vendicat. l. qui accusare. C. de edendo. l. actor. C. de probation. l. 1. C. de alienat. indic. mut. causa facta. §. retinendæ. Instit. de interdictis. cap. vlt. §. 6. q. 5. cap. cum Ecclesia, de causa possess. & propriet. cap. vlt. §. sanè, de iureiur. cap. vnic. post princip. vt ecclesiast. benefic. cap. inter dilectos, de fide instrum.* exornant *Duen. reg. 22. Hippol. sing. 169. & seq. & in l. vnius. §. in ea causa. num. 3. & 4. ff. de quæstion. & in l. de minore. §. tormenta. ff. eod. tit.* Vbi ampliat duobus modis, & limitat quindecim modis, *Hieron. de Monte de finibus regundis cap. 48. à num. 1. Cou. vari. lib. 1. cap. 1. num. 8. Mathesil. sing. 17. Ioan. Garc. reg. 7. Bald. cons. 481. lib. 2. & cons. 406. Præmittendum est. lib. 4. Anchar. cons. 331. Visis, & diligenter, in princip. & cons. 233. in princip. Deci. cons. 3. à num. 8. in fin. Clar. in pract. crimin. lib. 5. §. fin. q. 62. num. 1. Caputaq. decis. 2. lib. 1.* latè *Paris. cons. 104. In præsenti causa. vol. 1. Corn. cons. 219. & cons. 315. vol. 4. Ruin. cons. 114. num. 11. lib. 3. Roland. cons. 60. num. 13. vol. 1. & cons. 67. num. 1. vol. 2. & cons. 90. num. 2. cum seqq. vol. 3. & cons. 27. num. 10. eod. vol. 3. Alexand. cons. 134. in princ. lib. 2. & cons. 16. In causa & lite, in princip. & cons. 132. Perlectis. num. 7. lib. 5. & cons. 127. Viso processu, in princip. vol. 7. Ioseph. Ludou. Peruf. decis. 14. Herculan. in tract. de negatiua. num. 70. cum seqq.* vbi facit regulam cum limitationibus, *Alphan. collect. 102. Fran. Vini. lib. 1. commun. opin. verb. Actore non probante, Cranet. cons. 104. num. 18. & cons. 177. num. 1.* 2

ad

ad med. Hieron. Portoles in schol. ad Molin. §. actor. n. 1. Menoch. de arbitrar. casu 98. num. 16. & de præsumpt. lib. 1. præs. 87. num. 4. & præs. 93. num. 3. Mascard. de probat. concl. 36. vbi ampliat, & limitat pluribus modis, *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 11. Paulus Æmil. decis. 11. p. 1. Surd. de aliment. tit. 9. q. 12. n. 7. cum seqq. & cons. 328. n. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil. 27. num. 1. Flores de Mena ad Gam. decis. 36. n. 1. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 11. q. 14. num. 10. & de confident. q. 63. num. 23.* latè *Fului. Pacian. de probation. lib. 1. cap. 67.* vbi facit regulam cum decem & septem ampliationibus, & cum duabus limitationibus, *Alex. Trentasinq. variar. lib. 2. tit. de probation. resol. 2. num. 1. & 16. Cened. ad Decretal. collect. 125. n. 1. Cardos. in praxi Iudicum & Aduocat. verb. Actor. n. 4. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 3. cap. 7. num. 108. Ioseph. Sesse Aragon. decis. 217. num. 4. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. decis. 71. n. 8. & decis. 211. n. 6. Anton. Monach. Lucen. decis. 33. n. 46. Card. Seraphin. decis. 1422. num. 15. Aldouin. cons. 60. num. 12. & cons. 61. num. 6. Donell. Comment. Iuris Ciuilis lib. 19. cap. 15. col. 1. & lib. 20. cap. 2. col. fin. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 4. num. 28. & fragment. crimin. p. 1. lit. A. num. 30. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 1. num. 5. & resol. 37. num. 6. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 117. per totam, Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 5. cap. 1. num. 95. Rot. decis. 409. num. 6. apud Farinac. p. 1. recent. Rot. etiam in Lunen. Sarzanen. beneficij 5. Iulij 1599. coram Illustrissimo D. meo Cardin. Mellino, impressa per Vitian. post praxim Iurisp. patron. decis. 40. num. 4.*

3 Ratio est, quia ius metimur ex persona actoris, non ex persona rei, *l. 1. in princip. ff. si pars hæred. pet. glos. in l. his consequenter, in princip. ff. famil. herciscund. Castren. cons. 76. In facto isto. n. 2. in fin. vers. & posito, & cons. 369. Viso & examinato, in princip. vol. 2. Roman. cons. 347. Quoad articulum. num. 4. vers. sufficit, Surd. consil. 150. n. 89. & de aliment. tit. 6. q. 4. n. 9. Card. Tusch. d. concl. 117. num. 13.*

4 Amplia primò, procedere etiamsi reus nihil probauerit, *Florian. de S. Petro cons. 15. num. 3. vers. tertiò sibi videtur obstare*, quem refert *Cardin. Tusch. d. concl. 117. n. 21.*

5 Amplia secundò in beneficialibus, quia actore non probante, licèt reus non iustificet titulum suum beneficialem, vel possessionem, absolui debet, vt per *Rot. decis. 419. quæ est 7. de except. & decis. 70. alias 6. de re iudic. Gemin. cons. 38. Pro clariori, in princip. & cons. 91. Præmitto. in princip. & cons. 92. in princip. Anchar. cons. 233. in princip. Card. Tusch. d. concl. 117. num. 29. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 11. num. 29. & 30.*

6 Amplia tertiò in petitorio, *Bald. cons. 481. in princip. vers. aut vtraque pars. lib. 1.* Et in possessorio, *Castren. cons. 81. lib. 2.* Et in iudicio manutentionis, *Bald. cons. 37. in princip. lib. 5.* Et in spolio, *Angel. cons. 367. in princip.* Et in emptione & venditione, *Alex. cons. 18. lib. 1.* Et in fideiussore reo, *Ioan. de Imola consil. 103. in fine.* Et tam in prima, quàm in secunda instantia, *Angel. Aretin. cons. 88. & cons. 133. num. 5. & 6.* Et in materia feudali, *Signorol. de Homed. cons. 10. n. 5.* Et in causa matrimoniali, *Castilli. cons 38. n. 8.*

7 ACTORI non licet, quod reo denegatur, *cap. 2. §. 4. q. 4. cap. non licet actori 32. de regulis Iuris. lib. 6. l. non debet. ff. eod. tit. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 204. Sigism. Scacc. de appellat. q. 18. limit. 7. n. 23. Dyn. cons. 24. Quæstio talis est, Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 119. Pute. decis. 316. alias*

8 *307. lib. 2. in correctis.* Actor enim & reus sunt correlatiua, *Mari. Antonin. var. resolut. lib. 3. resol. 9. n. 3.* & à pari procedunt, *l. vlt. C. de fructib. & litium expens. cap. 2. de mutuis petit. Gabr. commun. tom. 3. tit. de clausulis, concl. 1. à num. 66. Valasc. cons. 25.*

Amplia in casu conuerso, quia quod conceditur 9 actori, censetur etiam concessum reo, ideo si actor obtinuit reum citari, vt personaliter compareat, debet pariter actor comparere personaliter, & è contrà, quia sunt correlatiui, *glos. verb. volnerit, in Clem. sæpe, de verb. signif. Gemin. in cap. 1. de dolo, & contum. lib. 6. Cardin. Tusch. d. concl. 119. num. 2.* Vnde prouenit, quod si actor impetrauerit causam conuentionis summariè tractari, pariter erit summaria causa 10 reconuentionis rei, *glos. d. verb. voluerit, Card. Tusch. d. concl. 119. num. 3.* vbi *n. 4.* subdit propterea quod si actor impetrauit ius iniquum, debet pati pariter 11 retorquutionem eiusdem iuris iniqui in se ipso. Vnde etiam fit, vt si actor examinauit testes ad colorandam possessionem super petitorio suspenso, debeat reo pariter licere testes in petitorio ad discolorandam possessionem non obstante suspensione prædicta examinare, *Oldrad. cons. 311. num. 2.* quem refert *Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 306. n. 1.*

Vnde si actor dolo rei, & reus dolo accusatoris 12 impediantur ne vocati in ius veniant, neuter poterit accusari, *l. fin. §. sed etsi stipulator. ff. ne quis eum, qui, Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. D. n. 117.*

SVMMARIVM.

1 *Actum nihil dicitur, cùm quid supereſt ad agendum.*

2 *Actum qui gerit, in dubio præsumitur magis velle, vt ille valeat, quàm pereat.*

3 *Actum faciens censetur se adstringere legibus loquentibus de illo.*

4 *Actum frustratorium nemo præsumitur facere.*

5 *Actum celebrare, & ei consentire, paria sunt.*

6 *Alienare qui non potest de Iure, non potest alienationi consentire.*

7 *Actum non celebrare, vel minus ritè celebrare, paria sunt.*

Actum.

AXIOMA XI.

ACTVM nihil dicitur, cùm quid supereſt ad 1 agendum, *l. cum Sylanianum*, vbi *Iaſ. num. 3. C. de his quibus vt indig. l. pen. C. ad Sylanian. l. Titia. ff. de verb. obligat. Hippol. cons. 122. n. 15. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 8. q. 8. num. 42. & n. 97. Anton. Monac. Lucen. decis. 25. num. 7. & Florent. decis. 19. n. 5. & Bononien. decis. 28. num. 22. Girond. de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. num. 1133. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 199.* vbi ait procedere, quando illud, quod supereſt, essentiale est, & substantiale, secus autem si accidentale sit, & parui momenti. *Rot. decis. 725. num. 7. in fin. apud Farin. p. 2. recent.*

ACTVM qui gerit, in dubio præsumitur magis 2 velle, vt ille valeat, quàm pereat, *l. quoties. ff. de verb. obligat. l. quoties. ff. de rebus dub. l. quoties. ff. de regulis Iuris. l. 3. ff. de milit. testam. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 34. Vant. de nullit. in princip. n. 24. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 15. à num. 2. Brunor à*

Sole in locis communib. verb. actus 10. *Menoch. de arbitrar. casu* 223. *num.* 27. *& de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 6. *n.* 5. *Gutier. canon. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 4. Vide *Axiom.* 12. *n.* 17. *& 18.*

3 ACTVM faciens censetur se adstringere legibus loquentibus de illo, vt per *Surd. cons.* 347. *n.* 24.

4 ACTVM frustratorium nemo præsumitur facere, *l.* 1. *in fin. ff. ad municip. l. vnic. C. de thesauris. lib.* 10. *Surd. consil.* 307. Nam actus frustratorios lex abhorret, *l. hæc stipulatio. ff. vt legator. seu fideicommiss. nomine cau. Surd. decis.* 260. *num.* 5. *cum seqq. & decis.* 276. *n.* 4. *cum seqq. & cons.* 345. *num.* 18.

5 ACTVM celebrare, & ei consentire, paria sunt, *l. vtrum, & l. seq. ff. ad leg. Pompei. de parricid. Tiraq. de retractu lig. §.* 1. *glos.* 9. *vers. præterea, & de iure primog. q.* 26. *vers. tertiò limita, Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 2. *à num.* 22. *Melch. Phebos*

6 *Liesit. decis.* 60. *num.* 3. *tom.* 1. Alienare enim qui de Iure non potest, alienationi consentire non valet, *l.* 3. *C. si aduersus donat. Bart. cons.* 70. *num.* 1. *lib.* 1. *Roland. cons.* 15. *num.* 30. *lib.* 1. *Tiraq. ad leges connub. glos.* 8. *num.* 147. *Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap.* 5. *num.* 40.

7 ACTVM non celebrare, vel minus ritè celebrare, paria sunt, *Portol. de consortib. cap.* 19. *num.* 8. quæ enim non ritè fiunt, pro non factis habentur, *Hippol. in l. de vnoquoque. n.* 120. *ff. de re iudic. & sing.* 431. *Tiraq. de retractu lig. §.* 1. *glos.* 10. *num.* 31. *Perez l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 517.

SVMMARIVM.

1 *Actus præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus, seu mandati.*
2 *Contractus secundus factus in executionem primi debet regulari à primo.*
3 *Actus qui sequitur, declarat intentionem præcedentem.*
4 *Actus regulariter tribuitur ordinanti, & non exequenti.*
5 *Actus non potest subsistere sine substantia.*
6 *Actus sumunt suam denominationem ab obiecto.*
7 *Agentium actus non operantur vltra intentionem eorum.*
8 *Dolus & absurdum vt tollatur, actus agentium operatur vltra intentionem eorum.*
9 *Actus semper iudicatur à principali intentione agentium.*
10 *Actus omnis iustificatur propter scientiam, & patientiam superiorum.*
11 *Perfectus non dicitur actus, quando est partim factus, & partim non.*
12 *Voluntatis meræ actus excludit Iuris necessitatem.*
13 *Actus legitimi non recipiunt diem, nec conditionem.*
14 *Geminatus actus inducit maiorem firmitatem.*
15 *Actus duo, eodem die, loco, & coram eisdem testibus gesti sunt correspectiui.*
16 *Actus debet semper interpretari vt aliquid operetur, non autem vt sit inutilis.*
17 *Actus in dubio debet interpretari validus.*
18 *Interpretatio omnis admittitur ad sustinendum actum.*
19 *Interpretatio, quæ sit pro validitate actus, est regina aliarum interpretationum.*
20 *Actus debet sustineri validus in dubio secundum propositum agentis, non autem secundum oppositum.*
21 *Actus dubius semper debet interpretari, vt minus sit damnosus gerenti.*
22 *Dispositio actus interpretari debet, vt videatur prouisum causæ magis necessariæ.*
23 *Actus in dubio censetur potius ex causa necessaria, quàm voluntaria factus.*
24 *Actus corruit omissa forma legis.*
25 *Actus à principio nullus, nullum producit Iuris effectum.*
26 *Actus contra legis, seu statuti prohibitionem factus est nullus.*

Actus.

AXIOMA XII.

1 ACTVS præsumitur factus in executionem præcedentis tractatus, seu mandati, quando non exprimitur alia causa, *l.* 3. *§. verum. ff. de manumiss. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de acquir. hared. l. pignori. §. fin. ff. de vsucapion. Alciat. de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 24. *Alex. cons.* 25. *num.* 9. *lib.* 2. duplicatur *cons.* 90. *Viso instrumento. num.* 9. *lib.* 3. *Bald. cons.* 299. *in princ. vers. & eadem. lib.* 1. *Hippol. in l. statuliber. n.* 8. *ff. de quæstion. Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 74. *n.* 3. *& lib.* 3. *præs.* 49. *num.* 4. *Cardin. Tusch. practic. conclus. lit. A. concl.* 152. *num.* 1. *& tom.* 7. *lit. S. concl.* 716. *n.* 9. *Mascard. de probat. concl.* 619. *num.* 2. *& concl.* 1239. *num.* 8. *Surd. decis.* 325. *num.* 7. *Rot. decis.* 454. *num.* 3. *apud Farin. p.* 1. *recent. & decis.* 615. *num.* 2. *p.* 2. *recent. Glorit. resp.* 3. *num.* 12. quia tunc censetur factus secundum naturam actus, & nomine præcedentis, *Crauet. cons.* 135. *Verba decreti. num.* 13. *vol.* 1. quem refert *Paul. Fusc. lit. A. sing.* 25. *in fine.*

2 Vnde si fiat contractus per verba de futuro, & postea in executionem talis contractus partes faciunt contractum, secundus actus, vel contractus debet regulari à primo, in cuius executionem factus est, adeò quod si primus est pignus, secundus debeat esse pignus, *Alex. cons.* 156. *Viso instrumento, per totum. lib.* 6. prout illum refert *Cardin. Tusch. d. lit. A. concl.* 130. *num.* 1. vbi *num.* 2. *cum eodem Alex.* declarat hoc in tantum esse verum, quod secundus contractus factus in executionem primi, etiamsi fiat ex interuallo, debeat regulari à primo, vt si possunt concordari, semper reduci debeant ad concordiam; si non possunt concordari, quatenus secundus discordet, dicitur per errorem, & sic errorem continet, maximè quando primus erat per verba de futuro.

3 ACTVS qui sequitur, declarat intentionem præcedentem, *l. si hi qui. C. de aduliter. §. pauonum. Instit. de rerum diuis. Tiraq. in l. si vnquam. verb. donatione largitus. num.* 257. *C. de reuocandis donation. Surd. decis.* 326. *num.* 85. *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 7. *q.* 1. *num.* 72. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 58. *num.* 25. *cum seqq.* vbi subdit, quod secundus actus recipit declarationem à primo, *Rot. decis.* 365. *num.* 1. *in fin. apud Farin. p.* 2. *recent.*

4 ACTVS regulariter tribuitur ordinanti, & non exequenti, *l. item eorum. §. decuriones. ff. quod cuiusque vniuers.*

vniuers. nom. l. vnum. §. 1. ff. de legat. 2. l. 2. §. omnia. C. de veteri Iure enucl. §. cumque hoc, in proœm. Institut. cap. super litteris, de rescript. cap. cum aliquibus, eod. tit. lib. 6. Roman. cons. 366. Quæritur, in princip. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 144. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 56. num. 88. & priuil. 65. num. 47. & decis. 292. num. 9. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 19. num. 5. Actus verò quando principio, vel fini attribuatur, vide *Card. Tusch. d. lit. A. concl. 153.*

5 Actvs non potest subsistere sine substantia, *l. cum hi. §. Prætor ait. ff. de transact. l. cum precario. ff. de precar. cap. tua nos, de sponsalib. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 26. num. 106.* nec subsistere potest sine sua materia, *l. nec emptio. ff. de contrah. empt.*

6 Actvs sumunt suam denominationem ab obiecto, *l. verum. ff. de furtis, cap. cum voluntate, in princip. de sent. excom. S. Thom. 1. 2. q. 18. art. 6. in corpore, ad fin. & q. 1. art. 3.* Et regulantur secundum naturam sui subiecti, *l. eius. ff. de operis libert.* Et actus agentium sunt in patiente bene dispositu, *l. in omnibus 2. ff. de action. & oblig. l. si ergo. ff. si certum pet. l. 1. C. de hæred. instit.*

7 Actvs agentium non operantur vltra intentionem eorum, *l. non omnis. ff. si certum pet. l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio, Ægid. Bellam. cons. 33. n. 38.* vbi subdit maximè procedere in iis, quæ pendent à potestate, *Socin. reg. 10. Alex. cons. 146. In causa. n. 10. & seq. lib. 5. Mantic. decis. 267. n. 3. Thom. de Thomas. in floribus legum. reg. 13. Anton. Gomez tom. 1. vari. cap. 7. num. 4. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 125. per totam,* vbi *num. 3.* intelligit de intentione principali agentium, non secundaria, *Flamin. Paris. de resident. q. 27. num. 139. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 75. num. 22. & decis. 175. num. 10. p. 1. Seraphin. decis. 890. num. 2. Anton. Monach. Lucen. decis. 14. n. 41. Cæs. Argel. de contradict. legit. q. 10. num. 36. Rot. decis. 555. num. 4. apud Farin. p. 1. recent.* Vide infrà *sub verb. Intentio, Axiom. 138.*

8 Limita, quia actus agentium operatur vltra intentionem eorum, ad tollendum dolum & absurdum; nam solutio debitoris facta secundum intentionem, semper est ad tollendam obligationem debitoris, & tamen si debitor soluat ei, qui non habet mandatum, vel non potest liberare, non tollitur obligatio præcedens, sed inducitur noua obligatio recipientis ad restituendum exactum, vt per *Alex. cons. 37. Viso, in princip. lib. 3.* prout illum refert *Card. Tusch. d. concl. 125. num. 12.*

9 Actvs semper iudicatur à principali intentione agentium, *l. si quis nec causam, in princip. & ibi Bald. ff. si certum pet. l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb. l. 1. C. ad legem Cornel. de Sicar. Tiraq. de retract. lig. §. 30. glos. 1. num. 4. Couar. lib. 2. vari. cap. 4. num. 5. Anton. Gomez tom. 2. vari. cap. 2. num. 10.* quia actus quantumcunque fauorabilis contra voluntatem agentis minimè sustinetur, *l. si idem seruus. ff. de legat. 2. l. si cui purè, in fine princip. ff. ad Trebell. l. verbis,* vbi *Doctores, ff. de vulg. & pupill.* nam actus non à nomine, sed ab effectu iudicatur. *l. insulam. ff. de præscript. verb. l. cum manus fata. §. fin. ff. de contrah. empt. l. si olei. C. de locato.*

10 Actvs omnis iustificatur propter scientiam, & patientiam superiorum, *l. quis sit fugitiuus. §. ego puto. l. quod si nolit 31. §. qui assidue. ff. de ædilit. edicto, cap. nisi essent, de præbend. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 2. num. 88.* Nam auctoritas superioris excusat à pœna, *glos. in cap. sicut 24. q. 5. Farin. in praxi crimin. q. 52. num. 83. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 19. num. 4.* & facit licitum, quod aliàs est illicitum, *l. non videtur. §. qui iussu. ff. de regulis Iuris, cap. quisquis, de regulis Iuris. lib. 6. Doctores in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. Farin. in d. praxi crimin. q. 97. num. 1. cum seq.* quem refert *Mari. Antonin. citato loco.*

Actvs non dicitur perfectus, quando est partim factus, & partim non, *l. 2. ibi, quia ipsi animaduertunt aliquid deesse. ff. de origine Iuris, cum citatis à Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 63. num. 31. Rot. decis. 725. num. 7. in fin. apud Farin. p. 2. recent.* paria enim sunt actum non incipere, vel cœptum non perficere, *l. fin. §. illud. C. de codicillis. §. pen. Instit. quibus modis testam. infirm.* 11

Actvs meræ voluntatis excludit Iuris necessitatem, *glos. & Doctores in l. solent. §. fin. ff. de officio Procons. & in l. cum de in rem verso. ff. de vsuris, glos. verb. temporis, in cap. cum Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet. Garc. Gironda de priuilegiorum, seu exempt. explicat. n. 278.* 12

Actvs legitimi non recipiunt diem, neque conditionem, ideoque non possunt stare in suspenso, *l. actus legitimi. ff. de regulis Iuris, cap. actus legitimi, eod. tit. lib. 6.* latè *Card. Tusch. d. lit. A. concl. 129. per totam, Roman. cons. 403. num. 19. & 20. Rot. decis. 638. num. 4. p. 2. recent.* Quæ quidem citata Iura in priori parte, quatenus de actibus legitimis agunt, intelliguntur de illis, qui vel ex rei natura, vel ex speciali legis prohibitione, conditionem recipere prohibentur: sequentia autem eorum verba, videlicet, *conditionem non recipiunt*, idem important, ac si diceretur, vitiantur per conditionis, aut diei appositionem, id enim important verba, *non recipiunt*, hoc est, non sunt capaces conditionis, vel diei: vt sic reducatur illa regula, actus legitimi, *de regulis Iuris. lib. 6.* ad sensum & dispositionem *d. l. actus*, quæ non eò tendit, vt ostendat quinam sint actus legitimi, sed vt ostendat actus legitimos, quicunque illi sint, illos nempe qui vel ex rei natura, vel speciali legis prohibitione prohibentur conditionem recipere, per temporis, aut conditionis appositionem vitiari, non obstante reg. *cap. ad Apostolicam, de regularib. cap. biduum 2. q. 6.* in specie *tex. in l. obtinuit. ff. de conditionib. & demonstrat. cap. fin. de condition. appos.* Quibus & aliis Iuribus constat, sæpe actus contra legis prohibitionem celebratos obtinere, quando non simplex & absoluta proponitur prohibitio, sed secundum quid, & conditiones adiectas contra Iuris prohibitionem, nullatenus dispositionem vitiare. 13

Actvs geminatus inducit maiorem firmitatem, & plus operatur, quàm simplex, *l. Balista 32. ff. ad Trebell. l. 4. iuncta glos. vlt. ff. de pignorat. act. Bart. in l. cum scimus. C. de agricol. & cens. lib. 11. Tiraq. in l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 49. C. de reuocand. donat. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. cap. 2. à num. 4. & cap. 4. num. 31. & in rub. C. de bonis matern. p. 1. num. 14. vers. inde etiam, & num. 43. Brun. in tract. de augm. q. 4. princ. num. 15. Gig. de pensionib. q. 100. n. 5. Hippol. in l. 1. sub num. 38. C. ad leg. Iuliam de Sicar. Euerard. in cent. leg. loco à locutionis geminatione, Cassan. in catalogo gloriæ mundi. p. 8. consid. 27. ad finem, Roman. Costa in l. si ex cautione, fallent. 14. C. de non num. pecun. Perez in addit. ad Segur. in l. si ex legati causa. num. 183. ff. de verb. obligat. Menoch. de arbitr. casu 213. num. 37. & cons. 10. num. 1. Mascard. de probation. concl. 347. num. 37. cum seqq. & concl. 621. num. 37. Surd. decis. 21. num. 10. & 20. & decis. 232. num. 2. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 395. num. 35. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 61. num. 6. & resol. 110. num. 1. & lib. 3. resol. 1. num. 32. Cardin. Tusch. tom. 4. lit. G. concl. 28. Cardin. Mantic. de tacitis & ambiguis conuent. lib. 19. tit. 2. num. 6. Rot. decis. 676. n. 2. apud Farin. p. 2. recent.* Vide infrà *sub verb. Geminatio, Axiom. 105.* 14

15 ACTVS duo eodem die, loco, & coram eisdem testibus gesti sunt correspectiui, *l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credit. l. lecta. vers. dicebam. ff. si certum petatur, Card. Seraphin. decis. 359. num. 14. Surd. de alim. tit. 1. q. 42. num. 48. Bernard. Graua. ad practicam Camera Imper. lib. 2. concl. 12. num. 7.* Aliàs autem censetur factus qui præcedere debuit, & qui debuit priùs fieri, *Alex. cons. 81. Lecto. num. 7. lib. 3. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 136. num. 56. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 51. Mascard. de probationib. concl. 244. num. 4. Surd. decis. 288. n. 33. Cott. in memorabil. verb. Actus, Flamin. de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. num. 36. cum seqq, Sanchez de Matrimon. lib. 3. disp. 35. n. 19.*

16 ACTVS debet semper interpretari vt aliquid operetur, non autem vt sit inanis, & inutilis, *l. quoties. ff. de rebus dub. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 135. num. 1.* In dubio enim quilibet præsumitur elegisse viam, per quam dispositio sua sit vtilis, & habeat effectum, non autem vt impugnari possit, & reddi ad nihilum, *l. 3. ff. de testam. milit. Aciut. de præsumpt. reg. 3. præs. 33. Socin. Iun. cons. 103. num. 28. lib. 1. Afflict. decis. 44. num. 25.* Non enim præsumitur actus eluso riè, & fruſtratoriè factus, *Mascard. de probat. concl. 595. à princip. Cardin. Tusch. tom. 4. lit. F. concl. 520. num. 4.*

17 ACTVS in dubio debet interpretari validus, *l. quoties. ff. de rebus dub. l. quoties. ff. de verb. obligat. l. si quando. ff. de legat. 1. Abb. cons. 62. In controuersia. col. 1. num. 7. vers. tertio. lib. 2. Roland. à Valle cons. 61. num. 23. & seq. vers. quintò considerandum. lib. 3.* vbi extendit ad omnem actum, latè *Roman. cons. 180. Si admittimus. num. 4. cum seqq.* vbi extendit ad omnem dispositionem, videlicet contractus, testamenta, iuramentum, attestationes, & priuilegia, *Bertaz. ol. de clausulis instrum. clausi. 1. glos. 4. num. 5. & in repet. l. si quis maior. C. de transact. num. 506. Pichard. ad §. si quis alium. num. 4. Instit. de inutil. stipulat. Ferrer. in constit. Cathalonia. glos. 1. num. 151. Scacc. de appellat. q. 2. n. 29. & q. 3. num. 4. & q. 15. num. 225. in fine. Rot. decis. 469. num. 3. p. 2. recent. Card. Tusch. d. tom. 1. lit. A. concl. 136. Mari. Anton. vari. resolut. lib. 1. resol. 20. num. 16. Surd. cons. 44. num. 21.* Nam omnis interpretatio admittitur ad sustinendum actum, *Rot. decis. 469. n. 3. p. 2. recent. Roland. à Valle d. cons. 61. num. 26. lib. 3. Card. Tusch. d. lit. A. concl. 136. num. 14.* & ista quæ

19 fit pro validitate actus, est regina aliarum interpretationum, *Cephal. cons. 51. num. 39. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 17. num. 13.* etiamsi aliquid quandoque disponatur præter intentionem agentium, *cap. 1. §. idem quaque, in fin. de desponsat. impub. lib. 6. Federic. de Senis cons. 15. num. 4. vers. item contra;* vel quamuis verba improprientur, *Fulgos. cons. 87. Visis superiùs allegatis. col. 2. vers. ex illa quoque vulgari, Abb. cons. 62. In controuersia. col. 3. num. 7. vers. tertiò principaliter. lib. 2. Roman. d. cons. 180. num. 4. in fine, & n. seq. Card. Tusch. d. concl. 136. num. 32. & seq.* Nam tanta est præsumptio quæ oritur propter validitatem actus, vt omnes alias vincat præsumptiones, *Dec. in cap. quoniam Abbas. num. 49. vers. secundò limita, de offic. deleg. & cons. 77. num. 5. Ruin. cons. 72. num. 4. lib. 2. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 30. n. 5. Roland. à Valle cons. 61. num. 27. lib. 3.* Vnde si verba possunt referri ad actus validos, & inualidos, etiam quod sint prolata in genere & in certa scientia, referri debent ad actus validos, *Bologn. cons. 31. n. 14. vers. vel tertiò,* quem refert *Card. Tusch. d. [illegible]. lit. I. concl. 330. n. 60.*

20 Intellige actum debere sustineri validum in dubio secundum propositum agentis, non autem secundum oppositum, ideo transigens omni meliori modo, si non valet vt transactio, non etiam sustinebitur vt pactum gratuitum, quia sunt oppositæ; quia in transactione aliquid debet dari, vel remitti hinc inde, secus in pacto gratuito, *Angel. cons. 94. Cum lis, in fin. vers. nec obstat,* prout illum refert *Card. Tusch. d. concl. 136. num. 81.* Intellige etiam Axioma huiusmodi non procedere, quando si actus sustineretur excederemus facultatem gerentis actum, vel induceremus delictum, aut quis delinqueret in officio, quia tunc potiùs annullatur actus, *Alex. cons. 179. Visis ac ponderatis. num. 3. & 4. lib. 7. Card. Tusch. d. concl. 136. num. 84.* vbi *num. 73.* post *Rot. decis. 366. n. 7. p. 1. diuers.* subdit, interpretationem obscuram & cauillosam non debere fieri ad sustinendum actum, quia intolerabilis interpretatio semper excluditur.

ACTVS dubius semper debet interpretari, vt minus sit damnosus gerenti, & plus vtilis, quàm esse possit, quia hæc est naturalis intentio gerentis actum, ne sibi noceat, vt per *Cranet. cons. 14. n. 8. & cons. 106. num. 8. & 9. Paris. consil. 53. num. 4. lib. 4. Rot. decis. 596. num. 4. apud Farin. p. 2. recent. Cardin. Tusch. d. lit. A. concl. 138. num. 1. & tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 56.* vbi *num. 57.* post *Alex. cons. 185. num. 2. lib. 6.* subdit, quod quando actus potest habere duplicem effectum, interpretatur in parte quæ magis vtilis est. 21

ACTVS dispositio interpretari debet, vt videatur prouisum causæ magis necessariæ, & vtili. *l. cum ex pluribus. ff. de solution. Bart. in l. triticum. ff. de verb. oblig. & in l. vlt. C. de aliment. pupil. præst. Menoch. cons. 195. num. 5.* 22

ACTVS in dubio censetur potiùs ex causa necessaria, quàm voluntaria factus, *l. Aristo. §. 1. ff. de iure delib. l. pater filium, in fin. ff. ad legem Falcid. l. miles. §. fin. ff. de adulter. l. proximè. ff. de ritu nupt. l. si cum dotem. §. si pater. ff. soluto matrim. l. nouissimodi. §. cum pater. ff. de legat. 1. Cranet. cons. 106. num. 9. & seq. & cons. 119. num. 12. & cons. 125. num. 12. & cons. 272. n. 4. & cons. 304. num. 5. vers. actus. Roman. cons. 247. Primo. col. 2, vers. est igitur. Cardin. Tusch. d. lit. A. concl. 138. n. 2.* latiùs *concl. 149. per totam,* vbi *num. 2.* post *Bald. cons. 35. post nued. vers. facit. lib. 2,* ampliat, vt procedat etiam in dispositione legis, vt in dubio censeatur emanasse in causam magis necessariam. 23

ACTVS corruit omissa forma legis, *l. cum hi. §. si prætor. ff. de transact. l. traditionibus. C. de pactis, cap. cum dilecta, de rescript. cap. quia propter, de elect. cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6. cap. qua contra, de regulis Iuris. lib. 6. Euerard. in topicis legal. loco 53. Rebuff. in tract. de pacificis possess. num. 155. Tiraq. de retractu conuent. §. 4. glos. 6. num. 31.* vbi intelligit, etiamsi omittatur in minimo, *Surd. decis. 268. n. 8. Cald. Pereira de potest. elig. cap. 7. num. 13. Valasc. cons. 103. num. 3. & cons. 133. num. 4. Ioseph. Sesse Aragon. decis. 30. n. 10. Escob. de ratiocin. cap. 11. num. 19. Ferrer. in constit. Cathalonia. glos. 1. num. 350. Ioan. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 2. cap. 4. num. 21. & p. 4. cap. 2. num. 104. Farin. in praxi crimin. p. 4. cons. 65. in addit. lit. D. Mari. Antonin. vari. lib. 1. resol. 26. num. 3, & lib. 2. resol. 47. num. 17. Anton. Monach. Lucen. decis. 53. num. 35. Thom. de Thom. ff. in floribus legum. reg. 213.* vbi intelligit procedere, quando omittitur forma essentialis, & necessaria, *Rot. decis. 15. num. 3. apud Farin. p. 2. recent.* Vide infrà *sub verb. Forma, Axiom. 100.* 24

ACTVS à principio nullus, nullum producit Iuris effectum, *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. cap. ad præsentiam, de appellationib.* latè *Roman. cons. 412. Pro habenda. num. 4. cum seqq. Roland. à Valle cons. 63. num. 33. & cons. 76. num. 21. lib. 1. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. A. concl. 139. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast.* 25

eccleſiaſt. deciſ. 250. *num.* 2. *in* 1. *edit. alias reſol.* 219. *n.* 2. *in* 2. *edit. Seraphin. deciſ.* 229. *num.* 2. vbi ait, quod actus ipſo iure nullus conualeſcere non poteſt. Verum licèt actus nullus nihil operetur, operatur tamen declarationem mentis ipſius gerentis actum, latè *Roman. conſ.* 179. *Ampliſſime Doctor. n.* 11. *Bellon. conſ.* 5. *In puncto. n.* 12. *verſ. ne dicat aliquis.*

26 ACTVS contra legis, ſeu ſtatuti prohibitionem factus eſt nullus, etiam quod eadem lex, ſiue ſtatutum poſt prohibitionem actum expreſsè non annullet, *l. non dubium, in princip. C. de legib.* vbi *Bart. num.* 2. *verſ. tu iuuenis, & n.* 13. *Bald. ante num.* 1. *verſ. quidam ſeruauit, & num.* 2. *verſ. quartò nota, Paul. de Caſtro num.* 2. *verſ. in ſecunda, Iaſ. num.* 17. *in* 8. *notab. Tiraq. ad leges connub. gloſ.* 4. *num.* 7. *Virgil. Boccac. in conſilt. Picen. gloſ.* 6. *num.* 110. *Soar. de legib. lib.* 5. *c.* 25. *num.* 1. *&* 2. *& cap.* 27. *n.* 2. *Salas in ſimili tract. q.* 96. *tract.* 14. *diſp.* 15. *ſect.* 8. *num.* 16. Intellige, quando lex, ſeu ſtatutum prohibet actus ſubſtantiam, quia ſecus eſſet, ſi in aliquo actu ſolùm qualitatem prohiberet, cùm tunc actus contra legem factus non eſſet nullus, ſed validus, *Soar. d. c.* 25. *a n.* 10. *Salas d. ſect.* 8. *n.* 19. *in fine, & n.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Additamentum non mutat naturam eius, cui adÿcitur, ſi non auget, nec minuit actum primum, &c.*
2 *Additamentum, quod venit ad interpretationem legis, vel ſtatuti, debet intelligi in caſibus in quibus loquitur ſtatutum interpretatum.*
3 *Additamentum ſi repugnat ſubſtantiæ rei, cui adÿcitur, illam deſtruit.*

Additamentum.

AXIOMA XIII.

1 ADDITAMENTVM non mutat naturam eius, cui adiicitur, imò ſequitur eandem naturam, & eandem actionem imitatur, aliàs eſſet deſtruere, & non addere, *Oldrad. conſ.* 131. *num.* 13. *verſ. & hoc vt clariùs, Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 1. *lit. A. concl.* 182. *num.* 1. vbi *num.* 3. poſt *Roman. conſ.* 45. declarat procedere ſi additamentum non auget, neque minuit actum primum, cui fit adiectio, quia cenſetur idem actus cum primo.

2 Vnde additio, vel additamentum, quod venit ad interpretationẽ legis, vel ſtatuti, aut alterius diſpoſitionis, debet intelligi in caſibus in quibus loquitur ſtatutum interpretatum, vt per *Alex. conſ.* 13. *Circa primum. num.* 13. *verſ. præterea. lib.* 3. ſubditque, quod ipſa additio interpretatiua facta ſtatuto antiquo, eſt repetitiua, & influit etiam in ſtatuto nouo facto in additionem antiqui.

3 Limita, niſi additamentum repugnet ſubſtantiæ rei, cui adiicitur, quia tunc potiùs deſtruit, vt de pacto de non reuocando in cauſa mortis, de conuentione in prætoria ſtipulatione, & ſimilibus, quæ inducunt nouam diſpoſitionem, & nouam ſubſtantiam, quia ſibi non communicant, nec inuicem compatiuntur, *Oldrad. conſ.* 172. *in princip. num.* 5. quem refert *Cardin. Tuſch. d. concl.* 182. *n.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Æquiparatorum eadem eſt diſpoſitio.*
2 *Extenſio fit regulariter de vno æquiparato ad aliud.*
3 *Amplia etiam in pœnalibus, exorbitantibus, & correctoriis.*
4 *Extenſio in æquiparatis vt fiat, debet eſſe æquiparatio vniuerſalis.*

Æquiparatum.

AXIOMA XIV.

ÆQVIPARATORVM eadem eſt diſpoſitio, 1 *l.* 1. *ff. de legat.* 1. *gloſ. in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis, & in cap. ſi poſtquam. §. fin. de elect. in* 6. *Ioan. de Anan. conſ.* 27. *Viſo caſu. num.* 3. *Alex. conſ.* 17. *Viſis. num.* 3. *lib.* 3. *Roman. conſ.* 129. *licèt magna*, vbi quod in æquiparatis idem ius diſponitur etiam per extenſionem, & quod procedit in ſtatuto, & in lege generali, *Berot. conſ.* 27. *num.* 3. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 6. *num.* 27. *& conſ.* 45. *num.* 35. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. caſu* 88. *num.* 8. *Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 223. *num.* 4. *p.* 2. *Anton. Monach. Bononien. deciſ.* 68. *num.* 19. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 3. *lit. E. concl.* 308. *Flamin. Pariſ. de confident. q.* 27. *num.* 74. *& q.* 28. *num.* 82. *Mari. Antonin. vari. reſolut. lib.* 3. *reſol.* 5. *num.* 10. *Surd. conſ.* 384. *num.* 22. *Octau. Glorit. reſp.* 5. *n.* 8. *Imbrian. de prime, & ſecundo benefic. conſid.* 8. *num.* 114.

ÆQVIPARATORVM quia idem eſt iudicium, 2 ideo fit extenſio regulariter de vno æquiparato ad aliud, vt per *Bart.* & alios *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. *Curt. Iun. conſ.* 124. *num.* 7. *Gabr. conſ.* 21. *num.* 37. *& ſeq. lib.* 1. *Cephal. conſ.* 257. *num.* 17. *& ſeq. Euerard. in loco à ratione legis larga. num.* 52. *& in loco à ſimili. num.* 7. *verſ. & generaliter, Roland. conſ.* 27. *num.* 2. *&* 15. *lib.* 1. *Oſaſch. Pedam. deciſ.* 67. *num.* 9. *verſ. pro hac opinione. Villagut. in tract. de extenſ. legum. rub. de extenſ. leg. correct. & pœn. ſimul. num.* 64. *Octau. Glorit. reſp.* 5. *num.* 38.

Amplia etiam in pœnalibus, exorbitantibus, & 3 correctoriis, vt tenent *Barbat. conſ.* 26. *per totum. lib.* 3. *Abb. conſ.* 75. *num.* 6. *verſ. præterea. lib.* 1. *Alex. conſ.* 117. *Viſo titulo. num.* 15. *&* 16. *lib.* 6. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 308. *à num.* 15. *& d. lit. E. concl.* 663. *num.* 48. *Ruin. conſ.* 10. *num.* 11. *lib.* 3. *Gabr. conſ.* 21. *num.* 38. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 22. *n.* 42. *lib.* 2. *Decian. conſ.* 11. *n.* 153. *lib.* 1. *Villalob. commun. opin. lit. E. num.* 157. *Euerard. in loco à ratione legis larga. num.* 27. *&* 66. *& in loco à ſimili. num.* 7. *verſ. & generaliter, & in loco à ſpeciali. num.* 6. *in* 3. *limit. Oſaſch. Pedamont. deciſ.* 94. *num.* 20. *M. Anton. Eugen. conſ.* 49. *num.* 38. *lib.* 1. *Honded. conſ.* 75. *n.* 25. *lib.* 1. *Villag. d. rub. de extenſ. leg. correct. & pœnal. ſimul. n.* 64.

Intellige æquiparationem debere eſſe vniuerſa- 4 lem per viam regulæ, & in omnibus, & per omnia, ad hoc vt fiat extenſio in æquiparatis, *gloſ. verb. ſacri. in cap. vnic. de voto. lib.* 6. *gloſ. verb. prorogamus, in cap. conſtitutus, de Regularib. eod. lib. Aym. de antiquit. temp. p.* 4. *in princip. num.* 100. *& ſeq. & n.* 135. *Angel. Aretin. conſ.* 58. *In cauſa mota. num.* 7. *verſ. probatur. lib.* 7. *Barbat. conſ.* 26. *in princip. lib.* 3. *Curt. Sen. conſ.* 48. *num.* 19. *& conſ.* 49. *num.* 43. *Euerard. in loco à ratione legis larga. num.* 52. *& in loco à ſimili. num.* 20. *Roland. conſ.* 27. *n.* 17. *lib.* 1. *M. Anton. Eugen. conſ.* 49. *num.* 39.

num. 39. Villag. d. rub. de extens. leg. correct. & pœn. simul. num. 64. in fin. vers. limita singulariter. Honded. cons. 95. num. 119. lib. 1. Cardin. Tusch. d tom. 3. lit. E. concl. 318. num. 18. & 28. vbi *num. 28.* post *Roman. d. cons. 179. num. 12.* limitat, vt non procedat si superueniat aliquid ad fauorem vnius ex æquiparatis, quod non respiciat parificationem.

SVMMARIVM.

1 *Æquitas scripta præfertur rigori.*
2 *Æquitas scripta vbi reperitur in genere, & rigor contrarius similiter in genere, præfertur æquitas rigori.*
3 *Æquitas non scripta non præfertur rigori.*
4 *Æquitas cerebrina non dicitur æquitas, sed iniquitas, quando est contra leges.*
5 *Æquitas quid sit, ostenditur.*
6 *Æquitas in paribus causis paria iura desiderat.*

Æquitas.

AXIOMA XV.

1 ÆQVITAS præfertur rigori, *l. 1. §. si ego. ff. si pars. hæred. pet. l. fin. in fin. ff. de offic. Præsid. l. maiorem. ff. de pactis. l. 1. C. de legib. l. placuit. C. de indic. cap. fin. de transactionib. Hippol. sing. 685. Bernard. reg. 245. Fulgos. in d. l. 1. num. 8. Anchar. cons. 23. n. 11. & cons. 79. in princip. Bald. cons. 250. In quæstione. num. 12. lib. 1.* vbi quod procedit in pœnis corporalibus, *& cons. 429. Quidam. num. 2. eod. lib. 1.* vbi quod procedit in materia feudali, *& cons. 434. Pactum, circa fin. vers. nam dicere, eod. lib. 1.* vbi ampliat in pactis, *& cons. 486. Istud, circa fin. vers. octauo, lib. 2.* vbi ampliat in interpretandis opinionibus dubiis legis, vel hominis, *Angel. cons. 353. Florentia. num. 3.* vbi ampliat coram arbitris, seu arbitratoribus, *Tiraq. de retractu lig. §. 35. glos. 1. num. 4. Strach. de mercat. cit. quomodo procedendum in causa mercaturæ. num. 4. Sarmien. lib. 3. selectar. cap. 8. num. 4. ad fin. Couar. in reg. possessor. p. 2. §. 6. à n. 2. Mendoza de pactis. lib. 1. cap. 3. num. 9. Thom. de Thomass. in floribus legum. reg. 17. Valasc. de Iure emphyt. q. 5. num. 4. Fachin. controuers. lib. 1. cap. 3. & lib. 11. cap. 3. Bertazol. in repet. l. si quis minor. num. 32. C. de transactionib. Cardin Tusch. practic. conclus. tom. 3. lit. E. concl. 312. per totam, Mevl. in emporio Iuris Ciuilis. p. 1. tit. 1. q. 11. per totam, Card. Mantic. decis. 148. n. 3. Anton. Monach. Lucen. decis. 68. num. 35. & Bononien. decis. 19. num. 3. & Florentina decis. 70. num. 31.* vbi intelligit, dummodo sit scripta, *Imbrian. de primo, & secundo benefic. consid. 1. n 25.*

2 Vbi enim reperitur æquitas scripta in genere, & rigor contrarius similiter in genere, præfertur æquitas rigori; idem si æquitas & rigor scripti sint ambo in specie, *d. l. placuit*, sed vbi reperitur æquitas scripta in genere, & rigor in specie; vt quia æquitas naturalis generaliter dictet neminem cum alterius iactura locupletari debere, *l. nam hoc naturæ. ff. de condict. indeb.* rigor verò dictet specialiter præscriptiones, & vsucapiones in alterius damnum procedere fauore bonæ fidei possessoris, & in odium negligentis, vt *in l. 1. ff. de vsucap.* tunc rigor æquitati præferetur, ita *Dyn. in reg. possessor. de regulis Iuris. in 6. Bart. in d. l. 1. n. 1. Fulgos. col. 1. num. 2. vers. in glos. 1. Imol. col. 1. num. 2. Paul. de Castro col. 2. num. 3. Ludou. Roman. col. 1. num. 1. & in l. si insulam. col. 5. num. 22. ff. de verborum obligat.* vbi testatur hanc esse communem omnium opinionem, *Salicet. in d. l. placuit. col. 1. num. 1.* vbi etiam *Corn. in princip. Ias. col. vlt. num 3. Curt. Iun. col. 3. num. 19.* quos refert, & sequitur *Rendina in promptuario receptarum sentent. tom. 1. tit. 100. num. 11.* Et quod semper interpretatio fit secundum æquitatem dicit *Socin. cons. 159. In præsenti. num. 28. lib. 2.* & illa quæ fuerit iusta, ac naturali consona æquitati, sumenda est, ait *Roman. cons. 16. num. 3.* quem refert *Card. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 330. num. 8.* vbi *num. 35.* post *Bald. cons. 486. circa fin. lib. 2.* subdit, quod verisimilitudo sumitur ex ea interpretatione, quæ sapit æquitatem, & arbitrium boni viri in dispositionibus dubiis.

Limita Axioma in æquitate non scripta, quæ est 3
ex proprio capite Iudicis, quia illa non præfertur rigori scripto, vt per *Fulgos. cons. 158. Domina Graccolina. num. 3.* vbi quod Iudex debet condemnare victum in expensis, & sine causa prætextu æquitatis non debet absoluere, nisi habuerit iustam causam litigandi, *Anton. Monach. Florent. decis. 70. n. 31. Card. Tusch. d. tom. 3. lit. E. concl. 312. n. 16.* 4
Æquitas enim cerebrina ex suo capite non dicitur æquitas, sed iniquitas, quando est contra leges, ideo non extendenda, *Ias. in l. quod si Ephesi. §. interdum, in fine, ff. de eo quod certo loco, Decian. cons. 38. n. 42. & 43. lib. 1. Cardin. Tusch. vbi sup. n. 17. vbi n. 18.* subdit, quod sicut species derogat generi, ita rigor scriptus in specie præfertur æquitati scriptæ in genere, & *n. 19.* ait, quod æquitas desumpta argumentatiuè ab alia materia, vel simili, tanquam generalis non præfertur rigori in casu speciali. Vnde ex *Bald. cons. 253. n. 3. vers. pro quo probando. lib. 5.* colligit idem *Card. Tusch. tom. 4. lit. G. concl. 36. n. 28.* quod quando rigor est specialis, & æquitas generalis, præfertur rigor ratione specialitatis.

ÆQVITAS est quædam factorum conuenientia, 5
l. Iulianus. ff. de legib. & rectitudo iudicij naturalem sequens rationem, *Bald. in l. omnes populi. n. 19. ff. de iustitia & iure, Decian. cons. 36. n. 42. lib. 1.* Est ipsa iustitia naturalis, & in effectu differt à Iure, quia per disputationes Iurisprudentum elimatur æquitas, & fit ius scriptum, prout dicimus de scypho argenteo elimato producto à naturali materia argentea, *Fulgos. in l. 1. n. 7. & 8. C. de legib.* Et est quædam æqualitas de se ipso in alium secundum naturam, vt, quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, de qua *in tit. quod quisque Iuris*, & ideo æquitatem dicit lex naturæ, neminem cum alterius detrimento locupletari, *l. iure naturæ. ff. de regul. Iuris*, & ita eleganter tradit *Cardin. Tusch. d. lit. E. concl. 310. num. 1. cum seqq.* Vnde Calderin. *consil. 267. in princip. vers. multo, aliàs 5. de rebus Eccles. non alien.* ait, quod omnis contractus, vt est donatio, vnio, & translatio de consensu, & ex causa rationabili, dicitur super æquitate naturali fundari, & *Guid. Pap. decis. 362.* vbi quod non reperitur maior æquitas, quàm quod res restituatur domino suo, & *Castren. cons. 164. In præsenti. n. 6. lib. 2.* vbi quod ex æquitate fuit introductum, vt filius succedat in locum patris, quando agitur de successione cum patruo, *Alex. cons. 26. Consideratis. n. 4. lib. 4.* vbi quod æquitas requirit quod bona ascendentium æqualiter diuidantur inter filios, *Petr. de Anch. cons. 57. Quædam. n. 3.* vbi quod vbicunque Iudicis arbitrium intrat, debet æquitatem seruare, *Signorol. consil. 139. n. 6.* vbi quod æquitas dicitur mater exceptionis, ita vt exceptio dicatur esse ex æquitate.

6 ÆQVITAS in paribus cauſis paria Iura deſiderat, *l. fin. C. ad leg. Falcid. cap. cùm dilecta, de confirmat. vtili, Anton. Monach. Lucenſi deciſ. 55. n. 34. & Bononien. deciſ. 62. ſub n. 4. & Florent. deciſ. 18. n. 19. & deciſ. 7. num. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Aequalitas in iudiciis eſt ſeruanda.*
2 *Aequalitas inter partes debet in cunctis ſeruari.*
3 *Aequalitas vt ſeruetur, ſæpe receditur à regulis Iuris, & proprietate ſermonis.*
4 *Diſpoſitio in dubio ſemper eſt interpretanda in eum ſenſum, qui magis ad æqualitatem reducit.*
5 *Aequalitatis ſeruandæ ratione fit extenſio de vno ad alium.*

Æqualitas.

AXIOMA XVI.

1 ÆQVALITAS maximè in iudiciis eſt ſemper ſeruanda, *l. fin. C. de procurat. l. non debet actori. ff. de regulis Iuris, cap. non licet, eod. tit. lib. 6. Oldrad. conſ. 311. n. 2. verſ. & ſi dicatur, & conſ. 323. n. 4. Federic. de Senis conſ. 289. Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg. 155. Rot. deciſ. 462. n. 9. & deciſ. 529. n. 3. p. 2. recent. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E. concl. 306. per totam*, & faciunt quæ dixi ſuprà *ſub verb. Actor, in fine.*

2 ÆQVALITAS inter partes debet in cunctis ſeruari, & actor & reus non debent ad imparia iudicari, *l. cùm pater. §. euictis. ff. de legat. 2. l. cùm oportet. C. de bonis quæ liber. l. petendæ. C. de tempor. in integ. reſtit. l. fin. C. de fructibus, & lit. expenſ. l. fin. C. de cupreſſ. lib. 11. cap. in iudiciis, de regul. Iuris, lib. 6. Socin. Iun. conſ. 4. col. 2. vol. 1. Ruin. conſil. 133. col. 1. vol. 2. Roland. conſ. 51. n. 8. vol. 4. Becc. conſ. 43. in fine, Vincent. de Franch. deciſ. 23. n. 9. Peregr. conſ. 93. n. 21. vol. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 6. n. 164. cum ſeqq. Rot. deciſ. 1. n. 14. apud Farin. p. 2. recent. & in Romana de Capuzucchis 10. Aprilis 1606. coram*

3 *Card. Lancelletto.* Vnde propter ſeruandam æqualitatem ſæpe receditur à regulis Iuris, & proprietate ſermonis, *l. fin. C. commun. vtriuſque iud. l. quæſitum. §. ſed & ipſe Papinianus. ff. de fundo inſtr. Bart. in l. cùm pater. §. euictis. ff. de legat. 2. Socin. in l. 1. in 4. notab. ff. de rebus dub. Cephal. conſ. 545. n. 15. lib. 4. Hieron. Gabr. conſ. 90. n. 21. & conſ. 96. n. 31. lib. 1.*

4 *Honded. conſ. 29. n. 96. lib. 1.* Et in dubio ſemper interpretãda eſt diſpoſitio in eum ſenſum, qui magis ad æqualitatem reducit, *Tiraq. de primog. q. 4. n. 5. Alba conſ. 421. n. 14. verſ. & in dubio, Cephal. conſ. 545.*

5 *n. 15. & 16. Honded. conſ. 29. n. 100. lib. 1.* Imò ratione æqualitatis ſeruandæ fit etiam extenſio de vno ad alium, *§. illud. Inſtit. de ſociet. l. fin. C. de fructi. & lit. expenſ. Aym. conſ. 133. n. 8. verſ. quinimò. Honded. conſ. 29. n. 98. & conſ. 59. n. 64. lib. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Affectus non punitur, niſi ſequatur effectus.*
2 *Limita in atrociſſimis delictis.*

3 *Conatus in grauibus delictis pœna ordinaria non punitur de conſuetudine Italiæ.*

Affectus.

AXIOMA XVII.

AFFECTVS non ſumitur niſi ſequatur effectus, *l. cogitationis. ff. de pœnis. l. 1. in fin. ff. quod quiſque Iuris*, exornant *Thomas de Thomaſſ. in floribus legum. reg. 18. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. C. concl. 544. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. 1895. & in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 589. num. 2. in 1. edit. & reſol. 520. num. 2. in 2. edit. & in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 70. n. 6. p. 1. Benedict. Ægid. in rep. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. p. 2. cap. 7. num. 32. Franc. Galet. in margarita caſuum Conſcient. verb. Affectus*, vbi ampliat in cenſuris, de quo etiam *Vgolinus de officio Epiſcopi, cap. 21. num. 3. verſ. tertio.* 1

Limita primò in atrociſſimis delictis, de quibus *in l. generaliter, in princip. ff. de calumniat. & in l. ſi à ſeruo. ff. de condict. ob turpem cauſam, & in l. quiſquis, in princip. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in l. is qui cum telo. C. ad leg. Cornel. de Sicar. & in l. ſi quis perſuaſerit. C. de furtis, & in l. ſi quis non dicam. C. de Epiſcop. & cleric.* cum aliis citatis à *Brunor. à Sole in locis communib. verb. Affectus, Cardoſ. in praxi Iudicum, verb. delictum. num. 55. Sayr. in claui Regia. lib. 3. cap. 8. num. 28. Theſaur. deciſ. 25.* vbi de crimine læſæ maieſtatis, *Æn. Robert. lib. 1. rerum iudic. cap. 6.* vbi de atrociſſimo veneficij delicto, *Farin. in praxi crimin. p. 5. q. 122. num. 14. & num. 77.* vbi de crimine aſſaſſinij, *Aloyſ. Ricc. collectan. 326. & 1377. & d. collect. 1895. circa fin. Cardin. Tuſch. d. concl. 544. num. 8. & 21. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 3. reſol. 47. n. 6. & 7.* vbi de crimine aſſaſſinij, & veneficij. 2

Verùm per conſuetudinem generalem totius Italiæ, hodie legibus omnibus conatum punientibus in grauibus delictis quoad pœnam ordinariam derogatum eſt, vt atteſtantur *Boër. deciſ. 316. Grammat. deciſ. 2. Gaſp. Theſaur. Pedam. deciſ. 24. p. 2. Ioſeph, Ludou. Lucenſi deciſ. 15. Cacheran. deciſ. 19. in fine*, & alij, quos refert, & ſequitur *Aloyſ. Ricc. in collectan. deciſ. p. 4. collect. 756. & d. collect. 1895.* 3

Afflictio.

AXIOMA XVIII.

AFFLICTIO non eſt addenda afflicto, *l. nauis. §. cùm autem. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. Diuus Marcus, in princip. ff. de officio Præſid. l. ſi idem. ff. de iuriſdict. omnium Iudic. l. pœna. §. fin. ff. ad legem Pomp. de parricid. l. tam dementis. C. de Epiſcop. & cleric. cap. ex parte, de clerico ægrot. cap. ſi quis à proprio 11. q. 5. Petr. de Anchar. conſ. 52. Pro clariori deciſione, in princip. Paul. Fuſc. lit. A. ſing. 37. Sanctarel. vari. reſolut. p. 1. q. 8. num. 2. Bartol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. verb. & ſi per ſex menſes. n. 4. Thom. de Thomaſſ. in floribus legum. reg. 20. Anton. à Souſa in relect. Bullæ de cenſuris. cap. 5. diſp. 38. num. 3. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapol. p. 2. deciſ. 45. num. 10. Anton. Monach. Lucen. deciſ. 34. num. 10. & Florent. deciſ. 12. num. 14. & Bononien. deciſ. 11. num. 64. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. lit. A. concl. 240. num. 1.* Vbi *num. 4.* poſt *Angel. conſ. 197. circa fin. verſ. non obſtat tertium*, limi- 1

tat, nisi ex causa, quia quando afflictus dat causam nouæ afflictionis, debet noua addi afflictio, *Imbrian. de primo, & secundo beneficio, seu de restitut. ad pinguius probandum, consid. 3. num. 142.*

SVMMARIVM.

1 *Agentes & consentientes pari pœna puniuntur, quando agentes cum consentientibus cooperantur positiuè.*
2 *Agenti incumbit onus probandi.*
3 *Agens ante omnia debet probare se esse talem, qualem dicit.*
4 *Agere inuitus nemo compellitur.*
5 *Inuitus agere compellitur quis vbi periculum est in mora, & vbicunque subest causa.*

Agentes, Agere.

AXIOMA XIX.

1 AGENTES & consentientes pari pœna puniuntur, *l. iubemus. §. œconomus. C. de sacros. Eccles. cap. 1. de offic. deleg. cap. qui cum fure, de furtis. cap. quantæ, de sentent. excom. l. 13. tit. 8. lib. 2. fori legum. l. 1. tit. 13. lib. 4. eiusdem fori, Azened. l. 4. tit. 20. lib. 6. & l. 2. num. 218. tit. 13. lib. 8. nouæ Recopilat.* Intellige, quando agentes cum consentientibus cooperantur positiuè præbendo causam efficacem, & propinquam principali actori delinquenti, de quibus consentientibus habetur *in l. si id quod. ff. de iurisd. omn. Iudic. l. item Mela. §. si alius. ff. ad leg. Aquil. l. vnic. C. de raptu virg. cap. felicis, in princip. de pœnis, in 6. cap. sicut dignum. §. qui verò. & §. illi etiam, de homicidio, glos. vlt. in cap. notum 2. q. 1. S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 7. in corpore, Nauar. in cap. ita quorundam. not ab. 9. à n. 2. de Iudæis,* obseruant *Cou. in reg. peccatum. p. 2. §. 12. à num. 1. Farinac. cons. 66. n. 18. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 732. sub num. 1. Flamin. Paris. de resident. q. 22. num. 5.*

2 AGENTI incumbit onus probandi, *l. 2. & l. verius. ff. de probation. l. actor. & l. frustra. C. eod. tit. l. fin. ff. de rei vendicat. l. qui accusare. C. de edendo. §. non solum. Instit. de legatis, cap. vnic. vers. cum enim, vt eccles. siast. benef. sine dimin. confer. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 19. Flamin. Paris. de resident. q. 18. num. 3.*

3 Agens enim ante omnia debet probare se esse talem, qualem dicit, aliàs audiri non debet, *l. diuus. ff. de re iudic. Brunor à Sole in locis communib. verb. Agens 2.*

4 AGERE inuitus nemo compellitur, *l. vnic. C. vt nemo inuitus, Socin. reg. 14. Brunor à Sole in locis communib. verb. compellere. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 241. Ioseph. Sesse Arag. decis. 115. num. 3. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verb. Agere. num. 3. Cald. Pereira in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. p. 3. n. 20. in fine.*

5 Limita, vbi periculum est in mora, & vbicunque subest causa, quia tunc potest quis compelli inuitus agere, *Federic. de Senis cons. 153. vers. item assignato termino. Card. Tusch. d. concl. 241. num. 9. & 12.* vbi *num. 10. per tex. in l. diffamari. C. de ingen. & man.* limitat in causa status, quibus diffamantes possunt compelli ad agendum, & *num. 14.* post *Federic. de Senis cons. 169. in fin. vers. an autem,* limitat pariter in eo, qui diffamatur super Matrimonio contracto, quia potest compellere aduersarium ad agendum, vt silentium sibi imponatur.

SVMMARIVM.

1 *Allegatio partis non facit ius.*
2 *Allegare nihil, & allegatum non probare, paria sunt.*
3 *Id quod quis allegare tenetur, probare debet.*

Allegatio, Allegare.

AXIOMA XX.

ALLEGATIO partis non facit ius, *cap. dilectus 34. de præben. glos. magna vers. vel die tertio, in l. 1. C. quando non petent partes. glos. verb. non post multum, in cap. 2. de iis, quæ fiunt à Prælatis. Palat. in repet. rub. de donation. inter virum & vxorem. §. 17. num. 22. & 23. Roman. cons. 191. Venerabilis. num. 4. Felin. in cap. 1. num. 18. de constit. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 7. n. 107.* 1

ALLEGARE nihil, & allegatum non probare, paria sunt, *Roland. à Valle cons. 35. num. 10. & num. 20. lib. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. lit. A. concl. 117. num. 19.* Id enim quod quis allegare tenetur, debet probare, *l. 1. in princip. iuncta glos. verbo decenter. ff. de dilat. Pedam. decis. 50. num. 12. in fin. Baldus in quæst. de schism. num. 2. p.ª tit. de edicto D. Adri. tollen.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Alienabilis res semel facta, perpetuò manet alienabilis.*
2 *Consueta ab Ecclesia emphyteuticari, seu infeudari, possunt iterum concedi in emphyteusim, vel in feudum sine solemnitate.*
3 *Alienatum non dicitur, si non durat alienatum.*

Alienabilis.

AXIOMA XXI.

ALIENABILIS res semel facta, perpetuò manet alienabilis, *cap. 2. de feudis, Ioan. Franc. Leo in Thesauro fori eccles. p. 1. cap. 15. num. 3. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q. 11. num. 30. Ceuall. commun. contra communes q. 897. Sigism. Scacc. de appellation. q. 17. limit. 47. memb. 1. n. 111. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 6. n. 194.* 1

Vnde res Ecclesiæ consuetas emphyteuticari, vel infeudari, posse iterum concedi in emphyteusim, vel feudum sine solemnitate, resoluunt *Menoch. de arbitr. casu 81. num. 5. cum seqq. & cons. 66. num. 31. & cons. 79. num. 1. cum seqq. & cons. 90. n. 22. Rot. Bononien. decis. 13. num. 7. & 8. Gam. Lusit. decis. 24. & decis. 36. num. 6. Quarant. in summa Bullarij, verb. alienatio rerum Ecclesiæ. n. 39. & 40. Zezol. in praxi Episcop. p. 1. verbo alienatio. §. 3. Camill. Borrell. in summa decis. tit. 33. n. 129. cum seqq. Ceuall. d. q. 897. à num. 899. Gonzal. d. n. 194. Melch. Phabos Lusitan. decis. 82. n. 34.* 2

3 ALIENATVM non dicitur, si non durat alienatum, *l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso, cap. 1. quid iuris si sit vasallus post alienat. feudi, Mencha. illustr. cap. 32. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri.*
2 *Altare vnum non debet discoperiri, vt alterum cooperiatur.*
3 *Damnum, vel lucrum quod ex sua persona quis non consequeretur, consequitur ex persona alterius.*
4 *Repræsalearum remedium proditum est propter iniustum factum Prætoris denegantis iustitiam.*
5 *Fideiussoris obligationem perpetuat dolus, & mora principalis.*

Alter.

AXIOMA XXII.

1 ALTERI per alterum non debet iniqua conditio inferri, *l. non debet. ff. de regulis Iuris, cap. non debet 22. eod. tit. in 6. l. debitorum pactionibus. C. de pactis, cap. si compromissarius. §. porrò, de elect. lib. 6. Anchar. cons. 140. Primum dubium, in princip.* dicens quod prohibitum est aliquem inquietari pro alieno debito, offensa, vel facto, *Roman. cons. 241. Spectabiles. num. 5. vers. dicitur vlteriùs, Abb. cons. 39. in fin. lib. 1.* vbi extendit etiam inter Iudæos, *Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap. 18. n. 45. Honded. cons. 103. num. 30. lib. 2. Paul. Fusc. lit. A. sing. 58. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 313.*
2 *per totam.* Vnum enim Altare non debet discoperiri, vt alterum cooperiatur, *Anton. de Butr. cons. 40. in*
3 *fine.* Quandoque tamen quis ex persona alterius consequitur damnum, vel lucrum, quod ex sua persona non consequeretur, *Lap. alleg. 94. num. 6. vers.*
4 *& licet ex hoc.* Veluti in repræsaleis, quia propter iniustum factum Prætoris denegantis iustitiam proditum est remedium repræsalearum, *Anch. d. consil. 140.*
5 *in princip.* Et in fideiussore, quia dolus, & mora principalis perpetuat obligationem fideiussoris, *Castren. consil. 52. num. 3. vers. quinimò, lib. 2.* prout illum refert *Card. Tusch. d. concl. 313. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Ambiguis in rebus sequimur quod est minimum, quando medium non est.*
2 *Media via est eligenda in rebus ambiguis, quando illa extat.*
3 *Ambiguis in rebus non debet esse absolutum iudicium.*

Ambiguum.

AXIOMA XXIII.

1 AMBIGVIS in rebus quod minimum est sequimur, *l. apud Iulianum. §. scio. ff. de legatis 1. l.* Axiom. Iur. Aug. Barbos. *semper in obscuris. ff. de regulis Iuris, cap. in obscuris, eod. tit. in 6. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 152.* vbi intelligit procedere, quando medium non est, nam
2 illo extante media via in ambiguis est eligenda, vt tradit *Anton. Monach. Florent. decis. 12. n. 23. & Bononien. decis. 19. n. 21.*

AMBIGVIS in rebus non debet esse absolu- 3
tum iudicium, *cap. habuisse. 33. dist.* Ambiguum autem non dicitur, cùm in verbis nulla fit difficultas, *l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. ff. de legat. 3. Mantic. decis. 300. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Amicus non leui amicitia æquiparatur consanguineo.*
2 *Amicus in Iure frater nuncupatur.*
3 *Amicus dicitur alter ego.*
4 *Amici dicuntur in quibus est vnum velle, & nolle.*

Amicitia.

AXIOMA XXIV.

AMICVS non leui amicitia æquiparatur con- 1
sanguineo, vt tradunt *Iaf. in l. quæ dotis. num. 75. ff. soluto matrim. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 28. Cou. in cap. requisisti. num. 7. de testam. Rebuff. de priuileg. Scholar. priuil. 104. Tiraq. de pœnis temper. causa 22. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 89. num. 70. Surd. de aliment. tit. 6. q. 21. num. 4. Azeued. l. 34. num. 3. tit. 6. lib. 3. noua Recopil. Morl. in emporio Iuris. p. 1. tit. 2. in prælud. num. 201. Cardin. Tusch. practicar. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 326. Sanchez de Matrimon. lib. 6. disp. 26. n. 6. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 20. num. 2. cum seqq. D. Christoph. de Paz in schol. ad leges styli. l. 63. num. 34. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 200. num. 4. Carol. de Grassis de effectibus amicitiæ.*

AMICVS in Iure frater nuncupatur, vt *in l. ne-* 2
mo dubitat, vers. qui frater. ff. de hæred. instit.

AMICVS dicitur alter ego, *Ioan. de Amic. cons.* 3
85. n. 13. quem refert *Card. Tusch. d. concl. 326. n. 3.*

AMICI dicuntur in quibus est vnum velle, & 4
nolle, *Alex. cons. 93. Repetitus. num. 10. vers. sed vltrà. lib. 6. Card. Tusch. d. concl. 326. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Amissum non dicitur, quod non durat amissum.*
2 *Amissum lato modo dicitur, quod potest acquiri, & non acquiritur.*
3 *Secus verò stricta significatione.*

Amissum.

AXIOMA XXV.

AMISSVM non dicitur, quod non durat amis- 1
sum, *l. pro parte. §. versum. ff. de in rem verso, Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 78. art. 12. vers. nec etiam obstat, Mench. illustr. cap. 32. num. 3.* Amissum 2
latè sumpta verbi significatione dicitur, quod potest acquiri, & non acquiritur, *l. 3. ff. quæ in fraudem*

creditorum. l. & siue quod. ff. ex quibus causis mai. Rot. in vna Rauennaten. hereditatis 10. Decemb. 1584. coram
3 *Rubeo:* secus verò strictè sumpta significatione, *l. non videtur rem amittere. ff. de regul. Iuris,* vbi *Dec. num. 5. l. non potest videri. ff. eodem, Rot. in Romana de Theodolis 10. Ianuary 1597. coram Litta.*

SVMMARIVM.

1 *Anima pretiosior est corpore.*
2 *Anima omnibus rebus est præferenda tanquam magis pretiosa.*
3 *Iuris apices non debent attendi, vbi agitur de salute animæ.*
4 *Extensio fit in odiosis, pœnalibus, & exorbitantibus, quando agitur de salute animæ.*

Anima.

AXIOMA XXVI.

1 ANIMA pretiosior est corpore, *Matth. 5. & Luc. 12. cap. sedulò. 38. dist. cap. præcipimus 2. q. 12. cap. cùm infirmitas, prope fin. de pœnitent. & remiss. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocatorum, verb. Anima, num. 1.* & dicit Philosophus *lib. 1. de Anima. cap. fin.* quod corpus animi causa constitutum est.

2 ANIMA omnibus rebus est præferenda tanquam magis pretiosa, *d. cap. præcipimus, l. sancimus. C. de sacros. Eccles. Abb. cons. 63. Videtur primò. n. 3. vers. item quis debet magis diligere. lib. 1. Tirac. de priuileg. pia causa, in præfat. n. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 112. num. 4. & præs. 152. num. 4. Barthol. Berett. ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. verb. præterquam. num. 11. pag. 178. Bertazol. in repet. l. si quis maior. C. de transact. num. 12. Mascard. de probationib. conclus. 1171. num. 5. Surd. decis. 196. num. 12. Gutier. in repet. l. nemo potest. n. 486. ff. de legat. 1. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 333. num. 1. Cardin. Mantic. de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 28. num. 10. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. vlt. casu 37.*

3 Vbi agitur de salute animæ, non debent attendi apices Iuris, vt ajunt *Tiraq. d. tract. de priuileg. pia causa, priuil. 164. Ceuall. communium contra communes q. 71. num. 1.* & fit extensio ex identitate rationis, *glos. verbo Apostolicæ, in l. omnes, la 2. C. de feriis, Villag. in tract. de extensione legum. rub. de extensione leg. correct. & pœnalis simul. num. 80. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. E. n. 207.*

4 ANIMÆ de salute quando agitur, extensio fit in odiosis, & pœnalibus, vt per *Aym. de antiquit. temp. p. 4. §. videamus modò de aliquibus limitationibus. num. 10. Corset. in sing. verbo extensio, il 2. ante fin. post num. 23. Tiraq. d. tract. priuil. 161. Cou. de sponsalib. p. 2. cap. 6. in princip. n. 12. Perez l. 1. tit. 1. lib. 5. Ordin. pag. 39. Azeued. l. 2. num. 4. tit. 1. lib. 5. nouæ Recopil. Villag. d. num. 80. & rub. de extens. leg. pœnal. tantum. num. 19. Farinac. d. lit. E. num. 111. Sanchez de Matrimon. lib. 1. disp. 39. num. 5. & lib. 3. disp. 1. num. 8.* & in exorbitantibus, *Aym. d. p. 4. in princip. num. 79. Villag. in rub. de extensione legum exorbitantium. num. 3. in fin. in vlt. ampl. Farinac. d. lit. E. n. 109.*

SVMMARIVM.

1 *Animus ab operibus operantis dignoscitur, & talis præsumitur, qualem facta demonstrant.*
2 *Animus, & intentio hominis ex verbis bene dignoscitur.*
3 *Facta sunt fortiora ad demonstrandum animum, quàm verba.*
4 *Animus hominis qualis fuerit dignoscitur ex ijs, quæ antea, vel postea gesta fuerunt.*
5 *Animus declaratur ex sequentibus.*

Animus.

AXIOMA XXVII.

1 ANIMVS ab operibus operantis dignoscitur, & talis præsumitur, qualem facta demonstrant, *l. 1. §. fin. ff. de dolo, Grammat. cons. 13. num. 2. & 3. & decis. 37. num. 6. Cephal. cons. 75. num. 3. lib. 1. Mascard. de probat. concl. 95. num. 1. & seq. & concl. 1304. n. 24. & seq. Seraphin. de priuileg. Iuram. priuil. 1. num. 42. vers. & ideo dicitur, Farinac. in praxi crimin. q. 89. num. 76. Octau. Glorit. resp. 3. num. 34.* Nam licet 2 ex verbis bene dignoscatur animus, & intentio hominis, *l. Labeo. ff. de supellect. leg. cap. secundò requiris, de appellat. Corn. cons. 84. in princip. lib. 3. Grat. resp. 118. num. 25. lib. 1.* Facta tamen sunt fortiora ad demon- 3 strandum huiusmodi animum, quàm verba, *l. certum. ff. si certum pet. l. fin. ff. de diuort. cap. existimant 12. q. 2. cap. dilecti, de appellat. Cephal. cons. 77. num. 2. & cons. 96. num. 27. lib. 1. Seraphin. d. priuileg. 1. à n. 57.*

ANIMVS hominis qualis fuerit dignoscitur ex 4 iis, quæ antea, vel post gesta fuerunt, *arg. l. sed & Iulianus. §. pen. ff. ad Macedon. l. si seruus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. & §. Pauonum. Instit. de rerum diuis. Aym. cons. 20. num. 7. & cons. 210. n. 11. Ruin. cons. 10. n. 10. lib. 5. Cephal. cons. 12. num. 12. & cons. 65. num. 8. lib. 1. Dec. cons. 11. num. 1. in fine, & cons. 283. num. 7. vers. actus, & cons. 336. n. 1. Mascard. d. concl. 95. n. 6. & seq. Osasch. decis. 1. num. 33. & decis. 90. num. 19. Mantic. decis. 15. num. 1. Afflict. decis. 319. n. 5. Surd. consil. 540. à num. 44. Octau. Glorit. resp. 12. num. 12. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 269. num. 30. Rot. decis. 118. num. 2. apud Farinac. p. 2. recens.* vbi quod 5 animus declaratur ex subsequentibus, *ead. Rot. decis. 64. num. 5. d. p. 2. recent. & decis. 306. num. 3. ead. p. recent.* vbi quod animus qualis fuerit in præcedenti, ex subsequenti actu declaratur, *& decis. 700. num. 14. ead. p. 2. recent.* vbi ait, quod ex actu immediatè, & incontinenti facto colligitur animus ab initio.

Annalia.

AXIOMA XXVIII.

1 ANNALIA ad agendum sunt perpetua ad excipiendum, *l. pure. §. fin. ff. de doli except. l. licèt. C. de except. l. 4. C. qui admitti, Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo infrà. num. 15. C. de in integ. restit. minor. Surd. decis. 277. num. 17. Stephan. Gratian. Marchia decis. 151. num. 12. Christoph. de Paz in scholiis ad leges Styli l. 184. num. 3. Gutier. pract. lib. 1. q. 96. num. 3. vers. sed nihilominus,* vbi declarat, *Anton. Gom. vari. tom. 2. cap. 6. num. 6. prope fin.* Vbi intelligit, quando quis non potest ius suum proponere in iudicio principaliter agendo, sed tantùm excipiendo, quia tunc perpetuò potest excipere: secus verò quando ius suum potest proponere etiam principaliter agendo infra certum tempus, quia tunc similiter tenetur infra illud excipere.

Anne

Annexum.

AXIOMA XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Annexi & connexi idem est iudicium, etiamsi annexum sit maioris valoris*

2 *Antecedenti destructo, nullum est dare consequens.*

3 *Antecedens qui vult, videtur velle necessarium consequens.*

1 ANNEXI & connexi idem est iudicium, etiamsi annexum sit maioris valoris, *cap. cum singulis; iuncta glos. verb. annexi, de prabend. lib. 6. glos. verbo connexa, in cap. q tanto, de iudic. Hippol. sing. 251. Guiltelm. Benedict. in cap. Rainuntius, de testament. verb. & horum. num. 1. cum seqq. Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 45. & lib. 2. casu 95. Garc. Girond. de priuilegiorum, seu exempt. explicat. n. 751.*

Antecedens.

AXIOMA XXX.

SVMMARIVM.

1 *Antecedenti concesso, conceditur & consequens, quando antecedens est necessarium ad consequens.*

2 *Antecedenti destructo, nullum est dare consequens.*

3 *Antecedens qui vult, videtur velle necessarium consequens.*

1 ANTECEDENTI concesso, conceditur & consequens, *l. 1. §. 1. ff. si vsusfruct. pet. l. 3. §. qui habet, ff. de seruit. rustic. præd. l. reflexionis gratia*, & ibi *glos. ff. communia præd. l. 2.* & ibi *Cyn. ff. de iurisd. omnium Iudic. l. 2. §. inspectio. ff. quemadm. testam. aper. Euerard. in topicis legalib. loco 94. Anton. Monach. Florent. decis. 29. num. 15. Farinac. fragment. crimin. p. 1. lit. E. num. 228. in princip.* Intellige, quando antecedens est necessarium ad consequens consequendum, iuxta resoluta per *Ferrer. in constit. Cathalon. glos. 5. n. 78. & n. 82.*

2 ANTECEDENTI destructo, nullú est dare consequens, *l. 1. §. huius rei. ff. de officio eius. l. veteres. ff. de itinere, actuque priuato, Euerard. in topicis legalib. loco 96. Cravet. cons. 231. n. 2. Anton. Monach. Florent. decis. 29. n. 16.* vbi subdit, quod remoto antecedenti eius consequens remouetur. Et quod antecedenti destructo, cesset consequens, quod stare non potest sine antecedenti, tradunt *Bald. in l. 1. in 9. oppos. C. de fideicom. Cravet. cons. 202. num. 28. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. C. concl. 757. num. 66. Card. Mantic. decis. 15. num. 5. & decis. 199. num. 9.*

3 ANTECEDENS qui vult, videtur velle necessarium consequens, *Alex. cons. 157. col. 3. num. 14. lib. 2.* vbi quod si quis vult ciuilitatem, censetur velle onus annexum ciuilitati, *& cons. 158. Circa primum, in princip. lib. 5.* vbi ait, quod qui consentit in antecedenti, censetur consentire in consequenti necessario etiam non cognito, *Castren. cons. 100. n. 4. vers. quod autem, lib. 1.* Vbi quod ideo tutor conuentus, si producat inuentarium factum à pupillis, non debet dicere suos pupillos non teneri vltra vires hæreditarias, quia istud venit in necessariam consequentiam, *Cravet. cons. 186. num. 7.* vbi quod testator qui voluit dotare filiam, censetur etiam voluisse concedere lucrum, quia qui vult antecedens, vult necessarium consequens.

SVMMARIVM.

1 *Approbare quis non potest, quod semel impugnauit.*

2 *Approbatione totius quælibet eius pars approbata censetur.*

3 *Approbatum semel non potest amplius reprobari. Intellige siue expressè, siue tacitè approbatum proponatur, vt n. 4.*

5 *Approbare, & improbare potest quis diuersis respectibus.*

Approbare, Approbatio.

AXIOMA XXXI.

1 APPROBARE quis non potest, quod semel impugnauit, *l. dispensatorem. ff. de soluționibus, Menoch. cons. 395. num. 89. Surd. cons. 157. num. 10. & cons. 196. num. 2. cum seqq. & cons. 364. num. 27. Rot. decis. 636. n. 8. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 456. n. 4. p. 2. recent.*

2 APPROBATIONE totius quælibet eius pars approbata censetur, *Anton. Monach. Bononien. decis. 55. n. 11.*

3 APPROBATVM semel non potest amplius reprobari, *l. Pomponius. ff. de negot. gestis, Thom. de Thomass. in floribus legum reg. 37. Surd. cons. 18. num. 2. & cons. 351. num. 41. & decis. 132. num. 4. Anton. Monach. Bononien. decis. 34. num. 2. Rot. decis. 456. n. 4. apud Farin. p. 2. recent. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 30. num. 25. Sanchez de Matrimon. lib. 9. disp. 6. num. 9. Mantic. decis. 274. num. 2. & 3.* Sed contrà *in l. sed & reprobari. ff. de excusat. tutor. & in l. vt gradatim. §. reprobari. ff. de muner. & hon.* At hoc in Principe, illud in priuatis.

4 Intellige siue expressè, siue tacitè approbatum proponatur, quia si petens fieri editionem librorum, promittat velle stare libris tam pro se quàm contra, tunc libri probant contra approbantem librum exhibendum, vt per *Bald. cons. 156. cum duæ sunt. n. 3. lib. 3.* quem refert *Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 42. n. 1.*

5 APPROBARE tamen & improbare potest quis diuersis respectibus, vt per *Tiraq. de nobilit. cap. 28. num. 15.* quem refert *Cardin. Tusch. d. tom. 3. lit. E. concl. 54. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Arbitrio Iudicis relinquitur quod in Iure definitum non est.*

2 *Arbitrium regulatur à Iure.*

3 *Arbitrium quando est plenum, seu liberum, importat liberam facultatem.*

4 *Arbitrium liberum, seu regulatum, quando & quibus verbis à lege, vel ab homine Iudici concessum dicatur, remissiuè.*

Arbitrium.

AXIOMA XXXII.

1 ARBITRIO Iudicis relinquitur quod in Iure definitum non est, *l. 1. ff. de iure deliber. l. in*

venditione. ff. de bon. auctor. Iud. possid. cap. de causis. §. 1. de officio deleg. Corras. lib. 4. Miscel. cap. 12. n. 5. cum seqq. Neuiz. in sylua nupt. lib. 5. n. 74. Menoch. de arbitrar. lib. 1. in proœm. n. 5. & q. 14. num. 3. cum seqq. Monet. de distribut. quotid. p. 3. q. 10. num. 4. vbi n. 5. subdit, locum id habere non modò in Iure scripto, sed & in non scripto, & consuetudine; & num. 7. addit, id locum obtinere etiam quoad pœnam.

2 ARBITRIVM regulatur à Iure, Rot. decis. 326. num. 6. & decis. 669. num. 1. & decis. 698. num. 1. apud Farin. p. 2. recent. Nam vbicunque aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur seruare omnes regulas Iuris communis, Alex. conf. 33. n. 3. lib. 1. Socin. Iun. conf. 49. num. 16. lib. 2. Cranet. conf. 612. num. 11. & conf. 657. num. 56. Menoch. conf. 69. num. 4. & 5. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 470. num. 2.

3 ARBITRIVM simplex licèt reguletur à Iure, & secundum arbitrium boni viri, tamen quando dicitur plenum, seu liberum, tunc importat liberam facultatem, Bart. in extrauag. ad reprimendam, in verb. videbitur. num. 3. vers. item vbicunque, quem refert Card. Tusch. d. lit. A. concl. 476. num. 1. Menoch. de arbitr. q. 6. lib. 1. Quando & quibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum, seu regulatum Iudici concessum dicatur; vide Aym. conf. 190. n. 5. Matheslt. sing. 15. Duen. reg. 788. Benintend. Bonon. decis. 31. Seraphin. de priuileg. Iuram. priuil. 132. n. 13. & num. 81. cum seqq. Osasch. Pedam. decis. 111. num. 9. Roland. conf. 62. num. 18. cum seqq. lib. 1. & conf. 59. num. 32. cum seqq. lib. 2. & conf. 55. n. 15. & à num. 47. lib. 3. Lancelot. de attent. cap. 12. limit. 10. num. 8. 11. & 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 7. 8. 9. & 37.

SVMMARIVM.

1 *Ars naturam imitatur in quantum potest.*
2 *Natura omni arte potentior est.*
3 *Ars & natura nihil faciunt frustra.*

Ars.

AXIOMA XXXIII.

1 ARS imitatur naturam in quantum potest, §. minorem. Instit. de adoptionib. Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præs. 2. num. 22. Vnde arte non conceditur, quod naturaliter denegatur, l. vbi repugnantia. §. 1. ff. de regulis Iuris. Quia natura omni arte potentior est; Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 11. num. 29. Marc. Mantu. conf. 20. Visis scripturis. num. 2. vol. 1. prout eos refert Fusc. lit. A. sing. 26.

3 ARS & natura nihil faciunt frustra, l. qui bis idem. ff. de verb. oblig. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procuratorib. l. hac stipulatio. §. Diuus. ff. de legat. seu fideicom. nomine caueatur. §. minorem. Instit. de actionib. Aristot. lib. 2. Physic. q. 1. & lib. 2. de Cœlo tex. 59. & lib. 3. de Anima tex. 45. cum citatis per Brunor. à Sole in locis communib. verb. Natura. Et natura quod non deficiat in necessariis, neque abundet in superfluis, dicit Aristot. d. lib. 3. de Anima cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Augmentum debet esse eiusdem qualitatis cum suo principali, cui accedit.*
2 *Ius idem statuitur in augmento, quod in principali aucto.*
3 *Augmentum, quod fit feudo per vassallum, si potest separari à feudo, non est feudale, sed eius, qui auxit.*
4 *Augmentum fit cum omnibus suis qualitatibus.*
5 *Priuilegium principali concessum extenditur ad eius augmentum.*
6 *Iurisdictio omnis & exemptio augmentum recipit, aut diminutionem ab incremento, vel decremento.*
7 *Extensio priuilegij, beneficij, seu exemptionis non fit ad augmentum superueniens, si tendat in præiudicium tertij.*
8 *Castri iurisdictio si à Principe concedatur, & deinde numerus incolarum, aut ipsum castrum augeatur, etiam ad augmentum iurisdictio extenditur.*
9 *Augmentum venit rebus simpliciter, & indefinitè donatis, seu remissis, legatis, aut hypothecatis.*
10 *Augmentum, & diminutio pari passu ambulant.*
11 *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*

Augmentum.

AXIOMA XXXIV.

1 AVGMENTVM debet esse eiusdem qualitatis cum suo principali, cui accedit, l. etiam. C. de iure dotium. l. 3. ff. eod. l. inter socerum. ff. de pactis dotalib. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignorat. act. Barthol. Perett. ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienan. pag. 93. num. 22. Bald. consil. 407. In quæstione. num. 3. vers. dicet aliquis, lib. 1. vbi quod idem ius statuitur in augmento, quod in principali aucto, Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 18. num. 51. & 52. Anchar. cons. 437. Ista sententia. num. 3. vbi ait, quod si territorium, seu comitatus ciuitatis augeatur, castra, quæ vniuntur, confunduntur in tantum, quod idem iuris est de augmento, quod de aucto, quando simpliciter, & non secundum quid sunt vnita, Iosephus Sesse Aragoniæ decis. 124. num. 28. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. concl. 555. à num. 1. Rot. decis. 94. num. 3. apud Farin. p. 2. recent. vbi dicitur quod augmenti idem iuris, est ac rei auctæ, & ibidem decis. 72. num. 4. id intelligitur, vbi non viget diuersa ratio, Fusar. de subst. q. 652. n. 6. 2

Limita in feudo, quia augmentum, quod fit 3
feudo per vassallum, si potest separari à feudo, non est feudale, sed eius, qui auxit, cap. 1. de innest. de reb. alien. fact. Alex. conf. 44. Visa facti. n. 8. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 555. num. 4. 5. & 6. restringentes quando augmentum non potest separari, vel quando non potest sciri, neque probari, quia tunc neque separari potest; igitur neque tanquam separatum iudicatur, sed feudale.

AVGMENTVM fit cum omnibus suis qualita- 4
tibus, l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati l. Labeo, la 2. in princip. ff. de arbitr. Bertazol. in repet. l. si quis maior. C. de transactionib. q. 1. n. 17.

Priuilegium principali concessum extenditur ad 5
eius

eius augmentum, *cap. quia circa, de priuileg. cap. ex parte. cap. pen. de decim. Bart. in l. si ita. ff. de auro & arg. legato, Brun. in tract. de augmento, concl. 9. per totam, Duen. reg. 73.* vbi loquitur de beneficio, *Erasm. à Cochier de iurisd. Ordin. in exemptos. p. 1. q. 37. per to-*
6 *tam.* Vbi *num. 7.* subdit, omnem iurisdictionem & exemptionem augmentum recipere, aut diminutionem ab incremento, vel decremento, id quod plurifariam docet *Bapt. Aym. Parmens. in tract. de alluuionib. lib. 2. cap. 16. & seqq.*

7 Limita, si priuilegium, beneficium, seu exemptio tendat in præiudicium tertij, tunc non fit illius extensio ad augmentum superueniens, *Angel. in l. si seruitus, col. pen. in princip. ff. de seruit. vrb. prad. Albert. Brun. d. concl. 9. num. 8. cum seqq. Erasm. à Cochier d. q. 37. num. 2.*

8 Iurisdictio alicuius castri si à Principe concedatur, & deinde numerus incolarum, aut ipsum castrum augeatur, etiam ad augmentum iurisdictio extenditur, vt ex *Angel.* resoluit *Brun. d. tract. de augmento, concl. 9. in princip. &* ex *Bald. Guido Pap. decis. 265. & decis. 489. num. 2. ac alijs, Cardin. Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 735. à num. 3.* & pleniùs *Cou. practic. cap. 2. num. 1. ad finem, & num. 8.* Quorum argumento videtur dicendum, quod si Princeps alicui Domino seu Magnati concedat datam officiorum alicuius ciuitatis, & deinde aliqua officia de nouo creauerit, ad hæc quoque extendatur concessio, vt tenet *D. Barbos. in l. diuortio. §. quod in anno. num. 17. ff. soluto matrim.* quicquid dicat *Afflict. lib. 3. constit. rub. 4. n. 10.* cuius opinionem forsan in foro receptam testatur *Cabed. Lusit. decis. 22. num. 3. & 5. p. 2.*

9 AVGMENTVM venit rebus simpliciter, & indefinitè donatis, seu remissis, *cap. ad audientiam 12. cap. ex parte 27. de decim. cap. quia circa 22. de priuileg.* vbi *Anton. Henric. à princip. Anchar. num. 3. & Socin. num. 1. Albert. Brun. d. tract. de augmento, concl. 9. & 16. Pinel. in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 3. num. 24. Valasc. cons. 58. num. 10. Card. Tusch. lit. D. concl. 491. & lit. E. concl. 560. & tom. 6. lit. P. concl. 735. à n. 23. Cabed. Lusit. decis. 95. à num. 1. p. 2.* Et quod in legatis simpliciter factis receptum sit venire augmentum, quod postea rei legatæ accessit, siue cum pronomine meo, siue simpliciter fiant, probat elegans *text. in l. cum fundus 10. ff. de legat. 2.* quem latè explicat *Cou. practic. cap. 2. à num. 2.* Sic etiam in hypotheca rerum ad me pertinentium facta simpliciter, quod veniant tam præsentes, quàm postea acquisitæ, probat *text. in l. vlt. C. quæ res pignori*, cum aliis, quæ post *Neguzant. de pignorib. p. 2. memb. 2. à princip.* adducit *Duen. reg. 76.*

10 AVGMENTVM, & diminutio pari passu ambulant, iuxta reg. *in l. si ex toto, in princip. ff. de legat. 1. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 85. n. 6.*

11 Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem, *l. si à milite. §. 1. ff. de milit. testam. l. si Rufinus. C. eod. tit. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. l. 3. ff. eod. tit. l. cum tale. ff. de condit. & demonstrat. l. si mancipia, in princip. ff. de fundo instr. Bertaz. de clausulis instrum. claus. 21. glos. 23. num. 6. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 4. & decis. 195. num. 5. & decis. 238. num. 10. Escob. de ratiocin. cap. 30. n. 12. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. q. 7. num. 23. Anton. Monach. Bononien. decis. 40. puncto 3. n. 51. Iosephus Sesse de inhibitionib. cap. 4. §. 1. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Benefacere inuitus nemo cogitur.*
2 *Benefacere tenemur benefacienti.*
3 *Obligatio ad antidora non est debita ex iustitia, sed ex voluntate.*
4 *Obligatio ad antidora non potest deduci in pactum.*

Benefacere.

AXIOMA XXXV.

BENEFACERE inuitus nemo cogitur, *cap. de* 1
Iudæis. 45. dist. cap. ad fidem 23. q. 5. Decc. cons. 319. num. 5. Marc. Anton. Genuens. in practicabilib. ecclesiastic. q. 147. p. 5.

BENEFACERE tenemur benefacienti, *l. sed si* 2
lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. l. si verò non remunerandi. §. idem Papinianus. ff. mandati. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condit. & demonstr. cap. cum in officijs, de testament. Thom. de Thomass. in floribus legum. reg. 55. vbi asserit procedere de honestate, & consilio, *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A. concl. 48. num. 1.*

Obligatio hæc, qua beneficiatus ab aliquo tene- 3
tur necessariò benefacienti ad antidora, & sic ad remunerationem, non est taxata; neque debita ex iustitia, sed ex amicitia, non ex necessitate, sed ex voluntate, vt per *Roman. cons. 500. Summarius, in fin. col. 3.* quem refert *Cardin. Tusch. d. concl. 48. num. 2.* vbi *num. 3. cum eod. Romano d. cons. 500. num. 9.* subdit, ideo talem obligationem ad antidora non posse de- 4
duci in pactum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Principis latè est interpretandum. Intelligi in præiudicium Principis non autem tertij, vt n. 2.*
3 *Beneficium Principis latam interpretationem recipit etiam in præiudicium tertij, quando verba hoc important.*
4 *Litteræ beneficiales tanquam ambitiosæ strictissimam recipiunt interpretationem.*
5 *Beneficium non confertur in inuitum.*
6 *Papa inuitos compellit Episcopos transire ex causa vtilitatis Ecclesiarum, secus verò pro honore personarum.*
7 *Beneficium datur propter officium.*

Beneficium.

AXIOMA XXXVI.

BENEFICIVM Principis latè est interpretan- 1
dum, *l. 3. ff. de constitut. Princip. l. quod verò. ff. de legib. l. si quando. C. de inoffic. testam. l. 2. C. de noxalib. actionib. l. cum multa. C. de bonis, quæ liber. cap. cum dilecti, de donationib. cap. quia circa, de priuileg. cap. olim, de verb. significat. Abb. cons. 101. In quæstione, in fin. num. 11. lib. 1. Alex. cons. 160. Viso themate. num. 3. vers. secundò præsuppono, lib. 2.* latè *Oldrad. cons. 300. Factum tale est. Roman. cons. 89. Visis ijs. num. 4. cum seqq.* vbi enumerat requisita ad hoc, vt locum habeat hoc Axioma; *Tiraq. de nobilit. cap. 37. num. 59. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 103. num. 31. Cott. in memorab. verbo priuilegia, pag. 704. Valasc. cons. 58. num. 12. Thom.*

de

de Thomasset. in floribus legum. reg. 56. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. B. concl. 49. num. 1. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo beneficium. num. 67. Monet. de distribut. quotid. p. 2. q. 14. num. 6. & 39. Iosephus Aldrette in allegat. Iuris pro omnimoda Regularium exempt. p. 3. cap. 6. num. 12. Sanctarel. vari. resolut. p. 1. q. 41. n. 32.

2 Intellige huiusmodi Axioma, quando agitur de præiudicio Principis concedentis, secus tamen est si agitur de præiudicio tertij, vt per *Ias. in l. fin. n. 19. & 20. ff. de constit. Princip. Oldrad. cons. 50. in fine, vers. non obstat, Anchar. cons. 161. Viso diligenter, in princip. Socin. reg. 1. Alexand. cons. 215. Non obstat. num. 4. & seq. vers. item licet. lib. 7. Ioan. Imola cons. 121. num. 2. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 2. in princip. & num. 4. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 42. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 21. num. 56. Card. Tusch. d. tom. 1. litt. B. concl. 50. num. 1.* Recipit tamen Principis beneficium latam interpretationem, etiamsi sit in præiudicium tertij, quando verba hoc important, *Dec. cons. 133. Viso tenore. num. 6.* quem refert *Card. Tusch. d. lit. B. concl 49. num. 11.* vbi *concl. 50. num. 25.* resoluit, quod beneficium Principis strictè interpretatur, quando concedit, vel donat, reseruata sibi in priuilegium Coronæ, vel Principatus; & *num. 13.* ex *Zabarel. cons. 126. num. 6.* subdit, quod licèt beneficium Principis latè interpretetur, tamen litteræ beneficiales, seu ad beneficia ecclesiastica obtinenda, tanquam ambitiosæ strictissimam recipiunt interpretationem.

3 4

5 Beneficium non confertur in inuitum, *l. fin. C. vnde legitimi. l. nec emere. C. de iure deliber. l. hoc iure. §. non potest. ff. de donat. l. inuito, & l. inuitus. §. quod cuique. ff. de regulis Iuris, Bald. cons. 1. Quædam Ecclesia. vers. in contrarium, lib. 1.* vbi loquitur in vnione, legitimatione, & emancipatione, vt non valeant inuito eo, qui consentire debet, etiamsi actus fiat ad sui fauorem propter mutationem status, latè *Calderin. cons. 56. An si Episcopus, aliàs 1. de transiat. Episcopi.* vbi quod Episcopus non promouetur ad Cardinalatum inuitus, & *cons. 57. aliàs 2. de*

6 *transiat. Episcopi*, vbi quod Papa inuitos compellit Episcopos transire ex causa vtilitatis Ecclesiarum, secus verò pro honore personarum, *Tiraq. de nobilit. cap. 6. n. 40. Thom. de Thomasset. reg. 60. & 151. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo beneficium. num. 65. Surd. cons. 167. num. 15.* latè *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. B. concl. 52.*

7 Beneficium datur propter officium, *Monet. de distribut. quotid. p. 2. a. 2. num. 40. Nicol. Garcia de benefic. p. 1. cap. 2. num. 60. & p. 7. cap. 11. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno.*
2 *Bona qui non habet, luit in corpore.*
3 *Bona fides non patitur, vt bis idem creditum exigatur.*
4 *Bonus quilibet præsumitur.*

Bona, Bonus.

AXIOMA XXXVII.

1 Bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, *l. mulier bona. ff. de iure dot. l. non possunt. ff. de iure fisci. l. subsignatum. §. bona. ff. de verb. signif. l. fin. §. sin autem as alienum. C. de bonis quæ liber. Rebuff. in comment. ad l. bonorum appellatio 49. vers. & sic infertur, cum vers. seq. pag. mihi 260. & ad l. vemisse 165. pag. 566. ff. de verbor. signif. Mexi. in tract. taxæ panis, concl. 2. n. 94. Surd. consil. 122. num. 22. & num. 81. & cons. 216. n. 12. Gutier. practic. lib. 3. q. 43. num. 17. cum seqq. Pichard. ad §. cum autem 3. num. 2. Instit. de lege Falcid. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 10. num. 7. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo bona. n. 4.*

Bona qui non habet, luit in corpore, *l. vlt. ff. de in ius vocando. l. 1. §. fin. ff. de pœnis, Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 5. casu 447. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. resolut. 251. n. 1. in 2. edit. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 26. n. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 3. lit. D. concl. 53.* 2

Bona fides non patitur, vt bis idem creditum exigatur, *cap. bona fides. ff. de regulis Iuris. l. bona fides. ff. depositi. glos. verbo sententiæ, in cap. suscitata,* vbi *Abb. num. 7. de in integ. restit. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 63. Roman. cons. 28. num. 2. vers. respondeo,* vbi *Apostil. in verbo non patitur,* subdens propterea admitti exceptionem solutionis etiam in executione sententiæ, ne contra bonam fidem semel exactum iterum exigatur, refert *Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. B. concl. 117. num. 1. & 2.* dolosè enim facit, qui contra bonam fidem facit, *Cravet. cons. 142. n. 14.* 3

Bonvs quilibet in dubio præsumitur, *l. meritò. ff. pro socio. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationib. cap. vnic. de scrutin. in Ord. facien. cap. dudum, & cap. vlt. de præsumpt. Bernard. reg. 65. Duen. reg. 75. Socin. reg. 39. Tiraq. de præscript. §. 1. glos. 2. vers. sed quod, pagin. mihi 87. Aretin. cons. 23. num. 10. vers. ad tertium, Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 2. Socin. in l. cum Prator. §. rogo. ff. de legat. 2. & cons. 15. num. 15. vol. 1. Marsil. in l. 1. n. 67. ff. de Sicar. Cravet. cons. 8. num. 1. Mench. illustr. cap. 70. num. 3. Mascard. de probationib. concl. 222. & 223. & concl. 878. & conclus. 1003. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 15. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 10. q. 3. num. 63. Petr. Alphons. de Vasconcellos in harmonia rubricarum Iuris Canonici, ad rub. de scrutinio in Ordine facien. num. 3. cum seqq. Brunor à Sole in locis communib. verbo bonus, Cened. ad Sextum collect. 29. num. 1. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. B. concl. 123. Garc. Gironda de priuilegiorum, seu exempt. explicat. num. 1500. Mendez à Castro in praxi Lusitana lib. 5. cap. 1. num. 64. Thom. de Thomass. in floribus legum. reg. 67.* vbi quod bonus præsumitur, qui de bono genere natus est, *Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. decis. 62. num. 6. Ottau. Glorit. resp. 6. num. 77. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 47. num. 282.* vbi quod ex educatione bona quis bonus præsumitur, *Menoch. de præsump. lib. 5. præs. 1. n. 29.* vbi limitat, quando agitur de salute animæ, *Sanctarel. vari. resolut. p. 1. resol. 2. n. 4.* 4

SVMMARIVM.

1 *Breuitati studendum.*
2 *Verba superflua & inania solent stomachari prudentes.*
3 *Moderni breuitate gaudent.*
4 *Breuitas admittitur, dummodo non sequatur obscuritas.*
5 *Consultor verborum prolixitatem reycere debet.*
6 *Loquacitas longa solet stomachari legentes, & tædium afferre.*

Breui

Breuitas.

AXIOMA XXXVIII.

1 BREVITATI ſtudendum eſt, non autem multiloquio, & ſuperfluis, *Franc. Aretin. conſ.* 1. *Decreueram iam diu, in princip.* quem refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 1. *lit. B. concluſ.* 127. *n.* 1.

2 quia verba ſuperflua & inania ſolent ſtomachari prudentes, *Roland. à Valle conſ.* 39. *num.* 2. *lib.* 2. *& conſ.* 61. *in princ. lib.* 3. quem refert *Card. Tuſch. tom.* 7.

3 *lit. S. concl.* 895. *num.* 31. Gaudent enim breuitate moderni, *l. ampliorem.* §. *in refutatorijs. C. de appellat. gloſ. in l.* 1. *ff. quod metus cauſa, Ioan. Andr. in proœm. Decretal. in verbo Gregorius, in princip.* vbi intelligit, dummodo non ſequatur obſcuritas, & incertitudo.

4 Et quod conſultor verborum prolixitatem reiicere debet, ait *Roland. d. conſ.* 61. *num.* 2. *lib.* 3. quia lon-

5 ga loquacitas ſolet ſtomachari legentes, vt dicit *Caſtren. conſ.* 191. *in princip. lib.* 2. & tædium animis inferre, ſecundum *Bald. conſ.* 155. *Loquacitate omiſſa. lib.* 2. & *Curt. Iun. conſ.* 288. *num.* 5. *& conſ.* 329. *in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Caſus omiſſus habetur pro omiſſo.*
2 *Lex, conſuetudo, vel ſtatutum omiſſum habetur pro omiſſo.*
3 *Omiſſum in contractibus habetur pro omiſſo.*
4 *Omiſſa cenſentur in contractu ea, quæ non ſunt de natura illius, ſi expreſſa non ſunt.*
5 *Omiſſum habetur pro omiſſo in reſcriptis, diſpenſationibus, priuilegiis, teſtamentis, diſpoſitione Iudicis, & teſtatoris.*
6 *Caſus omiſſus à noua diſpoſitione intelligitur ſecundum Ius antiquum.*
7 *Caſus omiſſus à partibus intelligitur ſecundum diſpoſitionem Iuris communis.*
8 *Omiſſus caſus à ſtatuto remanet in diſpoſitione Iuris communis.*
9 *Caſus duo quando ſunt æquiparati in Iure, diſpoſitum in vno cenſetur diſpoſitum in alio.*
10 *Exceptus caſus firmat regulam in contrarium.*
11 *Mixtus caſus non continetur ſub ſimplici.*

Caſus.

AXIOMA XXXIX.

1 CASVS omiſſus habetur pro omiſſo, *l. commodiſſimè. ff. de liberis, & poſth. cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi, cap. dilectus, de offic. Ordin. cap. is qui, de ſentent. excom. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 5. *lit. O. concl.* 116. *Oldrad. conſ.* 224. *n.* 14. *verſ. allegauit, Socin. conſ.* 32. *Ex ijs. num.* 18. *lib.* 1. *Petr. de Anchar. conſ.* 37. *num.* 7. *Ferrer. in conſtitut. Cathal. gloſ.* 1. *n.* 104.

2 Amplia primò in lege, ſtatuto, vel conſuetudine, vt per *Tiraq. de iure primog. q.* 40. *num.* 194. *Alex. conſ.* 123. *num.* 21. *lib.* 4. vbi de conſuetudine, *Roman. conſ.* 23. *Neſcio quid, in princip.* vbi quod caſus omiſſus in ſtatutis habetur pro omiſſo, *Alex. conſ.* 80. *Viſo, in princip. lib.* 1. *& conſ.* 1. *num.* 25. *verſ. denique, lib.* 3. vbi extendit in ſtatuto pœnali, & criminali, *Anchar. conſ.* 193. *Subtiliter, in princip.* vbi extendit in ſtatuto loquente de feudis, & fructibus feudorum, *Socin. d. conſ.* 32. *n.* 18. *lib.* 1. vbi ſubampliat, etiamſi ſtatutum ſit iuratum.

Amplia ſecundò in contractibus, *l.* 1. *l. quicquid* 3 *abſtringendæ. ff. de verb. obligat. Bald. conſ.* 296. *Quæritur, lib.* 2. *Petr. de Anchar. conſ.* 37. *num.* 7. *& conſ.* 245. *num.* 3. *Alex. conſ.* 46. *Ponderatis. num.* 4. *lib.* 2. vbi extendit in conuentionibus, *Decian. conſ.* 2. *num.* 4. *&* 6. *lib.* 2. *Roland. à Valle conſ.* 59. *In cauſa. num.* 25. *lib.* 3. vbi quod non eſt facienda interpretatio contractus ampla, ſed ſtricta, & ideo omiſſum habetur pro omiſſo, *Socin. d. conſ.* 32. *n.* 18. *lib.* 1. vbi loquitur de pactis, & mandato procuræ, *& conſ.* 47. *in princip. cod. lib.* 1. vbi de venditione, *Dyn. conſ.* 50. *num.* 7. *verſ. præterea*, vbi de compromiſſo, *Surd. deciſ.* 195. *n.* 11. *Rendin. in prompt. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 100. *num.* 17. *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 24. *n.* 277. *& q.* 34. *n.* 6. *&* 8.

Intellige, quia in contractu ea, quæ non ſunt de 4 natura contractus, ſi non ſunt expreſſa, cenſentur omiſſa, quamuis vna partium dicat hoc intellexiſſe incluſum, ſecus in iis, quæ ſunt de natura contractus, ita *Abb. conſ.* 75. *Illud, col.* 3. *in princip. verſ. præterea. lib.* 2. quem refert *Card. Tuſch. d. lit. O. concl.* 116. *num.* 21. Et circa naturalia, vel accidentalia contractus, tacitum pro expreſſo habetur, quando tacitè agitur ab vtraque parte, vt *in l. cum quid. ff. ſi certum petatur*, ſi verò ab vna tantùm parte, pro expreſſo non habebitur, vt *in l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſam, & in l. maiores. C. de tranſact.* vt notat *Rendina d. tom.* 1. *tit.* 24. *n.* 2. *& tit.* 100. *num.* 19. vbi *num.* 18. tenet, quod ſi forma eſt ſeruata in ſtipulatione, ſed aliquid ſubſtantiale eſt omiſſum, putà locus, vel quantitas rei in obligationem deductæ, tunc ſi illud, quod tacitè agebatur, probari poteſt, pro expreſſo habetur, *l. triticum. ff. de verb. oblig.* quod ſi probari non poteſt, habetur pro omiſſo, *l.* 3. §. *ſi quis inſulam. ff. de eo quod certo loco. l. ita ſtipulatus, in princ. & l. qui inſulam. ff. de verb. obligat.*

Amplia tertiò in omnibus diſpoſitionibus, in 5 quibus omiſſum habetur pro omiſſo, *Anchar. conſ.* 120. *in princip. & conſ.* 245. *n.* 5. vbi extendit, etiamſi maior ratio militet; *& conſ.* 37. *num.* 7. vbi extendit in reſcriptis, diſpenſationibus, priuilegiis, & teſtamentis, *Socin. d. conſ.* 32. *num.* 18. *lib.* 1. vbi extendit in diſpoſitione Iudicis, & diſpoſitis à teſtatore, ac in impetrante, *Alex. conſ.* 115. *Viſo inſtrumento. num.* 5. *verſ. confirmatur. lib.* 2. vbi extendit in treuga & pace; *& conſ.* 123. *num.* 21. *lib.* 4. vbi quod in confirmatione omiſſum habetur pro omiſſo, *Bald. conſ.* 332. *ſtatuto, circa fin. verſ. rectè igitur. lib.* 3. vbi quod in libello caſus omiſſus habetur pro omiſſo, & non valet ſententia lata ſuper eo, quod omiſſum eſt in libello, *Dec. conſ.* 438. *Accurate*, vbi quod in banno omiſſum habetur pro omiſſo, *Caſtill. conſ.* 17. *num.* 6. *& n.* 10. *&* 11. vbi quod in iis, quæ ſunt ſtricti iuris omiſſum habetur pro omiſſo, & non cogitato, *Angel. conſ.* 221. *In volumine*, vbi dicit caſum omiſſum haberi pro omiſſo, quando non obſtat mens veriſimilis; ſi autem obſtet, ſecus.

CASVS omiſſus à noua diſpoſitione intelligi- 6 tur ſecundum Ius antiquum, *l. ſi verò.* §. *de viro. ff. ſoluto matrim. l. commodiſſimè. ff. de liberis & poſth.*

Garc. Gironda de priuilegiorum, seu exemptionum explicatione. n.556. & n.886.

7 CASVS omissus à partibus intelligitur secundum dispositionem Iuris communis, *l. commodissimè. l. cum Prætor. ff. de iudic. l. si extraneus. ff. de condict. ob causam. l. si cum dotem. ff. soluto matrim. l. voluntatis. C. de fideiussorib. cap. cum venerabilis, de relig. domib. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 11. num. 16. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 54. num. 6. Rot. decis. 171. num. 2. apud Farin. p. 1. recent.*

8 *& decis. 703. num. 2. apud eund. p. 2. recent.* vbi quod casus omissus à statuto remanet in dispositione Iuris communis, *& decis. 463. num. 4. & decis. 171. num. 2. & decis. 640. num. 14. p. 1.* vbi quod casus omissus remanet in dispositione Iuris communis; *eadem Rot. in Florentina capellæ 4. Decembris 1617. coram Reuerendissimo D. meo Pirouano, impressa per Viuian. post praxim Iurispatron. decis. 62. n. 6.*

9 CASVS duo quando sunt æquiparati in Iure, dispositum in vno censetur dispositum in alio, *glos. verbo aduocandum, in l. mancipia. C. de seruis fugit. glos. fin. in l. si quis seruo. C. de furtis, glos. in cap. si postquam, de electione. lib. 6. Tiraq. de retractu lig. §. 15. glos. 1. num. 10. Anton. Gom. vari. tom. 3. cap. 11. n. 1. vers. aduertendum tamen, Molin. de primogen. lib. 2. cap. 8. num. 16. Surd. de aliment. tit. 2. q. 10. num. 2. Caid. Pereira de potest. eligendi cap. 7. num. 5. Flores de Mena vari. q. 3. n. 27. & 29.*

10 CASVS exceptus firmat regulam in contrarium, *l. nam quod liquidè. §. fin. in primo resp. ff. de pennlegata. l. quæsitum. §. idem respondit*, vbi *glos. verb. non potest. ff. de fundo instr. cap. 2. de coniug. leprof. Aretin. conf. 30. n. 9. Dec. conf. 247. n. 8. & conf. 605. n. 6. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 30. n. 4. & conf. 4. n. 23. & conf. 148. num. 31. & seq. Surd. conf. 303. n. 11. cum seq. Valasc. consult. 45. n. 1. in fine, Card. Seraphin. decis. 459. n. 3. & decis. 718. n. 7. & decis. 1251. num. 11. & 23. Farinac. in praxi crimin. p. 4. conf. 65. num. 74. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 5. num. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 51. n. 2. Fr. Anton. à Sousa in relect. de censur. Bullæ Cœnæ. cap. 20. disp. 96. n. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 522. n. 33. Rot. decis. 51. n. 10. & decis. 69. n. 4. & decis. 189. n. 2. apud Farin. p. 1. recent.*

11 CASVS mixtus non continetur sub simplici, quia aliter iudicamus de mixto, aliter de simplicibus, *Petr. de Anchar. conf. 37. Contra Ioan. n. 6. & 7. Angel. conf. 257. in princ. & conf. 328. Anastasius, in fin. n. 7. vers. non obstat, Dec. conf. 332. Licèt, in princip.* vbi quod mixtum non cadit sub simplici, nisi quatenus à lege inducitur contrarium ratione inseparabilitatis à simplici, *Socin. conf. 246. Eleganter. n. 3. vers. tertiò confirmo, lib. 2.* vbi quod mixtum non cadit sub simplici etiam in materia fauorabili, *Mandos. in reg. Cancel. reg. 9. q. 10. n. 3. & reg. 19. q. 15. n. 5.* vbi quod dispositio de simplicibus loquens non comprehendit casus qualificatos, & diuersæ naturæ, *Surd. consil. 429. n. 25. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 294. n. 12.* de quo tamen vide latiùs infrà *Axiom. 152.*

SVMMARIVM.

1 *Causa expressa regulat actum.*
2 *Causa dicitur dux mentis.*
3 *Causa ex vna datum, si illa causa non sequitur, reuocatur.*
4 *Causa cessante cessat eius effectus. Intellige de sola causa finali, vt n. 5.*
6 *Cessante causa impulsiua non cessat effectus.*
7 *Causa finalis, & causa impulsiua quando dicatur, remissiuè.*
8 *Causa in dubio potiùs præsumitur impulsiua, quàm finalis.*
9 *Priuilegij causa cessante cessat priuilegium.*
10 *Quarta Episcopi, quæ debetur ratione iurisdictionis, cessat cessante iurisdictione.*
11 *Dilationis causa cessante cessat dilatio.*
12 *Mandati causa cessante cessat mandatum.*
13 *Causa tenuitatis propter quam vnio facta fuit, si est falsa, vnio est ipso iure nulla.*
14 *Impedimenti causa cessante cessat impedimentum.*
15 *Cessante causa finali concessionis feudi, cessat feudum.*
16 *Cessante causa cessat effectus etiam in foro animæ, & in spiritualibus.*
17 *Pater si exhæredauit filium ex causa expressa, cessante causa cessat dispositio negatiua exhæredationis.*
18 *Cessante causa respiciente priuatam, siue publicam vtilitatem, cessat effectus, & dispositio.*
19 *Cessante vna causa ex pluribus simul concurrentibus ad actum, cessat actus vel dispositio.*
20 *Obligationis cessante causa cessat ipsa obligatio.*
21 *Causa vbi produxerit effectum perfectum, & consummatum, illa cessante non cessat effectus.*
22 *Causa vbi requiritur certo aliquo tempore, si eo tempore fuit, licèt postea cesset, non tamen cessat effectus.*
23 *Causæ plures quando concurrunt ad dispositionem, vna cessante non cessat dispositio.*
24 *Causa causæ est causa causati, si causa est proxima, quæ attenditur, non autem si est remota, vt n. 25.*
26 *Causæ & causati idem est iudicium.*
27 *Causatum regulatur secundum naturam causæ causantis.*
28 *Causa dicitur talis, qualis est causa causans.*
29 *Causa limitata limitatum producit effectum.*
30 *Causa proxima magis attenditur quàm remota, nisi causa remota non sit multum remota, & actus, qui fit, etiam fit contemplatione causæ non multum remotæ, vt n. 31.*
32 *Causa mediata attenditur, quando sine ea causa immediata, & prima esse non potest.*
33 *Causa naturalis potentior est quàm accidentalis.*
34 *Causa naturalis, & causa accidentalis quando concurrunt, semper naturalis præfertur.*

35 *Causa*

35 *Cauſa quæ nocet, inſpicitur, non quæ prodeſt.*
36 *Cauſa quælibet iuſta excuſat à pœna, etiam groſſa, & beſtialis, vt n.* 37.
38 *Cauſæ continentia diuidi non debet.*
39 *Cauſa tuè multa fiunt, quæ directò non conceduntur.*

Cauſa.

AXIOMA XL.

1 CAVSA expreſſa regulat actum, & indiſtinctè factum, vt reſtringatur ſecundum cauſam expreſſam, *Angel. conſ.* 248. *Punctus eſt exorta. num.* 3. vbi loquitur in compromiſſo generaliſſimo, vt non extendatur vltra mentem, & cauſam compromiſſi, *Abb. conſ.* 3. *Nitar, col.* 17. *in fine, verſ. ad* 23. *quæſt. lib.* 2. *Anton. de Butr. conſ.* 51. *num.* 5. *verſ. item hoc declarat*, vbi quod cauſa declarat dictum dubium, illudque ampliatur, & reſtringitur à cauſa, *Bald. conſ.* 312. *Factum ſuper quo. num.* 2. *verſ. tertiò vt cauſa, lib.* 4. vbi
2 ait, quod cauſa, & materia regulat mentes hominum, vt talis præſumatur mens, qualis eſt cauſa, quia cauſa dicitur dux mentis, *Anch. conſ.* 254. *Statuto cauetur. num.* 4. *Roman. conſ.* 503. *num.* 7. *& ſeq.* vbi quod cauſa legati limitat, & reſtringit legatum, refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 1. *lit. C. concluſ.* 136.

3 CAVSA ex vna datum, ſi illa cauſa non ſequitur, reuocatur, *l.* 1. *ff. de condict. cauſa data.* Ratio eſt, quia cauſa eſt proxima conditioni, vt ſicut neceſſe eſt purificare conditionem, ſic & cauſam, *Calderin. conſ.* 56. *num.* 2. *aliàs conſ.* 1. *de tranſlat. Prælat. Feder. de Senis conſ.* 164. *Licet ſemper, in princip.* vbi ait, quod reſignatio facta ex cauſa permutationis, reuocatur non ſequuta permutatione, *Mandel. conſ.* 77. *n.* 28. *& ſeq.* vbi quod promiſſio facta ex cauſa futuri Matrimonij, ſi non ſequatur Matrimonium, ceſſat, & nihil debetur, *Gemin. conſ.* 96. *num.* 9. *verſ. licet enim*, vbi quod priuilegium conceſſum ex certa qualitate, vel cauſa, ſi non adeſt qualitas, vel cauſa expreſſa, non valet priuilegium, etiamſi concedens ex alia cauſa potuiſſet concedere, *Bellon. conſ.* 3. *Curatus Eccleſiæ, in fine, verſ. ad ſecundum*, vbi ait, quod ſi Parochiani tenentur ſoluere menſuram auenæ pro candelis, quas dat Rector de conſuetudine, & eis non datur candela, nec ipſi debent auenam, quia dicitur debitum conditionale, vel ob cauſam, refert *Card. Tuſch. d. tom.* 1. *lit. C. concl.* 137. *à princip.*

4 CAVSA ceſſante ceſſat eius effectus, *l. adigere. §. quamuis. ff. de iurepatr. l. ſi pater. ff. de hæred. inſtit. l. generaliter. C. de Epiſcopis & cleric. l. cùm te. C. de pactis inter empt. cap. magnæ, in fine, de voto, cap. cum ceſſante* 60. *de appellat.* latè *Tiraq. in ſpeciali tract. ceſſante cauſa ceſſat effectus, & de iure primog. q.* 40. *num.* 170. *cum ſeq. Duen. reg.* 82. *Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg.* 71. *&* 271. *Brunor à Sole in locis communib. verb. Cauſa* 2. *Cardoſ. in praxi Iudicum, & Aduocat. eod. verbo. num.* 2. *Petr. de Anchar. conſ.* 47. *Pro clariori. n.* 4. vbi ait, quod hæc eſt regula generalis in legibus, contractibus, & aliis diſpoſitionibus, vt ceſſante cauſa, ſuper qua fundatur diſpoſitio, ceſſet & ipſa diſpoſitio. *Dyn. conſ.* 6. *Ex teſtamento Domin. num.* 2. *verſ. præterea*, vbi quod in pacto ceſſante cauſa finali ceſſat effectus, *Angel. conſil.* 346. *Titius*, vbi ampliat in omni diſpoſitione ſiue legali, ſiue teſtamentaria, ſiue inter viuos, quia diſpoſitio à cauſa regulatur, reſtringitur, & ampliatur, *Angel. conſil.* 86. *Hæreditas materna, in fin.* vbi loquitur in ſtatuto mandante repudiationem hæreditatis præſumi ſimulatam, ſi non eſt notificata in conſilio, quia ceſſat ceſſante cauſa, videlicet fraude, & quod hæres nihil conſequutus ſit ex hæreditate, *Cald. Pereira de poteſtate eligendi. capit.* 10. *num.* 2. *cum ſeqq. Cardin. Tuſch. d. tom.* 1. *lit. C. concl.* 202. *à princip. Sanchez de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 30. *num.* 12. *cum ſeqq. Ioſephus Seſſe Aragoniæ deciſ.* 185. *num.* 102. *Ioan. Franc. Leo in Theſauro fori eccleſiaſt. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 3. *Ludou. Rodolphin. vari. quæſt. lib.* 2. *q.* 35. *num.* 10. vbi *num.* 16. intelligit, vbi cauſa expreſſa eſt in lege, vel ſtatuto, *Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap.* 4. *num.* 50. *Caſ. Argel. de contradict. legat. q.* 5. *num.* 13. *& q.* 10. *n.* 27. *Sigiſm. Scacc. de appellationib. q.* 5. *n.* 117. *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 62. *num.* 17. *Anton. Monach. Lucenſi deciſ.* 14. *num.* 18. *& deciſ.* 21. *num.* 22. *& Florent. deciſ.* 1. *num.* 61. *Rot. deciſ.* 437. *num.* 3. *apud Farin. p.* 1. *recent.*

Intellige de ſola cauſa finali, quia ea ceſſante ceſ- 5
ſat effectus negotij, cui adiicitur, *Petr. de Anchar. conſ.* 47. *Pro clariori. num.* 4. *Euerard. in topicis legalibus, loco* 85. *Cardin. Tuſch. d. tom.* 1. *lit. C. concl.* 137. *num.* 14. *Sanchez in præcepta Decalogi. tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 42. *Manſic. deciſ.* 131. *num.* 4. vbi quod cauſa finali ceſſante non tollitur effectus, qui eſt conſummatus, & *num* 5. quod cauſa fiendi ceſſante non ceſſat effectus, ſed ceſſante cauſa eſſendi tollitur. Nam ceſſante cauſa impulſiua non ceſſat effectus, 6
quia dicitur cauſa impulſiua potiùs motiuum quoddam, quàm cauſa, *Bald. conſ.* 337. *Et præmitto. num.* 2. *lib.* 3. *& conſ.* 433. *Caſus talis eſt. num.* 5. *lib.* 5. *Iaſ. in l. ſi pecuniam. num.* 18. *&* 19. *ff. de condict. cauſa data, Cardin. Tuſch. d. tom.* 1. *lit. C. concl.* 137. *num.* 28. *&* 41. *Cephal. conſ.* 81. *num.* 8. *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, in* 1. *limit. num.* 2. *Hippol. in l. ſi quis Iudicum. num.* 2. *&* 3. *ff. de quæſt. Rodolphin. d. q.* 35. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 437. *num.* 3. *& deciſ.* 587. *num.* 6. *apud Farin. p.* 1. *recent.* Cauſa finalis quando dicatur, & quando impulſiua, 7
vide *Cardin. Tuſch. d. tom.* 1. *lit. C. concl.* 141. *&* 142. Cauſa in dubio potiùs præſumitur impulſiua, quàm 8
finalis, vt per *Rot. deciſ.* 587. *num.* 5. *apud Farin. p.* 1. *recent.*

Amplia primò ſupradictam concluſionem, quod 9
ſcilicet ceſſante cauſa ceſſet effectus, vt procedat in priuilegio, quia ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium, *Anchar. conſ.* 394. *Dubium eſt. num.* 3. & ſuperueniente noua cauſa contrariæ cauſæ, ex qua priuilegium fuit conceſſum, ceſſat priuilegium, *Roman. conſ.* 404. *In caſu. n.* 5. *&* 6. *verſ. ſecunda cauſa*, refert *Cardin. Tuſch. d. concl.* 202. *num.* 27. Extende in priuilegio conceſſo ex certa qualitate, vel cauſa, quia ſi non adeſt cauſa, vel qualitas expreſſa, non valet priuilegium, licèt concedens ex alia cauſa potuiſſet concedere, *Gemin. conſ* 96. *num.* 9. *verſ. licet.* Etiamſi cauſa finalis priuilegij eliciatur ex proœmio priuilegij, quia ea ceſſante ceſſat priuilegium, *Roman. conſ.* 180. *Si admittimus. n.* 7. *Cardin. Tuſch. d. lit. C. concl.* 137. *n.* 8. *&* 9.

Amplia ſecundò in quarta Epiſcopi, quæ debetur 10
ratione iuriſdictionis, vt ceſſante iuriſdictione ceſſet quarta, *Roman. conſ.* 477. *n.* 19. *&* 20. *Card. Tuſch. d. lit. C. concl.* 202. *num.* 7.

Amplia tertiò in dilatione, quia ceſſante cauſa 11
dilationis ceſſat dilatio, *Roman. conſ.* 503. *Diligenter. num.* 8. *Bald. conſ.* 112. *Eundo ad veritatem. lib.* 4. *Card. Tuſch. d. lit. C. concl.* 137. *n.* 18. *& concl.* 202. *n.* 9. *&* 17. *Anch. conſ.* 394. *Dubium. n.* 3.

Amplia quartò in mandato, quia ceſſante cauſa 12
mandati ceſſat mandatum, *cap. ſi pauper clericus, in fine, de præbend. lib.* 6. *Anch. d. conſ.* 394. *num.* 3. plenè

Roman. conſ. 374. *Præſens eſt quæſtio*, vbi *num.*3. ait, quod ceſſante contractu principali ceſſat pactum in contractu; & *num.*4. *verſ. quartò*, ait, quod ſi aliquid promittitur propter caſtrum, deſinente caſtro promiſſio ceſſat; & *num.*5. *verſ. ſicut*, quod ſocietas ſuper certa re contracta finitur deſinente ipſa re, ſuper qua contrahitur; & *eod. n.*5. *verſ. ſextò*, quod ſi res locata deſinit eſſe, locatio, & obligatio extinguitur; & *eod. num.*5. *verſ. vlt.* quod in promiſſione ſucceſſiua pro cauſa habente pariter factum ſucceſſiuum, ceſſante cauſa ceſſat promiſſio, refert *Card. Tuſch. d. concluſ.*202. *n.*20. *cum ſeqq.*

13 Amplia quintò in vnione facta ex cauſa tenuitatis, quia ſi eſt falſa, vnio eſt ipſo iure nulla, vt per *Oldrad. conſ.*260. *Quod vnio, in princip. Card. Tuſch. d. concl.* 202. *n.*8.

14 Amplia ſextò in impedimento, quia ceſſante cauſa impedimenti ceſſat impedimentum, *Signorol. de Homed. conſ.* 46. *Statuto ciuitatis. n.*4. quem refert *Card. Tuſch. d. concl.* 202. *n.*14.

15 Amplia ſeptimò in feudo, quia ceſſante cauſa finali conceſſionis feudi ceſſat feudum, etiamſi culpa vaſſalli non interueniat, vt per *Ioan. de Anan. conſ.*7. *n.*6. *verſ. ſecundò probatur. Card. Tuſch. d. concl.* 202. *n.* 32.

16 Amplia octauò in foro animæ, vt per *Tiraq. d. tract. ceſſante cauſa. p.*1. *num.* 18. & in ſpiritualibus, *Clar. §. fin. q.*76. *in fine*, quem refert *Card. Tuſch. d. concl.*202. *n.*41.

17 Amplia nonò tam in diſpoſitione affirmatiua, quàm negatiua; ideo ſi pater exhæredauit filium ex cauſa expreſſa, ceſſante cauſa ceſſat diſpoſitio negatiua exhæredationis, *Roman. conſ.*438. *num.*5. *verſ. tertiò, quia*, quem refert *Card. Tuſch. d. concl.* 202. *num.*42.

18 Amplia decimò, ſiue cauſa reſpiciat priuatam, ſiue publicam vtilitatem, quia ſi ea ceſſat, ceſſare debet effectus, & diſpoſitio, ex *Ioan. de Imola conſ.*87. *verſ. præterea ſecundò, Card. Tuſch. d. concl.*202. *n.*32.

19 Amplia vndecimò, vt procedat etiam quando plures cauſæ ſimul debẽt concurrere ad actum, quia vna ceſſante ceſſat actus, vel diſpoſitio, *Abb. conſ.*70. *Id de iure quæritur, col.*2. *verſ. tertiò probatur, lib.*2. *Card. Tuſch. d. concl.* 202. *n.*43.

20 Amplia duodecimò in obligatione, & promiſſione, quia ceſſante cauſa obligationis ceſſat ipſa obligatio, & promiſſio, *Rot. deciſ.*50. *num.*3. & 7. & *deciſ.*55. *num.*1. *apud Farin. p.*1. *recent.* & *deciſ.*428. *num.*2. & *deciſ.*463. *num.*11. *ead. p.*1. vbi quod ceſſante cauſa excluſionis ceſſat excluſio.

21 Limita primò, quando cauſa produxerit effectum perfectum, & conſummatum, *l. fin. in princ. ff. vnde liberi, l. ſancimus. C. de admin. tutor. Tiraq. d. tract. ceſſante cauſa. limit.* 12. *n.*2. *Thom. de Thomaſſ. d. reg.*271. *Gam. Luſit. deciſ.*27. *num.* 4. *Valaſc. conſ.* 57. *num.* 1. *Molin. de ritu nupt. lib.*3. *q.*25. *n.*34. vbi *n.*33. idem aſſerit iure iam radicato.

22 Limita ſecundò, quoties cauſa requiritur certo aliquo tempore, ſi enim eo tempore fuit, licèt poſtea ceſſet, non tamen ceſſat effectus, *l. ſi quis hæredem. C. de inſtit. & ſubſtit. Tiraq. in d. tract. ceſſante cauſa. limit.* 4. *Gallet. in margarita caſuum Conſcient. verbo Cauſa, Dec. conſ.*24. *n.*1. *Rot. deciſ.*733. *n.*8. *apud Farin. p.*2. *recent.*

23 Limita tertiò, quando plures cauſæ concurrunt ad diſpoſitionem, quia vna ceſſante non ceſſat diſpoſitio, *Roman. conſ.*497. *dubitatur, in fine, Tiraq. in d. tract. ceſſante cauſa. limit.*22. *Rot. deciſ.*733. *num.* 8. *apud Farin. p.*2. *recent.* & *d. deciſ.* 587. *num.*7. *p.* 1. *recent. Card. Tuſch. d. concl.* 202. *num.* 59. vbi *num.* 60. poſt *Bart. conſ.*21. *Viſa prima. num.*3. & 4. declarat, vt non procedat in fideiuſſione facta pro mutuo naturali & ciuili, quia ex pluribus cauſis obligatus fideiuſſor, de iudicato ſoluendo non tenetur ſi mutuum ſit ſolùm naturale, vel ſolùm ciuile, quando obligatio eſt ex cauſis prædictis.

CAVSA cauſæ eſt cauſa cauſati, *l. manumiſſione.* *ff. de iuſtit. & iure*, *Bart. in l.* 4. *§. actor. num.* 2. *ff. de re iud. Iaſ. in l. pecuniam. num.* 21. *ff. de condict. cauſa data, Surd. de aliment. tit.*1. *q.*42. *num.*49. & *conſ.*196. *num.*13. & *conſ.* 407. *n.*34. *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.*3. *q.* 34. *num.*26. *Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.*4. *num.* 50. *Card. Tuſch. d. tom.*1. *lit. C. concl.*138. 24

Intellige vt procedat, ſi cauſa eſt proxima, quæ attenditur, non autem ſi eſt remota, *Iaſ. in d. l. ſi pecuniam. n.*21. *Anch. conſ.* 222. *Subtiliter. num.* 4. vbi quod non dicitur creditor ex inſtrumento, ſed ex ſucceſſione is, qui ſucceſſit creditori, *Caſtr. conſ.*226. *Dico dictum, in princip. lib.*1. quicquid dicat *Calderin. conſ.*282. *in princip. aliàs* 4. *de locato.* 25

CAVSÆ, & cauſati idem eſt iudicium, *l. quominus. ff. de fluminib. l etſi amicis. ff. ad leg. Iul. de adulter. l. ſi autem, in fin. ff. de aqua pluu. l. non ideo. C. de hæred. inſtit. l. maritus. C. de procurat.* Cauſatum igitur regulatur ſecundum naturam cauſæ cauſantis, *Bald. conſ.* 150. *Proponitur quod, in fine, lib.*5. *Card. Tuſch. d. concl.* 138. *num.* 10. quia cauſa vbi pendet, cauſatum pendet, *l. ſed etſi quis. ff. de vſufruct.* Et cauſa dicitur talis, qualis eſt cauſa cauſans, *Bald. conſ.*84. *Dicta cauſa, lib.*4. imò cauſa determinat ſuum cauſatum, *Surd. conſ.*454. *num.*30. Et cauſatum regitur à cauſa ſuæ cauſæ, *Rot. deciſ.* 287. *num.* 1. *apud Farin. p.* 1. *recent.* & regulatur cauſatum ſecundum naturam cauſæ cauſantis, *Bald. conſ.*84. *Dicta cauſa, lib.*4. & *conſ.*150. *Proponitur, in fin. lib.*5. quem refert *Card. Tuſch. tom.*7. *lit. S. concl.*757. *num.*33. At omne ius potentius dicitur in cauſante, quàm in cauſato, *l. digna vox. C. de legib. Caſtren. conſ.*421. *Quod renunciatio, verſ. non obſtat, lib.* 2. vbi quod diſpoſita in cauſato, magis procedunt in cauſante, refert *Card. Tuſch. d. concl.*138. *n.*11. 26 27 28

CAVSA limitata limitatum producit effectum, *l. in agris. ff. de acquir. rerum dominio. l. cancellauerat. ff. de vs, quæ in teſtam. delentur, l.* 2. vbi *Bald. ff. de ſeruis export. l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulgari, & pupil. ſubſtit. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de legat.* 2. *l. age cum Geminiano. C. de tranſaction. cap. ea noſcitur, de ſent. excom. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa. p.*1. *n.*147. *& de retractu lig. §.* 32. *glo.*1. *num.*49. *Surd. conſ.*10. *num.*49. *Vgolin. de officio. & poteſt. Epiſcopi cap.*57. *§.*2. *num.*6. *verſ. tertio Epiſcopus, Brunor à Sole in locis communibus, verbo Cauſa* 9. *Cardoſ. in praxi Indicum, & Aduocat. eod. verb. n.*3. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. §.*5. *procem. n.*6. *Stephan. Gratian. Marchia deciſ.*56. *num.*5. *Aloyſ. Ricc. in deciſion. Curiæ Archiep. Neapol. p.*1. *deciſ.* 29. *num.*7. *Gutier. pract. lib.*3. *q.*31. *n.*7. *Caſ. Argel. de contradict. legit. q.*10. *num.* 168. & *num.* 244. & *q.* 4. *num.* 52. & *q.* 3. *num.* 108. & *q.*8. *num.*11. *Mantic. deciſ.*232. *num.*9. & *deciſ.*267. *num.* 4. *Mari. Antonin. vari. reſolut. lib.*1. *reſol.*108. *num.*18. *Rot* 690. *n.*9. *apud Farin. p.*1. *recent.* 29

CAVSA proxima magis attenditur quàm remota, *l. ſed etſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgari, & pup. ſubſtit. l. ligni, in fine. ff. de legat.*3. *Tiraq. de retractu lig. §.* 36. *glo.*3. *num.* 19. *Anch. conſ.* 222. *Subtiliter. num.*4. *Ioſeph. Seſſe Arag. deciſ.*187. *num.*68. *Gallet. in margarita caſuum Conſcient. verbo Cauſa, Card. Tuſch. d. tom.*1. *lit. C. concl.*145. *n.*1. *Aloyſ. Ricc. in deciſionib. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.*216. *num.* 3. *p.*1. *Bened.* 30

Ægid.

Ægid. in repet. l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. p. 1. cap. 6. num. 54.

31 Limita, vt attendatur etiam cauſa remota ſicut proxima, quando non eſt multum remota, & actus, qui fit, etiam fit contemplatione cauſæ non multum remotæ, *l. ſocium, qui in eo*, vbi *Bart. ff. pro ſocio, Aretin. conſ. 14. Viſo, & diligenter. col. 4. poſt med. num. 7. verſ. præterea*, refert *Card. Tuſch. d. lit. C. concl. 145. n. 6.*

32 Limita etiam, vt attendatur cauſa mediata, quando ſine ea cauſa immediata & proxima eſſe non poſſet, *Bart. in l. ſed & ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulgari, & pupil. Aretin. conſ. 6. Viſo. num. 9. verſ. confirmatur iſta concluſio, Card. Tuſch. d. concl. 145. n. 3.* vbi *num. 4. cum eodem Aretin.* locis citatis, idem dicit, quando cauſa mediata non eſt multum remota, quia tunc attenditur ſicut proxima, ad quod citari ſolet *l. uxori quis, in fin. ff. de auro & arg. leg.*

33 CAVSA naturalis potentior eſt quàm accidentalis, *l. qui habent. ff. de tutel. l. filio quem pater. ff. de liber. & poſthum. cap. præſenti. §. idem de prabend. lib. 6. Anton. Gom. vari. tom. 1. cap. 5. num. 34. & cap. 6. num. 8. Menoch. conſ. 1. num. 16. Card. Tuſch. d. tom. 1. lit. C. concl. 147. Ceuall. commun. contra communes. tom. 4. q. 905. num. 53. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib. 2. cap. 3. num. 20. Gallet. in margarita caſuum Conſcient. verbo Cauſa.* Si enim plures cauſæ concurrunt, illa quæ eſt potentior, ſemper attenditur, *Bart. in q. 1 c. Statuto ciuitatis Lucanæ, in princip. verſ. ſecundò ſic*, quem refert *Card. Tuſch. d. lit. C. concl. 147. n. 9.* vbi *num. 10.* ait procedere etiam in præſumptionibus, quia cedunt veritati tanquam potentiori, & inter ſe vna præſumptio potentior tollit aliam minus potentem.

34 CAVSA naturalis, & cauſa accidentalis quando concurrunt, ſemper naturalis præfertur, *d. l. qui habet, Abb. conſ. 62. In controuerſia, col. 8. num. 16. lib. 2. Bart. in ſua quæſt. 18. pupillus. num. 2. verſ. tertiò, Alex. conſ. 703. Conſideratis. num. 6. verſ. & quia. lib. 5. & conſil. 4. Ponderatis. num. 2. & 3. verſ. modo ſic. lib. 4.* vbi ait, quod diſpoſitio loquens quod maior ſuccedat, intelligitur de maiore natu, & ſic de cauſa, & maioritate naturali, non de accidentali, vel ficta, ſi verba aliud non ſuadeant, *Abb. conſ. 62. num. 10. lib. 2. Petr. de Anchar. conſ. 37. num. 6. in fine, & num. 7.* vbi aiunt, domicilium originale non mutari propter domicilium habitationis per accidens, quia potentius eſt naturale quam accidentale, refert *Cardin. Tuſch. d. concl. 147. à princip.* vbi *num. 12.* poſt *Ioan. de Imola conſ. 35. num. 7. verſ. & primò*, limitat quando naturalis prodeſt, & accidentalis nocet, quia tunc accidentalis præualet naturali, ſeu originali.

35 CAVSA, quæ nocet, inſpicitur, non quæ prodeſt, *l. ſi quis in graui. §. vlt. cum l. ſeq. ff. ad Syllan. l. 3. ff. de ſuſpect. tutor. Felin. in cap. 1. col. 5. in 2. limit. de re iudic. Surd. conſ. 361. num. 16. Brunor à Sole in locis communib. verbo Cauſa* 14. vbi intelligit huiuſmodi Axioma procedere, quando ambæ cauſæ eſſent æqualis potentiæ, ſecus quando ea, quæ prodeſt, eſſet potior, & per eam actus eſt factus principaliter, ad hoc eſt *text. in l. 3. §. ſi quis palam. ff. de iure fiſci.*

36 CAVSA quælibet iuſta excuſat à pœna, Doctores *in l. Iulianus. ff. de condict. indeb. Bald. in l. obſeruari. §. proficiſci. ff. de offic. Proconſ. gloſ. in l. plagij. C. ad leg. Flau. de plagijs, Dec. conſ. 170. col. fin. in princip. Socin. conſ. 127. col. 2. lib. 1. Beroi. conſ. 4. in fine, & conſ. 187. in fine, lib. 3. Franc. Becc. conſ. 102. num. 3. Alex. conſ. 119. Quæritur. num. 12. verſ. ſecundò pro hoc facit, lib. 2.* vbi quod iuſta cauſa excuſat à pœna legali, & à condemnatione expenſarum, & à mora, ac pœna interitus rei debitæ, & a pœna intereſſe, ſeu ab obligatione intereſſe, *Menoch. remed. 5. recuper. num. 48.* vbi quod cauſa etiam leuis excuſat à dolo, & multo magis à temeritate, & *num. 50.* extendit in diſpoſitione pœnali ſtatuti, & *num. 53.* extendit in crimine falſi, & *num. 56.* quod excuſat à contumacia, & aliis delictis, & *num. 57.* quod excuſat à violentia, & *num. 63.* declarat, quod non excuſat in aliquo iuſta cauſa quando ſtatutum, vel lex punit delictum quoquo modo committatur, & *n. 61.* ait, quod iniuſta cauſa non excuſat à lata culpa, quando delictum ex lata culpa ſolùm punitur, refert *Cardin. Tuſch. d. tom. 1. lit. C. concl. 152. per totam.*

Amplia, vt quælibet cauſa etiam groſſa, & beſtialis excuſet à pœna conuentionali, *Pariſ. conſ. 151. num. 29. lib. 4. Alex. conſ. 115. num. 15. & ſeq. lib. 4. & conſ. 233. num. 12. lib. 6. Cranet. conſ. 6. n. 89. & conſ. 319. num. 14. Menoch. remed. 3. recup. num. 49. Card. Tuſch. d. concl. 152. num. 30.* & à dolo, & à mora, *Iaſ. in l. 2. n. 61. & 62. C. de iure emphyt. Hieron. de Tort. conſ. ſuo poſt conſilia Anton. de Butr. num. 5. circa finem, verſ. ſed quid fortius, Rot. deciſ. 528. n. 7. apud Farin. p. 2. recent* vbi quòd cauſa quælibet etiam beſtialis & temeraria excuſat à fructuum reſtitutione. 37

CAVSÆ continentia diuidi non debet, *l. nulli. C. de iudic. cap. fin. de reſcript. Bart. in l. eum quem temerè, in fine principij. ff. eodem, & in l. à diuo Pio. §. 1. num. 2. ff. de re iudic. Boër. deciſ. 69. num. 24. & 25. Lap. alleg. 79. In Dei nomine. num. 7. Menoch. de arbitr. caſu 371. num. 2. cum ſeq. & conſ. 130. num. 1. Alex. conſ. 65. In cauſa. num. 11. lib. 7. Cardin. Tuſch. d. tom. 1. lit. C. concl. 159. & tom. 2. concl. 976.* vbi limitat in cauſis diuiduis, *Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 3. num. 13. Alex. Trentaſinq. vari. reſolut. lib. 2. tit. de iudic. reſol. 3. à num. 1. Bernard. Græua. ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concl. 32. & 33.* 38

CAVSATIVE multa fiunt, quæ directò non conceduntur, vt latè proſequitur *Cardin. Tuſch. d. tom. 1. lit. C. concl. 161. per totam.* 39

SVMMARIVM.

1 *Certus qui eſt, amplius certiorari non debet.*
2 *Declaratur multipliciter hæc regula.*

Certus.

AXIOMA XLI.

CERTVS qui eſt, amplius certiorari non debet, quia certioratio fit ad finem, vt quis ſciat; ergo ſi ſcit, non requiritur certioratio, *l. 1. ff. de actor. empt. cap. eum qui, de regulis Iuris. lib. 6. gloſ. verbo cognouerunt, in princ. in cap. cùm inter 18. de elect. Tiraq. de retractu lig. gloſ. 2. §. 36. num. 24. Rimin. Iun. conſ. 238. num. 37. vol. 3. Gemin. conſ. 33. num. 5.* vbi ampliat in actibus de ſui natura prohibitis, quia ſufficit, vt quis ſciat quomodocunque, etiamſi non ſequatur intimatio prohibitionis; & *num. 13. verſ. item quando*, ampliat, vt procedat etiam in caſibus in quibus requiritur inſinuatio, & intimatio, quando quis habet plenam notitiam, quia non requiritur alia certioratio, & intimatio, *Surd. conſ. 272. n. 12. & deciſ. 288. n. 44. Menoch. conſil. 825. n. 11. lib. 9. Theſaur. deciſ. 221. in fine, Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. lit. C. concl. 199. à princip.* 1

2 Declara multipliciter cum *Alex. consil. 27. Viso themate, in princ. lib. 6. & consil. 138. Viso puncto, lib. 7.* vt scilicet quando denunciatio, intimatio, vel certioratio fit solùm ad finem, vt quis sciat, tunc sufficiat quod quis sciat, & isto casu certus non debet certiorari: si verò certioratio est de substantia, vel forma, prout quando lex mandat denunciari, aliàs actus sit nullus, tunc non sufficit scientia, sed debet fieri denunciatio ei, qui certus est. Vel alio modo, vt scilicet quando notificatio, & intimatio fit, vt quis reddatur certus de aliquo, tunc si ipse, cui debet fieri, sciat aliunde, non sit necessaria alia notificatio, vel certioratio; si verò fiat ad incitandum notificatum, vt aliquid faciat, vel ad prohibendum, ne aliquid faciat, tunc non sufficiat scientia; & quando res esset dubia, an sit facienda ad effectum notificandi, vt sit certus, an verò incitandi, vt aliquid faciat, vel non, in dubio præsumitur vt certus reddatur, adeò quod si sciat aliunde is, cui debet fieri notificatio, tunc non sit necessaria. Vel denique distingui potest, aut intimatio, vel denunciatio requiritur ad commodum denunciantis, aut requiritur ad commodum denunciati. Primo casu, si ad commodum denunciantis, & tunc si agitur, vt ex notificatione notificans ius acquirat, vel vt notificatus pœnam, vel moram incurrat, non sufficit sola scientia notificati, si verò agitur solùm, vt notificatus incidat in malam fidem, sola scientia sufficit. Si verò agitur, vt fiat denunciatio ad commodum eius, cui denunciatur, semper sufficit sola scientia, refert *Card. Tusch. d. concl. 199. n. 8. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Charitas bene ordinata incipit à se ipso.*
2 *Proximi dilectio trahit originē à charitate.*
3 *Dolo quis facere non videtur, qui se plus altero diligit.*
4 *Ordo charitatis suggerit, vt priùs nostris, quàm extraneis subueniamus.*
5 *Charitatis ordo quis sit, ostenditur.*

Charitas.

Axioma XLII.

1 CHARITAS bene ordinata incipit à se ipso, *l. qui seruandarum. ff. de præscript. verbis, l. Præses. C. de seruit. & aqua, cap. non satis. 86. dist. cap. si non licet 23. q. 5. cap. nisi specialis*, vbi *glos. verbo eligemus, de auctorit. & vsu pallij. cap. licet*, vbi *glos. verbo videamur, de temporib. ordinat. cap. dilecto, de præbend. Duen. reg. 33. Roman. consil. 364. Dum secundò, in*
2 *princip. num. 2.* vbi ait, quod charitas prima incipit à se ipso, quia quis priùs sibi, postea aliis prouidere debet, & ita quod incipere debet à suis, & sua familia, *Ægid. Bellam. consil. 16. num. 3. & 4.* vbi quod dilectio proximi trahit originem à charitate, quia quis se ipsum diligit primo loco, *Cranet. consil. 8. n. 18.*
3 vbi quod quis dolo facere non videtur, qui se plus altero diligit, *Bald. consil. 412. Factum super quo. n. 3. lib. 4.* vbi adeò dicit verum in tantum, vt quis ex ordinata charitate magis amet se in vngue pedis, quàm aduersarium in vertice capitis, *Afflict. decis. 290. num. 9. Calcan. consil. 7. num. 19.* vbi quod quis magis sibi, quàm alteri prouidere debet, *Anch. consil.*
4 436 *In iis dubijs, in princ.* vbi quod ordo charitatis suggerit, vt priùs nostris, quàm extraneis subueniamus, *Petr. Alphons. de Vasconcellos in harmonia rubricarum Iuris Canon. in tit. de auctorit. & vsu pallij. num. 14. Paul. Fusch. lit. C. sing. 60. Surd. de aliment. tit. 1. q. 94. num. 1. & tit. 7. q. 8. & tit. 29. num. 1. & decis. 236. num. 21. & consil. 205. num. 12. & consil. 345. num. 28. Gutier. de tutel. p. 3. cap. 12. num. 1. in fine, Flamin. Paris. de resignat. benefic. tom. 2. lib. 9. q. 17. num. 117. Cald. Pereira quæst. forens. in comment. ad tit. Instit. de inoff. testam. in princip. num. 21. Aleys. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiast. decis. 131. num. 3. in 1. edit. & resol. 16. num. 3. & resol. 518. num. 4. in 2. edit. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. clericali. §. 27. n. 8. & tit. de bonis clericorum. §. 13. num. 3. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C. concl. 220. à princip. Iosephus Sesse Aragon. decis. 36. num. 6. Pichard. ad §. Iuris præcepta. num. 29. Instit. de iustit. & iure, Mantic. decis. 10. num. 7. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 42. num. 9.*

Declara ordinem charitatis esse, vt ante omnia 5
diligatur Deus, & deinde incipiat à se ipso, & vt
post se ipsum primò parentes, secundò filios, deinde proximum diligat, vt per *Anton. de Butr. consil. 25. num. 4.* Vbi verò agitur de subministranda eleemosyna etiam in actu ad salutem, putà pro consequenda Indulgentia mediante eleemosyna iuxta facultatem elargiri debentis, id intelligitur moderatè, & ciuiliter, vt primò sibi, & suis prouideat, postea elargiatur pro eleemosyna; ita *Roman. consil. 364. in princip.* prout illum refert *Cardin. Tusch. d. concl. 220. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Circuitus inutiles sunt vitandi, quando subest æquitas, vt num. 2. Limita, quando circuitus non est omnino inutilis, vt num. 4.*

Circuitus.

Axioma XLIII.

CIRCVITVS inutiles sunt vitandi, *Clem. Auditor, de rescript. Bald. consil. 100. Petrus, in fin. lib. 4. Alex. consil. 77. In causa, in fin. lib. 2. Dec. consil. 407. Visis, col. 3. num. 8. Socin. consil. 27. Pro decisione, col. fin. lib. 1. Guido Pap. decis. 375. Mater, Boër. decis. 204. Præsuppono. num. 3. Afflict. decis. 8. Quidam filiusfam. Tiraq. de retractu. tit. 2. §. 2. glos. 1. num. 24. & 71. & ad finem tit. num. 60.* vbi quod in supremis tribunalibus & curiis circuitus omnino tollendi sunt, *Vincent. de Franch. decis. 273. ad fin. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C. concl. 229. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 73. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 81. num. 14. Cæs. Argel. de contradict. legit. q. 5. num. 5. & num. 94. & q. 7. num. 113. & q. 8. num. 5. & q. 10. num. 135. & num. 223. & q. 17. num. 30. Anton. Monach. Lucens. decis. 25. num. 87. Fusar. de substitut. quæst. 260. num. 4.* 1

Amplia primò, vt circuitus sint vitandi, quan- 2
do subest æquitas, vt si quis rem meam indebitè detineat, ad cuius restitutionem debet condemnari, quia si ex inepta petitione esset instituenda noua actio, æquius est, vt condemnatio fiat ad tollendum circuitum, quando condemnandus retinet ex titulo lucratiuo, *Petr. de Anch. consil. 23. n. 11. vers. ad secundum dubium*, quem refert *Card. Tusch. d. concl. 229. n. 5.*

Amplia

3 Amplia secundò, in tantum actum & circuitum frustratorium non esse faciendum, vt licèt quis teneatur offerendo deponere cum effectu, tamen si is, cui oblatio est facienda cum consignatione, recusat recipere, non teneatur facere actum frustratorium depositi, quod aliàs esset necessarium, *Cuman. cons. 5. Non reuocando. num. 2. vers. nec dici potest, Cranet. cons. 331. num. 5. lib. 3. Roland. à Valle cons. 53. num. 26. lib. 1.* vbi *num. 34. & seq.* declarat, nisi is, qui contradicit, habeat iustam causam contradicendi, quia tunc offerens debet deponere, licèt recuset recipere, refert *Card. Tusch. d. concl. 229. n. 10.*

4 Limita, quando circuitus non est omnino inutilis, quia non euitatur, *Card. in d. Clem. Auditor. q. 14. n. 16. Dec. in l. cùm fundus. §. seruum tuum. n. 5. ff. si certum pet. Cranet. cons. 376. num. 23. & 24. Abb. cons. 95. In præsenti, col. 1. in fine, verb. & si dicatur. lib. 1.* vbi ait, quod propter bonum obedientiæ admittitur circuitus inutilis, putà Religiosus non potest transire ad aliam Religionem etiam strictiorem, nisi petita licentia à superiore, licèt illam non obtineat, si detur casus, quod transeat non petita licentia, ille reuocatur ad primam Religionem, licèt reuocatus petita licentia, & non obtenta possit iterum ad eandem arctiorem transire; addítque sufficere impotentiam quod circuitus possit reddi vtilis, licèt ab aduentu non reddatur, refert *Cardin. Tusch. d. concl. 229. à n. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Commodum eius esse debet, cuius est periculum.*
2 *Incommoda illum sequi debent, quem & commoda sequuntur.*
3 *Commodum ex malitia sua nemo reportare debet.*

Commodum.

AXIOMA XLIV.

1 COMMODVM eius esse debet, cuius est periculum & incommodum, *l. fin. §. sed cum. C. de furtis. l. supernacuam. C. de tempor. in integ. restit. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actionib. empti. l. secundum naturam. ff. de regulis Iuris. §. item pretium. Instit. de empt. & vendit. Castren. cons. 133. num. 2. in fine, lib. 2. Anchar. cons. 180. Visa diligenter. num. 5.* vbi is, qui acceptat legatum cum onere, tenetur ad onus, *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 105. Pichard. ad §. placebat. num. 33. ff. de agnat. succes. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 23. n. 4. Rot. decis. 149. num. 7. apud Farin. p. 2. recent.* vbi quod commodum eius est, cuius est & incommodum, *& decis. 333. n. 1. ead. p. 2.* vbi quod commodum non habens, neque debet habere incommodum, *& decis. 175. num. 3. & decis. 677. num. 5.* vbi quod commodum qui sentit, debet sentire etiam incommodum, *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. O. concl. 144. n. 5.*

2 Incommoda illum sequi debent, quem & commoda sequuntur, *l. prima. §. fin. ff. de aqua pluu. art.* vbi quod omne incommodum aliquo commodo est compensandum, *l. cum filio. ff. ad Syllan.* vbi quod omne commodum cum suo onere pertransit, *Cardin. Tusch. tom. 8. lit. V. concl. 374. Escob. de ratiocin. cap. 42. n. 12. & comput. 20. n. 14.*

COMMODVM ex malitia sua nemo reportare debet; vide infrà *Axiom. 143. n. 3.* 3

SVMMARIVM.

1 *Communio regulariter parit discordias.*
2 *Commune quod est, meum non est.*
3 *Communi in re melior est conditio possidentis.*

Communio, Communis.

AXIOMA XLV.

COMMVNIO regulariter parit discordias, & ideo solet dici quod nemo cogitur stare in communione, *l. si non sortem. §. si centum. ff. de condict. indeb. l. in re communi. vers. propter immensas. ff. de seruit. vrban. prad. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. l. sancimus. §. ne autem. C. de donat. l. 2. ibi, naturale quippe vitium. C. quando, & quibus quarta pars, lib. 12. Castr. cons. 107. videtur dicendum, in princip. lib. 1. & cons. 333. Viso testamento, vers. præterea non est credendum, eod. lib. 1. Alex. cons. 46. Visis. num. 11. lib. 1. Tiraq. de retract. lig. §. 23. glos. 1. num. 17. Mascard. de probat. concl. 328. num. 2. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. C. concl. 135. n. 1. Pichard. ad rub. Instit. de Societate. n. 18. Ceuall. commun. contra communes. tom. 4. quæst. fin. n. 22c.* 1

COMMVNE quod est, meum non est, *l. nemo ex sociis. ff. pro socio, Rebuff. ad l. littus est 96. vers. non procedit. ff. de verb. signif. pag. mihi 413. Valasc. cons. 64. num. 12. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 10. n. 38. cum seqq. Bened. Ægid. in repet. l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. p. 1. cap. 3. num. 32.* Limitatur tamen *in l. rectè dicimus. §. de verb. signif.* secundum *Surd. decis. 263. num. 2. & n. 7. cum seqq. & decis. 273. n. 7. & 9.* 2

COMMVNI in re melior est conditio possidentis, *l. Sabinus. ff. communi diuid. l. per fundum. ff. de seruit. rust. prad. cap. in re communi, de regulis Iuris, lib. 6. Surd. cons. 43. n. 3. Rendina in prompt. recept. sent. tom. 1. tit. 36. n. 14.* 3

SVMMARIVM.

1 *Concessum dicitur quicquid expressè prohibitum non reperitur.*
2 *Concessum ad tempus, post illud censetur denegatum.*
3 *Concessum ad tempus limitatum, vltra illud non extenditur.*
4 *Concesso vno conceduntur omnia necessaria ad illud vnum.*

Concessum.

AXIOMA XLVI.

CONCESSVM dicitur quicquid expressè prohibitum non reperitur, *l. necnon. §. quod eius. ff. ex* 1

ff. ex quibus causis maiores, Campan. in diuers. Iuris Canonici. rub. 7. cap. 5. n. 1.

2 CONCESSVM ad tempus, post illud censetur denegatum, l. si vnus. §. 1. vbi Bald. ff. de pactis. l. Imperator, de postulan. Dec. cons. 328. in princ. Castr. cons. 263. n. 3. lib. 2. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 21. num. 44. Surd. decis. 189. num. 9. Petr. de Anchar. cons. 70. num. 8. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I. conclus. 71. num. 20. Gemin. cons. 15. n. 18. circa fin. & n. 19. Rot. decis. 215. n. 1. & decis. 617. num. 2. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 369. n. 1. apud eund. p. 2. recent.

3 CONCESSVM ad tempus limitatum, vltra illud non extenditur, l. statuliberum. §. Stichum ff. de legat. 2. l. 1. §. si mulier. ff. de liber. agnosc. Tiraq. de retractu conuent. §. 1. glos. 2. n. 46. Rot. decis. 596. n. 2. apud Farin. p. 1. recent. Bald. cons. 33. Statuto cauetur. n. 3. vers. nam id quod fit post terminum, lib. 5. vbi quod si est permissum infra certum tempus probari, lapso tempore censetur exclusa probatio, Cranet. consil. 145. num. 22. vers. & si dicas, vbi quod obligatio manutenendi vsque ad certum tempus, excludit tempus posterius, Zabarel. consil. 38. num. 4. vbi quod concessio facta de materia prohibita vsque ad certos terminos, excludit vltra illos terminos, maximè quando in aliis non est eadem ratio, refert Cardin. Tusch. d. lit. I. consil. 71. n. 52. cum seqq.

4 CONCESSO vno conceduntur omnia necessaria ad illud vnum; vide Axiom. 156. n. 3.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio potiùs attenditur, quàm facti narratio.*

2 *Conclusio sola attenditur, ac obligationem inducit, & non quod tractatur, & dicitur.*

Conclusio.

AXIOMA XLVII.

1 CONCLVSIO potiùs attenditur, quàm facti narratio, Lap. alleg. 55. Quidam coram Iudic. num. 5. vers. de hoc patet, Innoc. in cap. super litteris, de rescript. Iaf. in §. omnium. num. 129. Instit. de actionib. Cuman. consil. 63. Vicarius quidam, in princip. Angel. de Peruf. cons. 36. Pro decisione. num. 3. vers. Secundò premitto, Gemin. cons. 118. Ne super deductis. num. 5. vers. nec etiam potest iustificare, vbi quod conclusio, & non narratio attendi debet, Bald. cons. 353. De libello, lib. 2. Alex. cons. 122. Viso processu. num. 2. & 3. lib. 1. & cons. 44. Eximie. n. 3. & 4. vers. quantum, lib. 7. vbi quod libellus, in quo duo actores narrantur, sed in conclusione vnus solus exprimitur, sustinetur secundum conclusionem, Calderin. cons. 483. in fine, aliàs 5. de accusation. vbi quod in denunciatione iudiciali attenditur conclusio ad exemplum libelli, non autem narratiua, Federic. de Senis cons. 158. vbi declarat quod non semel ex narratis sumitur conclusio, & sufficit, quod ex narratis sequatur idem quod exprimi debebat, refert, & alia plura adducit Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. C. concl. 558. per totam.

2 CONCLVSIO sola attenditur, ac obligationem inducit, & non quod tractatur, & dicitur, l. si voluntate. C. de rescind. vendit. cap. tua, de his, quæ fiunt à Prælat. Alex. cons. 15. num. 6. in fine, & cons. 18. num. 2. & cons. 28. num. 3. lib. 1. Rebuff. ad concord. Franciæ, in rub. de constitut. in glos. verbo tractatus, vers. nec aliquod ius ex tractatu quæritur, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 63. n. 34.

SVMMARIVM.

1 *Conditio formam non leuem inducit, qua omissa dispositio non sortitur effectum.*

2 *Conditio nihil ponit in esse, & ideo actus conditionalis non valet, nisi existente conditione.*

3 *Conditio debet impleri in forma specifica; limita vt n. 4.*

5 *Conditio frustra expectatur, cuius euentus nihil debet operari.*

6 *Conditione deficiente, contractus celebratus censetur resolutus ab ipso initio.*

Conditio.

AXIOMA XLVIII.

CONDITIO formam non leuem inducit, 1
qua omissa dispositio non sortitur effectum, l. qui hæredi. l. Mæuius. ff. de condit. & demonstr. Tiraq. de retractu. tit. 2. §. 2. glos. 1. n. 3. & 4. Menoch. cons. 60. num. 48. & cons. 69. num. 72. Garc. Gironda de explicat. priuileg. & exempt. num. 667. Cald. Pereira de potest. eligendi cap. 2. num. 16. & cap. 4. n. 30. Gutier. practic. lib. 1. q. 17. num. 11. Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 5. num. 2. Rot. decis. 515. n. 3. apud Farin. p. 1. recent. Grat. cons. 12. n. 22. vol. 2. Paris. cons. 97. n. 86. lib. 1. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 2. lit. C. concl. 593. n. 8.

CONDITIO nihil ponit in esse, & ideo actus 2
DIVINARE nemo tenetur, *l. si putator. ff. ad leg. Aquil. l. si fideiussor, vers. ignoscendum ff. mandati, l. apud Celsum*, & ibi *Sebast. Nau. num.* 47. *ff. de doli mali except. Roman. cons.*395. *in fine, vers. diuinare*, & *cons.*395. *num.*5. *Rimin. Iun. cons.*544. *num.*198. *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 519. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancel. glos.*45. §. 3. *n.*20.

SVMMARIVM.

1 *Dolo facere præsumitur, qui fecit quod facere non debuit.*
2 *Animus malus, & dolus semper præsumitur in faciente actum prohibitum à lege.*
3 *Dolo facit, qui petit quod restituere tenetur.*
4 *Dolus vnius non debet alteri nocere.*
5 *Dolus nemini debet patrocinari.*
6 *Dolus vbi non adest, ibi non est delictum pœna dignum.*
7 *Dolus præponderat culpæ.*
8 *Dolus cum dolo compensatur.*
9 *Dolus non fit volenti & scienti.*

Dolus.

AXIOMA LXXVI.

DOLO facere præsumitur, qui fecit quod fa- 1
cere non debuit, *l. tutor qui repertorium. ff. de admin.*

adminiſt. tutor. l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. mandati, l. dolo. ff. ad legem Falcid. Menoch. conſ. 98. nu. 30. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 55. num. 10. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 89. nu. 92. & p. 4. conſ. 60. num. 18. vbi
2 *addit. lit. I.* Vnde in faciente rem prohibitam à lege ſemper præſumitur dolus, & malus animus, *l. 1. C. de ſicar. Pariſ. conſ. 52. n. 33. & conſ. 78. nu. 16. & leg. vol. 4.* latè *Maſcard. de probation. concl. 495. nu. 4. & concl. 531. nu. 50. & 102. Farin. in d. praxi crimin. q. 18. nu. 71. & q. 89. n. 77. & 78.*

3 DOLO facit, qui petit quod reſtituere tenetur, *cap. dolo facit 59. de regul. iuris, lib. 6. Duen. reg. 260. Maſcard. de probat. concl. 351. nu. 81. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſ. 3. nu. 88. Cardoſ. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo dolus. n. 8.*

4 DOLVS vnius non debet alteri nocere, *l. eleganter, in princip. ff. de dolo, Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 2. lit. D, concl. 582. vbi n. 2.* poſt *C. ſtren. conſ. 412. viſo facto. n. 3. lib. 1.* ſubdit, dolum adminiſtratoris, vel tutoris nocere domino, & pupillo, quando ex tali dolo ſentiunt commodum.

5 DOLVS nemini debet patrocinari, *l. nec ex dolo. ff. de dolo. l. 3. ff. de tranſact. l. is qui dolo. ff. de rei vendicat. l. pen. in fine. ff. de iure dotium, l. ſi ex dolo. ff. de re iudic. l. etiam. §. 1. ff. ſoluto matrimon. cap. audiuimus, de colluſ. deteg. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloſ. 9. num. 62. Surd. conſ. 15. num. 13. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore. §. 2. n. 5. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 31. num. 155.*

6 DOLVS vbi non adeſt, ibi non eſt delictum pœna dignum, *Menoch. conſ. 28. num. 13.* Vnde falſum ſine dolo non committitur, *Cott. in memor. verbo periurium, pag. 683. Menoch. de arbitr. caſu 194. num. 58. & caſu 309. Maſcard. de probat. concl. 739. nu. 12. Duan. tract. crimin. lib. 6. cap. 11. num. 14. Campan. in diuerſ. Iuris Canon. rub. 11. cap. 28. num. 5.* vbi poſt *Menoch. conſ. 221. num. 15.* ait, quod non ſufficit quilibet dolus, ſed ille tantùm qui ſit in lege expreſſus, ita vt non ſufficiat præſumptus, ſed verus dumtaxat requiratur, vt per *l. nec exemplum, C. de falſis, tradit Hieron. Gabr. conſ. 169. num. 16. & 17. tom. 1.*

7 DOLVS præponderat culpæ, *l. item ſi obſtetrix. §. fin. ff. ad legem Aquil. Card. Tuſch. d. tom. 2. lit. D, concl. 579. num. 1.* Intellige procedere, quando agitur ciuiliter, ſecus vbi ageretur criminaliter, & ad pœnam inferendam, vt per *Alex conſ. 77. Viſis, ſub num. 12. lib. 3.* quem refert, & ſequitur *Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 115. num. 32.*

8 DOLVS cum dolo compenſatur, *l. viro 40. ff. ſoluto matrim. l. ſi ambo. ff. de compenſat. l. ſi duo 36. ff. de dolo. l. quidam Titium. ff. ſi quis om. cauſ. teſtam. l. ſi filium, C. de liberali cauſa, l. quoniam, C. de hæret. cap. vlt. de hæret. Celſ. Burgal. in tract. de dolo, lib. 6. reg. 15. num. 1. cum ſeqq. Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. D, num. 110. Cardoſ. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo delictum, num. 37.* intelligentes cùm ciuiliter de crimine agitur, ſecus autem ſi criminaliter, vt per multa Iura & Doctores probat *Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 131. num. 1. & 2.*

9 DOLVS non fit volenti & ſcienti, *l. nemo. ff. de regulis Iuris, l. cùm donationis, C. de tranſact. Sim. de Prettis. conſ. 15. num. 9. & 10. Cardin. Tuſc. d. tom. 2. lit. D, concl. 589. num. 1.* vbi *num. 2.* limitat, quando calliditate fuit ſciens ſeductus, & ſollicitatus.

SVMMARIVM.

1 *Donare eſt perdere, cùm ſcilicet donatur indigno.*
2 *Donare ſuum nemo præſumitur.*
3 *Error potiùs, quàm donatio præſumitur.*
4 *Donatio vt euitetur, omnis ſumitur coniectura.*

Donare.

AXIOMA LXXVII.

DONARE eſt perdere, *l. filiusfamilias. ff. de donation. l. cùm de indebito, verſ. qui non ſoluit. ff. de probation. Surd. de aliment. tit. 6. q. 1. num. 4. cum ſeqq. & q. 5. num 7. cum ſeqq. & conſ. 5. num. 72.* quod intelligi debet cùm donatur indignis. 1

DONARE ſuum nemo præſumitur, *l. cùm de indebito 25. verſ. ſi verò. ff. de probation. l. Campanas. ff. de oper. libertatis. l. fin. C. de neuat. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus. num. 206. C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitr. caſu 88. Pichard. ad Princip. inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtam. num. 66. Maſcard. de probat. concl. 554. num. 1. Surd. de aliment. tit. 6. q. 5. num. 7. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic, lib. 8. q. 1. num. 5. Brunor. à Sole in locis communib. verbo donatio. num. 15. Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ. 182. num. 6. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 2. reſolut. 23. num. 11. & 12. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit de bonis clericorum. §. 9. num. 7. Farin. in praxi crimin. p. 4. deciſ. 136. in addit. lit. C. Flores de Mena vari. lib. 3. q. 23. num. 90. Octau. Glorit. reſp. 1. p. 3. num. 47. in princ.* Ita vt potiùs error, quàm donatio præſumatur, ex *Maſcard. de probat. concl. 554. num. 5. & concl. 639. num. 10. & concl. 1173, num. 4. Menoch. conſ. 1. num. 215. Flamin. Pariſ. d. Tract. lib. 9. q. 19. num. 5. Ioſeph. Seſſe d. deciſ. 182. nu. 5. Benedict. Ægid. in repet. ex hoc iure. ff. de Iuſtit. & iure, p. 1. cap. 11. num. 25. Natt. conſ. 77. num. 16. Roland. à Valle conſ. 11. num. 46. vol. 3. Ruin. conſ. 215. num. 22. vol. 1. Becc. conſ. 52. num. 70. Surd. conſ. 202. num. 14. cum ſeqq. Octau. Glorit. reſp. 10. num. 111.* Et ideo omnis ſumitur coniectura, vt donatio euitetur, *l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignorat. act. l. ſi cùm aurum. ff. de ſolut. Dec. conſ. 150. num. 4. Surd. conſ. 262. num. 73. Carol. Bardel. conſ. 22. num. 40.* quos refert. *Oct. Glorit. reſp. 1. p. 3. num. 47.* 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Dubia in meliorem partẽ ſunt interpretanda.*
2 *Pars tutior in dubiis eſt eligenda.*
3 *Interpretatio fit contra dantem in dubiis conuentionibus.*
4 *Dubius ab ignorante non diſtat.*

Dubium.

AXIOMA LXXVIII.

DVBIA in meliorem partem ſunt interpretanda, *l. cùm creditor. ff. de furtis, l. proximè. ff. de iis quæ in teſtam. delentur, cap. eſtote, de regulis Iuris, in decretalib. Aldret. de reliq. diſciplina tuenda, lib. 2. cap. 4. num. 23. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. comparat. 16. num. 2. Farin. in praxi crimin. p. 3. quæſt. 85. num. 27. cum ſeqq.* vbi limitat. 1

In dubiis tutior pars eſt eligenda, *l. ſi fuerit. §.* 2

vlt. ff. de rebus dub. cap. iuuenis, de sponsalib. cap. ad audientiam, de homicid. Gou. in cæn. alma mater. p. 1. §. 2. num. 5. casu 1. & de sponsalib. p. 1. cap. 4. §. 1. num. 9. Nau. in man. cap. 27. num. 193. vbi intelligit præcipuè, quando agitur de salute animæ, *Emman. Roder. in sum. tom. 2. cap. 51. n. 6. concl. 4. Vasq. 1. 2. q. 19. art. 6. d sp. 65. cap. 3. & disp. 66. c. 1. Salas, 1. 2. quæst. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 17. num. 152. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 16. num. 30. casu 1. & lib. 6. cap. 2. num. 16. Flores de Mena var. lib. 1. quæst. 9. num 18. Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 41. n. 9.*

3 In dubiis conuentionibus contra dantem fit interpretatio, *l. veteribus* 40. vbi *Bart. ff. de pactis, l. stipulatio ista. §. alteri, vers. in stipulationibus. ff. de verb. obligat. l. labeo scribit. ff. de contrah. empt. l. quicquid adstringendæ. ff. de verb. obligat. Menoch. cons.* 110. *num.* 36. *& cons.* 179. *num.* 19. *Surd. de aliment. tit.* 6. *quæst.* 1. *num.* 26. *& decis.* 322. *num.* 63. *D. Barbos. in l. si quis intentione ambigua* 66. *num.* 28. *ff. de indic.*

4 Dvbivs ab ignorante non distat, *l. manifestissimi. §. sin autem nescius, C. de furtis, Gam. Lusit. decis.* 91. *n.* 1. *in princip.* imò comparantur, ex *Surd. decis.* 265 *num.* 17. vbi *num.* 47. *&* 62. limitat, vbi dubitans tenetur inquirere, & de facili potuit certificari.

SVMMARIVM.

1 *Vinculum duplex magis ligat, & difficiliùs rumpitur.*
3 *Clausulæ geminatæ enixam voluntatem magis ostendunt.*
3 *Geminatio verborum inducit enixam voluntatem legislatorum.*
4 *Statutum disponens idem, quod ius commune, addit vinculum, & magis ligat.*

Duplex.

Axioma LXXIX.

1 Dvplex funiculus, seu duplex vinculum magis ligat, & difficiliùs rumpitur, *l. si non lex. ff. de hæred. instit. l. discretum, C. qui testamenta facere poss. l. pen. §. si verò, C. de adoption. auth. itaq;, C. communia de successionib. §. sed hodie, vers. si verò pater, in fine instit. de actionib. §. affinitatis, instit. de empt. cap.* 1. *de treuga, & pace, Aiex. consil.* 195. *Assumo. num.* 6. *lib.* 2. *Ruin. cons.* 73. *num.* 3. *lib.* 3. vbi quod quando concurrit duplex funiculus, difficilior est solutio, *Anchar. consil.* 226. *num.* 4. *in fine*, vbi quod duplex mendacium, vel delictum magis grauat, & magis operatur, *Cravet. cons.* 346. *num.* 12. *&* 13. vbi quod duplex, seu geminatus dolus, & geminatum delictum grauiorem pœnam affert, *Cacheran. decis.* 147. *num.* 20. *&* 21. *Oldrad. cons.* 325. *num.* 4. *Surd. de aliment. tit.* 6. *quæst.* 13. *num.* 2. *& decis.* 154. *num.* 9. *& cons.* 61. *num.* 6. *& cons.* 173. *num.* 28. *& cons.* 175. *num.* 39. *& cons.* 329. *num.* 18. *Cald. Pereira de resolut. emphyteus. cap.* 9. *num.* 24. *Cardin. Tusc. practic. conclus. tom.* 2. *lit. D, concl.* 810. *cum tribus seqq. & tom.* 4. *lit. G, conc.* 28. *num.* 30. 32. *cum seqq. Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resol.* 81. *num.* 3. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 13. *num.* 90. *cum seqq. Octau. Glorit. resp.* 5. *num.* 26.

2 Vnde prouenit, vt clausulæ geminatæ enixam voluntatem magis ostendant, secundùm *Bart. in l. cum simus, C. de agricol. & cons. lib.* 11. *Dec. cons.* 51. *sub num.* 3. *& cons.* 373. *num.* 8. *Roland. cons.* 110. *num.* 63. *vol.* 4. *Cravet. cons.* 54. *vol.* 1. quia geminatio verborum indicat enixam voluntatem legislatorum, *Decian. cons.* 1. *num.* 42. *&* 43. *vol.* 3. *Gutier. pract. lib.* 3. *quæst.* 17. *num.* 134. *Cravet. d. cons.* 54. *num.* 7 *Ioseph. Sesse Aragon. decis.* 230. *num.* 14. *Ferrer. in constitut. Cathalonia, glos.* 1. *num.* 123.

Et statutum disponens, quod idem ius commune, addit vinculum, & magis ligat, vt notatur *in l.* 1. *in princip. ff. ad legem Falcid. & in l.* 3. *§. si rem. ff. de leg.* 3. *Alderan. Mascard. de interpret. statut. concl.* 12. *num.* 17. *cum seq. Dec. cons.* 49. *num.* 17. *vol.* 1. *& cons.* 51. *num.* 7. *vol.* 2. Et ideò concurrente duplici prohibitione, statuti scilicet, & testatoris, non poterit filia agere ad supplementum legitimæ, *Cæs. de Grassis decis.* 2. *num.* 8. *&* 9. *de constit. Paris. cons.* 26. *num.* 88. *lib.* 3. & alij plures, quos refert *Gonzal. d. glos.* 13. *num.* 96. Vide infrà, *sub verbo Geminatio, Axiom.* 105. 4

SVMMARIVM.

1 *Effectus regulatur à causa, quæ potiùs attenditur quàm factum.*
2 *Effectus durat durante causa.*
3 *Effectus principaliter semper attenditur, & in omnibus consideratur.*
4 *Effectus attenditur magis quàm verba.*
5 *Effectus attenditur, non modus.*
6 *Effectus diuersi non debent oriri ex vna re, eadémque causa.*
7 *Vna & eadem causa diuersis respectibus diuersos, vel etiam contrarios operatur effectus.*
8 *Verbum vnum secundùm diuersos effectus habet diuersas significationes.*
9 *Inducta ad vnum effectum, non debent effectum contrarium operari.*

Effectus.

Axioma LXXX.

Effectvs regulatur à causa, quæ potiùs at- 1
tenditur quàm factum, vt per *Becc. cons.* 94. *num.* 17. vbi quod is, qui rapit mulierem libidinis causa, non dicitur committere furtum, quia non fecit animo furandi, & factum à causa regulatur, *Socin. Iun. consil.* 105. *num.* 5. *&* 6. *lib.* 2. vbi quod sententia, quæ adiudicat ius præsentandi ad beneficium, necessariò adiudicat iuspatronatus, quia præsentatio est effectus, & fructus iurispatronatus, ideò non separantur, *Castren. cons.* 83. *Præsens casus. num.* 5. *vers. nam statutum, lib.* 2. vbi dicit, quod statutum excludens dotatam à successione, intelligitur à successione dotantis, vt effectus suæ causæ commensuretur; ergo dos, quæ est effectus exclusionis causam supponit à qua regulatur, & à successione dantis dotem, *Cephal. cons.* 181. *num.* 3. vbi agens de colono partiario, qui fecit expensas gratia fructuum quærendorum, quia illas non repetit, ex quo fiunt gratia fructuum colligendorum: si igitur habet partem suam fructuum, expensæ, quæ sunt effectus fructuum, regulantur à sua causa, *Ias. in l. re coniuncti. num.* 208. *ff. de legat.* 3. vbi quod causa non potest esse sine effectu, ne inducatur frustratoriè, *Corn. in l. admonendi. num.* 4 *ff. de iureiur. Cravet. cons.* 201. *num.* 25.

2 EFFECTVS durat durante causa, *l. semper. §. negotiatores. ff. de iure immunit. Tiraq. in tract. cessante causa. p. 1. num. 17. Surd. consil. 302. num. 5.*

3 EFFECTVS principaliter semper attenditur, & in omnibus consideratur, *l. cùm seruus. ff. de verb. obligat. l. 2. C. de aliment. pup. præst. Oldrad. cons. 150. num. 5. Cardin. Tusc. d. tom. 3. lit. E, concl. 48. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 45. §. 3. n. 5. & glos. 55. n. 11. cũ seqq. Menoch. cons. 708. num. 15. Octau. Glorit. resp. 1. p. 1. num. 118.* vbi quod effectus rei spectandus est; ille verò contingens præter intentionem agentis non consideratur, *l. qui foueas, l. si putator. ff. ad l. Aquil. l. 2. in fin. ff. de condition. & demonstr.* Vnde dici solet, *Quicquid agunt homines, intentio iudicat omnes, l. 1.* vbi *glos. & doctores, ff. ad legem Cornel. de Sicar.*

4 EFFECTVS attenditur magis quàm verba, *cap. in tantum, de simon. Aym. cons. 59. num. 1. vers. nec attenditur, & cons. 214. in princ. Federic. de Senis cons. 198. Casus talis est, vers. item glos. Roman. cons. 509. in princip. Alex. cons. 107. Perspectis verbis, lib. 3. Hieron. Gabr. cons. 69. in princip. lib. 1. Socin. Sen. cons. 56. num. 6. vol. 1. Surd. cons. 3. num. 26. cum seqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 55. post num. 12. vers. & ideò, in vlt. impress. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 1. num. 7. Cardin. Tusc. lit. E, conc. 50. per totam*, vbi *num. 8.* post *Rip. in l. 2. in princip. num. 37. ff. si certum petatur*, restringit vt non procedat, quando effectus est dubius, & verba sunt clara, quia tunc attenduntur verba, *& concluf. 56.* firmat effectum magis attendi quàm naturam rei. *Octau. Glorit. resp. 1. p. 2. num. 181.*

5 EFFECTVS attenditur, non modus, *l. 3.* vbi *Bald. C. de instit. & substit. Cardin. Tusc. d. tom. 3. lit. E, concl. 51. per totam*, vbi *num. 2.* subdit, quod in tantum attenditur effectus, vt valeat actus celebratus tempore prohibito, si effectus confertur in tempus permissum, & citat *Oldrad. cons. 257. num. 4. vers. effectus, Federic. de Senis cons. 244. vers. 2. quia.*

6 EFFECTVS diuersi non debent oriri ex vna re, eadémque causa, *l. meminerint, C. vnde vi, l. quod labeo*, vbi *Bart. ff. de compensat. l. qui hominem. §. fin. ff. de solut. l. eum qui ædes, ff. de vsucapion. Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus. num. 284. vers. tertia ratio, Card. Tusc. d. tom. 3. lit. E, concl. 54. num. 1.*

7 Diuersis tamen respectibus vna, & eadem causa diuersos, vel etiam contrarios operatur effectus, *l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto, Oldrad. cons. 263. num. 6. vers. neque nouum*, vbi quod probatio eadem potest quoad vnum effectum esse sufficiens, quoad alium secus, *Tiraq. de nobilit. cap. 28. num. 11. cum seqq.* vbi quod potest quis esse superior, & inferior alio diuersis respectibus, *& de retractu lig. §. 1. glos. 18. num. 23. & 24.* vbi quod contraria cumulantur in eadem persona diuersis respectibus, &

8 *n. 71. & seq.* subdit, quod vnum verbum secundùm diuersos effectus habet diuersas significationes.

9 EFFECTVM contrarium operari non debent ad vnum effectum inducta, *l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. l. legata inutiliter. ff. de adimen. legat. Fusar. de substitut. q. 245. num. 93. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Ea quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*

2 *Morbis nouis noua conuenit antidota præparari.*

3 *A constitutionibus, quæ tendunt ad noxam, ex superuenienti causa recedere licet.*

4 *Priuilegium si tendit ad iniquum, vel incipit esse damnosum, non est obseruandum.*

5 *Probatio super emergenti de nouo, etiam post publicatas attestationes admittitur.*

6 *Recusationis exceptio ex causa de nouo emergenti, post litem contestatam allegari potest.*

Emergens.

AXIOMA LXXXI.

EMERGENS nouum nouo indiget auxilio, & 1
in rebus nouis nouum est remedium & consilium suggerendum, *l. 1. in princip. ff. de ventre inspicien. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. action. l. si iure. ff. de rei vendic. l. iure decedens. ff. de inoffic. testam. l. oratione. ff. de feriis, cap. fin. de in integ. restitut. minor. Petr. de Anchar. cons. 84. Domina Azolina num. 5. Roman. in l. si verò §. de viro. num. 83. ff. soluto matr. Roland. à Valle cons. 1. num. 159. cum seqq. lib. 2. Cranet. cons. 264. num. 5. & 6.* vbi ponit plura exempla, *Thom. de Thomasset. in floribus decis. reg. 240.* vbi intelligit, quãdo accidentaliter, & inopinatò aliquid nouum emergit, *Surd. cons. 418. num. 9. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 3. lit. E, conci. 145. per totam, Anton. Monach. Lucensi, decis. 21. num. 32. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 4. num. 97. Octau. Glorit. resp. 1. p. 3. num. 221.* Noua enim res nouum consilium capit, *Anch. cons. 204. Punctum vnius. num. 12.* & nouis morbis 2
noua conuenit antidota præparari, *cap. cæterùm, de iuram. calumn. Thesau. Pedam. decis. 239. num. 11. cum seqq.*

Amplia Axioma in constitutionibus, quæ ten- 3
dunt ad noxam, nam ex superueniente causa ab eis recedere licet, *Cranet. d. cons. 264. num. 5. Anchar. d. cons. 84. num. 4. Roland. à Valle d. con. 1. num. 159. lib. 2.* & in pactis, *Anch. d. num. 4.* & in omni promissione, etiam de non offendendo, *Cranet. d. cons. 264. num. 5. & 6.* vbi etiam in locatione, in legibus, & statutis; item & in testamentis, *Anch. d. cons. 84. num. 4. & 5. Roland. à Valle d. cons. 1. num. 159. Cranet. d. cons. 264. num. 5.* qui idem dicunt in iuramento.

Amplia secundò in priuilegio, vt per *Anchar. d.* 4
cons. 84. n. 4. & 5. Cranet. d. cons. 264. num. 5. Roland. à Valle d. cons. 1. num. 161. & seqq. nam si tendit ad iniquum, vel incipit esse damnosum, non est obseruandum, *Roland. d. cons. 1. num. 158. & 160. lib. 2. Menoch. cons. 350. num. 27. Bardel. cons. 22. num. 10. Cas. Barz. decis. 118. num. 7. Octau. Glorit. resp. 1. p. 3. num. 191.*

Amplia tertiò in materia probationum, nam li- 5
cèt post publicatas attestationes & didicita testificata non admittatur noua probatio, tamen super emergenti de nouo bene admittitur, *Clem. 2. de testibus, Signorol. cons. 243. num. 6. & 7. Mascard. de probat. concl. 1128. Ioan. Garc. de nobilit. glos. 46. num. 6. Card. Tusch. d. conc. 145. num. 20. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 158. Bernard. Graua. ad pract. Camera Imper. lib. 1. concl. 128. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. cap. 19. num. 12. Amat. Roderic. in pract. cap. 8. num. 7.*

Amplia quartò in materia recusationis; nam li- 6
cèt exceptio suspicionis allegari non possit post litem contestatam, *l. apertissimi, C. de iudic. cap. pastoralis, de except.* tamen ex causa de nouo emergenti bene potest, secũdùm *Mascard. de probat. concl. 952. n. 35. Bernard. Muscatel. in praxi aurea Ciuili*

Neapol. p.2.glos. competens. num. 55. Amat. Roder. in pract. cap. 10. num. 70. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 100. num. 32. vbi ampliat etiam post conclusum in causa, dummodo causæ recusationis habuerit ortum post conclusionem, & *num. 31.* subdit, quod super hoc deferendum est iuramentum ab ipso recusato.

SVMMARIVM.

1 *Consensum excludit error.*
2 *Errantis nullus est consensus.*
3 *Errans non dicitur fateri, nec amittit rem suam.*
4 *Error in facto proprio non potest allegari.*
5 *Iuris error neminem excusat.*
6 *Error Iuris excusat quando erratur in articulo Iuris dubio.*
7 *Errorem corrigens non dicitur quicquam de nouo facere, sed iam factum declarare.*
8 *Nominis error non vitiat dispositionem, si constat de intentione, seu corpore.*

Error.

AXIOMA LXXXII.

1 ERROR excludit consensum, *l. si per errorem ff. de iurisdict. omnium iudic. l. si procurator ff. de acquir. rer. dom. l. non idcirco. C. de iur. ignor. Paris. cons.150. num.22. vol.4. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 198. Bertaz. ol. de clausul. instrument. claus.11. glos.3. nu. 2. Rot. decis.524. num.4. Boud Farin. p.1. recent. Cardin. Seraphin. decis. 1190. num. 2. Surd. cons.28. num.122. Anton. Monach. Lucen. decis.59. num. 10. Marc. An-*
2 *tonin. var. resolution. lib. 1. resol. 2. num. 6.* Et errantis nullus est consensus, & voluntas, *Alex. in l. quidam consulebant. num.41. ff. de re iud. Paris. cons.72. num.60. & cons.131. num.36. vol.1. & cons.12. num. 98. vol. 2. Socin. Iun. cons.3. num.28. vol. 2. Roland. cons. 32. num. 70. vol.4. Menoch. cons.279. num.20. & cons. 296. num. 56. & cons.857. num.13. & de præsumpt. lib. 2. præs. 19. num 9. Surd. cons.202. num. 10. & decis. 114. num.20. Bald. cons.2. num. 55.* ita enim error consensum abesse facit ab actu, in quo nihil iuramentum operatur, *Ruin. cons.127. num.13. & 20. & cons.137. num.12.*
3 *vol.3. Roland. cons.13. num.22. vol. 1.* Vnde qui errat non dicitur fateri, *l. non fatetur. ff. de confess.* & errantem non amittere rem suam probat, *d. l. si procurator 35. ff. de acquirendo rerum domin. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 2. n.20. Menoch. cons.162. num.28. cum seqq.*

4 ERROR in facto proprio non potest allegari, & non releuat ad lucrum captandum, secus ad damnum euitandum, vt per *Dyn. cons. 13. Quæstio talis est, num.3. vers. præterea. Alex. cons.69. in causa, nu 4. cum seqq. lib.3. Brunor. à Sole in locis communib. verbo error. num.5. Cardos. in praxi iudicum, eod. verbo. num.2. Cardin. Tusch. tom.3. lit. E, concl. 316. num. 3. & concl. 317. à princip. Ioseph. Sesse Aragon. decis. 138. num. 16. Mari. Antonin. vari. resolut. lib.3. resol. 21. n.4.*

5 ERROR Iuris neminem excusat, *Lap. alleg. 13. in princip. Federic. de Senis cons.112. Amice. num. 2. ver. quæro secundò*, vbi quod clerici non excusantur ignorantia Iuris, quia peritiores consulere debebant, *Cranet. cons.3. num. 9. & cons.699. num.25. Alexand. cons.100. Super primo, num.7. vers. nec dicatur, lib.7. Roman. cons.332. Circa primum, in fine, Card. Tusch. d. tom.3. lit. E, concl.320. à princip. D. Barbos. in prælud. l. si mora, à num.16. ff. soluto matrim.* vbi quod error Iuris non excusat, nisi constet consuluisse peritiores.

Verùm quando erratur in articulo Iuris dubio 6
& perplexo, tunc error Iuris excusat, *Anchar. cons. 324. Pulchrum, in princ. Ioan. de Imola cons. 98. num. 15. Socin. cons. 47. num. 10. vers. tamen quando esset error, Mazol. cons.109. à num.32. Curt. Iun. cons. 28. in causa vertente, num.8. & cons.6. num.22. Rot. in Paduana Prioratus, 5. Decemb. 1614. coram Reuerendo D. meo Pirouano, impressa per Farinac. decis 608. num. 14. p. 2. recent.* ac proinde potest bonam fidem producere, *Cou. de sponsalib. p.2. cap.8. §.1. num.9. Pinel. in l.2. C. de rescind. vendit. p.2. cap.4. n. 40. Ioan. Garc. de nobilit. in initio. num.17. Flamin. [illegible] de resignat. benefic. lib.1. q.3. n.64.*

ERROREM corrigens non dicitur quicquam 7
de nouo facere, sed iam factum declarare, vt per *l. hæredes palàm. ff. de testam.* tradunt *Felin. in cap. qualiter & quando, il 1. num.27. vers. facit, de accusat. & in cap.2. num.16. vers. & pulchrè, de libelli oblat. Brunor. à Sole in locis communib. verbo error. num.7. Rot. in Tudertina dotium, 27. Ianuarij 1606. coram Patriarcha Manzanedo, impressa per Farin. decis.158. num.2. p.2. recent.*

ERROR nominis non vitiat dispositionem, si 8
constat de intentione, seu corpore, *l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1. l. si me in vacuum 34. in princip. ff. de acquir. possess. Bart. cons.179. Martinus num.2. lib.1. Gemin. cons.52. num.3. vers. secundo sic*, quod duplicatur *cons. 119.* vbi ampliat, etiamsi erretur in qualitate extrinseca, seu demonstratione, *Alex. cons.118. Visa copia lib.7.* vbi extendit, licèt erretur in prænomine seu cognomine, *Rebuff. in praxi p.3. signatura, verbo denominationum, Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1496. Duen. reg.256. Azeued. l.13. num.10. cum seqq. tit.25. lib.4. nouæ Recop. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo error. num.4. Cardin. Tusch. d. tom.3. lit. E, concl.324. Rot. in Salamantina Archipresbyteratus, 1. Iulij 1615. coram Martino Andræa, impressa per Farin. decis.687. num.5. p.1. recent. & apud Mantic. decis.138. num.4.* vbi quod error in inuocatione Sancti non officit veritati.

SVMMARIVM.

1 *Erubescimus cùm sine lege loquimur, communi scilicet, vel municipali.*
2 *Æquitatem ad distinctiones producere non est licitum ex proprio capite.*
3 *Rationem naturalem sufficit allegare quando non extat lex certa, vel similis, quæ decidat causam.*
4 *Doctor scribens in Iure ad instantiam partis, debet allegare leges, & Iura.*

Erubescere.

AXIOMA LXXXIII.

ERVBESCIMVS cùm sine lege loquimur, *l* 1
Illam, C. de collation. auth. de trien. & semiss. §. consideremus, collat. 3. extrauag. execrabilis, Ioan. 22. col. 13. de prabend. Euerard. in topicis legalib. loco 64. Bald. cons. 337. Et præmisso, circa fin. vers. in contrarium, lib.3. vbi intelligit cùm loquimur sine lege communi, vel municipali, quia sufficit alteram allegare, & *cons. 97. Super primo quæsito, num.2. vers. si liceret, lib. 4.* vbi 2
quod non est licitum ex proprio capite æquitatem ad distinctiones producere, sed procedendum est

per

per viam filicatam, videlicet per textus legum, & *conſ.338.Secundùm ea, verſ.quia erubeſcimus, lib.3. & conſ.433. in princip. verſ. item non poſſum, lib.5.* vbi
3 quod procedit, quando loquimur ſine lege, ſine ſtatuto, & ſine conſuetudine, *Abb.conſ.20.col.2.verſ. & primò præmitto, lib.2.* vbi quod ſufficit allegare rationem naturalem, quando non extat lex certa, vel ſimilis, quæ decidat cauſam, *Thom. de Thomaſſet. in floribus legum,reg.109. Surd. conſ.158. num.13. & conſ.308.num.3.& conſ.374.num.12. Monet. in tract. de optione canon. cap.3.num.2. Franc. Molin. de ritu nupt.lib.3.quæſt.39.num.2. Card. Tuſch. tom.3. lit. E, concl.331. per totam,* vbi *num.7.* poſt *Abb.conſ.21. in*
4 *princ. lib.2.* ſubdit, quod Doctor ſcribens in Iure ad inſtantiam partis, debet allegare leges, & Iura: ſed quando ſcribit, vel conſultor datur Iudicibus, non tenetur allegare leges, neque Iura.

SVMMARIVM.

1 *Euentus poſterior formatur à titulo primordiali.*
2 *Euentus mali & ſiniſtri non ſunt habendi in conſideratione.*
3 *Euentus alicuius rei fruſtra ſpectatur, cuius effectus nihil operatur.*

Euentus.

AXIOMA LXXXIV.

1 EVENTVS poſterior formatur à titulo primordiali, ſeu à primordio tituli in poſterum formatur euentus, *l.1.C.de liberis præterit.l.vnic.verſ. nulla,* & ibi *gloſ.verbo primordium, C.de impon. lucrat. deſcript.lib.10. Petr.de Anchar.conſ.4.in princip.num.3. & conſil.137.in princ. Surd.conſ.32.num.12. & conſ. 459.num.14. Ferrer.in Conſtitut.Cathalonia, gloſ.1.nu. 231. Cardin.Tuſch.tom.3.lit.E,concl.346. & tom.7. lit. S,concl.716.num.3. Rota deciſ.456.num.9.apud Farin. p.1.recent.*

2 EVENTVS mali, & ſiniſtri non ſunt habendi in conſideratione, *l. ſi quis ab alio. ff. de re iudic.* vbi *Rip.num.7.* limitans ad præcauendum, *Iaſ. in l. inter ſtipulantem.§. ſacram, in notab. 9.num. 14. ff. de verb. obligat.* vbi quod ad odium, & damnum non conſiderantur, & ibi *Bart. num.7.in fine*, limitat axioma fauore libertatis, dotis, piæ cauſæ, & fiſci, *Bald. conſ.182. locata fuit, num.4.verſ. non enim debet conſiderari,lib.1.* vbi quod euentus etiam mali & ſiniſtri ſunt habendi in conſideratione ad excluſionem lucri, quando lucrum ipſum ſuper futuro bono euentu, & proſpero fundatur.

3 EVENTVS alicuius rei fruſtra ſpectatur, cuius effectus nihil operatur, *l.aliquando.§.ſi.ff.ad Velleian. l.ſi quis ita ſcripſerit.ff.de hæred.inſtit.l.cùm hæres.§.1.ff. de acquir. hæred.l.non videtur.ff. de iudic.l.fin.C.qui admitti, l.ad probationem. C. de probat.cap.cùm contingat, de officio deleg.Surd.deciſ.184.n.8.Franc. Molin.de ritu nupt.lib.1.compar.10.num.57. Marſil.conſ.51. Licèt ne dum. num.17. Cardin. Tuſch. tom. 4. lit. F, concl. 520. num.1.*

SVMMARIVM.

1 *Agere qui poteſt, multo magis poteſt excipere.*
2 *Actionem qui habet, vt aliquid conſequatur, multo magis habet exceptionem, vt liberetur.*
3 *Exceptio repellit eundem, quem de Iure tenet actio.*
4 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
5 *Caſus exceptus non firmat regulam in contrarium, vbi alia interpretatio dari poteſt.*
6 *Exceptio debet eſſe de regula.*
7 *Exceptio declarat regulam, ſed tamen non ampliat, vt comprehendat ea, quæ non ſunt de genere regulæ.*
8 *Exceptio vbi non reperitur poſita, non eſt à regula recedendum.*
9 *Fateri non videtur excipiens ea quæ in exceptione includuntur. Intellige quoad fundandam intentionem actoris, vt n.10.*

Exceptio.

AXIOMA LXXXV.

EXCEPTIO facilior eſt quàm actio, & ideo 1
regulariter qui poteſt agere, multo magis poteſt excipere, *l.1.ff.de ſuperficieb.cap.cùm inter, de excepț.cap.qui ad agendum, de regulis Iuris,in 6. Federic. de Senis conſ.90.num.3.verſ.dixi, Alex.conſ.62. In cauſa,num.6.& 7. lib.7. Palat. in repet.cap. per veſtras,de donat. inter virum & vxor.§.8.num.2.Surd.conſil.377. num.45.Cardin.Tuſch.practic.concluſ.tom.3.lit.E, concl. 374. per totam.* Vnde qui habet actionem, vt ali- 2
quid conſequatur, multo magis habet exceptionem, vt liberetur, *Fulgoſ.conſ.186.Pro determinatione, col.pen.verſ.poſtremo, Alex. conſ. 47. Viſis inſtrumentis, in fine, lib.3.* Et cui damus actionem, multo fortiùs exceptionem, *l. inuitus.§. cui damus. ff. de regul. Iuris, Roman. conſ. 474. In caſu propoſito*, & quem de euictione tenet actio, multo magis agentem repellit exceptio, *l.vendicantem, C. de euiction. Caſtren. conſ. 352. Pro fundamento,col.fin.lib.1.* quia multa conceduntur excipiendo, quæ non conceduntur agendo, *Angel. Aretin. conſ.31. Viſo ſupradicto, in fin.verſ.quia multa,* ob idque prohibitu petere, non prohibetur retinere & excipere, *Dec.conſ.331.num.3. Ruin. conſ. 163. in fin.lib.2. Decian.conſ.64.num.51.lib.3. & conſ. 94.in fin.lib.2.*

EXCEPTIO repellit eundem, quem de Iure 3
tenet actio, *l. vendicantem,cum l. ſeq.ff.de except.l.exceptione doli.ff.de euiction. Angel. Aretin. conſ. 20. Viſis actis,num.39.& ſeq.& num.45. Caſtren.conſ. 166. Viſis actis,num.3.lib.2.& conſ.275. Ad primum,num.3.verſ. ad ſecundum,eod.lib.2. Dec. conſ. 86. Viſo puncto,col.2. verſ.quartò quia, Roman.conſ.457. Circa propoſitam, col. pen.in princip.verſ.ſecundò quia, Alex. conſ. 3. Viſo proceſſu,in princip.lib.3. Tiraq.de retract.lig.§.1.gloſ.9.num. 33. Boër.deciſ.23.num.13. Neguz.ant. de pignorib. p.5. membr.1.num.53. Molin.de primogen.lib.4.cap.1.num. 20.& 28. Anton.Gom.l.50.Tauri.num. 63. Gam. Luſitan.deciſ.67. Portol.de conſortib.& fideicom.cap.22.num. 18.Cardin.Tuſch.d.tom.3.lit.E,concl.375. D. Barboſ. in l.1.p.5.n.20.ff.ſoluto matrim.*

EXCEPTIO firmat regulam in contrarium, *l.* 4
quæſitum,§.deniq.ff.de fundo inſtr. gloſ. in rub.de regulis Iuris,in 6. vbi *Dyn.Bart.in l.1. in fine*, vbi *Dec. num. 20.& Cagnol.num.31.& 34.ff.eod.tit. Euerard. in topicis legal.loco 3. Dec.in cap.cùm dilecta, num. 6. & 7. de conſirm. vtili*, vbi ait quod expoſitio licèt ſit de regula, non tamen ampliat regulam, *Roman.conſ.82.*

num.3.& conſ.100.num. 2. & conſ. 195. in princip. & conſ. 337. num. 8. vbi apoſtil. in verbo exceptuatis. & conſ.461. verſ.refragatur, vbi ait hoc non procedere, quando non eſt veriſimile, *Ioan.de Anan.conſ. 69. in fine, Bald.conſ.131.Caſus eſt talis,verſ.ſuper ſecundo,lib. 1.& conſ.119.Verba dicunt, in princ.verſ.ſecundò quia, eod. lib. 1.* vbi quod conductor excipiens nolle teneri pro vno caſu fortuito, videtur ſe obligare ad alios caſus fortuitos ſub eodem genere exceptuatos,& *conſ.331. Quidam,lib.5.* vbi intelligit Axioma, quando alias non eſſet facta incluſio, vel excluſio tacita,vel expreſſa circa non exceptuatos, *Alex.conſ. 107. In cauſa & lite,num.2.lib.1.& conſ. 125. Viſo titulo,num.4.& 5. lib.2.* vbi ampliat in conceſſione legati facta, quia exceptio declarat, & firmat regulam in non exceptis, & *conſ.7.In conſultatione, num. 8. verſ. quintò probatur, lib. 5.* vbi ampliat in legibus feudalibus, & materia feudali, & *conſ. 186. Zacharias,in fine lib.6.*vbi quod firmat regulam in contrarium, ſed non ampliat, *Afflict.deciſ. 45. num.2. Menoch.conſ.141.num.17.& conſ.609.num. 9. Flamin. de reſignat. benefic.lib.5.queſt.6. num. 186. Card. Tuſch.d. tom.3.lit.E,concl.422.per totam, Oldan. Glorit.reſp.12. num.111.Cardin.Seraphin.deciſ.980.num.7. Rot. deciſ. 144.num.6.apud Farin.p.1.recent.*

5 Limita Axioma, vbi alia interpretatio dari poteſt, quia tunc caſus exceptus non firmat regulam in contrarium, *Federic.de Senis conſ.233.col.pen.num. 3.verſ. non obſtat,* vbi quod Papa volens omnes teneri ſoluere decimas, ſi excipit certum Ordinem, non propterea videtur velle omnes alios exemptos teneri, niſi expreſsè dixerit, quia talis exceptio poteſt operari conceſſionem exceptionis Ordini exceptuato. Sic etiam non procedit Axioma,quando aliquid excipitur conſiderato effectu eius quod excipitur, quia tunc omnia ſunt exceptuata, quæ habent eundem effectum, *Caſtren.conſ.91. In cauſa appellationis, num. 9. & 10. lib. 1.* vbi quod ſtatutum, quod fiat compromiſſum exceptis inſtrumentis quarentigiatis, non includit inſtrumenta non quarentigiata quando habent executionem paratam, prout quarentigia, quia ſtatutum conſiderauit effectum quarentigiæ,non ipſam quarentigiam; nam caſus ſimiles exceptuatis cenſentur excepti, etiamſi exceptioni ſit adiuncta, *Alex.conſ.130.In cauſa.num. 4.& 6.lib. 4.* vbi quod non continentur caſus ſimiles per extenſionem ſub exceptione, ſed comprehenſi dicantur.

6 Exceptio debet eſſe de regula, *l. nam quod liquidè.§.fin.ff.de penu leg.Caſtren.conſ.79. Pro pleniori. num. 3. lib. 1.* vbi ait, quod ſi exceptio non eſſet de regula diceretur deriſoria, *Gemin. conſ. 65. num. 8. verſ.nam ex quo hic excipit,* vbi quod caſus exceptus à diſpoſitione generali, declarat diſpoſitionem loqui de illa materia, *Bald.conſ.401. Super facto, num. 2.verſ.ſecundò queritur,lib.5.* vbi quod reſtringit, ſeu declarat regulam debere intelligi de materia exceptionis. Vnde ſi procurator generaliter conſtituatur ad omnes cauſas, excepta cauſa reſtitutionis in integrum, dicitur conſtitutus in omnibus aliis cauſis requirentibus ſpeciale mandatum,ex quo exceptio eſt de iis, quæ requirunt ſpeciale mandatum, *Imol.in l.fin. col. 12. ff. quis. & à quo appelletur, Alex.& Laſ.in l.fin.ff.quod quiſque Iuris, Gemin.in cap. qui ad agendum,§. 1. de procurator. lib. 6.* quos refert *Cardin.Tuſch.tom.3.lit.E,concl.423. n.6.*

7 Exceptio declarat regulam,ſed tamen non ampliat, vt comprehendat ea, quæ non ſunt de genere regulæ, *Roman. conſ. 498. in fine, & conſ. 107. col.2.verſ.quod autẽ ceſſant,* vbi quod exceptio deducit ad certum, & declarat regulam generalem, & *conſ.379.num.13.verſ.veritas tamen,Bald.conſ.131.Caſus talis eſt, verſ.ſuper ſecundo,lib.1.Cuman. conſ.98.nu. 3.verſ.non obſtat ſecundum,Alex.conſ.28.Viſis,num.11. verſ.non obſtat, lib.1.& conſ.59.num.9. verſ. nec ad hoc obſtat,eod.lib.1.& conſ.186.Zacharias,in fin.lib.6.Surd. conſ.352.num.12. & deciſ. 100. num. 19.* vbi limitat, quando exceptio eſſet inutilis, quia tunc ampliat regulam, *Socin.conſ.47.num.2.& 3.verſ.ſed contrà,lib. 1.* vbi quod in venditione certorum bonorum propriorum, excepto palatio, non includuntur bona communia, quia licèt exceptio firmet regulam in contrarium, tamen non ampliat, *Aretin. conſ. 8. Abunde,per totum,* & præcipuè *num. 3. & 4.* vbi declarat dicens quod exceptio expreſſa, quæ tacitè inerat,non extendit vllo modo regulam ad ea,quæ non ſunt de regula; quia expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur: ſi verò eſt expreſſio, quæ tacitè non inerat, exceptio licèt firmet regulam in non exceptis, nunquam firmat extendendo ad ea, de quibus diſponens erat incapax, vel inhabilis; & rationem adducit *num. 7. verſ.nec obſtat,* quia exceptio non ampliat regulam, vt comprehendat ea, quæ ſine exceptione non comprehenderet ex proprietate ſermonis, ſiue ex mentes, refert *Cardin.Tuſch.tom.3.lit.E, concl.424.n.4.*

Exceptio vbi non reperitur poſita, non eſt à regula recedendum, *l.in prauaricationis. §. vlt.ff. de prauarica.l.diſſentientem,C. de diuort.l.illam,C.de collationib.Flamin.Pariſ.de reſignat.benefic.lib.3.q.7.n.45.* 8

Excipiens non videtur fateri ea quæ in exceptione includuntur, *cap.cùm venerabilis, de excep:. Alex.conſ.83. In cauſa, & lite.in princip. verſ. nec ad hoc obſtat, lib. 1.* vbi quod exceptio huiuſmodi non eſt confeſſio, nec negatio, ſed eſt medium inter negare,& confiteri, prout in tacente,& *conſ.49. num.9.cum ſeqq.lib. 7.* vbi quod libellans, excipiens, vel replicans illud, quod pars aduerſa aſſerit illud impugnando,non dicitur fateri, addítque quod is, qui dicit ſententiam non rectè latam eſſe impugnando, non fatetur eſſe latam per *l.Gallus. §.forſitan,* vbi *gloſ.in verbo rectè.ff.de liberis, & poſthum.* quæ exponit *rectè*,id eſt, nullo modo, *Surd.deciſ.24.num. 5. Cardin. Tuſch.tom.3.lit.E,concl.427. Mari. Antonin. var.reſolut.lib.2. reſol. 50. num. 31. Alex. Trentaſinq. vari.reſolut.lib.2.tit.de except.num.5.* 9

Intellige Axioma procedere quoad fundandam intentionem actoris, *l.non vtique.ff.de except.cap. exceptionem, de regulis Iuris,lib.6.Cou.vari. lib. 1. cap. 1. num.2.verſ.eodem iure, Anton.Gom.vari.tom.3. cap.12. num.16.Cacheran.Pedam.deciſ.178.num. 9. Franc.Milanen.Sicilia deciſ.3.num.46.lib. 2. Bellon.Genuen.deciſ. 38.num.8.& deciſ.91.num.1. Petr.Greg. Syntagm.Iuris lib.21.cap.17.num.3.Cardoſ.in praxi Iudicum, & Aduocat.verbo exceptio.num.26.Stephan.Gratian.Marchiæ deciſ.19.num.19.* 10

SVMMARIVM.

1 *Exempla declarant regulam & aperiunt.*
2 *Exempla non reſtringunt regulam.*
3 *Exemplis non eſt iudicandum, ſed legibus, quando legibus conſtat quod veritas eſt contra exemplum.*

Exempla.

Axioma LXXXVI.

Exempla declarant regulam & aperiunt, *l. prater, alias Iulianus. §. quoties. ff. de collat. bon.* ibi, 1

ibi, *quod dico exemplo vt manifeſtius fiat, Oldrad. conſ. 244. num. 14. verſ. quinto, & vltimo, Bald. conſ. 358. Nulla mulier. num. 4. verſ. ſed quid eſt, lib. 1.* vbi quod exempla ſicut digitus eum oſtendunt, & tactui quodammodo ſubiiciunt, *Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E, concl. 548. per totam.*

2 EXEMPLA non reſtringunt regulam, *l. damni infecti ſtipulatio ff. de damno inf. l. pen. §. vlt. ff. de iuris & facti ignor. l. 1. §. quod vulgo, ff. de vi, & vi arm. l. ſcire oportet. §. oportet. ff. de excuſat. tutor. Roman. conſ. 295. Donatio patris, num. 6. verſ. eſt enim notiſſima, Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo libertis. num. 37. C. de reuocand. donat. Molin. de primog. lib. 2. cap. 8. num. 4. Surd. conſ. 308. num. 10. Cardin. Tuſch. d. tom. 3. lit. E, concl. 547. per totam, Flamin. Pariſ. de conſident. quæſt. 9. num. 75. & quæſt. 27. num. 68. & quæſt. 32. num. 18. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 563. num. 73.* Vnde dici ſolet quod exempla non excludunt ſimilia, §. *hactenus. Inſtit. de gradib. Crauet. conſ. 544. num. 25. Azeued. l. 4. num. 24. tit. 20. lib. 8. noua Recop.*

3 EXEMPLIS non eſt iudicandum, ſed legibus, *l. ſed licet. ff. de offic. Præſid. l. nemo, C. de ſentent. & interlocut. cap. 1. de poſtulat. Prælat. Socin. reg. 8. Thom. de Thomaſſet. in floribus legum, reg. 110.* ait procedere in malis exemplis, & in practica erronea iudiciorum, *Capol. conſ. 18. Statutum, col. 3.* vbi dicit habere locum, quando res in contrarium eſt certa, non verò in caſu dubio, *Alex. conſ. 150. In cauſa. n. 7. lib. 6.* vbi intelligit quando legibus conſtat, quod veritas eſt contra exemplum, *Menoch. conſ. 996. num. 27. vol. 10. Surd. conſ. 34. num. 21. Anton. Monach. Florent. deciſ. 1. num. 93. & 94. Ludou. Rodolphin. concl. 10. pag. 153. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E, concl. 549. per totam.*

Exitus.

AXIOMA LXXXVII.

1 EXITVS acta probat, *l. quidam. ff. de rebus dub. l. cùm Syllanianum, C. de his quibus vt indign. l. rem non nouam, in fine, C. de iudic. l. ſi mater,* vbi *Bald. C. ne de ſtatu defunct. cap. quatuor 12. quæſt. 3. cap. quod autem 22. quæſt. 2. Tiraq. de retractu lig. ad finem tit. num. 23. Surd. deciſ. 288. num. 8. & conſ. 181. num. 24.*

Experientia.

AXIOMA LXXXVIII.

1 EXPERIENTIA omnium rerum eſt mater, & magiſtra. §. *quæ omnia, Inſtit. de fideiuſſor. §. pen. Inſtit. de ſatisdat. cap. quàm ſit, de elect. lib. 6. Ioan. de Imola conſ. 43. in princip.* vbi quod experientia dicitur rerum magiſtra de iis, quæ videmus obſeruari, *Alex. conſ. 115. Viſa ſcriptura. num. 4. verſ. ſed poſito, lib. 7. Bald. conſ. 136. Proponitur. num. 2. lib. 2.* vbi quod experientia facit artem, & cognitio veritatis ex experimento ſequitur, *& num. 3.* quod experimenta morborum multas nos medicinas inuenire compellunt, *Surd. conſ. 61. num. 36. & conſ. 132. num. 23. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E, concl. 648. per totam, Mari. Antonin. vars. reſolut. lib. 2. reſol. 33. num. 10. Ludou. Rodolphin. var. quæſt. lib. 2. q. 35. num. 24.*

SVMMARIVM.

1 *Expreſſum vbi requiritur, non ſufficit tacitum, neque præſumptum.*
2 *Expreſſi maior eſt vis, quàm taciti.*
3 *Expreſſum facit ceſſare tacitum.*
4 *Argumentum non ſumitur à tacito, vel præſumpto ad deſtructionem expreſſi, ſed bene è contrà.*
5 *Expreſſum dicitur, quod ſub expreſſo continetur, vel ex expreſſo infertur.*
6 *Tacitum quod ſequitur, ab expreſſo, dicitur expreſſum.*
7 *Expreſſum dicitur, quod ex natura verborum inducitur.*
8 *Expreſſum dicitur, quod continetur ex vi verborum.*
9 *Expreſſum cenſetur propriè & totaliter, quod per relationem exprimitur.*
10 *Expreſſum dicitur, quod ſubintelligitur à Iure.*
11 *Expreſſum dicitur, quod ex mente, & coniecturis neceſſariò colligitur.*
12 *Expreſſum cenſetur, quod virtualiter ineſt.*
13 *Expreſſum dicitur, quod ſub ratione comprehenditur.*
14 *Expreſſo vitiato, vitiatur tacitum in eo comprehenſum.*
15 *Expreſsio eius, quod tacitè ineſt, nihil operatur, & non dat nouam formam, nec facit actum conditionalem.*

Expreſſum.

AXIOMA LXXXIX.

EXPRESSI, & taciti licèt per viam reg. idem ſit iudiciũ, vt infrà probauimus ſub verbo *Taciti & expreſſi,* vbi tamen requiritur expreſſum, non ſufficit tacitum, neque præſumptum, *cap. 2. de præbend. cap. fin. de procurator. in 6. Federic. de Senis conſ. 233. col. 2. verſ. ſed vbi requiritur, Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E, concl. 654. per totam, Cabed. Luſitan. deciſ. 12. n. 7. p. 2. Valaſc. de partition. cap. 14. num. 18.* 1

Expreſſi maior eſt vis, quàm taciti, *l. nonnunquam. ff. de condit. & demonſtrat. l. expreſſa nocent,* vbi *Dec. num. 5. ff. de regul. Iuris, l. precibus, C. de impub. & aliis, Oldrad. conſ. 126. num. 8. verſ. tertio,* vbi quod expreſſa conditio appoſita magis ſuſpendit diſpoſitionem, quàm conditio tacita quæ ſubintelligitur, *Calderin. conſ. 121. num. 2. verſ. ad idem facit ſylus, alias 1. de cleric. non reſid.* vbi quod operatur ſaltem maiorem declarationem expreſſio eius, quod tacitè inerat, *Surd. conſ. 10. num. 24. & conſ. 310. num. 14. Pichard. ad §. 1. num. 9. Inſtit. de vulg. ſubſtit. Cardin. Tuſch. tom. 3. lit. E, concl. 655. Sigiſmund. Scacc. de appellat. quæſt. 12. num. 87.* 2

EXPRESSVM facit ceſſare tacitum, *l. cùm ex filio. §. filio impubere. ff. de vulgari & pupil. ſubſt. l. maritus, C. de procuratorib. Crauet. conſil. 92. num. 3. Rimin. Iun. conſ. 330. num. 5. lib. 3. Franc. Becc. conſ. 39. nu.* 24. vbi etiam quod ſtipulatio dotis reſtituendæ facit ceſſare tacitam, *& num. 25. in fin.* quod non ſumitur argumentum à tacito, vel præſumpto ad deſtructionem expreſſi, ſed benè è contrà, *Decian. conſ. 34. num. 98. cum ſeqq.* maximè *num. 101. lib. 3.* vbi ampliat, etiamſi expreſſum colligatur ex præcedentibus, & ſequentibus, *Caſſan. in conſuetud. Burgund. rub. 13. §. 1. num. 5. Surd. conſ. 157. num. 22. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 15. num. 49. Armendar. in proœm. addit. ad recop. legum Nauarræ. num. 13. Car-* 3 4

dict. Tusch. tom. 3. lit. E, concl. 656. per totam, vbi *num. 20.* post *Boër. decis. 332.* limitat in expressa hypotheca dotis inducta à partibus, quia facit cessare tacitam inductam à lege secundùm communem, maximè vbi tacita pinguior est.

5 EXPRESSVM dicitur, quod sub expresso continetur, *Paris. cons. 66. num. 62. vol. 2. Cravet. cons. 149. num. 11. Roland. cons. 27. num. 34. vol. 4. Franc. Becc. cons. 14. num. 15. vol. 1. Menoch. cons. 14. num. 15. & de arbitr. casu 276. num. 2. cum seqq.* vel ex expresso infertur, *l. Prætor ait. §. 1.* vbi *glos. verbo expressum. ff. de noui oper. nunciat. Rebuff. in praxi benefic. p. 1. tit. forma vicariatus. num. 57. & 59. Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchal. sedium erect. cap. 5. num. 1.*

6 Et ideò tantùm quod sequitur ab expresso, dicitur expressum, *l. si ita. §. si filio. ff. de secund. tabul. Bald. in l. fin. num. 9. C. de hæred. instit. & in l. 1. num. 10. C. de iis, qui ante apertas tab.*

7 EXPRESSVM dicitur, quod ex natura verborum inducitur, *Bart. in l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de legat. 1. Ruin. cons. 148. sub num. 6. vol. 3. & cons. 159. num. 8. cum. seq. eod. vol. Paris. cons. 97. num. 107. vol. 1. Oldau. Glorit. resp. 1. p. 3. num. 257. & resp. 9. num. 5.* Et quod ex generalitate verborum continetur, *l. Lucius. ff. de vulgari, glos. verbo specialiter, in l. vlt. C. quod cum eo, secundùm primam opin. Bart. in l. prætor ait, in princip. num. 1. ff. de noui oper. nunciat. & in l. 1. col. 2. vers. ad quod sciendum. ff. de vulg. & pupil. Curt. Iun. in rub. C. de collation. col. 3. num. 9.* vbi communem regulam appellat, *Brunor. à Sole in locis communib. verb. expressum 4. Rendin. in promptuario recept. sentent. tom 1. tit. 100. num. 15. Menoch. cons. 331. num. 24.* vbi limitat, quando requiritur aliquid expresè, vel specialiter fieri in aliqua dispositione correctoriâ Iuris communis, *Flamin. de resignat. benefic. lib. 6. quæst. 2. num. 54. & lib. 8. quæst. 10. num. 23. Anton. Monach. Lucens. decis. 62. num. 13. & Florent. decis. 69. num. 17. Flores de Mena vari. lib. 3. quæst. 21. num. 26.*

8 EXPRESSVM dicitur, quod continetur ex vi verborum, *Flamin. d. quæst. 2. num. 55. Ioseph Sesse Aragon. decis. 65. num. 29. & decis. 113. num. 170. Flores de Mena d. quæst. 21. num. 26. Mendez à Castro in praxi Lusit. lib. 3. cap. 11. num. 8. Ferrer. in Constit. Cathalon. glos. 4. num. 52.* & ideò nihil refert, an aliquid expressis, vel æquipollentibus verbis exprimatur, vbi verba illud significant, *l. qui totam. ff. ad Trebell. l. fin. C. ad legem Falcid. Boër. decis. 44. nu. 33. Paris. cons. 21. num. 35. vol. 3. Ruin. cons. 47. num. 18. vol. 2. Card. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 11. num. 6. & 7. Mascard. de probat. concl. 1389. num. 4. Menoch. cons. 374. num. 4. & de præsumpt. lib. 4. præs. 198. num. 10. cum seqq. Petr. de fideicom. quæst. 15. num. 190. Ioseph Sesse d. decis. 113. num. 170. & decis. 189. num. 52.*

9 EXPRESSVM censetur propriè & totaliter, quod per relationem exprimitur, *Ioseph. de Sesse Aragon. decis. 202. num. 31. Anton. Monach. Lucensi, decis. 33. num. 10.*

10 EXPRESSVM dicitur, quod subintelligitur à Iure, *l. licèt Imperator. ff. de legat. 1. l. 1. C. de testam. mili. Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus. num. 158. C. de reuocand. donat.*

11 EXPRESSVM dicitur, quod ex mente, & coniecturis necessariò colligitur, *Surd. decis. 254. num. 37. Gam. Lusit. decis. 51. num. 8. Flores de Mena vari. lib. 2. quæst. 21. num. 26. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 36. num. 19. Cald. Pereira de empt. cap. 9. num. 8. & num. 12.*

12 EXPRESSVM censetur quod virtualiter inest, *Ioseph. Sesse Aragoniæ, decis. 202. num. 31. Anton. Monach. Lucen. decis. 33. num. 10.*

EXPRESSVM dicitur, quod sub ratione comprehenditur, *l. quæsitum scio. ff. de testib. l. si postulauerit. §. sed si negauerit. ff. de adult. Tiraq. in l. si vnquam, verbo susceperit liberos. num. 37. C. de reuocand. donat. Molin. de primog. lib. 1. cap. 5. num. 11. & 12. Gutier. pract. lib. 3. quæst. 17. num. 82. Rot. decis. 10. num. 3. apud Farin. p. 1. recent.* Vel ex eadem ratione deducitur, *Surd. decis. 254. num. 40. & decis. 255. num. 23. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 1. num. 20. & 21.* 13

EXPRESSO vitiato, vitiatur tacitum in eo comprehensum, *l. 3. §. fin. in fine. ff. de seruit. rustic. præd. l. cùm vnus. §. planè. ff. de bonis auct. Iudic. possid. l. fin. ff. de constit. pecun. cum aliis citatis ab Anton. Gom. vari. tom. 1. cap. 3. num. 29.* non tamen vitiatur tacitum æquè principale, *l. si fideiussor, in princip. ff. de legat. 1.* 14

EXPRESSIO eius, quod tacitè inest, nihil operatur, & non dat nouam formam, nec facit actum conditionalem, *l. condutiones quæ extrinsecus*, vbi *glos. vlt. ff. de condit. & demonstr. Castrens. cons. 338. Ad primum, num. 2. lib. 2. Anch. cons. 147. Super alia, num. 4.* vbi quod id, quod tacitè inest, ne dum non facit actum conditionalem, si exprimatur, sed neque alterat dispositionem, *& cons. 404. Tria dubia. n. 7. Federic. de Senis cons. 163. num. 2. vers. nec obstat,* vbi quod expressio eius, quod tacitè inest, non dat nouam formam, nec facit actum conditionalem, *Alex. cons. 33. num. 5. lib. 1. & cons. 22. viso titulo. num. 18. vers. quia respondetur, lib. 5.* vbi intelligit, si illud, quod tacitè inest, exprimatur eo modo, quo inest, quia tunc nihil operatur; secus verò si exprimatur alio modo quàm inest. Declarant aliis modis *Rimin. Iun. cons. 282. num. 103. & 104. lib. 3. Tiber. Decian. cons. 4. num. 24. & 25. Card. Tusch. tom. 3. lit. E, concl. 657. per totam.* 15

Extinctum.

AXIOMA XC.

EXTINCTVM semel, amplius non reuiuiscit, *Petr. de Anchar. cons. 38. Mortua. num. 8. & cons. 404. num. 13.* vbi extendit maximè quando extinctio fit ex voluntate eius, qui priuatur, secus ex necessitate, *Decis. cons. 477. Decian. cons. 86. num. 41.* vbi agit de substitutione semel extincta, quia non reuiuiscit, *Bellam. cons. 34.* vbi de collatione nulla & extincta, quia non reuiuiscit, *Socin. Sen. cons. 91. n. 10. lib. 4.* vbi quòd obligatio semel extincta non reuiuiscit, *Cravet. cons. 322. num. 3.* latè *Card. Tusch. tom. 3. lit. E, conc. 676. per totam.* Vide *sup. Axiom. 9. nu. 1.* 1

Extrema.

AXIOMA XCI.

EXTREMA omnia sunt vitiosa, & ex duobus contrariis fit medium optimum, *l. solent. §. fin. ff. de offic. Procons. Ioan. de Capistr. in speculo conscientiæ. num. 245. Paulus de Castro per text. ibi, in l. continuus. §. cùm ita. 1. ff. de verb. obligat. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. E, concl. 685. Flamin. Paris. de confident. quæst. 7. num. 39.* 1

EXTREMA habilia posse coniungi impedit medium inhabile, *Castrens. cons. 422. Quod ista mater. num. 3. vers. sic, lib. 1.* vbi loquitur quando extremum debet transire per mediũ inhabile, *Florian. de S.* 2

de S. Petro, quæst. 3. dub. 1. num. 22. vbi declarat, & limitat multis modis & casibus, in quibus extrema habilia de se iunguntur, licèt medium sit inhabile, quando illud medium fuit sublatum, vel non durauit, refert *Card. Tusch. tom. 3. lit. E, concl. 684.* Vide *infrà Axiom. 145. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Facere per se videtur, qui per alium facit.*
2 *Multa possumus per nosmetipsos, quæ non possumus per alios facere.*
3 *Facere non dicitur, qui causam ad finem non perduxit.*
4 *Paria sunt non facere, vel inutiliter facere.*
5 *Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.*
6 *Dolosus præsumitur, qui non facit quod facere tenetur.*
7 *Fieri aliquid tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, paria sunt.*
8 *Fieri aliquid tempore habili, vel conferri in tempus habile, paria sunt.*
9 *Paria sunt non fieri, vel inutiliter fieri.*
10 *Paria sunt non fieri, vel minus legitimè fieri, seu aliter fieri quàm debeat de Iure.*
11 *Paria sunt non fieri, vel inualidè fieri.*

Facere, fieri.

AXIOMA XCII.

1 FACERE per se videtur, qui per alium facit, *l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi arm. l. ita. §. quod si quis, ff. de admin. tutor. l. si per alium ff. ne quis eum, l. non ideo, C. de accusation. cap. mulieres. §. illi verò, de sentent. excom. cap. qui per alium 72. de regulis Iuris, lib. 6. Duen. reg. 378. Bart. cons. 142. num. 3. lib. 1. Roman. cons. 94. Visis iis. num. 3. vers. ea enim*, vbi quod ea quæ facimus per nostros procuratores, per nosmetipsos facere videmur, *Angel. Aretin. cons. 61. Clarum num. 15. & 16.* vbi extendit maximè in ciuilibus, & necessariò faciendis, *Corras. lib. 2. miscel. cap. 22. Clar. §. vlt. quæst. 38. num. 6. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 3. num. 39. & l. 45. Tauri. num. 91. Plac. de delict. lib. 1. cap. 15. num. 17. Menoch. remed. 1. recuper. num. 407. & cons. 1. num. 304. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 17. num. 2. Flamin. Paris. de confident. quæst. 28. num. 83. & quæst. 31. nu. 12. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 249.* vbi *reg. 246.* ait, quod qui non potest per se, non potest per alium, *Surd. cons. 360. num. 19. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F, concl. 7. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis. § 1. num. 6. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. quæst. resol. 564. num. 3. in vlt. edit. Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarch. Sedium erect. cap. 3. n. 44.*

2 Limita in iis, quæ requirunt seruitium personale actu, vt est residentia in beneficio, ad effectum consequendi distributiones, & visitatio ad effectum recipiendi procurationes, *Calderin. cons. 221. num. 2. & in fine*, quod est *cons. 1. de clericis non resid. Angel. Aretin. cons. 137. Quoniam num. 13. vers. multo minus*, vbi ait, quod multa possumus per nosmetipsos, quæ non possumus per alios facere, refert *Cardin. Tusch. d. concl. 7. à num. 23.* vbi *num. 25.* limitat etiam in iis, in quibus est electa industria personæ, quia per alium expediri, vel fieri non possunt.

3 FACERE non dicitur, qui causam ad finem non perduxit, *l. qui cùm natu maior. §. accusasse. ff. de bonis libert. Mexi. in tract. taxæ panis, concl. 5. num. 61. Farinac. in praxi crimin. p. 4. cons. 75. num. 83.* Vel inutiliter fecit, quia paria sunt non facere, vel inutiliter facere, *l. qui habebat. ff. de manum. testam. Socin. cons. 39. num. 8. vol. 3. Cranet. de antiquit. tempor. p. 4. princ. num. 144. Ruin. cons. vlt. num. 4 vol. 3. Affict. decis. 182. num. 4. & decis. 256. num. 3. Menoch. cons. 658. num. 9. & cons. 695. num. 18.* quos refert *Glorst. resp. 1. p. 2. num. 180.* 4

Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet, *l. si non fuerit*, vbi *glos. ff. de iureiur. Menoch. remed. 1. recuper. num. 89. Surd. de aliment. tit. 8. princ. l. 53. num. 10.* Et qui non facit quod facere tenetur, præsumitur dolosus, *Farin. in praxi crimin. p. 3. quæst. 89. à num. 92. Card. Pereira de empt. cap. 19. n. 18.* 5 6

FIERI aliquid tempore prohibito, vel conferri in tempus prohibitum, paria sunt, *l. in tempus. ff. de hæred. instit. l. Stichus seruus meus. ff. de manumiss. testam. l. quod sponsæ 4. C. de donat. ante nupt. Tiraq. in tract. de iure constituti. p. 3. limit. 2. num. 3. cum seqq. & de iure primogen. quæst. 40. num. 178. Conan. comment. Iuris lib. 8. cap. 2. num. 7. Mascard. de probat. concl. 1076. num. 1. Valasc. cons. 77. num. 4.* 7

FIERI aliquid tempore habili, vel conferri in tempus habile, paria sunt, *d. l. in tempus. ff. de hæred. instit. Card. Pereira quæst. forens. cons. 17. num. 12.* 8

Non fieri, & inutiliter fieri, paria sunt, *l. pen. in princip. ff. de suis, & legit. hæred. l. quoties*, vbi *glos. & Doctores. ff. qui satisd. cog. §. sciendum, Instit. de satisd. tutor. glos. verbo inutilem, in cap. 2. de transl. Prælat. Tiraq. ad leg. connub. glos. 1. p. 6. à num. 12. Palat. in repet. rub. de Donat. inter virum & vxor. §. 70. num. 29. Con. practic. cap. 7. num. 2. vers. est & in hoc, Surd. decis. 28. num. 89.* sicut etiam paria sunt non fieri, vel ita fieri quod factum non duret, *Anton. Monach. Bononien. decis. 40. puncto 7. num. 18.* 9

Non fieri, vel minus legitimè fieri, seu aliter fieri quàm debeat de Iure, paria sunt, *d. l. quoties*, vbi *Iaf. l. si autem nullum, C. de legit. hæred. cap. inter corporalia, de transl. Episcopi, cap. veniens, de Presbyt. non baptiz. cap. fin. de restit. spoliat. Surd. cons. 45. num. 42. & cons. 88. num. 16. & cons. 3. num. 12. & decis. 122. num. 6. & decis. 269. num. 12. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 7. num. 8. Brunor. à Sole in locis communib. verbo factum. num. 17. Valasc. de partit. cap. 3. num. 44. Thom. de Thomass. in floribus legum. reg. 127. in fine, & reg. 220. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 2. num. 19. Anton. Monach. Florent. decis. 26. num. 2. Mari. Anton. vari. resolut. lib. 2. resol. 8. num. 8.* 10

Non fieri, vel inualidè fieri, paria sunt, *l. non putauit. §. non quæuis*, vbi *Bart. ff. de bonor. possess. contra tab. l. 1. §. quod autem*, vbi *Bald. ff. de offic. præfecti Vrbis, Surd. cons. 157. num. 13. Mar. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 11. num. 10.* 11

SVMMARIVM.

1 *Narratio facti non facit ius.*
2 *Ius totum mutatur propter minimam facti mutationem.*
3 *Responsum congruum dari non potest à Iureconsulto, nisi factum percipiat.*
4 *Consilium mutatur mutatione facti.*
5 *Factum incertum non potest expectare consilium certum.*
6 *Facto non minus, quàm verbo consensus elicitur, ac ratificatio.*
7 *Fructus rei suo nomine emptæ percipiens*

dicitur facto ratificare.

8 *Pensionem exigens censetur ratificare vacationem.*

9 *Ratificare aliquid facto, plus est quàm verbo.*

10 *Ratificatio quæ fit facto dicitur magis efficax illa, quæ fit verbo.*

11 *Facta sunt efficaciora ad declarandum animum facientis, quàm ipsa verba.*

12 *Factum vbi requiritur, non sufficiunt verba.*

13 *Factum non dicitur, donec aliquid supereſt agendum.*

14 *Factum non dicitur, quod non durat factum.*

15 *Factum attenditur, non quod potuit fieri.*

16 *Factum non attenditur, sed quod debuit fieri.*

17 *Factum quod non releuat, fieri non debet.*

18 *Factum non reputatur id, quod non habuit effectum.*

19 *Factum contra ius, pro non facto habetur.*

20 *Paria sunt, factum quid non fuisse, vel nulliter factum.*

21 *Factum vnius non debet alteri nocere.*

22 *Prægrauari nemo debet ex facto alterius.*

23 *Factum proprium nemo impugnare potest.*

24 *Actus quando esset ipso Iure nullus, tunc poterit quilibet venire contra actum à se gestum.*

25 *Factum Iudicis reputatur factum partis; vbi declaratur.*

26 *Factum præsumitur, quod fieri consueuit.*

27 *Factum non præsumitur, nisi probetur.*

28 *Facta sunt sui natura incerta.*

29 *Factum legitimè, seu iustè, nullam pœnam meretur.*

30 *Facta multa tenent, quæ à principio fieri prohibentur.*

31 *Præsumptio Iuris, & de Iure licèt non admittat probationem in contrarium, si tamen est admissa & probata, releuat.*

32 *Contractus quamuis non possit celebrari in Ecclesia, tamen celebratus valet.*

33 *Mulier & miles licèt non possint esse procuratores, si tamen admittantur, valet processus.*

34 *Facta pro infectis haberi non possunt.*

35 *Facta de facto, etiam de facto sunt reuocanda.*

36 *Carceratus vt suspectus de fuga ordine non seruato, est excarcerandus, nec captura confirmari potest ex nouis.*

37 *Sequestratio, seu recommendatio carcerati facta de facto sine Iudice, nihil releuat, & de facto reuocanda est.*

Factum. Facta.

Axioma XCIII.

FACTI narratio non facit ius, *cap. ex litteris, de fide instr. Tiraq. in l. si vnquam, verbo libertis. num. 37. C. de reuocand. donat.* sed Iuris dispositionem inducit, *l. quidam referunt. ff. de iure Codicil. Federic. de Senis cons. 152. in princ.* quia ex facto ius oritur, *l. si ex plagis 53. §. in cluo. ff. ad leg. Aquil. l. fin. in princip. ff. de iureiur. l. seruus, C. de condit. & demonstr. Federic. de Senis cons. 298. in princip. Bellon. cons. 5. In puncto, in princip. Anch. cons. 254. Statuto cauetur. num. 2. vers. quomodo*, vbi ait, quod sicut ex facto ius oritur, ita ex facto ius moritur, *Bald. cons. 292. Verba pactorum, circa fin. vers. verum, lib. 2. & cons. 67. Quia ex facto, in princ. lib. 3. Menoch. cons. 2. num. 208. D. Barbos. in l. Titia. num. 25. ff. soluto matr. Card. Tusch. tom. 3. lit. F. concl. 13. Anton. Monach. Florent. decis. 48. n. 7.* 1

Vnde euenit, vt propter minimam facti mutationem mutetur totum ius, *l. si is. ff. de excusat. tutor. cap. fin. de contrah. empt. Federic. de Senis d. cons. 152. in princ.* vbi subdit, congruum responsum dari non posse à Iureconsulto, nisi factum percipiat, *Ægid. Bellam. cons. 48. num. 15. vers. quoad primum*, vbi quod si factum non est certum, Iurisconsultus non potest respondere, *Bald. cons. 304. Non est nouum, in princip. lib. 1.* vbi quod mutatione facti mutatur etiam consilium, & *cons. 12. Quidam nomine, in princip. & cons. 251. Sententiam, post med. vers. vnde ego, lib. 5.* vbi quod secundùm diuersitatem punctorum redditur diuersum consilium, *& cons. 364. Certum est, circa med. eodem lib. 5.* vbi quod factum incertum non potest expectare consilium certum, *Angel. cons. 391. Sub aliis, in princ.* vbi quod mutatio terminorum alterat, & mutat censuram Iuris. 2 3 4 5

FACTO non minus, quàm verbo consensus elicitur, & ratificatio, *l. Paulus. l. non tantum. ff. rem ratam haberi, l. de quibus, circa fin. ff. de legib. Dec. cons. 58. Et pro tenui, Roman. cons. 291. Cùm isti fratres. num. 3. vers. tertiò quia, Ioan. de Imola cons. 73. In casu proposito. num. 6. Paris. cons. 33. num. 30. vol. 1. Aretin. cons. 127. Eximie, col. 2. vers. sed quando, Grammat. cons. 13. num. 9. in ciuilib. Anch. cons. 98. num. 13. vol. 1. & cons. 42. num. 14. vol. 2. Menoch. remed. 15. recuper. num. 125. Cranet. cons. 106. à princip.* vbi *num. 2.* quod plus est renunciare beneficio facto, quàm verbo, *Alex. cons. 88. In causis, col. pen. lib. 1.* vbi quod percipiens fructus rei suo nomine empræ, dicitur facto ratificare, *& cons. 88. col. pen. lib. 5.* vbi quod percipiens fructus rei legatæ, dicitur acceptare legatum, *& cons. 117. num. 2. eod. lib. 5.* vbi quod exigens pensionem censetur ratificare vacationem, *Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F. concl. 15. à princip. Franc. Becc. cons. 109. num. 21. vol. 1.* 6 7 8

Imò plus est aliquid facto ratificare, quàm verbo, *cap. dilecti filij, il 1. de appellat. Dec. cons. 449. num. 12. Roman. d. consil. 291. nu. 4. vers. quinimò, Bald. cons. 400. Super primo, col. antepen. vers. nec refert vtrum, lib. 4.* quia ratificatio, quæ fit facto, dicitur magis efficax illa quæ fit verbo, *Dec. cons. 586. In causa, col. fin. Bald. con. 184. Ad intelligentiam, lib. 2. & cons. 103. Videtur, lib. 3. & cons. 14. Punctus, lib. 5. Alex. cons. 127. Viso instrumento, & cons. 175. Perspectis, lib. 5. Socin. cons. 64. Visa bulla, col. fin. lib. 2. & cons. 140. Visis, col. pen. in 1. dub. lib. 4.* Vnde in iis, quæ tendunt ad declarationem animi, plus est facto, quàm verbo declarare, *l. si tamen. §. si ei qui. ff. de adilit. edicto, Abb. cons. 116. Illud de iure. num. 3. lib. 2. Ias. cons. 153. Difficultas, col. 2. vers. confirmantur prædicta, lib. 2. Roman. d. cons. 291. num. 4.* vbi quod mens & voluntas magis facto, seu 9 10 11

actu,

actu, quàm verbis declaratur; nam facta sunt efficaciora ad declarandum animum fauentis, quàm ipsa verba, *Neuizan.cons.76.num.53. Magon.Lucens. decis.22.num. 19. Fusc.lit. F, sing. 2.* & cum ratione, quia verba quandoque sunt falsa, facta verò nunquam, vt inquit *Bald.in d.l.Paulus.ff.rem ratam haberi, Alciat.resp.248. num. 6. vers. non obstat, secundùm Lugdunens.impressionem,* & ideo ratificatio quæ actis fit, validiùs confirmat actum, quàm illa, quæ fit verbis, *Alex.cons.117.num.2.vol.5. Dec.cons.583.sub num. 4.vers.vlteriùs, & num.5. & cons.586.num. 13. Paris.d. cons.49.vol.1.Cephal.cons.51.num. 15. Natt. cons. 341. num.4.vol.2.Grat.cons.47.num.22.vol.1.Calcan.cons.22. Socin.Iun.cons.18.num.13.vol.1.Cruuet.cons.237.num. 2.& 3.& cons.776.num.6.Menoch.d.remed.15. recuper. num.118. cum seqq.*

12 FACTVM vbi requiritur, non sufficiunt verba, vt per *Alex.consil.21.Viso processu, in fin. num.7. lib.1.* vbi quod stante statuto, quod mulier non audiatur si non fideiubeat in iudicio, non sufficit oblatio fideiussionis nomine mulieris facta, *& cons.44.num.6. lib.7.* vbi quod is, qui tenetur soluere cum effectu, non sufficit quod dicat se paratum soluere, quia nihil releuat oblatio verbalis, vbi opus est facto, *Ægid.cons.9.num.17. vers. item non obstat*, vbi quod quando realis restitutio est facienda, cautio non sufficit, *Socin.consil.92.Viso instrumento.num.10. lib. 4.* vbi quod quando lex requirit factum, non sufficiunt verba, *Cardin.Tusch.d.tom.3.lit. F, concl.21.per totam.*

13 FACTVM non dicitur, donec aliquid supereſt agendum, *l.cum Syllanianum, in fin. C. de his quibus vt indign.l.pen.C.ad Syllan. Apostil.ad Bart.cons.36. Statuto ciuitatis, in ver.Verbum facta, lib. 1.* vbi hoc intelligit in delictis, & odiosis, refert *Card.Tusch.d. lit.F, concl.22.num.4.Girond.de priuilegiorum, seu exemptionum explicat.num.1133.Anton. Monach.Bononien.decis.28.n.22.*

14 FACTVM non dicitur, quod non durat factum, *l. si pro parte.§.versum.ff.de in rem verso, Menoch.consil. 334.n.19.* vbi intelligit, quando actus habet tractum successiuum, *Brunor. à Sole in locis commun. verbo factum.num.16. Surd. de aliment. tit. 7. quæst.20.num.9. cum seqq. Farin.in praxi crimin.p. 4. cons. 60. num.72. Gonzal.ad reg.8.Cancel.glos.63.num.24. cum seqq. Stephan.Gratian.disceptat.forens.cap.115. num. 33. & cap. 132.num.25.cum seqq.*

15 FACTVM attenditur, non quod potuit fieri, *Cruuet.cons.189.num.7.vers.quartus casus, Card.Tusch. d.tom.3.lit.F,concl.23.*

16 FACTVM non attenditur, sed quod debuit fieri, *l.nemo, C.de sentent.& interlocut.Cruuet.cons.320. num.5.Federic.de Senis cons.152.num.3.vers. item quia per hoc, Alex.cons.3.Viso instrumento.num.5.lib.1. Card. Tusch.d.tom.3.lit.F,concl.24.*

17 FACTVM quod non releuat, fieri non debet, *l.ad probationem.C.de probationib. Surd.decis.260.num. 5.cum seqq.* nec factum dicitur, *l.iubemus,* & ibi *Bart. C.de sacrosc.Eccles. Menoch. cons. 351. num. 36. Octau. Glorit.resp.1.p.2.num.180, in fine.*

18 FACTVM non reputatur id, quod non habuit effectum, *l.1.§.nihil.ff.de inoffic.testam.l.si quis sub conditione.ff.de testam.tut.l.2. §. sed etsi sint sui.ff.de suis & legit.hared.l.ex consensu. §. 1.ff. de appellat. Surd. cons. 436.num.14.*

19 FACTVM contra ius, pro non facto habetur, *l. iubemus.§. prædia, C. de sacrosc. Eccles. cap. quæ contra Ius 64.de regul.Iuris, lib.6.Cardos.in praxi Iudicum, & Aduocat.verbo factum.num.2. Azor. Instit.moral. p. 1. lib.5.cap.16.quæst.17.*

FACTVM quid non fuisse, vel nulliter factum, paria sunt, *l.quoties ff.qui satisdare cog. Surd. cons.359. num.1. Anton.Monach.Florent.decis.26.n.2.* 20

FACTVM vnius non debet alteri nocere, *l. si vnus.§. ante omnia.ff.de pactis, l.de pupillo.§.si plurium. ff.de noui oper.nunc.l.paterfamil.ff.de hared.instit. l. non debet alteri.ff.de regulis Iuris, l. coheredi, C.famil. hercisc. l.haredes.§.in illa.ff.eod.Thom. de Thomas. in floribus legum, reg.125.Menoch.cons.346.num.26.Surd.decis.102. num.1.& cons.22.num.29.Farin. in praxi crimin.p. 4. cons.40.num. 45. & cons. 65. num.100.* Et facto alterius nemo debet prægrauari, *l.si quis in suo. §. legis, C.de inoffic.testam.Surd.cons. 173. num. 84.* aut alieno facto onerari, *l.in causa.ff.de procurator.* 21 22

FACTVM proprium nemo impugnare potest, *l. post mortem.ff.de adopt.l. & per fundum. ff. de seruitut.rustic.præd.l.sicut, C.de action.& oblig.l.cùm à matre, C.de rei vendicat.l.generaliter.§.fin.ff. de non numer. pecun.l.non idcirco, C.de contrab.empt.l. si creditoribus, C. de seruo communi pignori dato, l.cùm profitearis, C.de reuocand.donat.l.1.C.de remiss.pignor.cap. veniens, de filiis presbyt.cap.cùm super, de conces. prabend. Thom. de Thomasset.in florib.legum. reg. 26.* vbi ait procedere, nisi ex iusta & concessa causa deueniat, *Menoch. cons. 160.num.5.Surd.cons.284.num.5.& 8. Cardos.in praxi Iudicum, verbo factum.num.3. Ioseph.Sesse Aragoniæ, decis.230.num.69.Bartol.in tract.de consortib. cap. 22.nu. 13.Mari.Antonin.vari.resolut.lib.1.resol.5.num.2.Cas. Argel. de contradictore legitimo, quæst. 2. num. 256. & quæst.4.num.43. & quæst.8.n. 4. & quæst. 10. num. 80. Seraphin. decis. 334. num. 1.* 23

Limita quando actus esset ipso Iure nullus, quia tunc quilibet potest venire contra actum à se gestum, *cap.magnæ 22.quæst.4.Caputaquen.decis.170.num. 6.& 7.p.3.Grammat.decis.12.num.14.& decis.79.num. 3 Magon.Florent.decis.69.n.6.Surd.cons.183.n. 43. & cons.284.num.1.& 14.* quos refert *Mari. Anton.vari. resolut.lib.1.resol.5.num.23.* 24

FACTVM Iudicis reputatur factum partis, *l.si ob causam,* vbi *Bart.Bald.& alij, C.de euictionib. Bart. in quæst.1.Lu.ana ciuitatis.num. 15.* vbi quod factum Iudicis æquiparatur facto partis, ne dum circa affirmatiuum factum, sed etiam circa negatiuum, & quod imò factum Iudicis est maioris auctoritatis, quàm factum partis, *l.si. in l.à Diuo Pio. §. si emptor. num.3.ff. de re iudic.* vbi quod factum Iudicis censetur factum partis, si est legitimè & iuridicè factum, & quando clauditur sub administratione iurisdictionis, aliàs secus, *Alex.con.212. Ponderatis.num.7. vers. secundò respondeo, lib. 6.* vbi quod procedit in iis, in quibus Iudex contra partem inuitam habet à lege potestatem procedendi ad illum actum, & limitat in formalibus, quæ debent specificè impleri, quia non sufficit factum Iudicis, vbi forma requirit factum partis, *Bald.cons.61.In ista quæst.num. 2.vers.& si dicatur, lib.2.* vbi intelligit de facto Iudicis legitimo, *Signorol.cons.189.in fine, Anchar.cons. 207. In quæstione.num.4. & 5.* vbi ampliat in arbitro, & arbitratore, quia factum illius censetur factum partis; & *Menoch. remed. 8. recuper. num. 44. Surd.decis.166.num.vlt.& cons.26.num.17.& cons.49. num.1.& 37.& cons.374.num.9. Ioseph. Ludou. Perusina decis.65.num.5.p.2. Gutier.canon.lib.1.cap. 2. num. 2.& num.16. Card. Pereira de resolut. emphyt. cap. 5. num.52.& cap.6.num.5. Cardin.Tusch d. tom. 3. lit. F, concl.30.per totam, Rot.decis.184.num.2. apud Farin.p. 1. recent.* 25

FACTVM præsumitur, quod fieri consueuit, *l. si cui. ff. de annuis leg.* latè *Euerard. in loco ab vsitato. num.6.cum seqq. Salicet.in l.exceptio. num. 1. & 3. C.* 26

locati, Beroi. cons.48.num.11.lib.2.Surd.decis.199.num. 4. Brunor à Sole in locis communib. verbo factum.num. 14. Mascard.de probat.concl.732.num.5. Flamin.de resignation.lib.11.quæst.14. num.8. Vel quod de Iure erat faciendum, *Mascard.de probat.concl.734.Cardin. Tusch.tom.3.lit.F, concl.10.num.9.Flamin.d. quæst.14. num.7.*

27 FACTVM non præsumitur, nisi probetur, *l.in bello.§.facta.ff.de captiuis & postlimin.reuers. l. si emancipati 9.* vbi *Ias.C.de collat.l.1.C.de probationib.l.quacunque.§.fin.ff. de publican.l.assecuratio,C. de non num. pecun.cap.cùm Ioannes,§.verum,de fide instrum. cap. licèt,de constit.lib.6.Vital. de Camban. in tract. clausularum,pag. 320.num.49. Thom. de Thomasset. in floribus legum.reg.118.Caputaquan.decis.11.num. 1.p. 1. Menoch.de præsumpt.lib.6.præs.14. per totam, Mascard. de probation.concl. 732. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.lib.2.tit.1.num.4.& tit.12.num.22. Flamin. de*

28 *resignat.benefic.lib.10.quæst.8.num.43.*vbi *num. 44.* ait rationem huius Axiomatis esse, quia facta sunt sui natura incerta, per *l.in omnibus. ff. de Iuris & facti ignor.Gonz.al.ad reg.8.Cancel.glos.43. num. 95. & glos. 62.num.28.Card.Tusch.d.tom.3.lit. F, concl. 10. Mar. Antonin.var.resolut.lib.1.resol.98.num.8. Bellet.disquisit.cleric.p.1.tit.de bonis cleric.§.15.num.6. Franc. Molin.de ritu nupt.lib.1.cap.9.n.2.*

29 FACTVM legitimè, seu iustè nullam pœnam meretur, *l.nemo damnum.ff.de iureiur.l. qui seruum.ff. de verb.obligat.l.Gracchus,C.ad legem Iuliam,de adulter. l.sancimus,C.de admin.tutor.§.iniuria, Instit. ad legem Aquil.Thom.de Thomass.in floribus legum,reg.260.*

30 FACTA multa tenent, quæ à principio fieri prohibentur, *l.patre furioso*, vbi latè *Ias.l.de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris,l.circa.ff.de inoffic.testam. l.1.§. biduum ff. quando appellandum sit, cap. ad Apostolicam 46. de Regul.urib.cap.1.de Matrim. contracto contra interd.Ecclesiæ,cap fin.de diuort.cap.rursus, qui clerici,vel*

31 *vouent.Roman.cons.215. Duo sunt, num. 4. & 5.* vbi quod præsumptio Iuris,& de Iure licèt non admittat probationem in contrarium,si tamen est admissa & probata, releuat, & quod clericus licèt instrumenta conficere & rogare non possit, tamen confecta,& rogata valent, & *cons. 409. Quoad trimum. num.7.* vbi quod licèt quis prohibeatur fideiubere, si tamen fideiubeat, valet fideiussio, *Angel. Aretin.*

32 *cons.92.num.15.vers.tertiò dictus contractus*, vbi quod contractus quamuis non possit celebrari in Ecclesia, tamen celebratus valet, *Oldrad cons. 14. num. 9. vers.ad aliud*, vbi quod licèt benedictio Abbatis tutiùs debeat fieri die Dominico, si tamen est facta alio die, valet, *& cons.306. in fin. vers. secunda ratio*, vbi quod is, qui non potest dare de iure tertij, & non audiretur volens probare, si tamen iam probauit, auditur, *Abb.cons.vlt.num.5.lib.2.* vbi quod qui non tenetur respondere libello generali: si tamen illi respondet, sibi præiudicat, *Signorol.cons.227. In quæstione. num. 2.* vbi quod laudum licèt ferri non possit, vel non debeat, stante claudicatione compromissi, si tamen feratur, valet, *Feder. de Senis cons.*

33 *104.num.4.& cons. 293. in fine*, vbi quod mulier & miles licèt non possint esse procuratores, si tamen admittantur, valet processus, *Bart.in quæst.1. Lucana ciuitatis.num. 12. vers.è contrà*, vbi hanc regulam infallibilem dicit, *Thom. de Thomasset. in floribus legum.reg.185.* vbi ait procedere, quando à principio actus non est omnino inualidus, *Lambertin. de iurepatron.p.1.lib.10.art.7. Surd. cons. 174. num. 12. & cons.175.num.41.& cons.360.num. 14. Cardin.Tusch.d. tom.3.lit.F. concl.11. per totam, Stephan.Gratian. Marchiæ decis.64.num.11.Cas. Argel. de contradict.legitimo, quæst.3.num.98. Anton. Monach.Bononien.decis. 19. nu. 22. Escob. de ratiocin.cap.6.num.38. Bellet. disquisit.clerical.p.1.tit.de disciplina clericali.§.29.num. 6. & tit.de clerico teste.§.4.num.7.* vbi intelligit Axioma, quando prohibitio fit in accidentalibus; secus verò si forma,& actus substantialis prohibeatur, iuxta doctrinam, *glos.verbo Sacramenti,in auth. decernit, C.de recept. arbitr.* quam probat *Sot. 2. 4. dist.28.quæst.1. art.1.*

FACTA pro infectis haberi non possunt, *l.in* 34 *bello.§.facta.ff.de captiu.& postlim.reuers. l. verum*, vbi *Dec.ff.de regulis Iuris,Thom.de Thomasset.in floribus legum.reg. 117.* vbi quod procedit, nisi aliud contra leges, vel bonos mores fiat, *Surd. cons. 93. num. 8. Ferrer.in Constitut.Cathaloniæ glos.6. num.121. Anton. Monach.Bononien.decis.28.num.51.& decis.30. nu.25. Franc. Molin.de ritu nupt.lib.2.differ.1.num. 27. Card. Seraphin.decis.365.n.7.*

FACTA de facto, etiam sunt reuocanda de 35 facto,iuxta notata *in l.1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunciat.& in cap.1.vt lite pend. Alex.cons.179. In causa,in fine,lib.6.* vbi quod si Iudex de facto,& non citata parte,tradidit possessionem alienam alteri, dicitur spoliare, & sicuti de facto abstulit, ita de facto restituere debet, *Gemin.cons.53. num. 4. cum seqq.* vbi quod sententia nulla,& de facto lata, de facto debita reuocari,& similia exempla adducit, *Castren. cons.183. In causa,in princ. lib. 1.* vbi quod si causa requirente sententiam diffinitiuam, Iudex sine causæ cognitione incœpit à præcepto, omnia sunt nulla,& tanquam de facto facta sunt reuocanda, *& cons. 412. Visis punctis. col. 2. vers. & ad quod dicitur, lib.2.* vbi quod procedit Axioma in iis, quæ facta sunt non debito modo, & contra ius, secus si ius permittat, *Bald.cons.257.Factum sic proponitur, lib.4.* vbi quod exequutio facta contra tertium possessorem, non citatum vigore sententiæ latæ contra bona hæreditaria, tanquam de facto facta debet reuocari, *Socin.cons. 32. Ex iis, vers. quantum enim,lib.1.* vbi intelligit, vt Iudex debeat esse facilis in reuocando, sed tamen præuia citatione, prout illum refert *Apostil.ad Castren.cons.128.in ver. reuocari, lib.1. idem Bald.cons.318. Ista captura,& cons.338. In causa, & cons.374.lib.4.* vbi quod si quis est carceratus 36 vt suspectus de fuga ordine non seruato, purà non præstito iuramento, seu non liquidato credito, prout requirit statutum, captura est reuocanda, neque confirmari potest ex nouis, *Anchar. cons. 340. Viso themate, in fine*, vbi quod sequestratio, vel re- 37 commendatio carcerati facta de facto sine Iudice, nihil releuat,& de facto reuocanda est, dicit tamen *Ias.in l.à Diuo Pio.§.in venditione. num.12.ff. de re iudic.* quod captura debitoris nulla, quia ordine non seruato facta, potest confirmari, si constat de debito. Et ad communem allegationem huius Axiom. vide *Lancellot.de attent.p.3.cap.25. num. 46. Vant. de nullitat.tit.quid sit null.num. 16. Cardin. Tusch.tom.3. lit.F, concl.11. per totam, Mari.Antonin. vari.resolut. lib.2. resol.29.num.6.*

Falx.

AXIOMA XCIV.

FALCEM in messem alienam quis ponere non 1 debet, *Bald. cons. 396. Quod autem. num. 2. vers. sed respondeo, lib. 4. Anchar. cons. 11. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 3. lit. F, concl.35.* Tractent enim fabrilia fabri,& quam quisque norit artem, in ea se exerceat, *Strach.de mercat. p.3.tit. de nautis. num.*

33. *Car*

33. *Cardin. Tusc. d. l. F, concl.* 2. Et ideò non est sine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, se immiscet, *l. culpa* 37. *de regulis iuris, cap. non est* 19. *eod. tit. in* 6. *Corras. miscel. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. *Thom. de Thomass. in floribus legum reg.* 203.

2 Licèt autem nemo debeat ponere manũ ad messem alienam, neque ordinem peruertere, tamen ex causa necessitatis permittitur quòd vnum membrum fungatur officio alterius membri, *Abb. in sua quæst.* 1. *col.* 22. *num.* 35. quem refert. *Cardin. Tusch. tom.* 5. *lit. N, concl.* 18. *num.* 21.

Fama.

Axioma XCV.

1 Fama bona est thesaurus inæstimabilis, *Bald. in l.* 1. *col.* 4. *C. de confessis*, quem refert *Flamin. Pariss. de resignat. benefic. lib.* 5. *quæst.* 3. *num.* 92. Et est maximum bonum, per ea, quæ tradit *Fr. Anton. à Sousa in select. de censuris Bullæ Cœnæ, cap.* 13. *disp.* 70. *num.* 3. & ideò melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ, *Prouerb.* 22. *Mascard. de probat. concl.* 234. *& seq. & concl.* 1219. *num.* 9. *&* 10. *Sayr. in claui Regia, lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 1. prodest enim multum bona fama, & expurgat omnem suspicionem, *Cravet. cons.* 145. *in fine*, quem refert *Cardin. Tusch. practic. concl. tom.* 3. *lit. F, concl.* 69. *num.* 17. in tantum, vt crudelis dicatur, qui negligit suam bonam famam, *Anch. ar. cons.* 188. *visis consiliis, num.* 6. cùm periculum infamiæ æquiparetur periculo mortis, *Alex. cons.* 133. *Circa executionem. num.* 8. *lib.* 6. *Card. Tusch. d. concl.* 69. *num.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Fauore quod conceditur, non retorquetur in odium.*
2 *Fauori suo quilibet renunciare potest.*

Fauor.

Axioma XCVI.

1 Favore quod conceditur, non retorquetur in odium, *l. nulla iuris ratio* 24. *ff. de legib. l. quòd fauore, C. eod. tit. cap. quod ob gratiam* 61. *de regulis Iuris, lib.* 6. *Thom. de Thomass. in floribus legum reg.* 243. vbi ait procedere, nisi aliquis in legem ipsam peccauerit, *& reg.* 258. vbi intelligit, nisi sua culpa retorqueatur, *Surd. decis.* 195. *num.* 5. *Monet. in tract. de opt. canon. cap.* 3. *num.* 142. *Cardin. Mantic. de tantis & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 12. *num.* 27. *Octau. Glorit. resp.* 1. *p.* 3. *num.* 39.

2 Fauori suo quilibet renunciare potest, *l. cùm pater. §. libertis. ff. de legat.* 2. *l. si Iudex circunuento. ff. de minorib. l. potest. ff. de legib. l. si quis in conscribendo, C. de pactis, l. quoties, C. de fideicom. l.* 2. *C. vt in possess. leg. l. pen. C. de Episcop. & cleric. cap. ad Apostolicam, de regularib. cap. si de terra, in fine, de priuileg. Bart. in l.* 1. *C. de pactis, Anton. Gom. vari. tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 17. *Menoch. cons.* 89. *num.* 97. *Surd. cons.* 198. *num.* 2. *Vital. de Camban. in tract. clausular. pag.* 241. *num.* 9. *Cardin. Mantic. de causis & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 18. *num.* 20. *Monet. de opt. canonica, cap.* 3. *num.* 207. *& cap.* 6. *num.* 4. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resol. fin. casu* 13. *Ferrer. in Constitut. Catalonie gloss.* 4. *num.* 86. *Rot. decis.* 265. *num.* 3. *apud Farin. p.* 1. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Fictio idem operatur quod veritas.*
2 *Paria sunt, esse talem, vel haberi pro tali.*
3 *Verba quando proferuntur ab eo, qui habet potestatem faciendi, licèt sonent in fictionem, quòd scilicet habeatur pro tali, tamen faciunt verè talem.*
4 *Princeps non potest fingere, id quod est impossibile.*
5 *Iuris fictio naturam imitatur in quantum potest.*
6 *Fictio cessat, vbi veritas locum habere potest.*

Fictio.

Axioma. XCVII.

Fictio idem operatur quod veritas, *l.* 1. *ff. de* 1
adoption. l. cùm ex oratione. ff. de excusat. tutor. Pichard. in princip. Instit. quibus modis testam. infirm. num. 8. Et tantùm operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero, *l. in princip. C. de rei vxor. act. l.* 1. *§. hoc senat. ff. ad Trebel. cap. ad audientiam, de cleric. non resid. Euerard. in topicis legalib. à vi fictionis. num.* 4. *cum seqq. Pichard. d. loco. num.* 5. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 51. *num.* 28. *Rot. decis.* 104. *num.* 3. *& decis.* 266. *num.* 8. *& decis.* 319. *num.* 3. *apud Farin. p.* 1. *recent.* Quia paria sunt, esse talem, vel ha- 2
beri pro tali, vnde si statutum dicat, quod aliquis habeatur pro ciue, erit ciuis verè, & realiter, quando concurrit potestas in disponente, sicut in statutentibus, vt possint creare ciuem verum eum, qui non est, *Pariss. cons.* 71. *Consultatio absoluta, num.* 5. *lib.* 1. *Coin. cons.* 189. *In hac consultatione. num* 5. *lib.* 2. *Bald. cons.* 480. *Visa petitione, in princip. vers. sed his non obstantibus, lib.* 3. *Ruin. cons.* 227. *Quia Manfredus. num.* 2. *lib.* 1. *Hippol. Rimin. cons.* 23. *num.* 110. *cum multis seqq. lib.* 1. Ratio est, quia quando verba pro- 3
feruntur ab eo qui habet potestatem faciendi, licèt sonent in fictionem, quòd scilicet habeatur pro tali, tamen faciunt verè talem, *Castren. cons.* 6. *col. fin. vers. cùm igitur, lib.* 1. vbi quod res iudicata, quæ pro veritate habetur, idem operatur, ac si esset veritas, *Alex. cons.* 2. *Visis. num.* 10. *lib.* 1. vbi quòd quando lex mandat aliquem legitimari, & haberi pro legitimo in casibus obstaculi Iuris Ciuilis, intelligitur verè legitimus, & non fictè; secus asserens, si obstaret ius gentium, vel Canoniam in lege seculari, *Anton. de Butr. cons.* 20. *circa med.* vbi extendit generaliter in omni actu pendente à potestate legis, vel statuti, quia si per verba fictionem denotantia facit aliquem hæredem, fictio est ipsa veritas, & est hæres verè, & non fictè, quia potestas legis hoc operatur, *Bart. in quæst.* 3. *in princip. num.* 8. vbi quòd in adoptione, quæ est ficta filiatio, tantum operatur fictio, sicut veritas in vero & naturali filio, & *num.* 10. quòd tantum operatur ficta confessio, quantum vera. Vnde ex dictis colligitur, non posse fin- 4
gere Principem id, quòd impossibile est, nec verum esse potest, *l. adoptio. ff. de adopt. l. si vt certum, ad fin. ff. commodati, Decian. resp.* 69. *num.* 11. *vol.* 2. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos. si post num* 29. *in vlt. impress.*

Fictio Iuris naturam imitatur in quantum 5
potest, *l. adoptio. ff. de adoptionib. Bart. & cæteri in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. Pichard. ad Princip. Instit. quibus modis testam. infirmentur. num.* 5. *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 1. *compar.* 26. *num.* 22.

6 FICTIO cessat, vbi veritas locum habere potest, *l. nec ei. §. 1. ff. de adopt. Decian. cons. 11. num. 139. lib. 1.* vbi quòd fictio semper cedit veritati, *Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F, concl. 221. num. 14.* quia vbi concurrunt veritas & fictio, semper veritas præfertur, & attenditur, *Angel. Aretin. cons. 135. Intellecto. num. 11. in fine, cum seq. vers. quinimò, Franc. Curt. Iun. cons. 63. num. 4.* vbi quòd quando fictio & veritas tendunt ad eundem finem, inspicitur magis veritas, quàm fictio.

SVMMARIVM.

1 *Fidem fallere, & promissa non adimplere graue est.*
2 *Hispanorum mos esse non seruare fidem, qui incautè pronuntiauerint.*
3 *Hispanorum fidelitatem qui extollant referuntur.*
4 *Principi ratione dignitatis grauiùs est fidem fallere.*
5 *Princeps grauiùs peccat frangendo fidem, quàm inferior, & priuatus.*
6 *Fides publica etiam hostibus est seruanda.*
7 *Fidem frangenti fides non est seruãda, etiamsi interuenerit iuramentum, vt* n. 10.
8 *Amplia vt procedat, etiamsi in minimo fides deficiat.*
9 *Obligati obseruare pacta & conuentiones, si contraueniunt etiam in vno, non possunt petere sibi obseruari.*

Fides.

AXIOMA XCVIII.

1 FIDEM fallere, & promissa non adimplere graue est, *l. 1. in princip. ff. de constit. pecun. l. 1. ff. de pactis, Hippol. sing. 42. Roman. cons. 52. in quæstione, col. 1. vers. cùm ergo, Cou. de sponsalib. p. 2. cap. 3. §. 4. nu. 1. Tiraq. lib. 13. conub. num. 42. Roland. cons. 85. num. 3. vol. 3. Lara in l. si quis à liberis. §. si mater. num. 23. ff. de liber. agnosc. Menoch. cons. 156. num. 22. Matien. l. 2. glos. 1. à num. 1. tit. 16. lib. 5. nouæ Recopil. Flamin. Paris. de confident. quæst. 6. num. 3. Octau. Glorit. resp. 1. p. 3. num. 268. & resp. 2. num. 11. Roias sing. 63. à princip. Petr. Martin. in cap. afferte, de præsumpt. in verbo afferte. p. 1. num. 19. Anton. Quesad. diuers. quæst. cap. 30. num. 13. ad finem, Menoch. cons. 156. num. 22.* Dum hæc inter studendo scriberem, inueni Ioan. Andr. in proœm. Decretal. incautè dicentem, quòd
2 Hispanorum mos est non seruare fidem, vbi *Bald. col. 6. vers. quare si aliqua,* ita inquit, *Caue tibi omnino à Cathalanis,* quorum dicta referunt, *Boër. decis. 179.*
3 *num. 8. & Menoch. de arbitr. casu 57. num. 48.* Miror equidem clarissimos Iurisconsultos ita parum modestè loquutos, nostris falsò imponentes, quod in illis non inuenitur, quorum fidelitatem ac fidem mirè extollunt *Titus Liuius decad. 4. lib. 4. Mar. Sicul. de Hispanorum moribus, lib. 4. propè fin. Ioan. Rendina de mag. st. Princip. in verbo non armis solùm declaratam. num 17. cum seqq.* Et ideò Imperatores Romani consuluerunt semper, fidelitate Hispanorum nota apud omnes existente, in custodiam corporum milites Hispanos adhibere iam inde à Iulio & Augusto Cæsare, vt recensent *Sueton. in August. cap. 49. Liui. decad. 3. Morales lib. 9. cap. 41.* Et ita Sertorius de cognatis non fidens ex incolis, Hispanis custodiam habebat, vt obseruat *Morales lib. 8. cap. 19. & 20.* Christiani enim famuli erant olim Imperatorum, eósque vt fideliores securiùs retinebant in domo, & custodia ipsi Imperatores, vt de Neronis seculo patet ex *D. Paulo cap. 4. ad Philip. Salutant vos omnes Sancti, maximè qui de domo Cæsaris sunt*; idque notant eius seculi scriptores, & præcipuè *Tertul. cap. 36. & 37. in Apologet. aduersus gentes, & Irinæ. lib. 4. cap. 49. contra hæreses.*

FIDEM si grauè est priuatis fallere, vt num. 4 præcedenti probauimus, grauiùs est Principi ratione dignitatis, *arg. l. presbyteri, C. de Episcop. & cleric. cùm quidam, de iureiur. cap. sicut dignum, de homicid.* grauiùs enim peccat Princeps frangendo fidem 5 quàm inferior, & priuatus, *Paris. cons. 82. n. 49. vol. 1. Bellon. cons. 37. in fine, Aym. Crauet. cons. 241. num. 19. vol. 2. Roland. cons. 1. num. 32. vol. 2. Cephal. cons. 545. n. 100. Menoch. cons. 1. num. 227. & cons. 27. num. 24. & cons. 721. n. 3. Rodolphin. de absoluta Principis potest. cap. 6. num. 183.* conueniunt tradita per *Pereg. cons. 87. num. 11. vol. 1.*

FIDES publica etiam hostibus est seruanda, *l.* 6 *conuentionum. ff. de pactis, c. noli 23. q. 1.* quia est de iure gentium primæuo, & sic de iure naturali, & semper continet bonum, & æquum, aliàs Princeps non seruans fidem priuaretur commercio hominum, quòd est summè cauendum, vt ait *Castren. cons. 318. viso & examinato, col. pen. vers. ijs non obstantibus, Bald. cons. 343. Illustris domine, in fine, lib. 2.* vbi quòd si quis captus in bello licitò, relaxetur sub iuramẽto de reuertendo, tenetur reuerti: vbi tamen limitat, quando ageretur de redeundo ad capturam propter debitum ciuile, quia non tenetur reuerti, *& cons. 358. licet latrunculis, per totum, eod. lib. 2.* vbi quòd quando bellum non est iustum, vel propter crudelitatem hostium relaxatus timet mortem, non tenetur redire, quamuis promiserit etiam cum iuramento reuertere. Et hoc Axiom. exornant *Duen. reg. 16. in fine. Menoch. cons. 100. num. 187. & num. 218. cum seqq. Cardin. Tusc. tom. 3. lit. F. concl. 335. per totam, Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 13. num. 4. cum seqq.* vbi intelligit de personis publicis, non de priuatis.

FIDEM frangenti fides non est seruanda, *l.* 7 *eum qui. §. 1. ff. de inoff. testam. l. quæro 56. §. inter locatorem. ff. locati, l. qui fidem. ff. de transact. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. empti. l. cùm proponas 21. ad fin.* vbi *gloss. vlt. Bart. Bald. & Alex. C. de pactis, l. pollicitatione 3. C. de sponsalib. cap. esto subiectus,* vbi *gloss. verbo deferatur. 95. dist. cap. peruenit 3. vers. nec tu,* vbi *gloss. vlt. de iureiur. cap. frustra 75.* vbi *gloss. 1. de regulis Iuris, lib. 6. Roland. à Valle cons. 57. num. 20. lib. 1.* vbi dicit hanc esse regulam generalem, *Ioan. de Anan. cons. 7. num. 8. Socin. reg. 8.* vbi limitat septem modis, *Tiraq. de retract. conuent. §. 3. gloss. vnica, num. 19. Thom. de Thomass. in floribus leg. reg. 129. Ioseph. Ludou. tom 3. commun. opin. tit. de probation. concl. vnic. vers. quælibet enim, pag. mihi 473. Menoch. cons. 1. num. 364. Surd. cons. 359. num. 9. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F, concl. 337. per totam, Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resolut. 17. num. 11. & 13. Christoph. de Pace in scholijs ad leges stili, l. 41. num. 26. Seraphin. de priuileg. Iuramenti, priuil. 64. num. 154. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo fides. num. 2. Farinac. in praxi crimin. p. 1. quæst. 29. num. 65. Alex. Trentasing. var. resolut. lib. 3. tit. de verb. oblig. resolut. 2. Octau. Glorit. resp. 1. p. 3. num. 169.*

Amplia primò, vt procedat etiamsi in minimo 8 fides

fides deficiat, *Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 61. n. 26. Sebaſt. Nanci. ad l. 2. ff. de iure immunit. num. 2. cum ſeqq. & ad l. ſi pater, C. de nouation. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloſſ. 31. num. 5. cum ſeqq. Puteus deciſ.* 9 *357. in fine, lib. 3. in vtraque edit.* vbi dicit quòd propter vnum minimum capitulum non ſeruatum, obſtat exceptio agenti. Vndè obligati obſeruare pacta & conuentiones, ſi contraueniunt etiam in vno, nó poſſunt petere ſibi obſeruari, vt per *Caſtrenſ. conſ. 176. Videtur, col. 2. in fin. lib. 3. Natt. conſ. 481. in fine, Rimin. Iun. conſ. 122. num. 30. & ſeq. lib. 2.* quos refert *Cardin. Tuſch. d. l. F, concl. 337. num. 6.*

10 Amplia ſecundò, etiamſi interuenerit iuramentum, vt per *Roman. conſil. 244. Pro euidentia num. 2. Ruin. conſ. 136. col. 4. verſ. quoad aliud, lib. 5. Roland. à Valle conſ. 57. num. 21. lib. 1. Cardin. Tuſch. d. concl. 337. num. 3. Mari. Anton. vari. reſolut. lib. 1. reſolut. 87. num. 22.*

Quæ quidem ampliatio procedit, quamuis vltra iuramentum addit clauſula, *Rato manente pacto*, quia adhuc non tenetur ſeruare fidem & promiſſa is, cui non ſeruatur per aduerſarium, *Gozadin. conſ. 51. num. 5. Roland. à Valle d. conſ. 57. num. 22. lib. 1. Cardin. Tuſch. d. conc. 337. num. 5.*

283. *in princip.* quem refert *Card. Tuſch. d. conc. 378. num. 1.* Inducta enim ad vnum finem, non debent 4 illius oppoſitum operari, *l. legata inutiliter. ff. de adimend. leg. Socin. conſ. 38. col. 2. vol. 1. Menoch. conſ. 151. num. 30. & conſ. 170. num. 11. & conſil. 362. num. 34. Octau. Glorit. reſp. 1. p. 3. num. 39.*

A FINE res denominatur, *l. ex imperfecto. ff. de* 5 *legat. 3. l. rem non nouam. §. fin. C. de iudic. l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. de vſufructu. §. omne autem Ius, Inſtit. de iure naturali, gent. & ciu. cap. fraternitatis. §. fin. de frigidis & maleſic. Barthol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alien. pag. 93. num. 23. & 24.*

FINIS intelligi debet, vt conueniat ſuo prin- 6 cipio, *Surd. deciſ. 43. num. 15.* & ideò modus agendi, ſeu excipiendi inſpicitur, vt inde finis colligatur, *gloſſ. magna in fin. in cap. hoc quippe 3. quæſt. 6.* quàm ſingularem atteſtatur *Bald. in l. Papinianus, col. pen. C. de ſentent. & interlocut. & in l. nec quicquam, §. vbi decretum, de offic. Proconſ.* quem referunt *Felin. in cap. 1. num. 17. verſ. vltima concluſio, de except. Octau. Glorit. reſp. 4. num. 13.*

Ordinata ad finem boni, non debent malum 7 operari, *Gemin. conſ. 126. num. 2. verſ. ordinata, Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 5. lit. O, concluſ. 181.*

SVMMARIVM.

1 *Finis eſt primus in intentione, & vltimus in executione.*
2 *Finis mouet efficientem, efficiens præparat materiam, & tandem in eam præparatam inducit formam, ex quibus finis, & effectus cauſarum efficitur.*
3 *Actus finis eſt expectandus, & attendi debet in diſpoſitionibus.*
4 *Inducta ad vnum finem, non debent illius oppoſitum operari.*
5 *Res denominatur à fine.*
6 *Finis intelligi debet, vt conueniat ſuo principio.*
7 *Ordinata ad finem boni, non debent malum operari.*

Finis.

AXIOMA XCIX.

1 FINIS eſt primus in intentione, & vltimus in executione, *l. 1. C. de execut. rei iudic. Ariſtot. lib. 2. Phyſic. cap. 7. quæſt. 20. art. 2. Tiraq. in tract. ceſſante cauſa, limit. 1. num. 6. Ægid. in prooem. decret. ſuper* 2 *gloſſ. rub. 9.* vbi ſubdit, quòd finis mouet efficientem, efficiens præparat materiam, & tandem in eam præparatam inducit formam, ex quibus finis, & effectus cauſarum efficitur, *Surd. conſil. 67. num. 30. Cardinal. Tuſch. practic. concluſ. tom. 3. liter. F, concl. 378. num. 11.* de fine cui competit iudicare, conuenit etiam iudicare de mediis, *Philoſophus lib. 1. Ethicor. cap. 1. text. in cap. præterea, de offic. deleg.* nam media ſequuntur naturam ſui finis, & ab eo regulantur, *l. oratio. ff. de ſponſalib.*

3 FINIS actus eſt expectandus, *l. diximus. ff. de excuſat. tutor. Euerard. in topicis legalib. loco 100. Tiraq. de retractu lig. ad finem tit. num. 18. 19. & 23.* Et attendi debet in diſpoſitionibus, quæ ad certum finem factæ ſunt, vt contrarium non operentur, quia in præteritis finis eſt primus in intentione, & finis de Iure communi eſt victoria, *Oldrad. conſ.*

SVMMARIVM.

1 *Forma ſubſtantialis dat eſſe rei.*
2 *Forma quibus verbis inducta cenſeatur, oſtenditur.*
3 *Forma in aliquo actu ſeruanda, ſi in illo deficiat, actus eſt nullus.*
4 *Formæ omiſſio actum vitiat, etiamſi tendat ad faciliorem illius expeditionem.*
5 *Forma non poteſt adimpleri per æquipollens, niſi quando lex, ſeu ſtatutus formam inducens conſiderat effectum.*
6 *Formæ omiſſio etiam in formabilibus, & pijs cauſis actum vitiat.*
7 *Aetas, ruſticitas, ſexus, militia, aut alia quælibet qualitas non excuſat, quin formæ omiſſio actum vitiet.*
8 *Omiſſio formæ, quæ non continet æquitatem, actum non vitiat.*
9 *Formæ omiſſio non vitiat, quando aliqua neceſſitas impedit formam adimpleri.*
10 *Formæ omiſſio non vitiat fauore dotis.*
11 *Forma quando omittitur ratione ſcandali vitandi, eius omiſſio actum non vitiat.*
12 *Formæ omiſſio non vitiat, quando ex aliis menti formam inducentium ſatisfactum fuerit.*
13 *Quando lex, ſeu ſtatutum mandat aliquid fieri cum certa ſolemnitate, poſt actum iam factum, ſolemnitate non adhibita actus non dicitur nullus, niſi eadem lex expreſſerit, quod actus aliter factus non valeat.*
14 *Forma eſt de genere indiuiſibilium, & ſi deficiat in minimo, actos in totum corruit, vt num. 15.*

Forma.

Forma.

AXIOMA C.

1 FORMA substantialis dat esse rei, *l. Diuus. ff. de in integ. restit. l. Iulianus 9. §. si qui rem. ff. ad exhibendum, l. qui hæredi, l. Mœuius. ff. de condition. & demonstrat. l. cùm hi. §. Prætor aditus. ff. de transact. l. qui per salutem. ff. de iureiur. l. in conuentionibus. ff. ad municip. l. is qui quadraginta. §. quædam. ff. ad l. Falcid. l. cùm antiquitas. §. cùm autem. C. de testam. Clem. 1. de rebus Eccles. non alienan. Aristot. Physic. lib. 1. cap. 9. quæst. 10. art. 1. Ias. in l. cùm quis. num. 11. C. de Iuris & facti ignor. Castilleon. cons. 17. num. 9.* vbi ait, quòd forma substãtialis sit illa, quæ dat esse rei, *Euerard. in topicis legalib. loco 53. Bald. in l. comparationes, in 3. quæst. in fine. C. de fide instrum. Dec. cons. 429. num. 5. & consil. 434. num. 2. Tiraq. de retractu lig. §. 2. glos. 21. à num. 11. & §. 36. glos. 2. num. 28. & de retractu conuent. §. 4. glos. 6. num. 31. Anton. Gom. vari. tom. 1. cap. 2. num. 7. Escob. de ratiocin. cap. 6. num. 39. & cap. 11. num. 18. & cap. 31. num. 16. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 3. lit. F. concl. 413. num. 2. Octau. Glorit. resp. 9. num. 34.* Nam quando aliquid requiritur pro forma eius, omissio omnino vitiat quando ea est substantialis, secus si non substantialis, sed accidentalis, ex alleg. per *Franc. Soar. de legibus, lib. 5. cap. 31. num. 2. Salas in simili tract. de legib. q. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 9. num. 36.* In dubio autem forma præsumitur substantialis non autem accidentalis secundùm *Matheſil. sing. 130. & 131. Roland. cons. 43. num. 13. lib. 2. & cons. 30. num. 1. & cons. 55. num. 26. lib. 3. Vanti. de nullitatib. rub. quot & quibus modis nullitas in iudicio proponatur, num. 52.*

1 HABITVS non facit monachũ, sed sola professio Regularis, *cap. porrectum 13. de Regularib. vbi glos. verbo non faciat, cap. consuluit, qui clerici, vel venientes, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. H, concl. 12. num. 1. Campan. in diuersor. Iuris Canon. rub. 12. cap. 4. num. 5. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 15. num. 10. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi nouitiorum, disp. 11. dub. 10. sub num. 1.*

2 HABITVS tamen facit præsumptionem, ita vt in dubio iudicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonstrat, *l. item apud. §. si quis. ff. de iniur.*

3 *Federic. de Senis cons. 13. num. 3. vers. talis namque.* Quia qualis actus apparet in sui figura, talis præsumitur in sua essentia, *Hieron. Tort. in suo consil. post consilia, Anton. de Butr. num. 20. vers. & ideo multum ad propositum, Castren. cons. 261. Visis & consideratis, in princip.*

4 *lib. 2.* & contractus talis præsumitur, qualis in prima sui figura apparet, *Decian. cons. 59. in fin. lib. 1.* refert *Cardin. Tusch. d. lit. H, concl. 12. num. 2. cum seqq.*

Homo.

AXIOMA CX.

1 HOMINIS dispositio facit cessare dispositionem legis, *l. si maritus, C. de procurat. l. vlt. C. de pactis conuent. Anton. Gabr. tom. 3. commun. opinion. lib. 6. tit. de regulis Iuris, concl. 8. Anton. Gom. vari. tom. 1. cap. 9. num. 50. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 2. num. 27. Vital. de Camban. in tract. clausul. p. 4. num. 5. Cardin. Seraphin. decis. 829. num. 3 Ceuall. commun. contra commun. quæst. 265. à num. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 376. num. 1. Mendez. à Castro in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 11. num. 8. Rot. decis. 392. num. 4. apud Farin. p. 1. recent.* vbi quod hominis prouisio non facit deficere prouisionem legis, quando cum ea concurrere potest.

SVMMARIVM.

1 *Honor est maximum bonorum.*
2 *Honor lucro, imò etiam vitæ præfertur.*
3 *Honoris & vitæ causa æquiparatur.*
4 *Honor patris est gloria filij.*

Honor.

AXIOMA CXI.

1 HONOR est maximum bonorum, *glos. 1. in extrauag. ad conditorem, in vers. honorem, de verb. signif. Philosoph. Ethicor. lib. 4. D. Thom. 1. 2. quæst. 2. art. 2. Nauar. in tract. de fruct. bonorum actuum. num. 45.*

2 Et ideo non solùm lucro, sed etiam vitæ præfertur, *l. iste quidem ff. quod metus causa, l. reprehendenda, C. de inst. & substitut. l. quisquis, C. de postulando, cap. nolo 12. quæst. 1. Menoch. de arbitr. casu 277. num. 19. Surd. cons. 426. num. 57. Farinac. in praxi crimin. p. 1. quæst. 15. num. 6.* Nam honoris & vitæ causa æquiparatur, *l. iusta causa. ff. de manumiss. vind. Gregor. Lop. l. 4. verbo las leys. tit. 13. part. 1. Cordub. de Lara in l. si quis à liberis, in princip. num. 34. ff. de liberis agnosc. Cassan. in catalogo gloriæ mundi. p. 1. consid. 2. Menoch. cons. 96. num. 15. & cons. 98. num. 8. & cons. 302. à princ. Menchaq. illustr. cap. 18. num. 13. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo cum non absimilis. num. 10. C. de in integ. restit. minor. Brunor. à Sole in locis communib. verbo honor num 4. Surd. decis. 89. num. 21. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 11. n. 2.* 3

HONOR patris est gloria filij, *Federic. de Senis consil. 185. num. 2. vers. ex hoc,* quem refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. G, concl. 32.* 4

Iactare.

AXIOMA CXII.

IACTARE suum nullus præsumitur, *l. cùm de indebito 25. vers. qui non soluit ff. de probat.* exornant *Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus. nu. 206. cum seqq. C. de reuocand. donat. Nicol. Mozz. de contractib. tit. de donationib. in art. de naturalibus donat. num. 2. cum multis seqq. Brunor. à Sole in locis communib. verbo iactatio, Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 88. à princip. Mascard. de probationib. concl. 554. num. 2. Surd. cons. 7. num. 44. & cons. 80. D. Barbos. in l. quæ dotis. num. 17. cum seqq. ff. soluto matrim. Octaui. Glorit. resp. 10. num. 110.* 1

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia facti iusta, & probabilis excusat.*
2 *Ignorantia facti proprij tanquam crassa, & improbabilis non excusat.*
3 *Facti proprij ignorantia excusat, quando factum est antiquum, in quo sit verosimilis obliuio.*
4 *Factum quando est intricatum & obscurum, ignorantia illius etiam proprij excusat.*
5 *Ignorantia facti proprij excusat illum, qui multis negotiis implicatus est, aut in extremis laborat.*
6 *Ignorãtia facti alieni in dubio præsumitur, & excusat, nisi sit publicum, aut notabile, graue, seu ponderosum.*
7 *Iuris ignorantia non præsumitur, nec excusat.*
8 *Leges scire omnes debent, & lata culpa est Iuris dispositionem ignorare.*
9 *Iuris Diuini, naturalis, vel humani, siue communis, siue municipalis, vel statutarij ignorantia non præsumitur, nec excusat.*
10 *Ciuis nouellus præsumitur habere statuti ignorantiam.*
11 *Ignorantia Iuris habens admixtam ignorantiam, seu errorem facti, præsumitur.*

12 *Ignorantia ſemper præſumitur in dubio, niſi ſcientia probetur.*

13 *Ignorans nihil agere, nec conſentire cenſetur.*

14 *Ignorans non dicitur negligere, nec contemnere ius ſuum.*

15 *Ignoranti non currit tempus.*

Ignorantia, Ignorans.

AXIOMA CXIII.

1 IGNORANTIA facti iuſta, & probabilis excuſat, de qua loquitur, *cap. ignorantia, de regul. Iuris, lib. 6.* affecta verò, vincibilis, craſſa, improbabilis, ſeu ſupina, quia propter rationem præcedentis negligentiæ volita cenſetur, minimè excuſat, *cap. 1. de poſtul. Prælat. cap. cùm in tua, qui matrim. accuſ. poſſunt, l. nec ſupina. ff. de iuris, & facti ignor. Gabr. commun. ſub tit. de regulis Iuris, concl. 6. num 43. Sebaſt. Medic. de caſibus fortuitis, p. 1. quæſt. 3. num. 10. Sfort. de in integ. reſtitut. p. 1. quæſt. 8. num. 57. & 58.* Vnde fit, vt ignorantia facti proprij non excuſet tanquam craſſa, & improbabilis, *l. quamquam. ff. ad Velleian. cap. ab excommunicato, in fine, de reſcript. Socin. reg. 219. Mantu. Paralip. cap. 34. Marant. in repet. l. is poteſt. num. 227. ff. de acquir. hared. Gail. lib. 2. obſerv. 48. num. 19. Sfort. d. quæſt. 8. num. 61. Maſcard. concl. 637. num. 3. & concl.*

* *879. num. 40. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 23. num. 32. Cardin. Tuſch. tom. 4. lit. I, concl. 22. num. 1. & 10. &*

3 *concl. 23. num. 25.* Præterquàm in illis caſibus in quibus ex circumſtantiis negotij, & perſonarum etiam in factis propriis admittitur probabilis excuſatio, veluti quando factum eſt antiquum, in quo ſit veroſimilis obliuio, ſecundùm *Marant. in d. l. is poteſt. num. 227. in 3. limit. ff. de legat. 1. Gail. d. obſerv. 48. num. 20. Sebaſt. Medic. de caſ. fortuit. p. 1. quæſt. 3. nu.*

4 *17. Cardin. Tuſch. d. lit. I, concl. 22. num. 15.* Vel quando factum eſt intricatum, & obſcurum, *Marant. in repet. d. l. is poteſt. num. 227. in 4. limit. Gail. d. obſerv. 48. num. 207. verſ. item ſi factum, Sfort. d. quæſt. 8. num. 28.*

5 *Menoch. d. præſ. 23. num. 41.* Vel in eo, qui multis negotiis implicatus eſt, *Marant. d. num. 227. in 5. limit. Medic. d. quæſt. 3. num. 12. & num. 18. Honded. conſ. 55. num. 57. & 58. lib. 1. Menoch. d. præſ. 23. num. 47. &* 48. aut in extremis laborat, *Marant. d. num. 227. in 2. limit. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 4. num. 28. Maſcard. de probationib. concl. 879. num. 51. cum ſeqq. Menoch. d. præſ. 23. n. 49.*

6 Sic etiam licèt regulariter ignorantia facti alicui in dubio præſumatur, & excuſat, *l. verius. ff. de probationib. l. hoc autem. ff. de adminiſt. tutor. l. fin. in fine. ff. pro ſocio,* cum aliis citatis per *Honded. conſ. 9. num. 35. & conſ. 55. num. 48. & conſ. 109. num. 26. lib. 1. Gabr. commun. ſub tit. de regulis Iuris, concl. 5. num. 11. Gail. d. obſeruat. 48. à num. 1. & 19. verſ. ſecus, Menoch. d. præſ. 23. à num. 51. Sfort. d. quæſt. 8. à num. 55. & num. 60. & quæſt. 38. num. 5.* non excuſat tamen, vbi aliquid proponitur, propter quod & potuit, & debuit ſciri per mediocrem diligentiam, vt quia factum vel eſt publicum, *d. cap. 1. de poſtul. Prælat. cap. cum illorum, de ſentent. excom. Gabr. d. concl. 5. à num. 18. Maſcard. concl. 879. num. 11. 12. 16. & 17. Menoch. d. præſ. 23. num. 68. cum ſeqq. Sfort. d. quæſt. 8. num. 67. Sebaſt. Medic. d. quæſt. 3. num. 4. verſ. ſi erat publicè notum, & num. 10. verſ. octauo.* Vel notabile, graue, & ponderoſum, *Maſcard. d. concl. 879. num. 47. Menoch. d. præſ. 23. nu. 81. & 82. Card. Tuſch. d. lit. I, concl. 22. n. 16.*

7 IGNORANTIA Iuris non præſumitur, ac proinde non excuſat, *cap. ignorantia, de regulis Iuris, lib. 6. Gail. d. obſerv. 48. num. 22. Gabr. ſub tit. de regulis Iuris, concl. 7. num. 1. Pariſ. conſ. 68. à num. 302. lib. 4. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 38. num. 15. Sebaſt. Medic. d. quæſt. 3. num. 1. Menoch. d. præſ. 23. à num. 10. Sfort. d. quæſt. 8. num. 39. & 40. Card. Tuſch. d. lit. I, concl. 11. num. 1. & 2.* Leges enim ſcire omnes debent, & la- 8
ta culpa eſt Iuris diſpoſitionem ignorare, *l. leges ſacratiſſimæ, C. de legib. Socin. conſil. 108. num. 12. verſ. & licèt, Aym. conſ. 671. n. 11.*

Amplia procedere non tantùm in ignorantia 9
Iuris diuini, naturalis, vel gentium, *cap. turbatur. §. notandum 1. quæſt. 4 l. 2. vbi gloſ. C. de in ius vocan. gloſ. in ſum. 38. diſt. Ign. in l. 3. §. ſi conditioni, à num. 3. ff. ad Syllanian.* Sed etiam in ignorantia Iuris humani, ſiue communis, ſiue municipalis, vel ſtatutarij, vt per *Gabr. d. concl. 5. num. 12. Sebaſt. Medic. d. quæſt. 3. num. 42. verſ. item ſtatuti ignorantia, Gail d. obſerv. 48. num. 29. Maſcard. d. concl. 879. Card. Tuſch. d. lit. I, concl. 11. num. 3.* niſi ciuis eſſet nouellus, in quo tunc ſta- 10
tuti ignorantiam præſumi, & ipſum excuſari voluerunt, *Gail. d. obſerv. 48. num. 28. Seraphin. d. priuil. 4. num. 117. cum ſeqq.* vbi etiam reſoluit, quod licèt ignorantia ne dum Iuris, ſed etiam ſtatutorum, ſeu conſtitutionum non excuſet, bene tamen excuſat ignorantia alicuius Extrauagantis non poſitæ in librorum, ſtatutorum, ſeu conſtitutionum corpore.

Limita tamen, quando ignorantia Iuris habet 11
admixtam ignorantiam, ſeu errorem facti, *Socin. conſ. 47. num. 11. lib. 1. Maſcard. concluſ. 639. num. 20. Card. Tuſch. d. lit. I, concl. 13. num. 18.* Vel quando ius eſt dubium, obſcurum, difficile, ſeu arduum, *Sebaſt. Medic. d. quæſt. 3. num. 1. verſ. niſi eſſet, Sfort. d. quæſt. 8. num. 44. Seraphin. d. priuil. 4. num. 16. & 17. Maſcard. concl. 639. num. 19.* Ignorantia Iuris nunquid excuſet ruſticum, militem, vel minorem? Vide *Sfort. d. p. 1. quæſt. 9. Cardin. Tuſch. d. lit. I, concl. 13.* latè *Farin. fragment. crimin. p. 2. verbo Ignorantia. num. 273. cum multis ſeqq.*

IGNORANTIA ſemper præſumitur in dubio, 12
niſi ſcientia probetur, *l. verius. ff. de probat. cap. præſumitur 47. de regulis Iuris, lib. 6. Socin. reg. 3* vbi limitat tribus modis, *Lap. alleg. 90. num. 4. in fine, Calderin. conſ. 84. num. 2. verſ. circa ſecundum, alias conſ. 4. de offic. legat. & conſ. 366. in fine, aliàs conſ. 37. de teſtament. Roman. conſ. 273. Clarum eſt. num. 2. Anton. Gabr. commun. lib. 6. tit. de regulis Iuris, concl. 5.* vbi ponit ampliationes, & limitationes, *Menoch. remed. 16. recuper. num. 28. & de arbitrar. quæſt. 72. num. 3. & de præſumpt. lib. 6. præſ. 23. num. 51. Maſcard. de probationib. concluſ. 879. Surd. deciſ. 221. in princip. & num. 14. & deciſ. 246. num. 8. & conſ. 7. num. 35. & conſ. 73. num. 42. Oſaſch. deciſ. 71. num. 23. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 19. num. 22. Magon. Lucen. deciſ. 49. num. 11. Azeued. l. 2. num. 10. cum ſeqq. tit. 20. lib. 6. nouæ Recopil. Brunor. à Sole in locis communib. verbo Ignorantia 5. Flores de Mena vari. lib. 1. quæſt. 3. num. 5. Sayr. in clau. Regia, lib. 3. cap. 5. num. 4. cum ſeqq. Sanchez de Matrimon. lib. 9. diſp. 32. num. 4. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 3. reſol. 29. num. 12. Anton. Monach. Florent. deciſ. 7. num. 15. Cardin. Tuſch. d. tom. 4. lit. I, concl. 23. per totam. Glorit. reſp. 6. num. 76. & reſp. 10. n. 109.*

IGNORANS nihil agere, nec conſentire cen- 13
ſetur, *Caſtren. conſ. 46. Viſo & examinato. num. 2. verſ. ſed breuiter, lib. 2. & conſ. 377. num. 2. lib. 1.* vbi quod paciſci non dicitur qui ignorat, vel errat, *Alex. conſ. 2. Ex narratis. num. 9. lib. 4.* vbi quod conſentire, nec diſſentire dicitur ignorans, nec confirmare factum quod ignorat, *Abb. conſ. 20. num. 2. lib. 2.* vbi quod

renunciare nemo dicitur Iuri, quod ignorat, nec exhæredare dicitur miles filium quem ignorat habere, *Roman.conſ.273.Clarum eſt,col.1.in fine, verſ. ad hæc autem*, vbi quod ignorans non renunciat Ius ignoratum, *& conſ.409. num. 2. cum ſeqq.* vbi quod ignorans dicitur legitimo impedimento impeditus, & donec durat ignorantia, durat impedimentum,refert *Card.Tuſch.tom.4.lit.I,concl. 17. per totam.* Nam ignorans dubio comparatur, *Surd. deciſ. 265. num.17.*vbi *num.47. & 62.*limitat quando dubitans tenetur inquirere; & de facili potuit certificari.

14 IGNORANS non dicitur negligere, nec contemnere ius ſuum, *l. nec ignorans, C. de donationib. Surd. deciſ.25.num.30.& conſ.7. num. 15. cum ſeqq. & conſ.454.num.51. Farinac.in praxi crimin.p. 4.conſ.96. num.33. Menoch.conſ.120.num. 37.* vbi quod ignorans non dicitur ratificare.

15 IGNORANTI non currit tempus, *l. quandiu, C.qui admitti, Flamin.Pariſ. de reſignat.benefic. lib.11. quæſt.4.num.38.cum ſeqq.Cald. Pereira de renonat. emphyteuſ.quæſt.7.n.13.cum ſeqq.*

Illatio.

AXIOMA CXIV.

1 ILLATIO non fit à diuerſis,*l.vlt. in fine*, & ibi *Bart.ff.de calumniator.l.Papinianus exuli. ff. de minorib.l. inter ſtipulanten. §. ſacram*, ibi, *ſed hæc diſſimilia ſunt.ff.de verb.obligat.l.naturalem. §.nihilominus. ff. de acquir.poſſeſſ.Lancell.de attent.p.2.cap.12. limit.2.num. 2. Pariſ.conſ.18.num.10.vol.1.Socin.ſen. conſ.18. num. 41.vol.1.Mari.Antonin. vari. reſolut. lib. 1. reſol. 106. num.42.& lib.2.reſolut.1.num.9.Stephan. Gratian.diſcept. forenſ.tom.3.cap.516. n. 6.cap.524.num. 58. Anton. Monach. Bononien. deciſ. 6. num. 5. & deciſ. 19. num.34.*

Impedimentum.

AXIOMA CXV.

1 IMPEDIMENTVM non præſtat, quod de Iure non ſortitur effectum, *cap.non præſtat 52. de regulis Iuris, lib. 6. Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap.13.num.5.Thom.de Thomaſſet.in floribus legum. reg. 205. Sanchez. de Matrimon. lib. 8. diſp. 22. num. 21. Gonz.al,ad reg.8.Cancel.gloſ. 57. num. 30. Card.Tuſch. practicar.concluſ.tom.1.lit. A, concluſ. 139. num. 2. & tom.5. lit.N, concl.66. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ. cap.58.num.6.cum ſeqq. Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.6.num. 11.* Vide *infrà Axiom.164 num.4.*

Impeditus.

AXIOMA CXVI.

1 IMPEDITO non currit tempus, *l.1. §. fin. C. de annali excep.cap.quia diuerſitatem, de conceſſ.præbend. cap.fin.de elect. Tiraq.de retract.lig.§.3.gloſ. 4. num. 6.& §.35.gloſ.4.num. 29.* vbi intelligit, dummodo impedimentum non ſit affectatum, *& de retractu conuent.§.2.gloſ.vnica.num.78.Menoch. conſ. 38. num. 35. Surd.deciſ.151.num.4. Flamin. Pariſ.de reſignat. benefic. lib.11.quæſt.13. num. 11. Gutier. practic. lib. 3. quæſt.34.à num.21.Cardin.Seraphin.deciſ.997.num.3.& deciſ.1066.num.1. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt.reſol.550.num.5. in vlt. impreſſ. Cardoſ. in praxi Iudicum,& Aduocat.verbo impedimentum.num.2. Monet. de optione canon.cap.6.quæſt.5.num. 40.* vbi etiam intelligit, dummodo impedimentum non ſit affectatum, *Mari. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſolut. 84. num.5.Nicol.Garcia de benefic.p.10.cap.2.num. 17.* Vbi autem agitur de modico præiudicio, tempus, ſiue inſtantia currit impeditis, *Abb. conſ. 5. col.fin. lib.2. Cranet.conſ.182.num.15.verſ.rurſus*, quos refert *Card. Tuſch.pract.concluſ.1.tom.5.lit.M,concl.239.n.9.*

Imperare.

AXIOMA CXVII.

IMPERARE ſibi ipſi nemo poteſt, *l. prætor, l.* 1
pen.ff.de tutorib.& curat.datis ab his, l. ille à quo. §. tempeſtiuum.ff.ad Trebellian. l pen.ff.de arbitr. l. Principes.ff.de legibus,Surd.conſ.152.num.46. Cardin.Tuſch. practic.concluſ.tom.4.lit.I, concl.47.num.1. vbi *num. 2.* ampliat in tantum, vt nec poſſit præſcribi, quod quis ſibi ipſi imperet, & *num. 3.* poſt *Anchar. conſ. 154.in princip.* limitat, quia exequutor, qui debet compellere, poteſt officium exercere, etiamſi ipſe ſit vnus de compellendis, agnoſcendo bonam fidem, & obtemperando ſine imperio,quia hoc modo duplicem perſonam poteſt repræſentare.

SVMMARIVM.

1 *Impoſſibile dicitur id, quod rarò vel nunquam euenit,licèt euenire poſſit.*
2 *Impoſſibile reputatur id, quod eſt contra bonos mores, vel honeſtis moribus non conuenit.*
3 *Impoſſibile dicitur, quod ſalua dignitate fieri non poteſt.*
4 *Impoſſibile cenſetur, quod pendet à Principis voluntate.*
5 *Excipe quando Princeps illud regulariter concedere non conſueuit, quamuis ex plenitudine poteſtatis potuiſſet.*
6 *Impoſſibile dicitur, quod tantùm fieri poteſt per remedium extraordinarium.*
7 *Impoſſibilia non obligant, ſeu ad impoſſibile nemo tenetur.*
8 *Impoſſibilium, & valde difficilium idem eſt iudicium.*
9 *Impoſſibilitas facit recedere ab omni interpretatione veriſimili.*

Impoſſibilis.

AXIOMA CXVIII.

IMPOSSIBILE dicitur id,quod rarò,vel nun- 1
quam euenit, licèt euenire poſſit, *Corn. conſ. 217. num.5. lib.3.* Id quod eſt contra bonos mores, vel 2
quod honeſtis moribus non conuenit, impoſſibile reputatur, *Bald.conſ. 373. Præmittendum eſt, in princip.lib.1.* Et impoſſibile dicitur, quod ſalua digni- 3
tate fieri non poteſt,*Ioan.Iacob.de Leonard.conſ.117. inter conſil.Bruni.num.173.& 174.*refert *Card. Tuſch. practic.concluſ.tom.4.lit.I,concl.52.*

IMPOSSIBILE cenſetur, quod pendet à 4
Principis voluntate,*l.apud Iulianum. §. conſtat. ff. de legat.1.l. continuus.§.cùm quis*, & ibi *gloſ. verbo reiicie. ff.de verbor. obligat. Abb. in cap. cùm eſſet, num.19. de teſtam.Rebuff.ad l.143.verſ.limitatur etiam.ff. de verb. ſignificat. Mandoſ.ad reg.32.Cancel.quæſt.51.num. 11. & 12.*

& 12. Escob. de ratiocin. cap. 25. num. 5. Monet. de distribut. quotidian. p 2. quæst 3. num. 13. Sanchez de Matrimonio, lib. 5. disp. 5. num 4 Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 2. differ. 2. num. 15. & differ. 3. n 36.

5 Intellige quando Princeps regulariter illud concedere non consueuit, quamuis ex plenitudine potestatis potuisset; longè quidem aliter si consueuisset Princeps illud de facili indulgere, tunc enim illud venit considerandum, & possibile iudicabitur, adeò quod alicui imputari poterit, si illud non impetrauit, per *l. quidam relegatus, in princip. ff. de rebus dub. l. 1. §. permittitur. ff. de aquæ quotid. & æstiua*, tradunt *Rapha. Cuman. in d. l. continuus. §. cùm quis, col. 1. num. 7. Paul. de Castr. num. 5. & Franc. Arretin. notab. 2. col. 1. num.* 10. ac alij, quos refert, & sequitur *Rendina in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 91. num. 8.*

6 IMPOSSIBILE dicitur, quod tantùm fieri potest per remedium extraordinarium, *Tiraq. de retractu lig. §. 32. glos. vnica. num. 56. Mandos. d. quæst. 31. num. 12. Sanchez d. lib. 5. disp. 5. num. 4. vers. & confirmatur, Card. Tusch. d. tom. 4. lit. I, concl. 55.*

7 IMPOSSIBILIA non obligant, seu ad impossibile nemo tenetur, *l. si quis in graui, in princip.* vbi *Bart. ff. ad Syllan. l. si stipuler. ff. de verbor. obligat. l. Paulus. ff. quæ sentent. sine appell. rescind. l. impossibilium. ff. de regulis Iuris. §. Impossibilis, Instit. de hæredib. instituen. cap. nemo potest, de regul. Iuris, lib. 6. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 194. Oldrad. cons. 232. Quidam testator, vers. tertia ratio, Ioan. Iacob. de Leon. inter consilia, Bruni cons. 117. num. 212. cum seqq.* vbi *num. 214.* ait, quod procedit in contractibus, sententiis, & præceptis, *Surd. decis. 289 num. 21. Flamin. de resignat. benefic. lib. 11. quæst. 13. num. 8. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico debitore. §. 1. num. 4. Cardin. Tusch. d. tom. 4. lit. I. concl. 54.*

8 IMPOSSIBILIVM, & valde difficilium idem est iudicium, *l. apud Iulianum. §. constat. ff. de legat. 1.* Impossibilitati enim æquiparatur difficultas magna, *l. 2. §. ex quo, & l. continuus. §. cùm quis. ff. de verbor. obligat. Beroi. cons. 88. In causa. num. 35. lib. 1. Sebast. Medic. de casu fortuito. p. 1. quæst. 4. nn. 13. Farinac. fragm. crimin. p. 1. lit. E. num. 143.*

9 IMPOSSIBILITAS facit recedere ab omni interpretatione verisimili, vel mentis, etiamsi verba hoc importarent. *Calderin. cons. 336. aliàs cons. 7. in fine, de testament. & cons. 550. aliàs cons. 5. de verbor. significat.* quem refert *Card. Tusch. practic. concl. tom. 4. lit. I, concl. 330. n. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo rei vitiat actum, seu dispositionem, etiam in fauorabilibus, vt num. 4.*

2 *Institutio hæredis vitiatur propter incertitudinem.*

3 *Procurator incertus dari non potest.*

5 *Actus valet de æquitate Canonica non obstante incertitudine, & agi potest, vt declaretur arbitrio boni viri.*

6 *Incertitudo quando potest reduci ad certitudinem, non vitiat actum.*

7 *Incertitudo non vitiat dispositionem, quando prouenit culpa aduersarij, vel causatur à culpa opponentis.*

Incertitudo.

AXIOMA CXIX.

INCERTITVDO rei vitiat actum, seu dispositionem, *l. idem Pomponius. §. fin. ff. de rei vendicat. l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutel. l. tutor incertus. ff. eod. tit. l. ita stipulatus, l. vbi autem non apparet. ff. de verbor. obligat. l. si sic. §. 1. ff. de legat. 1. l. cùm post. §. gener. ff. de iure dotium. §. incertis, Instit. de legatis*, latè *Marsil. in rub. C. de probationib. num. 354. cum multis seqq.* vbi multipliciter limitat, *Bart. in l. 1. §. si quis in duobus. ff. de bonor. possess. secundùm tab.* vbi de duobus testamentis eodem tempore factis, *Fulgos. cons. 183. Circa primum, in princip.* vbi declarat quando incertitudo est incerta, secus si potest reduci ad certitudinem, *& cons. 204. col. pen. vers. ad secundum*, vbi idem dicit, additque incertitudinem vitiare dispositionem in sententia, contractibus, & vltimis voluntatibus, *Calderin. cons. 521. aliàs cons. 6. de priuileg.* vbi quod priuilegium concessum Ecclesiæ S. Venantij talis loci, si ibi sunt duæ Ecclesiæ S. Venantij, nec apparet de qua senserit concedens priuilegium, est nullum maximè ad petitionem partis concessum, *Alex. consil. 46. Copiose. lib. 4.* vbi quod institutio hæredis vitiatur propter incertitudinem, sicut & tutoris datio incerta, *Castren. cons. 177. In quæstione. num. 2. lib. 2.* vbi quod non potest dari procurator incertus, refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I, concl. 65. per totam.* 1 2 3

Amplia etiam in fauorabilibus, *Dyn. cons. 41. num. 5. vers. præterea incertitudo, Anchar. cons. 216. num. 4.* & fauore libertatis, *Fulgos. cons. 204. Albertus contraxit, in princip. num. 1. Cardin. Tusch. d. conclus. 65. num. 25. & 26.* 4

Limita de Iure Canonico, quia vbicunque potest mens haberi, etiamsi non sit expressa, tunc valet dispositio incerta, quæ de Iure Ciuili non valeret, *Alex. cons. 158. num. 8. lib. 7.* quem refert *Cardin. Tusch. d. concl. 65. num. 56.* & quod de æquitate Canonica non obstante incertitudine actus valeat, & agi possit, vt declaretur arbitrio boni viri iuxta qualitatem personæ, & patrimonij, dictum fuit elegans *Archid.* quod Doctores miris laudibus prosequuntur, in *cap. sunt nonnulli. num. 2. vers. si res alia 1. quæst. 1.* refert, & sequitur *Bald. in l. qui mutuam. §. salarium, in lect. antiqua. num. 2. vers. item vide. ff. mandati*, sequitur etiam *Anton. de Butr.* dicens esse notabile, & perpetuò mente tenendum, in *cap. ex parte. num. 7. de censib. Panor. in cap. 1. num. 5. d. decim. Afflict. decis. 337. num. 10. Anton. Gom. vari. tom. 2. cap. 11. col. 4. vers. aduertendum, Gutier. de iuramento confirmator. p. 1. cap. 69. num. 6. Rendina in prompt. recent. sentent. tom. 1. tit. 100. n. 7.* 5

Limita etiam quando incertitudo potest reduci ad certitudinem, siue per circumstantias, siue per coniecturas, vel aliquo modo certitudo colligi potest, *Calder. d. cons. 521. aliàs cons. 6. de priuileg. Roman. cons. 188. In cas. num. 3. & 4. Bald. cons. 188. per totum, lib. 5.* vbi quod valet legatum factum futuræ vxori, vel futuræ nutui, quia licèt sit incerta, tamen ex facto potest reduci ad certitudinem, *Cauet. cons. 162. num. 3. vers. tertio*, vbi idem dicit, quando ex Iuris dispositione potest reduci ad certitudinem, & *num. 4.* extendit, quando vno casu tantùm potest verificari, *& num. 6.* extendit etiam, quando incertum per Iudicem venit certificandum, vel quando relatio fit ad vnum certum de incertis, *Bart. & alij in l. fin. C. de codicill.* vbi quod non vitiat quando prouenit culpa aduersarij, *Bald.* 6 7

conf. 290. Allegationes hinc in te, num. 2. lib. 4. vbi quod incertitudo non vitiat dispositionem, vel opponi non potest, quando causatur à culpa opponentis, Zabarel. conf. 105. num. 2. vbi quod incertitudo, quæ breui tempore venit declaranda, non nocet, sed imò cessat.

SVMMARIVM.

1 *Inclusio vnius est exclusio alterius, & procedit in omni dispositione, vt num. 2. & limitatur multis modis, vt num. 17.*
3 *Inclusio vnius est exclusio alterius in facultate, & priuilegio aliquid faciendi.*
4 *Exclusio ad tempus inducit inclusionem post tempus.*
5 *Concessum ad tempus videtur post tempus denegatum.*
6 *Exemptio concessa vni, operatur vt alij non sint exempti.*
7 *Expressio vnius causæ, vel speciei in rescripto ne dum non includit aliam, sed imò excludit.*
8 *Inclusio vnius vt iudicet, est exclusio alterius.*
9 *Statutum disponens de consanguineis naturalibus, excludit spurios.*
10 *Statutum excludens fœminas postquam dotatæ fuerint, censetur illas includere ad successionem antequam dotentur.*
11 *Statutum circa successionem includens certas personas, censetur alias excludere.*
12 *Inclusio vnius non est exclusio alterius, quando eadem ratio militat in excluso & incluso.*
13 *Vnum quando exprimitur ratione frequentioris vsus, non est exclusio aliorum.*
14 *Inclusio, & enumeratio vnius quando fit per verba ampliatiua, non est exclusio alterius.*
15 *Statutorum aliquorum exclusio non includit, vt alia illicita censeantur approbata.*
16 *Inclusum & exclusum quomodo sunt connexa, inclusio vnius non est exclusio alterius.*

Inclusio.

Axioma CXX.

1 INCLVSIO vnius est exclusio alterius, *l. cùm Prætor. ff. de iudic. l. cùm maritus, C. de procuratorib. l. quamuis, C. de pignorib. l. ait Prætor. §. sed quod Papinian. ff. de minorib. cap. nónne, de præsumpt. Angel. Aretin. conf. 29. Quando primum à num. 6. cum seqq. Simon de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib. 4. dub. 3. num. 32. & 33. fol. 448. vol. 2.* vbi multipliciter limitat, *Iacob. Mandel. conf. 164. per totum*, vbi latè declarat, *Decian. conf. 64. num. 11. lib. 2. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 148. Menoch. conf. 106. n. 314. cum seqq. & conf. 141. à n. 9. & conf. 406. n. 44. & conf. 452. n. 27. & conf. 583. n. 11. & conf. 148. à n. 13. & de arbitr. lib. 2. casu 37. n. 22. Surd. decis. 195. num. 12. & decis. 291. num. 20. & conf. 25. num. 3. & conf. 56. num. 2. & conf. 151. num. 55. Richard. ad princip. Inst. de exhæredat. liber. num. 10. Cardin. Tusc. pract. concl. tom. 4. lit. I. concl. 71. per totam, Pgolin. de officio, & potest. Episcopi cap. 13. §. 13. vers. hæc regula, Cæs. Angel. de contradict. legitimo, quæst. 5. num. 32. & quæst. 10. num. 47. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 1. num. 10. Octau. Gloriz. resp. 1. p. 3. num. 132.*

Amplia primò in consuetudine, priuilegio, sci- 2
uitute, præscriptione. & omni dispositione includente certum locum, tempus, rem, vel personam, quia excludit reliqua, plenè *Rum. conf. 112. Circa primum. num. 3. lib. 5. Angel. consil. 375. num. 3. Balb. conf. 33. statuto cauetur. num. 3. vers. nam id, lib. 5.* vbi quod si est permissum infra certum tempus probari, lapso tempore censetur exclusa probatio, *Signorol. de Homod. conf. 39. Quæritur, in fine*, vbi quod in facultate, & priuilegio aliquid faciendi, inclu- 3
sio vnius est exclusio alterius, *Castren. conf. 468. Super hoc puncto. num. 4. lib. 1.* vbi quod exclusio ad 4
tempus inducit inclusionem post tempus, *Petr. de Anchar. conf. 70. num. 8.* vbi quod concessum ad 5
tempus videtur post tempus denegatum, quia inclusio vnius, &c. *Gemin. conf. 15. num. 18. circa fin. vers. ad sextum, & num. 19.* vbi si alicui conceditur potestas aliquid faciendi vsque ad certum tempus, post illud tempus censetur negata.

Amplia secundò in exemptione concessa in vno, 6
quia operatur, vt alij non sint exempti, *Castren. conf. 456. Visis, in fin. lib. 1. Card. Tusch. d. concl. 71. n. 13.*

Amplia tertiò in rescripto, quia expressio vnius 7
causæ, vel speciei, ne dum non includit aliam, sed imò excludit. *Calderin. conf. 543. alias conf. 11. de sentent. excom. circa med. vers. expressio autem, Abb. consil. 57. Attingam. num. 2. vers. sexto, lib. 1.* vbi quod si in rescripto pluribus aliquid mandatur, & in aliquo vnum excluditur, alios includi censetur, refert *Cardin. Tusc. d. lit. I, concl. 71. num. 73.*

Amplia quartò in Iudice, quia inclusio vnius vt 8
iudicet, est exclusio alterius, *l. cum prætor. ff. de iudic. Angel. conf. 375. Partensis, per totum*, maximè *n. 3.* vbi ait procedere quoad habentes parem, vel minorem iurisdictionem, quia commissio vni facta priuat æqualem, vel minorem habentes iurisdictionem, & quod delegatio facta vni de cognitione causæ, alteri censeatur denegata, quando fieret per modum distribuendi iurisdictionem, nisi aliter constaret de intentione, vel in contrarium esset consuetudo, *Bald. conf. 253. n. 1. & n. 2. vers. idem quando, lib. 5.* vbi extendit, vt procedat vbicumque alicui specialiter committitur iurisdictio etiam delegata, vel ordinaria per modum superioritatis, vel ad excellentiam commissarij, quia tunc censetur prohibita cognitio cuicunque alteri; vel vbicunque aliquid committitur vni Iudici, quod iure magistratus non competit alteri, quia tunc is solus cognoscitur, cui facta est commissio.

Amplia quintò in statutis, vt per *Dyn. conf. 16. Di-* 9
ligenter. n. 11. vers. præterea, vbi quod statutum disponens de consanguineis naturalibus, excludit spurios, ex quo inclusio vnius est exclusio alterius, *& conf. 27. Quæstio articulus, circa fin. num. 5. vers. præterea*, vbi quod statutum inducens certum onus Magnatibus, vt fideiubeant, prout Florentiæ, censetur eximere ab aliis, *Bald. conf. 68. Quia statutum, circa fin. vers. præterea interim, lib. 1.* vbi quod statu- 10
tum excludens fœminas postquam dotatæ fuerint, censetur illas includere ad successionem antequam dotentur, *& conf. 205. Præmissis verbis, ante med. vers. item notandum, lib. 4. & conf. 95. Quæstio est, & conf. 339. Opinio communis, lib. 4. & conf. 459. Circa quæstionem, in princip. num. 2. lib. 5.* vbi quod sta- 11
tutum circa successionem includens certas perso-

nas,

nas, censetur alias excludere, *Castren. cons. 441. Ista quæstio, in princ. p. vers. quantum verò, lib. 1.* vbi quod statutum nouum corrigens antiquum in vno, censetur confirmare in aliis.

12 Limita primò, quando eadem ratio militat in excluso quæ in incluso, vt per *Thom. de Thomasset. d. reg. 148. Menoch. cons. 197. nu. 83. vers. non obstat primò*, vbi etiam limitat, quando constat de mente, vel quando inclusio ad vnum effectum, contrarium operaretur, refert *Cardin. Tusch. d. lit. I, conclus. 71. num. 86.*

13 Limita secundò, quando vnum exprimitur ratione frequentioris vsus, quia non est exclusio aliorum, *Petr. Gevard. sing. 97. in fine, Cardin. Tusch. d. lit. I, concl. 71. num. 87. Flamin. Paris. de resident. quæst. 29. num. 52.*

14 Limita tertiò, quando inclusio & enumeratio vnius fit per verba ampliatiua, vt est dictio, *maximè* quia tunc non est exclusio alterius, *Gemin. cons. 6. num. 3. & 4.* vbi idem si inclusio fit comparatiuè, *Alex. cons. 133. viso processu, col. 2. in fine, vers. nec etiam ad hoc, lib. 1.* quos refert *Cardin. Tusch. d. l. I. concl. 71. num. 79.*

15 Limita quartò in illicitis, *Alex. cons. 59. num. 9. vers. ne ad hoc, lib. 1.* vbi quod exclusio aliquorum statutorum non includit, vt alia illicita censeantur approbata, nisi Princeps simpliciter confirmans ea legerit, & discusserit, aliàs non, refert *Cardin. Tusch. d. lit. I, concl. 71. num. 83.* vbi *num. 85.* limitat etiam in dispositione odiosa.

16 Limita quintò, quando inclusum & exclusum sunt connexa, quia regulantur eadem ratione, quando ex dispositione Iuris exclusum includitur, vel quãdo inclusio fit causa dubitationis tollendæ, *Dec. cons. 11. num. 17 & cons. 99. col. fin. vers. tertiò non obstat, Alex. cons. 75. Videtur, num. 3. 4. & 10. lib. 5. & cons. 225. Ponderatis. num. 24. & 25. lib. 6. Sim. de Prattis de interpret. vltim. volunt. lib. 4. fol. 448. num. 39. & 40. Card. Tusch. d. concl. 71. num. 80.*

17 Limita sextò multis modis, vt per *Mandel. cons. 164. per totũ.* Primò, quia vno permisso alij non sunt prohibiti, sed in dispositione Iuris remanent: secundò, quia non censetur derogatum alijs casibus, qui alia via includuntur: tertiò procedit, quando eadem est ratio, aliàs non: quartò, quando constat de mente & potestate: quintò, quando adest verisimilis causa, aliàs non; quando agitur de modico præiudicio, secus si de magno.

Incommodum.

Axioma CXXI.

1 INCOMMODA eum sequi oportet, quem commoda, & vtilitates sequuntur, *Clem. 1. de censib. Escob. de raziocin. cap. 42. num. 12. & comput. 20. num. 14. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 3. num. 89.* Vide dicta *suprà verb. Damnum, Axiom. 63. num. 2.*

Incontinenti.

Axioma CXXII.

1 INCONTINENTI quæ fiunt, à Iure inesse dicuntur, *l. lecta 40. §. dicebam. ff. si certum pet. l. petens, C. de pactis, cap. officij 38. de elect. Alex. cons. 90. Ferè omnis. num. 5. lib. 1.* vbi ait locum habere in ijs, in quibus partes possunt de nouo disponere, non autem in Iudice, qui functus est officium, propter verbum, *absoluo*, vel *condemno, Anton. Gabr. commun. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 43. num. 54. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resolut. 69. num. 5. & resolut. fin. casu 62. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 4. lit. I, concl. 81. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Indefinita æquipollet vniuersali, quando subest eadem ratio omnium sub indefinita comprehensorum, vel capitur distributiuè, non collectiuè, vt* n. 2. *& 3.*
4 *Indefinita vim vniuersalis significationis obtinet, non ex propria vocabuli significatione, sed ex æquitate, & benignitate quadam*
5 *Indefinita negatiuè concepta vim habet vniuersalis.*
6 *Indefinita à lege prolata vim habet vniuersalis.*
7 *Verba indefinita statutorum municipalium, æquipollent vniuersali, & idem in supplicatione, vt* n. 8.
9 *Indefinita æquipollet vniuersali in contractibus, & renunciationibus, & in alimẽtis, vt* n. 10. *& in omni dispositione, vt* n. 11.
12 *Indefinita non æquipollet vniuersali, quando non est eadem ratio.*
13 *Indefinita non æquipollet vniuersali in materia odiosa, vel pœnali.*
14 *Indefinita vim vniuersalis non habet in probationibus.*

Indefinita.

Axioma CXXIII.

1 INDEFINITA æquipollet vniuersali, *l. si seruitus 22. ff. de seruit. vrban. prad. l. si ita relictum, l. pluribus 44. ff. de legatis 2. l. si plures. 98. ff. de legat. 3. l. Iulianus. ff. eod. tit. l. si quis filio. §. 1. ff. de testam. tutel. l. 2. ff. de liber. & posth. l. Cæsar. ff. de publican. l. si quis. §. idem Iulianus. ff. de l. b. leg. cap. soluta, de maiorit. & obedient. cap. quia circa, de priuileg. glos. verbo aliorum, in cap. vt circa, de elect. lib. 6. Menoch. cons. 97. à num. 154. & cons. 173. num. 16. cum seqq. & cons. 329. num. 24. & de præsumptionib. lib. 4. præs. 21. num. 5. & præs. 62. num. 7. Mascard. de probationib. concl. 1181. num. 38. cum seqq. Picha[illegible] eadem res, Instit. de legat. num. 43. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 150. Cou. vari. lib. 1. cap. 13. num. 6. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 4. num. 12. & lib. 7. tit. 5. num. 1. & 10. Menchaq. quæst. vsufreq. lib. 2. cap. 30. à num. 28. Surd. de aliment. tit. 5. quæst. 1. num. 13. & 16. & tit. 8. priuil. 27. & tit. 9. quæst. 13. num. 10. 13. & 17. & decis. 188. num. 4. & cons. 216. num. 25. & cons. 244. num. 21. & cons. 308. num. 48. Brunor. à Sole in locis communib. verbo indefinita 2. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 9. num. 24. D. Barbos. in rub. ff. de soluto matrimon. p. 4. num. 49. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 29. num. 6. Farin. in praxi crimin. p. 4. decis. 69. num. 8. & decis. 458. num. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I, concl. 86. & 87. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 40. num. 8. Emman. Figueira de Negreiros in*

introduct. vltimar.volunt. lib.1.cap. 11.num.37. Oldau. Glorit. resp.6. num.89.

2 Intellige primò, Axioma procedere, quando subest eadem ratio omnium sub indefinita comprehensorum, *Castren. cons. 153. super primo. num. 3. vers. circa secundum, lib.1. & cons. 176. Videtur. num. 2. lib. 2. Alex.cons. 26. Consideratis verbis.num.3. lib. 4. Cardin.Tusch.tom.4 lit. I, concl.86. num.2.& 3.Cou. d. cap. 12. num.9.*

3 Intellige secundò,vt indefinita æquipolleat vniuersali distributiuè, non collectiuè, *Cardin. Seraphin. decis. 409. num. 7.*

4 Intellige tertiò,vt indefinita vniuersalis significationis vim obtineat, non ex propria vocabuli significatione, sed ex æquitate, & benignitate quadam, propter mentem disponentis, vel materiam subiectam,vt per *Bart. in l. 1.num.3. ff. de regulis Iuris, Cou. d. cap. 13. num. 5. Menoch. d. cons.97. num. 155. Rendin. in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 82. num.1.Corn.cons. 160. num. 6.in fine, lib. 3. Card. Tusch. d. concl.86. num. 26. Hipol. Rimin. in cap.quæ in Ecclesiarum.num.225. de constitut. Cardin. Mantic. d.tit. 5.n.1. Peregrin. de fideicom.art.7. n. 55.* Et hinc iam facilè constat decidendi ratio,& concordia ad *tex. in l. placet 4. de liber. & posthum. cum l. 2. eod. tit.* quare scilicet institutio indefinita posthumi valet, & ad omnes posthumos porrigitur, etiamsi ex alia, quam postea testator duxit,vxore nati sint; exhereditatio verò non ita,iuxta *d. l.2.* Nam vltra rationem differentiæ inter odiosas,& fauorabiles dispositiones, vtrumque illud ex verosimili patris mente facilè colligitur: nam sicut pietatis paternæ officium postulat, quod filium instituens de omnibus intellexisse videatur, cùm affectus paternus omnem alium vincat, *l. vlt.C.de curat. furiosi,* & notatur in *cap. afferte, de præsumpt.* ita eadem paterna pietas exigit, vt videatur pater exheredans filium nullum potiùs, quàm omnes exheredare voluisse; notant omnes præcitati, & meliùs cæteris *Cou. d. cap. 13. num. 9. vers. 8. & vers. 14. Paleoth.* & alij plures,de quibus *Alphan. collect. 658.*

5 Amplia primò,vt etiam indefinita negatiuè concepta vim habeat vniuersalis, *Cuman.cons. 38.Maruus,col.2. vers. ex aduerso, Decian. cons. 13. num. 11. & 12. lib.1. Card.Tusch. d. concl. 86. num. 15. & 16.* vbi *num. 25.* post *Castrens. cons.441. Ista quæstio.num.* 3. subdit, quod indefinita negatiua æquipollet vniuersali indistinctè, *Rimin. Iun. cons. 150. num. 53. cum seqq.Oldau. Glorit.resp.1.p.3.num.153.* & procedit iuxta vulgarem traditionem,quæ docet quod plus tollit negatio, quàm ponit affirmatio; negatio enim malignantis naturæ est, & quicquid sequitur negat, *gloss.verbo à suspensis, in cap. cùm dilectus,de consuetud. gloss.verbo non potest, in cap. 1. de regulis Iuris,lib.6.gloss.1.in l. iuris gentium. §.sed si fraudandi. ff. de pactis,* quos sequuntur frequentissimè scribentes per *tex.ibi in l. si is qui ducenta. §.vtrum.ff. de rebus dub.* cum multis aliis, quæ latè prosequitur *Tiraq. de primogen.quæst. 24.num.12. & in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. significat.* latè comprobans, quod licet ex illo textu conditio, si nupserit, affirmatiua, de iis nuptiis solùm intelligatur, negatiua tamen, si non nupserit, de omnibus intelligitur, ex *tex. in l. si sic stipulatus 134. ff. de verbor.obligat.* notat *gloss.vlt.per tex. ibi,in l. hoc genus 105. ff.de conditionib. & demonstrat.* & in nostris terminis receptum comprobat *Cou.d.cap.13. n. 7.* eóque exemplo demonstrat, quia qui dicit, homo nusquam currit,dicere videtur, nullus homo currit,& sic de similibus.

Amplia secundò, quod indefinita a lege proba- 6
ta vim habet vniuersalis, cùm enim de ratione legis sit,quod in omnes, non in singulos dirigatur, *l. iura 7 ff. de legib.* meritò indefinita a lege probata vim habere dicitur vniuersalis ex materia subiecta, & legislatoris mente,vt bene notauit *gloss.verbo aliorum, in cap. vt circa, de elect. lib. 6.* quam sequuntur alij omnes suprà in princip. huius Axiomatis citati,vnde quoque, & cõsequenter deduc- 7
tes,idem dicendum esse in statutis municipalibus, quia similiter ad omnes subditos diriguntur, & omnibus de municipio, non singulis dantur, ac subinde verba indefinita eorum æquipollent vniuersali,ita *Bart. in l. omnes populi. num. 57. ff. de iustit. & iure, Corn. cons. 106. num. 5. & 6. lib.3. Socin. Iun. cons. 118. num.3. lib.3. & cons. 110.num.3.eod. lib.Roland. à Valle cons. 61. num. 28. lib.3. Decian.cons. 17. num.20.& 21.lib.1.Cou.d.cap.13. num. 8. vers. quarto, Cardin.Tusch.d.concl.86.num.17.*

Amplia tertiò, in supplicatione, vt per *Roland. à* 8
Valle cons. 61.num.28. lib.3. Card. Tusch. d. concl. 86. num. 19.

Amplia quartò,vt indefinita æquipoleat vniuer- 9
sali in contractibus, & renunciationibus, quando verba sunt apta comprehendere, *Roman. cons. 251. Clarissimè dicitur num.5.vers.respondetur,Cardin.Tusch. d. concl. 86. num. 20. Cardin. Seraphin. concl. 1008. num. 2.*

Amplia quintò,in alimentis, *Alex. cons.171. Viso* 10
processu.num. 4.& 5.vers.superest, lib.2. Cardin. Tusch. d.concl.86.num.14.Franc.Molin. de ritu nuptiar.lib.3. quæst.46.num.12.

Amplia sextò, in omni dispositione, *Fulgos.cons.* 11
130.Gaspar notarius. num.1. vbi loquitur in calculis, & computis,quia calculus de gestis & factis æquipollet vniuersali, vt comprehendat omnia gesta & facta, *Alex.cons.36.vi o themate.num.8.vers.sed ita est, lib.2.* vbi agit in renunciatione facta feriis messium indefinitè, quia intelligitur quoad omnes causas,& *num. 9.* de constitutione procuratoris indefinitè ad causas, qui erit etiam procurator in causa appellationis.

Limita primò,quando non est eadem ratio par- 12
ticularium contentorum,sub indefinita, quia tunc distinguitur ex ratione, etiamsi lex indistinctè loquatur, ita *Calderin. cons. 494. circa fin. aliàs 3. de hæret. Signorol cons. 69.num. 8. vers. nihilominus tamen, Corn. consil. 83. circa primum. num.2. lib. 4. Fulgos. cons. 75.in fine, Franc. Niconig. in cap. quoniam contra. p.2.num.775.de probationib.Cou. d.cap.13.num. 9. Peregrin.de fideicom.art.7. num. 56. Card.Tusch.d. concl.86.num. 29. Menoch. d.lib. 4. præs.21.num. 5. & præs.62.num.7.cum seqq.* rectè inferentes, quòd licèt deficiente similitudine rationis indefinita vniuersali non equipolleat,comprehendit tamen eos tantùm casus, quibus ratio conuenit.

Limita secundò, in materia odiosa, vel pœnali, 13
in qua indefinitam non æquipollere vniuersali,resoluunt *Bart.in d.l. si plures,num.6. in fin. vers.si verò eadu,Cardin. Tusch.d. concl. 86.num. 28.Franc.Molin. d. lib. 3. quæst.85.num. 50.* Sed rectè *Cou. d. cap. 13. num.10.vers. 12.* docet, quod si de mente constet, siue fauorabilis sit materia, siue odiosa, semper indefinita vniuersalis habet significationem, si mens deficit, neque etiam in fauorabilibus id operabitur, *Bart.* verò hanc communem distractionem rectè procedere ait in casu dubio,quando scilicet de mente expresè non constat,tunc enim ex rationis puritate in fauorabilibus possumus mẽtem coniecturare ,in odiosis non ita, vt patet ex iis, quæ circa ex

ea exheredationem filij,& institutionem posthumi suprà notauimus,& ipse *Cou.* fatetur.

14 Limita tertiò in probationibus,in quibus indefinita vim vniuersalis non habet, quia scilicet id postulat ratio materiæ subiectæ,in qua regula certissima est,quod probationes debent esse cõcludentes, *l.neque natales, C. de probationib. cap. in præsentia, eod.tit.* Vnde cùm indefinita ex sui proprietate vniuersalis, significationem non habeat, sed ex benigna interpretatione, atque ita ex coniectura voluntatis, minimè in materia probationum debet sufficere, vt docuit *Innoc.in cap.auditis, de præscript.* quem sequuntur *Felin. num.* 24. *&* *Parisi. num.* 16. & alij communiter ibi,teste *Cou. d. cap.* 13.*num.*10. idem etiam tenent *Andr. ab Exea in cap. cùm omnes,num.*3.*& ibi Anton. de Burgos.num.*323.*de constitut. Alex.cons.*110. *num.*2. *vers. & expressius, lib.*1. *& cons.*68. *Et viso,num.*8. *& cons.* 108.*In causa.num.* 13. *vers. præterea,lib.*2. *& cons.* 112. *In causa dominorum. num.*4.*lib.*7. *Menoch. d.cap.*30.*num.* 27. *Rebuff. de reprobat.testium.num.*110. *Brunor à Sole d. verbo indefinita. num.* 1. *Mascard. de probationib. concl.* 1199. *à num.* 19. *& concl.* 1205. *num.* 20. *Surd. decis.* 263. *num.* 10. *Rendin.in promptuario recept. sent.tom.* 1. *tit.* 82. *num.*2. *Morl.in empositio Iuris Ciuilis,tit.*11.*in prælud. num.*55. *Cardin.Tusch.d.concl.*86.*num.* 31. *&* 39. *Rot. decis.* 509. *num.* 5. *apud Farin. p.* 1. *recent. Card. Seraphin. decis.* 490. *num.* 1. vbi *decis.* 544. *num.* 1. Disputat, an indefinita æquipolleat vniuersali in confessione.

SVMMARIVM.

1 *Inferior non potest tollere legem superioris.*
2 *Inferiori non licet contra factum superioris dispensando venire.*
3 *Saluum conductum non licet inferiori concedere damnato per superiorem.*
4 *Inferiori ex causa licet contra factum superioris venire.*
5 *Episcopus ex causa potest statuere contra Canones.*
6 *Legem superioris non potest corrigere, mutare,modificare, vel addere inferior.*
7 *Inferior potest distinguere, seu qualificare factum superioris.*
8 *Legem non potest facere inferior, quæ superiorem liget.*

Inferior.

AXIOMA CXXIV.

1 INFERIOR non potest tollere legem superioris, *l. formam, C.de officio præfecti prætor. cap. cùm inferior,de maiorit. & obed. Clem. ne Romani, de elect. gloss. verb. figura, in cap. fin. de hæretic.lib.*6. *gloss.verbo mandamus,in Clem.sæpe,de verbor.significat.Thom.de Thomasset. in floribus legum. reg.* 147. vbi intelligit, nisi maior subijceret se iurisdictioni minoris,& ab eo iudicari vellet, *Bart.in l. omnes populi, col* 4.*vers. sed hic dubitatur. ff. de Iustit. & iure, Brunor à Sole in locis communib. verbo inferior* 4. *Azeued. l.*2. *num.*56. *tit.*14.*lib.* 4. *nouæ Recopil.Menoch. quæst.illustr. cap.* 35. *num.*10. *cum seqq. Surd.cons.* 58.*num.*6.*Gonzal.ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 45.§.1. *num.*69. *Cardos.in praxi Iudicum*, & Aduocator. *verbo lex,n.* 9. Non licet enim
2 inferiori contra factum superioris dispensando venire, *l pen. §. pen. ff. de aquæ pluuia.arc. l. ille à quo.§. tempestiuum. ff. ad Trebell.l.nam & magistratus ff. de arbitr. cap. litteras,de restit.spoliat. cap. super eo,de vsuris, cap.vt nostrum, de appellationib.Surd.cons.*558.*num.*2. Vnde non licere inferiori concedere saluum con- 3
ductum dãnato per superiorem, resoluunt *Grammat.voto* 25.*num.* 11. *Herculan.in tract.de caution. de non offenden.cap.* 37.*rub.de saluo conduct. num.* 8. *Menoch.cons.* 109. *num.*227. *Farin. in praxi crimin.quæst.* 29. *num.* 88.

Intellige,nisi aliter ex causa factum sit, propter 4
quam licet inferiori contra factum superioris venire, *arg. tex. in l. si hominem. ff. mandati, Innoc. in cap.* 1
1. *de constitut.* vbi singulariter voluit,quod inferior ex causa potest transgredi Iura, quod latè prosequitur idem *Felin. sub num.* 49. *vers. septimo fallit, Ias. in l. omnes populi. num.*13. *in* 2. *lect. ff. de iustit. & iure,& cons.* 1.*num.*6.*vol.* 1.*Marsil. sing.*1182. *Crouet. cons.* 21. *num.* 3. *Abb. in cap studuisti, de offic. legati,* 5
vbi ait, quod Episc. ex causa potest statuere contra Canones,quod etiam voluit *idem Abb. in cap. & si clerici. §. de adulteriis, col* 3. & ibi *Felin de iudic. idem Felin.in cap.quod super his.n.* 4.*de maiorit. & obed.*

Amplia Axioma in tantum, vt inferior ne 6
dum non possit tollere legem superioris, sed nec possit corrigere, mutare, modificare, vel addere, *Clem.* 2. *de elect. Federic. de Senis cons.* 17. *num.*2. *vers. item videtur, Oldrad.cons.*259.*num.*6.*vers.tamen ad iura*, quos refert *Card. Tusc.tom.* 4. *lit. I, conclus.* 119. *num.* 10.

Limita quando inferior non tollit factum supe- 7
rioris,sed distinguit, seu qualificat, quia tunc valet, *Alex. cons.* 106. *num.*15.*& sequ.lib.* 2. vbi etiam idem ait,si limitat,vel distinguit ius superioris tam prohibitiuè,quàm etiam permissiuè, refert *Cardin. Tusch.d. concl.* 119. *à num.*40.

INFERIOR non potest facere legem,quæ su- 8
periorem liget, *cap. inferior.* 21. *dist. Roman. cons.* 2. *num.* 2.*vers. nec prædictis obstat, Federic. de Senis cons.* 17. *in princip. Oldrad. cons.* 128. *num.* 9. *vers. secundò sic arguitur,Surd. cons.* 47.*num.* 19.*cum seqq.* vbi ampliat procedere, etiamsi talis lex esset confirmata per superiorem, quia non habet effectum contra confirmantem, *Cardin.Tusch.tom.*4. *lit. I. concl.* 119. *num.*1.*&* 7.

Infinitas.

AXIOMA CXXV.

1 INFINITAS est vitanda, *l. qui bona. §. vlt. ff. de damno infecto, l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de legat.*3. *l.fin.C. de sacrosanct.Eccles.l. vnic. C. de sentent. quæ pro eo,Calderin.cons.*438.*alias cons.*21.*de iurepatron.* vbi 2
quod patronus, qui potest accumulatiuè præsentare plures, intelligitur de duobus,& non vltrà, vt tollatur infinitas,*Bald.in cap.fin. num.*31.*de constitut.* vbi quod vt tollatur infinitas, prorogatio non debet esse longior prorogato, *Marsil.in l.vnus.§.cognituram. num.* 28. *cum seqq. ff. de quæstionib.* vbi ponit multa verba importãtia infinitatẽ. Exornant Axioma *Vital. de Camban. in tract. clausul. pag.* 56.*num.*3. *Escob.de ratiocin. cap.* 18.*num.*4. *Valasc. de iust.* 51.*nu.* 49.*& de partitionib.cap.*9.*num.*50.*&*51. *Garc.Gironda de preuilegiorum, seu exempt.explicat.num.*102. *Card. Pereira de potest.eligendi,cap.*3. *num.*18.*Stephan. Gratian. discept. Forens. tom.* 3. *cap.*600. *num.*30. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 4. *lit. I, concl.*128. *per totam*, vbi *num.* 23. limitat, nisi verba patiantur infinitatem.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Scienti, & volenti non fit iniuria, & redditur ratio, num. 2.*
3 *Iniuriæ inde nasci non debent, vnde iura nascuntur.*

Iniuria.

AXIOMA CXXVI.

1 INIVRIA non fit scienti & volenti, *l. 1. §. vsque adèo. ff. de iureiur. l. 1. ff. de actionib. empti, l. nemo præsumitur. ff. de regulis iuris, cap. scienti, eod. tit. in 6. Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 9. & 11. S. Thom. 2. 2. quæst. 59. art. 3. Sot. lib. 3. de Iustit. quæst. 3. art. 3. Padil. per tex. ibi in l. cùm donationis, C. de transactionib. Menoch. cons. 98. n. 39. cum seqq. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 275. Surd. decis. 194. nu. 1. Sebast. Naui. ad l. 1. num. 15. ff. de iniur. Ioseph. Sesse Aragon. decis. 189. num. 15. Cæs. Argel. de contradict. legit. quæst. 10. num. 66. & num. 97.*

2 Ratio est, quia in iustitia non fit nisi ei, qui ab alio illam patitur, *l. 3. in princip. & §. 1. ff. de iniur.* nec enim potest ab aliquo sibi ipsi fieri, secundùm *S. Thom. 2. 2. quæst. 58. art. 2.* non obstante *tex. in cap. quod verò 25. quæst. 2.* ibi, *iniuriam mihi facio*, quia intelligitur per indirectum, & retorquutionem, secundùm *Archid.* & alios ibi, *planè sciens & consentiens non patitur ab alio*, quia de natura patientis iniustitiam est, quod resistens & inuitus patiatur, sicut de natura agentis, quod sponte agat, ex *Aristot. & Sot. vbi suprà*, & ita qui consentit, potiùs ex se sponte agit, quàm ab alio patiatur, & consequenter eidem non fit iniuria, nec iniustitia.

3 INIVRIÆ inde nasci non debent, vnde Iura nascuntur, *l. meminerint, C. vnde vi, cap. qualiter & quando, de accusationib. Aym. de antiquit. tempor. p. 1. cap. 2. ampl. 13. n. 10. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Intellectus absurdus est vitandus.*
2 *Intellectus ille recipi debet, per quem Iura Iuribus concordentur.*
3 *Intellectus est vitandus, per quem incidimus in superfluitatem.*

Intellectus.

AXIOMA CXXVII.

1 INTELLECTVS absurdus est vitandus, *l. nam absurdum. ff. de bonis damnat. l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publ. in rem actione, l. obseruare. §. fin. ff. de officio Proconsul. cap. quemadmodum, de iureiur. cap. cùm inter, de exception. cap. dudum, de præbend. lib. 6. Prob. ad Monach. in cap. generali. num. 18. cum seqq. de elect. in 6. Valasc. cons. 174 num. 11. Garc. Gironda de priuilegiorum, seu exempt. explicat. n. 284.*

2 INTELLECTVS ille recipi debet, per quem Iura Iuribus concordentur, *Alex. in l. si cùm dotem. §. maritus. num. 7. ff. soluto matrim. Armendar. in proœm. addit. ad recopilat. legum Nauarræ. n. 60.*

3 INTELLECTVS vitandus est, per quem incidimus in superfluitatem, vt per *Roland. cons. 62. num. 5. vol. Octau. Glorist. resp. 1. p. 3. n. 123.*

SVMMARIVM.

1 *Intentionis suæ fundamentum quilibet probare tenetur.*
2 *Qualitas vbi est fundamentum intentionis alicuius, debet priùs probari.*
3 *Intentionem suam qui non probat, dicitur carere iure.*
4 *Intentio agentium regulat omnes actus ad finem intentionis.*
5 *Actus agentium propter dolum adhibitum extenduntur vltra intentionem.*
6 *Intentio non impedit actum, quando adest voluntas, licèt coacta.*
7 *Intentio, & animus qualis fuerit à principio ex postea gestis declaratur.*
8 *Intentio concedentis vbi deficit, dispositio remanet secundùm Ius commune.*

Intentio.

AXIOMA CXXVIII.

INTENTIONIS suæ fundamentum quilibet probare tenetur, *l. actor, C. de probationib. l. qui accusare, C. de edendo, Ioseph. Ludou. tom. 3. commun. opinion. concl. vnic. sub tit. de probation. Brunor. à Sole in locis communib. verb. actor 3. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 70. num. 15. & resol. 106. num. 21. & lib. 3. resol. 1. num. 13. & resol. 9. num. 9. Cæs. Argel. de contradict. legit. quæst. 13. num. 64.* Nam qualitas vbi est fundamentum intentionis alicuius, debet priùs probari, *gl. ff. recepta in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog. Cou. vari. lib. 2. cap. 6. num. 2. Menoch. cons. 301. num. 10. & de præsumption. lib. 2. quæst. 49. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 12. num. 13. Brunor. à Sole in locis communib. verb. qualitas 6. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 1. num. 22. & practic. lib. 5. quæst. 40. num. 5. Farin. in praxi crimin. p. 1. quæst. 1. num. 23. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 48. num. 12. Rot. decis. 747. num. 4. apud Farin. p. 2. recent.* 1 2

INTENTIONEM suam qui non probat dicitur carere Iure, *l. argentarius. §. cùm autem. ff. de edendo, Cardinal. Tusch. practic. concl. tom. 1. lit. A, concl. 117. num. 19.* 3

INTENTIO agentium regulat omnes actus ad finem intentionis, seu actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, *l. non omnis, in princip. ff. si certũ petat.* cùm aliis citatis *suprà Axiom. 12. num. 7.* Maximè in sacramentis, quia si quis leuat paruulum de fonte non ea intentione contrahendi compaternitatem, non dicitur contracta, & statur iuramento asserentis, quando non agitur nisi de præiudicio animæ illius, vt per *Gemm. cons. 110. n. 5. vers. quandoque, & cons. 130. vers. sed si intercenerit*, qui *d. num. 5.* extendit ad professionem, & baptismum, asserens quod nisi adsit intentio baptizandi, non erit baptizatus: & si assumens habitum religionis non habet intentionem profitendi, non dicitur professus, si hoc protestetur, refert, *Cardin. Tusch. tom. 4. lit. I. conclus. 269. n. 9. cum seqq.* 4

LIMITA, quia actus agentium propter dolum adhibitum extenduntur vltra intentionem, quia licèt is, qui scit, & patitur agi causam super re ad se spectante, & quam possidet, non possit impedire executionem trium conformium, tamen si 5

dolosè se gessit, vt quia fuit procurator illius, qui succubuit, & tacuit ius suum, non audiretur posteà volens impedire executionem trium conformium, ne dum in possessorio, sed neque in petitorio, latè *Anchar. cons.* 333. *Ad dubia. nu.* 4. *&* 5. *vers. secunda regula.* Limita etiam vbi verba sunt clara, & non apparet de mente, & intentione, licet fuerit talis non attenditur, *Ioan. de Imola cons.* 102. *num.* 13. *&* 14. *Aretin. consil.* 2. *num.* 18. vbi quod si non
6 constat de mente statur verbis. Limita denique, quod intentio non impedit actum, quando adest voluntas, licèt coacta, quia tamen est voluntas, *Gemin. d. cons.* 110. *num.* 6. *vers. nec obstat*, quem refert *Card. Tusc. d. conc.* 269. *num.* 26.

7 INTENTIO, & animus qualis fuerit à principio & posteà gestis declaratur, *l. sed Iulianus. §. proinde. ff. ad Macedon. Bolognet. in addit. ad cons. Ioan. de Anania* 32. *num.* 14. *vers. prosequor, Cardin. Tusch. d. tom.* 4. *lit. I, concl.* 269. *num.* 30. Vide *sup. verbo Animis, Axiom.* 27.

8 INTENTIO concedentis vbi deficit, dispositio remanet secundùm ius commune, quia omissum habetur pro omisso, *Gom. in reg. de impetr. benef. per obit. famil. quæst.* 7. *num.* 4. *Cardin. Tusch. d. tom.* 4. *lit. I, concl.* 271. *num.* 9. vbi *num.* 10. post *Paris. cons.* 1. *num.* 76. *lib.* 1. *& cons.* 3. *num.* 59. *lib.* 4. *Gabr. commun. tit. de clausulis, concl.* 1. *num.* 56. *& concl.* 2. *num.* 18. subdit, quòd defectus intentionis habet locum etiam in gratia motu proprio facta, quia non trahitur ad ignorata.

Interesse.

AXIOMA CXXIX.

1 INTERESSE cessante, non auditur agens, *l. si vnus. §. ante omnia*, vbi *Bart. ff. de pactis*, vbi *Bart. & alij, ff. de appellat. recip. l. ex conuentione*, & ibi *Alex. & Dec. C. de pactis*, *Roman. cons.* 499. *In præmissis, in princip.* vbi quod is, qui petit declarari electionem nullam de alio factam, non auditur, nisi doceat de interesse, & *cons.* 347. *n.* 4. *Dec. cons.* 418. *Visa. n.* 10. *Alex. cons.* 185. *Viso titulo, n.* 27. *in fine, vers. non omitto, lib.* 2. vbi quod non auditur volens excipere de præscriptione is, cuius non interest, *& cons.* 213. *Ponderatis, in fin. lib.* 6. vbi quod non habens interesse, nullo modo auditur, vt alius amoueatur, *& cons.* 166. *In causa. n.* 4. *&* 5. *eodem lib.* vbi quod petens declarari rem esse Titij, non auditur, quia non constat sua interesse, nisi exprimat causam, *Tiraq. de constit. p.* 3. *limit.* 13. *n.* 14. vbi quod non docens de suo interesse, non auditur in causa, siue agat, siue excipiat; exornant *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæst.* 33. *num.* 13. *& decis.* 120. *num.* 11. *& decis.* 260. *num.* 3. *Card. Tusch. pract. concl. tom.* 4. *lit. J, concl.* 315. *per totam, Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resol.* 110. *num.* 18. *& lib.* 2. *resol.* 1. *n.* 6. *&* 3. *resol.* 41. *num.* 2. *Bernard. Græuæ. ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 69. *num.* 1. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 302. *num.* 30. *& cap.* 387.

2 Limita, nisi agatur de iure publico, vel populari actione, quilibet enim auditur, quia interest cuiuslibet, vt per *Abb. cons.* 81. *videtur, in fine, lib.* 2. vbi loquitur in vsurario manifesto, qui carere debet Ecclesiastica sepultura, vt quilibet Christianus audiri debeat, quia omnium interest vt sacra tractentur, quæ iuris publici sunt, refert *Card. Tusch. d. lit. I, concl.* 315. *num.* 34. vbi *num.* 32. *&* 33. post *Bart. per tex. ibi in l. patri, in princip. ff. de minorib.* resoluit, quod licèt coniuncta persona non admittatur pro coniuncto eo inuito, admittitur tamen quando habet interesse pro se.

SVMMARIVM.

1 *Interpretari actum eius est, cuius est condere.*
2 *Priuilegij interpretatio spectat ad concedentem.*
3 *Interpretatio facienda est, ne dispositio fiat elusoria.*
4 *Interpretatio in dubio facienda est ad euitandam correctionem, contrarietatem, repugnantiam; & vt inducatur validitas actus.*
5 *Interpretatio facienda est secundùm mentem disponentis, si de illa constet, aliàs secundùm verisimilitudinem, & demum attenta mera significatione verborum.*
6 *Interpretatio facienda est secundùm subiectam materiam.*

Interpretatio.

AXIOMA CXXX.

INTERPRETARI actum eius est, cuius est 1
condere, seu illum facere, *l. non ambigitur. ff. de legib. l. si Imperialis maiestas, l. leges sacratissimæ, C. eodem tit. cap. cùm venissent, de iudic. cap. inter alia; de sentent. excom. Dec. in cap.* 1. *not. ab.* 1. *de offic. deleg. Rip. in l. ex facto. num.* 6. *ff. de vulgari, & pupil. Alex. cons.* 216. *num.* 13. *lib.* 2. vbi quòd interpretatio statuti spectat ad statuentes, & interpretatio sententiæ spectat ad Iudicem, *Anch. cons.* 398. *Præmitto, in fine, Bald. cons.* 305. *Verba Principis, in princ. lib.* 1. *Federic. de Senis cons.* 233. *Casus talis est, in princip. vers. & quamuis, Anton. Gom. l.* 1. *Tauri. nu.* 6. *Decian. cons.* 36. *num.* 8. *cum seqq. vol.* 5. *Menoch. cons.* 3. *num.* 22. *& cons.* 684. *num.* 23. *Surd. decis.* 2. *num.* 5. *& cons.* 383. *num.* 18. *Gutier. practic. lib.* 3. *quæst.* 28. *à num.* 2. *Thom. de Thomasset in floribus legum. reg.* 142. vbi asserit procedere in subsidium, & quando non potest ex consuetudine & practica iudiciorum aliter haberi interpretatio legis, *Hieronym. Gabr. consil.* 182. *per totum, lib.* 2. vbi declarat, quod si agatur de potestate, vel de intentione Principis concedentis, vel de eius interesse, inferior non potest interpretari, secus si agatur de subreptione, vel obreptione, aut de dubietate modica verborum inter priuatos, quæ non respiciat neque potestatem, neque intentionem, neque interesse superioris concedentis, *Ioan. Garc. de nobilit. gloss.* 1. *§.* 1. *num.* 2. *Mascard. de gener. stat. interpret. concl.* 2. *num.* 146. *Morl. in emporio Iuris, p.* 1. *tit. de legibus. num.* 20. *Vgolin. de officio, & potest. Episcopi cap.* 36. *num.* 1. *Card. Seraphin. decis.* 892. *num.* 3. *Fr. Ludou. Miranda de ordine iudic. quæst.* 3. *art.* 2. *concl.* 1. *Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo lex num.* 6. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resol.* 103. *num.* 19. *Christoph. de Pace in schol. ad leges stylj, l.* 39. *num.* 22. *Card. Tusc. practic. conclus. tom.* 4. *lit. I, concl.* 329. *per totam, Octau. Glorit. resp.* 13. *num.* 19. *vers. eius enim.*

Amplia, vt etiam interpretatio priuilegij spectet 2
ad concedentem, *d. l. ex facto*, & ibi Doctores. *ff. de vulgari, & pupil. l. Neratius. ff. de reguł. Iuris, cap. cùm venissent, de iudic. cap. Ordinary. §. si verò, de officio*

Ordin. lib.6. Felin in cap.qualiter & quando il 1. num. 29. de accusat. Alex. d.cons.216 num.13. vol. 2. Gail lib. 1. obseru.1. num.7. Ruin. cons. 38. num. 8. vol. 1. Lara cons. 18. num.1. Surd. cons. 558. num. 6. Cardin. Tusch. d. lit. I, concl. 329.num.3.& 10.Cardin.Mantic. de tacitis & ambig. conuentionib. lib. 2. tit. 1. num.55. & 56.

3 INTERPRETATIO facienda est, ne dispositio fiat elusoria, *l. 3. ff. de milit.testam.l.si quando.ff.de legat. 1. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 2.tit.12.num.30. Anton. Monach.Florent. decis.1. num.86. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ, gloss.1. num.152.Otau. Glorit. resp.1.p.3.num.129. Cardin. Tusch.tom.4.lit. I, concl.330.num.22.* vbi *num.30.* ampliat interpretationem in dubio faciendam esse, ne absurdũ sequatur,& *n.33.& 54.* ad euitandum cor-
4 rectionem, contrarietatem,repugnantiam,vel perplexitatem. Item interpretatio illa sumenda est, quæ indicat validitatem actus,vt dixi *suprà Axiom. 12,num.17.*

5 INTERPRETATIO facienda est secundùm mentem disponentis, si de mente apparere potest, quia mens obtinet primum gradum, & attenditur verisimilitudo, ita *Calderin. cons. 327. vers.de testamento, ali is cons. 8. de donat. Angel. cons. 261. num. 4. Alb. cons. 78. Circa primum, in princ. lib.2. Bald. cons.305. Verba principis, in princ. lib. 1. & cons. 218. Petita venia,circa princip. lib.3.* Si verò de mente non constat, attenditur verisimilitudo, & iste est secundus gradus succedens menti, *Alex. cons. 179. Viso.n.13.vers.ex quibus, lib.5.Crauet.cõs.363. n.26.& seq.* quos refert *Card.Tusc.d.to.4.lit.I,cõcl.330. n. 10.* Cessãte verisimilitudine, & cessantibus cõiecturis, recurrimus ad meram significationem verborum, & si apparet,ea est tenẽda,*l.non aliter.ff.de legat.3.l.3. §. toties. ff.de damno infecto, Angel.cons.261.col. pen. in princip. Alex.d.cons.179.num.11.Cardin.Tusch.d.concl. 330.num.46. Anton. Monach.Florent.decis.16.num.11.*

6 INTERPRETATIO facienda est secundùm subiectã materiam, *Socin. cons. 1. num.. 120. vol. 1. Beroi.cons. 66.num.14.& cons.105.num.24.vol.1 Alex. cons. 26.num. 6. vol. 5. Natt. cons. 476. num. 3. Roland. cons. 19.à nu.9. vol. 4. Becc. cons. 101. num. 40. vol. 1. Surd. de aliment. tit.5.quæst.1.num.4.* quos refert *Otau.Glorit.resp.9.num.8.*

SVMMARIVM.

1 *Fatuus est Iudex, qui vltrà petita iudicat.*
2 *Iudex debet iudicare secundùm allegata, & probata, non autem secundùm propriam conscientiã; limita pluribus modis, vt n.3.*
4 *Iura semper pro Iudice præsumunt.*

Iudex.

AXIOMA CXXXI.

1 IVDEX factus reputatur, qui vltra petita iudicat, *l. vlt. C. de fideicom.libert.l. vt fundus.ff.communi diuid. Castren.cons. 291. Visis, in princ. vers. & circa primam,lib.1. Alex cons. 163.Viso processu.num.5. & 8. lib.2.Card.Tusch. tom. 4. lit. I, concl. 398. num. 14. Azeued. l.10.num.115.cum seqq.tit.17.lib.4. noua Recopil. Vdasch.cons. 145. à num. 8. D. Barbos. in l. si cùm dotem,in princip. num. 44. ff.soluto matrim. Ordin.Regia Lusit.lib.3.tit.65.in princip. & tit.66,§.1.*

2 IVDEX debet iudicare secundùm allegata, & probata, non autem secundùm propriam conscientiam, *l. illicitas.§. veritas,* vbi *Bart. & doct. ff.de offic. resid. cap. pastoralis §. quia verò,de offic. deleg. Thom.2. 2. quæst. 67. art. 2. Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit.63. in princip. & tit.66. in princip. Abb. in cap. pastoralis.§. quia vero.num.8.de offic.deleg. Ceteric.de Sens cons.21, Nunquid.num.2.in princ.Ioan.de Imola cons.83. in casu in princip.Rimin. Iun. cons.666.num.47 Azor. instit. moral. p. 3. lib.2.cap.2. quæst. 11. in fin., Cou.vari.lib.1. cap. 1. Natt. cons. 276.num.3.vol.1.Pinel.in l.2. C. de rescind. vend. p. 3. cap.3.num.33. Petr. Magdalen. de num. testium in testam. p. 3. cap. 1.num. 18. cum seqq. Tusch. lit.I, sing.60.Hippol.sing.266 Bernard. reg.377. Ioan. Garc. reg. 254. Matien.in dialog.relator.p.3.cap. 42.Martin.del Rio in repet. l. transigere, C. de transact. p.3.num. 139. cum seqq. Petr. Martin. in cap afferte, de præsumpt. in verbo date infantem.num.20. cum seqq. Flamin.Chartar.de execut. sentent. capto bannito, in cap. vlt.à num.365.Clar.lib. 5. § fin. quæst.66. num. 2. & quæst.8,num.5.Seraphin.de priuileg.turam.priuil 2. Anton.Corduba in quæst. Theolog. lib.1.qu.37. Osach. decis. 1.n.39. Viuz. Neapol. decis. 178. Tiber. Decian.in tract. crimin. lib.2. cap. 14. Menoch. cons. 92. num. 80. cum seqq. & cons.786. num. vlt. Mascard. de probat. concl. 948. Canalcan.decis. 25.num. 5.p.1. & decis. 19. num. 61. & decis.23. num.10. p.3.Cenet. ad decretal.collect. 101.num.11. Vgolin. de officio Episcopi cap. 26.num.3. Cardos.in praxi Iudicum,& Aduocat.verbo Iudex.num. 7. Farinac. in praxi crimin.p. quæst. 21.num. 163. cum seqq. Cardin. Tusch tom. 4. lit. I, concl. 398. per totam, Ludou.Miranda de ordine iudic. quæst.28.art. 3. Sayr. in claui Regia, lib. 12. cap.8. num. 6. cum seqq. Mari. Antonin. vari.resolut. lib. 1. resolut. 73. num. 7. Leon. Less.de Iustit. lib. 2. cap.29.dub. 10. n.84. Otau. Glorit. resp.10. num.71.*

Limita multis modis.Primò,quando conscientia 3
est informata à notorio. Secundò, in Iudice,qui est supra leges. Tertiò, in criminalibus, vbi de pœna corporali agitur. Quartò, in iurisdictione voluntaria. Quintò, in Iudice, qui potest pronuntiare in scriptis, & sine scriptis, refert *Corras.in breuiario, fol. 186.num.18.* Sextò,quando nihil est apparenter probatum, *Bald. cons.165. Creditor, circa fin. n.1. lib. 1.* Septimò, in arbitrarijs Iudici. *Bald.cons.310. Aut mulier. n. 2. lib.1.* Octauò, in arbitro & arbitratore simul, *Lap. alleg.78. n.9. vers. quinto.* Nonò, in causa taxationis interesse, quia si non est probatum in quantitate, potest in conscientia Iudex secundùm æquitatem illud taxare,& arbitrari, *Bald.cons. 270. Ad euidentiam.num. 11. lib.1.* Decimò, quando probatum est hinc inde æqualiter, *Cardin. Tusch. d.lit. I, concluſ. 294. post num. 23.*

Pro Iudice Iura semper præsumuntur, *l. 1. in fine,* 4
ff de officio Præsid. l. 2. §. Publicanus. ff.de vi bonor.rapt. l. nimis, C.de acquir. possess. cap.in præsentia, de renunciat. Mar.ant.de ordine iudic.2.p. 6. in princip.tit. 9.nu. 21.Cou. de sponsal.b.p.2.cap.8.§.12. vers. ex quibus primò, Menoch.cons.100.num.1. cum seq. & de præsumpt. lib.2.præs.67. latè *Cardin. Tusch.practic.concl. tom.6.lit. P, concl.621.per totam,Surd.de aliment.tit.1.quæst.120. num.11.* vbi intelligit ,etiamsi à sententia sit appellatum. Ille enim præsumitur pronunciasse secundùm quod ius disponit, & prout de Iure tenebatur pronunciare, *l. miles.§.decem.ff.de re iudic. Alex. cons.36. in 1.dub.vol. 5.Crauet. cons. 188.num.8.vol.1. Otau.glorit. resp. 9. num. 13 Alciat. de præsumpt.reg. 3. præs. 32.Bald. in l.fundum § in vendicatione. ff. de pig.Capol.cons.17.col.5. Cardin. Tusc. d. concl 621.n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium vbi cœptum est,ibi finiri debet; limitando pluribus modis, vt n. 2.*

Iudicis

3 *Iudicijs quasi contrahitur.*
4 *In Iudicijs debet seruari æqualitas.*
5 *Iudicium semel extinctum amplius reuiuiscere non potest.*
6 *Iudicium idem est de toto quoad totum, & de parte quoad partem.*

Iudicium.

AXIOMA CXXXII.

1 IVDICIVM vbi cœptum est, ibi finiri debet, *l. ibi cœptum. ff. de iudic. glos. in cap. proposuisti, de foro compet. Federic. de Senis cons. 97. Quoniam. num. 3. Anton. Gabr. commun. lib. 2. tit. de iudic. concl. 1. Afflict. decis. 354. num. 3. & 4.* vbi intelligit, si opponatur de pendentia litis, *Surd. cons. 57. num. 2. & cons. 222. num. 11. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 4. lit. I, concl. 487. per totam, Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo lis. num. 35. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 596. num. 3. in 1. edit. aliàs resol. 523. num. 3. in 2. edit. Hieron. Fernandez de Ottero in interp. cap. gratum, de offic. deleg. num. 18.*

2 Limita multis modis. Primò, in contumacem. Secundò, vbi prius Iudex esset negligens. Tertiò, si non potest consequi implementum Iustitiæ coram primo. Quartò, si superueniat vrgens necessitas. Quintò, si ex priuilegio possit declinare. Sextò, in delegatis cum clausula, *si non omnes*, &c. Septimò, in crimine hæresis. Octauò, si actum esset coram arbitro, quia poterit agi coram ordinario soluta pœna. Quos omnes refert *Felin. in cap. ex tenore. num. 15. cum seqq. de rescript.* & aliquos apud *Ias. in l. nulli. nu. 6. cum seqq. C. de iudic.* Nonò, in iudicio exequutiuo. *Anch. cons. 363. Si aduertatur, num. 4. Ias. cons. 9. lib. 1. Castrens. cons. 87. n. 3. lib. 1.* Decimò, si primum iudicium esset nullum, & tale per quod non possit procedi ad diffinitiuam, *Fulgos. cons. 219. Visis, num. 2.* Vndecimò, si per appellationem, recusationem, vel superioris reuocationem aliud fieri contingat, *Federic. de Senis d. cons. 97. num. 3. vers. notandum*, refert *Cardin. Tusch. d. conclus. 487. num. 18. cum multis sequentibus.*

3 IVDICIIS quasi contrahitur, *l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. l. 2. ff. de prætor. stipul. Ceuall. commun. contra communes tom. 4. quæst. 897. num. 887. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore cleric. reali. §. 1. num. 8.*

4 In iudiciis debet seruari æqualitas. Vide *suprà verb. æqualitas, Axiom. 16. num. 1.*

5 IVDICIVM semel extinctum ampliùs reuiuiscere nõ potest, *l. qui rem §. aream. ff. de solut. l. eius qui. §. fin. ff. de iure fisci, Tiraq. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos. num. 19. C. de reuoc. donat. Surd. decis. 51. num. 5.* quos refert *Octau. Glorit. resp. 8. num. 34.*

6 IVDICIVM idem est de toto quoad totum, & de parte quoad partem, *l. qua de totam. ff. de rei vendic. l. à Titio. ff. de verbor. oblig. l. iuris gentium. §. adeò. ff. de pactis, cap. pastoralis. §. 1.* & ibi *glos. verbo citationis, de offic. deleg.* cum aliis, de quibus *Euerard. in topicis legalib. loco 80.* Intellige, nisi detur diuersa ratio, *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. quæst. 2. num. 111. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 14. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Iura Iuribus expedit concordari.*
2 *Promptiora sunt Iura ad liberandum.*
3 *Iura potiùs se adaptant ad ea, quæ frequenter, quàm ad ea, quæ rarò eueniunt.*

Iura.

AXIOMA. CXXXIII.

IVRA Iuribus expedit concordari, *l. sed & posteriores. ff. de legib. l. non est nouum. ff. eod. tit. l. præcipimus, in fine, C. de appellat. l. vnic. C. de inoffic. dotib. cap. cùm expediat, de elect. lib. 6. Manu. lib. 3. Dial. 59. à princip. & dial. 71. D. Barbos. in l. 1. ff. soluto matrim. p. 1. num. 7. & 8.* Nam correctio Iurium est vitanda, vt dixi *suprà verb. Correctio, Axiom. 60.* 1

IVRA promptiora sunt ad liberandum, *l. fauorabiliores. ff. de regul. Iuris, l. absentem. ff. de pœnis, Octau. Glorit. resp. 1. p. 2. num. 61.* 2

IVRA potiùs se adaptant ad ea, quæ frequenter, quàm ad ea, quæ rarò eueniunt, *l. nam ad ea. ff. de legib. l. Iura, C. de postul. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 14. Menoch. remed. 2. adipisc. possess. num. 111.* vbi de intellectu huius Axiomatis. 3

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum regulatur secundùm naturam actus, cui adijcitur.*
2 *Iuramentum non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum.*
3 *Iuramentum non comprehendit casum necessitatis.*
4 *Iuramentum in genere præstitum non extenditur vltra intentionem iurantis.*
5 *Iuramentum debet impleri in forma specifica.*

Iuramentum.

AXIOMA CXXXIV.

IVRAMENTVM regulatur secundùm naturam actus, cui adijcitur, *l. vlt. C. de nõ. nu. pecun. l. sed etsi possessori. §. siẽ si iurauero, vbi Ias. not ab. 9. ff. de iureiur. l. fin. ff. qui satisd. cog. cap. quemadmodũ*, vbi *Abb. not. 7. de iureiur.* exornant *Dec. cons. 240. & cons. 351. num. 8. Petr. de Anchar. cons. 76. num. 4. Roland. à Valle cons. 8. à num. 42. lib. 1.* vbi intelligit, si deficiat consensus, *Cou. in cap. quamuis pactum, de pactis, lib. 6. p. 1. §. 4. num. 1. & in rub. de testament. p. 2. num. 9. & vari. lib. 3. cap. 17. num. 5. Costa in l. si ex cautione, Fallent. 9. pag. mihi 108. cum seqq. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 164. Tiraq. in præfat. l. si vnquam, num. 165. C. de reuocand. donat. & de iure constit. p. 3. limit. 7. num. 35. Cacheran. decis. 49. num. 9. Burg. de Pace cons. 14. num. 21. Monch. de success. creat. §. 9. à num. 19. Lara in l. si quis à liberis. §. parens. n. 85. ff. de liber. agnosc. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. n. 56. Anton. Gom. l. 22. Tauri. n. 10. col. antepen. Bellacomib. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 1. de rebus creditis. n. 72. pag. 438. Anton. Gabr. tom. 3. lib. 2. tit. de iureiur. concl. 10. Menoch. cons. 24. n. 7. Pichard. in disput. de mora. n. 76. & ad princip. Instit. de adempt. legat. n. 18. Bertazol. in repet. l. si quis maior, C. de transaction. n. 281. 651. & 710. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 37. n. 2. & in repet. auth. Sacramenta puberum. n. 26. C. si aduersus vendit. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 8. n. 14. & lib. 13. quæst. 1. n. 21. & q. 5. n. 17. cum seqq. Brunor. à Sole in locis*

communib. verbo Iuramentum 19. *Mord. in emporio Iuris. p. 1. tit. 5. q. 1. n. 51. vers. quæ de causa, Valasc. cons. 5. n.* 19. *Cald. Pereira de potestate elig. cap. 2. n. 35. & in resp. pro Duce Pastranæ, vers. quæ sententia, Ceuall. communium contra commun. tom. 4. q. 900. n. 7. Soar. de Relig. tract. de Iuramento, cap. 32. n. 2. cum seq. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 151. vers. ad quartum dicendum, Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 4. tit. 32. n. 89. Camill. Borrel. in Summa omnium decis. tit. 60. n. 302. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 506. per totam.*

2 IVRAMENTVM non auget obligationem, sed ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum, *Oldrad. cons. 294. in fine, vers. non obstat iuramentum, & cons. 238. Cùm mulier. n. 2. vers. vnde, & cons. 178. Licèt quantum, Roman. cons. 269. Non est dubium, Alex. cons. 37. Viso, col. 3. lib. 2.* quos refert *Card. Tusch. d. tom. 4. lit. I, concl. 507.* vbi *conclus. 108.* subdit, quòd iuramentum non compre-
3 hendit casum necessitatis, *& concl. 522.* quòd iura-
4 mentum in genere præstitum non extenditur vltra intentionem iurantis.

5 IVRAMENTVM debet impleri in forma specifica, *cap. ad nostram, il 1. de iureiur. Ias. in l. eum qui. §. 1. ff. de iureiur. Alex. cons. 91. Visis actis, lib. 2. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 165. Bertazol. in repet. l. si quis maior, C. de transactions. n. 723. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. resol. 255. n. 3. in 2. edit. Cardin. Tusch. d. tom. 4. lit. I, conclus. 527. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Ius quæsitũ fortius est, quàm ius quærendũ.*
2 *Ius quærendum facilius impeditur, quàm quòd tollatur ius iam quæsitum.*
3 *Iuris executio nec metum, nec iniuriam infert.*
4 *Fruſtrà precibus impetratur, quod à iure communi conceditur.*
5 *Iuri dantis confirmato, confirmatur ius accipientis.*
6 *Iure dantis resoluto, resoluitur & ius accipientis.*
7 *Vna, eadémque res diuerso Iure censeri non debet.*
8 *Iniuriam nemini facit, qui vtitur iure suo.*
9 *Iure eius vti debet, qui in ius succedit alterius.*
10 *Iure quod expressè sancitum non reperitur, non est superstitiosis inuentionibus præsumendum.*
11 *Ius metimur ex persona Actoris, non ex persona Rei.*
12 *Ius suum cedens, vel renuncians, non habet amplius regressum ad illud.*
13 *Iuri suo quilibet renuntiare potest. Intellige, vt num.* 14.
14 *Iuris plus nemo in alium transferre potest, quàm in se habeat.*

Ius.

AXIOMA CXXXV.

1 IVS quæsitum fortius est, quàm ius quærendũ, *l. si ita scriptum. §. 1. l. si ita scripsisset. ff. de legat. 2.*

Brunor. à Sole in locis communib. verbo Ius. n. 21. & ideo difficiliùs amittitur, *Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 67. n. 3.* & remittitur, *l. fin. C. de acquirend. possess. l. qui autem, in princip. ff. quæ in fraudem cred. Surd. cons. 351. n. 38.* vel ab inuito aufertur, *l. fin. ff. de pactis, l. id quod nostrum. ff. de regulis Iuris. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 239.* Faciliùs enim 2
impeditur ius quærendum, quàm quòd tollatur ius iam quæsitum, *Alex. cons. 196. Visis. n. 5. lib. 7.* quem refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 3. lit. F, conclus. 12. n. 7.*

IVRIS executio nec metum, nec iniuriam in- 3
fert, *l. nullus videtur,* vbi *Dec. & Cagnol. ff. de regulis Iuris, Surd. decis. 21. n. 14. cum seqq. Anton. Gam. Lusitan. decis. 35. n. 1.*

A IVRE communi concessum fruſtra preci- 4
bus impetratur, *l. 1. ff. ad municip. l. Imperatores. ff. de priuileg. credit. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Surd. decis. 173. num. 18. & cons. 216. num. 23. & cons. 298. num. 26. Escob. de ratiocin. cap. 6. n. 29. in fine.*

IVRE dantis confirmato, confirmatur ius ac- 5
cipientis, *l. cùm vir. ff. de vsucap. l. rem alienam. ff. de pignorat. actionib. Anton. Gom. vari. tom. 2. cap. 2. n. 35. in fine.*

IVRE dantis resoluto, resoluitur & ius acci- 6
pientis, *l. lex vectigali 31. ff. de pignorib. l. si ex duobus. §. 1. ff. de in diem adiect. cap. nuper, de donat. inter virum & vxor. decis. Pedam. 156. n. 12. Anton. Gom. vari. tom. 2. cap. 3. n. 8. in fine, Bertazol. de clausul. instrument. clausul. 15. gloss. 2. n. 16. D. Barbos. in l. quia tale. n. 86. ad fin. ff. soluto matrim. Mari. Antonin. vari. resol. lib. 2. resol. fin. casu fin. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. lit. R. concl. 272.* vbi intelligit in ijs, quæ habent dependentiam successiuam, non in ijs, quæ in ipso instanti radicantur, & perfectionem habent in se.

IVRE diuerso vna, eadémque res censeri non 7
debet, *l. eum qui ædes. ff. de vsucap. cap. cognouimus. 12. q. 2. cap. quia circa, 22. de priuileg. cap. cùm in tua. 30. de decim. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 18. n. 23. & §. 8. glos. 5. n. 14. ante fin. & de nobilit. cap. 28. n. 11. cum seqq. Mexi. in tract. taxa panis, concl. 2. n. 63. Surd. de aliment. tit. 2. q. 15. n. 150. & seq. & cons. 152. n. 39. Vgolin. de officio & potest. Episcopi, cap. 20. §. 10. n. 2. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F, conclus. 54. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. q. 899. n. 36. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 6. proœm. n. 64. 69. & seq. & glos. 43. n. 160. Ludou. Rodolphin. vari. quæst. lib. 2. q. 42. n. 48. Narbon. de appellat. à Vicario ad Episcopum. p. 1. n. 81. Anton. Monach. Lucen. decis. 21. num. 23. & decis. 67. n. 9. & Florent. decis. 28. n. 12.* vbi secus ait respectu diuersorum, *Rot. decis. 669. n. 3. apud Farinac. p. 1. recent. Sanctarel. vari. resolut. p. 1. q. 26. n. 15.*

IVRE suo qui vtitur, nemini facit iniuriam, *l.* 8
iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. 3. §. is tamen. ff. de libero homine exhib. l. qui iniuriarum. §. is qui. ff. de iureiur. l. iureiurando, l. quod Reip. l. iniuriam. ff. de iniur. l. fluminum. §. vlt ff. de damno infecto, l. Proculis. ff. eod. tit. l. si donaturus. §. si quis indebitam, C. de condict. ob causam, l. si in meo. ff. de aqua pluuia. arc. cap. cùm Eccl. 21. vers. quia de elect. Cagnol. in l. nemo damnum. num. 2. ff. de regulis Iuris, Nau. cons. 32. num. 4. sub tit. de præbend. in antiq. Thom. de Thomasset. in floribus legum reg. 251. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 29. Mascard. de probationib. conclus. 1051. num. 31. Surd. cons. 374. num. 17. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 1. num. 164. Farin in praxi crimin. quæst. 105. num. 130. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 2. cap. 3. num. 75. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 3. resol. 12. num. 2. Cardin. Tusch. practic. concl.

tom.

tom.4. lit. I, concl. 162. per totam. Vnde iuris executio iniuriam non continet, *l. iniuriarum actio. §. is qui inter. ff. de iniur. Roman. conſ. 387. In terminis, in princip.*

9 IVRE eius vti debet, qui in ius ſuccedit alterius, *l. ſi aquæ ductius. ff. de contrab. empt. cap. is qui in ius, de regul. Iuris, lib.6. Rebuff. in tract. nominat. quæſt. 8. num. 12. cum ſeqq. Aloyſ. Riccius in collect. deciſ. p.5. collect. 1784. Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 15. §. 1. num. 79. Monet. in tract. de decimis cap. 8. quæſt. 4. n. 50.*

10 IVRE quod expreſsè ſancitum non reperitur, non eſt ſuperſtitioſis inuentionibus præſumendum, *l. ſi verò. §. de vino. ff. ſoluto matrim. cap. conſuluiſti 2. quæſt 5. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 44. num. 2. & deciſ. 87. & deciſ. 255. num. 2. & conſ. 158. num. 13. & conſ. 308. num. 3.*

11 IVS metimur ex perſona Actoris, non ex perſona Rei, *Surd. de aliment. tit. 6. quæſt 4. num. 9. & conſ. 150. num. 89. Card. Tuſch tom. 1. lit. A, concl. 117. num. 13.* vbi *num. 14.* ſubdit, procedere etiam reſpectu qualitatis, quæ fundat intentionem agentis, quia ſi non eſt probata, Reus abſoluitur. Vide *ſuprà Axiom. 10. num. 3.*

12 IVS ſuum cedens, vel renuncians non habet amplius regreſſum ad illud, *l. quæritur. §. ſi vendita. ff. de adilit. edicto, l. ſi maritus. §. ſi negaverit. ff. de adulter. l. 1. §. qui ſemel. ff. de ſucceſſ. edicto, Dec. conſ. 389. Viſa long. a. num. 10. Roman. conſ. 369. Circa primum. num. 10. Affect. deciſ. 220. num. 19. Iaſ. conſ. 133. in princip. lib. 4. Cravet. conſ. 74. num. 4. & conſ. 166. num. 6. & conſ. 191. num. 3.* Vbi ait, quod tali agenti ex iure, quod ceſſit, poteſt excipi, Amice iura tua ceſſiſti alteri, tibi non competit actio, *Roland. à Valle conſ. 95. num. 34. lib. 1. & conſ. 57. num. 12. cum ſeqq. lib. 3.* vbi dicit, quod procedit Axioma, ſiue renunciet expreſsè, ſiue tacitè. Limita tamen in eo, qui ceſſit, vel renunciauit iuri ſuo ex cauſa certa, vel ſub conditione, quia cauſa non impleta, vel conditione non purificata, reuertitur ad iura ſua, vt per *Cravet. conſ. 127. num. 13.*

13 IVRI ſuo quilibet renunciare poteſt, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de Epiſcop. & cleric. l. pen. C. de pactis, cap. tuis 39. verſ. niſi, de teſtib. cap. ad Apoſtolicam, de Regularib. cap. ſi de tertia, de priuileg. Tiraq. de iure primog. quæſt. 24. num. 4. cum ſeqq. Socin. reg. 8. Vital. de Can. ban. in tract. clauſul. pag. 103. num. 5. Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg. 58. D. Barboſ. in l. alia. §. eleganter. num. 12. cum ſeqq. ff. ſoluto matrim. Morla in emporio Iuris Ciuilis, tit. 10. de locato. quæſt 2. num. 12. Azori. Inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 22 quæſt. 10. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. R, concl. 170. cum ſeq. Ioan. Franc. Leo in theſauro fori eccleſiaſt. p. 2. cap. 7. num. 49. Hieron. Fernandez de Ottero in interp. cap. 1. de ordine cognit. num. 27. Soar. de legib. lib. 8. cap. 33. per totum. Cardin. Tuſch. tom. 6. lit. R. concl. 170. Otlau. Glorit. reſp. 1. p. 3. n. 42.*

14 Intellige procedere in iis, quæ ſingulorum priuatam reſpiciunt vtilitatem, non ita ſi publicam offendat renunciatio, iuxta *tex. in l. ius publicum. ff. de pactis, & in l. 2. §. ſed quia veremur, C. de iureiur. propter cal. & in cap. ſi diligenti, de foro comp. Fortun. in l. 1. §. huius ſtudij, à num. 9. ff. de iuſtit. & iure, Cou. in cap. quamuis pactum. p. 2. §. 1. num. 5. & 6. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 1. à num. 2. & cap. 16. num. 50. Alex. Turam. de legibus. p. 2. cap. 6. à num. 2. D. Barboſ. in l. 1. p. 1. num. 63. ff. ſoluto matrim. & in d. §. eleganter, à num. 14. cum ſeqq. Soar. d. lib. 8. cap. 6. à princip. Nauar. in tract. de ſimb. hum. actu. num. 29. Armendar. in proem. addit. ad recopil. legum Nauarræ. num. 23.* Verùm vt clarius pateat hæc reſolutio, ſic diſtinguendum credo: vel enim lex, ſeu priuilegium reſpicit vtilitatem alicuius communitatis, aut Ordinis, quia ſcilicet in fauorem totius communitatis, aut Ordinis totius conceſſum eſt, vt in priuilegio fori clericis conceſſo, ne ad forum ſeculare trahantur vt declarat Pontifex *in d. cap. ſi diligenti*, inde meritò inferens, ſingulos clericos tali priuilegio renuntiare non poſſe; & ratio eſt manifeſta, quia licet priuatum ius ex ſingulorum pendeat voluntate, non ita illud, quod reſpicit totam communitatem, & quia quælibet priuatorum diſpoſitio alteri tertio nocere non poteſt, *cap. non debet, de regulis Iuris, lib. 6. cap. quamuis pactum, de pactis, eod. lib.* cum ſimilibus. Huc etiam pertinent exempla, quæ ponit Iureconſ. *in d. §. huius ſtudij.* Aut verò priuilegium conceditur ſingularibus & priuatis perſonis, & ſubdiſtingue; vel enim principaliter reſpicit earum fauorem, & ſecundariò bonum publicum, quatenus ſcilicet lex, vel Princeps rectè diſponendo res priuatorum, intendit etiam communem vtilitatem, quæ reſultat ex eo, quod ciuitas, ſeu Regnum opibus abundet, & ciues habeat locupletes, & in hoc caſu procedit hoc Axioma, quod iis, quæ proſe introducta ſunt (ſi aliud non obſtet) quilibet renuntiare poteſt, nec attenditur vtilitas Reip. ſecundaria, & minus principalis, iuxta *reg. d.* 1. ibi, *prima enim ratio. ff. de auctor. tutor.* & in ſimili de præiudicio tertij minus principali notat *gloſ. vlt. in d. cap. quamuis pactum recepta*, ex multis, & de quibus *Cou. ibi p. 3. §. 3. num. 7.* & optimis exemplis explicat *Sanchez. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 3. cap. 9. num. 31. & 39.* Vel lex, aut priuilegium diſponendo de priuatorum bonis, non reſpicit principaliter eorum priuatum fauorem, ſed publicam vtilitatem, quia non cam ciuium vtilitati conſulit, quàm publico incommodo, vt contingit in iuramento calumniæ, iuxta *d. §. quia veremur*, & in aliis, in quibus lex principaliter litibus, aut fraudibus obuiare intendit, iuxta *reg. tex. in l. properandum, C. de iudic. cap. finem litibus, de dolo & contum. d. 1. ff. de vſucap.* Atque ita hanc eſſe communem Doctorum ſententiam poſt *Abb. Felin. & alios in d. cap. ſi diligenti*, teſtatur *D. Barboſa d. p. 1. num. 64.* quibus adde *Mac. ad tit. C. de ſponſal. Card. Tuſch. tom. 4. lit. I, concluſ. 511. num. 28. Soar. de legib. lib. 8. cap. 6. in princip.*

IVRIS plus nemo in alium transferre poteſt, quàm in ſe habeat. Vide *infrà Axiom. 160. n. 2.* 15

SVMMARIVM.

1 *Lex generaliter loquens, generaliter eſt intelligenda.*
2 *Lex generaliter loquens reſtringitur, ne quis ad lucrum indebitè admittatur, vel ne quis damnum indebitè patiatur, vel ex ratione particulari.*
3 *Lex generaliter loquens recipit reſtitutionem de habilitate.*
4 *Lex vbi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
5 *Lex ſi voluiſſet, expreſsiſſet.*
6 *Lex id voluiſſe præſumitur, cùm facilè id exprimere potuiſſet, neque expreſsit.*
7 *Lex quod non dicit, non eſt ab homine præſumendum.*
8 *Verba legis cui non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio.*

9 *Ratione legis cessante, cessat quoque eius dispositio.*
10 *Casus legis vbi est, cessat omnis disputatio.*
11 *Lege quod cauetur, in practica non habetur.*
12 *Lege permittente quod fit, dicitur iustè, & bene fieri.*
13 *Legem quærere vbi est ratio naturalis, est infirmita. intellectus.*
14 *Leges nihil frustra faciunt.*
15 *Lex non debet habere vnam syllabam superfluam.*
16 *Superflua omnia sunt reprobata.*
17 *Mens legis magis est attendenda, quàm verba.*
18 *Ratio generalis legis restringitur ex mente legis.*
19 *Lex non est posita verbis, sed rebus.*
20 *Lex quantuncunque dura est seruanda.*
21 *Auxilium legis frustra inuocat, qui committit in legem.*
22 *Lex non extenditur ad præterita, sed trahitur ad futura.*
23 *Lex non trahitur ad præterita iam decisa.*
24 *Lex antiqui Iuris declaratoria trahitur non solùm ad futura, sed etiam ad præterita.*
25 *Superioris legem non potest tollere inferior.*
26 *Leges non solent quem duplici onere grauare.*
27 *Legibus, non exemplis est iudicandum.*
28 *Legum correctiò est vitanda.*
29 *Lex mitiùs agit, quàm homo minister legis.*

Lex.

AXIOMA CXXXVI.

1 LEx generaliter loquens, generaliter est intelligenda, *l.de pretio.ff.de publ.in rem act.l. in fraudem.§.vlt.ff.de testam.mil.l.1.§. generaliter. ff. de legat. præst.l.1.§.quod autem.ff.de aleator.l.fin.in fine*, vbi *Angel.C.de dotis promiss.cap.solitæ.§.fin. de maiorit. & obed. Thom. de Thomasset. in floribus legum,reg. 172. Barthol. Perett. in extranag.ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienan.num.9.pag.mihi 85.Bertazol.in repet. l. si quis maior,C.de transact.num.213.Surd.cons.271.num.28. Valasc.cons.113.num. 21. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiast.decis.419.num.1.& decis.605.num 2.in 1.edit. aliàs resol.529.num.2.in 2.edit. Mari. Antonin. vari. resolut.lib.3.resol.18.num.3. Narbona de appellat.à Vica-*
2 *rio ad Episcopum p. 1. num. 27.* Restringitur tamen, ne quis ad lucrum indebitè admittatur, vel ne quis damnum indebitè patiatur,secundùm *Armendar. in proœm. addit. ad recopil.legum Nauarræ.num.76.* Item restringitur ex ratione particulari, *l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 3. l. si de certa re, C. de transact. Flamin. Paris.de resignat.benefic.lib.9.quæst. 4. num. 19. Garc.Gironda de priuilegiorum, seu exempt. explicat.nu.*
3 *276.& 526.* Et recipit restrictionem de habilitate, *l.vt gradatim. §. & si.ff.de muner. & honorib. cum citatis à Bertazol.in repet. l. si quis maior, num. 216. C. de transact.*

4 Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus,*l.non distinguemus.ff. de recept. arbitr. l. Præses. ff.de officio Præsid.l.2.§.conuenire.ff.de iudic. l. quos prohibet.ff. de postulando,l.1.§.generaliter*, vbi *glos.verbo in infinitum.ff.de legat.præst. l.quamuis. ff. de in ius vocando,l.si seruum.§.non dixit.ff.de acquiren.hæred.l.1.§.quod autem*, & ibi *glos.verbo simpliciter.ff.de aleator.l.vnic. C. qui pro sua iurisd.l.illam,C. de collationib. cap. Romanorum.9.dist.cap.consuluisti 2.quæst.5.cap.soluta,de maior. & obed.cap.quia circa 22. de priuileg. Clem. vlt. de rescript.* exornant *Iaf.in l.non dubium.num.38.C.de legib. Gam.Iusit.decis.105.n.2.Thom.de Thomasset.in floribus legum reg. 300. Bertazol. in repet. l. si quis maior.num. 354.C.de transact. Surd. cons. 51. num.7. & cons. 182. num.15.& cons.301.num. 50. & cons. 308. num. 3. & cons.340.num.2. & decis.195.num.4.Escob.de ratiocin. cap.18.num.42.Flamin. Paris.de resignat beneficiis.lib.12. quæst.5.num.22.Cardin.Tusch.practic.conclusion. 2. lit. D, concl. 508. Ioseph. Aldrete de Religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 28. num. 11. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum p.1.num.27. Monet.de distribut. quotid.p.2 quæst.2.num.37. Bellet.disquisit.clerical. p.1. tit.de bonis clericorum.§.1.num.19.in fine, Fr. Arce. i Souza in relect. de censuris Bullæ Cœnæ, cap. 2. dub. 8. num.1.Cas. Angel.de contradict.legit. quæst.20.num.14.* vbi *num.24.* declarat,si nullo modo dicat, nec virtualiter, nec realiter, secus si saltem virtualiter, *Armendar.in proœm. addit. ad recopil.legum Nauarræ. num. 27.* vbi limitat, cùm alia lex distinguit, vel cùm ratio ex illa, vel ex aliis legibus desumpta id facit; nam lex vna indistinctè loquens per aliam distinguitur,& limitatur,*l.sciendum.ff. qui satisd. cog. l.quamuis.ff.de in ius voc.auth. offeratur, (.de lite contest, l.filiusfam.ff.de action.& obligation.l.1.ff. ad Macedon.l.iuris gentium.§. si paciscar. ff. de pactis*, iuncta *l. transigere*,& ibi *glos.magna in fine, C. de transactionib. Bellet.d.tit.de bonis clericorum.§.1.num.20.*

Lex si voluisset, expressisset, *l.vnic. §. sin autem ad* 5
deficientis,C.de caduc.tollen.l.si seruum.§.Prætor ait,vers. non dixit.ff.de acquir.hæred.cap.ad audientiam 2. de decim.cap.2.de transact.Præl. exornant *Tiraq.in l. si vnquam,verbo libertis.num.3 C.de reuocan.donat. Menoch. cons.1.num.178.& cons.140.num.4.Surd.decis.88.num. 4.& decis.322.num.22. & cons. 245. num. 45. Gutier. practicar.lib.3.quæst.22.num.7.Gonzal. ad reg. 8. Cancel.glos.9.§.1.num.33. & glos. 42. num. 11. Cordes. in praxi Indicum, & Aduocat.verbo Lex.num.28 Cardin. Tusch. pract.conclus.tom.8.lit.V, concl.89.num.5.Mari. Antonin.vari.resol.lib.1.resol.1.num.* 10. Lex enim id 6
noluisse præsumitur, cùm facilè id exprimere potuisset, neque expressit, *Menoch.cons.30.num.8.Armendar.in proœm.addit.ad recopil. legum Nauarræ. nu.* 150. quia quod lex non dicit, non est ab homine 7
præsumendum,*l.dissentientis,C. de repud. cap.illa, ne sede vacan.Surd.cons.219.num.21.*

LEGIS verba cui non conueniunt,non conue- 8
nit eius dispositio, *l.4.§. ceries*, vbi *Paul.ff.de damno infecto,l.quod constitutum.ff.de milit.testam. l. ita autem, in princip.* & ibi *Bar. ff.de administrat.tutor.l. hos accusare.§.omnibus.ff.de accusat.l. 1.§. loquitur. ff. de aqua quotid.l.si ancillas omnes.ff.de legat.1.l.adigere.§. quamuis.ff. de iurepatron. l. 2. C. communia de legat. cap. indemnitatibus. §. sed cùm eas, de elect. lib. 6.* Exornant *Hippol.cons.25.num.10.& cons.40.num.12.Tiraq. in l. si vnquam,verbo libertis.num. 2. C. de reuocand. donat. Brunor. à Sole in locis communib. verbo dispositio. 14. Surd.decis.122.n.13.& cons.152.n.38.& cons.174.n.8. & cons. 179. n.38. Gutier.practic.lib.3.quæst.17. n.227. & cons.1.nu.8.& cons.21.n.1.cum seqq. Escob. de ratiocin.cap.28.num.17.Gonzal.ad reg.8.Cancel.glos.5.num. 24.& glos.45.§.1.num.51. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiast.decis.518.num.6.in 1. edit. & resolut. 445.*

num.

num.6.in 2.edit.Vgolin. de officio, & potest. Episcopi cap. 57.§.2.num.6.vers.tertio, Anton.Monach. Lucen. decis. 13.num.23. Mari.Antonin.vari.resolution. lib.3.resol.9. num.4.Rot.decis.697.num.7.apud Farin.p.1.recent.

9 LEGIS ratione cessante, cessat quoque eius dispositio, *l.in omni*, vbi *Bart.ff.de adoptionib. l.quod dictum.ff.de pactis, l.fin.ff.ad Syllan.l.si maritus.§.scripsi.ff. ad leg.Iul.de adulter.l.adigere.§. quamuis. ff. de iureiur. patron.cap & si Christus, de iureiur. Euerard. in topicis legalib. loco 85.Tiraq.in tract.cessante causa.p.1. num.11. Bertazol.in repet.l.si quis maior.num. 263. C. de transactionib. Surd.cons.375.num.24.Mari. Antonin. var. resolution.lib.2.resol.32.num.8.Pichard.ad princip.Instit. de milit.testam.num.4. ad princip. Instit. de lege Falcid. num.28.& ad princip. Institut. de eo,cui libertatis causa bona addicuntur.num.41.& 42.* vbi quod cessante ratione legis negatiuè,& contrariè cessat lex.

10 LEGIS casus vbi est, cessat omnis disputatio, *glos.vlt.in l. ancillæ,C. de furtis, Dec. cons. 452. in fine, Crauet.cons.273.num.7.Becc.cons.14. num. 28. & cons. 112.in fin.vol.1.Surd.cons.53.num.6.& cons.58.num.3. Magon.Lucen.decis.12.num.18. Flamin. Paris.de resignat.benefic.lib.9.in princip.num.2.Mari.Antonin.vari. resolut.lib.1.resol.46.num.1.& lib. 2. resol. 51. num.5. Mendez à Castro in praxi Lusit.lib. 3. cap.15. num.9. Ioseph.Sesse Aragoniæ decis.153.num.25. Octau. Glorit. resp.1.p.1.num.135.vers.nec in casu,Cardin. Tusch. lit. L,concl.262.num.4.*

11 LEGE quod cauetur, in practica non habetur, *Bald. in cap. nihil, circa fin. de elect. Ludou. Rodolphin. vari.quæst.lib.2.q.42.num.39.*

12 LEGE permittente quod fit, dicitur iustè, & bene fieri, *l. quis sit fugitiuus.§. apud Labeonem*, ibi, *quia id facit, quod publicè facere licere arbitratur.ff.de edilit. edicto,cap.quid dicam 14.quæst.4.Pichard.ad rub.Instit. de inoffic.testam.n.9. Marc. Anton. Genuens. in practic. ecclesiast.q.46.num.4.*

13 LEGEM quærere vbi est ratio naturalis, est infirmitas intellectus, *Philosop lib.8.Phistic.cap. 3. Surd. de aliment.tit.1.quæst.28.num.9. & quæst.44. num. 12. & quæst. 45. num. 58.* Quia naturalis ratio vim & robur legis habet, *l. cùm ratio.ff. de bonis damnat. l. scire oportet.§.sufficit.ff. de excusat.tutor. Cald.Pereira de empt.& vendit.cap.1.num.7.*& allegari potest pro lege, *Surd.d.q.28.num.7.*

14 LEGES nihil frustra faciunt, *laſ.in l.ait Prætor. num.1.ff.de iureiur.Cæs.Argel.de contradict. legitimo, q. 2.num.200.& quæst.13.num.48. & quæst. 18. num.18. Armendar.in proœm.addit. ad recopil. legum Nauarræ.*

15 *num.* 50. Lex enim non debet habere vnam syllabam superfluam, & vacuam, *glos. verbo tanquam, in cap.solitæ, de maiorit.& obed.Mandos.in reg. 9. Cancel. quæst.4.num.4.Gonzal.ad reg.8. Cancel.glos.22.num.5.*

16 quia omnia superflua sunt reprobata, *l.1.§. quibus, C.de nouo Cod. fac. l. fin. C. qui admitti, Clem. exiui. §. quamuis*, vbi *Card.num. 220. de verb. signific. Gonzal. vbi suprà glos.13.num.72.*

17 LEGIS mens magis est attendenda, quàm verba, *l. si re leges.ff.de legib.l.non aliter.ff.de legat.3. l.nominis & rei.§. verbum ex legibus.ff.de verb.signif. Surd. decis.35.num.14.Marc. Anton.Genuen.in practicab. ecclesiast.quæst.144.num.3.Ferrer.in Constitut. Cathaloniæ*

18 *glos.4 num.* 66. & ratio generalis legis restringitur ex mente legis, *Surd.decis.9. num. 13. Armendar. in proœm.ad recopilat.legum Nauarræ.n.131.*

9 LEX non est posita verbis, sed rebus, *l. 2. in fine, C.communia de legat.l.fin.C. de vsuris, cap. secundo requiris,de appellac.Surd.de aliment.tit.9. quæst. 21. num. 20.Abb.cons.93.In quæstione, col. 2. circa med. vers. ad idem facit,lib.2.Roman.cons.428. In terminis. num. 12. Stephan.Gratian.discept.forens.cap.156.num.17.Ferrer. in Constitut.Cathaloniæ glos.5.num. 160. Sigism. Scacc. de appellat.quæst.17.limit.10.num. 14.Cardin. Tusch. tom.5.lit.L, concl.272.per totam, Armendar. in proœm. addit.ad recopil.legum Nauarræ.n.104.*

LEX quantuncunque dura est seruanda, *l. prosexit.ff.quis & à quibus, Roland.à Valle cons. 99. num.* 20 *47.lib.2.Crauet.cons. 46. num. 2. Armendar. vbi suprà num.152.Ægid.Bellam.cons.9,num. 3.* vbi intelligit, quando est certa, & sine dubio, *Franc.Becc. cons. 51. num.18.& seq.* vbi ait procedere,quando est in specie super certo casu,subditque illam, *l.prosexit*, turbare multos Doctores, vt ad casum iniquum non admittant illam, *Gard.Tusch.d.tom.5.lit. L,concl.262. per totam, Sigism.Scacc.de appellat.q.17.limit.48.n.11.*

LEGIS auxilium frustra inuocat, qui commit- 21
tit in legem, *l. auxilium. §. in delictis. ff. de minorib. l. sancimus,C.de iudic.cap.bona,tl 1.de elect.cap.vlt.de immunit.Eccles.cap.contingit 45. cap. in audientia, de sententexcom. cap. quia frustra, de vsuris, Petr. de Anch. cons.37.Contra Ioannem.num.4.& 5.Bertazol. in repet. l.si quis maior.num.276.& 646.C.de transactionib.Surd. cons.37.num.3.Cardin. Tusch. tom.2.lit.C, concl.954.& tom.5. lit. L. concl.270. Accac. Anton.in comment. ad l. Titio centum 71.nu.47.ff.de condition.& demon. Franc. Leo in thesauro fori eccles.ist.p.1.cap.11.num. 3. & p.2. cap.3.num.8.Sigism.Scacc.de appellat. quæst.5. num.74. Aloys.Ricc.in praxi rerum fori eccles iast.decis.291. num. 2.in 1.edit.aliàs resol.250.in 2.edit.Bollet. d squisit.clerical.p.1.tit de disciplclericali.§.16.n.9.*

LEX non extenditur ad præterita, sed trahitur 22
ad futura, *l.leges,C. de legib.auth.de nuptiis, in princ. §. duo igitur, circa fin.collat.4.& in §.fin. in auth. de hæredib.ab intest.collat.9.cap.cognoscentes,cap.vlt.de constitut.* Exornant *Tiraq.in præfat.retract. lig. à num. 18. & de iure primog.quæst.43.num.17.Cou.lib.3.vari.cap.13. nu. 4.Nau.in cap.cùm contingat,de rescript.except. 14. Sebast.Medices in tract.de legib.p. 4. quæst. 35. Garc.reg. 295. Menoch.de arbitrar.lib.2.c.su 185.num. 1. & nu. 26. Natt.cons.66.num.3.Burs at.cons.214.num. 21. cum seqq. vol.2.Lancel.Conrad.in templo omnium iudic.lib.1. cap. 1. §. 4. verb. legem generalem solus condit.num. 7. Mandos.in reg.9. reseruat. q. 3. Caballin. milleloq. 607. Burg.de Pace l.3.Tauri.num. 37. Brunor.à Sole in locis communib.verbo Lex 13. & verbo Statutum 63. Perez l.10.glos.1.col.2.ante finem,tit.1.lib. 3. Ordinam. Anastas.Germon.animaduers.lib.1.cap.2. Azened. l. 6.tit.1. lib.2.nouæ Recopil.pag.mihi 157.Matien. l. 3.glos. 16. tit.10.lib.5.eiusdem nouæ Recopil.Morl.in emporio Iuris p.1.tit.1.quæst.6. per totam, Castil. l. 48. Tauri, glos. de aqui adelante,Fr. Emman.quæst.Regular. tom.1.quæst.6. art.17.Azor.Instit.moral.p.1.lib. 5. cap. 16. quæst. 13. Cardos.in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo lex.nu.13. Flamin.Paris.de confident.quæst. 12. num. 2.Ferrer. in Constit.Cathaloniæ glos.4.num.28. Armendar.in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ. num. 26. Bernard. Græuæ.ad pract.Cameræ Imper.lib.2.concl. 9. num.4. D. Christoph. de Pace in schol. ad leges styli,l. 200. num. 1. Farin.in praxi crimin.p.4.decis.10. num. 15. in fine, & late fragment. crimin.p.2.verbo Lex.num.25.cum multis seqq.* vbi multipliciter ampliat & limitat, *Soar. de legib.lib.3.cap.14.Card.Tusch.practic.concl.tom.5.lit. L. concl.264.num.1.& à num.6.*

Lex non trahitur ad præterita iam decisa, putà 23
per sententiam, rem iudicatam, transactionem, iuramentum, solutionem, quietantiam, præscriptionem, & similia, etiam quod in eadem lege nominatim, & expresse fiat mentio de præteritis, *l. causas,C. de transact. Bart.in l. omnes populi num. 41. vers. distingue*, vbi *Crot.num.137.ff.de iustit.& iure, Alb. in*

cap.

cap.fin.num.9.& Felin.num.3. vers. hanc fallentiam, de constitut.Capra reg. 6. num. 3. Alex. cons. 199. num.4. vers.secundò respondeo,lib.6.Cardin.Tusch. d. tom. 5. lit. L, concl.264.num. 63. cum seqq. & concl.265.num.13. cum seqq. Alderan. Mascard. de generali statutorum interpret.concl.13.num.16.cum seqq.Farin.fragm.crimin.p. 2.lit.L,num.44.cum seqq. vbi ampliat duobus modis, & limitat tribus.

24 LEX antiqui Iuris declaratoria traditur non solùm ad futura, sed etiam ad præterita, *auth. de filiis ante dotalia instrumenta natis,§.1. auth.de rapt. mulier.* ibi, *tanquam si lex nostra ab initio cum tali interpretatione promulgata fuisset, Abb.in d.cap.fin.num.8.* & ibi *Felin.num.4.vers.fallit.secundò, Cald. Pereira de potest. eligendi,cap.11.num.30.Rot decis.142. num. 2. p. 2. diuers.Morl.in emporio Iuris p.1. tit. 1. quæst.6. num. 11. cum seqq. Cardin.Tusc.d.lit.L, concl. 264. num. 45. & 51.& concl.265.num.4. Armendar. vbi suprà num. 45. Alderan.Mascard.d.concl.13. num. 41. Ribadeneira in libro pro defensione Societatis Iesu, cap. 15. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli; l.200.num.2. & 29. vers. oritur,* latè *Farin.d.lit.L,num.51.cum seqq.* vbi *num.52.* limitat, quando vteretur aliquo verbo importante promulgationem noui Iuris,*& num.53.* quando in eadem lege adderetur aliquid Iuri antiquo, vt putà si imponatur noua pœna,*& num.54.* quando in eadem lege adesset aliquod verbum respiciens futurum, vt putà *de cætero, in futurum, deinceps,* & similia.

25 LEGEM superioris non potest tollere inferior. Dixi *suprà Axiom.124.à num.1.*

26 LEGES non solent quem duplici onere grauare. Dixi *infrà Axiom.169.*

27 LEGIBVS non exemplis est iudicandum. Dixi *suprà Axiom.84.n.3.*

28 LEGVM correctio est vitanda. Dixi *suprà Axiom.60.num.5.*

29 LEX mitiùs agit, quàm homo minister legis, *l. Celsus.ff.de arbitr.Federic.cons.2.in princip.vers. & quia mitiùs,* vbi quod propterea sententia hominis debet operari idem, quod sententia Iuris quæ mitior esse debet, *Anchar. cons. 182. Thema est, num.4.* vbi quod Iudex lege clementior esse non potest, *Roman. cons. 429. num. 3.* vbi ait, quod regula est, quod Iudex non sit clementior lege, *Card.Tusch.practic.concl. tom.5.lit.M.concl.292.per totam.*

Libera.

AXIOMA CXXXVII.

1 LIBERA quælibet res præsumitur à seruitute, *l. fluminum.§ vlt.l. Proculus. ff. de damno infecto,l. altius,l.ædibus,C.de seruit. & aqua,princip. Instit. de libertin. Alciat.de præsumpt.reg.2.præs.3. Mysing. cent.5. observ.25. Rebuff.in tract. congruæ portionis. num. 127. Bonacos.tom.1.commun.opinion.lib.3.tit. 21. communia seruitutum. num. 56.pag.425. Bertaz.ol.de clausulis instrument.claus.21.glos.1.num.1. Menoch.de arbitrar.lib. 2.casu 156.& de præsumpt. lib. 3. præs. 89. num.1.* vbi *num. 6.* ampliat etiam stante quasi possessione seruitutis, *& præs.91.& lib.6.præs.29.& cons.2.num.43. & cons.75.num.4. & cons. 127. num. 17. Mascard. de probationib.concl 79.& concl.209. & concl. 1214. num. 17.& concl.1305.Thesaur.Pedam. decis. 216. Brunor. à Sole in locis communib. verbo res 4. Surd. decis. 177. num.1.Mari. Antonin.vari.resol.lib.1.resol. 95. num.8. Valasc. de iure emphyt. quæst. 51.& consult. 82. num.6. Castil.quotid.lib.1.de vsufructu,cap.7.num.10.*

SVMMARIVM.

1 *Liberalis nemo existit in necessitatibus.*
2 *Liberalitatem non dicitur exercere, qui debitum soluit.*

Liberalis.

AXIOMA CXXXVIII.

LIBERALIS nemo existit in necessitatibus, 1
l. rem legatam.ff.de adimend.legat.Tiraq. in l.si vnquam,verbo donatione largitus.num.106.C. de reuocandis donat.Gam. Lusitan. decis. 71. num. 3. Valasc.cons. 153. num. 24. Pichard. ad rub. Instit. de adoptionib. num.43.

LIBERALITATEM non dicitur exercere, 2
qui debitum soluit, *l. proximè.ff de ritu nupt.l.si seruo.ff. de hæredib. instituen.Surd.de aliment.tit. 1. quæst. 108.num.5.*

Locupletari.

AXIOMA CXXXIX.

LOCVPLETARI nemo debet cum alterius 1
iactura *l.nam hoc natura,C.de condict.indeb. l. naturaliter.§.fin l.hæc condictio 66.ff.eodem tit. l. bona fides 50.ff.de action.emti,l.iure naturæ,206.ff. de regulis Iuris,l.vlt.C.de vsu.ap.pro emptore,cap.suam,de pœnis,cap. locupletari, 47.de regulis Iuris,lib.6. Dec. per text.ibi in l.si me & Titum. num. 3. ff. si certum pet.& cons. 254. num.8.vers.sicut in simili.lib.2. Alex.cons.92. Persi ectis. num.5.in fine,lib. 1.* vbi *num. 6.* ait æquitatem, *d. l. si me & Titum,* non habere locum, nisi quando res aliena peruenit ad me titulo lucratiuo, *Vital. de Camban.in tract.cl.usul. p.g. mihi 15.num. 11. Socin. cons.254.num.3.Nati.cons.384.num.13. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 24. Surd. cons. 101. num. 17.Vgolin.de officio,& potest.Episcop.cap 18.§.2.num.4. Cas.Argel.de contradict.legit.quæst.20.num. 48. Anton. Monach.Lucensi decis.23.num.23.Pichard.ad §. sed naturalia,Instit.de iure naturali, num. 3. & in disput. de nobilit.communicatiua,num.73.Mari.Antonin. vari.resolut.lib.1.resol.23.num. 3. & lib. 2.resol. 41. num.13. Cardin.Tusch.practic.concl.tom.5. lit. L, concl. 438. per totam, Rot.decis.47.num.3. & decis. 524. num. 4. apud Farin.p.2.recent.*

SVMMARIVM.

1 *Ratio maior elidit minorem.*
2 *Maior facit cessare minorem.*
3 *Lumen maius offuscat minus.*
4 *Maiori summa inest minor.*
5 *Maius cui conceditur, & minus concessum esse videtur.*

Maior.

AXIOMA CXL.

MAIOR ratio elidit minorem, *l. si debitori,in* 1
fine.ff.de fideiuss.l.cui pacto.ff. de seruis exportand. Et maior facit cessare minorem, vbi concurrunt, 2
Cardin. Tusch.practic.conclus.tom.5. lit. M, conclus.16. quia lumen maius offuscat minus, *idem Cardin. Tusc.* 3
eod.tom.5.lit.L,concl.458. & dignum magis trahit ad se minus dignum, *suprà Axiom.72.*

MAIO

4 MAIORI summa inest minor. Vide *infrà Axiom.* 215.

5 MAIVS cui conceditur, & minus concedi videtur, *l. filiusfam. §. fin. ff. de donationib. l. Marcellus. ff. de donat. causa mortis, l. non debet. ff. de regulis Iuris, cap. ex parte, de decimis*, minus enim semper inest in eo, quod plus est, *l. in eo. ff. de regulis Iuris, Farin. in praxi crimin. p. 4. decis. 10. num. 6.* Et ideo à maiori ad minus validum est argumentum, vt latè probau *in loco communi. 5. argumentationum.*

SVMMARIVM.

1 *Malè agens odit lucem.*
2 *Malè parta malè dilabuntur.*
3 *Mala non sunt facienda, vt inde veniant bona.*
4 *Malorum consortia sæpe bonos corrumpunt.*
5 *Malum omne nascens facilè opprimitur, inueteratum sit plerumque robustius.*
6 *Malum minus eligendum de duobus malis.*
7 *Lex humana qualiter permittere possit minora mala, vt impediantur maiora.*
8 *Suadere, consulere, & inducere alium ad eligendum minus malum, an possit quis, ostenditur, & numeris seqq.*

Malum.

AXIOMA CXLI.

1 MALE agens odit lucem, *l. 1. §. tria lumina*, vbi *glos. ff. de ventre inspic. l. donator*, vbi *glos. verbo occultè, C. de donationib. cap. consuluit* 24. vbi *glos. verbo qui malè, de offic. deleg. cap. perniciosam* 18. *quæst. 2. cap. 1. curs. porrò, vt ecclesiast. benefic. cap. cùm ex iniuncto, de hæretic. Surd. cons. 132. num. 24.* Vnde quæ occultè, & clandestinè fiunt, suspicione non carent, *d. cap. 1. §. cùm enim*, vbi *glos. verbo occulta, d. cap. consuluit. §. ne verò, cum similibus citatis a Tiraq. de pœnis temper. causa 11. num. 11. & de retractu tit. 2. in præfat. à num. 13. Menoch. de præsump. lib. 4. præs. 12. num. 7. Mascard. de probat. concl. 815. num. 33.* sicut à contrario ea quæ in conspectu aliorum, & palàm fiunt, sunt ab omni sinistra suspicione aliena, *l. non existimo, vers. & multum refert. ff. de administ. tutor. l. cùm ipse tutor. §. fuit quæsitum*, & ibi *Rip. ff. de contrab. empt. Menoch. de arbitr. casu 244. num. 1. cum seqq.*

2 MALE parta malè dilabuntur, *Anton. de Butr. cons. 33. num. 2. & 3.* vbi infert, quod dominus non participat iniustè quæsita per seruum, nec frater iniustè quæsita per fratrem, nec socius iniustè quæsita per socium, refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 25.*

3 MALA non sunt facienda, vt inde veniant bona, *Apost. ad Roman. cap. 13.* relatus *in cap. ex tuarum, de sortileg. cap. super eo, de vsuris, Tiraq. de pœnis temper. causa 52. num. 8. Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab. 6. num. 2. & 3.*

4 MALORVM consortia sæpe bonos corrumpunt, *cap. sæpe 28. quæst. 1. Tiraq. l. 5. connub. p. 5. glos. 1. num. 29. Camill. Borrel. in addit. ad Bellugam in speculo Principum, rub. 11. §. Viso, lit. C, vers. item hæreticus.*

5 MALVM omne nascens facilè opprimitur, inueteratum sit plerumque robustius, vt ex Cicerone, veteri, nouoque Testamento, comprobat *Campan. in diuersorio Iuris Canonici, rub. 12. cap. 8. n. 8.*

6 MALVM minus eligendum de duobus malis; nam accidentaliter, & secundùm quid per plexus inter duo, quorum alterum necessariò est factum os, & vtrumque arbitratur esse peccatum, iustè potest, & tenetur eligere quod sibi videtur minus, vt maius euitet, *cap. duo mala. 13. dist. cap. si aliquid 22. quæst. 4. D. Thom. 1. 2. quæst. 19. art. 6. ad 3.* vbi *Medin. quæst. 1. Cordub. in suo quæstion. lib. 3. quæst. 4. ad fin. Ægid. cons. 9. num. 11. ad finem, Valent. 1. 2. quæst. 14. puncto 5. ad 2. Vasq. ad d. quæst. 19. disp. 60. cap. 2. num. 6. Menoch. illustr. cap. 48. num. 2. Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 547. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 93. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 2. num. 24. Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 2. cap. 18 quæst. 5. Cardin. Tusch. tom 5. lit. M, concl. 26. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 51. num. 6. Soar. tom. 4. de Pœnit. disp. 4. sect. 10. num. 4. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 335. sub num. 10. Sayr. in clau: Regia, lib. 1. cap. 13 num 30. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 39. sub num. 12. vers. ad quartum, & l b. 7. disp. 11. num. 15.* respectu enim maioris mali minus habet rationem boni, secundùm *Henriq. in sum. lib. 12. cap. 6. §. 7. lit. F, Turrec. in d. cap. duo mala. sub num. 1. Cou. de sponsalib. p. 2. cap. 7. §. 2. num. 9. Less. de Iustit. lib. 2. cap. 23. num. 21.* Nam licèt actio illa sic eligendi minus malum ex duobus, sit in se & absolutè in illud minus malum existimatum libera, & ita sit libera naturaliter, vt aiunt, & in genere entis: tamen prædicta eligendi actio, non est moraliter, & vt aiunt, in genere moris libera, in ordine scilicet ad maiorem culpam vitandam, quia supposito, quod eam vitare aliter nequit, nisi per admissionem minoris mali, iam hoc non potest non admitti, nec potest moraliter vitari, ac proinde, nec dicetur liberè amari, ac tandem nec in eo peccari, cùm constet ad inducendum peccatum necessariam esse vtramque libertatem; nempe illam, per quam feratur voluntas in obiectum malum, quod secundùm se ipsum naturaliter, & absolutè loquendo sit eligibile, & rursus illam, per quam feratur in illud, vt possibile vitatur moraliter, id est, in ea occasione in qua moraliter possibile sit, illud vitari, iuxta ea, quæ de requisitis necessariis vt peccatum dicatur voluntarium, tradunt *D. Thom. 1. 2. quæst. 13. art. 6. in corpore*, & post alios *Card. Tolet. in sum. lib. 3. cap. 1. vers. alterum, pag. 2.* Sicque in effectu, quando necessitas cogit alterutrum malum eligere, tunc eligens minus malum, nihil aliud formaliter facit, quàm adimplere præceptum pluris faciendi præcepti de maiori malo vitando; vnde cùm hanc electionem minoris mali faciat ex præcepto, non potest in eadem censeri peccator, ex reg. *quod quis, de regul. Iuris, lib. 6.* consonat *tex. in l. iuste possidet. ff. de acquir. possess.* cum similibus.

7 Amplia procedere etiam in lege humana, ita vt electio minoris mali ad vitandum maius, non solùm licita sit priuatis, iuxta supra resoluta, sed etiam lege humanæ, sic enim concluditur ex reg. *tex. in l. vlt. in fin. C. de fideiussorib. & in l. legis virtus. ff. de legib. & in cap. omnis. 3. dist. & in cap. 2. ad fin. 13. dist. & in cap. hac ratione, in fin. 31. quæst. 1.* iunctis his, quæ circa iustitiam & potestatem legis humanæ ad permittenda minora mala, vt impediantur maiora, resoluunt *D. Thom. 1. 2. quæst. 93. art. 3. ad 3. & 2. 2. quæst. 10. art. 11. Castro de lege pœn. lib. 2. cap. 9. Cou. de sponsalib. p. 1. cap. 4. in princip. sub num. 9. & var. lib. 2. cap. 4. à num. 11. Tiraq. l. 9. connub. num. 2. cum seqq. Azor. Instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 5. quæst. 5. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 39. sub num. 2. Soar. de legib. lib. 3. cap. 15. & 16.* hanc legis humanæ potestatem deducentes ab ipsa lege æterna, & naturali; dum sci-

licet huiusmodi leges, licèt prohibeant omnia peccata, & per consequens ea committentes semper obligentur in foro Conscientiæ, tamen non omnia puniunt, nec puniri iubent in foro externo, & in hoc seculo: sed potiùs multa permittunt in hoc sensu, ne maiora bona impedirentur, vel mala maiora sequerentur. Id quod explicat cæteris melius *Soar.d.cap.* 15. vbi *num.* 7. respondet ad locum *Augustini de libero arbitrio,lib.* 1. *cap.* 5. *&* 6. dicentis legem æternam nullum peccatum permittere.

8 Quæstio difficilis est, an possit quis suadere, consulere, & inducere alium ad eligendum minus malum, quod à parte rei malum fuerit, ad auertendum maius malum à parte rei tale, quod aliquis ex malitia sua patrare decreuerat, veluti si ad vulnus inferendum, vel ad aliam minorem vindictam inducam illum, qui grauiorem de alio sumere, nempe illum interficiendo decreuit? Sunt enim aliqui Doctores, qui hanc inductionem,suasionem, & consilium reprobant, intelligentes id fine peccato fieri non posse, cùm formaliter inuoluat, vt ipsi credunt, cooperationem in malo, quæ nunquam licita esse potest,iuxta illud,*& agentes,& consentientes*,&c.de quo *suprà Axiom.* 19.*num.* 1.nec possint fieri mala, vt eueniant bona, aut minora mala, iuxta illud *Pauli ad Roman.* 3.Solúmque concedunt iidem Doctores, posse alterum alteri sic ad peccandum parato offerre materiam minoris mali, eámque simpliciter eidem proponere, intelligentes in hunc solùm sensum excusari Loth, nempe si dicamus eum, dum obtulit filias suas abusui impiorum, non induxisse illos,nec filias ad stuprum,sed solùm simpliciter proposuisse materiam minoris mali,sicque procedere locum *Petri Apost.* 2.*epist.cap.* 2. dum eundem Loth iustum vocat, dicens,Loth virum iustum à nefandorum iniuria liberatum à Deo fuisse. Hanc itaque distinctionem inter inductionem, & suasionem minoris mali,& inter simplicem propositionem materiæ minoris mali, facit *Caiet.* 2. 2. *quæst.*78.*art.* 4. & alij quos refert, & sequitur *Tolet. d.pag.*2.*Con.d.num.* 9.*propè fin.* Iuxta eandem distinctionem intelligens excusandum esse Iudam,de quo *Genes.cap.* 37. quasi non induxerit, nec suaserit fratribus venditionem fratris Ioseph, sed solùm illam proposuerit eis,vt materiam minoris mali,ad auertendum maius,nempe occisionem ipsius fratris. Vlteriùs *idem Couar. loco proximè citato* intelligit, Ruben *Genes.d.cap.*37. vsum fuisse sola simplici propositione prædicta, dum animo euitandi idem homicidium dixit eisdem fratribus; *Non occidamus eum, sed proiiciamus in cisternam veterem.*

9 Verùm alij multò melius concedunt, non solùm prædictam simplicem oblationem & propositionem materiæ minoris mali, sed etiam formalem illam suasionem ipsius ad maius auertendum, ex quorum numero fuerunt *Innoc.in cap. super eo, col.* 2. *de vsuris*, *Caiet.* meliori concilio ductus, *in summa, verb.Tyrannus,& tom.*2.*opusc.tract.*11 31.*cap.*13.*in solut.dubiy* 3. *Adrian.* & alij, quos refert, & sequitur *Nau.in Manu.cap.*14.*sub num.*40.*& cap.*17.*nu.* 263. tenet & *Sylu.verb.vsura* 7.*num.*1.*Molin. d. disp.*335. *num.*9. *cum seqq. Lessius de Iustitia lib.*2.*cap.* 13.*à nu.* 19.*& lib.*4.*cap.*3.*à num.*33.adducentes textum,quem sic intelligunt, *in cap.si quod verius*, *vers. si enim* 33. *quæst.*2.*& in cap.*2.*vers.hinc etiam* 13.*dist.*indèque resoluentes,& deliberato hominem occidere suaderi posse aliam mitiorem vindictam, videlicet vulnus non lætale; rursus & volentem committere adulterium, vel furtum graue, induci posse ab alio, vt committat solùm simplicem fornicationem, aut furtum leuius: præterea & cum, qui non vult subuenire extremè indigenti, induci posse, vt illi subueniat saltem dando ei mutuò sub vsuris,quod minus malum est. Ratio huius resolutionis ea est, quia sic consulens, suadens, aut inducens ad minus malum, non tendit ad hoc, vt minus malum fiat absolutè, pro vt in se est obiectum malum, & peccaminosum, nec illud absolutè approbat, & petit in hoc sensu; id enim esset illicitum pati, ac facere, cùm inuolueret formalem cooperationem in malo, in quo casu procedere poterunt fundamenta primæ contrariæ sententiæ; sed solùm petit formaliter commutationem minoris mali pro maiori, & quod illud huic præferatur, licèt id non semper exprimatur. Et cùm ita rogatus decreuerit omnino alterum malum facere, & ita iam per se ductus sit ad peccandum, dici non potest eo consilio, & suasione minoris mali denuò duci,vt peccet, sed vt culpam minuat per desistentiam à maiori peccato, quæ absque vlla cooperatione formaliter intenditur in suasione minoris mali à suadente, alioquin hoc etiam dissuasuro,& impediturо,si posset absque maiori, vel pari incommodo.Quam rationem præstant Doctores omnes proximè citati.

Qua retenta sententia,non obstant,quæ pro prima contraria suprà adduximus: ad illud enim de culpa, quæ imponitur Loth in illa filiarum prostitutione minus malum continente, respondetur dupliciter. Primò quidem negando peccasse Loth, & illum excusando, quia videlicet non obtulit filias Sodomitis, vt earum concubitu tanquam minori malo maius, nempe Sodomiam, repensaret, nec animum habuit, vt filiæ prostituerentur:sed vt eorundem furentium impetum hyperbolica summissione frænaret, declarans hoc modo, quàm sibi molesta esset immanitas sceleris, & iniuriæ quam attentabant aduersus hospites à se receptos, prout alioquin, vt ostendamus, quàm ægrè feramus aliquid effici, dicere consueuimus, priùs me interficias, quàm hoc facias. Qua ratione eundem Loth à peccato excusat *Caiet.in comment.ad d.cap.Genes.*19. sequitur *Molin.d. disp.* 335. *num.*12. non improbat posit *Perer.Tolet.d.cap.*37.*pag.* 2. *ante med.* firmat *Less. d.cap.*13.*num.*20. Sicque iuxta hanc rationem procedere poterunt dicta per *Chrisost. Homil.* 43. *in Genes.*& per *Ambros.lib.* 1. *de Abraham,cap.*6.dum laudibus celebrant facinus Loth. Vltrà quàm quod idem Loth,iuxta eosdem Doctores contra *Perer.um* in hac secunda ratione aliter sentientem,potest excusari ex quadam animi perturbatione, & ardenti cupiditate defendendi hospites ab illa iniuria temeraria, vt qui mente sic turbata, & indeliberata processit, à culpa illinc extenuata liberetur; quod intelligere oportet, vt scilicet liberetur in totum, vel in parte, prout hæc animi perturbatio,& passio in totum, vel in parte excluserit voluntarium requisitum ad peccatum,iuxta tradita per *D.Thom.*1. 2.*quæst.*77.*art.*6.*cum seqq. Tolet in sum.lib.*2.*cap.*1.*pag.* 2.*vers.alterum*, *Azor. Instit. moralium tomo* 1.*lib.*4.*c.* 19. *quæst.* 4. Secundò responderi potest, & forsan melius, fatendo quidem Loth peccasse, sed contendendo huiusmodi peccatum non processisse ex eo, quod minus malum suaderi non possit ad vitandum maius,(illud enim suadere sine alia extrinseca,& nociua circunstantia peccatum non est,iuxta communem resolutionem) sed processisse ex eo, quod in hac suasione interuenit alia circunstantia extrinseca, nempe detrimentum tertij, id est, filiarum. Qua quidem circunstantia interueniente, peccat si suadens minus malum, etiam ad vitandum

dum maius, vt bene ad limitandam hanc nostram sententiam aduertit *Molina sub dict. num. 12. iuncto num. 9. & Lessius d. num. 20.* & nos infrà latiùs.

11 Quæ quidem nostra sententia sic ab impugnationibus defensa adeò vera est, vt procedat non solùm quando ex suasione minoris mali auocanda sit mens alterius à malo maiori, sed etiam quando eo modo intenditur illud impediri, quamuis mens illius non sit mutanda, quippe quod formalis ratio, per quam huiusmodi suasio excusatur, posita est in ea commutatione, & præelectione minoris mali, vt medio propter obdurati malitiam necessariò ad impediendum maius, iuxta suprà resoluta. Ergo satis erit, quod ex parte suadentis detur hic animus commutandi, & præeligendi minoris mali, imò mali æqualis, velut cuiusdam illecebræ obtentæ, vt dum circa illam obduratus occupatur, possit maius malum impediri; & quod ex parte materiæ concurrat sufficiens dispositio, & probabilis spes impediendi prædicti mali maioris, aut æqualis, quamuis auertenda non sit mens alterius ad illud patrandum ob firmati, cùm hæc mentis auersio habeat se vt extrinseca, & accidentalis respectu prædictæ suasionis, & ideo nihil ponat, nec tollat in eius bonitate, & iustitia. Vnde meritò hic resoluit Lessius *d. lib. 4. cap. 3. num. 34.* inde bene inferens iustam fuisse suasionem, qua Ruben fratres volentes occidere Ioseph, induxit, vt dimitterent in cisternam veterem, & ibi sinerent fame mori, *Genes. cap. 37.* & ita suasit æquale peccatum, vt hac via, licèt fratres persisterent in ea praua intentione mortis per famem inferendæ: tamen ipse Ruben hunc effectum impediret aliunde, videlicet subducendo clàm à cisterna eundem Ioseph, vt constat eis verbis eiusdem *cap. 37. Hoc autem dicebat*, scilicet Ruben, *volens eripere eum*, scilicet Ioseph, *de manibus eorum, vt redderet patri suo.* Qui intellectus aptior est illo, quem ad eundem locum tradit *Couar. de spons. parte 1. cap. 4. in princip.* dum sentit, Ruben ibidem egisse de prædicta proiectione in cisternam tanquam de minori malo, ad vitandum maius, scilicet occisionem Ioseph; fallitur enim *Couarruuias* ex modò dictis, iuxta quæ constat, eandem proiectionem ibi consideratam fuisse, vt referentem occisionem eiusdem Ioseph, quamuis diuerso medio, nempe fame ab occisoribus fratribus in cisterna procurandam, *arg. text. in cap. pace. 86. distin.* Suasit igitur Ruben non minus, sed æquale malum, prout iustè potuit, vt ita ab alio æquali malo fratrem alioquin non liberandum subduceret interim, & liberaret, iuxta suprà dicta.

12 Ad eundem modum suadere possumus volenti occidere proximum, quod priùs expoliet eius domum, vel abigat pecora, vt interim illum alioquin non liberandum subducamus, prout etiam possumus volenti prodere Vrbem, suadere vt priùs expilet eius ærarium, vt interim aliunde, videlicet conuocatis defensoribus, proditio impediatur. Qua etiam ratione captus à latronibus potest eis suadere, vt insequantur alium quendam, si suadens certò sciat illum euasurum ratione celeritatis, vel ob insidias eo loco positas ad capiendos latrones, vt ipsemet captus possit interim fugere, vt bene obseruat *Lessius.*

13 Limitatur tamen hæc nostra communis resolutio, vt procedat solùm quando suasio minoris mali facta fuerit absque præiudicio tertij, non verò vt procedat cum dicto præiudicio in particulari, nisi tertius illud molestè non suscipiat, aut nisi fuerit alioquin obligatus ad illud suscipiendum, vt resoluunt *Molin. d. disput. 335. num. 9. Lessius d. cap. 13. num. 20.* Et quidem meritò, nam ex dispositione priuatorum non potest inferri tertio damnum, quod ipse nolit, aut non teneatur alioquin sustinere, iuxta *regulam, l. id quod nostrum 11. iuncta reg. l. fatuum 198. ff. de reg. Iur. & cap. non debet, eod. tit. lib. 6. & toto tit. C. ne vxor pro marito, & C. ne filius pro patre.* Quæ sanè obtinent, etiamsi per hoc damnum tertij vitaretur maius illud peccatum, in quo alter ex malitia sua obduratus persistit, cùm possit, si velit, ab eodem abstinere; nam aliter ex eadem malitia commodum ex damno tertij resultans reportaret, iuxta *reg. text. in cap. intelleximus, de iudiciis, & in l. itaque fullo 12. in princip. ff. de furtis*, cum similibus. Secundùm quam resolutionem peccabit ille, qui ad vitandum etiam maius damnum à latrone paratum, verbi gratia, inferendum alicui, obiecerit eidem latroni alium hominem diuitem, de quo is non cogitabat, & suaserit, vt huic tanquam opulentiori inferat illud damnum, vtpote minus comparatione ipsius, vt bene resoluit *Lessius d. cap. 13. num. 20.* ex cuius tamen dictis id à nobis erit statim limitandum. Præterea secundùm eandem resolutionem consequenter patet, in quo peccauerit Loth, dum filias suas impiis obiecit, vt maius malum hospitibus imminens vitaret, peccauit videlicet in eo, quia illas obiecit cum damno suæ pudicitiæ, cùm tamen ipsi de illis non cogitarent, non peccaturus alioquin, si hoc illarum præiudicium non obstaret, etiamsi eos ad illarum vsum induceret, si ita intenderet maius illud malum auertere, quod aliter auerti non posset, vt in specie obseruant *Molin. d. disp. 335. num. 12. & Less. d. cap. 13. num. 20.*

Dixi, *cum dicto præiudicio in particulari*, quia si præiudicium non fuerit illatum tertio in particulari, & in indiuiduo, sed in genere, tunc non reprobabitur electio illa, & suasio minoris mali; imò fieri poterit, iuxta sententiam quam sequimur, veluti si dicto latroni firmiter quidem statuenti inferre damnum alterutri ex duobus, Titio, verbi gratia, aut Mæuio: sed adhuc ancipiti circa personam quam ex illis duobus in eo damno præferret, ego in genere absque particulari designatione alterius, qui opulentior est, & cuius respectu damnum illud minus est, & absque suasione, quæ directè inclinet latronem in alterutrum, suadeam, illum non quidem rogando, vt huic potiùs, quàm illi in indiuiduo noceat, sed solùm proponendo, & consulendo damnum, quod minus fuerit: etenim in his terminis non fit iniuria ei, cui minus damnum infertur à latrone: nam in huius mentem non reuocaui aliquid quod ipse etiam sic anceps non cogitaret; sed solùm in genere docui minus malum in eo, & similibus obdurationis euentibus potiùs esse faciendum, quàm maius, indicando quale sit minus comparatione personarum, quas latro in eum furandi finem mente reuoluerat. Ita resoluit in terminis *Lessius d. cap. 13. num. 21.* sic intelligens dicta per *Sot. de Iustit. lib. 4. quæst. 7. art. 3. prope fin.* & reprobans *Petrum à Nauarra* tenentem oppositum *lib. 3. cap. 4. num. 30.*

Dixi, *nisi tertius damnum molestè non suscipiet*, vt 15
ostendatur quod in his terminis poterit dicta suasio minoris mali fieri etiam cum damno tertij, in

particulari designando, scilicet eius personam directè, & in individuo : nam supposito quod ille, vt quia multum dives est, & coniunctus, verbi gratia, pater, aut mater, aut ascendens, vel descendens, aut alioquin amantissimus alterius, cui damnum alternatiuè paratur à latrone, non ferret molestè illud sibi potiùs inferri, iam censetur in eo damno consentire, ac proinde nulla ei fit iniuria in suasione, & indicatione, iuxta *reg. scienti, de reg. Iur. lib. 6.* cum similib. Et ita in terminis resoluit *Lessius d. cap. 13. sub num. 20.* Huius tamen sententiam cautè limitabis, vt procedat in damno remissibili per illum tertium, & in quo ille possit consentire, secus in damno irremissibili per eundem, vt concl. itur cessante illa ratione remissæ iniuriæ, *iuncta reg. tex. in cap. cùm cessante, de appell.* cum similibus, & satis cernere poteris in exemplo Loth, de quo suprà, in cuius terminis non parum verisimile est, filias ab eo prostitutas habuisse animi præparationem, vt patris vota submisse, licèt iniustè, in seipsis adimplerent; & tamen quia dictum earum præiudicium, nempè propria pudicitia, non poterat ab illis remitti absque peccato, ideo Loth in hac minoris mali suasione reprobatur à Doctoribus meliùs sentientibus, de quibus suprà.

16 Dixi tandem, *nisi fuerit alioquin obligatus ad illud damnum suscipiendum*, vt ostendatur, quod in his terminis suasio minoris mali fieri poterit etiam cum damno tertij in particulari, quia supposita eius damni necessaria susceptione, ad quam tertius supponatur obligatus, iam ei non infertur damnum iniustum, nec formale, sed solùm materiale, & iustum, & ita cessat contrariæ resolutionis fundamentum. Exemplum poni potest in eo quem vt diuitem, & furanda, verbi gratia, pecunia nullatenus egentem, latroni designio nominatim, & in individuo, & ipsi potiùs damnum inferat, quàm alteri, si in hac hypothesi supponatur, quod alter, à quo illud auertere intendo, sit illi totum damnum congruo tempore repensurus, ita vt in eo non præiudicetur: hoc enim damnum ipse à me designatus permittere tenetur ex lege charitatis, vt in specie resoluit *Lessius d. cap. 13. num. 20. in fin.* & efficaciter deducitur ex regula, quod tibi non nocet, & alteri prodest, sustinere teneris, de qua *in l. 1. §. idem aiunt. ff. de aqua pluuia arcenda.*

SVMMARIVM.

1 *Malus semel, semper præsumitur esse malus, intelligendo, vt num. 4.*

2 *Bonus quilibet in dubio regulariter præsumitur.*

3 *Malus ex quo aliquis semel apparuit, non potest fieri bonus aliter quàm per pœnitentiam.*

4 *Malus semel, semper præsumitur malus existere in eodem malo semel commisso, vel in eadem voluntate respectu mali eiusdem speciei.*

Malus.

AXIOMA CXLII.

1 MALVS semel, semper præsumitur esse malus, *l. filius. §. 1.* vbi *Bart. ff. de accusat. cap. scribam, de præsumpt. cap. semel malus, de regul. Iuris, lib. 6.* exornant *Pedam. cons. 36. n. 4. Hippol. sing. 1 & 395. & in rub. de fideiussor. n. 67. Duen. reg. 363. Mantu. Dialogo 89. & sing. 401. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 7. Corset. sing. verbo præsumptio, fol. 1. Lanfranc. in clem. dispendiosa, n. 26. de iudic. Euvard. loco 90. de tempore ad tempus, fol. 262. Ioan. de Imola cons. 78. num. 6. & 7. Paul. Grauet. theor. 23. Ioan. Rogas sing. 195. num. 9. Iacob. Sumanch. de crthol. instit. cap. 50. n. 15. Guillelm. Benedict. in cap. Raimundus, verbo in eodem testamento, fol. 2. num. 44. Gig. cons. 30. num. 9. & cons. 38. n. 77. cum seqq. Hieron. de Monte vari. Iuris, q. 13. n. 17. Cott. in memorabil. verbo malus semel, pag. mihi, 559. Mascard. de probat. concl. 1003. n. 37. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 32. Cened. ad Sextum collect. 29. num. 2. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 12. art. 3. Farin. in p... crimin. p. 1. q. 23. num. 21. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 28. per totam.*

Quamuis in dubio quilibet regulariter præsu- 2
matur bonus, & non malus, vt dixi *Axiom. 37. num. 4.* & nemo præsumatur delinquere, vt dictum extat *Axiom. 68. n. 14.* quia licèt per primum peccatum natura humana prona sit ad malum, *Genes. 4. cap. omnis, 12. q. 1.* vnde & fomes peccati ortum habet, *Paulus ad Roman. 7. cap. si Paulus, 32. qu. 5* latè *Cou. in cap. alma mater. p. 1. §. 10. n. 11.* tamen quia inclinatio illa ex se peccatum non est, vt resoluit *Sot. de Iustit. lib. 3. q. 4. art. 3. Felin. in cap. vlt. n. 15. de præsumpt.* non tollit quo minus homo, qui bonus à Deo creatus est, *cap. 1. post princip.* vbi *gloss. verbo damones, de summ. Trinit.* & qui potentiam & aptitudinem habet ad bonum, *D. Thom. 1. 2. q. 63. art. 1.* & alij, quos sequitur *Felin. d. n. 15.* ius habeat à natura, vt apud alios in dubio in bona fit opinione, ex *D. Thom. 2. 2. q. 60. art. 3. & Sot. d. quæst. 4. articulo 3.*

Attamen quia ex quo aliquis semel malus ap- 3
paruit, nec bonus potest fieri aliter quàm per pœnitentiam, *cap. peccatum, de regulis Iuris, lib. 6.* meritò interim dum de illa non constat præsumitur in eodem malo, quia mutatio non præsumitur, *cap. maiores. §. vlt. de baptismo*, imò accidens malitiæ semel commissæ in esse productum (quippe quod non tollitur tempore, sed pœnitentia) durare præsumitur, donec probetur sublatum, *arg. l. sine possidetis*, vbi *gloss. & Doctores, Cod. de probat.* docet *Abb. in cap. accidentibus. num. 6. de priuileg.* & ita hanc rationem intendit *Alciat. reg. 3. præs. 1. iuncta reg. 2. in princip. Dyn. in d. cap. semel malus. num. 2. &* 3. Et ideò semel malus semper præsumitur malus 4
existere in eodem malo semel commisso, vel in eadem voluntate respectu mali eiusdem speciei; non verò præsumitur malus respectu mali diuersi, quia quoad illud nulla adest coniectura, vnde succedit *reg. l. Papinianus, ff. de minorib.* & ita aduertit *Bart. in l. Cassius, in fine. ff. de Senator.* communiter receptus per *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præs. 7. num. 2.* & docent *Gregor. Lop. l. 1. verbo procurando, tit. 18. part. 6. Vezin. tom. 2. communi opinion. lib. 9. tit. 2. num. 215. Grammat. decis. 25. n. 7. Hippol. cons. 15. n. 9. & cons. 44. n. 18. cum seq. Clar. lib. 5. §. fin. q. 21. n. 1. ad finem, Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 278. Mascard. de probation. concl. 222. num. 20. & d. concl. 1003. n. 38. Galet. in margarita casuum Conscientiæ, verbo præsumere, Aloys. Ficc. in decisionib. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 4. p. 2. Farin. d. q. 23. n. 30. Cardin. Tusch. d. lit. M, concl. 28. num. 2.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Malitijs non eſt via aperienda.*
2 *Malitijs non eſt indulgendum.*
3 *Commodum nemo debet ex ſua malitia reportare.*

Malitia.

AXIOMA CXLIII.

1 MALITIIS non eſt via aperienda, *l. cùm hi. §. ſi cùm lis. ff. de tranſact. l. quoties, in fin. C. de fideicom. l. ſi legatarius, C. de legat. Flamin. Pariſ. de conſident. q. 35. n. 70. Caſ. Argel. de contradict. legitimo, q. 13. num. 90. Octau. Glorit. reſp. 5. num. 88.* ſed illis eſt occurrendum, *l. magis. §. ſi pupillus. ff. de rebus eorum, Flamin. d. tract. de conſident. quæſt. 32. num. 61.*

2 MALITIIS non eſt indulgendum, *Eſcob. de ratiocin. cap. 15. num. 3.*

3 Ex malitia ſua nemo commodum reportare debet, *l. in fundo. ff. de rei vendicat. l. itaque fullo. ff. de furtis, cap. cognoſcentes, de conſtitut. cap. ſedes, cap. plerumque, de reſcript. cap. intelleximus, de iudic. Cardoſ. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo delictum. num. 7.* Intellige directè & principaliter; nam indirectè, per accidens, & in conſequentiam poteſt quis ex malitia ſua commodum reportare, *arg. tex. in l. ſed & milites, 10. §. ſcribit,* ibi, *tutelis excuſabuntur, quia vrbem eis ingredi non licet. ff. de excuſat. tutor. l. decreto, 10. ff. de ſuſpectis tutor. cap. quia diuerſitatem, verſ. ſi tamen, de conceſſ. prabend.* notat *Tiraq. de iure mariti, gloſſ. 8. num. 279.*

SVMMARIVM.

1 *Mandati fines exacta diligentia ſunt ſeruandi.*
2 *Geſta per procuratorem vltra fines mandati tenent, ſi dominus ſciens tacuit.*
3 *Procurator tenetur ſeruare fines circa omnes qualitates mandati.*
4 *Fines excedere dicitur, qui excedit qualitates mandati etiam in modico.*
5 *Procurator excedens fines mandati, non obligat principalem.*
6 *Procurator fines mandati excedens tenetur ad intereſſe.*
7 *Mandatum generale non extenditur ad turpia, & illicita.*
8 *Mandatum, quod poteſt referri ad licita, & illicita, ſemper ad licita reſtringitur.*
9 *Mandatum ſpeciale detrahit generali.*

Mandatum.

AXIOMA CXLIV.

1 MANDATI fines exacta diligentia ſunt ſeruandi, *l. diligenter. ff. mandati, cap. cùm olim, de officio deleg. Bart. in l. ambitioſa, col. 4. ff. de decretis ab ordine faciend. Felin. in cap. cùm dilecta, de reſcript. Iaſ. in l. ſi procurator, C. de procuratorib. Petr. de Anchar. conſ. 75. in princ. Alex. conſ. 6. num. 3. lib. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo libertis. n. 59. Cod. de reuocand. donat. Menoch. conſ. 134. num. 3. Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 37. n. 5. & deciſ. 117. a num. 12. Azened. l. 1. nu. 7. tit. 6. lib. 3. & l. 5. n. 1. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil. Cardoſ. in praxi Iudicum, verbo mandatum. num. 7. & 8. Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit. 66. num. 437. Monet. in tract. de optione canon. cap. 3. num. 149. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 5. lit. M, concl. 39. per totam, Cald. Pereira de empt. & vendit. ca. 15. num. 51.* vbi dicit, quòd geſta per procuratorem vltra fines mandati, tenent ſi dominus ſciens tacuit. 2

Et generaliter non ſolùm tenetur procurator ſeruare fines circa mandatum, ſed etiam circa omnes qualitates, *cap. cùm veniſſent,* vbi *Bald. de eo qui mittitur in poſſeſſ. cap. Piſanis,* vbi *idem Bald. not. 3. de reſtitut. ſpoliat. Dec. conſ. 493. n. 9. verſ. & non ſolùm, Pariſ. conſ. 47. n. 42. & 43. lib. 1.* quia etiamſi in modico excedat qualitates mandati, dicitur excedere fines, *Pariſ. d. conſ. 47. num. 43. lib. 1. Card. Tuſch. d. lit. M, concluſ. 39. n. 4.* vbi *n. 8.* poſt *Felin. in d. cap. cùm dilecta, in 1. ampl. num. 41.* ſubdit, paria eſſe quòd aliquid fiat contra formam mandati, aut præter, vel vltra. 3 4

Amplia, quia fines mandati in tantum ſunt ſeruandi, vt ſi excedat procurator, non obliget principalem, nec illi præiudicet, *l. 3. ff. mandati, Angel. conſ. 388. Conſtat, Cardin. Tuſch. d. concl. 39. num. 55.* quia paria ſunt, non habere mandatum, vel non ſeruare formam mandati, *Bald. conſ. 402. Colligamus. num. 3. verſ. & conſiderandum, lib. 1. Card. Tuſch. d. concl. 39. num. 29.* Tenetur tamen procurator fines mandati excedens ad intereſſe, *l. ſi eis mandauero. §. ſicut,* vbi *Bart. ff. mandati, l. procuratorem, & l. ad comparandas, C. mandati, Card. Tuſch. d. concluſ. 39. n. 10.* Quibus autem caſibus mandati fines excedi poſſunt, tradit *idem Cardin. Tuſch. d. lit. M, concluſ. 40. per totam.* 5 6

MANDATVM generale non extenditur ad turpia, & illicita, *Bald. conſ. 379. num. 6. lib. 3. & conſ. 373. Viſo tenore, lib. 4. Anton. de Gama Luſitan. deciſ. 239. num. 2. Cardin. Tuſch. d. lit. M, concluſ. 37. num. 6. & 7. Camill. Borrel. in ſumma omnium deciſ. tit. 66. num. 418.* ſicut non extenditur ad prohibita, & non ſolita fieri per mandantem, *Caſtrenſ. conſil. 336. Laudatio. num. 2. lib. 1.* quæ refert *Cardin. Tuſch. d. lit. M, concl. 50. n. 38. & 39.* Mandatum enim quod poteſt referri ad licita, & illicita, ſemper ad licita reſtringitur, & interpretatur, *Bald. conſ. 98. Bertonus n. 5. verſ. nam mandatum, lib. 1.* nec extenditur ad ea, per quæ dominus cadat in commiſſum & delictum, *l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. num. 112. Cald. Pereira de empt. cap. 15. num. 12.* 7 8

MANDATVM ſpeciale detrahit generali, *Cardoſ. in praxi Iudicum, & Aduocator. verbo mandatum. n. 4. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap. 95. num. 9.* In quibus autem caſibus requiratur ſpeciale mandatum, & non ſufficiat generale, dixi latè *in tract. de clauſul. vſufreq.* 9

SVMMARIVM.

1 *Medium præſumitur probatis extremis.*
2 *Media declarantur ex præcedentibus, & ſequentibus.*
3 *Poſſediſſe probans in præteritum de certo tempore, & de præſenti, præſumitur etiam poſſediſſe medio tempore.*

4 *Medium inhabile impedit extrema habilia posse coniungi.*

5 *Media via semper est eligenda.*

Medium.

Axioma CXLV.

1 MEDIVM præsumitur probatis extremis, videlicet principio, & fine, *l. sicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignus, vel hypoth. Bart. in l. Celsius. num. 21. ff. de vsucap. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præs. 22.* vbi limitat in actibus momentaneis, *Bald. cons. 247. circa med. lib. 2.* vbi ampliat in omni materia, & in omni actu, qui recipit continuationem, *Decian. cons. 11. num. 124. Iaf. cons. 46. in fin. lib. 3.* vbi ait procedere, quando aliquid de medio est probatum, aliàs secus, *Socin. Iun. cons. 15. num. 4. lib. 4.* vbi limitat, quando medium esset inhabile, quia influit inhabilitatem in extremis, *Mascard. de probat. concl. 730. Sigism. Scacc. de appellat. q. 18. remed. 1. concl. 5. num. 56. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 173. per totam, Rot. in Florentina capellæ 30. Maij 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, impressa per Vivian. post praxim Iurispatron. decis. 61.* Media enim declarantur ex præcedentibus & sequentibus, *Roland. à Valle cons. 25. num. 30. & 31. lib. 4.* & debent congruere præcedentibus, & sequentibus, *Rot. decis. 41. num. 3. apud Farin. p. 2. recent.*

3 Vnde prouenit, vt si quis probet possedisse in præteritum de certo tempore, & de præsenti, præsumitur etiam possedisse medio tempore, *Bart. in d. l. Celsius*, vbi *Balb. in repet. p. vlt. n. 5. cum seqq. Anchar. cons. 5. num. 10. vers. ad hoc respondeo, Alex. cons. 39. Visis scripturis. num. 5. lib. 2. Natt. cons. 235. num. 18. Roland. à Valle cons. 25. num 31. lib. 4. Surd. cons. 73. num. 46. & 47.* & ideò ad effectum præscriptionis, si probatur possessio in principio, & fine, probatur etiam medio tempore, *cap. volumus 16. q. 4. Fulgos. cons. 104. Quadam. num. 1. col. 3. Socin. consil. 59. Visis actis. num. 7. lib. 4. Lanfranc. in cap. quoniam contra. n. 166. de probat, Iaf. in l. talis scriptura, col. 1. cum seq. ff. de legat. 1. Angel. Aretin. cons. 19. Videtur. num. 19. cum seq.* vbi declarat, quòd in possessione probatis extremis probatur medium præsumptiuè, quando in illo medio non probatur possessio alterius: sed si probatur possessio alterius, quia extrema non possunt cõiungi, & præsumptio cedit veritati, ideò quia duo non possunt in solidum eandem rem possidere, non probatur medium, quod intelligitur respectu eiusdem possessionis naturalis; at verò respectu diuersæ possessionis adhuc potest is, qui probauit possessionem naturalem de præterito, & præsenti, dicere, quòd etiam medio tempore possedit ciuiliter, licèt alius naturaliter medio tempore possederit, refert *Cardin. Tusch. d. lit. M, conclus. 173. num. 36.* vbi *nu. 37.* post *Felin. in cap. sicut. n. 27. de re iudic.* limitat, quando ageretur de solemnitate extrinseca probanda medio tempore, quia non præsumitur in præiudicium tertij, & *num. 34.* limitat etiam, vbi vera probatio requiritur, quia tunc non sufficit probatio extremorum.

4 MEDIVM inhabile impedit extrema habilia posse coniungi, *l. fin. ff. de fluminib. l. qui fella. §. fin. ff. de seruit. rustic. l. tria prædia. ff. de seruitut. vrb. præd. Socin. Iun. cons. 15. num. 4. lib. 4. Surd. cons. 8. num. 17. & cons. 136. num. 34. Anton. Monach. Florent. decis. 62. num. 18. Cardin. Tusch. tom. 5. lit. M, concl. 173. num. 31.* Vide *suprà Axiom. 91. n. 2.*

5 MEDIA via semper est eligenda. *§. pen. Inst. quibus ex causis manum. non licet. §. item ex aliena, Instit. de rerum diuis. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 178.* vbi declarat, quando Ius, vel sententia non potest magis adaptari ad vnam partem, quàm ad aliam, *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 170. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Melius est occurrere in tempore, quàm post illatum vulnus remedium quærere.*

2 *Melius est habere rem, quàm petere.*

3 *Melius est pauca cautè agere, quàm multis interesse periculosè.*

4 *Melius est non soluere, quàm solutum repetere.*

5 *Melius est pauca verba idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauare.*

6 *Melius est nocentem dimittere, quàm innocentem punire.*

Melius est.

Axioma CXLVI.

1 MELIVS est occurrere in tempore, quàm post illatũ vulnus remedium quærere, siue, Melius est intacta Iura seruare, quàm post vulneratam causam remedium quærere, *l. vlt. in fine. C. in quibus causis in integ. restit. non est necess. l. 1. C. quando liceat vnicuique sine Iudice se vend. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 21. tit. 8. num. 30. in fine, Card. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 648. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 5. n. 105.*

2 MELIVS est habere rem, quàm petere, *Cardin. Tusch. tom. 5. lit. M, concl. 184. num. 3.*

3 MELIVS est pauca cautè agere, quàm multis interesse periculosè, *auth. de tabellionib. circa med. collat. 4.*

4 MELIVS est, seu magis nostra interest non soluere, quàm solutum repetere, *l. si stipulatus esses. ff. de fideiussorib. l. si cui legetur. §. fin.* vbi *Aretin. in 3. notab. ff. de legat. 1. l. 3. C. de solutionib. Cardin. Tusch. d. lit. M, concl. 184. num. 5.*

5 MELIVS est pauca verba idonea effundere, quàm multis inutilibus homines prægrauare, *l. tanta. §. contrarium, C. de veteri iure enucl.* quia verba superflua, & inania solent stomachari prudentes, *Roland. cons. 39. num. 2. lib. 2. & cons. 61. in princ. p. lib. 3.* quem refert *Cardin. Tusch. tom. 7. lit. S. concl. 895. num. 31.*

6 MELIVS est nocentem dimittere, quàm innocentem punire, *l. absentem. ff. de pœnis, Cardin. Tusch. tom. 1. lit. A, concl. 41. num. 3. & tom. 5. lit. O, concl. 55. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Membrorum suorum nemo est dominus.*

2 *Occidere se ipsum nemini licet.*

3 *Clericus qui se ipsum incuriosè percutit, excommunicationem incurrit.*

4 *Clericum volentem, & consentientem percutiens incurrit excommunicationem.*

5 *Contrarium vt verius Auctor tuetur, & n. 6.*

Membra

Membra.

AXIOMA CXLVII.

1 MEMBRORVM suorum nemo est dominus. *Liber homo. ff. ad legem Aquil. cap. si non licet 23. quæst. 5.* cum aliis ibidem, *Rellet. disquisit. clerica'. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis. §. 1. num. 15.* cum huiusmodi dominium sit soli Deo reseruatum, iuxta illud *Sapient. 16. Tu es, Domine, qui vitæ, & mortis habes potestatem*, & *Deuteron. cap. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam.*

2 Vnde nemini licere se ipsum iugulare, aut veneno se occidere, seu vitam suam, aut propria membra dissipare, colliges ex latè congestis aduersus eos sic delinquentes per *D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 5. Plaz. de delict. cap. 23. Tiraq. de nobilit. cap. 31. num. 559. cum seqq. Simanch. de cathol. institut. cap. 18. à num. 21. Clar. in practic. lib. 5. §. fin. quæst. 68. num. 37. Cou. lib. 1. vari. cap. 2. à num. 8. & lib. 2. cap. 1. num. 11. col. vlt. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 3. num. 13. cum seqq. Anton. Scap. de iure non scripto, lib. 5. cap. 189. Petr. à Nauarra tom. 1. de restitut. lib. 2. cap. 3. à num. 14. Roland. cons. 20. per totum, vol. 3. Petr. Royss. Lituan. decis. 1. num. 14. cum seqq. Menoch. de arbitrar. casu 284. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 1. Leon. Less. in simili tract. lib. 2. cap. 9. à num. 98. cum seqq.*

3 HINC etiam infertur, clericum qui se ipsum iniuriosè percutit, scilicet irato animo, vel vitæ tædio, vel ex alia irrationabili causa, excommunicationem incurrere, vt resoluunt *Felin. in cap. contingit, il 1. num. 1. vers. & per hoc, de sentent. excomm. Carrer. in praxi, tit. de homicid. §. octauò quæro, Nau. in Man. cap. 27. num. 88. in fine, Mantu. sing. 1. num. Clar. §. fin. quæst. 77. num. 3. Menoch. de arbitrar. casu 284. num. 37. Gutier. de iuram. confirm. p. 1. cap. 16. num. 54. Cened. ad Decretum collect. 24. num. 13. Soar. tom. 3 de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 57. Sayr. in simili tract. lib. 3. cap. 26. num. 20.*

4 DENIQVE hinc colliges, non posse clericũ consentire, vt aliquis eum percutiat, quin excommunicationem, *can. si quis suadente, 11. qu. 4.* incurrat, vt Doctores communes deducunt ex *d. cap. contingit*, & explicant *Mantu. Dialog. 35. Iacob. de Graff. in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 49. num. 6. Gutier. d. cap. 16. à num. 53. Soar. d. sect. 1. à num. 57. Sayr. d. cap. 26. num. 18.*

5 VERVM contra hanc resolutionem non leuiter obstat, quod ille *can. si quis suadente*, expressè requirit, vt excommunicatio ipso iure incurratur, quod iniectio manuum ipso iure sit violenta, vt patet ex verbis ipsius *can.* & meliùs ex *cap. 1. de sentent. excom.* ibi *non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari*, quæ particula non conuenit percutienti clericum volentem, & consentientem, iuxta *reg. Scienti, de regul. Iuris, lib. 6.* cum similibus, & fatetur ipse Pontifex *in eodem cap. contingit*, ibi, *huiusmodi manuum iniectio etiamsi non violenta*, &c. & magis in decisione, quæ habetur *in vers. ideò*, quatenus solùm prohibet, ne de cætero illud fiat, vt clerici se percutiendos laicis subijciant, minimè autem percutientibus volentem clericum excommunicatio præscribitur; sed clericos sic se percutioni subiicientes post tempora illius tex. excommunicandos esse constituit. Atque ita ex iis fundamentis non defuerunt, qui disputando contra communem sententiam tenuerint, negantes percutientes clericum volentem excommunicationem illam incurrere, de qua *in d. can. si quis suadente*, quod alij probabile censent ante *d. cap. contingit*, non ita post illud, quia putant ibi expressè probari, istos eam excommunicationem incurrere, de qua *in d. can. si quis suadente.*

Ego igitur, licèt rarò, & difficulter à receptis 6
sententiis recedere consueuerim, numquam tamen supradictæ communi potui acquiescere, sed semper constanter existimaui, & existimo, neque ante, nec post, *d. cap. contingit*, probari Iure nostro, quod percutiens clericum volentem excommunicationem illam ipso iure incurrat, vt latiùs, & maiori cum commoditate alibi ostendam. Qua quidem sententia retenta, facilè etiam erit defendere resolutionem contra communem, de qua *suprà num. 3.* quod clericus seipsum percutiens excommunicationem illam non incurrit, etiamsi iniuriosè fiat, vel illicitè, vt tenuit *Fab.* quem refert, & sequitur *Mantu. dial. 125. vers. si se ipsum vulneraret* Et ratione illa confirmatur, quia ad excommunicationem illam incurrendam requirit canon distinctionem personarum inter ipsum percussorem, & percutientem, quod generaliter in omnibus moralibus actionibus pro regula constitutum est, *in cap. vlt. de institut.* & in *cap. debitum, de baptismo*, cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Mens magis debet attendi, quàm verba. Ampliatur in vltima voluntate, & omni alia dispositione, vt num. 4. & 5.*
2 *Verba trahuntur ad mentem & rationem, non è contrà.*
3 *In contractibus potiùs attenditur sensus & mens, quàm verba.*
6 *Mens debet attendi præsertim in rescriptis.*
7 *Mens ex proœmio colligitur.*
8 *Mens Principis talis præsumitur, qualis de iure esse debet.*

Mens.

AXIOMA CXVLIII.

MENS magis debet attendi, quàm verba, 1
quia mens potentior est verbis, *l. Labeo. in fin ff. de supellect. leg. l. nominis, & rei. §. verbum. ff. de verb. signif. Armendar. in proœm. addit. ad recopil. legum Nauarræ. num. 19. Sigism. Scacc. de appellat. quæst. 4. num. 21.* & verba trahuntur ad mentem & ratio- 2
nem, non è contra, *Oldrad. cons. 9. vers. item cum Iura dicant. num. 3. & 4. Federic. de Senis cons. 4. num. 5. vers. multum est, Ias. cons. 140. col. 5. lib. 2.* vbi quod inseruiendum est menti, & illi adhærendum, si apparere potest, *Anchar. cons. 219. Mirum. num. 5* vbi quod verba impropriantur, vt deseruiat menti, late *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 19. per totam.*

Amplia primò in contractibus, in quibus potiùs 3
attenditur sensus ea mens, quàm verba, *Alex. cons. 28. Visis, in princip. lib. 1. & cons. 34. Viso instrumento. num. 3. lib. 2. & cons. 103. Quoniam. n. 3. & 4. lib. 6. Abb. cons. 43. Videtur. num. 4. lib. 1. Cranet. cons. 33. num. 21. Cardin. Tusch. d. lit. M, concl. 199. num. 55. & 73.* quia à mente pendet substantia contractuum, *Paris. cons. 78. num. 10. lib. 1. Roland. à Valle cons. 69. num. 45. lib. 3. Rot. decis. 700. num. 7. apud Farin. p. 2. recent.*

Amplia secundò in omni vltima voluntate, *Ro-* 4
land. à Valle cons. 35. num. 3. lib. 3. & cons. 70. num. 38. eod. lib. vbi quod regina dicitur mens in vltimis voluntatibus

luntatibus, quæ obtinet primum locum, *Rot. decis. 663. num. 1. apud Farin. p. 2. recent.* vbi quod mens testatoris in interpretandis vltimis voluntatibus potiùs attendenda est, quàm nimia Iuris subtilitas, *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 9.* vbi quod pro seruanda mente & voluntate testatoris recedit à verbis, *Castr. cons. 264. videtur dicendum, lib. 2.* vbi loquitur in substitutionibus, *Angel. Aretin. cons. 32. n. 2. vers. quinimò*, vbi quod impropriantur verba in vltima voluntate, vt mens conseruetur.

5 Amplia tertiò in omni dispositione, *Roland. à Valle cons. 61. num. 35. lib. 2.* vbi quod ex coniecturis elicitur, *Abb. cons. 75. num. 7. lib. 1. Card. Tusch. d. concl. 199. num. 77. & 85.* vbi *num. 90.* limitat, quando non constat de mente, quia tunc standum est verbis, & *num. 91.* post *Alex. cons. 32. num. 5. & 6. lib. 7.* etiam limitat, quando mens, vel ratio est dubia, quia attendi debent verba.

6 Mens debet attendi præsertim in rescriptis, *glos. verbo intentiones, in cap. si propter, de rescript. nu. 6. Socin. cons. 59. num. 4. vol. 1. Surd. decis. 268. in fine*, quos refert *Oclau. Glorit. resp. 2. n. 7.*

7 Mens ex prœmio colligitur, *cap. ex multa 9. §. secundò quæsiuisti, de voto, Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. num. 65. Mascard. de probat. concl. 1284. num. 6. Gutier. practic. lib. 1. q. 89. à num. 3. Oclau. Glorit. resp. 1. p. 3. n. 136. Rot. decis. 619. num. 5. apud Farin. p. 2. recent.*

8 Mens Principis talis præsumitur, qualis de Iure esse debet, *Ias. in l. causas. num. 6. C. de transaction. Grammat. cons. 34. num. 3. & cons. 45. n. 33. in crimin. Dec. cons. 64. num. 7. & cons. 580. num. 2. Gozadin. cons. 101. num. 10.* quos refert *Oclau. Glorit. resp. 6. n. 52. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Meum quod est, amplius meum fieri non potest.*

2 *Limita, quando res mea non esset perfectè mea.*

Meum.

Axioma CXLIX.

1 Meum quod est, amplius meum fieri non potest, *l. si rem meam. ff. de verbor. obligat. l. 4. §. 1. ff. de acquir. possess. §. si cui fundus. §. sed si rem legatarij, Instit. de legat.* vbi *Richard. num. 2. §. sic itaque, Instit. de actionib. cap. inter dilectos, de fide instrum. Bertaz. ol. de clausulis instrument. clausu. 19. glos. 2. n. 9. Surd. cons. 305. num. 56. Ioseph. de Sesse Aragonia decis. 46. num. 23. & 24. & decis. 87. num. 3. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 226. per totam*, vbi

2 *num. 4* post *Abb. cons. 3. num. 1. lib. 2.* limitat, quando res mea non esset perfectè mea, veluti si ex donato non sequuta traditione, quia non sum adhuc dominus, potest mihi ex testamento legari, vel ex institutione, qua dominium transit ex vltima voluntate.

SVMMARIVM.

1 *Minima non sunt in consideratione.*

2 *Probatio per iuramentum admittitur, vbi agitur de modica summa.*

3 *Solemnitas non vitiat, si in modico sit omissa.*

4 *Forma data circa modica, & minima non vitiat, si non seruetur.*

5 *Declaratur Axioma, quod minima non sunt in consideratione.*

Minima.

Axioma CL.

Minima non sunt in consideratione, sine de minimis non curat Prætor, *l. scio. ff. de in integ. restitut. l. 4. in fin. ff. de addit. edicto, Ias. in l. sciendum. num. 7. cum seqq. ff. qui satisd. cog. Bald. in cap. cùm adeò. num. 3. cum seqq. de rescript.* latè *Crauet. cons.* 1 182. *num. 14. & 15. cum seqq.* vbi quod probatio per 2 iuramentum admittitur, vbi agitur de modica summa, & quod sola indicia & præsumptiones admittuntur, vbi agitur de modico præiudicio, & quod tunc sola fama probat, & quod litteræ Ordinarij etiam tunc probant, & quod assertioni partium statur, vbi agitur de modico præiudicio, etiam in iis, quæ non possunt liberè à partibus disponi sine causa, & quod circa leuia statur assertioni Iudicis, *Alex. cons. 138. Lancellotus, num. 3. lib. 2.* vbi quod solem- 3 nitas non vitiat, si in modico sit omissa, *Angel. Aretin. cons. 68. num. 6. vers. quinimò*, vbi quod forma data circa modica, & minima non vitiat, si non seruetur, *Abb. cons. 7. col. 2. lib. 2.* vbi quod in modicis 4 statuit Ecclesia sine consensu Episcopi, *& cons. 36. col. fin. eod. lib. 2.* vbi quod liber rationum in modicis probat, *Brunor à Sole in locis communib. verbo minima, Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 691. in 1. edit. aliàs resolut. 585. à num. 7. in 2. edit. Cardin. Tusch. tom. 5. lit. M. concl. 239. per totam.*

Intellige Axioma, quando agitur de Iure speciali 5 contra Iuris communis regulas, putà per viam restitutionis in integrum, quia tunc de minimis nulla solet esse Prætoris cura, nam pro modica læsione à Iure communi non recedimus; & ita procedit, *tex. in d. l. scio, & in l. si oleum. §. vlt. ff. de dolo, & in l. res bona. ff. de contrab. empt.* cum similibus. Vbi verò agitur de Iure communi, de minimis curatur, & procedit, *tex. in l. 1. §. illud. ff. de coniung. cum emancip. liber. & in l. quamuis. ff. vt in possess. legat. & in l. 1. §. cùm dicitur. ff. si cui plusquam, l. si proprietarius, in fine primi responsi, vers. eadem. ff. de damno infecto*, etiamsi simus in pœnalibus, putà in furto quòd committitur in ansere, vel gallina, vel in vno ouo, *l. naturalem. §. gallinarum. ff. de acquir. rer. domin. §. gallinarum, Instit. de rerum diuis.* Sic intelligunt *Bart. num. 1. vers. nota quod de minimis, Alberic. de Rosat. col. 1. num. 1. in d. l. scio, Imol. in cap. maioribus, col. 1. num. 3. vers. & potes addere, de præbend. Curt. Iun. in auth. præterea, col. 3. num. 8. vers. tu considera, C. vnde vir & vxor*, & alij, quos refert, & sequitur *Rendinæ in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 100. num. 13.* Vide alia similia *Axiom. seq.*

SVMMARIVM.

1 *Modica non nocent.*

2 *De modico non est curandum.*

3 *Simonia non committitur, si quid minimum donetur.*

4 *Peccatum tantummodò veniale dari potest in vsura ratione paruæ quantitatis.*

5 *Iusiurandum in promissione rei minimæ adhibitum, si non seruetur, lethale peccatum minimè committitur.*

6 *Teſtes ſingulares probant, vbi agitur de modico præiudicio.*

7 *Modica in quibus caſibus attendantur, oſtenditur.*

8 *Gabellæ in ſolutione qui deficit in vno nummo, non excuſatur.*

9 *Emphyteuta ſoluens nummum pro canone, ita expellitur, & cadit à iure ſi illum nummum ſoluere ceſſat per biennium, ſeu triennium, ſicut ſi maior eſſet ſumma.*

Modica.

AXIOMA CLI.

1 MODICA non nocent, *cap. ſi proponente 42.* vbi *gloſ. 1. de reſcript. Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus. num.* 107. *C. de reuocand. donat.*

2 *& in tract. de iudicio in rebus exig. verſ.* 29. quia de modico non eſt curandum, *l. ſi oleum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de dolo, l. in rebus. § poſſunt. ff. commodati, Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg.* 422. vbi ait procedere, niſi modica eſſent eſſentialia, *Bertazol. in reper. l. ſi quis maior, C. de tranſactionib. num.* 422. *Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ.* 39. *n.* 3. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 36. *in* 2. *edit.*

3 Vnde modicam rem non efficere ſimoniam id eſt, ſimoniam non committi, ſi quid minimum donatur, tenent *Crauet. conſ.* 46. *num.* 12. *verſ. confirmatur, Tiraq. de iudicio in rebus exig. verſ.* 30. *Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 166. *Soar. de Religione, lib.* 4. *de ſimonia, cap.* 3. *num.* 5. *cum ſeq. Aloyſ. Ricc. in deciſion. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ.* 208. *n.* 6. *cum ſeqq. p.* 1. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 5. *lit. M, concluſ.* 239. *n.* 46.

4 Et in vſura ratione paruæ quantitatis peccatum dari poſſe tantummodo veniale, reſoluunt *D. Thom.* 2. 2. *q.* 66. *art.* 6. *ad* 3. *Cou. lib.* 1. *vari. cap.* 3. *n.* 12.

5 Et lethale peccatum non committi, ſi iuſiurandum in promiſſione rei minimæ adhibitum non ſeruetur, tradunt *S. Antonin. p.* 2. *tit.* 10. *cap.* 4. *§.* 1. *col.* 3. *Sylueſt. in ſum. verbo Iuramentum* 4. *q.* 1. *ad fin. Sot. d Iuſtit. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 7. *in* 7. *col. & lib.* 7. *q.* 2. *art.* 2. *verſ. vtrum ratione leuitatis, Azor. Inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *cap.* 5. *q.* 3. *Fr. Emman. quæſt. Regular. tom.* 3. *q.* 50. *art.* 2. *Sayr. in claui Regia, lib.* 5. *cap.* 46. *n.* 28. Quamuis contradicant *Caiet.* 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. *ad* 1. *dub. Cou. Tabien. Armil. & Philiarch.* citati ab *Azor. vbi ſuprà, & Alex. conſ.* 105. *Magnifice. num.* 19. *verſ. accedat, lib.* 3. putans quod emptor non implens iuratam emptionem cadit à tota, ſi minimum remanet, quod non impleuit, & *Crauet. conſ.* 182. *num.* 16. exiſtimans quod vbi eſt iuramentum, modicus defectus etiam in vno nummo facit incidere in pœnam, prout eos refert *Cardin. Tuſch. d. lit. M, concl.* 239. *n.* 40. *&* 41.

6 Et quod teſtes ſingulares probant vbi agitur de modico præiudicio, dicunt *Crauet. d. conſ.* 182. *n.* 15. vbi idem dicit de teſtibus conſanguineis, & de illis, qui modicam vtilitatem, vel commoditatem ſunt percepturi, *Abb. conſ.* 113. *col.* 4. *verſ. vel poſſumus, lib.* 2. *Anton. Gabr. commun. tit. de teſtib. concl.* 2. *n.* 74. *Seraphin. de priuileg. iuramenti, priuil.* 27. *num.* 11. *Farin. in praxi crimin. q.* 64. *num.* 298. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 239. *num.* 12.

7 MODICA tamen ſemper attenduntur in iſtis caſibus. Primò, quando diſpoſitio loquitur per verbum, *aliquid.* Secundò, quando diſpoſitio loquitur conditionaliter. Tertiò, quando ſumus in formalibus. Quartò, quando minimum requiritur ad integrandum numerum maiorem, & quando agitur permiſſiuè, ſecus ſi prohibitiuè. Sextò, quando militat eadem ratio in modico, ſicut in magno; ita plenè *Dec. in cap. de appellationibus. num.* 11. *cum ſeqq. de appellat.* quem refert *Cardin. Tuſch. d. concl.* 239. *num.* 39. Ideo in ſolutione gabellæ qui deficit § in vno nummo, non excuſatur, *Alex. conſ.* 105. *Magnifice. num.* 20. *verſ. pro hoc bene facit, lib.* 3. Et em- 9 phyteuta ſoluens nummum pro canone, ita expellitur, & cadit à iure ſi illum nummum ſoluere ceſſat per biennium, ſeu triennium, ſicuti ſi maior eſſet ſumma, *Bald. in cap. cùm adeò, in princip. num.* 3. *verſ. & ſic nota, de reſcript. Tiraq. de iudicio in rebus exig. verſ.* 51. *Crauet. d. conſil.* 182. *num.* 16. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 61. *num.* 23. *& tit.* 7. *q.* 17. *n.* 23. *&* 24. *Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 13. *Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 11. *num.* 12. *& conſ.* 38. *num.* 9. *Molin. de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 453. *verſ. dubium etiam eſt, Rebellus de obligat. Iuſtit. p.* 2. *lib.* 12. *q.* 8. *num.* 8. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 239. *n.* 42.

SVMMARIVM.

1 *Brocardica materia eſt, an mixtum comprehendatur ſub ſimplici.*

2 *Mixtum continetur ſub ſimplici, quando ex communi vſu loquendi illud mixtum reputaretur tanquam vnum ſimplex.*

3 *Et quando qualitates in mixto concurrentes ſunt inter ſe compatibiles.*

4 *Et quando mixti qualitates ſunt ſeparabiles.*

5 *Et quando concurrit mens, & intentio verſimilis diſponentis.*

6 *Et quando in ſimplici & mixto adeſt eadem ratio.*

7 *Et in gratia, & beneficio Principis.*

8 *Et quando aliàs ſequeretur Iurium contrarietas.*

9 *Et quando lex hoc exprimeret.*

10 *Et quando eadem diſpoſitio exprimit illa ſimplicia, ex quibus mixtum eſt compoſitum.*

11 *Mixtum non continetur ſub ſimplici in odioſis, ſeu aliàs in materia ſtrictè interpretanda, ſeu materia exorbitante, & correctoria.*

12 *Et in contractibus.*

13 *Et in ſtatutis.*

14 *Et in legatis.*

Mixtum.

AXIOMA CLII.

MIXTVM an comprehendatur ſub ſimplici, 1 difficilis eſt materia, quam brocardicam appellant *Roman. in l.* 2. *num.* 10. *ff. de verb. obligat. & Iaſ. in §. omnium. num.* 28. *Inſtit. de actionib.* Ideo cùm certa regula conſtitui non poſſit, ponam primo loco omnes caſus in quibus ſub ſimplici mixtum continetur, & in quibus diſpoſitio loquens de

mixto procedit etiam in simplici; deinde subiiciam alios casus, in quibus mixtum sub simplici non continetur.

2 MIXTVM continetur sub simplici, quando ex communi vsu loquendi illud mixtum reputaretur tanquam vnum simplex, & isto casu dispositio loquens de simplici habet locum etiam in mixto, *l. librorum. §. quod tamen. ff. de legat. 3. l. vel vniuersorum. ff. de pignorat. act. l. si quis vinum. ff. de vino, tritico, & oleo leg. Bolognet. in repet. l. 2. in princip. ff. de verb. obligat. num. 62. & 66. vers. secundò limitatur, & n. 75. vers. secundò fallit.*

3 Secundò continetur etiam quando qualitates in mixto concurrentes sunt inter se compatibiles, *l. seruis vrbanis. §. fin. ff. de legat. 3. l. Titia textores. ff. de legat. 1. Bolognet. d. l. 2. in princip. num. 54.* Secus si in mixto concurrũt qualitates incompatibiles, & contrariæ, quia tunc mixtum non continetur sub simplici, vt *in l. 1. §. interdictorum. ff. de interdict. & in l. in tribus. ff. de iudic. & in d. l. seruis vrbanis. §. fin. & in d. l. Titia textores. § 1. ff. de legat. 1. & in §. quædam, Instit. de action. Bolognet. d. l. 2. in princip. n. 46. & num. 54. vers. sed si eueniat, & num. 65.*

4 Tertiò continetur quando mixti qualitates sunt separabiles, vt *in d. l. 2.* resoluunt *Angel. num. 1. vers. in autem, Aretin. post num. 2. vers. aliquando, Alex. num. 2. vers. vnde, Roman. num. 10. & num. 16. Cuman. num. 4. Bologn. num. 45. & 186. Alciat. in repet. n. 15. cum seq. & num. 23. Polyd. Ripa in tract. de nocturno tempore, cap. 4. num. 8. & 9.* Secus verò si qualitates in mixto concurrentes sunt inseparabiles, tunc enim dispositio loquens de simplici, non habet locum in mixto continente inseparabiles qualitates, vt *in l. vim passam. §. præscriptione. ff. de tutel. & in l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. Bologn. in d. l. 2. in princ. num. 47. & 186. Alciat. in repet. sub n. 23. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 244. num. 32.* vbi quod quando materia est indiuidua, mixtum non continetur sub simplici, etiam quod dispositio loquatur de pluribus simplicibus, *Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 14.* vbi ampliat etiam in odiosis.

5 Quartò continetur si concurrat mens, & intentio verisimilis disponentis, vt per *Bolog. in d. l. 2. in princip. num. 55. ad fin. vers. fallit vbicunque, & n. 58. vers. vbicunque, Alciat. in repet. post num. 23. Galiaul. post num. 20. Card. Tusch. d. lit. M, concl. 294. n. 48. Polydor. Ripa d. cap. 4. num. 12. vers. aut constat, & num. 120.*

6 Quintò continetur vbi in simplici & mixto adest eadem ratio, & multo magis si in mixto viget maior ratio, quàm in simplici, tunc enim dispositio loquens de simplici habet locum etiam in mixto, *Bologn. in d. l. 2. in princ. num. 55. vers. & ideo in istis mixtis, & num. 57. vers. sicut è contrario, & n. 62. vers. tertiò fallit, & num. 67. vers. tertiò limitatur, & num. 72. cum seqq. Alciat. in repet. sub num. 10. Surd. cons. 33. num. 29.* vbi ampliat etiam in pœnalibus, & odiosis, *& cons. 315. num. 58. Card. Tusc. d. conclus. 294. num. 34. Polydor. Ripa d. cap. 4. num. 13. Rot. decis. 385. num. 4. apud Farin. p. 2. recent.*

7 Sextò continetur in gratia, & beneficio Principis, ac proinde concessa per Papam legato facultate legitimandi spurios, & incestuosos censetur etiam data potestas legitimandi spurios, & incestuosos simul, ex quo talis legitimandi facultas reputatur fauorabilis, cùm agatur de beneficiis Principum, & sic latè interpretandis, ita *Bart. in d. l. 2. in princip. num. 2. Angel. num. 2. vers. & ideo, Imol. num. 2. cum seqq. Alex. num. 3. Roman. num. 62. Cuman. num. 3. vers. secundum, Alciat. in repet. num. 41. cum seqq. Galiaul. num. 6. cum seqq. Ias. in §. omnium. n. 31. Instit. de action. Mandos. in reg. 10. Cancel. q. 3. n. 10.* & saltem procedere quando legitimatio non tendit in alicuius præiudicium, agnoscunt *Cephal. cons. 117. num. 37. lib. 1. Ossasch. Pedem. decis. 119. num. 1. cum seqq. Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 90. cum seqq. Rot. d. decis. 385. n. 4. p. 2. recent.*

Septimò continetur quando aliàs sequeretur Iu- 8
rium contrarietas, ita *Bart. in d. l. 2. num. 2. vers. cùm ergo, Cuman. etiam num. 2. vers. & hoc verum, Ias. num. 5. in fine, Cardin. Tusch. d. concl. 294. n. 33. Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 42.*

Octauò continetur quando lex hoc exprimeret, 9
Bart. in d. l. 2. num. 2. vers. item, Cuman. etiam n. 2. vers. item comprehendit, Ias. num. 5. Polydor. Ripa d. cap. 4. num. 5. & 6.

Nonò continetur quando eadem dispositio ex- 10
primit illa simplicia, ex quibus mixtum est compositum, non ex proprietate sermonis, sed ex benignitate, *Bologn. in d. l. 2. in princ. num. 56. in fine, Galiaul. in repet. num. 15. & 21. vers. puto, Angel. cons. 348. num. 2. vers. licèt secus, Cardin. Tusch. d. concl. 244. num. 35. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 9. in fine.*

MIXTVM non comprehenditur sub simplici, 11
nec dispositio loquens de simplici locum habet in mixto in odiosis, seu aliàs in materia strictè interpretanda, *Aym. cons. 276. col. fin. vers. iam causa collectarum, Cephal. cons. 26. num. 24. cum seqq. lib. 1. Tiraq. de legib. connub. glos. 5. num. 71. Herculan. in tract. de cautione de non offendendo, cap. 17. num. 2. Mandos. ad reg. 11. Cancel. q. 3. num. 6. & reg. 11. q. 16. num. 2. & reg. 32. q. 30. num. 8. vers. amplius conditio, Surd. cons. 430. num. 14.* Item quando eadem dispositio est pœnalis, *Bertazol. cons. 126. num. 13. in fine, Cardin. Tusch. d. lit. M, concl. 294. num. 2. & 45. Polydor. Ripa d. cap. 4. num. 9. & 109. cum seqq.* seu materia exorbitans, aut correctoria, *Tiraq. d. glos. 5. num. 71. Mandos. reg. 33. q. 7. num. 3. vers. quinto, & vltimo, & reg. 11. q. 16. num. 2. & reg. 32. q. 30. num. 8. vers. amplius conditio, Cardin. Tusch. d. concl. 244. n. 26. Polyd. Ripa d. cap. 4. num. 48. & n. 126.* Et in respicientibus præiudicium tertij, *Ruin. cons. 167. num. 10. lib. 1. Crauet. cons. 491. num. 3. Hier. Gabr. cons. 197. num. 6. lib. 1. Surd. decis. 174. num. 16. Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 127.*

MIXTVM non continetur sub simplici, nec 12
dispositio loquens de simplici habet locum in mixto in contractibus, ita *Roman. in d. l. 2. in princip. num. 57. vers. sequitur quintò, Cardin. Tusch. d. concl. 244. num. 12. Polydor. Ripa d. cap. 4. num. 32. & 33.* vbi subdit, quod hoc fallit fauore libertatis. Sic 13
etiam statuta loquentia de simplici non habent locum in mixto, quia in statutis facienda est stricta interpretatio, *Bolognet. in repet. d. l. 2. in princip. n. 69. & 70.* vbi *Alex. num. 7. Tiraq. d. glos. 5. n. 70. Cardin. Tusch. d. concl. 294. num. 16. cum seqq. Surd. decis. 174. num. 14. vers. & statutum, Polyd. Ripa d. cap. 4. n. 45. cum seqq. & num. 53. cum seqq.* ampliat, siue statutum loquatur de personis, siue de actibus, siue de artificio. Et quod in legatis mixtum non conti- 14
neatur sub simplici, eo quod in illis fit strictè interpretatio, tradunt *Roman. in d. l. 2. in princip. num. 10. vers. in legatis verò,* & ibi *Ias. col. 3. vers. vnde ille tex. Alciat. in repet. num. 19. Polydor. Ripa d. cap. 4. num. 29.*

Mora.

Mora.

AXIOMA CLIII.

1 MORA vltima attenditur, & nocet, *l. illud* 17. *ff. de periul. & commodo rei vend. l. si mora, & l. semel mora. ff. soluto matrim. l. si & per emptorem* 53. *ff. de action. empti, l. si seruum* 91. *§. sequitur. ff. de verb. obligat. cap. si Iudex laicus* 12. vbi *glos. verbo clericali, de sentent. excom. lib.* 6. *Sebast. Medic. in tract. de nouation. p.* 2. *verbo mora, Alex. cons.* 72. *Videtur. n.* 8. *lib.* 3. *Socin. reg.* 23. vbi limitat quinque modis, *Cassan. in catalogo gloriæ mundi. p.* 12. *consid.* 100. *n.* 16. *Pichard. in disput. de mora. num.* 212. *Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 29. *num.* 86. *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.* 5. *lit. M, concl.* 372. *per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Mors omnia soluit.*
2 *Morte finitur societas.*
3 *Mandatum expirat morte mandatis.*
4 *Beneplacitum expirat morte concedentis.*
5 *Delicta morte extinguuntur.*
6 *Moriens nunquam præsumitur immemor salutis æternæ.*
7 *Mortuo non fit iniuria.*

Mors.

AXIOMA CLIV.

1 MORS omnia soluit, *auth. de nuptiis. §. deinceps, collat.* 4. *Anton. de Butrio cons.* 58. *in princip. Decian. cons.* 1. *n.* 10. *lib.* 1. *Sebast. Medic. in speciali tract. mors omnia soluit, Pichard. ad §. rectè quoque* 5. *n.* 8. *Instit. de mandato, Argel. de contradict. legitimo, q.* 7. *n.* 82. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 15. *num.* 3. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 5. *lit. M, concl.* 391. *per totam*, vbi *n.* 7. post *Socin. Iun. cons.* 112. *num.* 9. *& seq. lib.* 1. ait, quod per mortem quis dicitur relinquere omnia, & totum mundum, quia mors omnia extinguit, & soluit quoad potentias humanas.

2 MORTE igitur finitur societas, *l. actione. §. morte. ff. pro socio, §. soluitur, Instit. eod. tit. l.* 10. *tit.* 10. *partita* 5. *Ordin. Regia Lusitanor. lib.* 4. *tit.* 44. *§.* 4. *Anton. Gom. var. tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. *Valasc. de iure emphyt. q.* 30. *n.* 5. *& cons.* 63. *à n.* 3. *Matien. l.* 2. *glos.* 1. *n.* 15. *tit.* 9. *lib.* 5. *nouæ Recopil. Seraphin. de priuileg. iuram. priuil.* 57. *n.* 1. *Surd. cons.* 20. *n.* 3. *&* 4. *Molin. de Iustit. tract.* 2. *disp.* 414. *in princip. Azor. Instit. moral. p.* 3. *lib.* 9. *cap.* 6. *q.* 3. *Rebel. de obligat. Iustit. p.* 2. *lib.* 15. *q. vlt. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 375. *vers. secundo, Aloys. Ricc. in collect. decis. p.* 2. *collect.* 398. *Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 6. *tit.* 24. *à princip. Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 276. *à n.* 1.

3 MORTE mandantis mandatum expirat, *l. eius*, vbi *Alex. sub n.* 5. *ff. si certum petatur, l. mandatum, C. mandati, cap. relatum* 19. *de offic. deleg. Trunor à Sole in locis communib. verbo mandatum* 12. *Cardos. in praxi Iudicum, eodem verbo num.* 10. *Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.* 15. *n.* 24. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 7. *tit.* 21. *n.* 5. *Rebel. de obligat. Iustit. p.* 2. *lib.* 17. *q. vnica de mandato. n.* 4. *vers. quarto, Castill. quotidian. lib.* 2. *cap.* 29. *Soar. de legib. lib.* 8. *cap.* 31. *n.* 13. *&* 14. *Molin. de Iustit. tract.* 2. *disp.* 552. *n.* 7. *Cened. practic. lib.* 1. *q.* 38. *n.* 1. *&* 2. *Rota in Parisien. pecuniar.* 5. *Decemb.* 1612. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, impressa per Farinac. decis.* 443. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* Et mandatum procuratorium soluitur morte mandatarij, siue procuratoris. *§. Item si adhuc, Instit. mandati, Borrel. in summa omnium decis. tit.* 66. *n.* 260. vbi *n.* 289. subdit, non expirare per mortem domini, quando procurator est effectus dominus litis.

MORTE concedentis expirat beneplacitum, *cap.* 4
si gratiosè, de rescript. lib. 6. *Gutier. practic. lib.* 3. *q.* 11. *n.* 19. *Valasc. de iure emphyt. q.* 34. *num.* 7. *Gonzale ad reg.* 8. *Cancel. §.* 1. *procem. num.* 9. *cum seqq. & glos.* 12. *à princip. Cald. Pereira de manu Regia, cap.* 6. *num.* 19. & fuit dictum *in Bononien. Parochialis* 18. *Martij* 1613. *coram Card. Verospio, impressa per Farinac. decis.* 489. *num.* 4.

MORTE delicta extinguuntur, *l. defuncto. ff. de* 5
publicis iudic. l. 1. *& vlt. C. si reus vel accusator mortuus fuerit*, exornant *Duen. reg.* 173. *Tiraq. de pœnis temper. causa* 49. *à num.* 42. *Plac. de delictis, lib.* 1. *cap.* 28. *Cou. de sponsalib. p.* 2. *cap.* 6. *§.* 8. *num.* 6. *Clar. lib.* 5. *§. fin. q.* 51. *num.* 9. *&* 12. *Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit, p.* 2. *concl.* 27. *Mench. quæst. vsufrequent. cap.* 7. *num.* 15. *Anton. Gom. var. tom.* 3. *cap.* 1. *n.* 78. *Peregr. de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 1. *Cardos. in praxi Iudicum, verbo delictum. num.* 34. *Cald. Pereira quæst. forens. in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunctor. p.* 3. *in princip. & p.* 5. *num.* 1. *Cardin. Tusch. d. lit. M, concl.* 391. *num.* 1. Nam mors extinguit accusationem, ac proinde mortuo accusatore iudicium accusationis aboletur, *Clar. §. fin. q.* 51. *num.* 9. *vers. pariter*, declarando tamen, vt per *Cardin. Tusch. d. lit. M, concl.* 396. quia mortuus non potest effici habilis, vel inhabilis ad aliquid, *Bald. cons.* 57. *num.* 2. *lib.* 5. & ideo post mortem nemo potest incipere esse aliquid, *idem Bald. cons.* 394. *Punctus talis est. num.* 4. *in princip. vers. post mortem autem, lib.* 3.

MORIENS nunquam præsumitur immemor 6
salutis æternæ, *l. fin. C. ad legem Iul. repetund. cap. sancimus* 1. *q.* 7. *Cou. lib.* 2. *var. cap.* 13. *num.* 8. *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg.* 193. *Bertazol. cons.* 118. *num.* 13. *Menoch. cons.* 350. *num.* 9. *Escob. de ratiocin. cap.* 11. *num.* 30. *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 12. *q.* 1. *à num.* 7. *Anton. Monach. Florent. decis.* 2. *num.* 27. *Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 1. *comp.* 18. *num.* 66. Et ideo non præsumitur mentiri, *Surd. decis.* 55. *num.* 11. imò eius dictum habet vim iuramenti, *Socin. Sen. cons.* 161. *num.* 3. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 23. *num.* 9. *Anton. Monach. d. decis.* 2. *n.* 31.

MORTVO non fit iniuria, quia non potest vul- 7
nerari, neque suspendi, neque puniri, vt per *Boër. decis.* 316. *num.* 10. *cum seqq. Cardin. Tusch. d. lit. M, concl.* 389. *per totam.* Ratio manifesta est, quia homo mortuus homo non est, neque pœnæ, aut medicinæ capax, sicut & sensus expers noscitur, vt notat *glos. per tex. ibi in l. seruo manumisso. ff. de condict. indeb.* homo enim ex coniunctione animæ & corporis subsistit, vt explicat *Innoc. III. in cap. in quadam, vers. sed aduersus, de celeb. Miss. iuncto Clem.* 1. *§. porrò, de Summa Trinit.* & ex *Aristot. D. August. & D. Thoma*, explicat *Nau. in Man. prælud.* 1 *n.* 11. *Gom. vari. tom.* 3. *c.* 5. *num.* 32. Vnde multa notabilia refert *Dec. in cap. ad hæc* 5. *à num.* 29. *de priuileg.* inde meritò *à num.* 34. aduertens defendi non posse eorum sententiam, qui dicunt excommunicatos esse, qui clerici cadauer percutiunt, quos latè refert *Duen. reg.* 99. *ampl.* 6. *& Boër. d. decis.* 316. *num.* 12. *in fin.* non enim dici potest eum, qui clerici cadauer percutit, hominem aut clericum percutere; ac sub-

inde deficiunt verba *can. Si quis suadente* 17. *q.* 4. Non obstat quod in excommunicatione decedentes priuantur Ecclesiastica sepultura, & si in Ecclesiis, aut cœmiteriis eorum corpora sepeliantur, exhumanda & extrà sunt eiicienda, *cap. sacris, de sepultur. d. cap. adhæc*, quia dupliciter responderi poterit. Et primò, non esse inconueniens, quod propter culpam viuentis pœna maneat post mortem continuatiuè, ita vt si semel viuentem cœpit afficere, duret in cadauer, formaliter decidit *tex. in l.* 2. *de cadauer. punit.* & videmus in iis, qui pœna mortis puniuntur, & deinde in partes secantur, & comburuntur, aut bestiis obiiciuntur, vt probat *tex. in l. capitali.* §. *famosos. ff. de pœnis*, & prosequitur *Tiraq. de pœnis temper. causa* 49. *num.* 42. quod multo magis conuenit prohibitioni sepulturæ, quæ corporum mortuorum propria est; ac subinde mirum videri non debet, si Ecclesia mortuos eius vsu priuet, nam viuentes ad talem sepulturam, dum in excommunicatione manent, ius non habuerunt; ergo nec post mortem illud habere dicendum est, vt bene considerat *Soar. tom.* 5. *de censur. disp.* 12. *sect.* 4. *num.* 2. *ad fin.* Secundò responderi poterit, prohibitionem hanc & præceptum Ecclesiasticum non sepeliendi excommunicatum in loco sacro, non propriè dirigi in corpus ipsum, seu cadauer defuncti, sed in fideles viuentes, iuxta generale Apost. præceptum, quod non solùm in excommunicatos dirigitur, ne communicent cum fidelibus, sed etiam in ipsos fideles, ne communicent cum excommunicatis, *cap. sicut Apostoli, cum seqq.* 11. *q.* 3. Nec de potestate est dubitandum, iuxta plenissimam illam Christi Domini concessionem, *Quodcunque ligaueris*, &c. nec etiam de voluntate, quæ manifesta est ex illatione, quam Summi Pont. exprimunt *in d. cap. Sacris*, & iuxta illud, *cui non communicauimus viuo, nec communicemus defuncto*, relatum *in integra d. cap. ad hæc, de priuileg.* Ad textum verò *in cap. Sanè, il* 2. 24. *q.* 2. *& in cap. Si quis Episcopus, de hæret.* cum similibus, quibus probari videtur, mortuos excommunicari posse, quod tamen est contra verba & communem diffinitionem censuræ, quæ est sententia Iudicis ecclesiastici, qua homo Christianus bonis spiritualibus priuatur, &c. mortuum autem hominem non esse constat ex dictis, & ideo excommunicari non posse, comprobant *Castro de iusta hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 19. *Cou. in cap. alma mater. p.* 1. §. 11. *num.* 8. *Nau. in Man. c.* 27. *num.* 171. *Soar. d. tom.* 5. *de censur. disp.* 5. *sect.* 1. *num.* 3. *Sayr. in simili tract. lib.* 1. *cap.* 8. *à num.* 8. respondemus, in illis Iuribus excommunicationem proprie, & directè non proferri in mortuos, sed viuis Ecclesiam imperare, ne communicent cum illis, quos constat in excommunicatione decessisse, non faciendo pro eis suffragia, vel sepulturæ tradendo. Qua etiam ratione Ecclesia excommunicatos mortuos absoluit, iuxta *tex. in cap. à nobis* 28. *vers. nec obstat, de sent. excom.* non quod directè in eos exerceat iurisdictionem, quæ ad absoluendum necessaria est, iuxta *reg. cap. verbum, de Pœnit. dist.* 1. quæ videtur deficere respectu mortuorum, secundùm rationem, de qua Pont. *in d. cap. à nobis*, quia Christus Dominus Ecclesiæ dedit potestatem super terram, iuxta prædictam auctoritatem, *quodcunque ligaueris super terram*, &c. non autem in sepultos sub terra; sed quia per huiusmodi absolutionem viuis facultatem facit communicandi cum excommunicatis, qui in excommunicatione decesserunt, vt pro eis preces fundere, & suffragia facere possint, vel etiam sepulturæ mandare, vt bene explicat *Castro d. lib.* 2. *cap.* 20. *ad fin.* & reliqui omnes post eum citati.

SVMMARIVM.

1 *Natura, & ars fruſtrà nihil faciunt.*
2 *Natura rei potiùs attendi debet, quàm ſimplex nominatio.*
3 *Naturalia ſi concurrant cum accidentalibus, præferuntur.*
4 *Domicilium originis potentius eſt, quàm domicilium incolatus.*
5 *Naturaliter quod non poteſt fieri, non poteſt fieri ſecundùm legem poſitiuam, & eius ordinationem.*
6 *Paria ſunt, aliquid eſſe impoſſibile naturaliter, vel de Iure.*

Natura, Naturalis.

AXIOMA CLV.

NATVRA, & ars fruſtrà nihil faciunt. Dixi *ſuprà Axiom.* 33. *num.* 2. 1

NATVRA rei potiùs attendi debet, quàm ſimplex nominatio, *arg. tex. in l. ſi vno. ff. locati, cap. ea quæ, de ſimon. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 5. *num.* 18. 2

NATVRALIA ſi concurrant cum accidentalibus, præferuntur, *Ægid. Bellam. conſ.* 43. *in princip.* quem refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 5. *lit. N, concl.* 8. *num.* 1. Et ideo potentius eſt domicilium originis, quàm domicilium incolatus, quia vnum naturale, aliud eſt accidentale, *Anch. conſ.* 37. *Contra. num.* 6. *in fine, & num.* 7. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 8. *num.* 2. & naturalis coniectura præualet accidentali, *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 85. *n.* 55. 3 4

NATVRALITER quod non poteſt fieri, non poteſt fieri ſecundùm legem poſitiuam, & eius ordinationem, *l. qui ad certum. ff. locati, l. lex Cornelia, in fine. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. l. Gallus.* §. *ſi eius. ff. de liber. & poſthum.* Et ideo paria ſunt, aliquid eſſe impoſſibile naturaliter, vel de Iure, *l.* 1. vbi *gloſ. l. filius. ff. de condit. inſtit.* 5 6

SVMMARIVM.

1 *Cauſa neceſſaria facit permiſſum id, quod aliàs de Iure eſſet prohibitum.*
2 *Alienatio ſi eſt ſimpliciter prohibita, tamen ſi fiat ex cauſa neceſſaria, redditur permiſſa.*
3 *Conceſſione facta alicuius rei, videntur etiam conceſſa ea omnia, ſine quibus res illa commodè haberi non poteſt.*
4 *Neceſſaria cauſa præſumitur potiùs, quàm voluntaria.*

Neceſſaria.

AXIOMA CLVI.

NECESSARIA cauſa facit permiſſum id, quod aliàs de Iure eſſet prohibitum, multis caſibus, vt latè probat *Card. Tuſch practic. conci. tom.* 5. *lit. N, concl.* 18. *per totam.* Vnde alienatio ſi eſt ſimpliciter prohibita, tamen ſi fiat ex cauſa neceſſaria, 1 2

redditur

redditur permissa, *Ægid.Bell.am.cons.*55.*num.*4.*vers. sed nunquid, Angel.Aretin. consil.* 28. *Ad decisionem, num.*..*vers. quantum verò, Roman. cons.* 219. *Ex themate.num.*8.*vers.hoc primò probatur* , vbi *num.*9. *vers. secundò probatur*, subdit , quod causa necessaria non comprehenditur sub regula prohibente actum fieri.

3 NECESSARIA omnia ad vnum conceduntur illi, cui conceditur illud vnum,*l.*2. *ff. de iurisd. omn.Iudic.l.ad rem mobilem.* §. *qui procuratorem. ff. de procuratorib.l.*1.§.1.*ff.si vsufr.petatur,l.*3.§.*qui habet.ff. de seruitut.rusticor.prædi.l.*3.*ff.pro socio,l.*1.§.*fin.ff. de officio eius, cui mand.est iurisd.l.auibus,*& ibi *glos.*2. *ff. de legat.* 3. vbi quod in legato facto de auibus etiam auiaria comprehenduntur,sine quibus aues de facili aufugere possent, §. *minorem , Instit. de adoptionib. cap.præterea,de officio deleg.*cum his,quæ ad hoc principium exornandum tradunt *Nau.in princip.de Pœnitent.dist.*5.*num.*24.*Surd.consil.* 347. *num.* 20. *Gam. Lusitan. decis.*206. *nu.*9. *Thom.de Thomasset.in floribus legum.reg.* 29. vbi intelligit procedere in materia fauorabili , vel indifferenti , vel in coniunctis , & vbi militat eadem , ratio, *Galet.in margarita casuum Conscientiæ,verbo concedere,*vbi etiam intelligit quando illud concessum non potest stare sine illis. In vnius enim actus concessione omnia ea veniunt, quæ faciliorem , & commodiorem executionem actui præstant,*Bald.in d. l.* 2. *vers.tu dic plenius , ante num.*1.*ff.de iurisd.omn.Iud.* vbi *Curt. Iun. num.* 2. *cum seqq. Alciat.num.*2. *Dec.num.*6. *Ioan.Bologn. num.* 18. *& seq. Menoch. cons.*14.*num.* 8. *idem Bald. per tex.ibi in cap.vlt.num.*4. *de dolo & contum.* vbi quod habens mandatum ad necessaria, videtur etiam iliud habere ad vtilia , refert *Rendina in prompt. recept. sentent. tom.*1.*tit.*100.*num.*3.

4 NECESSARIA causa præsumitur potiùs, quàm voluntaria, *l.vxorem* §. *pater naturalis.ff. de legat.*3. *Castren.cons.*133. *Iste Martinus, col.*2.*lib.* 2. *Crauet. cons.*301.*num.*5.*&* 6. *vers.nec obstat* , vbi quod si duæ causæ necessariæ subsunt , præsumitur ex magis necessaria, refert *Cardin.Tusch.tom.*5.*lit.N, concl.* 23.*num.*1.*&* 2.

SVMMARIVM.

1 *Necessitas non habet legem.*
2 *Necessitas facit licitum , quod aliàs de Iure non est licitum.*
3 *Ex necessitate quæ fiunt , non dicuntur fieri in fraudem.*
4 *Liberalis nemo existit in necessitatibus.*

Necessitas.

AXIOMA CLVII.

1 NECESSITAS non habet legem , ideo lex subiacet necessitati , non è contrà , *l. tutor qui repertorium,ff.de administ.tuter.l. vt gradatim.*§.1.*ff.de muner. & honorib. l. non solum.* §. *fin. ff. de excus.tutorum, l. aliquando.ff. de officio Proconf. l. si quis filio.ff.de iniusto rupto, l.*1.*C.de operib.libert.l.pro tyronibus, C.de priuileg. domus Augustal.lib.*11. *cap.licèt,de feriis, cap. quinto,in fine, de consuetud.cap.exiit,col.*4.*in fine,de verbor.signif. lib.* 6. *Calderin. cons.* 95. *quod est vnicum de treuga, & pace. num.* 5. *vers.item est iniustum, Ias. in l. si ex toto, in fine princip.ff. de legat.* 1. vbi ponit plura exempla de bello,fame, peste, & similibus,*Anchar. cons.* 191. *in auxilium veritatis. num.* 4. *&* 5. *&* *cons.* 243.*num.* 4. vbi ait , quod necessitas non habet legem humanam, neque diuinam,'quia multa prohibita de Iure diuino , & humano , fiunt permissa ex necessitate, & è contrà permissa fiunt prohibita , & ponit exempla furti , homicidij,& similium, *Signorol.de Homod.cons.*42.*num.*3. vbi ait procedere etiam in necessitate Iuris, quia culpa caret , qui facit aliquid necessitate Iuris imminente, *Cephal.consil.*451. *num.*282.*&* 283. vbi ponit decem exempla, quibus necessitas facit recedere à Iure, à regula , & ab humanitate, & generaliter dicit procedere in necessitate contra dispositionem legis , secus in dispositione hominis , & optimè declarat *Castren. cons.* 400. *Priusquàm , col.* 2. *in princip. vers. subest enim necessitas,lib.* 1. vbi quod necessitas excusat , ne legibus, & legum præceptis subiiciatur , *Thom. de Thomassit. in floribus legum.reg.*189. *Gail.lib.*1.*obseru.*102. *num.*8. *Plac.de delict.l.b.*1.*cap.* 28. *num.* 3. *Surd. decis.* 86.*num.*8. *Barthol.Perett.ad extrauag.ambitiosæ,de rebus Ecclesiæ non alienan.verbo præterquam.num.* 4. *pag.* 176. *Matien. l.* 1.*glos.*21. *tit.*10.*lib.*5.*nouæ Recop.* latè & eleganter *Munnos de Escobar.de ratiocin. administ. cap.*14.*num.*10.*cum seqq.Card.Tusch.practic.concl. tom.* 5. *lit. N, concl.* 19. *per totam , Sanchez de Matrimon. lib.*3.*disp.*10.*num.*27.*Ceuall.commun. contra communes tom.*4. *quæst. fin. num.* 50. *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles.qst.decis.*711.*in* 1. *edit.aliàs resol.*602.*num.*19. *Monet.de distribut.quotid.p.*2.*quæst.*11. *num.* 38. *Bellet.disquisit.clerical.p.*1.*tit.de discipl.clericali.*§. 4. *num.* 55.*&* §.20.*num.*13.*Benedict.Ægid. in repet. l. ex hoc iure.ff. de iustit. & iure.p.*1.*cap.*8.*num.*26.*in fine.*

NECESSITAS facit licitum , quod aliàs de Iure non est licitum, *cap.quod non est licitum,de regulis Iuris, cap.quanto, de consuet. Bald. in l. Diuus Pius, in princ.not.ab.*2. *ff. de petit. hæred. Felin. in cap. querelam. num.* 19. *de iureiur.Tiraq. de pœnis temper. causa* 33.*num.*3. *Anton.Oliban.de iure fisci , cap.* 4. *num.* 36. *Escobar.de ratiocin.cap.*14.*num.*13.*Ceuall.commun.contra communes tom.*4.*quæst.fin. num.* 6. *Cardos. in praxi Iudicum,& Aduocat.verbo necessitas.num.*2. *Monet. de distribut.quotid.p.*2.*quæst.*11. *num.* 38. *Bellet. d.* §. 20. *num.* 13. *Cardin. Tusch. d. tom.* 5.*lit. N, conclus.* 19. *num.*12. 2

Ex necessitate quæ fiunt , non dicuntur fieri in fraudem, vt per *Goz.adin.cons.*87. *num.* 15. quem refert *Flamin. Paris. de resignationib. benefic.tom.*1.*lib.*2. *quæst.*3.*num.*40. 3

IN NECESSITATIBVS nemo liberalis existit, *l. rem legatam.ff.de adimend.legat.Tiraq.in l.si vnquam,verbo donatione largitus.nu.*106. *C. de reuocand. donat. Gam.Lusit.decis.*71.*nu.*3.*Pichard.ad rub. Instit. de adopt. num.*43.*Valasc.cons.*153.*num.*24. 4

SVMMARIVM.

1 *Negantis factum per rerum naturam nulla est probatio.*
2 *Negatio facit rem dubiam.*
3 *Negatiua plus negat , quàm affirmatiua affirmat.*

Negans, Negatio, Negatiua.

AXIOMA CLVIII.

1 NEGANTIS factum per rerum naturam nulla est probatio, *cap.bona , de elect. cap. super hoc, de renunciat.* Negatiua enim mera & simplex probari non potest , *cap. cùm Ecclesia Sutrina , vers. nos igitur, de causa possess.& prop. Oldrad. cons.* 244. *num.* 21.*in fine, & cons.*254.*num.*14.*vers.ad formam,Anton.*

Gabr.tom.3.commun.opinion.tit.de probationib. concl.6. Donat.à Fina tom.1.lib.4.tit.9.num.35.20. & 28. Rebuff.de except.num.160.cum seqq.Mascard.de probationib.concl.1087. Menoch.de præsumpt.lib.2.præs.50.num.8. cum seqq. Vincent.Caroc. de locato, & conducto, p.3. tit.de negatiua probanda, Cardos.in praxi Iudicum, verbo probatio.num.29. latè *Card.Tusch.practic. concl.tom.5.lit.N, concl.30. per totam.* Nisi habeat affirmatiuam implicitam, *Petr.de Anchar.cons.79. num.3. & seq. Flamin. Paris.de resignat.benefic.lib.8. quæst.2.num.27. Card.Tusch.d.concl.30.num.19.* Vel nisi resoluatur in affirmatiuam, *Oldrad.cons.254. num.25. vers. præterea, Menoch.d.præs.50.à num.14. Cardin.Tusch. d.concl.30.num.18.* Vel nisi sit coarctata loco & tempore, *Angel.Aret.cons.105. Viso supradicto.num.4. in fine, vers.sicus decimus, Clar.§.fin.quæst.52.num.4. vers. si tamen coarctetur, Rebuff.de except.nu.172. Mascard. concl.1087. num.8. Brunor. à Sole in locis communib. verbo testis.num.16. Flamin.Paris.lib.11.quæst.14.num.68. Mendez. à Castro in praxi Lusit.lib.5. cap.1. num.62. Cardin.Tusch.d.concl.30. num.49.* Vel probetur ex inspectione actorum, *Gemin.cons.57. In causa Archidiaconi.num.1. vers.item probata est secunda, Alex. cons.186. Visis subtilissimis, col.fin.num.15.vers.nec obstat, lib.2.Mascard.concl.968. & 1190. & 1318. num.18. Menoch.cons.21. num.23. Surd. decis.300. num.11. Card.Tusch. d.concl.30.num.20.cum seqq.Farin.in praxi crimin.p.2.quæst.65.à num.218. Cald.Pereira de emptione, & vendit.cap.34.num.42.*

2 NEGATIO facit rem dubiam, *cap.veniens 13. de suppl.neglig.Prælator.Felin.in cap.super eo, à num.2. de testibus cog. Surd.cons.4. num.28. Gutier. practicar. lib.3.quæst.9.num.10.*

3 NEGATIVA plus negat, quàm affirmatiua affirmat, siue, Negatio plus tollit, quàm ponit affirmatio, *l.filiusfam.§.1.C. de donationib. glos.1. in l. iuris gentium.§ sed si fraudandi.ff. de pactis, glos. verbo à suspensis, in cap.cùm dilectus, de consuet.cap. verbo non potest, in cap.1.de regulis Iuris, lib.6. Rayner. de Foroli cons.68. Quædam mulier.num.7.* quod est sub hoc numero inter consilia *Signoroli de Homod. Dec.cons. 3. Et pro tenui.num.4. vers.secundum verò, Crauet, cons. 809. Plura excutienda.num 4. Franc.Becc.cons.94.nu. 33. Tiraq. de iure primogen.quæst.24.num.12. Cou.vari. lib.1.cap.13.num.7. Cardin. Tusch. d. tom.5.lit.N, concl. 27. Mari. Antonin.vari.resolut.lib.1. resolut.20. num. 7. Surd. decis.243. num.6.* vbi *num.7.* subdit, quod negatiua dispositio nullum casum excipit.

Negligentia.

AXIOMA CLIX.

1 NEGLIGENTIA propria semper nocet, *Cardin. Tusch.practic.conclus.tom.5. lit.M, concl. 36.per totam*, nisi quis in re communi adhiberet illam diligentiam, quam adhiber rebus suis, quia tunc non potest teneri de negligentia, *Roman. cons. 413. Quoad primum.num.13.vers.quod autem, Cardin. Tusch. d.concl. 36. num. 30.* vel nisi diligentia nihil proficeret, quia tunc negligentia alicui imputari non debet, *l.fin.§. si ea conditione. ff. ad leg. Rhodiam de iactu, Bellet.disquisit.clerical.p.1.tit. de disciplina clericali.§.20.num.14.*

2 NEGLIGENTIA vnius alteri nocere non debet, *l.rem hereditariam, in fine. ff. de euictionib. l.3.ff. de transactionib. l.fin.ff. ad Syllan. l.non debet.ff. de regulis Iuris, Thom.de Thomasset. in floribus legum.reg. 190.* Sicut etiam negligentia in vno non nocet in alio separato, *Castren.cons.54. Videtur dicendum.num.2.lib. 1.Cardin.Tusch.d.concl.56.num.28.*

SVMMARIVM.

1 *Nemo dat quod non habet.*
2 *Plus iuris nemo in alium transferre potest, quàm ipse in se habeat.*
3 *Eligere viam nemo videtur, per quam iudicium suum subuertatur.*
4 *Nemo tenetur ad impossibile.*

Nemo.

AXIOMA CLX.

NEMO dat quod non habet, *l. traditio.ff. de acquir. rerum domin. l. nemo plus,* vbi *Dec. & Cagnol.ff.de regulis Iuris, l. si filius, C.de donat.cap.quomodo, de consecrat.dist.4.cap.quod autem, de iurepatron.cap. nemo plus de regulis Iuris, lib. 6.* citati plures Doctores *Axiom.64.num.1.* 1

NEMO plus iuris in alium transferre potest, quàm ipse in se habeat, *l.2.C.de pœnis, l.1.C. qui pro sua iurisd.cap.nemo potest 79.de regulis Iuris, lib.6.Surd. cons.126.num.31. Pichard.ad princip.Instit. de acquisit. per arrogat. num.49. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis.188. num.15.& 23. Cas. Argel. de contradict. legit. quæst.9. num.58. Rot. decis.686.num.1. apud Farin. p.2. recent.* 2

NEMO videtur eligere viam, per quam iudicium suum subuertatur, *l.3.vers. nec credendus. ff. de milit. testam. l.quoties 13. ff. de reb. dub. l.quoties. ff.de verb.oblig.cap. Abbate, iuncta glos.verbo potius, de verb. significat. Cardin. Mantic.de coniect.vltim.voluntat.lib.2. tit.1. Menoch.de præsumpt.lib.6.præs.1 princip.* 3

NEMO tenetur ad impossibile. Dixi *suprà Axiom.118.num.7.* 4

Nihil.

AXIOMA CLXI.

NIHIL & inutile æquiparantur, *l.4. §. condemnatum. ff. de re iudic.cap. sicut vigeri, 1. quæst. 1.* nam ex nihilo nihil fit, *l.Seia.ff.de tutor. & curator.l. eius.ff.de rebus dub. Aristotel. lib. 1. de generat. & corrupt. Farin.in praxi crimin.p.4.cons.60. num. 90. & ibi addit. Cald. Pereira de empt. & vendit.cap.3.n.15.* 1

SVMMARIVM.

1 *Non entis nullæ sunt qualitates.*
2 *Non entis, & non apparentis idem est iudicium.*
3 *Non esse, & non posse probari, paria sunt.*
4 *Non esse, vel reparari non posse, paria sunt.*
5 *Non esse, vel esse nullum, paria sunt.*
6 *Non fieri, & inutiliter fieri, paria sunt.*

Non esse.

AXIOMA CLXII.

NON ENTIS nullæ sunt qualitates, *l. eius qui in prouincia, vers. quoniam. ff. si certum petat. l.4.§. condemnatum. ff. de re iudic.l.2.ff.de vsufr.l. Pomponius.§.fin.ff. de acquir.possess. l. si seruum. §. fin. ff. de action. empti, l.nec villam. §. si quis absentis. ff. de petit. hered.* 1

hæred. l. 1. ff. de hæred. vend. cap. bona, de elect. cap. ad dissoluendum, de despons. impub. Tiraq. de iure primog. quæst. 55. num. 10. & in tract. cessante causa. p. 1. num. 212. Anton. Gom. var. tom. 1. cap. 1. num. 9. & cap. 10. num. 43. & l. 17. Tauri. num. 19. vers. primo, latè *Remig. in tract. de imminut. ampl. 20. num. 5. cum seqq. Thom. de Thomasset. floribus legum, reg. 202. Gutier. practic. lib. 3. quæst. 35. num. 10. Surd. decis. 316. num. 6. & cons. 61. num. 57. & cons. 246. num. 15. Brunor. à Sole in locis communib. verbo qualitas 9. Escob. de ratiocin. cap. 15. num. 17. & cap. 19. num. 26. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 6. lit. Q, concl. 6. Hieron. Fernandez de Ottero in interp. cap. gratum. num. 73. de officio deleg. Anton. Monach. Florent. decis. 56. num. 5. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. quæst. 905. num 80. Cald. Pereira quæst. forens. cons. 15. num. 50. Ioseph. Sesse Aragon. decis. 188. num. 14. & 24. Cæs. Argel. de contradict. legit. quæst. 4. num. 13. Mari. Antonin. vari. lib. 1. resol. 26. num. 4. & lib. 3. resol. 48. num. 18. Rot. decis. 228. num. 1. apud Farin. p. 2. recent.*

2 NON ENTIS, & non apparentis idem est iudicium, & paria sunt rem non esse, & non apparere, *l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. l. in lege. 77. ff. de contrah. empt. l. cum res. §. itaque. ff. de legat. 1. Surd. decis. 149. num. 2. & decis. 306. num. 13. & cons. 245. num. 13. & cons. 377. num. 23. Rota decis. 167. num. 35. apud Farinac. p. 1. recent.*

3 NON ESSE, & non posse probari, paria sunt,
4 *Surd. decis. 149. num. 2.* Et paria sunt non esse, vel reperiri non posse, *l. cùm vnus. §. fin. ff. de bonis auct. Iudic. possid. Bald. per text. ibi in l. cùm ita. §. species. ff. de legat. 2.*

5 NON ESSE, vel esse nullum, paria sunt, *d. l. duo sunt Titij, l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. possess. contra tab. Surd. decis. 51. num. 14. & decis. 222. num. 2. Flamin. Pariset. de resignat. lib. 8. quæst. 8. num. 34. cum seqq. Cald. Pereira de potest. eligendi cap. 5. num. 8. Farinac. in praxi crimin. p. 1. quæst. 15. num. 45. cum seqq. & p. 4. cons. 60. num. 90. & p. 5. quæst. 114. num. 128.*

6 NON FIERI, & inutiliter fieri, vel minus legitimè fieri, paria sunt. Vide *suprà Axiom. 92. nu. 9. cum seqq.*

Nostra.

AXIOMA CLXIII.

1 NOSTRA omnia facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur, *l. 1. §. omnia, C. de veteri Iure enucl. glos. verbo consule, in §. plebiscitum, Instit. de iure naturali, Anton. Gom. l. 40. Tauri. num. 89. vers. tertio, & l. 48. num. 3. Rebuff. in praxi benefic. p. 1. tit. de infirmis, glos. 2. num. 3. pag. mihi 204. Alex. cons. 123. Scripsit. num. 17. lib. 4. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. N, concl. 67. Valasc. cons. 105. num. 63.*

2 NOSTRVM quod semel est, amplius nostrum effici non potest, *Menoch. cons. 265. num. 5.* Et nostrum non potest à nobis sine facto nostro auferri, *idem Menoch. cons. 161. num. 19. & cons. 296. num. 10. & cons. 477. num. 7. Melch. Phabos. Lusit. decis. 28. num. 12. tom. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Nullum quod est, nullum producit effectum.*
2 *Nullum esse, vel esse sine effectu, paria sunt.*
3 *Nullum quod est, ius aliquod tribuere non potest.*
4 *Impedimentum non præstat nullum ipso Iure.*
5 *Nullum quod est, allegabile non est.*
6 *Nullum quod est, regulariter confirmatum non censetur, nisi expressè dicatur.*
7 *Nullum quod est ab initio, ipso Iure ratificari non potest.*
8 *Nullum quod est, rescindi non potest.*
9 *Nullum ab initio non conualescit ex tempore, & num. 10. declaratur.*
11 *Declaratur tex.* in cap. auditis 29. de elect.

Nullum.

AXIOMA CLXIV.

NVLLVM quod est, nullum producit effectum, *l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum possess. contra tab. l. 2. ff. de auctor. tutor. l. si aut nullum, C. de legit. hæred. l. non dubium, C. de legib. l. fin. C. de sentent. ex breuil. recitan. cap. illiad, de iurepatron.* Exornant *Barthol. Perett. ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. verbo infringere. num. 4. Cott. in memorab. verbo actus nullus, Alex. cons. 33. in princ. vol. 1. Franc. Becc. cons. 12. n. 54. Surd. decis. 40. n. 8. & cons. 1. n. 11. & cons. 373. n. 24. Flamin. de resignat. benefic. lib. 7. quæst. 1. n. 26. Aloys. Riccius in collect. decis. p. 3. collect. 623. Cæs. Argel. de contract. legit. quæst. 7. num. 146. Mendez à Castro in praxi Lusitania lib. 3. cap. 21. num. 43. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 78. num. 10. Rot. decis. 770. num. 1. apud Farin. p. 2. recent.* 1

NVLLVM esse, vel esse sine effectum, paria sunt, *Surd. decis. 51. num. 21. & 22. & cons. 3. à num. 8. & cons. 157. à num. 13. & cons. 179. à num. 49. & cons. 381. à num. 13. Anton. Monach. decis. Bononien. 40. puncto 7. num. 20. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 61. num. 24.* 2

NVLLVM quod est, ius aliquod tribuere non potest, *Rot. decis. 572. num. 9. apud Farin. p. 1. recent.* Et nullum quod est, perinde est ac si nullo modo fuisset factum, *Menoch. cons. 230. n. 13.* 3

NVLLVM ipso Iure non præstat impedimentum, *d. l. 4. §. condemnatum, cap. considerauimus, de elect. cap. qui contra ius, cap. non præstat 52. de regulis Iuris, lib. 6. Card. Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. N, concl. 140. per totam*, & faciunt quæ dixi *suprà Axiom. 115.* & præsertim si contineat præiudicium tertij, *Vant. de nullit. at. in rub. quotus, & intra quod tempus, &c. num. 53.* quem refert *Mari. Antonin. var. resolut. lib. 2. resol. 18. num. 3.* Nullum enim, quod est allegabile non est, *Roman. cons. 369. Circa primum. num. 16. Card. Tusch. d. concl. 140. num. 3.* 4 5

NVLLVM quod est, regulariter confirmatum non censetur, nisi expressè dicatur, *Marsil. sing. 196. & cons. crimin. diuers. 125. num. 14. lib. 1.* vbi quod confirmatio non trahitur ad statuta nulla, & vsu non recepta, *Cott. in memorab. verbo confirmatio Pontificis, fol. mihi 132. Roland. cons. 29. num. 35. lib. 1. & cons. 71. num. 46. cum seqq. lib. 2. Cephal. cons. 133. num. 101. cum seqq lib. 1.* vbi quod Principis confirmatio non validat actus nullos, & inualidos in præiudicium tertij, nec Princeps id velle præsumitur. Nullum enim quod est, confirmari non potest, *Menoch. cons. 351. num. 19. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 34. & decis. 53. num. 11. & decis. 289. num. 8. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7. num. 7. Cald. Pereira post tract. de potest. nomin.* 6

nomin. in responso pro Duce Pastranæ, vers. quæ sententia, Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 1. num. 32. cum seqq. nam confirmatio semper refertur ad id quod est validum, *Surd. decis. 289. num. 8. & 9. Aules ad cap. 17. Prator. verbo prouerb. num. 7. Rot. decis. 11. num. 3. apud Farin. p. 2. recent.* Ego ipse *in collect. ad cap. cum dilecta 4. num. 29. de confirm. vtili.*

7 NVLLVM quod est ab initio, ipso Iure ratificari non potest, *glos. vlt. in cap. cùm nos, de his quæ fiunt à Prælatis, Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur. num. 415. C. de reuocand. donat. Laurent. Calcan. cons. 16. num. 56. Paris. cons. 49. num. 12. & num. 61. & cons. 100. num. 66. lib. 1 & cons. 49. num. 27. eod. lib. 1. Simoncel. de decreto, in præfat. num. 51. cum seqq. Osasch. Pedam. decis. 34. num. 12. Virgil. Boccat. in constit. Piceni, glos. 8. num. 77. Rot. decis. 535. num. 11. apud Farin. p. 1. recent.*

8 NVLLVM quod est, rescindi non potest, *l. nam etsi sub conditione. ff. de iniusto rupto, l. obligare. §. tutor. ff. de auctoris. tutor. l. tutor. C. in quibus causis in integ. restit. non est necessaria, cap. ad dissoluendum, de desponsat. impuber. Surd. cons. 52. num. 58. & cons. 73. num. 77. & cons. 160. num. 61.*

9 NVLLVM ab initio non conualescit ex tempore, *cap. quod sicut, de elect. cap. non firmatur 18. de regulis Iuris, in 6. l. quod initio 30. & l. pen. ff. eod. tit. Imol. in l. 1. §. vlt. ff. de verb. obligat. Rot. decis. 26. de procurator. in antiq. Calderin. cons. 1. de electione, Barbat. cons. 70. col. 1. & 2. lib. 3. Dec. cons. 661. num. 14. Oldrad. cons. 306. in princip. & num. 2.* vbi quod factum à non Iudice, non conualescit, licèt incipiat esse Iudex, & quod agenti nulliter à principio, licèt superueniat ius, non conualidatur libellus, *Lap. alleg. 1. à num. 5.* vbi ponit multa exempla, quod nullum non conualescit etiam cessante impedimento nullitatis, *Zabarel. cons. 104. num. 3.* vbi quod collatio facta non existenti in ætate, non validatur, licèt ex tempore efficiatur habilis ætate, *Natt. cons. 430. nu. 28. lib. 2. Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur. num. 414. C. de reuocandis donat.* vbi quod id, quod ipso Iure est nullum, tractu temporis etiam amoto impedimento, quod nullum ipsum reddebat, confirmari non potest, *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 255.* vbi declarat, quando ab initio actus omnino inualidus erat, *Alderan. Mascard. in tract. de generali statutorum interpret. concl. 9. num. 33. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 1. cap. 12. num. 13.* vbi ampliat fauore animæ, *D. Barbos. in l. 1. ff. soluto matrim. p. 4. num. 96.* vbi limitat in actu conditionali, latè *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. N, conclus. 142. & 143.*

10 Licèt autem non conualescat illemet actus, qui à principio nullus fuit, quoniam effectus nullitatis iam productus nunquam cessat etiam sublata causa, *l. vlt. in princip. ff. vnde liberi*, cum aliis, vt per *Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 12. in princip. & limit. 19.* tamen si ex post facto tacitè saltem superueniant ea omnia, ex quibus constituitur actus ille, de quo agitur, non habito respectu ad id, quod præcessit nulliter, incipiet ex nunc actus nouus, & validus, vt innuunt *Federic. de Senis cons. 26. num. 5. Calderin. cons. 2. num. 3. de constit. Cardin. Tusch. d. lit. N, concl. 142. num. 37.* sic procedit *tex. in l. 1. §. 1.* ibi, *quasi nunc datum. ff. de legat. 3. l. eos 65.* ibi, *effici. ff. de ritu nupt. cap. 2. de coniugio seru.* cum aliis, de quibus per *glos. in d. cap. non firmatur.* Et in hoc sensu accipienda est sententia illorum, qui credunt actum à principio nullum conualescere, si superueniat causa confirmans, ex qua actus ille nunc constituitur, & de nouo conficitur; intellige, esto quod actus prior nullus fuerit ipso Iure, cùm enim non agatur de ipsius conualescentia, aut confirmatione, sed de creatione alterius noui, nullitas prior quantuncunque efficax, & ipso Iure inducta, non obstat, id quod satis probat *tex. in d. l. 1. §. 1. ff. de legat. 3.* cum aliis, quamuis *glos. vlt. in fin. in cap. cùm nos 3. de his quæ fiunt à Prælat.* & plures relati per *Tiraq. in d. l. si vnquam, verbo reuertatur. num. 415.* aliud innuere videantur, quorum sententia, vt ille explicat *num. seq.* procedit tantùm ad effectum, vt actus idem à principio nulliter gestus confirmetur, & valeat vt ex tunc.

Non obstat *tex. in cap. auditis 29. de elect.* vbi electio nulla propter defectum consensus electorum, non valet vt ex nunc etiam iisdem consentientibus, propter *reg. d. cap. non formatur*, quicquid aliud intendant *glos. ibi post med. & in d. cap. auditis, verbo ex post facto, glos. verbo tractatus, in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6.* & vtrobique Doctores. Verius videtur, electionem illam non constitui validam etiam vt ex nunc, quia consensus ille superueniens non sufficiens fuit ad electionem nouam constituendam per se absque auxilio illorum, quæ nulliter præcesserunt, & quæ oportuit de nouo iterari. 11

SVMMARIVM.

1 *Obscuritas reprobatur in omni dispositione.*
2 *Obscurè respondere, & nihil respondere, paria sunt.*
3 *Loquens obscurè æquiparatur tacenti verum.*
4 *In obscuris minimum est sequendum.*
5 *In obscuris inspici debet quod verosimilius est.*

Obscuritas.

AXIOMA CLXV.

OBSCVRITAS reprobatur in omni dispositione, vt in legibus probat *tex. in cap. erit autem lex. 4. dist. Anton. Gabr. commun. lib. 2. tit. de sentent. concl. 7. num. 19. cum seqq.* latè *Card. Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. O, concl. 53. à princ.* & in positionibus, *Card. Ioan. de Anania, Felin. in cap. simoniac. de simonia.* Nam obscurè respondere, & nihil respondere, paria sunt, *l. de ætate 12. §. nihil interest. ff. de interrogat. act.* cum traditis per *Soar. tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 19. num. 139. pag. 293.* vbi *Bellacomb. num. 285. Anton. del Re Tiburt. in tract. de iuram. calumn. cap. 14. num. 73.* imò obscurè loquens æquiparatur tacenti verum, *Bart. in l. ea. ff. de contrah. empt. Felin. in proœmio Decretal. Cardin. Tusch. d. lit. O, concl. 54. num. 13.* & aliquando habetur suo confesso, *Specul. tit. de depositi. §. 7. vers. tertio, & vers. nono, Landr. in apostill. & Abb. in proœm. Decretal. in verbo difficultatem, circa fin.* 1 2 3

IN OBSCVRIS minimum est sequendum, *l. semper in obscuris, l. semper in stipulationibus. ff. de regul. Iuris, cap. in obscuris, eod. tit. lib. 6. Tiraq. de retractu lig. §. 30. glos. 1. num. 27. & 29. cum seqq. Roland. consil. 16. num. 32. lib. 3. Alciat. resp. 492. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 106. num. 17. Cardin. Tusc. tom. 5. lit. O, concl. 55. num. 3.* 4

IN OBSCVRIS inspici solet quod verosimilius est, *l. in obscuris. ff. de regulis Iuris, Roman. cons. 355. In casu præsenti. num. 5. Cardin. Tusch. d. lit. O. conclus. 55. num. 4.* 5

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Odia sunt restringenda.*
2 *Dispositio odiosa loquens de Monachis, non extenditur ad Canonicos Regulares.*
3 *Constitutio loquens de Abbatibus, quod eorum spolia applicentur Cameræ Apost. non habet locum in Abbatibus habentibus mensam communem cum Monasterio.*
4 *Odium accipitur hic prout significat tædium & molestiam; fauor verò dicitur, quicquid fauorem & beneuolentiam prouocat.*
5 *Dispositio an & quando censeatur odiosa, aut fauorabilis? remissiuè.*
6 *Fauor in dubio potiùs est considerandus, quàm odium.*

Odium.

AXIOMA CLXVI.

1 ODIA sunt restringenda, *l. cùm quidam. ff. de liber. & posth. cap. renouantes 22. dist. cap. odia, de regulis Iuris, lib. 6. Ægid. cons. 9. num. 20. & 21.* vbi quod maximè odiosa materia est restringenda, quando lex est super facto negatiuo, *Federic. de Senis cons. 25. num. 4. in fine, vers. insuper,* vbi quod
2 dispositio odiosa loquens de Monachis, non extenditur ad Canonicos Regulares, & quod constitutio odiosa loquens de Prioratu Conuentuali, non habet locum in dignitate Conuentuali diuersi nominis, vt est Præpositura, *Calderin. cons. 328. aliàs 1.*
3 *de pecul. cleric.* vbi quod constitutio loquens de Abbatibus, quod eorum spolia applicentur Cameræ Apost. non habet locum in Abbatibus habentibus mensam communem cum Monasterio, quia succedit Monasterium, cui in materia odiosa, si non est dictum, non debet fieri præiudicium. Exornant ad plura *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 209. Ioseph. Aldr. de relig. discipl. tuenda lib. 2. cap. 2. num. 6. Monet. de distrib. quotid. p. 1. quæst. 10. num. 1. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 18. num. 102. & decis. 45. num. 27. Marc. Anton. Genuens. in practicab. eccles. tract. quæst. 541. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. O, concl. 67. per totam, Menoch. consil. 900. num. 13.*

4 ODIVM in hac materia non accipitur formaliter prout importat appetitum dissonantem à charitate, de quo *S. Thom. 2. 2. quæst. 34. & cap. 1.* vbi *glos. de re iudic. lib. 6.* sed accipitur latiùs prout significat tædium & molestiam, in quo sensu reperitur passim apud bonos Auctores, & ita comprehendit ea, quæ præstant materiam odij, id est, fastidij, cuiusmodi sunt omnia illa, quæ pœnam, vel dispendium alicuius continent, & primo aspectu videntur acerba, & iniusta. Per contrarium verò fauor in hac materia dicitur, quicquid fauorem & beneuolentiam prouocat, & ita gratiam, vt vtrumque bene deducitur ex *l. qui exceptionem, in princip. ff. de condict. indeb. & l. quod fauore, C. de legib. iuncto cap. quod*
5 *ob gratiam, de regulis Iuris, lib. 6.* An & quando dispositio censeatur odiosa, aut fauorabilis, colligitur ex principali intentione disponentium, *Tiraq. de retract lig. §. 30. glos. 1. num. 5. Sanchez de Matrim. lib. 1.*
6 *disp. 1. num. 4.* In dubio verò potiùs est considerandus fauor, quàm odium, *Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. §. 6. proœm. num 37.*

7 Amplia Axioma, vt in odiosis non admittatur extensio etiam ex identitate rationis, *Corset. in sing. verbo extensio, il 2. num. 1. Tiraq. de retractu, in præfat. num. 62. & 63. Honded. cons. 95. num. 98. & 112. lib. 1. Farinac. fragment. crimin. p. 2. lit. E, num. 115.* vbi *num. 117.* subdit, quod extensio non conceditur ex identitate rationis, etiam quod ratio sit expressa in dispositione, quando sumus in materia odiosa, & odium est irrationabile.

SVMMARIVM.

1 *Officium suum nemini debet esse damnosum.*
2 *Officia duo quis regulariter gerere & obtinere non potest.*
3 *Intellige procedere respectu eiusdem actus, non verò diuersorum, & quando duo officia principalia habentur, non verò quando vnum est principale, aliud accessorium.*
4 *Pœna habentis vnum officium, & acceptantis aliud, quæ sit, ostenditur.*

Officium.

AXIOMA CLXVII.

OFFICIVM suum nemini debet esse damno- 1
sum, *l. sed & si quis. ff. quemadmod. testam. aper. l. inter officium. ff. de rei vend. l. post legatum. §. aduocatum. ff. de his, quibus vt indign. l. videlicet. ff. ex quibus causis maior. l. si seruus. §. quod verò. ff. de furtis, l. cùm quidam, C. de admin. tut. cap. peruenit, de fideiussor. cap. cùm non deceat 30. de elect. lib. 6. Surd. cons. 19. num. 12. Menoch. cons. 228. num. 13. & cons. 58. num. 61. & cons. 570. num. 3. Escob. de ratiocin. cap. 7. num. 57. & comput. 17. num. 5. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 211. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 11. num. 8. Card. Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. O, concl. 94.*

OFFICIA duo quis regulariter gerere & ob- 2
tinere non potest, *l. si plures,* vbi *glos. ff. de pactis,* facit *text. iuncta glos. in cap. diuersis, de cleric. coniug. & in cap. cùm singulis, de præbend. lib. 6. Tiraq. de constituto, p. 3. limit. 30. num. 38. Anchar. cons. 423. num. 3.* vbi declarat procedere respectu eiusdem actus, non verò diuersorum, & quando duo officia principalia habentur, non verò quando vnum est principale, aliud accessorium, refert *Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O. concl. 97.* Pœna autem habentis vnum officium, 4
& acceptantis aliud, est quod caret acceptato, & priuatur salario primi, *l. quisquis, C. de cohort. lib. 12.* vbi *Bart. Roman. cons. 393. Cardin. Tusch. d. concl. 97. num. 3. num 16. cum seqq.* post *Alex. cons. 157. Viso. num. 2. & seq.* limitat in iis, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, quia duplicem personam quis potest repræsentare, & Notarius potest rogari de suo testamento vt Notarius, & disponere vt priuatus, respectu tantùm sui ipsius, non quoad alios.

Omne.

AXIOMA CLXVIII.

OMNE qui dicit, nihil excludit, *l. Iulianus, in* 1
princip. ff. de legat. 3. l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. l. pediculis. §. labeo. ff. de auro, & arg. legato, l. si quis. ff. de pecul. leg. l. si cui seruo omnes. ff. de legat. 1. l. pœnales. §. fin. ff. ad leg. Falcid. l. à procuratore, C. mand. ati, cap. solitæ, de maiorit. & obed. Tiraq. in l. si vnquam, verbo totam. num. 1. C. de reuoc. donat. Barthol. Perett. ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Ecclesiæ non alien. pag. 92. num.

17. Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 252. Burg. de Pace cons. 25. num. 28. Bertazol. de clausul. instr. claus. 4. glos. 3. num. 1. & claus. 21. glos. 3. num. 1. & in repet. l. si quis maior, C. de transactionib. num. 205. & 707. Escob. de ratiocin. cap. 7. num. 47. & cap. 18. num. 3. Menoch. cons. 156. num. 23. & cons. 202. num. 23. & cons. 392. num. 2. & cons. 628. num. 11. & 15. Pichard. ad princip. Instit. de adempt. legat. num. 30. Surd. decis. 265. num. 30. Flamin. Paris. de resignat. benefic. tom. 2. lib. 11. quæst. 3. num. 16. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resolut. 70. num. 18. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 6. num. 21. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 9. num. 5.

2 OMNIA nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. Vide *suprà Axiom. 163. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Onere duplici pro eadem re nemo grauari potest.*
2 *Onera plura quis subire non debet eodem tempore.*
3 *Onus qui sentit, debet sentire etiam commodum.*
4 *Onus extrinsecum non diminuitur etiam diminuto emolumento.*
5 *Onus adiectum rei facit, vt res transeat cum illo.*

Onus.

AXIOMA CLXIX.

1 ONERE duplici pro eadem re nemo grauari debet, *l. nauis onusta. §. cùm autem. ff. ad leg. Rhod. de iactu, l. Sticho, in fin. ff. de vsufr. legato, l. Titia cum testam. 35. §. qui in vita. ff. de legat. 2. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. eod. tit. l. 1. §. interdum. ff. ad leg. Falcid. Federic. de Senis cons. 152. col. fin. vers. præterea nemo, Roman. cons. 161. Visis. num. 2.* vbi *Apostil. in verbo duplici, Dec. cons. 285. num. 4. Paris. cons. 25. num. 84. lib. 1. Alex. cons. 78. num. 10. lib. 6. Socin. consil. 302. col. 2. vers. secundùm corollarium, Crauet. cons. 111. num. 8. & cons. 201. num. 23. Vincent. de Franch. decis. 87. num. 5. Menoch. cons. 9. num. 4. & cons. 153. num. 21. & cons. 193. num. 9. & cons. 721. num. 7. & cons. 840. num. 6. & cons. 14. num. 1. & cons. 21. num. 13. & cons. 32. num. 40. cum seq. & cons. 75. num. 9. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 10. Pereg. de fideicom. art. 1. num. 33. & art. 34. num. 72. Surd. cons. 115. num. 14. cum seq. Card. Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. O, concl. 136. per totum, Mari. Anton. vari. resolut. lib. 1. resolut. 97. num. 4. & resol. 111. num. 40. Rot. decis. 672. num. 3. in fin. apud Farinac. p. 1. recent.*

2 ONERA plura quis subire non debet eodem tempore, *l. si cùm dotem. §. si pater. ff. soluto matr. Feder. de Senis cons. 151. Thema tale est. num. 4. vers. præter. nemo, Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O, concl. 137.*

3 ONVS qui sentit, debet sentire etiam commodum, *l. 1 ff. de instit. action. l. secundùm naturam ff. de regulis Iuris, Oldrad. cons. 211. num. 2. vers. visa. Alex. cons. 47. Perspectis, col. pen. num. 4. lib. 5. Anchar. cons. 217. Dubium facit. num. 4.* vbi quod non est ferendus is, qui vult commodum, & non sentire onus, *Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg. 15. Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O, concl. 144. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis. §. 2. num. 28. Menoch. consil. 738. num. 9.*

4 ONVS extrinsecum non minuitur etiam diminuto emolumento, *l liberto. §. 1. ff. de annuis leg. Castren. cons. 465. circa med. lib. 1. Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O, concl. 143.*

ONVS adiectum rei facit, vt res transeat cum illo. Vide *infrà Axiom. 199. num. 6.* 5

Operarius.

AXIOMA CLXX.

OPERARIVS dignus est mercede sua, *Matth. 10. Voca operarios, & redde illis mercedem, Paulus ad Corinth. 1. cap. 3. cap. quicunque 12. quæst. 2. cap. cùm secundum, de præbend. Rebuff. in repet. l. Barbarius. num. 8. ff. de offic. Prætor. Marant. de ordine iudic. p. 4. dist. 9. num. 197. Azini. in praxi. §. 3. cap. 31. num. 35. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 59. num. 2. Valasc. cons. 125. num. 2. Mexi. in tract. taxæ panis, concl. 2. num. 87. Perez. l. 1. tit. 2. lib. 1. Ordinan. pag. 36. & l. 1. tit. 5. lib. 7. Ordin. pag. 427. Bobadil. in sua politica lib. 1. cap. 13. num. 48. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 4. num. 17.* 1

SVMMARIVM.

1 *Oppositum idem operatur in opposito, quod propositum in proposito.*
2 *Oppositæ iuxta se positæ magis elucescunt.*

Oppositum.

AXIOMA CLXXI.

OPPOSITVM idem operatur in opposito, quod propositum in proposito, *l. fin. §. fin. ff. de legat. 3. l. qui quartam ff. de legat. 1. l. si ex toto, in princip. ff. eod. tit. l. si vt proponis 2. C. de nupt. l. Iulianus. §. si venditor, & §. si procurator. ff. de actionib. empti, Signorol. cons. 68. col. 4. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 12. num. 16. Neuizan. cons. 70. num. 24. Socin. cons. 73. col. fin. in fin. vol. 1. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legali, lib. 2. loco de proposito ad opp situm, Dec. cons. 382. num. 5. Mascard. de probationib. concl. 815. num. 8. Menoch. cons. 271. num. 10. & cons. 296. num. 62. Surd. cons. 310. num. 12. vol. 3. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resolut. 52. num. 12. Octau. Glorist. resp. 5. num. 32.* 1

OPPOSITA iuxta se posita magis elucescunt, *l. vnic. §. & cùm triplici, in princip. C. de caduc. tollend. Aristot. lib. 2. de Cœlo, Bald. in l. 1. C. quando liceat ab empt. disced.* 2 2

SVMMARIVM.

1 *Verborum ordo designat ordinem intellectus.*
2 *Denominationis ordo designat ordinem dilectionis, & charitatis.*
3 *Scripturæ ordo attenditur in dispositionibus.*
4 *Scripturæ ordo, seu series, ordinem voluntatis ostendit.*
5 *Intentio dignoscitur ex ordine scripturæ.*

Ordo.

AXIOMA CLXXII.

ORDO verborum designat ordinem intellectus, *Surd. de alimentis tit. 5. quæst. 4. num. 17. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 275. num. 2. Melch. Phœbos Lusit. decis. 38. num. 10. &* 1

ORDO denominationis designat ordinem dilectio 2

lectionis, & charitatis, *l. qui soluendo. l. 2. ff. de hæredib. instituen. l. quoties. ff. de vsufructu, Escob. de ratiocin. græt. de computat. cap. 10. num. 2. Anton. Monach. Lucensi decis. 64. num. 38.* vbi *num. 39.* dicit, quod vltimi vocati censentur in subsidium priorum nominati.

3 ORDO scripturæ semper attenditur in dispositionibus, *l. generaliter. §. si quid. ff. de fideicom. libert. l. quoties. ff. de vsufr. cap. pen. de rescript. lib. 6. cap. mandato, de præbend. eod. lib. Lap. allegat. 85. Dominus Papa. num. 7. vers. illud etiam quæro, Castren. cons. 164. in præsenti causa, vers. non obstat, lib. 2 Abb. cons. 85. In præsenti. num. 3. cum seqq. lib. 1. Pichard. ad §. ante hæredis 33. num. 5. Insist. de legatis, Cardin. Tusch. tom. 5. lit. O, concl. 196. per totam, Garc. Gironda de priuileg. seu exempt. explicat. num. 177.* Limitat multipliciter *Marant. de ordine iudic. p. 3. à num. 109.* vbi dicit, quod quando constat de mente disponentis, ordo scripturæ nihil releuat, *& num. 13.* quod ordo scripturæ non seruatur, quando gratia exempli ordo ponitur in dispositione, *& num. 114.* quod magis ordo intellectus, quàm scripturæ attendi debet, *& num. 115.* quod ordo scripturæ non attenditur, quando perturbat ordo necessitatis; & quod ordo intellectus præualeat ordini loquutionis, dicit *Rimin. Iun. cons. 244. num. 105. & 106. lib. 3.*

4 ORDO scripturæ ordinem voluntatis ostendit, *Bald. per text. ibi, in d. l. quoties, l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebell. l. generaliter, §. quod si legatum. ff. de fideicom. libert. Anton. Monach. Lucensi decis. 13. num. 51.* quia ex ordine scripturæ intentio dignoscitur disponentis, *d. cap. mandato, in fine, de præbend. lib. 6. cap. pen. in princip. de elect. eod. lib. Anton. Monach. Florent. decis. 1. num. 63.* nisi aliter constaret de certa ipsius intentione, quia tunc non attenditur ordo, *Alex. cons. 161. Visis narratis. num. 3. vers. & per hoc patet, lib. 7. Marant. de ordine iudic. p. 3. num. 109.* ille enim quandoque peruertitur, vt seruetur intentio, *Oldrad. cons. 314. num. 9. vers. sed circa hoc, Calderin. cons. 460. circa med. vers. si verò fuit intentio, alias cons. 3. de sponsalib. Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O, conclus. 196. num. 27. & 28.*

SVMMARIVM.

1 *Pacta conuenta regulariter sunt seruanda.*
2 *Deus ligatur pacto, & diabolus.*
3 *Peccato graui subiacet, qui pacta conuenta non seruat.*
4 *Pacta ad vnguem seruari debent etiam in materia feudali.*
5 *Pacto quicquid potest acquiri, potest & præscriptione.*

Pactum.

AXIOMA CLXXIII.

1 PACTA conuenta regulariter sunt seruanda, *l. 1. §. si conueniat. ff. depositi, l. 1. ff. de pactis, l. iuris gentium. §. Prætor ait. ff. eodem tit. l. 1. ff. de constit. pecun. l. cùm amplius, in fin. ff. de regulis Iuris, cap. 1. de pactis, Neuizan. inter consilia Bruni cons. 12. num. 23.* vbi quod illa verba, *pacta conuenta seruabo*, procedunt ab ore
2 Dei, ideo etiam Deus legatur pacto, & diabolus, & Princeps, & quod nulla maior iustitia est, quàm pacta seruare, *Plot. cons. 11. in princip.* vbi quod pacta nedum obligant priuatos, sed etiam Papam, & Imperatorem, *Moron. de treuga, & pace, quæst. 17. num. 2.* vbi quod iuris, & naturæ, & secundùm dictamen rationis est, vt pacta seruentur, *Caballin. de euictionib. §. 3. num. 157.* vbi quod seruari debent pacta, si sine peccato seruari possunt, *Corset. de iuramen. & eius priuileg. §. quæro vndecimò. num. 76.* vbi quod pec- 3
cato graui subiacet, qui pacta conuenta non seruat, *Curt. Iun. cons. 40. num. 2.* vbi quod pacta ad vnguem seruari debent, *Natt. cons. 384. num. 11. & 19.* vbi quod pacta ad vnguem seruari debent etiam in 4
materia feudali, *Roland. à Valle cons. 100. num. 20. & seq. lib. 3.* vbi quod nulla maior est iustitia, quàm illa, quæ ex pacto oritur, quia obligat secundùm ius tam humanum etiam apud Deum. Exornant *Surd. cons. 183. num. 11.* vbi quod æquitati nihil magis conuenit, quàm pacta seruare, *& cons. 345. num. 9. & decis. 259. num. 5. & decis. 260. num. 12. & de aliment. tit. 7. quæst. 18. num. 12. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 8. num. 4. col. 2. Menoch. cons. 1. num. 226. cum seq. & cons. 92. num. 33. & cons. 93. num. 30. & cons. 156. num. 46. & num. 54. & de arbitr. lib. 1. quæst. 57. num. 6. Hieron. Giach. in cons. de moneta Marchesana. num. 33. cum seqq. Cald. Pereira de renouat. emphyt. quæst. 11. num. 3. ad fin.* vbi *num. 19.* subdit, quod pacta dant legem contractui, *Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 53. num. 5.* vbi *num. 6.* quod pacta rumpunt leges, *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 3. & 4.*

PACTO quicquid potest acquiri, potest & præ- 5
scriptione, *l. alienationis verbum. ff. de verb. signif.* vbi *Alciat. & Rebuff. Gam. Lusit. decis. 379. Inter fratrem. num. 5. Surd. decis. 3. num. 23. & decis. 236. num. 9. Valasc. cons. 132. num. 32.* Nam præscriptio habet vim pacti, *Gam. decis. 276. num. 2. Surd. decis. 24. à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Par in parem non habet imperium.*
2 *Pares cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur.*
3 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur.*
4 *Parium eadem est Iuris dispositio.*
5 *Soluere, vel citato & contumace creditore offerre, vel deponere, paria sunt.*
6 *Soluere creditori meo, vel alteri de eius mandato, vt sim liberatus, paria sunt.*
7 *Conditoque inest tacitè à lege, & conditio expressa ab homine, paria sunt.*
8 *Titulum non habere, vel nullum habere, paria sunt.*
9 *Non esse, vel esse, & non apparere, paria sunt.*
10 *Paria sunt, quod aliquid non sit factum, & dictum, & non possit probari.*
11 *Non esse, vel reperiri non posse, paria sunt.*
12 *Esse talem, vel in omnibus haberi pro tali, paria sunt.*
13 *Non esse, vel esse nullum, paria sunt.*
14 *Inutiliter fieri, & non fieri, paria sunt.*
15 *Non fieri, vel minus legitimè fieri, paria sunt.*
16 *Mandatum non habere, & habere, sed non legitimum, paria sunt.*
17 *Non facere, vel minus perfectè facere, paria sunt.*

28 *Comparere minus legitimè, & non comparere, paria sunt.*
29 *Allegatum non probare, & nihil probare, paria sunt.*
20 *Inualidè fieri, & non fieri, paria sunt.*
21 *Effectum non sortiri, & non fieri, paria sunt.*
22 *Extare, & non succedere, vel non extare, paria sunt.*
23 *Nullum esse, vel esse sine effectu, paria sunt.*
24 *Respondere obscurè, & non respondere, paria sunt.*
25 *Confiteri obscurè, & non confiteri, paria sunt.*
26 *Forum sortiri, & statutis ligari, paria sunt.*
27 *Nescire, & dubitare, paria sunt.*
28 *Tractare de damno vitando, vel de lucro quæsito perdendo, paria sunt.*
29 *Scire, & scire debere, paria sunt.*
30 *Soluere, & compensare, paria sunt.*
31 *Tempore prohibito aliquid fieri, vel conferri in tempus prohibitum, paria sunt.*

Par, Paria.

Axioma CLXXIV.

1 PAR in parem non habet imperium, *l. nam & magistratus.ff. de recept. arbitr. l. ille à quo. §. tempestiuum.ff. ad Trebel. cap. inferior, cap. denique 21. dist. cap. innotuit 20. §. quamuis, de elect. cap. 1. de locato, Clar. §. fin. quæst. 38. num. 3. vers. quæro pone, Barthol. Perett. ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alien. verbo prædecessorum. num. 5. pag. 226. Rebuff. tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de euocat. num. 46. pag. 265, Cot. in memorabil. verbo par, pag. mihi 657. Menoch. de arbitrar. lib. 2. casu 438. num. 9. & cons. 147. num. 35. & cons. 250. num. 41. & cons. 298. num. 13. & cons. 423. num. 11. & cons. 466. num. 2. & cons. 676. num. 15. Surd. cons. 47. num. 11. & cons. 106. num. 12. & cons. 167. num. 16. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1094. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 218.* vbi intelligit, nisi par se subiiciat iurisdictioni alterius paris, vel etiam minoris, vel nisi tractetur de publica salute, & vtilitate, *Sigism. Scacc. de appellat. quæst. 2. num. 10. Ioseph. Aldrete in alleg. Iuris pro omnimoda Regularium exempt. p. 3. cap. 4. num. 28.* latè *Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P, concl. 89. per totam.*

2 PARES cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur, *l. pupillo. §. 1. §. de tutor. & curator. dat. ab his. l. 1. §. 1. ff. de excusat. tutorum.*

3 PARIA delicta mutua compensatione tolluntur, *l. viro atque vxore 40. ff. soluto matrim. l. 2. ff. ne quis eum, l. cùm proponas, in 2.* vbi Doctores, *C. de pactis, cap. nihil 32. quæst. 6. cap. significasti, de diuort. cap. intelleximus, & cap. fin. de diuort. Hippol sing. 234. Palat. in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem. §. 20. num. 4. Bert. Vol. in repet. l. si quis maior, C. de transact. num. 410. Sanchez. de Matrimon. lib. 10. disp. 8. num. 29. Cardin. Tusch. tom. 1. lit. C, concl. 489. num. 15. & 16. Cas. Angel. de contrad. legit. quæst. 10. num. 101. Cardos. in praxi Iudicum, verbo delictum, num. 37.* latè *Farin. fragm. crimin. p. 1. lit. D, num. 110. cum seqq.* vbi *num. 114.* intelligit procedere in ciuilibus, siue fit circa idem, siue circa diuersa, & *num. 127.* ampliat in spolio, & *num. 128.* limitat, quando delicta sint commissa circa separata, & *num. 139.* limitat, etiam quando agitur criminaliter, & ad pœnam.

PARIVM est eadem Iuris dispositio, *cap. inter corporalia, cap. sicut ergo, de transl. Episcopi*, & eadem est natura, *l. si socer, in fin. ff. soluto matrim. & potenti, l. 1. §. veteres. ff. de acquir. possess. l. si reus. ff. de duobus reis,* & quod regula correlatiuorum sit regula parium, dixi *suprà Axiom. 61. num. 3.* 4

PARIA sunt soluere, vel citato & contumace creditore offerre, vel deponere, *l. qui mutare, in princip. in vers. fideiussor. ff. mandati, l. fideiussor, qui minoris. ff. de fideiussor. Card. Tusch. practic. concl. tom. 7. lit. S, concl. 340. num. 18. in med.* Aliàs enim soluere qui tenetur, non satisfacit consignando, vel deponendo, *Bart. in l. item liberatur. §. 1. ff. quibus modis pign. Neguzant. de pignor. p. 5. memb. 1. num. 4. Menoch. remed. 15. recuper. possess. num. 645. Azeued. l. 18. nu. 2. tit. 21. lib. 4. nouæ Recop.* 5

PARIA sunt quod soluam creditori meo, vel alteri de eius mandato, vt sim liberatus, *l. solutum. ff. de solution. Card. Tusch. d. lit. S, concl. 340. n. 39.* 6

PARIA sunt conditio quæ ineſt tacitè à lege, & conditio expressa ab homine, *Socin. cons. 182. Licet, vers. & si dicatur, lib. 2. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. T, concl. 7. num. 7.* 7

PARIA sunt titulum non habere, vel nullum habere, *Surd. decis. 45. num. 17.* 8

PARIA sunt non esse, vel esse, & non apparere, *l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. l. in lege 77. ff. de contrah. empt. l. cùm res. §. itaque. ff. de legat. 1. Abb. consil. 18. in princip. lib. 2. Zabarel. cons. 86. in fine, Decian. cons. 1. num. 132. lib. 1. Menoch. cons. 15. num. 13. & cons. 201. num. 161. Surd. decis. 149. n. 2. & decis. 306. num. 13. & cons. 245. num. 13. & cons. 377. num. 23. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 6. lit. P, concl. 84. per totam,* & præcipuè *num. 9. Rot. decis. 167. n 35. apud Farin. p. 1. recent. Riccius. in tract. de neophytis cap. 7. num. 5.* 9

PARIA sunt quod aliquid non fit factum, vel dictum, & non possit probari, *Ioan. de Imola cons. 129. Visis ac ponderatis, circa fin. Surd. decis. 149. n. 2. Cardin. Tusc. d. concl. 84. num. 7.* 10

PARIA sunt non esse, vel reperiri non posse, *l. cùm vnus. §. fin. ff. de bonis auct. Iudic. possid. Bald. per tex. ibi. in l. cùm ita. §. species. ff. de legat. 2.* 11

PARIA sunt esse talem, vel in omnibus haberi pro tali, *Decian. cons. 5. num. 32. lib. 1. Cardin. Tusch. d. concl. 84. num. 22.* 12

PARIA sunt non esse, vel esse nullum, *d. l. duo sunt Titij, l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonor. possess. contra tab. Surd. decis. 51. num. 14. & decis. 222. n. 2. Flaxin. Paris. de resignat. benefic. lib. 8. q. 8. num. 34. cum seqq. Cald. Pereira de potestate eligendi cap. 5. n. 8. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 15. num. 45. cum seqq. & p. 4. cons. 60. n. 90. & p. 5. q. 114. n. 128.* 13

PARIA sunt non fieri, & inutiliter fieri, *l. pen. in princip. ff. de suis, & legit. hæred. l. quoties,* vbi *glos. & DD. ff. qui satisd. ceg. §. sciendum, Instit. de satisdat. tutor. glos. verbo inutilem, in cap. 2. de transl. Prælati, Palat. in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem. §. 70. num. 29. Tiraq. ad leg. connub. glos. 1. p. 6. num. 12. cum seqq. Cou. practic. cap. 7. num. 2. vers. est & in hoc, Franc. Leo in thesauro fori eccles. p. 3. cap. 9. num. 22. Menoch. cons. 658. num. 9. Surd. cons. 28. n. 89.* Vnde maritum non habere, & habere inutilem, paria sunt, *Bolognet. ad Anan. cons. 83. num. 3. & 4.* quem refert *Card. Tusch. d. lit. P, concl. 85. num. 8.* Et inutiliter condemnari, vel non esse condemnatum, paria sunt, *Castren. cons. 109. in princ. lib. 1.* 14

35 PARIA sunt non fieri, vel minus legitimè fieri, *l. quoties*, vbi *Iaſ. ff. qui ſatisd. cog. l. ſi autem nullum, C. de legit. hæred. cap. inter corporalia, de tranſlat. Epiſcopi, cap. veniens, de presbyt. non baptiz. cap. fin. de reſtit. ſpoliat. Lap. alleg. 82. in princ. Ioan. de Imola conſ. 110. In cauſa quæ vertitur, in princip. Roman. conſ. 163. Conſtantius. n. 2. verſ. iis præmiſſis, & n. 3. Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg. 117. in fine, & 220. Decian. conſ. 21. num. 51. lib. 2. Brunor à Sole in locis communib. verbo factum. num. 17. Surd. conſ. 45. n 42. & conſ. 88. num. 16. & conſ. 3. num. 12. & deciſ. 122. num. 6. & deciſ. 269. n. 12. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. q. 7. n. 8. Valaſc. de partitionib. cap. 8. n. 44. Anton. Monach. Florent. deciſ. 26. num. 2. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. q. 2. n. 19. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 2. reſol. 8. n. 8. Cardin. Tuſch. d. tom. 6. lit. P,* 36 *concl. 87. n. 1. cum ſeqq.* Et paria sunt non habere mandatum, & habere, ſed non legitimum, *Bald. conſ. 402. Colligamus. num. 3. verſ. conſiderandum eſt, lib.* quem refert *Tuſch. d. lit. P, concl. 87. n. 6.*

37 PARIA sunt non facere, vel minus perfectè facere, *Caſtren. conſil. 246. In caſu, de quo quæritur, col. fin. verſ. breuiter, lib. 1. Cardin. Tuſch. d. lit. P, concl. 87. n. 3.*

38 PARIA sunt non comparere, vel comparere minus legitimè, *l. 1. in fin. ff. quod cuiuſque vniuerſit. nom. Petr. de Anchar. conſ. 6. Viſo themate, in princip. Card. Tuſch. d. lit. P, concl. 87. n. 4.*

39 PARIA sunt nihil allegare, & allegatum non probare, *Roland. à Valle conſ. 35. num. 10. & 20. lib. 1.* quem refert *Cardin. Tuſch. d. lit. P, concl. 87. n. 9.*

40 PARIA sunt non fieri, vel inualidè fieri, *l. non putauit. §. non quauis*, vbi *Bart. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. l. 1. §. quod autem*, vbi *Bald. ff. de offic. præfecti vrbis, Surd. conſ. 157. num. 13. Mari. Antonin. variar. reſolut. lib. 2. reſol. 11. n. 10. Rot. deciſ. 345. n. 3. p. 2. recent.*

41 PARIA sunt non fieri, vel non sortiri effectum, *l. 1. §. nihil. ff. de inoffic. teſtam. l. ſi quis ſub conditione. ff. de teſtam. tut. l. ex conſenſu. §. 1. ff. de appellat. Surd. conſ. 245. n. 14.* quia non fieri, vel ita fieri, quod factum non relcuet, paria sunt, *Anton. Monach. Bononien. deciſ. 40. puncto 7. n. 18.*

42 PARIA sunt aliquem non extare, vel extare, & non succedere, *l. pater filium. ff. de inoffic. teſta. l. 3. §. ſed ſi ſunt ſui*, vbi *Bart. ff. ad Tertul. Tiraq. de iure primog. q. 53. num. 16. Alex. conſ. 197. Perſpectis, in princ. lib. 6. Surd. conſ. 237. num. 3. Cardin. Tuſch. d. lit. P, concl. 84. n. 18.* quia paria sunt extare filium incapacem ad ſucceſſionem, & nullum extare, *l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. Feder. de Senis conſ. 26. n. 3. in fin. verſ. primò quia, Cardin. Tuſch. d lit. P, concl. 85. n. 4.*

43 PARIA sunt nullum eſſe, vel eſſe ſine effectu, *Surd. deciſ. 51. num. 21. & 22. & conſ. 3. à num. 8. & conſ. 157. à num. 13. & conſ. 179. à n. 49. & conſ. 381. à n. 13. Anton. Monach. Bononien. deciſ. 40. puncto 7. num. 20. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 1. reſol. 61. num. 24.*

44 PARIA sunt non reſpondere, vel obſcurè reſpondere, *l. de ætate 12. §. nihil intereſt. ff. de interrog. act. Deci. conſ. 32. num. 25. lib. 2. Cardin. Tuſch. d. lit. P, concluſ. 84. n. 10.* & faciunt notata per *Soar. tom. 1. commun. opinion. lib. 7. tit. 19. num. 139 pag. mihi* 293. vbi *Bellacomb. num. 285. Anton. del Re Tiburtin.*

45 *in tract. de iuram. calumnia, cap. 14. num. 73.* Et paria sunt non confiteri, vel obſcurè confiteri, *Roman. conſil. 321. in fine, Crauet. conſ. 157. Nobilis. num. 9. Roman. conſ. 455. num. 2.* Et paria sunt cauſam exprimere ita obſcurè, quod non intelligatur, vel omnino non exprimere, *Alex. conſ. 182. Lectis & ponderatis. num. 5. verſ. & paria ſunt, lib. 2.* quem refert *Card. Tuſch. d. lit. P, concl. 85. n. 6.*

PARIA sunt forum sortiri, & ſtatutis ligari, *gloſ.* 46 *in l. 2. ff. de eo, quod certo loco, & in cap. quod clericis, de foro compet. Alex. conſ. 157. num. 15. vol. 2. Theſaur. Pedam. deciſ. 123. num. 11. Brunor à Sole in locis communib. verbo forum 1. Menoch. conſ. 351. num. 14. Surd. conſ. 343. num. 33. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de exempt. clericorum à ſtatutis ſecul. §. 1. n. 7. Card. Tuſch. tom. 4. lit. F. concl. 444.*

PARIA sunt neſcire, & dubitare, *l. manifeſtiſ-* 47 *ſimi, C. de furtis, Tiraq. in l. ſi vnquam, in princip. num. 96. C. de reuocand donat. Sarmien. lib. 2. ſelectar. cap. 10. num. 5. Menoch. de arbitrar. caſu 75. n. 7.*

PARIA sunt tractare de damno vitando, vel 48 de lucro quæſito perdendo, *Decian. conſ. 56. num. 39. lib. 2.* quem refert *Card. Tuſch. tom. 6. lit. P, concl. 84. num. 12.*

PARIA sunt ſcire, & ſcire debere, *l. quod te, in* 49 *fine*, vbi *gloſ. ff. ſi certum pet. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. l. qui fundum. §. ſeruus. ff. pro empt. Tiraq. de retract. lig. ad fin. tit. num. 43. Surd. conſ. 150. num. 23. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 194. n. 1.* faciunt tradita per *Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 103. Surd. deciſ. 146.* Et ſcire, vel de facili ſcire poſſe, paria sunt, *Rot. deciſ. 93. n. 4. apud Farinac. p. 2. recent.*

PARIA sunt ſoluere, & compenſare, *l. ſi debitor.* 50 *ff. qui potiores in pign. habeant. l. ſi peculium. §. de illo. ff. de ſtatu lib. 1. ff. de compenſat. l. amplius non peri. ff. rem ratam haberi, Tiraq. de retractu lig. §. 3 gloſ. 3. n. 6. Cou. in cap. quamuis pactum. p. 1. §. 4. n. 9. Surd. de alimentis, tit. 6. q. 4. n. 4. & tit. 8. priuil. 53. & deciſ. 117. & 191. Parlad. lib. 2. rerum quotid. p. 5. cap. fin. §. 11. num. 30. Azued. l. 1. num. 128. tit. 21. lib. 4. noua Recopil. Gutier. de iuram. confirm. p. 3. cap. 6. n. 1. Caſtill. lib. 3. quotid. cap. 23. num. 90. Rot. deciſ. 858. num. 4. apud Farin. collect. 1. nouiſſim. & deciſ. 636. num. 3 p. 1 recent.*

PARIA sunt aliquid fieri tempore prohibito, 51 vel conferri in tempus prohibitum, *l. oratio. ff. de ſponſal. l. quod ſponſæ, C. de donat. ante nupt. l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. l. Stichus ſeruus meus. ff. de manum. teſtam. Dec. in l. cum qui. num. 4. ff. de iuriſd. omn. iud. Crauet. conſ. 175. num. 8. Tiraq. de iure conſtit. p. 3. limit. 2. num. 3. cum ſeqq. & de iure mariti, gloſ. 1. & de iure primog. q. 40. n. 178. Maſcard. de probation. concl. 1076. num. 1. Conan. commentar. Iuris Ciuilis lib. 8. cap. 2. num. 7. Valaſc. conſ. 77. num. 4. Cardin. Tuſch. d. lit. P, concluſ. 88. num. 3.* vbi *num. 4.* declarat procedere, quando ſubſtantia actus confertur in tempus prohibitum, ſecus ſi executio ſola. Sic è contrario paria sunt fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, dummodo effectus conferatur in tempus habile, *Sanch. in præcepta Decal. lib. 7. c. 2. n. 54.*

Parum.

AXIOMA CLXXV.

PARVM, & nihil æquiparantur, *l. quamuis. ff. de* 1 *condit. & demonſtrat. gloſſ. in l. ſi pupillus. §. ſi ego, in verbo ex contrario. ff. ad leg. Falcid. cap. coram dilecto 34. de officio deleg. Hippol. ſing. 276. Tiraq. in tract. de iudicio in rebus exig. verſ. octauo, pag. mihi 53. Sebaſt. Nauiz. ad l. minus 32. num. 2. ff. de verb. ſignificat. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 2. reſol. 18. num. 6. Menoch. conſ. 96. num. 8. & conſ. 184. num. 3. Surd. conſ. 197. num. 2.* vbi *num. 21.* limitat, quando datur diuerſa ratio, *Corn. conſ. 63. col. fin. lib. 1. Menoch. conſ. 96. n. 7. & 8. Octau. Glorat. reſp. 1. p 3. n. 100.*

Pecunia.

AXIOMA CLXXVI.

1 PECVNIA retinere satius est, quàm solutam repetere, *l. 3. ff. de compensat. l. si stipulatus 15. in princ. ff. de fideiussorib. Tiraq. de retractu lig. §. 29. glos. 2. num. 3.*

Periculum.

AXIOMA CLXXVII.

1 PERICVLVM vbi maius intenditur, ibi plenius est consulendum, *l. 1. §. sed & si quis. ff. de Canon. edicto, l. manifestissimi, C. de furtis, l. addictos, C. de appellat. cap. vbi periculum, de elect. lib. 6. Bertazol. in repet. l. si quis maior, C. de transact. n. 6. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 281. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 133. num. 19. Menoch. cons. 149. num. 4. & cons. 73. num. 9. Farin. in praxi crimin. p. 4. cons. 65. n. 115.*

SVMMARIVM.

1 *Permissa esse censentur omnia, quæ non sunt prohibita.*
2 *Prohibitum quod non reperitur à lege, non debet superstitiosis prætensionibus præsumi prohibitum.*
3 *Permissum censetur in absolutè permissoriis, quod non reperitur à Iure prohibitum.*
4 *Permissum ad tempus, post illud censetur prohibitum.*
5 *Permissum post tempus, ante illud censetur prohibitum.*

Permissum.

AXIOMA CLXXVIII.

1 PERMISSA esse censentur omnia, quæ non sunt prohibita, *Oldrad. cons. 228. Quod fratres, in princip. Petr. de Anchar. cons. 243. Christianissime, in princip. Alex. cons. 57. num. 2. lib. 1. Bellon. cons. 53. n. 1.* quos refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6.*
2 *lit. P, concl. 298. num. 1.* Illud enim quod non reperitur à lege prohibitum, non debet superstitiosis prætensionibus præsumi prohibitum, *Surd. cons. 173.*
3 *num. 72. & cons. 222. num. 5.* quia in absolutè permissoriis quod non reperitur à Iure prohibitum, censetur permissum, *cap. 2. de transact. Calderin. cons. 52. An si dati sunt, in princip. alias 6. de elect.*
4 PERMISSVM ad tempus, post illud censetur prohibitum, *l. si vnus. § 1.* vbi *Bald. ff. de pactis, l. epistola. §. fin.* vbi *Castr. ff. eod. tit. l. Imperator. ff. de postulando, l. cùm pater. §. à filia,* vbi *Bart. ff. de legat. 2. l. statuliberum. §. Stichum, & l. Titia cum testamento. §. vlt ff. eod. tit. l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. l. 2. C. de iure emphyt. cap. vlt. §. in alios, vers. si verò, vt lite non contest. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 44. Castren. cons. 142. Videtur dicendum, in princ. vers. nam aliquid, lib. 2. decis. Pedam. 83. n. 13. Menoch. cons. 68. num. 10. & consil. 121. num. 64. & cons. 364. num. 24. & cons. 443. num. 5. & cons. 447. num. 2. Surd. de aliment. tit. 5. q. 3. num. 9. & 10. & decis. 75. num. 10. & cons. 57. num. 9. & cons. 354. n. 18. Bertazol. de clausulis instrument. claus. 15. glos. 2. n. 21. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 299. per totam, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 5. præam. n. 3. Cald. Pereira de extinct. emphyt. q. 1. num. 8. & de renouat. emphyt. q. 10. num. 1. D. Barbos. in l. cum Prætor, in princip. n. 45. ff. de iudic. Rot. decis. 617. num. 2. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 475. num. 1. p. 2. recent.*

PERMISSVM post tempus, ante illud censetur 5
prohibitum, *l. promissor. ff. de constit. pecun. Tiraq. de retractu conuent. §. 1. glos. 2. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Pluralis numerus saltem dualitatem requirit, nec vno contentatur.*
2 *Pluralitas actuum non præsumitur.*
3 *Error potiùs, quam pluralitas præsumitur.*
4 *Testes vbi à contrarietate & falsitate excusarentur, actuum pluralitas præsumitur.*
5 *Contractuum & instrumentorum pluralitas non præsumitur, & qui illam allegat, probare debet.*
6 *Sententiarum pluralitas non præsumitur.*
7 *Testamentorum pluralitas non præsumitur.*
8 *Inuentariorum pluralitas non præsumitur.*
9 *Personarum pluralitas non præsumitur, nisi probetur ab allegante.*
10 *Pluralitas eorum, actuum, & personarum præsumitur, quando agitur criminaliter, & ad pœnam.*

Pluralis, Pluralitas.

AXIOMA CLXXIX.

PLVRALIS numerus saltem dualitatem re- 1
quirit, nec vno contentatur, *l. vbi numerus. ff. de testib. l. liberas. §. vlt. ff. de manum. testam. l. inter illa. §. fin. ff. de verb. obligat. l. vlt. ff. ad Trebell. cap. pluralis locutio 40. de regul. Iuris, lib. 6. Oldrad. cons. 215. Puncta breuia, col. fin. num. 8. vers. deinde opponitur, Signorol. cons. 92. Dominus Marchio, in princip. Ioan. de Imola consil. 101. num. 2. Castren. cons. 161. Viso puncto, vers. restat solum, lib. 1. Euerard. in topicis legalib. loco 54. Mascard. de probationib. concl. 838. num. 13. Menoch. cons. 50. num. 1. & 19. & cons. 680. num. 11. & cons. 848. num. 3. & cons. 995. num. 3. & cons. 404. num. 2. & cons. 198. num. 6. Escob. de variocin. cap. 18. num. 43. Cened. post lib. pract. & vari. quæst. sing. 80. num. 3. Mari. Anton. variarum resolut. lib. 1. resol. 109. num. 37. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, concl. 333. num. 1. & tom. 6. lit. P, concl. 367. per totam, Fusar. in tract. de substitut. q. 358. num. 11.* Declara tamen & limita iuxta ea quæ dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque Iuris significat. sub verb. Numerus.*

PLVRALITAS actuum non præsumitur, *l.* 2
omnium, C. de testam. l. fin. C. de rebus cred. cap. in præsentia, vers. verum, in 2. de probat. Euerard. in topicis legalib. loco 86. Mascard. de probat. concl. 1174. Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 11. num. 6. in fine, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 92. num. 32. & cons. 175. num. 16. & cons. 202. num. 105. & cons. 248. num. 33. & cons. 196. num. 23. vbi quod præsumitur ad euitandam falsitatem, quod etiam tradit *cons. 221. num. 29. Rot. decis. 180. num. 2. apud Farin. p. 2. recent. Brunor. à Sole in*

locis

locis communib.verbo actuum.num.31.Stephan.Gratian. discept. forens. cap.93. num. 12. Farin. in praxi crimin. p.2. q.64.num.319. & p.4. decis.98. Rot. decis.119.n.7. apud eundem p.1. recent. latè *Farin. fragm.crimin. p.2.*

3 *lit. I, num.20. cum seqq.* Quod adeò verum est,vt potiùs error, quàm pluralitas præsumatur, *Ruin. cons. 141. num. 12. lib. 5. Cravet. cons. 198. num.1. ad fin. Mascard. d.concl. 1174. num.4 8. & 23. Menoch. de*

4 *præsumpt. lib.6. præs. 15. num. 10.* Intellige Axioma non procedere, vbi præsumendo actuum identitatem, testes à contrarietate, & falsitate excusarentur, *cap. cùm tu*, vbi Doct. *de testib. Mascard. d.concl. 1174. num. 51. 55. & 56. Menoch. de arbit. lib.2. casu 213. num.40. & de præsumpt. lib.6. præs. 15. num. 15. cum seqq.*

5 Ex quibus iam primò infertur,quod contractuum & instrumentorum pluralitas non præsumitur, & qui illam allegat, probare debet; ita *Castren. cons. 360. num.2. lib.2. Syluan. cons.57. num.21. in fin.vers. nec profectò duo instrumenta, & num. 22. & seq. Cravet. d. cons. 198. num. 1. & 2. Ioseph. Ludou. Lucensi decis. 13. num. 32.* vbi propterea dicit apocharum pluralitatem non præsumi, *Cardin. Tusch. d. tom. 6. lit. P, conclus.368. n.8.*

6 Secundò infertur, quod nec sententiarum pluralitas præsumitur, & quod propterea qui plures latas fuisse sententias dicit, probare debet; ita *Bald. & Salicet. in l. 2. C. de error. Aduocat. Alex. cons.53.lib.1.* quos refert *Cardin. Tusch. d.lit.P, concl. 368. num.6. Mascard. d. conclus.1174. n.7. & 81.*

7 Tertiò infertur, quod testamentorum pluralitas non præsumitur, & propterea qui plura testamenta confecta fuisse asserit, probare debet, *l. omnium, C. de testam. Mathesil. sing.439. Bald. cons.399. Quod non sit sufficienter, in princip. vers. tertiò sic. num.3. lib.5. Curt. Iun. cons.162. in fin. Affict. decis.23. n.2. Ioseph. Ludou.d. Lucensi decis.13. n.31. Card. Tusch. d. lit.P, concl.368. n.5.*

8 Quartò infertur, quod in inuentariis pluralitas non præsumitur, & licèt diuersis temporibus confecta dicantur, præsumitur tamen vnum & idem esse inuentarium, & temporis diuersitatem per errorem adiectam fuisse, vt post *Bart. Alex.* & alios resoluit *Card. Tusch. d. lit.P, concl.368. n.9.*

Limita secundò in sententia notoriè iniusta, vt per *Surd. decis. 260. num. 30. & cons. 61. num. 24.* quem citat *Mari. Antonin. d. lib. 1. resol. 77. n. 4.* vbi *n. 13.* subdit, iniustitiam notoriam æquiparari notoriæ nullitati, *Cardin. Tusch. d. lit. R, concl. 267. num. 109. & seq.* 7

SVMMARIVM.

1 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
2 *Relatum dicitur pars referentis.*
3 *Terminus referens censetur continere idem quod est in termino relato.*
4 *Paria sunt aliquid nominatim exprimi, vel per relationem.*
5 *Relatio restringitur, & limitatur ad illud, quod in relato continetur.*
6 *Referenti non creditur, nisi constet de relato.*

Relatum.

AXIOMA CCI.

1 RELATVM est in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. esse toto. ff. de hæred. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstr. l. ait Prætor. §. 1. ff. de re iudic. Dec. cons. 47. n. 2. & cons. 647. n. 3. Roman. cons. 30. In proposita consultatione. num. 14. & cons. 305. num. 6. Cauet. cons. 45. n. 4. Socin. cons. 27. num. 12. & cons. 62. num. 24. lib. 4. Paris. cons. 25. num. 40. & 50. vol. 1. Gozadin. cons. 31. num. 2. Natt. cons. 204. num. 12. Neuiz. an. cons. 40. num. 3. Tiraq. de leg. connub. glos. 7. num. 183. & 187. Menoch. cons. 1. num. 83. & cons. 150. num. 42. & cons. 247. num. 32. & cons. 191. num. 47. & cons. 539. num. 1. Becc. cons. 78. num. 37. vol. 1. Bardel. cons. 21. num. 32. vol. 1. Surd. cons. 105. num. 30. &*

conf.200.num.5. & conf.362.num.8.& decis.212.n.14. & decis.291. num.17. & 18. Gutier. conf.18. num.56. cum seq. Brunor.à Sole in locis communib.verbo relatio 5. Cald. Pereira de potest. elig. cap. 16. num. 17. & 33. Bobadil. in sua politica, lib.1. cap.4. num.22. Mantic. decis. 137. num. 6. Stephanus Gratian. discept. forens. tom.3. cap.501. num.16. & 17. Ceuall. commun.contra commun. tom.4. quæst.905. num.13.& 14. Ioseph.Sesse Aragoniæ decis.115.num.74. Cas. Argel. de contradict. legit. q.10. num.87. Benedict. Ægid. in repet. l.ex hoc iure. ff.de iustit.& iure. p.1. cap.8. n.91. vers. nihilominus,Campan.in diuers. Iuris Canon.rub.12. cap.7.n.27. prope fin. Mari. Anton.n. vsri. resolut. lib.2. resol. 59. casu 16. Rot. decis.35. n.6. & decis. 187. n.7. & decis. 457. num.2. apud Farin. p.1. recent. & decis.373. n.6. & decis.447. n.5. p.2. recent.

2 Extende in tantum relatum esse in referente, vt dicatur pars referentis, *Alex. cons. 35. Visa pro esse. num.8.lib.4. Cardin.Tusch. practic. conclus.tom.6.lit.R,*

3 *conclus. 129. num. 2.* & terminus referens censeatur continere idem quod est in termino relato, *Socin. conf.77. In præsenti. num.6.& conf.89. In causa.num.9. lib.1. & conf. 182. Visa Bulla. num. 3. & seq. vers. ex*

4 *quibus, lib.4.* & paria sint aliquid nominatim exprimi, vel per relationem, *Paris. conf. 122. Clarissimus, col.2. num.3. & seq. lib.1.* vbi dicit hoc verum,maximè quando relatio est certa, quia non potest fieri nisi ad vnum certum, *& conf. 2. n. 51. & seq. lib. 3. Castren. conf.91. in fin. lib.1.*

5 Et ideo relatio restringitur, & limitatur ad illud quod in relato continetur tantùm, *Dec. conf.63. sub num.6. vers. nec obstat, Bimi.conf.34. n.6.Carol.Bardel. conf.61. n.42. Ioseph. Sesse Aragon. decis.125. n.41. & & decis.187. n.110.*

6 Et referenti non creditur, nisi constet de relato, *d. l. esse toto, auth. si quis, C. de edendo, Surd. conf. 5. num.57. Mar.Antonin. var. resolut. lib.1. resol.38.n.5. & resol. 64. num.7. & lib.2. resol.8. n.12.* illud enim si aliter se habet, dispositio referens tanquam erronea corruit, & non attenditur, *Dec. d. conf.63.Menoch. conf.1. num.96. Octau. Glorit. resp.12.n.24.*

SVMMARIVM.

1 *Remedium ordinarium vbi datur, non conceditur extraordinarium.*

2 *Limita, si remedium extraordinarium vtilius sit ordinario.*

3 *Remedio nouo indigent, quæ de nouo emergunt.*

Remedium.

AXIOMA CCII.

1 REMEDIVM ordinarium vbi datur,non conceditur extraordinarium, *l. quædam, in princip.* ibi, *quia id consequi, &c. ff. de edendo, l. in causa 17. ff. de minorib.* Exornant *Zaz. lib.1. respons. cap. 20. Alphan. collect.755. Menoch. remed. 15. recup. possess. num.12. Maurit. de in integ. restitut. cap.11. Sfort. in simili tract. p.1. q.17. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo per quod prætinum. num. 16. & verbo implorare. num. 9. C. de in integ. restit. minor. Morl. in emporio Iuris. p.1.tit.5. q.3. num.2. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli, l.171. num. 1. Cardin.Tusch.practic. conclus. tom.5. lit.O, concl.182. D.Barbos. in l. quia tale. n.63. ff. soluto matrim.*

2 Limita tamen,si remedium extraordinarium vtilius sit ordinario,secundùm *Zaz.d.cap.20. n.20.Penel.in l.2.C.de rescind.vendit. p.3.cap.1.n 19. Maurit. d.cap.11. num.7. Sfort. d.q.17. num.33. Morl. d. q.3. num.12.* Ex quo procedit,vt minori non denegetur restitutio, quoties per hanc pleniùs, seu pinguiùs illi succurritur, vt notant Doctores *in l. in prouinciali. ff. de noui operis nunciat. Tiraq. in l. si vnquam, verbo libertis. n.114. C. de reuocand. donat. Maurit. d. cap.11. num.7. Cald. Pereira in d.l.si curatorem, verbo læsis. n.11.*

REMEDIO nouo indigent,quæ de nouo emer- 3
gunt. *Vide suprà lit.E, Axiom.*

Reprobatio.

AXIOMA CCIII.

REPROBATIO vnius ex duobus propositis, 1
videtur includere approbationem alterius, *l. Tribunus.§. fin. ff. de testam. milit. cap. nónne, de præsumpt. Surd. decis. 195. num. 3. D. Barbos. in l. cum Prator, in princip. num. 37. & num. 53. cum seq. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Reo fauendum est potiùs quàm Actori in ambiguis.*

2 *Petitio obscura Actoris declaratur in fauorem ipsius, & non Rei.*

3 *Sententia, data paritate probationum, potiùs ferenda est pro Reo.*

4 *Actori tuenti causam aliquam fauorabilem, potiùs fauendum est quàm Reo.*

5 *Rei officium est se defendere.*

Reus.

AXIOMA CCIV.

REO fauendum est potiùs quàm Actori in am- 1
biguis, *l. fauorabiliores. ff. de regulis Iuris. §. retinendæ, Instit. de interdict. cap. cùm sunt partium, de regulis Iuris, lib.6.* Exornant *Hyppol. in l. vnius.§.in ea, à num. 6. ff. de quæst. & conf. 51. num. . 41. Alciat. de præsumpt. reg.3. præs.44. Menoch. in simili tract. lib.2. præs. 90. Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 1. cap.9. n.51.*

Non obstat, quod obscura petitio Actoris decla- 2
ratur in fauorem ipsius Actoris,& non Rei, *l.si quis intentione 66. ff. de re iudic.* quia reiecta solutione *glos.verbo Actori,in d. cap. cùm sunt partium,& glos.2. in cap. cùm ad Sedem, de restitut. spoliat.* asserentium hanc regulam procedere in fine iudicij, hoc est, in decisione causarum, at verò *d. l.si quis,* in principio litis, quo tempore magis fauetur Actori; respondetur, sensum huius Axiomatis, & similium esse, quod vbi Iura partium, id est, Actoris,& Rei, sunt obscura hinc inde, quia scilicet post discussionem eorum, quæ vtrinque adducta & allegata sunt, res adhuc est obscura,omniáque sunt paria,& necessariò facienda est interpretatio in fauorem alterius ex litigantibus,tunc potiùs Reo fauendum est,tunc propter conditionem ipsius miserabilem, secundùm quam cùm præsumatur eum non plenè instructum accessisse, & tamen æqualiter docuit de iure suo, plus aliquid egisse videtur quàm Actor, & par est credere, quòd si plenè esset instructus, pleniss-
mè suam innocentiam ostenderet; tum etiam pro-

pter causam absolutionis, quæ in re dubia securior, & fauorabilior est, *l. absentem, ff. de pœnis, cap. alligant, vers. nónne* 26. *q.* 7. Vnde fit, vt Axioma huiusmodi non tantùm in fine respectu sententiæ ferendæ, quæ, data paritate probationum, potiùs ferenda est pro Reo, *glos.* 2. *in cap. clerica.* 81. *dist. Hippol. cons.* 2. *num.* 12. *& à num.* 18. *Duen. reg.* 315. *limit.* 2. sed etiam in principio, & in medio litis procedat, vt quia Reus aliquid petit, quod re hinc inde discussa pro vtraque parte, dubium est an concedi debeat. Quare cùm *in d. l. si quis*, non agatur de interpretatione eorum, quæ vtrinque sunt obscura, sed de declaranda petitione, quæ dubia proponitur per Actorem, meritò tunc in ipsius fauorem fit interpretatio, quia non conuenit ea, quæ Actor producit, retorqueri in eius odium, & in fauorem Rei, cui sat est (seruata iustitiæ æqualitate, iuxta *reg. non licet, de regul. Iuris, lib.* 6.) idem concedi, vt videlicet exceptio, quam dubiam proposuit, in ipsius fauorem explicetur, iuxta *d l. si quis.*

3

4 Limita tamen nostrum Axioma non procedere, si Actor tueatur causam aliquam Iure fauorabilem; ex quo enim tunc omnia ex parte ipsius, & Rei non sunt paria, præponderat fauor causæ, & sententia pro Actore fertur, *cap. ex litteris, de probat. cap. vlt. in princip. de re iudic. l. in pares* 38. *ff. illo tit.* & docent *Alciat. d. præs.* 44. *num.* 13. *& Tiraq.* id extendens ad quamcunque causam piam, *in tract. de priuileg. pia causa, priuil.* 146. *cum seq.*

5 Rei officium est se defendere, *l.* 1. *in princip.* vbi *Bart. & Doct. ff. de edendo, Ias. in l. si ex pecunia, col. fin. vers. circa istud, C. de seruis fug. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. R, concl.* 327. *n.* 3. Vide quæ dixi *sub verbo Actor, Axiom.* 10.

Separata.

Axioma CCV.

1 Separatorvm natura est diuersitatem inducere, vt per *Bald. consil.* 156. *Cùm duæ sunt. n.* 3. *& in fine, lib.* 3. *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit.* 5. *concl.* 184. *per totam*, vbi *num.* 8. post *Dyn. cons.* 26. *n.* 4. *vers. contra videtur, & Socin. cons.* 35. *Consiliis. num.* 7. *& 8. lib.* 1. limitat, vt non procedat, quando vnum capitulum dependet ab alio, quia tunc censentur connexa, & inseparabilia. Quæ autem dicantur capitula, seu causæ separatæ, vide *Alex. cons.* 89. *Diligenter, in fine, vers. quæ autem dicantur, lib.* 1. *Ægid. Bellem. cons.* 18. *n.* 4. *cum seqq.*

2 Separatorvm separata debet esse ratio, *l. Papinianus. ff. de minorib. l. fin. ff. de calumniat. Bald. in l. cùm necessitatem, C. de fideicom. Decian. in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 4. *Castren. cons.* 389. *n.* 2. *vol.* 1. *Paris. cons.* 101. *n.* 38. *lib.* 1. quos refert *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resol.* 111. *n.* 4. *Menoch. cons.* 436. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice.*

2 *Sermo generalis non comprehendit personam loquentis.*

3 *Statutum pœnale non ligat Regem statuentem.*

4 *Vendens gabellam non censetur vendere contra seipsum, vt teneatur.*

5 *Sermo generalis, & indefinitus in odiosis verificatur in duobus.*

Sermo.

Axioma CCVI.

Sermo simpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *l. boues.* §. *hoc sermone*, vbi late *Tiraq. ff. de verb. signif. l. cùm pater* 79. §. *pater, il* 1. *ff. de legat.* 1. *Franc. Galet. in margarita casuum Conscientiæ, verbo sermo, Sanctarel. vari. resolut. p.* 1. *quæst.* 38. *num.* 20. *in fine*, cum aliis adductis *suprà Axiom.* 73. *n.* 18. 1

Sermo generalis non comprehendit personam loquentis, latè *Anton. Gabr. commun. lib.* 6. *tit. de verb. signif. concl.* 9. *per tot. Dec. cons.* 104. *Menoch. cons.* 182. *num.* 2. *Rot. decis.* 29. *num.* 3. *apud Farin. p.* 2. *recent.* vbi declarat, vt non procedat, quando aliud suadet identitas rationis, *Alex. cons.* 182. *Lecti, & ponderatis. n.* 4. *vers. fortificatur, lib* 2. vbi quod obligatio personaliter facta, vel scripta non obligat personam loquentis, & scribentis, *& cons.* 112. *Visa copia. num.* 4. *lib.* 7. vbi quod verba impersonaliter dicta non comprehendunt personam loquentis, nisi agatur de acquirendo ipsi loquenti; *& cons.* 149. *Visa processu. num.* 5. *& 6. lib.* 2. vbi quod cedens iura sibi competentia, non censetur contra se ipsum cedere, *Afflict. decis.* 319. *Quondam. num.* 8. *&* 9. vbi quod emens à Communitate gabellam, non intelligitur emisse nisi quoad alios, non quoad Communitatem, quæ non vendidit suam exemptionem; item quod promittens defendere, non intelligitur contra seipsum, *Curt. Iun. cons.* 188. *per totum*, vbi quod dominus concedens pœnas Communitati, non includit concedentem, vt possit ipse condemnari, & alia similia ponit, *Surd. cons.* 47. *num.* 20. *& seq.* vbi quod statutum pœnale non ligat Regem statuentem, *& num.* 23. quod vendens gabellas non censetur vendere contra se ipsum, vt ipse teneatur, si ante venditionem non soluebat gabellam, secus si soluebat. 2 3 4

Sermo generalis, & indefinitus in odiosis verificatur in duobus, *Oldrad. cons.* 81. vbi quod prouisus asserens obtinere alia beneficia non excluditur à subreptione, si obtinet vltra duo beneficia, refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. S, concl.* 2 *num. vnico.* 5

SVMMARIVM.

1 *Signatum cognoscitur ex signis.*

2 *Res præsumitur esse illius, cuius est sigillum, quo signata est.*

Signatum.

Axioma CCVII.

Signatvm cognoscitur ex signis, *l.* 1. §. *si intelligatur. ff. de adilit. edicto, l. stigmata*, vbi *Bart. C. de fabricens. lib.* 11. *Surd. cons.* 126. *n.* 15. 1

Et ideo res præsumitur esse illius, cuius est sigillum quo signata est, ex latè adductis per *Afflict. decis.* 23. *n.* 3. *&* 4. *Anton. Gom. l.* 45. *Tauri. num.* 3. *&* 77. *Boër. decis.* 105. *num.* 9. *Soar. tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 41. *n.* 6. *pag.* 651. *Rebuff. ad leges Galliæ, tit. de mercator. min. vendent. art.* 1. *glos.* 2. *num.* 26. *Ossasch. Pedam. decis.* 40. *num.* 2. *Mascard. de probationib. concl.* 91. *& concl.* 157. *n.* 3. *cum seqq. & concl.* 160. *num.* 4. *& concl.* 551. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 64. 2

Hieron.

Hieron. de Laurent. Auenionen. deciſ. 30. num. 2. Brunor. à Sole in locis communib. verbo res 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 60. num. 62. cum ſeqq. Curia Philip. tom. 2. lib. 1. cap. 7. num. 13. cum ſeqq. vbi *num. 16.* ſubdit, quod ſi apud duos ſit contentio ſuper rebus, quæ ad eos pertinent, eo quod eodem ſigillo ambo vtuntur, poſſidenti adiudicari debent, ſi verò non ſint apud eos, ſed penes tertium, diuiduntur inter contendentes.

Simile.

AXIOMA CCVIII.

1 SIMILE non eſt idem, *gloſ. in l. quod Neruia*, & ibi *Bart. ff. depoſiti, l. pecuniam. ff. ſi certum petatur, l. ad ſimilitudinem*, C. de Epiſcop. & cleric. §. *ſed inter eas, Inſtit. de nupt. cip. capitulum, de reſcript. Zabarel. conſ. 136. Caſſan. in catalogo gloriæ mundi. p. 1. conſid. 48. verſ. quartus caſus, Marc. Mantic. ſingul. 318. Menoch. de arbitrar. lib. 2. caſu 84. Bertaz. de clauſulis inſtrum. clauſ. 27. gloſ. 12 num. 1. Surd. de aliment. tit. 9. q. 1. num. 4. Gutier. practi. lib. 2. q. 176. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 3. num. 51. Accac. Anton. in comment. ad l. 5. num. 70. ff. de condi. & demonſtr. Ferrer. in Conſtit. Cathaloniæ, gloſ. 7. n. 10. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 7. lit. S, concluſ. 247. Menoch. conſ. 406. n. 50. & conſ. 335. n. 19.*

2 Et licèt ſimile non poſſit dici identitas, quia ſimile non eſt idem tamen valde ſimile reputatur idem, *Bald. conſ. 48. Quidam cives. num. 8. verſ. quapropter de neceſſitat, lib. 1.* quem refert *Cardin. Tuſch. d. lit. S, concl. 24. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant.*
2 *Intellige, quando ſingula genere ſuo perfecta ſunt, non ita vitioſa, & imperfecta.*
3 *Declara procedere in ciuilibus, in quibus agitur de modico præiudicio, ſecus in criminalibus.*

Singula.

AXIOMA CCIX.

1 SINGVLA quæ non proſunt, multa collecta iuuant, *l. ſpadonem. §. qui iura. ff. de excuſat. tutor. l. rationes, & l. inſtrumenta*, C. de probat. *cap. cauſam quæ, eod. tit. l. ſtipulatus, in princip. ff. de vſuris, gloſ. verbo legitimis, in l. 2. ff. illo tit. de excuſ. tutor. Anton. Gabr. commun. tit. de probationib. concl. 1. n. 1. Alex. conſ. 13. Ex ijs quæ. num. 19. cum ſeqq. lib. 1. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo ſua facilitate. num. 59. verſ. tamen hæc duo*, C. *de in integ. reſtit. minor. Menoch. conſ. 284. num. 43. Surd. conſ. 245. num. 31. & conſ. 329. num. 10. Anton. Monach. Lucen. deciſ. 55. n. 33. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 7. lit. S, concl. 276. Farin. in praxi crimin. p. 4. conſ. 39. num. 1. Ferrer. in Conſtit. Cathaloniæ, gloſ. 5. num. 147. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 2. reſol. 55. n. 16. & lib. 3. reſol. 7. n. 13. Rot. deciſ. 774. n. 7. p. 2. recent.*

2 Intellige, quando ſingula genere ſuo perfecta ſunt, non ita ſi vitioſa, & genere ſuo imperfecta ſint. §. *ex eo, Inſtit. quibus modis teſtam. infirm. Abb. conſ. 16. Ad claram, in fine, lib. 1. Alex. conſ. 150. In cauſa & lite. num. 26. & ſeq. lib. 5. Thob. Noni. in rub. Inſtit. de obligat. num. 25. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 39. num. 6. Card. Tuſch. d. lit. S, concl. 276. n. 8. & 10.*

Declara, vt procedat in ciuilibus, in quibus agitur de modico præiudicio, ſecus in criminalibus, ita *Hippol. conſ. 20. num. 48. & Alex. conſ. 21. Repetito, in princip. lib. 4.* quos refert *Cardin. Tuſch. d lit. S, concl. 276. num. 14.* vbi *num. 15.* poſt *Alex. conſ. 115. num. 9. & ſeqq. lib. 4.* ſubdit, pariter procedere vbicunque agitur de re difficilis probationis de ſui natura, quia tunc ſingula quæ non proſunt, iunguntur. 3

SVMMARIVM.

1 *Obligatio tollitur, & extinguitur ſolutione eius, quod debetur.*
2 *Soluens de mandato Iudicis liberatur, & eſt ſecurus.*
3 *Hypotheca tollitur ſolutione eius, quod debetur.*
4 *Creditor recipere non tenetur ſolutionem diminutam.*
5 *Solutio facta videtur de reliqua ſumma, quando aliquid petitur de reſto.*
6 *Soluens in dubio videtur ſoluere de pecunia ſua.*
7 *Soluens alij, quam vero creditori, non liberatur.*
8 *Solui non poteſt aliud pro alio inuito creditori.*
9 *Soluere minus dicitur qui tardiùs ſoluit.*

Solutio, Soluere.

AXIOMA CCX.

SOLVTIONE eius, quod debetur, tollitur, & extinguitur obligatio, *l. nulla*, C. *de ſolut. l. ſoluitur. ff. quibus modis pignus, vel hypoth. princip. Inſtit. quibus modis tollitur obligatio, Bart. conſ. 67. Satis dubiè, in fin. lib. 1. Ioan. de Anan. conſ. 10. Dec. conſ. 449. num. 36. Abb. conſ. 97. Viſo, in princ. lib. 2. Alex. conſ. 17. Requiſitus in cauſa. num. 3. lib. 1. Bald. conſ. 192. & conſ. 175. lib. 2. Anchar. conſ. 318. In quæſt. n. 2. Surd. conſ. 145. n. 14. & 15.* 1

Amplia primò in ſolutione facta de mandato Iudicis, quia ſoluens liberatur, & eſt ſecurus, *l. non videtur. §. qui iuſſu. ff. de regul. Iuris, l. liberto. §. Lucius. ff. de annuis leg. Bart. in l. creditor, in princip. ff. de ſolut. Bald. conſ. 128. lib. 2. Menoch. conſ. 68. num. 12. cum ſeqq. Farin. in praxi crimin. p. 3. q. 97. num. 111. Gutier. pract. lib. 1. q. 113. num. 4. Rot. deciſ. 151. & deciſ. 849. num. 2. apud eundem Farin. in prima collect. nouiſſimarum.* Declara, niſi fiat de mandato Iudicis iniuſto, ſecundùm *Gutier. pract. lib. 1. q. 81. num. 10. cum ſeqq. & Farinac. d. q. 97. num. 112.* 2

Amplia ſecundò, quod ſolutione eius, quod debetur, ne dum tollitur omnis obligatio, ſed etiam hypotheca, *gloſ. verbo tollitur, in princip. Inſtit. quibus modis tol. oblig. Beroi. conſ. 204. num. 7. lib. 1. Bald. conſ. 263. Initium, lib. 5. Alex. conſ. 106. Viſis, in fine, lib. 6.* 3

SOLVTIONEM diminutam creditor recipere non tenetur, *l. tutor. §. Lucius. ff. de vſuris*; partis enim 4

enim solutio multa affert incommoda, *l. planè. ff familiæ herciscund. glos. Bart. & Alex. in l. quidam æstimauerunt. ff. si certum pet. Surd. decis. 186. num. 2.* Solu-
5 tio verò facta videtur de reliqua summa, quando aliquid petitur de resto, *Mascard. de probat. concl. 980. num. 20. & concl. 1111. num. 20. Parlador. rerum quotid. lib. 2. cap. fin. p. 5. §. 1. n. 20.*

6 SOLVENS in dubio videtur soluere de pecunia sua, & non de pecunia illius, cuius nomine soluit, *l. si defunctus, C. arbitrium tutelæ, Menoch. cons. 12. num. 20. & 22. & de præsumpt. lib. 3. præs. 46. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 4. §. 14. verbo meubles. num. 5. Burg. de Pace cons. 3. n. 73. Mascard. de probat. concl. 611. & conclus. 1159. & concl. 1319. num. 12. Surd. de aliment. tit. 6. q. 8. n. 51. Gam. Lusit. decis. 247. num. 2. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 20. n. 13. Rot. decis. 339. ad fin. apud Farin. in 1. collect. nouissimarum.* Et præsumitur soluere ob causam grauiorem, *Menoch. cons. 221. num. 28. & cons. 1185. num. 14. & cons. 1187. num. 26.*

7 SOLVENS alij, quam vero creditori, non liberatur, *l. 1. §. ante omnia. ff. de pactis, Surd. decis. 60. num. 1. & decis. 229. num. 1. Gratian. discept. forens. cap. 20. à n. 30. & cap. 194. n. 17. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 7. lit. S, concl. 340. num. 48. cum seqq.* vbi *num. 51.* cum *Abb. cons. 80. lib. 1.* ampliat, solutionem factam alteri, quam ei cui debetur, non liberare soluentem, etiamsi accipiens caueat cum fideiussione de releuando illum indemnem.

8 SOLVI non potest aliud pro alio inuito creditori, *l. 2. §. mutui datio,* & ibi *glos. fin.* ac latè *Jas. ff. si certum pet. l. promissor. §. fin. ff. de constit. pecun. Item liberatur. §. qui paratur. ff. quibus modis pign. vel hypoth. l. eum à quo, cum l. seq. C. de solutionib. Socin. reg. 28. Cott. in memor. verbo solui, pag. mihi 767. Donat. à Fina tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 27. de solutionib. num. 36. pag. mihi 393. Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. 376. num. 1. Thom. de Thomasset. in floribus leg. reg. 31. Gutier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 29. Escob. de ratiocin. cap. 17. num. 1. Pichard. in disput. de mora. num. 97. Surd. decis. 224. num. 16. Ceuall. commun. contra communes, q. 899. num. 97. tom. 4. Garc. Gironda de priuileg. seu exempt. explicat. num. 203. Anton. Monach. Bonomien. decis. 35. num. 8. Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 354.* Quando verò aliud pro alio de consensu creditoris soluitur, tunc per talem solutionem extinguitur obligatio, *Gozadin. cons. 38. num. 8. Surd. cons. 145. num. 14. & seq.* quos refert *Card. Tusch. d. lit. S, concl. 340. n. 31.*

9 SOLVERE minus dicitur qui tardiùs soluit, & plus soluere dicitur qui statim soluit, *l. si is cui, in fine, l. minus. ff. de verborum signif. l. solidum. ff. de solutionib. §. plus, Instit. de fideiuss. §. si quis agens, vers. plus autem, Instit. de actionib. cap. 1.* vbi *Doct. de plus petit.* cum aliis adductis per *Tiraq. de retractu lig. glos. 18. §. 1. n. 35. Surd. cons. 345. num. 9. Menoch. cons. 55. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Specialia duo non possunt concurrere circa idem, & in eodem subiecto.*

2 *Intellige, quando duo, vel plura specialia veniunt principaliter, non verò in consequentiam alterius.*

3 *Specialia non passim admittenda.*

4 *Specialia non debent trahi in argumentum, vel in consequentiam, nisi propter identitatem rationis.*

5 *Specialis dispositio vno casu, facit quod in aliis casibus Ius commune sit in contrarium.*

6 *Priuilegia specialia fisci arguunt in contrarium esse Ius commune in aliis personis.*

Specialia.

AXIOMA CCXI.

SPECIALIA duo non possunt concurrere cir 1
ca idem, & in eodem subiecto, *l. cùm post §. gener. ff. de iure dotium, l. 1. C. de dotis promiss. cap. singula 89. dist.* latè *Socin. reg. 3.* vbi limitat sex modis, *Bart. in 1. quæst. Lucanæ ciuitatis, in princ. num. 10. vers. decimo probatur, Oldrad. cons. 79. Duo specialia, in princ. & cons. 325. num. 4. vers. item promissio, Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 102. Menoch. cons. 336. n. 3. Richard. ad §. 1. Instit. de milit. testam. num. 8. & 11.* latè *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 7. lit. S, concl. 360. per totam.*

Intellige, quando duo, vel plura specialia ve- 2
niunt principaliter, non verò in consequentiam alterius, vt declarant *Bart. d. l. 1. Lucanæ ciuitatis, in fin. vers. ad decimum, Thom. à Thomasset. d. reg. 102. Tiraq. Non. ad rub. Instit. de testament. n. 20. Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 360. n. 23.*

SPECIALIA non passim admittenda, *Alex. in* 3
l. quod in bonis. §. cùm fideicommissum, in fine. ff. ad leg. Falcid. Cardin. Tusch. d. lit. S, conl. 361. num. 1. Nec 4
trahi debent in argumentum, vel in consequentiam, quia ab eis non est licitum arguere, *Castren. cons. 97. Ne in propriis. num. 3. in fin. lib. 2. Cardin. Tusch. d. lit. S, conclus. 362. num. 12.* vti *num. 14.* post 5
Abb. cons. 114. Attingendo. à num. 5. lib. 2. hoc limitat propter identitatem rationis. Ampliat, quod specialis dispositio in vno casu, ne dum non tribuit facultatem arguendi, sed imò facit quod in aliis casibus Ius commune sit in contrarium, ita *Corn. cons. 81. n. 9. lib. 2. Angel. cons. 183. in fine, Bala cons. 382. In quæstione. num. 7. vers. cùm igitur, lib. 5.* quod duplicatur, *lib. 1. cons. 250. Anchar. cons. 203 in fine, Roman. consil. 86. Viso quæstionis themate. num. 12. vers. tertia, Abb. cons. 79. Illud in Iure, in princ. lib. 1. Guid. Papæ decis. 473.* vbi ait, quod generaliter vbi est Ius speciale in certo casu, sequitur quod in contrarium est Ius commune extra illum casum, *Ioan. de Imola cons. 139. in fine, vers. non obstat vltimò,* vbi 6
quod specialia priuilegia fisci arguunt in contrarium esse Ius commune in aliis personis.

Subiecta.

AXIOMA CCXII.

SVBIECTA talia sunt, qualia prædicata de- 1
monstrant, *l. 3. ff. de fundo instr. l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino, trit. oleóque leg. Oldrad. cons. 80. Talia sunt, & cons. 326. num. 17. vers. item in hoc, Petr. de Anchar. cons. 65. num. 5. & cons. 82. num. 10. Signorol. de Homed. cons. 205. in fine, & cons. 199. num. 6. Cranet. cons. 25. num. 30. Brunor à Sole in locis communib. verbo subiectum, Surd. decis. 149. num. 18. & cons. 34. num. 40. & cons. 375. num. 45. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 7. lit. S, conclus. 716. à princip.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
2 *Intellige procedere in subrogatione legis, non hominis.*
3 *Limita diuersis modis, vt numeris seqq.*

Subrogatum.

AXIOMA CCXIII.

1 SVBROGATVM sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, *l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut.* vbi *Bart. Bald. Angel.* & alij, *l. 1. §. hæc actio. ff. si quis testam. liber. l. filia. §. Titia. ff. de condit. & demonstr. l. vnica. §. 1. C. de rei vxoriæ act. §. fuerat, Instit. de actionib. cap. Ecclesia, il 1.* vbi *glos. 1. vers. & est hic argum. vt lite pendente, Alex. cons. 88. Quod concurrere. num. 4. vers. corroboro, lib. 1.* quod duplicatur *cons. 137. eod. lib. 1. Anchar. cons. 421. Præmittendum, in princ.* vbi ait, quod hæc regula est magistralis, *Crauet. cons. 973. num. 2. cum seqq. Socin. reg. 34.* plenè *Decian. cons. 43. num. 14. cum seqq. lib. 3.* vbi infert ad plura exempla, *Euerard. in topicis legalib. loco 93. Petr. Andr. Gammar. in Dialect. legali, lib. 2. de loco subrogato 4. Tiraq. de iure primogen. q. 40. n. 43. & in tract. le mort. v. 2. declar. 9. num. 18. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 289. Thob. Noni. ad §. sed neque hæres, Instit. de testam. num. 5. Pichard. ad §. ex conditionale. num. 13. Instit. de verb. obligationib. Brunor à Sole in locis communib. verbo subrogatum, Anton. Gabr. commun. lib. 6. tit. de regulis Iuris, concl. 2. Menoch. cons. 52. num. 68. & 158. & cons. 70. num. 10. & cons. 95. num. 50. & cons. 97. num. 157. & cons. 211. num. 70. & cons. 215. num. 151. & cons. 280. num. 12. & cons. 650. num. 9. & cons. 840. n. 40. & cons. 896. n. 3. & cons. 784. num. 12.* vbi ait procedere, quando is qui subrogatus est, æqualis est conditionibus, moribus & scientia cum eo cui subrogatus est, *Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 36 Surd. decis. 35. num. 9. & dec. 306. n. 5. & de aliment. tit. 9. q. 27. num. 9. & cons. 26. num. 5. Escob. de ratiocin. comput. 15. num. 2. Monet. de decimis, cap. 9. n. 75. & de opt. canon. cap. 4. q. 8. num. 146. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 2. cap. 4. num. 55. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 111. n. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 9 n. 99. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 7. lit. S, concl. 757. per totam.*

2 Intellige subrogatum sapere naturam primordialem, non accidentalem eius, in cuius locum subrogatur, vt declarant *Surd. d. tit. 9. q. 21. num. 22.* & ideo, quando dicitur subrogatum sapere naturam eius, in cuius locum subrogatur cum omnibus qualitatibus & causis, intelligitur de naturali causa, non de accidentali, *Berot. cons. 71. n. 42. & seq. lib. 1. Card. Tusch. d. concl. 757. num. 55.* Et intellige etiam procedere in subrogatione legis, non hominis; ex *Rimin. Iun. cons. 18. num. 88. & cons. 113. num. 128. & seq.* quem refert *Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 757. n. 49.* vbi *num. 54.* post *Anchar. cons. 110. num. 3.* subdit, subrogatum non sapere naturam eius, cuius loco subrogatur, nisi vel in subsidium, vel quando subrogatio est in plenum ius.

3 Primò limita, quando subrogatum fit ad rem diuersæ naturæ, *l. cum in fundo. §. si fundum. ff. de iure dot. Surd. de aliment. tit. 5. q. 1. num. 34.* & quando non viget eadem qualitas in subrogato, imò repugnat, *Rimin. Iun. cons. 113. num. 129.* quem refert *Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 757. num. 57. Franc. à Sousa in repet. l. fœminæ. ff. de regul. Iuris. p. 1. n. 229. Menoch. cons. 427. n. 8.*

Secundò limita, vbi aliquid est specialiter attributum, tunc enim in eo subrogatum non sapit eandem naturam, nec subrogationis regula id extendit, quod fuit specialiter concessum, *Surd. de aliment. tit. 9. q. 21. n. 21. D. Barbos. in l. cum Prætor. §. 1. n. 421. ff. de iudic.* 4

Tertiò limita, quando illud, in cuius locum fit subrogatio, esset extinctum, *Rimin. Iun. cons. 113. num. 121. Cardin. Tusch. d. lit. S, conclus. 757. n. 56.* 5

Quartò limita in pœnalibus secundùm *Seraphin. decis. 537. n. 4.* 6

Quintò limita in priuilegiis, vt scribunt *Azeued. l. 1. num. 27. tit. 1. lib. 6. nouæ Recopil. Garc. Gironda de priuileg. seu exemption. explicat. n. 1313.* 7

Subtilitas.

AXIOMA CCXIV.

SVBTILITAS nimia veritatem lædit, *Dec. cons. 666. Visa copia, circa fin. Gemin. cons. 49. Super isto puncto. num. 4. vers. nam subtilitas, Roman. cons. 301. In proposita. num. 15. vers. secundò demonstro.* Et voluntates contrahentium subuertit, *d. l. 1. C. vt actiones. ab hæred. vel contra hæred.* Et errorem inducit, *Bald. in proœm. Decretal. incip. Initium, circa fin. Roman. vbi supra, Roland. à Valle cons. 55. num. 7. lib. 1.* vbi ait, quod in rebus claris subtilizatio est errorem quærere, & ideo illa non est curanda in foro ecclesiastico, ex quo de mente constat, *cap. dilecti, de iudic. Federic. de Senis cons. 158. Reuerende Pater, in princip.* maximè in causis beneficialibus, *Anchar. cons. 295. Pro clariori, in fine.* 1

SVMMARIVM.

1 *Summæ maiori ineſt minor.*
2 *Diſpoſitiones quando ſunt diuerſæ, ſumma maior non continet minorem.*
3 *Summa maior non continet minorem, quando ſumus in contractu ex cauſa oneroſa, & in litteris ad beneficia vacatura ad ſummam maiorem, vt n. 4.*
5 *Declaratur* tex. in l. ſi decem 54. in princ. ff. locati, *& conciliatur cum* tex. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verbor. obligat.

Summa.

AXIOMA CCXV.

SVMMÆ maiori ineſt minor, *l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. obligat. cap. 1. de arbitr. lib. 6. Balæ. conſ. 307. vers. in contrarium, lib. 1. Pichard. ad §. præterea. num. 8. Inſtit. de inutilib. ſtipulat. Cardin. Seraphin. deciſ. 267. num. 4. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 7. lit. S, concluſ. 885. per totam, Menoch. conſ. 265. num. 3.* 1

Primò limita, quando ſunt diuerſæ diſpoſitiones, quia tunc ſumma maior non continet minorem, *Alex. conſ. 179. Viſo proceſſu. num. 14. vers. nec etiam, lib. 5.* quem refert *Cardin. Tuſch. d. concl. 885. num. 19.* Idem eſt, quando ſummæ diuerſitas conſtituit ſpecierum diuerſitatem, ſecundùm *Card. Seraphin. citato loco.* 2

Secundò limita, quando ſumus in contractu ex cauſa 3

causa onerosa, *Alex. consil.18. n.3. lib.1.Card.Tusch.d. concl.885. num.22.*

4 Tertiò limita in litteris ad beneficia vacatura ad summam maiorem, puta primum vacaturum valoris centum, non potest capere beneficium de minori summa propter odium litterarum similium, quia in hoc casu maior summa non continet minorem, *Lap. alleg.79. n.3.vers. sed quare,& consil.103. n.6. vers. secundo, Zabarel. consil.136.n.4. Card. Tusch. d. concl. 885. n.23.*

5 Verùm contra nostrum Axioma obstat difficilis *text. in l.si decem 54. in princip. ff. locati*, vbi dispositio concepta super maiori summa non verificatur in minori; nec satisfacit communis intellectus *Bart. in d. l. 1. §. si stipulanti*, quem sequuntur *Anton. Gom. tom.2. var. vbi de contractib. cap. 9. n.4. Conan. comment. Iuris lib.7. cap. 11. num.4. Emman. Costa lib. 1. select. cap.2. num. 1.* asserentis propterea ibi dispositionem conceptam verificari in minori, quia agitur de causa onerosa, in qua non procedit huiusmodi Axioma, sed tantùm in causa lucrativa, quia conuincitur ex *eadem l. si decem*, in secundo casu, vbi probatur maiorem summam prolatam à conductore verificari in minori per se.

6 Quare reiecto supradicto intellectu, considero dispositionem conceptam super maiori summa, non verificari in minori, nisi appareat verisimiliter disponentem intendisse quamcunque summam contentam sub maiori. Cùm igitur primo casu *d. l. si decem* maior summa proferatur à petente, scilicet à domino rei locatæ, ideo non videtur consentire in minori summa, quia est ei præiudiciale: attamen secundo casu maior summa profertur à promittente, scilicet conductore, & ideo in minori consensisse videtur, nam verisimiliter præsumitur conductorem, qui in maiori summa consensit, à fortiori consentire in minori, si intelligeret locatorem minus velle locare, quia per hoc fit melior conditio ipsius. Sensus verò *d. §. stipulanti*, ex quo probatur huiusmodi Axioma (omissis variis intellectibus, de quibus *Menchac. de success. creat. §. 10. num. 142.*) potest verificari legendo illum continuatiuè ad *vers. nisi stipulatori*, suprà proximè præcedentem; & ita loquitur casu quo diuersitas promittentis maiorem, vel minorem summam incontinenti placuit interroganti, & ita ex eo quod fuit sequuta complacentia stipulatoris in diuersitate summæ promissæ, propter quam valet stipulatio in minori summa.

SVMMARIVM.

1 *Superfluitas euitanda est in omni interpretatione, & dispositione.*
2 *Superflua omnia sunt reprobata.*
3 *Actibus superfluis non debemus vti.*
4 *Iuris communis correctio potiùs admittitur, quàm quod verba sint superflua.*
5 *Verba potiùs improprianda sunt, quàm quod sint superflua.*
6 *Bis aliquid in legibus, & statutis ponitur, ad euitandam malitiosam, & sophisticam interpretationem.*
7 *Superfluitas potiùs toleratur, quàm quis damnum indebitè patiatur.*
8 *Superfluum dici non potest, quando explicitè & distinctè declaratur, quod implicitè erat dispositum.*
9 *Superfluitas admittitur, ne voluntas testatoris, vel disponentis tollatur.*
10 *Iniquitas vt euitetur, toleratur superfluitas.*

Superfluitas, Superfluum.

AXIOMA CCXVI.

SVPERFLVITAS euitanda est in omni interpretatione,& dispositione, vt per *Roland.à Valle consil.62. n.30. & seq.lib.3.* quem refert *Cardin.Tusch. practic. conclus. tom.7. lit. S, concl.895. n.36. Menoch. consil.81. n.32. Rot. decis.702. num. 3. apud Farin. p.2. recent. & decis.75. n.8. ead. p.2.* dicit quod non est recedendum à natura rei, vt superfluitas euitetur, & *decis.357. n.1.ead. p.2.* censet quod superfluitas non debet admitti etiam in quacunque materia odiosa, & in dispensatione. 1

SVPERFLVA omnia sunt reprobata, *l.1.§.quibus, C.de nouo Cod. l.fin.C.qui admitti ad bonor. possess. & in proœm. Decretal.* ibi, *resecatis superfluis, Clem. exiui.§.quamuis*, vbi *Card. num. 220. de verbor. signif. Mandos.ad reg.1. Cancel. q.5.num.4. Gonzal.ad reg.8. Cancel. glos.13. n.72. & glos.22. n.4.* 2

SVPERFLVIS actibus non debemus vti, *l.hæc stipulatio.§.diui.ff. vt legator. nomine caueatur, Castren. consil.240. Subtiliter, prope fin. lib.2. Card.Tusch.d.lit.S, concl.894. num.6.* nec superfluis & impertinentibus allegationibus, *Castren. consil.201. Visis, & consideratis, col. pen. vers. quantum verò, lib.1. Card. Tusch. d.lit.S, concl.896.n.7.* nec cautionibus, *l.non cogendum. ff. de procuratorib Castren. consil. 207. Visis omnibus. num. 3. col.2. vers. præterea, lib.1. Roman. consil.62. Florentina, col. 1. in fine*, illis enim non præsumitur quis velle vti, *Abb. consil.73. Circa primum.num.3. vers.præterea, lib. 2.* quia potiùs admittitur correctio Iuris communis, quàm quod verba sint superflua, *Crauet.consil. 92. num. 5.* quem refert *Card. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 38.* & potiùs improprianda sunt verba, quàm quod sint superflua, *Roland. consil.61.num.16. & consil.62. n.31. & seq. lib.3. Crauet. consil.294.n.3. & consil.714. Illustris.n.19.* 3 4 5

Primò limita, quia frequenter in legibus,& statutis semel dispositum etiam per verba inculcata idem importantia disponitur, & plus non operantur, nisi maiorem declarationem, *glos. verbo inculcatio, in l. lecta. ff. si certum pet. Cuman. consil.55. n.4. vers. quamuis, Castren. consil.75. Notandum. num. 2. vers. frequenter, lib.2.* & ideo dicunt *Felin. in cap. venerabili, num.1. notab. 3. de officio deleg. & Ias.in l.eum qui. §. ita te, & Titium. num.4. vers. sed aduerte. ff. de verb. obligat.* quod sæpe aliquid bis ponitur ad euitandam malitiosam, & sophisticam interpretationem, & sic ad maiorem expressionem, referunt *Cardin. Tusch. d. lit.S, conclus.895. num.49. Gonzal.ad reg.8. Cancel. glos.6. n.32.* 6

Secundò limita, quia potiùs toleratur superfluitas, quàm quod quis damnum indebitè patiatur, *Crauet. consil.70. num.29. vers. imò potiùs, Cephal. consil.104. num.22. lib.1. Surd. decis.36. num.19. & 20. Card. Tusch. d. lit. S, concl.895. n.56. Gonzal. d. glos. 6. num.32.* 7

Tertiò limita, quando explicitè & distinctè declaratur, quod implicitè erat dispositum quia tunc dici non potest superfluum, *Ruin. consil. 89. num.17. vers. nec obstat, vol. 4. Tiraq. in l. si vnquam, verbo reuertatur. n.26. C. de reuocand. donat.* quos refert, & sequitur *Gonzal. d. glos. 6. n.33.* 8

Quartò

9 Quartò limita, quia ſuperfluitas admittitur, ne voluntas teſtatoris, vel diſponentis tollatur, *Cravet. conſ.25. num.30. verſ. ex præmiſſis*, vel ne fiat contra mentem diſponentis, *idem Cravet. conſ.70. num.29. verſ. tertio*, prout illum refert *Cardin. Tuſch. d. lit.S, concl.895. num.54.*

10 Quintò limita, quia toleratur, vt euitetur iniquitas, *Cravet. conſ.70. num.29. verſ. ſecundò reſpondeo.* & *in verſ. quintò reſpondeo*, idem tenet, ne abſurdum inducatur, refert *Card. Tuſch. d. concluſ. 895. num.55. & 57.*

11 Sextò limita, quia potiùs admittitur ſuperfluitas ſtatuti, quàm quod ſtatuentes voluerint aliquid illicitè, vel non permiſſum ſtatuere, *Caſtren.conſ.258. Viſo puncto, col.1. in fine, verſ. nec erit ſtatutum, lib.2. Card. Tuſch. d. lit.S, concl.895. n.61.*

SVMMARIVM.

1 *Tacens conſentire videtur.*
2 *Intellige in fauorabilibus.*
3 *Limita in præiudicialibus.*
4 *Tacens conſentire videtur in iudicialibus, etiam in ſibi præiudicialibus.*
5 *Tacens habetur pro conſentiente, etiam in damnoſis fauore Reip. pupilli, & Eccleſiæ.*
6 *Ius quando reſiſtit, tunc tacens conſentire non videtur.*
7 *Tacens quando contradicendo actum impedire non potuiſſet, tunc conſentire non cenſetur.*

Tacens.

AXIOMA CCXVII.

1 TACENS conſentire videtur, *l.2. §. voluntatem. ff. ſoluto matrim. l. qui tacet*, vbi *Dec. & Cagnol. ff. de regulis Iuris, l.2. C. de acquir. poſſeſſ. l.ſi ſine, C.ad Velleian. l.ſi hypothecas, C. de remiſſ. pignor. cap. nonne, de præſumpt.cap.qui tacet 43.* vbi *Dyn. & Ioan. Andr. de regulis Iuris, lib.6. Caball. in milleloq.453. Corſet. in ſing. taciturnitas, Anton.Scapp.de iure non ſcripto, lib.5. cap.101. Ioſeph. Ludou.Peruſ.deciſ.9. à num.21.Scbaſt. Medic. in tract. mors omnia ſoluit. p.2. concl.5.num.21. Monoch. conſil.246. num.26.& conſ.259.n.14. & conſ. 237. num.25. & conſ.304. n.30. & conſ.967. num.15. Maſcard. de probat. concl.1218. Menoch.de præſumpt. lib.3. præſ.9. n.20. Azor.Inſtit. moral. p.1.lib.1.cap.4. in princip. Mari.Antonin.var.reſolut.lib.1.reſol.92.n.6. Aloyſ. Ricc.in collect. deciſ.p.4. collect.1040.*

2 Intellige in fauorabilibus, *l.1.§. pen.ff. nauta, caupones, l.qui patitur. ff. mandati, l.ſi fideiuſſor, in fin. C. eod. tit. l.ſi vt proponis, C. de nupt. Coſta in l.ſi ex cautione, fallent. 4. num.2. Bald.conſ.299. Dicunt, num.5, verſ.item contractus, lib.1. Clar. §.donatio, q.14.num.5. Cou. in rub. de teſtament. p.3. num. 12. verſ. verùm ſi donatarius, Molin. de primogen. lib.4. cap.2. num.76. Mench. illuſtr. quæſt. lib. 2. cap. 62. à num. 8. Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg.253. & 290. Maſcard. de probat. concl. 1158. num.25. Menoch. de præſumpt. lib.3. præſ.42. num.11. & 24. & lib.6. præſ.99. num. 11. D. Barboſ. in l. qua dotis. num. 153. & 164. ff ſoluto matrim. Sanchez de Matrim. lib. 1. diſp. 5. n.5. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 8. lit. T, concl. 2. num.1.* vbi *num.2.* poſt *Calderin. conſ.123. in fine, verſ. & per hoc reſpondetur, alias 2. de præbend.* limitat vbicunque vltra conſenſum requiritur aliquid, quia tunc non ſufficit tacitus conſenſus in fauorabilibus.

Limita primò in præiudicialibus, *l. inuitum. ff.* 3
de ſeruit. vrb. præd. l. in eo. §. pen. ff. de vitu nupt. Gemin. conſ.55. circa fin. verſ. nec iſto caſu, Bald.d.conſ. 299. num.5. verſ. item contractus, lib.1. Alex. conſ.84. in cauſa, in fine, lib.7. Cou. practic. cap.15. verſ.quintò deinde, Thom. de Thomaſſet. d. reg.253. Fachin. controuerſ. Iuris lib. 8. cap. 64. Menoch. conſ. 573. num. 12. Surd. deciſ. 302. num.3. & conſ.349.num.4. Cald.Pereira de reſolut. emphyt. cap.11. num.11. & de empt.& vendit. cap. 33. num.81. & ſeq. D. Barboſ. in l.2. §. vlt. à num. 6. ff. ſoluto matrim. & in d. l. quæ dotis. num.153. & 164. ff.eod. Benedict. Ægid. in repet.l.ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure. p.1. cap.9. num.81. Stephan. Gratian. diſcept. forenſium cap. 38. num. 20. & cap. 68. num. 16. Cardin. Tuſch. d. lit. T, concl. 3. per totam, Mari. Antonin. d. lib.1. reſol.59. caſu 1. Sanchez d. diſp. 5. num.5. etiamſi vltra taciturnitatem concurrat aliquis actus poſitiuus, ſecundùm *Maſcard. concl. 1218. num. 51. Surd. deciſ.32. num.11. & deciſ. 264. num.8.* contrà *Abb. in cap. non iniuſtè, col.pen.de procurator.* quem refert *Cardin. Tuſch. d.lit.T, concl.3. num. 23.*

Sublimita in iudicialibus, in quibus tacens con- 4
ſentire cenſetur etiam in ſibi præiudicialibus, *Tiraq. de iure mariti, gloſ.7. num.37. Surd. deciſ.47. n.9. D. Barboſ. in l. diuortio. §. ob donationes. num. 14. ff. ſoluto matrim.* Vnde quod tacens, & non contradicens proteſtationi, quæ ſibi fit, cenſeatur conſentire etiam in damnoſis, dicit *Roman. conſ.311. In caſu. num. 2. & ſeq.* vbi *num.* 4. id extendit maximè in proteſtatione, quæ fit inter contrahentes ad diminuendum ius alterius. Hinc etiam tacens, & non contradicens negatiuæ poſitæ in iudicio, quod quis non impleuerit aliquid, ad quod obligatur, cenſetur fateri negatiuam, ex *Cravet.conſ.1. in fine, verſ. ſecundo probatur*, quem refert *Cardin. Tuſch. d. lit. T, concl.3. n.17.*

Sublimita etiam fauore Reipublicæ, pupilli, & 5
Eccleſiæ, quia tacens habetur pro conſentiente etiam in damnoſis, *Roman. d. conſ. 311.num.3.* Item & fauore piæ cauſæ, ex adductis per *Socin. conſ.291. Viſis litteris. num.10. lib.2.Mandel.conſ.153.num.10. Roman. d. conſ.311. num.4. Tiraq. de priuileg.piæ cauſæ, priuil. 131.*

Secundò limita, quando ius reſiſtit, quia tunc 6
tacens conſentire non videtur, *gloſ. in cap.plerumque 2. q. 7. Maſcard. de probat. concl.1153. n.52.*

Tertiò limita, quando tacens contradicendo 7
actum impedire non potuiſſet, quia tunc conſentire non cenſetur, *l. Caius. ff. de pignor. act. l. ſæpe. §. cur autem. ff. de re iudic. gloſ. in l.ſicut. §. non videtur. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca, Menoch. conſ. 120. num.10. Surd. deciſ.294. n.13. & deciſ.302. n.2. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.33. num.81. Stephanus Gratian. diſcept. forenſ. cap.38. num.21.& cap. 68. num.16. Rot. deciſ. 513. num. 5. apud Farin. p.1. recent.* Cùm aliàs in aliis caſibus, quos tacens, ſi vellet, poſſet impedire, conſentire videatur, *l. ſi fideiuſſor, C. mandati, Bart. in l. quæ dotis. num. 22.* vbi *D. Barboſ. num.160. ff. ſoluto matrim. Neguzant. de pignorib. memb.4. p.2. num.152. Cou.d.cap.15. n.5. verſ. tertio, Tiraq. de retractu lig.§.1. gloſ.9. num.149. Mendoc.de pactis lib.2. cap.4. num.37. Menoch.de præſumpt. lib.6. præſ.99. n.15. & conſ. 58. n.65. Maſcard. concl.1158. n.47. Fachin.controuerſ. lib.7. cap.80. Surd. conſ.290. n.22. Cald. Pereira de renouat. emphyt. q.16. num.47.& 52.*

SVMMARIVM.

1 *Taciti, & expressi idem est iudicium.*
2 *Intellige, quando tacitum includitur in natura expressi.*
3 *Tacitum pro expresso habetur in vltimis voluntatibus.*
4 *Expressum plus operatur quàm tacitum, quando agitur de annullando actum.*
5 *Tacitum non operatur quantum expressum in prohibitis.*
6 *Taciti & coniecturati par est virtus cum expresso.*
7 *Tacitum non producit aliud tacitum.*
8 *Tacitum resultans ex expresso, cessat cessante expresso.*

Tacitum.

AXIOMA CCXVIII.

1 TACITI, & expressi idem est iudicium, *l. cùm quid. ff. si certum petatur, l. si filiusfam. ff. eod. tit. l. vlt. ff. de legat. 2. l. item quia. ff. de pactis, l. vlt. C. qui bonis cedere possunt, Federic. de Senis cons. 100. Factum, in princip. Cou. in cap. quamuis pactum, de pact. lib. 6. p. 2. in init. num. 6. in med. Menchaq. controuers. illustr. cap. 33. num. 26. Menoch. cons. 108. num. 54. & cons. 183. num. 8. & 30. & cons. 461. num. 45. & de præsumpt. lib. 4. præs. 40. num. 8.* vbi intelligit, quando tacitum ineſt præcisè & simpliciter, secus si limitatè, *Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. n. 3. cum seqq. & q. 13. num. 13. Escobar de ratiocin. cap. 7. num. 7. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 80. n. 30. Morl. in emporio Iuris, p. 1. tit. 8. q. 24. per totam, Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, cap. 7. §. 2. num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 14. num. 64. Anton. à Sousa in select. de censuris Bullæ in Cœna Domini, cap. 14. disp. 101. num. 2. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiast. p. 3. cap. 7. n. 61. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 12. cap. 4. n. 5. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. T, concl. 7. cum duabus seqq.*

2 Intellige, quando tacitum includitur in natura expressi, secus est si non sit de natura expressi, nec inducatur sub expresso, secundùm *Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 57. num* 72. Intellige etiam, quando vtrumque procedit ex potentia eiusdem causæ, vt declarauit *Rota decis. 608. n. 2. apud Farin. p. 2. recent.*

3 Amplia in vltimis voluntatibus, quia in illis tacitum pro expresso habetur, vt per *tex. in l. inter vestem. ff. de auro & arg. leg. & in l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonstrat.* resoluunt *Bart. in l. cùm quid, col. 2. num. 9. vers. & pro huius solutione. ff. si certum petatur,* & ibi *Bald. col. 3. vers. in glos. Angel. col. 2. num. 2. Fulgos. col. 2. num. 7. Salicet. col. 1. num. 3. Ludou. Roman. col. 3. in princip. num. 11. Socin. col. 4. num. 23. Corn. col. 2. n. 6. Dec. col. 5. n. 22. Ioan. Bolognet. n. 51.* & alij, quos refert *Rendina in promptuario recept. sent. tom. 1. tit. 100. n. 16.*

4 Primò limita, quando agitur de annullando actum, quia tunc plus operatur expressum quàm tacitum, *Alex. cons. 59. Attentis narratis. num. 15. vers. nec obstant, lib. 3. Hyppol. Rimin. Iun. cons. 164. Dubitatur. n. 15. lib. 2. Cardin. Tusch. d. lit. T, concl. 7. n. 35. & 36.* Sicut etiam vbi agitur de effectu exclusionis & priuationis, quia tunc par non est virtus taciti & expressi, *Curt. Iun. in l. cùm quid. num. 15. vers. octauum casus. ff. si cert. pet. Menoch. d. lib. 4. præs. 40. num. 10.*

Secundò limita in prohibitis, in quibus tacitum 5
non operatur quantum expressum, quia ex tacito non infertur consensus circa prohibita, *Castren. cons. 259. Circa primum, in princ. lib. 2. Cranet. cons. 200. num. 7.* vbi *num. 8.* subdit, quod tacitus consensus non est tantæ potentiæ, quantæ est expressus in iis, quæ sunt contra regulas Iuris communis, *Card. Tusch. d. lit. T, concl. 7. n. 39. & 41.*

TACITI & coniecturati par est virtus cum 6
expresso, *Alex. cons. 109. Super prima. n. 17. vers. præterea in quæstione, prope fin. lib. 7. Cardin. Tusch. d. lit. T, concl. 7. n. 13.*

TACITVM non producit aliud tacitum, secun- 7
dùm *Decian. cons. 49. num. 50. lib. 2. Cardin. Tusch. d. lit. T, concl. 10. per totam*; vnde euenit, vt si quis faciat actum, qui tacitè importat aditionem, illa aditio tacita non possit operari, quod censeatur renunciatum beneficio inuentarij, prout si aditio esset expressa; vt tenet *Cephal. cons. 139. num. 13. lib. 1.* quem referunt *Fanuc. in tract. de inuentar. in præfat. n. 26. circa finem, & Card. Tusch. d. lit. T, concl. 7. n. 26. & concl. 10. n. 7.*

TACITVM resultans ex expresso, cessat ces- 8
sante expresso, *l. 3. §. fin. ff. de seruit. rustic. præd. Castren. cons. 106. Incipiendo. n. 3. lib. 2.* vbi declarat, vt procedat quando subest eadem ratio, vel quando tacitum per se stare non potest, aliàs secus, prout eum refert *Cardin. Tusch. d. lit. T, concl. 12. n 1. & 2.* vbi numeris seqq. limitat, quando tacitum resultans ex expresso, est æquè principale, & quando diuersa ratio est inter expressum, & tacitum.

SVMMARIVM.

1 *Tempus non est modus tollendæ, nec inducendæ obligationis.*
2 *Legis tempus qui non obseruat, non dicitur formam legis obseruare.*
3 *Tempore eodem vbi aliquid fit, non datur prius, nec posterius.*
4 *Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.*
5 *Tempore habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile, paria sunt.*

Tempus.

AXIOMA CCXIX.

TEMPVS non est modus tollendæ, nec indu- 1
cendæ obligationis, *l. obligationum. §. placet. ff. de act. & oblig. §. at si ita stipuleris, Instit. de verb. obligat. glos. verbo ordinem, in cap. cùm ex officij 16. de præscript. Anton. Gom. vari. tom. 2. cap. 11. num. 21. Accac. Anton. in comment. ad l. 1. ff. de condit. & demonstrat. verbo cùm dies certus. num. 5. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. decis. 732. in 1. edit. aliàs resolut. 509. num. 2. in 2. edit. & decis. Curiæ Archiep. Neapol. 62. num. 4. part. 2. Menoch. cons. 748. num. 30.*

TEMPVS legis qui non obseruat, non dici- 2
tur formam legis obseruare, *l. obseruare. §. posthac. ff. de offic. Procons. Rebuff. in tract. nominat. q. 14. n. 6. Gam. Lusit. decis. 337. n. 4. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo tempus. n. 1.*

TEMPORE eodem vbi aliquid fit, non datur 3
prius,

prius, nec posterius, *l. quidam testamento. ff. de pecul. leg. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 29. num. 18.*

4 TEMPORALIA ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. Vide *supra Axiom. 28.*

5 TEMPORE habili aliquid fieri, vel conferri in tempus habile, pacta sunt. Vide *suprà Axiom. 174. num. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Totum continet singulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quælibet eius pars.*

2 *Intellige, quando illæ singulæ partes sunt indiuisæ.*

3 *Totum qui dicit, nihil excludit.*

Totum.

AXIOMA CCXX.

1 TOTVM continet singulas partes, quia in integrali toto comprehenditur quælibet eius pars, *l. 1. §. si stipulanti. ff. de verbor. oblig. l. si alij. ff. de vsufr. leg. l. in eo quod plus 111. l. in toto 114. ff. de regul. Iuris, cap. plus 35. cap. in toto 80. eod. tit. lib. 6. Bald. cons. 153. Officiales, in princ. lib. 4. Federic. de Senis cons. 159. in fine, vers. item non obstat,* vbi quod petens totum, si feratur absolutoria à toto, censetur etiam lata quoad singulas partes, *Con. vari. lib. 1. cap. 2. num. 5. cum seqq. & cap. vlt. num. 7. Alphan. collectan. 82. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 9. num. 4. Menoch. de arbitr. lib. 2. cap. 47. num. 6. Card. Tusch. practic. concl. tom. 8. lit. T, concl. 336. per totam, Rot. decis. 144. num. 3. apud Farin. p. 2. recent.*

2 Intellige, quando illæ singulæ partes sunt indiuisæ, secus verò quando illud totum constituens in partes diuisas est distinctum, & diuisum, vt *citato Feder. de Senis d. cons. 159. num. 3.* declarat *Card. Tusch. d. concl. 336. num. 6.*

3 TOTVM qui dicit, nihil excludit. Vide *suprà Axiom. 168. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Turpitudinem, vel dolum suum allegans non auditur.*

2 *Filius allegans turpitudinem patris non auditur.*

3 *Hæres non potest allegare turpitudinem defuncti, cuius est hæres.*

4 *Iudici dicenti se protulisse sententiam pecunia corruptum non creditur.*

5 *Turpitudinem suam allegare vnicuique licet, vbi agitur de periculo animæ.*

6 *Turpitudinem suam allegare licet, vbi quis tractat de damno vitando contra alterum tractantem de lucro captando.*

7 *Reus potest vti exceptionibus contrariis temporibus successiuis.*

8 *Turpitudinem suam potest quis allegare contra socium participem.*

9 *Turpitudinem suam potest quis allegare, vbi est per partem confessata, detecta, vel probata.*

10 *Turpitudinem suam potest quis allegare in criminalibus se defendendo.*

11 *Turpitudinem suam per modum retorquutionis in ciuilibus potest quis allegare.*

12 *Hospes turpius eicitur quàm non admittitur.*

Turpitudo.

AXIOMA CCXXI.

TVRPITVDINEM, vel dolum suum allegans non auditur, *l. mercenalem, C. de condict. ob turpem causam, l. transactione, C. de transactionib. l. si pignoribus,* vbi *glos. C. de seruo commun. manum. l. cum profitearis, C. de reuocand. donat. cap. inter dilectos, de donat.* Exornant latè *Signorol. de Homod. cons. 180. Si quæratur, Socin. cons. 264. num. 8. lib. 2. Ruin. cons. 194. num. 11. & 12. lib. 1. Cranet. in quæst. de indemnitate mul. num. 33. & cons. 106. num. 12. Rot. Lucen. decis. 14. num. 31. Bernard. reg. 24. vers. quinto, Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 18. num. 20. & 24. cum seq. & in tract. cessante causa limit. 2. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 32. Sarmien. lib. 3. select. cap. 13. num. 5. & 11. Decian. cons. 18. num. 189. lib. 1. Menoch. cons. 89. num. 32. Paulus Fusc. lit. A, sing. 52. Iason. l. iusiurandum. §. procurator. num. 18. cum multis seqq. ff. de iureiur. Alciat. in l. transactione 30. num. 4. cum seqq. C. de transactionib. Felin. in cap. tertio loco, à num. 6. de præsumpt. Ioan. Garc. reg. 477. Surd. decis. 196. num. 6. & decis. 309. num. 16. Caraos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo allegatio. num. 5. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 3. num. 12. Mari. Antonin. veri. resolut. lib. 2. resol. 11. num. 75. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. T, conclus. 404. per totam, Rot. decis. 665. num. 12. apud Farin. p. 1. recent.* 1

Amplia, vt filius non audiatur allegans turpitudinem patris, *Castren. cons. 48. in fine. lib. 2. Cranet. cons. 125. num. 6.* vbi idem dicit de successore etiam singulari respectu sui auctoris, quia non auditur quis super eo, quod facit auctorem allegantis incidere in feloniam, vt resoluit *idem Cranet. cons. 507. num. 9.* quem refert *Cardin. Tusch. d. lit. T, concl. 404. num. 13.* 2

Sic etiam nec hæres potest allegare turpitudinem defuncti, cuius est hæres, *Bald. cons. 135. Pater Casanas, circa med. vers. quia hæres, lib. 1. Signorol. de Homod. cons. 110. num. 4. & cons. 122. in fine,* extendit, vt nec possit allegare impotentiam defuncti, cuius est hæres, allegans, quia sapit turpitudinem, *& cons. 257. in fin.* pariter extendit, vt nec possit successor hæredis allegare turpitudinem defuncti, dicendo illum fuisse vsurarium, *& cons. 120. Quidam Placentinus, in fine,* vbi declarat, quod licèt hæres non possit allegare turpitudinem defuncti agendo, bene potest tamen excipiendo. 3

Amplia etiam in Iudice, qui si dicat se protulisse sententiam pecunia corruptum, sibi non creditur, *Angel. cons. 309. num. 5. vers. hoc etiam probatur,* quem refert *Cardin. Tusc. d. lit. T, concl. 404. num. 33.* vbi *num. 32.* post *Angel. cons. 309. Factum est tale. num. 5.* subdit, ideo testem deponentem extra iudicium, se deposuisse falsum in iudicio, non probare, nec propterea eius probationem tolli. 4

Limita tamen primò, vbi agitur de periculo animæ, quia tunc vnicuique licitum est allegare turpitudinem suam, siue agendo, siue excipiendo, *Anchar. cons. 212. Ego Angelus,* vbi hoc dicit in causa matrimoniali *Cranet. cons. 466. num. 19.* vbi idem ait, si allegetur turpitudo defuncti hæredis pro salute animæ defuncti, quia admittitur. *Franc. Molin.* 5

de ritu nuptiar. lib. 1. compar. 13. num. 15. vbi loquitur in causa separationis thori, *Cardin. Tusch. d. lit. T, concl.* 404. *num.* 59. *& 60.*

6 Secundò limita, vbi quis tractat de damno vitando contra alterum tractantem de lucro captando, iuxta ea, quæ resoluunt. *Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. num.* 72. *cum seq. Socin. cons.* 264. *num.* 8. *lib.* 2. *Bald. cons.* 114. *Factum tale est, in fin. lib.* 4. *Anchar. cons.* 330. *in fine, Rimin. iun. cons.* 62. *num.* 29. *& seq. lib.* 1.

7 Tertiò limita in Reo, quia potest vti exceptionibus contrariis temporibus successiuis, *Decian. cons.* 48. *num.* 35. *lib.* 2. quem refert *Cardin. Tusch. d. lit. T, concl.* 404. *num.* 61.

8 Quartò limita, vt contra socium participem turpitudinis possit quis turpitudinem suam allegare, *Castren. cons.* 353. *in fine, lib.* 1. *Capol. cons.* 57. *Franciscus. num.* 4. *vers. & primò, Decian. cons.* 48. *num.* 36. *lib.* 2. *Cardin. Tusch. d. lit. T, concl.* 404. *num.* 65. *& 67.*

9 Quintò limita, vbi turpitudo est per partem confessata, detecta, vel probata, seu declarata à Iudice, quia tunc potest allegari ab eo, qui commisit, *Capol. d. cons.* 57. *num.* 6. *Ruin. cons.* 194. *in fin. lib.* 1. *Cravet. cons.* 771. *num.* 4. *Cardin. Tusch. d. lit. T, concluſ.* 404. *num.* 70. *& seq.*

10 Sextò limita in criminalibus, in quibus excipiendo, replicando, & se defendendo quilibet potest allegare turpitudinem suam, *Capol. d. cons.* 57. *num.* 4. *vers. secundò respondetur, Cardin. Tusch. d. concl.* 404. *num.* 68.

11 Septimò limita in iudicio ciuili, si per modum retorquutionis quis alleget turpitudinem suam, vt per *Signorol. d. cons.* 180. *vers. secundo casui*, vbi prope fin. idem dicit, si agatur ciuiliter excipiendo, vel ratione rei familiaris; subditque quod in iudicio ciuili misericorditer implorando possum allegare turpitudinem auctoris.

12 TVRPIVS eiicitur quàm non admittitur hospes, *cap. quemadmodum. § alioquin, de iureiur. glos. verbo ad inopiam, in cap. vestras, de donat. inter virum & vxorem, Alex. cons.* 213. *Ponderatis. num.* 7. *vers. accedit, quia turpius, lib.* 6. *Tiraq. de iure constituti. p.* 3. *limit.* 7. *num.* 43. *Menoch. cons.* 90. *num.* 124. *Surd. de aliment. tit.* 7. *quæst.* 17. *num.* 41. *& cons.* 174. *nu.* 13. *& cons.* 175. *num.* 42. *& cons.* 371. *num.* 54. *Bellet. disquisit. clericalium p.* 1. *tit. de disciplina clericali. §.* 29. *num.* 7. *Anton. Monach. Florent. decis.* 24. *num.* 36. *& Bo mien. decis.* 19. *num.* 33. *Card. Seraphin. decis.* 1483. *num.* 14. *Card. Tusch. practic. concl. tom.* 3. *lit. F, concl.* 12. *num.* 4. *& tom.* 8. *lit. T, concluſ.* 403. Fauorabilior enim est causa conseruationis, quàm nouæ acquisitionis, *Menoch. cons.* 32. *num.* 37. Et faciliùs constitutum ius retinetur, quàm de nouo acquiratur, *l. patre furioso. ff. de iis qui sunt sui, vel alieni iuris, Surd. decis.* 40. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Verba sunt intelligenda non secundùm quod sonant, sed secundùm mentem, & intentionem proferentis.*

2 *Verba sunt signa, & testimonium mentis nostræ.*

3 *Verba debent inseruire intentioni, & non intentio verbis.*

4 *Verba sunt intelligenda, & interpretanda secundùm propriam significationem.*

5 *Verba debent intelligi quatenus propria eorum significatio patitur.*

6 *Verba sunt intelligenda secundùm materiam de qua loquuntur etiam contra propriam significationem, nisi materia subiecta aliud suadeat.*

7 *Verba debent intelligi secundùm communem vsum loquendi.*

8 *Verba debent intelligi secundùm subiectam materiam, & naturam actus, seu contractus.*

9 *Verba dubia impropriari debent, vt conueniant materiæ.*

10 *Verba debent intelligi cum effectu.*

11 *Verba debent aliquid operari, & non debent esse superflua.*

12 *Verbum quodcunque etiam minimum debet operari.*

13 *Verbum nullum in dispositione hominis debet esse superabundans, & sine ministerio operandi.*

14 *Verba debent aliquid operari etiam in odiosis, & pœnalibus.*

15 *Verba in priuilegiis non debent esse superflua.*

16 *Rescriptorũ verba non debent esse superflua.*

17 *Verba in statutis debent potiùs impropriari, vt operentur aliquid, quàm quod sint superflua, & sine effectu.*

18 *Verba in legibus interpretandis non debent esse superflua.*

19 *Testamentorum verba non debent esse superflua.*

20 *Iuramenti verba non debent esse superflua.*

21 *Attestationum verba non debent esse superflua.*

22 *Verba potiùs ad impropriam significationem trahi debent, quàm vt sint superflua.*

23 *Dispensationis verba non debent esse superflua.*

24 *Superfluitas in quibus casibus admittatur, ostenditur.*

25 *Verba dubia in potiori significatu sunt accipienda, & secundùm sensum grammaticalem.*

26 *Verba dubia, quæ habent varium significatum, debent intelligi in eo significatu, qui est aptior.*

27 *Verba in dubio sunt interpretanda naturaliter, propriè, & verè, non autem accidentaliter, ciuiliter, & fictè.*

28 *Verba improprianiur quando natura rei illis repugnat, & vt bonus quis dicatur, vt sustineatur libellus, & ad tollendam contrarietatem, ne tertio præiudicetur, seu ad euitandum absurdum.*

29 *Verba sunt intelligenda simpliciter, & non secundùm quid.*

30 *Verba dubia debent intelligi secundùm naturam rei, cui adiiciuntur.*

31 *Verba debent intelligi per prius, & non per posterius.*

32 *Verba clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis coniecturam.*
33 *Verba vbi non conueniunt, diſpoſitio non habet locum.*
34 *Verbo quod quis non expreſsit, mente non videtur cogitaſſe.*
35 *Verba dubia contra proferentem ſunt interpretanda.*
36 *Verba generalia generaliter ſunt intelligenda.*
37 *Amplia etiam in pœnalibus, odioſis, & correctoriis.*
38 *Verba quantumuis generalia debent reſtringi ad rationem & cauſam, propter quam fuerunt prolata.*
39 *Verba generalia reſtringuntur ad vitandum abſurdum.*
40 *Verba generalia reſtringuntur ſecundùm ſubiectam materiam.*
41 *Verba generalia reſtringuntur ad habilia.*
42 *Ius tertij ne tollatur, reſtringuntur verba generalia.*
43 *Actus ne pereat, reſtringuntur verba generalia.*
44 *Verba generalia reſtringuntur, & limitantur ſecundùm naturam, & poteſtatem loquentis, & non vltra.*
45 *Verba generalia quandoque reſtringuntur ex veriſimilitudine.*
46 *Verbis ſubtiliter non eſt dialecticandum.*
47 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*
48 *Verba præcedentia declarant ſequentia, & è conuerſo.*
49 *Verba geminata magis operantur.*

Verba.

AXIOMA CCXXII.

1 VERBA ſunt intelligenda non ſecundùm quod ſonant, ſed ſecundùm mentem, & intentionem proferentis, *l. non omnis, in princip. ff. ſi certum petat. l. 3. §. ſi quis hoc interdicto. ff. de itiner. actúque priuat. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſat. tut. l. non aliter 69. ff. de legat. 3. l. ſed Celſus. §. 1.* vbi *gloſ. verb. ſequendum. ff. de contrahen. empt. cap. intelligentia, & cap. propterea, de verbor. ſignif. Coſm. in Prag. ſanct. tit. de electione, verb. mens, pag. mihi 141. Oldrad. conſ. 9. num. 3. & ſeq.* vbi, quòd quando verba attenduntur ſecundùm corticem, ſumi debent, prout ſonant; *Nauar. in manual. cap. 23. num. 38. Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo libertis. num. 48. C. de reuocand. donat. Surd. conſ. 431. num. 35. Card. Tuſch. practic. concl. tom. 8. lit. V, concl. 93. à principio, Gonz. al. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 48. num. 55. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt. 85. num. 50.*

2 VERBA ſunt ſigna, & teſtimonium mentis noſtræ, & demonſtrant voluntatem animi, *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de ſupellect. leg. l. ſcire ff. de tutor. & curat. l. 1. §. Diuus. ff. ad ſeq. Cornel. de Sicar. gloſ. magiſtra, verb. animus, in l. Fulcinius. §. quid ſit lectitare. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. ead. l. reprehendenda, C. de inſtit. & ſubſtit. l. generaliter, in 1. not. ab. C. de non num. pecun.* Exornant *Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo liberis. num. 15. & 18. C. de reuocand. donat. Alutrad. de coniectur. ment. defunct. lib. 1. cap. 1. Mench. controuerſ. illuſtr. cap. 58. num. 7. Perez ad tit. 9. verſ. aut dictum, lib. 8. Ordinam. pag. 216. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. cap. 4. Maſcard. de probat. concl. 1415. num. 24. cum ſeqq. Menoch. de arbitrariis. lib. 1. quæſt. 7. num. 75. & de præſumpt. lib. 3. præſ. 1. num. 39. & conſ. 1. num. 262. Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 2. num. 1. & conſ. 179. num. 62. Flamin. Pariſ. de reſignat. beneficior. lib. 1. quæſt. 13. num. 29. Brunor. à Sole in gloſ. communibus, verbo homo 4. Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 1. reſolut. 4. num. 9. Farinac. in praxi criminal. p. 5. quæſt. 126. num. 158. & fragmentor. crimin. p. 1. lit. A, num. 229. Rot. apud. eundem, deciſ. 130. num. 3. p. 1. recent.*

3 VERBA debent inſeruire intentioni, non intentio verbis, *l. non aliter. ff. de legat. 3. l. 3. §. conditio. §. de adim. legat. cap. ſedulò. 38. diſt. cap. ſecundò requiris, de appell. cap. intelligentia, de verbor. ſignif. Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. libertis, à num. 47. C. de reuocand. donat. & de retract. lig. §. 32. gloſ. 1. num. 34. & 35. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. dub. 2. ſolut. 1. à num. 280. iuncto num. 215. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 9. Brunor. à Sole in locis commun. verb. verba, num. 20.* Ratio eſt, quia verba pendent à mente, non autem mens à verbis, vt inquit *Menoch. conſ. 97. num. 44.* & verba ſe habent vt corpus, & ſuperficies, at verò ratio, & mens vt ſpiritus, & anima, ſecundùm *Gonz. al. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 48. num. 56.*

4 VERBA ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundùm propriam ſignificationem, quia non eſt ab illa recedendum, *l. non aliter. ff. de legat. 3. Crauet. conſ. 20. num. 9. & conſ. 105. num. 2. & conſ. 149. num. 7. & conſ. 227. num. 11. & ſeq. & conſ. 239. num. 3. & 4. Pariſ. conſ. 22. n. 6. lib. 4.* vbi ampliat, etiam ſi agatur de præiudicio tertij, *Dec. conſ. 113. num. 6. Surd. conſ. 140. num. 63. & ſeq.* vbi ampliat procedere etiam in materia odioſa, quando non præiudicatur tertio, nec iuriſdictioni ordinariæ, *& conſ. 288 num. 27. Decian. conſ. 17. num. 45. lib. 1. & conſ. 30. num. 22. lib. 3. Sot. reg. 8. Brunor. à Sole in loc. commun. verb. verba. num. 1. Cardoſ. in prax. Iudic. eodem verbo. num. 6. Melch. Phœb. Luſitan. deciſ. 77. num. 14. tom. 1. Cardin. Tuſch. d. tom. 8. lit. V, concl. 91. Mendez à Caſtro in praxi Luſit. lib. 3. cap. 15. num. 10.* Vnde prouenit, quod vulgò dicitur, verba debere intelligi quatenus propria eorum ſignificatio patitur, *l. cùm lege. ff. de teſtam. l. 2. §. quod autem. ff. de aleator. cap. ad audientiam 12. de decim. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 18. num. 35. D. Barb. in l. quia tale. num. 37. ff. ſolut. matrim. Rot. deciſ. 352. num. 1. apud Farinac. p. 1. recent.* 5

Limita, quia verba ſunt intelligenda ſecundùm materiam de qua loquuntur, etiam contra propriam ſignificationem, *Gemin. conſ. 122. num. 3. verſ. & facit, Alex. conſ. 86. colum. 2. verſ. nec obſtat, & verſ. & ſi dicatur, Cardin. Tuſch. d. lit. V, concl. 91. num. 26.* nam verba non intelliguntur ſecundùm propriam ſignificationem, quando ſubiecta materia aliud ſuadet, vt ſi Papa reſeruet beneficia ad collationem Epiſcopi pertinentia, licèt verbum *pertinere* ex propria ſignificatione, importet proprietatem, tamen intelligitur de quibus Epiſcopus eſt in poſſeſſione, propter ſubiectam materiam conferendi, quæ attenditur quando habet poſſeſſionem, ex *Calder. conſ. 244. aliàs conſ. 23. de præbend.* 6

VERBA debent intelligi ſecundùm communem vſum loquendi, *l. librorum. §. quod tamen*, vbi *Bart. ff. de legat. 3. l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. l. cum de lanionis. §. item, verſ. optimum ergo. ff. de fundo inſtruct. l. cùm autem, C. de donat. ant. nupt. Cardin. Mantic. de* 7

conuect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 1. Surd. cons. 313. num. 87. & cons. 454. num. 19. Anton. à Sousa in relectione de censur. Bullæ in Cœna Domini cap. 2. num. 4. & cap. 6. de pat. 39. num. 3. & cap. 7. num. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 11. num. 63. glos. 13. num. 62. & secundùm consuetudinem regionis, vt per *Steph. Gratianum discept. Forens. cap. 78. num. 29.* vulgaris enim appellatio pro lege habetur, ex *Gonzal. d. glos. 11. n. 69.*

8 VERBA debent intelligi secundùm subiectam materiam, & naturam actus, seu contractus, *l. cùm pater. §. donatum. ff. de legat. 2. l. si vno*, & ibi *Bart. ff. locatè, l. sed & si possess. 11. §. item si iurauero. ff. de iureiuran. l. fin. C. de non numer. pecun. l. cùm manu scta, in fin. ff. de contrab. empt. l. damni infecti, in principio. ff. de damn. infecto, l. fluminum. §. hæc stipulatio. ff. eod. tit. l. Proculus. ff. de vsufructu, l. si stipulatus. ff. de vsuris. l. vbi it i donatur. ff. de donat. caus. mort. l. insulam. ff. de præscript. verb. l. si olei, C. locati, cap. constitutus de religios. com. cap. solutæ de maiorit. & obedien. Corn. cons. 239. nu. 5. lib. 1. & cons. 138. num. 3. lib. 3. Beroi. cons. 106. num. 24. lib. 1. Alexand. cons. 129. Puto de iure, lib. 2. & cons. 37. Viso num. 5. lib. 3. Euerar. in topic. legalib. loco 46. Mascard. de probat. concl. 1131. num. 20. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 104. num. 28. Brunor. à Sole in loc. commun. verb. verba. num. 19. Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. eodem verb. num. 4. Surd. decis. 2. num. 13. & decis. 43. num. 16. & de al ment. tit. 1. quæst. 42. num. 24. & tit. 5. quæst. 1. num. 26. Pichar. in disput. de mora. num. 127. Cald. Pereira de extinc. emphyt. cap. 1. num. 35. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. glos. 48. num. 53. 54. & 58. Cardin. Seraph. decis. 121. num. 11. & decis 398. num. 7. & decis. 541. num. 6. Cardin. Tusc. d. tom. 8. lit. V, conclus. 95. Flores de Mena variar. quæst. lib. 2. quæst. 24 num. 33.* vbi dixit, quod verba quantumuis præcisa restringuntur secundùm subiectam materiam. *Rot. decis. 398. num. 4. apud Farinac. p. 1. recent.*

9 Amplia, in tantum verba dubia debere interpretari secundùm subiectam materiam, & naturam actus, vt etiam possint impropriari, si opus sit, imò debeant, vt conueniant materiæ, de qua agitur. *§. nunc autem admonendis*, vbi *glos. verb. dederint. Instit. quibus alienar. lic. vel non, Corn. d. cons. 138. num. 3. lib. 3. & cons. 96. num. 2. lib. 4. Paris. cons. 78. num. 20. lib. 3. Beroi. cons. 69. num. 8. lib. 1.* quos refert *Cardin. Tusch. d. lit. V. concl. 95. num. 15.*

10 VERBA debent intelligi cum effectu, *l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisque iur. l. penul. §. docere. ff. ne quis eum, l. quoties. ff. qui satisdar. cogan. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. si Barzatorem, C. de fideiuss. cap. qualiter*, vbi *glos. vlt. de pact. cap. relatum, de cleric. non resident. cap. si à iudice, de appell. lib. 6. Becc. cons. 6. num. 2. & cons. 105. num. 3. vol. 1. Federic. de Sen. cons. 10. Casus talis, in fine, Thom. de Thom. asset. in floribus legum. reg. 304. Surd. cons. 3. num. 25. & cons. 179. num. 49. Ignat. decl. Villar. in Sylu i respons. respons. 1. num. 25. Vgolin. de offic. Episc. cap. 36. §. 1. num. 2. Franc. Galet. in margar. casuum Conscien. verb. verba, Anton. à Souza in relect. de censur. Bullæ in Cœna Domini, cap. 4. disp. 26. num. 2. & cap. 11. num. 6. & cap. 12. disput. 63. num. 2. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiepis. Neapol. decis. 41. num. 3. p. 2. Card. in prax. Iudic. verb. verbum, num. 5. Cardin. Tusch. d. lit. V, concl. 90. Octau. Glorit. resp. 1. p. 1. num. 181.*

11 VERBA debent aliquid operari, & non debent esse superflua, *l. 3. in princ. ff. de iureiurand. l. si quando 109. de legat. 1. l. fin. ff. ne quid in loco publ. cap. si Papa, in fin. de priuileg. lib. 6. cap. si à Iudice, de appell. cod. lib. Felin. in cap. qualiter, & quando, il 1. num. 25. de accusat. Alex. cons. 214. Ponderatis num. 10. & seq. lib. 6.* vbi ait, quod sufficit, quod operentur in aliquo, vel possint operari quoquomodo, *Castren. cons. 193. in fin. lib. 2. Ruin. cons. 79 num 8. lib. 2.* vbi extendunt tam in verbis specialibus, quàm in generalibus, & vniuersalibus, *Cranet. cons. 23. num. 3. Tiraquel. de retract. conuen. §. 1. glos. 2. num. 24. & 45. & de iure constit. p. 3. limit. 30. num 36. Burg. de Pace cons. 25. num. 11. Mascar. de probat. concl. 595. Bertazol. de clausul. instrument. clausul. 21. glos. 14. num. 10. & in repettitione l. si quis maior, C. de transact. num. 241. Surd. decis. 64. num. 19. & cons. 127. num. 9. & cons 218. num. 15. & cons. 270. num. 10. Pichard. ad §. quod si fugerit. num. 15. Instit. de empt. Gutier. practicar. lib. 3. quæst. 15. num. 39. Cald. Pereira de renouat. emphyt. quæst. 11. num. 14. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proœmiali. nu. 127. Stephan. Gratian. Marchiæ, decis. 47. num. 17. & decis. 106. num. 19. Benedic. Ægid. in repetitione l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. p. 1. cap. 8. n. 2. Card. Tusch. practic. concl. tom. 7. lit. S, concl. 895. & tom. 8. lit. V, concl. 85.* Ac proinde ita verba debent intelligi, ne maneant sine effectu, *l. si stipulatus fuero. ff. de verbor. oblig. Menoch. cons. 122. num. 48. & cons. 373. num. 8. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 16. num. 22. & decis. 303. num. 5. & cons. 3. num. 26. cum seqq. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 8. quæst. 8. num. 134. Marius Anton. variar. resolut. lib. 1. resol. 1. num. 7.*

Amplia primò, vt quodcunque verbum etiam minimum debeat operari, *Roland. à Valle cons. 1. nu. 122. & 123. & cons. 1. num. 14. cum seqq. & num. 35. lib. 3. Angel. Aret. cons. 10. Viso dicto. num. 11. & seq. Alex. cons. 216. Nec arguendi. num. 25. in fin. lib. 2. Cranet. cons. 294. num. 3. Becc. cons. 21. num. 25. Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 7. & lit. V, concl. 85. num. 4. & 35.* Quod quidem verum est etiam in minima syllaba, vt tradunt *Roland. à Valle d. cons. 61. num. 19. lib. 3. Becc. d. cons. 21. num. 25. Cardin. Tusch. d. lit. V, concl. 85. num. 5.* 12

Secundò amplia etiam in dispositione hominis, quia nullum verbum debet in ea esse superabundans, & sine ministerio operandi, *Alex. cons. 12. Viso themate. num. 11. lib. 2. & cons. 118. In casu. num. 6. vers. tertiò probatur, lib. 5. & cons. 9. num. 2. lib. 7. Roman. cons. 180. Si admittimus. num. 4. in fin. vers. secundò principaliter, Roland. à Valle cons. 55. num. 45. lib. 3. Card. Tusch. d. lit. S. cons. 895. num. 25. & lit. V, concl. 85. n. 6.* 13

Tertiò amplia in odiosis & pœnalibus, *Cranet. cons. 294. num. 3. in princ. Becc. d. cons. 21. num. 25. Card. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 10. & 13. & d. lit. V, concl. 85. num. 23.* 14

Quartò amplia in priuilegiis, *Roman. cons. 180. num. 5.* vbi *postilla in verb. priuilegio, Cranet. cons. 84. nu. 12. Roland. cons. 61. num. 17. lib. 3. Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 12. & d. lit. V, concl. 85. num. 15.* 15

Quintò amplia in rescriptis, *Roland. d. cons. 61. num. 17. lib 3. Card. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 15. & d. lit. V, concl. 85. num. 18.* 16

Sextò amplia in statutis, quia in illis verba potiùs sunt improprianda, vt operentur aliquid, quàm quod sint superflua, & sine effectu, *Soci. Iun. cons. 6. num. 5. & 6. lib. 1. Roland. à Valle cons. 61. num. 16. lib. 3. & cons. 62. num. 30. cum seqq. eodem lib. Card. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 18. & d. lit. V, concl. 85. n. 32.* 17

Septimò amplia in legibus interpretandis, *Roman. cons. 295. Donatio patris, colum. 2. vers. præterea, Castren. cons. 164. In præsenti, col. 2. vers. & si dicatur, lib. 2. Cranet. cons. 84. num. 12. Card. Tusch. d. lit. S, concl. 895. num. 16. & d. lit. V, concl. 85. num. 29.* 18

Octauò amplia in testamentis, *Roman. cons. 180. num.* 19

num.5. Castren. conſ. 222. Super primo,in princ. lib. 2. Card.Tuſch.d.lit.S,concl.895.num.28.

20 Nonò amplia in iuramento, *Roman.d. conſ. 180. nu.5.Card. Tuſch.d.lit.S,concl.895.num.29.& d. lit.V, concl.85.num.22.*

21 Decimò amplia in atteſtationibus, *Roman. conſ. 180.num.5.*vbi *apoſtilla in verb.atteſtationibus, Cardin. Tuſch. d.lit. S, concl.895.num. 17. & d.lit.V,concl.95. num.24.*

22 Vndecimò amplia, in tantùm verum eſſe, verba debere aliquid operari,vt potiùs impropriari, & ad impropriam ſignificationem trahi debeant, quàm vt ſint ſuperflua,*l.ſi tam anguſti,*vbi *Angel.ff. de ſeruitut.l.ſi tibi,*vbi *Bart.& Port.ff.ſi cert.petat. cap.ſi ſententiæ.ff.de ſentent.excommun.lib.6. Roland. d. conſ.61. num.16.lib.3.& conſ.62.num.31.& ſeq. eod.lib.Cravet. conſ.294.num.3.& conſ.714.num.19. Brunor. à Sole in loc.commun.verb.verba 3.& 13.Surd.de aliment. tit. 2. quæſt.1.num.39.& deciſ. 195. num. 2. Cald. Pereir. de extin.emphyt.cap.7.num.33.Cardin. Tuſch.d.lit.S,concl. 895.num.30.*

23 Duodecimò amplia in diſpenſatione,*Cravet.conſ. 227.num.15.Cardin. Tuſch. d. lit.S,concl. 895.num.21. Rot.dec,352.num.2.apud Farinac.p.1.recent.*

24 Limita multis modis, vt per *Cravet.conſ.70.num. 29.* vbi, quando quis indebitè damnum pateretur, vel illicitum,ſequeretur, aut abſurdum, vel contra mentem diſponentis fieret, tunc potiùs admittitur ſuperfluitas,*& conſ.86.nu.11.*quando cauſa demonſtrationis ponuntur,non vt aliquid operentur, *Beroi.conſ.134.num.18. cum ſeqq. lib. 2.* vbi quando induceretur repugnantia diſpoſitioni Iuris in præiudicium tertij, quia tunc potiùs admittitur ſuperfluitas verborum,*Surd.conſ.112.num.15.& 16.* vbi, quando contra mentem diſponentis operarentur, potiùs toleratur ſuperfluitas, *Alex.conſ.33. Viſo themate.num.5.lib.1.* vbi quando reſultaret intellectus, vel effectus contrarius Iuri communi,quia tunc potiùs admittitur abundantia verborum, *Tiraq. de retract.conuent.§.1.gloſ.2.num.28.Ruin.conſ.136. nu. 10. lib.3.Cravet.conſ.25.num. 31. Roland. à Valle conſ. 56. num.29.lib.3.* vbi omnes, quando verba continent illud idem,quod tacitè inerat eo modo, quia nihil operantur,ſed ſunt ad maiorem ſpecificationem.

25 VERBA dubia in potiori ſignificatu ſunt accipienda,& ſecundùm ſenſum grammaticalem,*l.1. §.qui in perpetuum.ff.ſi ager vectigal.l. 1.§.ſi is, qui nauum.ff.de exercit. action. §. quod Ius quidem ciuile, Inſt. de iur.nat.gent.& ciu.cap.penult.de ſentent.excommunic. Card.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.5.tit. 1. num. 6. Menoch.de præſumpt.lib.3.præſ.39.nu.8. cum ſeqq. Barthol.Peret.ad extrauag.ambitioſæ,de reb.Eccleſ.non alienand.num.15.pag.mihi 92. Anton. à Souſa in relect. de cenſur.Bullæ in Cœna Domini,cap.2.num.4.Card.Tuſch. d.tom.8. lit. V, concl. 101. Franc. Molin. de ritu nupt. lib.1.cap.14.num.24.Benedic.Ægid.in l.ex hoc iure.ff. de iuſt.& iur.p.1.cap.10.num.37.*

26 VERBA dubia, quæ habent varium ſignificatum,debent intelligi in eo ſignificatu,qui eſt aptior, *l.quoties idem ſermo.ff.de reg.Iur.Roman.conſ.350.In caſu.num.22.verſ.nunc.ergo,*vbi *num.23.* extendit idem in ſenſu magis verisimili, refert *Card.Tuſch.d.tom.8. lit.V,concl.98.*

27 VERBA in dubio ſunt interpretanda naturaliter,propriè,& verè,non autem accidentaliter,ciuiliter, & fictè, *l.fideicommiſſum.ff.de condit.& demonſtr. l.ex ea parte.§.in inſulam.ff. de verbor. obligat. l. ſi quis ita.§.fin.ff.de legat.2.l.final.C.de his qui ven.ætat.impetrau.Calderin.conſ.376. aliàs conſ. 47. de teſtam.* quod duplicatur *conſ.466.aliàs 1. qui filij ſint legit. Roland.à Valle conſ.100.num.35.& ſeq.lib.2.Tiraq.de iur.marit. gloſ.7.num.14.de iur.primogen.quæſt.1.num.10.& quæſt. 34.num.17.& quæſt.40.num.134.& in tract. le mort.p. 3.decl.1.num.1.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.81.num. 19.& conſ.97.num.86.Surd.deciſ.303. num. 1. & conſ. 90.num.24.Cald.Pereira de nominat. emphyt.quæſt.15. num.12.col.2.in fin.Cardoſ.in prax. Iudic.verb. verbum. num. 6. Franc. Galet. in margarit. caſuum Conſc. verb. verba,Cardin.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib. 3. tit. 4. num.15.Galin.de verb.ſignif.lib.2.cap.21.num.8. & lib. 3.cap.19.num.2.Roland.à Valle.conſ.68. nu.8.lib.1.*vbi, quod in contractibus debent verè, & non fictè intelligi, *& conſ.79.num.15.lib. 3.* vbi extendit in ſententia, *Decian.conſ.17.num.44.lib. 1. Cravet.conſ.149. num.7.* vbi, quod in omni materia à verbis,& propria ſignificatione non receditur,*& conſ.271.num.3.* vbi extendit in ſtatutis, *Marius Anton. variar. reſolut lib.1.reſol.4.num.9.Nicol.Garc.de benefic.p.7. cap.9. num.32.Cardin. Tuſch. d. tom. 8. lit. V, concl.102. per totam.*

Limita multis modis, vt per *Cravet. conſ. 6. num.* 28
41. vbi loquitur in defenſione Rei in criminalibus, *Roland.à Valle conſ.68.num.43.lib.1.* vbi,quando natura rei repugnat verbis, quia tunc impropriantur; *& conſ.53.num.17.eod.lib.2.* vbi, quod verba impropriantur,vt ſuſtineatur libellus,*Decian.conſ.11.num. 59.lib.1.* vbi,quod ad tollendam contrarietatem fit impropriatio, *& conſ.23. num.72.lib. 1. & conſ.124. num.68.lib. 13.* vbi, quod impropriantur verba, ne tertio præiudicetur,vel tollatur ius tertij; *& conſ. 103. num. 36.lib. 2.* vbi extendit ad euitandum abſurdum.

VERBA in dubio ſunt intelligenda ſimpliciter,& non ſecundùm quid,*l. hoc legatum, in fin.ff.de legat.3.l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb. oblig. Ruin. conſ.56.in fin.lib.2.Cardin.Tuſch. d. tom.8.lit. V, concl. 92. per totam.* Limita tamen,niſi verba redderentur ſuperflua ſimpliciter ſumpta, quia tunc ſecundùm quid operari debent,*Bald.in l.liberti,libertæque,num. 28.C.de oper. libert. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt.lib.4.interp.2.dub.2. num. 7. Cardin. Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.10.tit.1.num.2.& tit.2.n.25.* 29

VERBA dubia debent intelligi ſecundùm naturam rei,cui adiiciuntur, *Oldrad.conſ.243. num. 2. verſ.ſed iis non obſtantibus, Alex. conſ. 60. In cauſa, & lite, in fin.lib.7.Gemin.conſ.29.num.3.in fine,* vbi quod verba generalia debent reſtringi ſecundùm naturam ſubiectæ materiæ, & in fine ſubdit, quod reſtringuntur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ,in qua fit expreſſio,*& conſ.73.num.10.*quod debent intelligi, vt conueniant rei & perſonæ, *Ruin.conſ. 25. num. 19. & ſeq. lib. 1.* vbi quod verba quantuncunque generalia intelligenda ſunt ſecundùm naturam ſermonis, & rei, de qua partes loquuntur, *Alex.conſ.43.Viſis.num.25.& ſeq. lib. 4.* vbi quod imò in contractibus verba impropriantur, vt intelligantur ſecundùm naturam actus, qui celebratur,*Cravet.conſ.732.num.23.* vbi quod in tantùm verba etiam vniuerſalia reſtringuntur ſecundùm naturam rei, vt potiùs toleretur ſuperfluitas, & quod nihil operentur, quàm quod contra naturam rei intelligantur. 30

VERBA debent intelligi per prius, per poſterius, *l.hoc legatum.ff.de legat.3. Cardin.Tuſch.d. tom.8. lit. V, concl.92..num.25.Ioſeph. de Seſſe Aragoniæ deciſ. 64.num.86.tom.1.* 31

VERBA clara non admittunt interpretationem, neque voluntatis coniecturam, *l. licèt Imperator.ff.de legat.1.Socin.conſ.13.num.39.lib. 1. Roland. à Valle conſ.79.num.55.lib. 3. Cardin. Tuſch. d. tom.8.* 32

lit. V, concl. 108. *Cardin. Seraphin. decis.* 762. *num.* 1.

33 VERBA vbi non conueniunt, dispositio non habet locum, *l.* 4. §. *toties. ff. de damno infecto, l. quod constitutum. ff. de milit. testam. Bart. in d. l.* 4. §. *Prætor ait, Gemin. cons.* 65. *in princip. num.* 2. latè *Tiraq. in l. si vnquam, verbo libertis. num.* 2. *C. de reuocand. donat.* vbi *num.* 5. *cum seqq.* intelligit in legibus statutis, & omni alia dispositione, *Cardin. Tusch. d. tom.* 8. *lit. V, concl.* 89. *à princ. Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 3. *resol.* 9. *num.* 4.

34 VERBO quod quis non expressit, mente non videtur cogitasse, *cap. cùm ordinem, de rescript. cap. tua, de sponsalib. Oldrad. cons.* 266. *num.* 10. *vers. quod verbo, Cardin. Tusch. d. tom.* 8. *lit. V, concl.* 89. *num.* 3.

35 VERBA dubia contra proferentem sunt interpretanda, *l. veteribus* 40. vbi *Bart. ff. de pactis, l. quicquid abstringendæ. ff. de verb. obligat. l. labeo. ff. de contrah. empt. l. qui cum. §. fin. ff. de transact. Ias. in l. stipulatio ista. §. in stipulationibus. ff. de verb. obligat.* vbi ponit sex limitationes, *Abb. cons.* 75. *col.* 3. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. *Alex. cons.* 11. *Viso, in fin. lib.* 2. *& cons.* 12. *Viso themate. num.* 7. *eod. lib.* 2. *Menoch. cons.* 110. *num.* 36. *& cons.* 179. *num.* 19. *Surd. decis.* 322. *num.* 63. *& de aliment. tit.* 6. *quæst.* 1. *num.* 26. *Cardos. in praxi Iudicum, verb. verbum. num.* 9. *Cardin. Tusc. d. tom.* 8. *lit. V, concl.* 106. *Mendez à Castro in praxi Lusit. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 41. *Mari. Anton. vari. resolut. lib.* 2. *resolut.* 23. *num.* 19. *D. Barbos. in l. si quis intentione ambigua* 66. *num.* 28. *ff. de iudic. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 4. *num.* 99. *cum seqq.* vbi dicit procedere in contractibus, non verò in iudiciis, subditque differentiæ rationem.

36 VERBA generalia generaliter sunt intelligenda, *l.* 1. *§. quod autem. ff. de aleator. l. in fraudem*, & ibi *Bald. ff. de testam. mil. l. de pretio. ff. de publ. in rem act. l. si seruitus. ff. de seruit. vrb. prad. l. regula. §. vltim. ff. de Iuris, & facti ignor. l. fin. in fin. ff. de dotis promiss. l. si finita. §. de cæteris, ff. de damno infecto, l.* 1. §. *generaliter. ff. de legat. præstan. Afflict. decis.* 319. *num.* 3. *Tiraq. in l. si vnquam, in princip. num.* 118. *C. de reuocan. donat. Hored. de incompatib. benefic. p.* 1. *cap.* 14. *num.* 20. *Thom. de Thomasset. in floribus legum, reg.* 131. *Burg. de Pace cons.* 17. *num.* 2. *Portoles in tract. de consortib. & fideicomm. legali, cap.* 6. *num.* 16. *Surd. decis.* 122. *num.* 1. *& cons.* 271. *num.* 28. *Valasc. cons.* 113. *num.* 21. *Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p.* 2. *cap.* 6. *num.* 70. *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccles. decis.* 419. *num.* 1. *& decis.* 605. *num.* 2. *in* 1. *edit. aliàs resolut.* 356. *& 529. in* 2. *edit. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 286. *num.* 5. *p.* 1. *Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 87. *num.* 16. *Cald. Pereira de potest. eligendi cap.* 16. *num.* 18. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 1. *resolut.* 42. *num.* 3. *Farinac. p.* 4. *cons.* 65. *in addit. lit. G, Card. Tusch. d. tom.* 8. *lit. V, concl.* 122. *n.* 1.

37 Amplia etiam in pœnalibus, odiosis, & correctoriis, vt per *Rain. cons.* 73. *num.* 19. *cum seqq. lib.* 3. *Cardin. Tusch. d. lit. V, conclus.* 122. *num.* 9. *cum seqq. Rot. decis.* 41. *num.* 19. *& seq. apud Farinac. p.* 1. *recent.*

38 Limita primò, quia verba quantumuis generalia debent restringi ad rationem & causam propter quam fuerunt prolata, & intelligenda sunt secundùm ea quæ præcedunt, *l. non est nouum. ff. de legib. l. hæres meus* §. 1. *ff. de legat.* 1. *l. si ex pluribus. ff. de solutionib. Abb. cons.* 114. *Attingendo. num.* 4. *lib.* 2. *Menoch. cons.* 496. *num.* 54. *Surd. cons.* 431. *num.* 12. *Card. Tusch. d. lit. V, concl.* 122. *num.* 44.

39 Limita secundò, vt verba generalia restringantur ad vitandum absurdum, *l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tutor. l.* 1. *ff. ne quid in loco publico, Castren. per tex. ibi in l. inter omnes. num.* 4. *vers. & nota. ff. qui satisd. cog. Cardin. Tusch. d. lit. V, conclus.* 130. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 2. *resolut.* 40. *num.* 11.

Limita tertiò, vt verba generalia restringantur secundùm subiectam materiam, *l.* 3. §. *si quis hæredi. ff. de statuliber. Gemin. cons.* 29. *num.* 3. *in fine, Ioan. de Imola cons.* 141. *Card. Tusch. d. lit. V. concl.* 132. *Rot. decis.* 542. *num.* 4. *apud Farin. p.* 1. *recent.* 40

Limita quartò, quia verba generalia restringuntur ad habilia, *l. vt ge adatim, in princip. ff. de muner. & honor. l.* 1. *in princip. C. de sacros. Eccles. Crauet. cons.* 256. *num.* 8. *Menoch. remed.* 4. *adipisc. num.* 755. *& remed.* 1. *retin. num.* 38. *Cald. Pereira de potestate eligendi, cap.* 1. *num.* 57. *Surd. decis.* 112. *num.* 2. *Cardin. Tusch. d. lit. V, concl.* 131. *Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.* 3. *quæst.* 85. *num.* 61. 41

Limita quintò, quia verba generalia restringuntur, ne tollatur ius tertij, *Oldrad. consil.* 268. *num.* 5. *vers. nunc ad rationes*, & ne quis damnum indebitè patiatur, *Anchar. cons.* 361. *Visa plena, in princip. Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 2. *resolut.* 40. *nu.* 12. *&* 19. & ne tollant gratiam habentem priorem datam, secundùm *Ægid. Bellem. cons.* 33. *num.* 15. *vers. prima responsio*, refert *Cardin. Tusch. d. lit. F, concl.* 128. 42

Limita sextò, quia verba generalia restringuntur, ne actus pereat, *Fulgos. cons.* 28. *in fine, Card. Tusch. d. lit. V. concl.* 134. 43

Limita septimò, quia verba generalia restringuntur, & limitantur secundùm naturam & potestatem loquentis, & non vltra, *Oldrad. cons.* 159. *vers. circa tertium, Gemin. cons.* 67. *num.* 3. *& cons.* 77. *nu.* 2. *& cons.* 96. *num.* 7. *Anton. de Butr. cons.* 19. *num.* 5. *& seq. Cardin. Tusch. d. lit. V, concl.* 135. Et ex mente, & ratione, *idem Cardin. Tusch. d. lit. V, conclus.* 142. *per totam.* 44

Limita octauo, quia verba generalia quandoque restringuntur ex verisimilitudine, *l. creditor. §. Lucius. ff. mandati, Oldrad. cons.* 159. *vers. circa tertium, Cardin. Tusch. d. lit. V, concl.* 142. *num.* 4. Vnde verba generalia non includere casus insolitos, de quibus non est verisimiliter cogitatum, tenet *Florus de Mena vari. lib.* 2. *quæst.* 24. *num.* 33. 45

VERBIS subtiliter non est dialecticandum, *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 1. *num.* 4. *Anton. Monach. Florent. decis.* 72. *n.* 27. quia subtilitas reprobatur, *l. si fideiussor. §. quædam ff. mandati, cap. dilecti, de iudic. Tiraq. de pœnis temper. causa* 12. *num.* 3. *Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg.* 288. 46

VERBA non sufficiunt, vbi opus est facto, *l. non omnes. §. fin. ff. de re mil. l. peculium, in fin. princ. ff. de pecul. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empti, l.* 1. §. *tulisse. in fine. ff. ad Syllan. cap.* 1. *& 2. de sequest. possess. Bellacomb. tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 8. *tit.* 27. *de solutionib. num.* 16. *pag. mihi* 392. *Escob. de ratiocin. cap.* 15. *num.* 44. *Card. Tusch. tom.* 3. *lit. F, concl.* 21. 47

VERBA præcedentia declarant sequentia, & è conuerso, *l. vtrum. ff. de petit. hæred. l. qui filiabus, in princip. & l. si seruum. §. fin. ff. de legat.* 1. *Castren. cons.* 347. *num.* 2. *vers. ad quartum, lib.* 2. *Surd. decis.* 288. *num.* 30. *cum seqq. Farin. in praxi crimin. p.* 4. *cons.* 30. *num.* 115. *& cons.* 65. *num.* 110. *Mari. Antonin. vari. resol. lib.* 3. *resol.* 1. *num.* 60. *Cardin. Tusch. d. tom.* 8. *lit. V, concl.* 144. *num.* 21. Imò quod verba præcedentia magis declarent sequentia, quàm è conuerso dicunt, *Cephal. cons.* 156. *num.* 10. *& seq. & cons.* 351. *num.* 38. *Paris. cons.* 23. *num.* 118. *lib.* 1. Et quod verba sequentia declarent præcedentia, tradunt *Ioan. de Imola cons.* 85. 48

85. *in princip.* vbi quod declarant & limitant, *Signorol. conſ. 37. Factum ſic proponitur. num. 7. circa fin. verſ. præterea*, vbi quod ſequentia verba declarant præcedentia, & è contrà, *Ægid. Bellem. conſ. 39. num. 4.* vbi *num. 9.* ait, ſequentia declarare præcedentia, quando ſunt in eadem diſpoſitione & quando verba declaranda indigent declaratione, aliàs ſecus, latè *Roman. conſ. 328. Præſens conſultatio. num. 5. verſ. tertio*, vbi quod verba ſequentia præcedentibus præſtant euidentiſſimum intellectum, *Caſtren. conſ. 74. In cauſa mota, col. 2. verſ. tertia regula lib. 2.* vbi quod eſt regula, quod ex ſequentibus declaratur animus in præcedentibus.

49 VERBA geminata magis operantur, *l. Baliſta. ff. ad Trebell. Corn. conſ. 187. In conſultatione. num. 12. lib. 4.* latè *Barbat.* qui ponit multa exempla, *conſ. 37. in princip. lib. 3. Alex. conſ. 216. Nec arguendi. num. 25. verſ. ſeptimò confirmantur, lib. 2. Bertaz. ol. de clauſul. inſtrum. clauſ. 4. gloſ. 2. Cardin. Tuſch. tom. 4. lit. G. concl. 28. num. 2. & tom. 8. lit. V. concl. 168. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Veriſimile eſt id, quod proximum, & ſimile vero eſt.*
2 *Veriſimile vnum additum alteri, inducit legis præſumptionem.*
3 *Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, & habetur pro lege, & veritate, vt num. 4.*
5 *Falſitatis imaginem habet non veriſimile.*
6 *Veriſimile quod non eſt, præſumitur falſum.*
7 *Veriſimile quod non eſt, nec dicendum, nec credendum.*
8 *Teſtes deponentes non veriſimilia, præſumuntur falſi.*

Veriſimile, Veriſimilitudo.

AXIOMA CCXXIII.

1 VERISIMILE eſt id, quod proximum, & ſimile vero eſt, *Bald. conſ. 61. Litteræ magnifici, lib. 3.* quem refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 8. lit. V, concl. 161. num. 1.* & dicitur quod legibus, & Iure communi conuenit, & ei non contradicit, *Franc. Becc. conſ. 101. num. 47. Menoch. conſ. 1. num. 418. & conſ. 380. num. 7. & de arbitr. caſu 85. num. 5. Garc. Gironda de priuileg. ſeu exempt. explicat. num. 555.* & debet haberi pro probato, *Bald. conſ. 180. Mortuo, lib. 5. Oldrad. conſ. 13. Cùm quæſtio, in fine, Aretin. conſ. 9. col. 2.* Imò vnum veriſimile additum alteri inducit legis præſumptionem, *Socin. conſ. 149. num. 8. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 217. num. 34. & ſeq. lib. 2. Becc. conſ. 101. num 46. & conſ. 103. num. 11.* Et ideo qui arguit à veriſimili, dicitur arguere à ratione naturali, *Rimin. Iun. conſ. 362. num. 18. lib. 4. deciſ. Pedamont. 170. num 8 & ſeq.*

3 Vnde veriſimilitudo dicitur cognata naturæ, *Oldrad. conſ. 13. Cùm quæſtio, in fine, Bald. d. conſ. 180. lib. 3. Cranet. conſ. 28. & conſ. 61. in fin. num. 9. & conſ. 269. num. 4. & conſ. 363. num. 26.* vbi *num. ſeq.* ſubdit, quod obtinet ſecundum locum primò mens, ſecundò veriſimilitudo, *Franc. Becc. conſ. 101. num. 46. Rimin. Iun. conſ. 362. num. 18. Pedam. deciſ. 170. num. 8. & ſeq.*

4 Habetur pro lege, & veritate, ita vt habens veriſimile pro ſe dicatur habere caſum legis, *Rimin. Iun. d. conſ. 362. num. 18. Cranet. conſ. 61. num. 9. Cephal. conſ. 287. Cùm Dominus. n. 23. Fr. Becc. conſ. 101. n. 46.*

Et è contrà non veriſimile habet imaginem falſitatis, *Bald. in l. 1. col. 3. C. de ſeruis fugit. Grammat. deciſ. 28. in princip. Socin. conſ. 149. num. 8. lib. 1. Cranet. conſ. 61. num. 9.* Quia veriſimile quod non eſt, præſumitur falſum, *Tiraq. in l. ſi vnquam, in princip. num. 40. C. de reuocand. donat. Menoch. conſ. 1. num. 258. & conſ. 2. num. 300. & conſ. 28. num. 25. & conſ. 188. num. 11. & conſ. 199. num. 12. & de arbitr. lib. 2. caſu 85. Maſcard. de probat. concl. 740. num. 35. & concl. 1364. num. 4. Surd. de aliment. tit. 8. quæſt. 12. num. 24.* Et ideo nec credendum, nec dicendum, ex *Rimin. Iun. conſ. 362. num. 15. & 16.* imò nec attendi debet, *l. fin. in princ. ff. quod metus cauſ. quia veriſimile, de præſumpt. Pariſ. conſ. 13. num. 9. vol. 3. & conſ. 8. num. 7. vol. 4.* Quare teſtes deponentes non veriſimilia, præſumuntur falſi, *Dec. conſ. 94. col. 2. in fin.* ſeu ſaltem de falſo ſuſpecti, *Abb. in d. cap. quia veriſimile, in fin. de præſumpt. Gramm. deciſ. 103. num. 78. Cranet. conſ. 171. num. 6.* ac proinde illis, ex iuſta cauſa, minimè credendum, *Pariſ. conſ. 107. num. 70. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 17. num. 6. Cranet. conſ. 134. num. 137. & conſ. 171. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Veritas ſæpius examinata magis eluceſcit.*
2 *Veritati ſemper adhærendum eſt, quia amicus Socrates, ſed magis amica veritas.*
3 *Iura ad hoc inuenta ſunt, vt verum à falſo, æquum ab iniquo diſcernatur.*
4 *Veritas præualet exiſtimationi, ſeu opinioni.*
5 *Veritas eſt baſis, fundamentum, ſeu mater iuſtitiæ.*

Veritas.

AXIOMA CCXXIV.

VERITAS ſæpius examinata magis eluceſcit, 1
cap. graue 36. quæſt. 9. cap. inter dilectos, de fide inſtrument. Roland. conſ. 6. num. 2. vol. 1. & conſ. 66. num. 1. vol. 2. & conſ. 13. num. 1. vol. 3. & conſ. 24. num. 1. & conſ. 50. num. 1. eodem vol. 3. Cranet. conſ. 135. num. 18. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 11. quæſt. 11. num. 3. Hieron. Giach. conſ. Syndicatus. num. 265. cum ſeqq. Bobadil. in ſua polit. lib. 1. cap. 10. num. 1. Fr. Didacus Murillo en la fundacion milagroſa de la capilla Angelica del Pilar, cap. 5. in princ. pag. mihi 31. nam veritas diſputando inuenitur, *l. munerum. §. fin. ff. de muner. & honorib. Cardin. Tuſch. tom. 2. lit. D, concl. 507. n. 1.*

VERITATI ſemper ådhærendum eſt, quia 2
amicus Socrates, ſed magis amica veritas, de quo plura tradit *Probus in addit. ad Ioann. Monach. in cap. nemo deinceps. num. 77. cum ſeqq. de elect. lib. 6. & Menoch. conſ. 112. num. 17.* Et ideo ſuper omnia amanda, & ſequenda, *l. ſi ita legatum. ff. de condit. & demonſt. Flamin. Pariſ. de confident. quæſt. 65. num. 13. Cardin. Tuſch. pract. concl. tom. 8. lit. V, concl. 165.* ac 3
etiam attendenda ſemper eſt, quia ad hoc inuenta ſunt Iura, vt verum à falſo, æquum ab iniquo diſcernatur, *l. 1. ff. de inſt. & iur. Butr. conſ. 27. num. 2. Flamin. Pariſ. d. tract. de confident. quæſt. 46. num. 61. Card. Tuſch. d. lit. V, concluſ. 166.*

VERITAS præualet exiſtimationi, ſeu opinio- 4
ni, & plus valet, quod in veritate, quàm quod in opinione conſiſtit, *l. regula 9. §. qui ignorauit. ff. de Iur. & fact. ignorant. l. 4. §. quoties. ff. de manumiſſ. vindic. l. 1. §. ſi pupillo*, ibi, *vt his plus ſit in veritate, quàm in exiſtimatione mentis. ff. pro emptor. §. ſi quis rem ſuam, Inſtit. de legat. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 31.*

num.4.Brunor.à Sole in loc.communib.verb. veritas. nu. 45. Mendez à Castro in prax. Lusitana, lib. 2. cap. 3. num.19.

5 VERITAS est basis, fundamentum, seu mater iustitiæ, *Gig.conf.2.num. 6. cum seqq. Bald. conf. 343. col.penult.lib.1.Roland.conf.47.num.11.vol. 3. & conf. 88.num.2.eodem volumine, & conf.32.num.34. & conf. 46.num.3.vol.4. Aloys.Ricc.in praxi rer. fori Ecclesiast. decis.234. num. 6. in 2.edit.* ac proinde semper illa prævalet, eique cedunt omnia, *Roland. conf.11.num. 2. & 3.lib.3.Menoch.de præsumpt.lib.1. quæst.31. num. 4.* & omnia vincit, *cap. veritate. 8. distinct. Roland. conf.5.num.19. & conf.33.num.41.lib.4.*

SVMMARIVM.

1 *Viam quam quisque sibi elegit, sequi debet.*
2 *Via vna electa, non potest ad aliam recurri.*
3 *Via quod vna prohibetur, non debet alia aliquo colore admitti.*
4 *Viam nemo videtur eligere per quam iudicium suum subuertatur.*
5 *Via est admittenda, per quam ad Ius commune reditur.*
6 *Dispositio, qua reuertimur ad Ius commune, fauorabilis est.*

Via.

AXIOMA CCXXV.

1 VIAM quam quisque sibi elegit, sequi debet, *l.si mulier.§.fin.ff. quod met. causs. cap. cum omnes, circa fin.de consti.cap.quod semel,de regul.Iur.lib.6.Surd. cons.377.num.3. Farinac.in prax.crimin.p.6.quæst.175. num.199. Mar. Anton. variar. resolut.lib.2.resolut.17.*
2 *num.8.* Et ideo via vna electa, non potest ad aliam recurri, vt per *Steph.Grat.Marchia decis.4.n.72.*
3 VIA quod vna prohibetur, non debet alia aliquo colore admitti, *l.nec per se, C. de hæred.instit. Ioseph. de Sesse Aragoniæ decis.28.num.11.*
4 VIAM nemo videtur eligere, per quam iudicium suum subuertatur, *l.3.verf. nec credendus. ff. de mil.t.testam.l.quoties 13. ff. de reb. dub. l. quoties. ff.de verb.oblig.cap. Abbate, junc.glos.verb.potius, de verb. signif.* cum aliis adductis per *Cardin. Mantic. de coniect.vltim.volunt lib.2.tit.1. & Menoch.de præsumpt.lib. 6.præs.4.per totam.*
5 VIA est admittenda, per quam ad Ius commune reditur, *l.si vnus.§.pactus ne peteret. ff. de pact.cap. ab exordio.35.dist. Rebuff.in prax.benefic. tit. differentiæ inter priuilegium.num.6.Couar.lib.3.variar. cap.6.num. 4.Gutier.conf.1.num.37.Monet.de opt. canon. cap.8.nu.*
6 *39.* vbi quod facilis est reditus ad Ius commune. Vnde dispositionem, qua reuertimur ad Ius commune, fauorabilem asserunt, *glos.verb.numerandum, in cap.statutum,de præbend.lib.6. Alex. Raud. de succes. Regni Portugal.respon.2.num.42. Anton. à Sousa in relec.de censur. Bullæ in Cœna Domini, cap. 16. disp. 83. num.6.*

Vincens.

AXIOMA CCXXVI.

1 VINCENS vincentem te, multo magis vincit te, *l.de accessionibus.ff. de diuers. & temporal. præscript.l.æquissimum.ff.ad Tertull. glos. verb. proximis, in auth.defuncto,C.ad Orfic.Soci.conf.212. in prin.lib.2.* vbi declarat per plures casus, *Roman. conf. 383. In proposito casu, vers.secundò principaliter, lib. 2. Castren. conf.22.col.penul.in princip.vers.eodem ergo modo, lib. 2. Thom. de Thomasset.in floribus legum,reg. 282. Euerard. in topic. legal. loco 67. Alex. Raudens. de succes. Regni Portugall.respons.2.num.117.Surd. conf. 125. num. 14. & conf.138.num.18.& 19.& conf.416. num. 2. & 25.* vbi declarat latè *Card. Tusch.practic. concl. tom. 8. lit. V, concl.208.per totam.*

Intellige, quando ille, qui te vincit, & tu essetis 2
eiusdem generis, rationis, & ordinis, vt declarat *Oldr.conf.198.Circa primum,col.2.num. 6.vers. ad brocardicum,* vbi pariter intelligit procedere, quando ego, qui vinco te, habeo causam à te, quia si vinco te, multo magis alium, quem tu vincis. Intellige etiam, vbi victus vincitur ex eodem Iure, non autem ex diuerso, vt fuit decisum *in Rot. apud Farinac.decis.59.num.2.in fin.p.1.recent.*

Limita in diuerso casu, quia si vinco te ad ca- 3
pillos, tu vincis alium ad brachia, non vincam ad taxillos, vel brachia illum, quem tu vincis, *Bart.in l.Cornelius,col.2. vers.verum ad vltimam. ff. qui potior.in pignore habeantur,* quem refert *Cardin.Tusch.d. lit.V, concl.208.num.13.* vbi *num.15.* post *Oldr. loco proximè cit.* limitat etiam in diuerso genere, diuersa ratione, & diuerso ordine; ac *num.16.* post *Ang.conf.252.* limitat quoque, quando non est eadem ratio exclusionis in omnibus.

An autem, & quando procedat huiusmodi Axio- 4
ma in successionum, & aliorum actuum materia? Vide *Couar.lib.1.variar.cap.7.num.3.vers.item aduersus, Molin.de primogen.lib.3.cap.5.num. 16. Gabr. commun.lib.4.tit.de succes.abinte.concl.4. Philip. Port. lib. 3. reg.27. Decian.conf.13.num.38.lib.3 & conf.58. num. 20.lib.5. Cardin. Mantic.de coniect.vlt.volunt lib.10.tit. 7.num.6. Menoch.conf.4.num.33. & conf. 126. num.25. & conf. 234. num. 16. Castil. lib. 3. quotidian. cap.30. per totam.*

Vigilantes.

AXIOMA CCXXVII.

VIGILANTIBVS, & non dormientibus 1
Iura subueniunt, *l.pupillus. ff. quæ in fraud. credit.l.non enim.ff. ex quib.caus.maior.l.veluti. ff. de ædet. l. quod fortè,l.si finita.§. si quis metu. ff. de damn. infec. cap.nunciatum.84.dist. Vital.de Camban. in tract.clausular.pag.mihi 36.num.12. Surd. conf.4.num.11. Bobadil.in sua polit.lib.3.cap.4.num. 54. & num.83. Ioseph. de Sesse Aragon.decis.206.num.19. & 44.Cardos.in praxi Iudic.verbo Ius,num.12.Cas.Argel. de contradict. legit.quæst.2. num. 109.* Vnde pariter deceptis, non verò decipientibus Iura subuenire colligitur ex *text.in l.2.§.verba.ff.ad Velleian. l. si is qui minorem, C. si min.se maiorem dixer.cap.cùm vniuersorum, de rerum permut. Thom. de Thomasset. in floribus legum. reg. 88.* vbi subdit procedere, quando deceptio magna est, & considerabilis, *Menoch.de præsumpt.lib 6. præs.78. à princip.*

Vis.

AXIOMA CCXXVIII.

VIM vi repellere licet, *l.vt vim. ff. de iust. & iure, l.1. & per tot. ff. de vi, & vi armat. l. scientiam. §. qui cùm aliter. ff. ad leg. Aquil. l. is, qui aggressorem, & l. si quis percussorem, C. ad leg. Corn. de sicar. cap. significasti, il 2. de homicid. cap. si verò, de sent.* 1

tent. excommun. cap. dilecto, eod. tit. lib. 6. Exornant *Lap. allegat. 52. in princ. Bald. conſ. 143. Super quæſtione, nu. 2. & 3. lib. 2.* vbi declarat, *Barthol. Peret. ad extrau. g. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alienan. verb. infringere. num. 38. Thom. de Thomaſſet. in flor. legum. reg. 306.* vbi dicit procedere, quando vis vi repellitur ob neceſſariam defenſionem ſui corporis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, *Bellet. diſquiſ. clerical. p. 1. tit. de diſciplina cleric. §. 5. num. 103. & tit. de fauore clericor. Canonis. §. 2. num. 2. Vgolin. de poteſt. Epiſc. cap. 29. §. 1. verſ. ſecundò non polluitur, Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. 8. lit. V, concl. 213. per tot. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſc. Neapol. deciſ. 16. num. 10. p. 2. Anton. à Souſa in relect. de cenſ. in Bulla Cœnæ Domini, cap. 12. diſp. 62. num. 2. & cap. 15. diſp. 78. num. 3. Aldrete in allegat. Iuris pro omnimoda Regularium exemp. p. 2. cap. 1. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Vltima derogant prioribus.*
2 *Vltimus rei ſtatus inſpiciendus eſt, & præcipuè in beneficialibus, vt n. 3.*

Vltimum.

AXIOMA CCXXIX.

1 VLTIMA derogant prioribus de quo dixi *ſupra Axiom. 185.*

2 VLTIMVS rei ſtatus inſpiciendus eſt in omni materia, *l. illud, C. de collat. l. ſi mater, C. ne de ſtatu defunct. cap. cùm veniſſent, de inſtitut. cap. conſultationibus, de iurepatr. Gramm. deciſ. 67. num. 6. Maſcar. de probat. concl. 175. n. 8. Parlador. lib. 2. rerum quotidian. cap. 5. num. 19. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 6. num. 39. Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 20. n. 14. Rot. deciſ. 457. n. 2. apud Farinac. p. 1. recent.*

3 Et præcipuè in beneficialibus, vt per *Benintend. deciſ. 23. num. 11. Dec. conſ. 126. num. 3. Lambertin. de iurepatron. lib. 3. q. 7. princ. art. 7. num. 7. & lib. 2. p. 1. q. 3. princ. art. 21. num. 1. Hieron. Gabr. conſ. 185. n. 2. & 23. lib. 2. Maſcard. de probat. concl. 172. num. 8. & concluſ. 956. num. 6. Marc. Anton. Genuenſ. in pract. Archiep. Neapol. cap. 100. verſ. quod ſi, Mari. Antonin. d. lib. 1. reſol. 55. num. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 2. num. 14. & §. 3. num. 18. & gloſ. 45. §. 2. num. 14. Anton. Monach. Bononien. deciſ. 36. num. 13. cum ſeq. Rot. deciſ. 315. num. 2. apud Farin. p. 2. recent.* vbi quod vltimus ſtatus beneficii non prodeſt ex prouiſione, quæ non habuit effectum, *ead. Rot. deciſ. 374. num. 9. p. 1. recent.* niſi conſtet de contrario ſtatu legitimo præcedente; tunc enim non attenditur vltimus ſtatus, niſi probetur legitimè præſcriptus, vt cenſuit *ead. Rot. apud eund. Farin. deciſ. 188. n. 1. p. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Voluntas inanis eſt, niſi adſit potentia.*
2 *Velle quis non creditur, quod non poteſt.*
3 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
4 *Voluntas facto magis quàm verbis declaratur.*
5 *Voluntas præferenda eſt verbis.*
6 *Voluntas ex coniecturis declaratur.*
7 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*
8 *Voluntas coacta voluntas eſt.*
9 *Voluntas vltima deambulatoria eſt vſque ad mortem.*
10 *Voluntas morte extinguitur.*

Voluntas.

AXIOMA CCXXX.

VOLVNTAS inanis eſt, niſi adſit potentia, *l. nolle adire*, vbi *Alex. in princip. ff. de acquir. hæred. l. pater Seuerinam, in princip. ff. de condit. & demonſtr.* 1
Velle enim quis non creditur, quod non poteſt, *l. Lucius. §. Imperatores. ff. ad municip. l. ſi tibi. §. vnius. ff. de opt. leg. gloſ. in l. peto, in princip.* vbi *Bald. in fine princip. ff. de legat. 2. cap à nobis, de ſent. excom. Surd. conſ. 431. n. 41. Rot. deciſ. 364. n. 3. apud Farin. p. 1. recent.* 2

VOLVNTAS in mente retenta nihil operatur, *l. ſi repetendi. ff. de condict. ob cauſam, Brunor à Sole in locis communib. verbo propoſitum, Rot. deciſ. 354. n. 6. apud Farin. p. 1. recent.* 3

VOLVNTAS facto magis quàm verbis declaratur, *l. Paulus. ff. rem ratam haberi, l. reprehendenda, C. de inſtitut. & ſubſtit. l. pro hærede. ff. de acquiren. hæred. Aym. conſ. 204. num. 11. cum ſeqq. Menoch. conſ. 1. num. 264. & conſ. 5. num. 16. & conſ. 110. num. 1. cum ſeqq. & conſ. 158. num. 48. Maſcard. de probationib. concl. 1415. num. 34. Surd. deciſ. 194. num. 21. & conſ. 371. num. 65. Paulus Montan. de tutelis & curis, cap. 33. num. 535. Valaſc. conſ. 169. num. 11. Cald. Pereira de reſolut. emphyt. cap. 22. n. 20. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 4. proœm. num. 71. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana lib. 3. cap. 11. num. 9. Sigiſm. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 2. num. 23. cum ſeqq. Rot. deciſ. 582. num. 7. apud Farin. p. 1. recent. Mari. Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſol. 11. num. 65.* vbi *num. 89.* poſt *Maſcard. concl. 45. num. 5.* declarat procedere, quando factum eſt determinatum ad quid certum præſumendum, ſecus ſi eſt indeterminatum, & indifferens. Vnde 4
voluntatem præferendam eſſe verbis, ait *Mendez à Caſtro d. lib. 3 cap. 15. num. 11.* ſubdens regulari à 5
mente, & *Surd. deciſ. 7. n. 12.* dicit quod ex coniecturis declaratur. 6

VOLVNTATIS mutatio non præſumitur, *l. eum qui. ff. de probationib. cap. ſcribam, de præſumpt. Menoch. conſ. 317. num. 29. Brunor à Sole in locis communib. verbo voluntas 9. Pichard. ad princip. Inſtit. de adempt. legator. num. 4. Surd. deciſ. 111. n. 9. & deciſ. 288. num. 36. Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 9. q. 25. num. 16. Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap. 3. num. 41. & cap. 10. n. 54. & de empt. & vendit. cap. 23. num. 65. Stephanus Gratian. Marchiæ deciſ. 19. n. 27. & deciſ. 43. num. 23. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 92. num. 3. in 1. edit. & reſolut. 77. n. 3. in 2. edit. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 7. num. 2. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 8. lit. V, concl. 286. per totam.* Ex quibus autem coniecturis inducatur prioris voluntatis mutatio, vide *Rot. deciſ. 721. à num. 8. p. 2. recent.* 7

VOLVNTAS coacta voluntas eſt, *l. ſi mulier 21. §. ſi metus coactus. ff. quod metus cauſa, l. qui ita, in princip. ff. ad Trebell. cap. meritò 15. q. 1. Philoſoph. lib. 3. Ethicor. cap. 1. D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 8. Dec. in l. velle non creditur, ſub num. 6. ff. de regulis Iuris*, vbi declarat, quod hæc voluntas non poteſt dici ſpontanea, ſed qualificata, *Nauar. in man. pralud. 6. num. 4. & 6. Cou. de ſponſalib. p. 1. cap. 4. §. 1. à num. 11. Thom. de Thomaſſet. in floribus legum. reg. 76. Emman. Figueira de Negreiros in introduct. vltimarum volunt. lib. 1. cap. 10. num. 33. cum ſeqq. Card. Seraphin. Rotæ Romanæ* 8

decis.1350.num.9. Morl. in emporio Iuris. p.1. tit.2. in prælud. num.112. Cardin. Tusch. d. tom.8. lit. V, concl. 280. cum seq. Franc. Molin. de ritu nuptiar. lib.3.q.98. num.6.

9 VOLVNTAS vltima deambulatoria est vsque ad mortem, *l.4. ff. de adimend. legat. l.cùm hic status. §. ait oratio. ff. de donat. inter virum, & vxor. cap.cùm Martha, vers. cæterùm, de celebrat. Missar. Pinel. in rub. C. de rescind. vendit. p.1. cap.3. num.24. Menoch. cons.329. num.6. Gutier. de iuram. confirm. p.2. cap.1. à num.1. Pichard. ad §. posteriore, num.9. Instit. quibus modis testam. infirm. & ad princip. Instit. de adempt. legat. num.9. & 23. Cardin. Seraphin. Rotæ decis. 296. num.4. Cardos. in praxi Iudicum, verbo testamentum. num.67.*

10 VOLVNTAS morte extinguitur, *l.4. ff. locati, l. cùm hic status. §. fin. ff. de donat. inter virum, & vxor. cap. si gratiosè, de rescript. in 6. Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. mihi 56. n.5. Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib.3.q.14. num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Vtile per inutile non vitiatur.*
2 *Intellige in separabilibus, & in ijs quæ sunt diuisibilia.*
3 *Limita in connexis, & indiuiduis.*
4 *Declara, & num.5.*

Vtile.

AXIOMA CCXXXI.

1 VTILE per inutile non vitiatur, *l.1.§.item quæritur. ff. de aqua quotid. & æstiua, l. Pædius. ff. de recept. arbitr. l. qui testamento. ff. de excusat. tutor. l. eos 26. vbi glos. verbo de superfluo, C. de vsuris, cap. turbat. 37. dist. cap. vtile, & cap. non debet, de regulis Iuris, lib.6. Rot. decis.199. num.6. impressa per Pacificum post suum tract. de Saluiano interdicto*, vbi hoc firmat in speciebus & summis, *& decis. 647. n.7. impressa per Farin. p.2. recent.*

2 Intellige in separabilibus, & in iis, quæ sunt diuisibilia, *l. certi condictio. §.1. ff. si certum pet. l.1.§. similiter, l.4. §. si is qui duplam. ff. de verb. obligat. d. l.3. §. Trebatius. ff. de aqua quotid. & æstiua, l.1. §. publicani. ff. de publican. & vectigal. l. sancimus 5. C. de donat. Gemin. cons. 97. in fine, vers. nec obstat, Bald. cons.475. Quidam Ioannes. num.10. vers. tres enim sunt casus, lib.1. Anchar. cons.215. num.5. & seq. vers. se-*

primò inducitur, Ægid. Bellam. cons.42. num.11. Alex. cons.38. Consideratis, col. fin. lib.2. Castrens. cons.89. n.1. vol.1. Roman. cons.66. num.1. Tiraq. de retractu lig. ad fin. tit. num.74. & de retr. conuent. ad fin. num.145. Mantu. dial.96. Con. lib.2. var. cap.16. num.5. vers. non obstat, Sarmien. lib.3. selectar. cap.5. Molin. de primog. lib.1. cap.21. num.28. vers. vt tamen, Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. mihi 58. num.16. Cabed. diuers. Iuris argum. lib.2. cap.16. Surd. cons.380. n.52. & cons.428. num.20. cum seqq. Pereg. cons.29. num.14. lib.3. Vgolin. de officio Episcopi cap.41.§.1. num.2. Card. Seraphin. decis.483. num.8. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. tom.2. lib.16. tit.36. nu.3. Card. Tusch. practic. conciu. tom.8. lit. V, concl.373. à num.1. Castil. controuers. Iuris lib.1. de vsufructu cap.7. num.27. Christoph. de Pace in scholiis ad leges styli, l.200. num.75. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccleiast. resol.373. n.2. in 2. edit. Cald. Pereira quæst. forens. cons.33. num.47. & de empt. & venàt. cap.32. num.36. Rot. decis. 649. num.4. apud Farin. p.2. recent.

Limita in connexis, & indiuiduis, vt per *tex. in d. §. item quæritur, & in d. §. Trebatius, & in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiussor.* tradunt *Lap. alleg. 81. num.5. Clar. in §. emphyteusis, q.6. num.2. Surd. de alim. tit.7. q.17. num.27. & decis.7. num.35. Cæs. Argel. de contradict. legitimo, q.10. nu.149. Cardin. Tusch. d. lit. V, concl.373. à num.41. Rot. decis. 631. n.7. apud Farin. p.2. recent.* 3

Declara tamen pulchrè, vt per *Castren. cons.431. Si quæritur. num.2. lib.1.* vbi quod si vtile est connexum cum vtili, ita quod separari non possint, si vtile est de Iure communi, trahit ad se inutile de Iure speciali, & vincit sic, & è contrà; si verò æqualia sunt, præualet inutile, ex quo non potest valere pro parte. 4

Declara etiam plenè, vt per *Roman. cons.506. n.13.* vbi si persona inhabilis cum persona habili admittitur scienter ad actum indiuiduum perficiendum, prout ad iudicandum, & sententiam proferendam, actus est nullus in totum, *cap. cùm super, de offic. deleg.* si verò inhabilis ignoranter fuit admissus, quia agens habilis videtur agere omni meliori modo, actus sustinetur. Si verò actus est diuiduus, vt quia duo possunt separatim facere actum, licèt actus per se factus sit indiuiduus, prout si duo impetrant gratiam, quorum vnus est excommunicatus; item si duo tutores præstant pro pupillo auctoritatem, quorum vnus verus, alter falsus, tunc actus valet, refert *Cardin. Tusch. d. lit. V, conclus. 373. num.45. & 46.* 5

TRACTA

TRACTATVS
DE
APPELLATIVA
VERBORVM VTRIVSQVE IVRIS SIGNIFICATIONE,

CIRCA IVDICIA, CONTRACTVS, Vltimas voluntates, & Delicta omnibus valdè vtilis, & neceſſarius;

Multis Sacræ Rotæ deciſionibus, & quamplurium Doctorum tam veterum quàm recentiorum reſolutionibus locupletatus:

AVCTORE

ANGVSTINO BARBOSA *I. V. D. Luſitano, Protonotario Apoſtolico.*

AVGV

AVGVSTINI BARBOSÆ, I.V.D. LVSITANI, PROTONOTARII APOSTOLICI,

TRACTATVS

DE

APPELLATIVA VERBORVM VTRIVSQVE IVRIS SIGNIFICATIONE.

SVMMARIVM.

1 *Abbatis appellatione venit Abbatissa, quia illa in administratione æquiparatur Abbati.*

2 *Abbatis nomine venit omnis Ordinarius Religiosorum Collegio præfectus.*

3 *Abbas quorum appellatione veniat, remissiuè.*

Abbas.

APPELLATIVVM PRIMVM.

1 ABBATIS appellatione venit Abbatissa, illa enim in administratione æquiparatur Abbati, *Bald. in cap. 1. in princip. col. 6. qui feudum dare pos. Cardin. cons. 17. circa princip. col. 2. Abb. in cap. 1. de ijs, quæ fiunt à Prælatis, & in cap. vlt. num. 5. de statu monach. Paul. Fusc. de visitat. lib. 1. cap. 2. n. 15. vers. in administratione, & lib. 2. cap. 18. num. 62. Flamin. Pariss. de resignat. benefic. lib. 2. q. 1. n. 73. & lib. 3. q. 12. num. 9. Flores de Mena vari. resolut. lib. 1. q. 10. n. 25.*

2 ABBATIS nomine venire solet omnis Ordinarius Religiosorum Collegio Præfectus, secundùm *Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 19. quæst. 10.*

ABBAS quorum appellatione veniat? ex professo differit D. Ascan. Tamburin. Vallis vmbrosanæ Monachus, in suo nouissimo tract. de Iure Abbatum, cæterorúmque Prælatorum tam secularium quàm Regularium Episcopis inferiorum, *tom. 1. disp. 1. q. 3. cum tribus seqq.* 3

Abbatissa.

APPELL. II.

ABBATISSÆ appellatione venit omnis fœmina Sanctimonialium domicilio præfecta, vt per *Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 19. q. 10. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 871. num. 9.* 1

SVMMARIVM.

1 *Abbatiæ, seu monasterij appellatione non venit Prioratus in odiosis, & materia stricta, secùs in fauorabilibus, vt n. 2.*

3 *Abbatia æquiparatur Episcopatibus.*

4 *Prioratus est principalis dignitas in Ecclesia Collegiata, seu Regulari, & in effectu est eadem dignitas cum Abbatia.*

Abbatia.

APPELL. III.

1 ABBATIÆ, seu monasterij appellatione non venit Prioratus, vt fuit tentum in *Rot. teste Caputaquen. decis.225. p.2.quem refert Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib.2. q.1.n.67.* Ratio eſt,quia Abbatia eſt de maioribus dignitatibus,quæ ſint in Eccleſia, & ob id ſpeciali nota digna, *Lap. alleg. 84. num.11. Ludou. Gom.Epiſcop. Sarnen. de infirmis reſignant. q.36.& de valor.q.3.* Æquiparatur enim Epiſcopatibus, ex *Rebuff. ſuper concord. tit. de mandat. Apoſtol. §. ſtatuimus ver.monaſteria, Mandoſ.in reg. de benefic.vacan. per promot.q.3. n.8. Menoch.conſ.52.nu. 133. Flamin.Pariſ.d.q.1. n.66. Aſcan. Tamburin.de iure Abbatum, cæterorumque Prælatorum tam Regularium quàm ſecularium Epiſcopis inferiorum,tom.1.diſp. 13.q.1. n.18.*

2 3 Intellige in odioſis, & materia ſtricta, nam in fauorabilibus Abbatiæ appellatione comprehenditur Prioratus, quia in multis æquiparantur, ſicut enim Abbatia dicitur beneficium eccleſiaſticum, *Selu. de benefic. p.1.q.2. num.78. Hored. de incompatib. benefic. p.1. in præfat. num.7.* ita & Prioratus quoque beneficium dicitur, vt per *Clem.2. de reſcript. tradit* 4 *Selu. d. q.2. num.87.* Et demùm Prioratus eſt principalis dignitas in Eccleſia Collegiata, ſeu Regulari,& habet quaſi iuriſdictionem Epiſcopalem, &c in effectu eſt eadem dignitas cum Abbatia, *Hoied. d. p.1. cap.6. n.2. Mandoſ. in reg.3. Cancel. q.8. n.4. quos refert & ſequitur Flamin. Pariſ. d. lib.2. quæſt. 1. n.76. & 77.*

Acquiſitio.

APPELL. IV.

1 ACQVISITIONIS appellatione quando adiecta ſunt verba aliqua generalia, comprehenditur omnis acquiſitionis ſpecies, quamuis impropria, putà ſucceſſio abinteſtato, ita *Tiraq. de retractu lig. §.1. gloſ.9.num.171. Burſat. conſ.36.num.5. & conſ.37. num.3. Cephal. conſ.52.num.18. Ruin.conſ. 89. num.36. Becc.conſ.41. Viſis num.1.Surd.conſ.313. n.72.Menoch.conſ.1089. n.25. & 26.*

SVMMARIVM.

1 *Actionis appellatione continetur formata.*
2 *Exceptio non continetur appellatione actionis.*
3 *Aliud eſt actio,aliud exceptio.*
4 *Actionis appellatione vbi de illa fit mentio in ſtatuto venit directa non vtilis.*

Actio.

APPELL. V.

1 ACTIONIS appellatione continetur formata, quæ poſſit in iudicio deduci & exerceri,vt per *Signorol. de Homod. conſil. 217.num.6. Natt.conſ. 102. Veriſſima num.1.verſ. nam etiam, Cardin. Tuſch. pract.concluſ. tom.1. lit. A, conel.55.n.5.*

2 ACTIONIS appellatione non continetur exceptio, *l. verbum oportebit, §. actionis. ff. de verbor. ſignificat.* præſertim vbi actio eſt prohibita, *Achil.* 3 *de Graſſis, deciſ. 5. de conſtitut. & deciſ. 6.* declarat quomodo prohibita actione nullitatis ſit prohibita exceptio; Aliud enim eſt actio, aliud exceptio, *gloſ. verbo non continetur, in d. l. verbum oportebit, &* faciunt per me dicta, *Axiom.85.num.1.*

ACTIONIS appellatione,vbi de illa fit mentio in ſtatuto, venit directa, non verò vtilis, quæ ex interpretatione oritur, *Bart. in 2. quæſt. Piſanæ ciuitatis, in princip. num.4. verſ. quarto hoc probatur,* quem refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.8. lit.V, concl.101. num.9.* nam quando verba poſſunt referri ad vnum, quod eſt fortiùs, & ad aliud minùs forte ſemper referuntur ad fortius, *Signorol. de Homod. conſ.68. num.6.* Diſpoſitio vero loquens de quacunque actione comprehendit etiam officium Iudicis, *Cauet. conſ.414. in princip.* 4

SVMMARIVM.

1 *Actorum appellatione continentur ea,quæ fiunt coram Iudice.*
2 *Scripturæ factæ de commiſſione Iudicis per notarium veniunt Actorum appellatione.*
3 *Sententia venit Actorum, vel proceſſus appellatione.*
4 *Actorum appellatione ad effectum tranſportationis non veniunt ea, quæ fuerunt tantùm verbaliter, vel non citata parte producta.*

Acta.

APPELL. VI.

ACTORVM appellatione continentur ea,quæ 1 fiunt coram Iudice, *gloſ. verbo acta in l. eum qui, ff. de in ius vocando, Bald. in l.2. vt lite pend. & in l. illud, col.2. C. de ſacroſ. Eccleſ. latè Roland. conſ.* 38. *num.10. cum ſeqq.* vbi *num.12.* ampliat ſub hoc 2 appellatione contineri ſcripturas factas de commiſſione Iudicis per notarium.

ACTORVM, vel proceſſus appellatione ve- 3 nit ſententia, *cap.1. de ſent. & re iudic. Bart.in l.actorum, in fine, ff. eod. tit. Boër. deciſ.258. n.6. Ranchin. concl.464. p.1.*

ACTORVM appellatione ad effectum tranſpor- 4 tationis non veniunt ea, quæ fuerunt tantùm verbaliter producta, vt cenſuit *Rot. in Placentina deuolutionis 10. Maij 1602. coram Penia, & in Carpentoraten. fideicommiſſi 15. Ianuarij 1608. coram Card. Lancellotto, & in Romana de Pinis 27. Ianuarij 1614. coram Cardin. Sacrato,* impreſſa per *Farin. deciſ.561. num.10. p.1. recentiorum*; prout etiam non veniunt ad prædictum effectum ea, quæ ſunt producta parte non citata, vel non fuerunt exhibita in termino citationis,iuxta notata in *cap. chartæ, 3.q.9. Natt. conſ.194. num.15. Caſſad. deciſ.1. in fine, de except. Sarnen. ſuper reg. de annali q.4. col.3. verſ. prædictis non obſtantibus ibi, quinimò, Card. Mantic. deciſ.32. num.9. Rot. d. deciſ.561. num.11. part.1. recent.*

Actus.

APPELL. VII.

ACTVS appellatione venit validus,& non inualidus, iuxta ea quæ tradit *Rebuff. ad l. boues 89. verſ. tertio perdit, ff. de verb. ſignif. pag.* 389. &

quæ

quæ latè dixi *Axiom.12. num.17. & 18.* nam in dubio actum gerens præsumitur magis velle, vt ille valeat, quam pereat, *l.3.ff. de milit. testam. l. quoties, ff. de regulis Iuris, Cardin. Tusch. de coniect. vltim. voluntat. lib.2. tit.15. à n.2. Brunor. à Sole in locis communib. verbo actus* 10. *Menoch. de præsumpt. lib.1.præs. 6. num.5.*

2 ACTVS appellatione in contractibus venit primus ex vulgari *reg. l.boues, §. hoc sermone, ff. de verb. signif.* tamen ex coniecturis à regula receditur, & non solùm venit primus actus, sed etiam secundus, vnde cùm quispiam fructus fundi vendidisset, & is binos produxerat singulis annis, licèt de primis fructibus venditio intelligatur, vbi tamen pretium æquiualens est ad duos, ex hac coniectura ab illa receditur regula, vt per *Tiraq. in d. §. hoc sermone, limit.12. à num.1. Decian. resp.41. n.60. lib.1.* quos refert & sequitur *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.3. q. 23. num.84.*

Aduocatus.

APPELL. VIII.

1 ADVOCATI appellatione largè sumpto vocabulo venit etiam procurator, & è contrà, ita *apostil. ad glos. rub. C. de procuratorib. vbi Ias. num.1. Bart. Bald. & Salicet. in l.1. in fin. C. mandati, Cæs. Imbrian. de primo & secundo beneficio considerat. 5. n.113. Iacob. de Laurent. de Iudice suspecto, cap.6. n.7. vers. alterius enim partis, & num.8. Carau. ritu 18.n.6. Mastril. Siciliæ decis.214. num.4.* stricte verò, si accipiatur non valet argumentum ab aduocato ad procuratorem, vt dixi *in tract. de locis communib. argument. Iuris.n.8.*

Æs.

APPELL. IX.

1 ÆRIS appellatione comprehenduntur ne dum pecunia tantùm, sed omnes facultates, patrimonium, ac bona omnia, vt tradit *Alciat. in proœm. rub. de verbor. significat. pag.2. & in l. cedere diem, §. æs alienum, ff. eod. tit.* & pro hoc facit quod notat *Bart. in l. licitatio, §.* quod illicitè, *col.1. de publ. & vectig.* quod promittens non offendere in ære, vel in persona, incidit in pœnam si parti furtum fecerit, refert *Bertazol. de clausul. instrum. clausul. 2. glos.10. n.4. vbi clausul.30. glos.7. num.22.* subdit appellatione æris venire qualemcunque pecuniam, etiam ex auro, & argento fabricatam, per *l. si quis in pignore, §. fin. ff. de pignorat. act.* quod etiam tradit *Rebuff. ad l.159. in princip. ff. de verb. signifi. pag.551.*

Ætas.

APPELL. X.

1 ÆTATIS legitimæ appellatione venit ætas naturalis & vera, id est, viginti quinque annorum, non verò ficta, quæ beneficio Principis est, id est, dispensata, ita per *l. fin. C. de ij qui ven. ætatis impetr. tradunt. Calderin. cons.376.* aliàs *cons.47. de testam. in princip.* quod duplicatur *cons.466.* aliàs *cons. 1. qui filij sint legit. Alex. cons.2. in princip. lib.1. Rebuff. ad l.130. vers. legitima ætas, ff. de verb. signif. Menoch. cons.266. n.31. Roland. à Valle, cons.100. n.35. lib.2. Card. Tusch. pract. conclus. tom.8. lit.V, concl.91. num.6. & concl.102. n.4.* Ratio est quia verba in dubio sunt interpretanda naturaliter, & verè, non autem accidentaliter, & fictè, vt dixi *Axiom.222. n.27.*

Ædes.

APPELL. XI.

ÆDIVM appellatione vnumquodque ædificium comprehenditur, *l. qui ædes, in fine, ff. de incend. ruin. & naufr. glos. verbo desiderare, in l. inter fructuarium, ff. de damno infecto, Bart. in l.1. §. deinde, ff. de coacts, Bertazol. de clausulis instrum. clausul.19. glos.3. n.3. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.3. lit.E, concl.30. n.*. 1

ÆDIVM appellatione non continetur fundus, *Bald. cons.3/8.* Et sequitur aliquid, *in fine lib.1.* vbi subdit quòd earum appellatione veniunt horti coniuncti ipsis ædibus, non ex propria significatione ædium, sed ex quadam accessione extrinseca, refert *Card. Tusch. d. concl.30. n.2. & 4.* 2

SVMMARIVM.

1 *Maritus & vxor veniunt affinium appellatione.*
2 *Affinium appellatione si vocentur à testatore veniunt cognati viri & vxoris.*
3 *Affines si vocentur à testatore, qui illos non habet intelligerentur vocati agnati, ne dispositio redderetur eluforia.*
4 *Affinitatis appellatione venit vera & naturalis, non verò ciuilis.*

Affines, Affinitas.

APPELL. XII.

AFFINIVM appellatione veniunt maritus, & vxor, nam licèt illi non sint affines, sed caput affinitatis, vt notat *glos. in l. non facilè, §. affines, de gradib. & in l. affinitates, C. commun. de succession.* tamen comprehenduntur in statuto, vt *Baid. censuit in d.l. affinitatis*, licèt loquatur in statuto de compromissis, & sequitur *Paul. de Castro in l.1. C. vnde vir & vxor, & Alex. ibi. Campeg. de dote p. vlt. q.97. refert Bertazol. de clausulis instrument. clausul.7. glos.12. n.5. vers. & idem est.* 1

AFFINIVM appellatione, si vocentur à testatore, veniunt cognati viri & vxoris, *Franc. in cap. si pater, col. vlt. de testament. lib.6. Laurent. de Palut. in tract. quòd stantibus masculis, n.164. Tiraq. de retractu lig. §.1. glos.9. n.20. & 21. Peregrin. de fideicom. art. 22. n.40. Sim. de Prettis de interpret. volunt. fol.288. n.14. Fusar. de substitution. q.370. n.1.* vbi *n.2.* post *Tiraquel. Pereg. & Prettis* citatis locis, obseruat quòd testatores & notarij intelligunt vocare consanguineos, cùm in Iure scripto, & apud bonos auctores, hoc modo accipiatur, vnde si testator non haberet affines intelligerentur vocati agnati, ne dispositio redderetur eluforia, *Sim. de Prettis d. tract. fol.288. n.20. Fusar. d. q.370. n.3.* 2 3

AFFINITATIS appellatione venit vera & naturalis, non verò ciuilis, *Roman. cons.82. in princip.* vbi dicit contrarium esse verum quando de mente constat, refert *Card. Tusch. tom.8. lit.V, concl.102. num.2.* 4

SVMMARIVM.

1 Agnatorum appellatione veniunt omnes per virilem sexum coniuncti.
2 Agnatorum appellat. propriè veniunt illi, qui linea recta à testatore descendunt, non verò transuersales.
3 Testator quando vocauerit agnationem filiorum suorum, tunc solum descendentes veniunt non transuersales.
4 Fœmina in fideicommissis venit Agnatorum appellatione.
5 Limita quando fideicommissum esset relictum pro conseruatione Agnationis.
6 Filij in fideicommissis veniunt Agnatorum appellatione.
7 Agnati omnes dicuntur de domo testatoris.
8 Illegitimè nati non veniunt in statutis Agnatorum appellatione.
9 Agnatorum, vel consanguineorum, aut familiarium appellatione, quando vocantur à testatore ad fideicommissum, proximiores veniunt, & alij succeßiuo ordine dicuntur vocati.
10 Limita quando vocatio esset facta cum dict. vniuersali.
11 Agnatorùm, seu familiæ appellat. vbi testator eos vocauit, veniunt & degentes in aliena prouincia.
12 Agnatorum, seu familiæ appellat. in fideicommisso eis relicto veniunt ingressi monasterium, si capax sit succeßionis.
13 Agnati proximioris, vel proximioris de familia appellat. in substitutionibus, quando plures extant in eodem gradu, veniunt omnes ad succeßionem.

Agnati.

APPELL. XIII.

1 AGNATORVM appellatione veniunt omnes per virilem sexum coniunctos, *l. vlt. §. 1. in fin. ff. de gradib. l. 2. §. agnati, ff. de suis, & legitimis hæredibus. principium institutis de legitima agnatorum succeßione, Curt. Iun. conf. 5. num. 22. Bald. conf. 469. Statuto cauetur, lib. 1. Simon de Prettis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. dubit. 1. solut. 11. num. 10. Parisconf. 22. num. 64. cum seqq. lib. 3. Decian. conf. 86. num. 28. & seq. lib. 3. Bertaz. de clauful. instrumentalib. clauf. 6. glos. 9. Peregr. conf. 149. num. 22. lib. 5. Fusar. de substitut. quæst. 351. num. 40. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, conclus. 244. num. 2. vbi num. subdit*, quod generaliùs est nomen agnatorum, quam nomen consanguineorum, quia consanguinei, sunt inter se sanguine cõnexi, agnati sunt per viriles sexus coniuncti, etiamsi non sint consanguinei, & *num. 4. post Fulgosium conf. 45. num. 2.* dicit, quod omnes agnati dicuntur & sunt cognati, sed non è conuerso; propriè enim omnes descendentes ex masculis dicuntur agnati, & omnes descendentes ex fœminis dicuntur cognati, vt obseruant *Bald. conf. 63. lib. 4. Alex. conf. 80. num. 7. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 244. num. 31. & 32.* Et quod Agnati si in perpetuum vocentur, extendatur dispositio etiam vltrà decimum gradum, tradit *Bald. conf. 76. post med. vers. si verò dico suus agnatus, lib. 4. quem refert Card. Tusch. tom. 7. lit. S, concl. 923. n. 8.*

2 AGNATORVM appellatione propriè veniunt illi, qui linea recta à testatore descendunt, non verò transuersales, ita *Ruin. conf. 154. num. 10. lib. 2. Menoch. conf. 233. num. 15.* quos refert, & sequitur Rota in Bononien. fideicom. de Lambertinis 22. Iunij 1609. coram Patriarcha Manzanedo, impressa per *Farin. decis. 193. n. 10. p. 1. recent.* verùm quòd magis propriè transuersales dicantur agnati quàm descendentes ex communi vsu loquendi, scribunt *Anchar. conf. 152. num. 5. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 12. vers. sed in proposito*, maximè quando vocata esset familia, & agnatio agnoscunt, *Decian. conf. 86. num. 28. & seq. lib. 3. Menoch. conf. 424. Peregr. conf. 149. num. 6. & seq. lib. 5. quos refert Fusar. de substitut. quæst. 362. num. 4. & 5.* & ideò dum testator vocat agnationem suam, vel dicit substituo agnatos meos, censetur & transuersales vocasse, imò potiùs de eis intellexisse, cùm propriè descendentes non dicantur agnati, sed descendentes, vt resoluunt *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 88. num. 19. & conf. 424. num. 20. & seq. Card. Mantic. d. tit. 12. num. 12. vers. sed ego subsisto, Decian. conf. 86. num. 18. vers 3. lib. 3. Peregr. conf. 149. n. 10. lib. 5. Fusar. d. quæst. 362. n. 9.*

3 Quando verò testator vocauerit agnationem filiorum suorum, vt quando relicto fideicommisso filiis, vel descendentibus testator dixit nolle bona exire de agnatione ipsorum, tunc solùm descendentes venirent, non transuersales, vt tenent *Cephal. conf. 510. num. 22. cum seqq. Menoch. d. præsumpt. 88. num. 19. vers. secundus casus, Intrigli. de substitut. cent. 3. quæst. 83. num. 23. Fusar. d. quæst. 362. num. 10.*

4 AGNATORVM appellatione venit fœmina in fideicommissis, vt probat *text. in l. pronuntiatio, §. fin. ff. de verb. sign. & in l. voluntas, C. de fideicom. resoluunt Paris. conf. 34. num. 45. lib. 1. & conf. 51. num. 13. & conf. 58. num. 14. & num. 20. lib. 2. & conf. 47. num. 42. lib. 3. Socin. Iun. conf. 4. num. 10. lib. 1. Cephal. conf. 53. num. 85. Pratt. de interpret. vlt. volunt. fol. 253. nu. 66.* latè *Honded. conf. 75. num. 1. cum seqq. lib. 1. Peregr. conf. 23. nu. 10. lib. 3. & in tract. de fideicom. art. 22. num. 25. Fusar. de substitut. quæst. 363. num. 1.*

5 Quando verò fideicommissum est relictum pro conseruatione agnationis, quia tunc fœmina non est apta conseruare illam, non censebitur vocata, vt per *Curt. Iun. conf. 154. num. 12. & conf. 172. col. 2. Ruin. conf. 24. num. 4. & seq. & conf. 110. num. 14. lib. 2. Cravet. conf. 180. num. 1. & conf. 306. num. 5. Pratt. d. fol. 293. num. 67. Peregr. d. conf. 23. num. 10. cum seqq. lib. 3. & de fideicom. art. 22. num. 25. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 1. num. 418. Fusar. d. quæst. 363. num. 2.* vbi *num. 3.* post *Cravet. loco proximè citato & Peregrin. d. conf. 23. num. 13.* subdit, quod etiam quando extaret statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, tunc & fœminæ erunt excluſæ à masculis. Amica an veniat appellatione agnatorum in statuto deferente matri tertiam partem bonorum filij stantibus agnatis, vide per citatos à *Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 309. num. 26.*

6 AGNATORVM appellatione in fideicommissis veniunt etiam filij, vt censuit Rota in Romana fideicommissi de Palluzzellis 8. Iunij 1612. coram Patriarcha Manzanedo impres. per Farinac. *decis. 403. num. 2. p. 2. recent.* nam agnatio per filios conse-

quatur,

uatur, & per nepotes augetur, vt ait *Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 1. num. 59.*

7 AGNATI omnes dicuntur de domo testatoris, ideò si testator vocat omnes de domo sua, intelligitur de agnatione familiæ, ita *Anchar. cons. 152. Plures sunt, num. 4. & 5. Cardin. Tusch. d. lit. A, concl. 244. num. 7.* nam agnatio domus, & familiæ idem sunt, *Surd. cons. 67. num. 16.*

8 AGNATORVM appellatione in statutis non veniunt illegitimè nati, ita vt si in statuto fiat mentio de agnatis, intelligatur de legitimis, & naturalibus, vt per *Decian. cons. 471. num. 5. & 6. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 82. Card. Mantic. decis. 319. num. 7.* vbi ait, quod agnatio per filios naturales tantùm non potest conseruari, *Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 3. num. 60.* vbi dicit, quod agnatio vltra legitimos, & naturales non protrahitur, & consequenter ab agnatione sunt exclusi bastardi, latè *Fusar. de substitut. quæst. 354.* In Hispania verò naturales dicuntur de agnatione patris ex particulari, & notoria illarum partium consuetudine eos admittente ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, vt referunt *Azeued. cons. 24. num. 27. & 29. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 15. num. 49.* citati à Rota in Pampilonen. Capellaniæ 4. Martij 1622. coram bonæ mem. Remboldo, impressa per Viuian. post iuam praxim Iurispatron. *decis. 45. num. 5.*

9 AGNATORVM, vel consanguineorum, aut familiarium appellatione, quando vocantur à testatore ad fideicommissum, proximiores veniunt, & alij successiuo ordine dicuntur vocati, ita *glos. & Bart. per text. ibi in l. cùm ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 4. num. 2. Cephal. cons. 387. num. 10. & seq. Pratt. de interpret. vlt volunt. fol. 290. num. 28. Card. Mantic. d. lib. 8. tit. 12. num. 3. & 4. Decian. cons. 41. num. 66. cum seqq. lib. 1. & cons. 100. num. 15. lib. 3. Petra de fideicom. quæst. 8. num. 199. Peregr. in simili tract. art. 22. num. 64. & cons. 46. num. 16. 17. & 19. lib. 2. Magon. Florent. decis. 37. num. 20. & decis. 72. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 94. num. 6. Alex. Rauden. Pisana, decis. 22. num. 19. cum seqq. Craff. §. legatum, quæst. 41. num. 2. & §. fideicommissum, quæst. 16. num. 2. Surd. cons. 247. num. 7. & 8.*

10 Limita quando vocatio esset facta cum dictione vniuersali, vt si testator vocasset omnes agnatos, vel omnes de familia, vt tenet *Pereg. d. art. 22. num. 68.* vbi etiam idem dicit, quando testator reliquisset cuilibet ex agnatis, quia tunc omnibus agnatis tam proximioribus quàm remotioribus debebitur fideicommissum. Limita etiam non procedere quando testator specialiter aliquos, vt prædilectos nominauit, quia illi præferuntur aliis sub nomine collectiuo vocatis, qui etiam collectiuo nomine vocati non admittuntur, nisi extinctis omnibus, specialiter nominatis, dicta *l. cùm ita, §. in fideicommisso, Crasso d. §. fideicommissum, quæst. 16. num. 4.* Limita denique quando testator vocasset alicuius tertij agnatos, cognatos, familiam, descendentes, & similes, quia tunc censeretur vocasse simul tàm proximiores, quàm remotiores, nisi ex coniecturis colligi posset testatorem voluisse eos ordine successiuo vocare, licèt essent de aliena familia, ita *Succin. Sen. cons. 12. col. 3. lib. 3. & cons. 51. num. 30. lib. 4. Pratt. de interpret. vlt. volunt. fol. 290. num. 28. Peregr. de fideicom. art. 17. num. 39. & art. 22. num. 63.*

11 AGNATORVM, seu familiæ appellatione, vbi testator eos vocauit, veniunt & degentes in aliena prouincia, vt per Alciatum *cons. 638. in fin. Petra de fideicom. quæst. 11. num. 521.*

12 AGNATORVM, seu familiæ appellatione, in fideicommisso eis relicto veniunt ingressi monasterium si capax sit successione, quòd illud ingressi admittantur, ita *Paris. cons. 43. num. 62. lib. 3. Anchar. cons. 420. num. 3. Crauet. cons. 152. num. 2. Cephal. cons. 53. num. 98. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 25. Fusar. de substit. quæst. 345. num. 1.* vbi *num. 2.* post *Couar. lib. 1. variarum cap. 19. num. 11. Sfort. Odd. de compendiosa, p. 6. art. vlt.* & Mantic. citato loco limitat si fideicommissum est relictum pro conseruatione agnationis, quia monasterium non succederet.

AGNATI proximioris, vel proximioris de familia appellatione in substitutionibus, quando plures extant in eodem gradu, veniunt ad successionem omnes, *ad tex. in l. 2. §. hæreditas, ff. de suis & legit. hæred. §. si plures. instit. de legit. Agnat. succes. Tiraq. de iure primogen. quæst. 4. num. 56. & quæst. 17. num. 4. Crauet. cons. 161. num. 4. & cons. 180. num. 3. Roland. à Valle cons. 38. num. 46. cum seqq. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 33. Pratt. de interpretat. vltim. volunt. fol. 334. num. 19. & fol. 337. num. 8. & 11. cum seqq. Menoch. cons. 158. n. 28. Surd. cons. 247. num. 10. lib. 2. Petra de fideicom. quæst. 11. num. 1. Peregr. in simili tract. art 22. num. 65. in fin. Fusar. de substitut. quæst. 356. num. 1.* vbi *num. 2.* post *Decian. cons. 71. lib. 3. & Mantic. d. lib. 8. tit. 10. num. 5.* ampliat etiam si testator iusserit bona indiuisa peruenire ad proximiorem agnatum, quia adhuc si plures extant in eodem gradu, omnes admittuntur, & diuisio fit solùm de vsufructu, non autem de proprietate, nisi testator dixisset bona indiuisa reddi vni ex proximioribus agnatis, *& num. 4.* declarat non procedere, quando testator vocasset vnum proximiorem, quia tunc vnus solus admitti debet, *& num. 6.* idem dicit quando sumus in aliqua dispositione indiuidua, *& num. 8.* quando vocatus esset maior masculus, quia solùm maior natu succederet. 13

Pulchra autem est dubitatio, testator vocauit proximiorem agnatum, adsunt agnati remotiores, sed quia descendunt à fœmina eiusdem agnationis, efficiuntur proximiores, quod contingit quando fœmina est nupta vni de sua agnatione, an isti remotiores agnati, sed fœminam facti proximiores, excludant alios agnatos, qui per virilem sexum sunt proximiores, & pro agnato descendente à fœmina proximiore, latè consuluit *Vegg. cons. 63. prout illum refert. Fusar. de substitut. quæst. 357. num. 8.* 14

SVMMARIVM.

1 *Actus omnis per quem dominium transfertur, continetur Alienationis appellatione.*

2 *Alienationis appellatione venit voluntaria, non autem necessaria.*

3 *Successio ab intestato continetur alienationis appellatione in prohibitione testatoris in personas certas.*

4 *Cedere iura & actiones non potest prohibitus alienare.*

5 *Donatio comprehenditur Alienationis appellatione.*

6 *Diuisio continetur Alienationis appellatione, n. si sit facta ex causa necessaria.*

7 *Permutatio lato sumpto vocabulo, comprehenditur Alienationis appellatione.*

8 *Transactio venit Alienationis appellatione.*

9 *Pignus, & hypotheca venit Alienationis appellatione.*

10 *Seruitutis constitutio venit appellatione Alienationis.*

11 *Locatio ad longum tempus comprehenditur Alienationis appellatione.*

12 *Locatio ad longum tempus dicitur quando est facta ad decennium.*

13 *Locatio ad longum tempus dicitur si facta fuisset ad vitam vel locatoris, vel conductoris.*

14 *Datio in solutum venit appellatione Alienationis.*

15 *Datio in solutum necessaria facta Iudicis auctoritate ob æs alienum prohibiti alienare, erit permissa respectu fructuum durante vita prohibiti.*

16 *Emphyteusis concessio venit Alienationis appellatione.*

17 *Compromissum continetur appellatione Alienationis, secus in necessario.*

18 *Hæredis institutio venit appellatione Alienationis.*

Alienatio.

APPELL. XIV.

1 ALIENATIONIS appellatione continetur omnis actus per quem dominium transfertur, vt per *l.1.C.de fundis dotal. l.alienationis verbo, ff. de verb.signif. l. fin. C.de rebus alien.non alien. Cassan.in consuetud.Burgund.rub.6.§.8. verbo in alienat. num. 2. Old.ad. cons 270. num. 2. Lopus allegat. 41. in princ. Bald.cons.108. Quæritur in princip.lib.1.Anchar. cons. 102. Quæstio in princip. & cons. 105. num. 2. Castren. cons.270.dubitatur.lib.1.Alex.cons.108.Viso num.3.lib. 6.& cons.29. Iarissimè num.15 vers.constat autem lib.7. Matien.l.3. glos.14. num.2.tit. 19. lib. 5. nouæ recopil. Surd.dec.* 102.*num.21 & decis. 278. num. 2. & decis. 326.num.27.Brunor.à Soe in locis commun. verbo alienatio,num.2.Cardos.in praxi Iudic. & Aduocator. eod. verbo.num.1.Card.Peregra de extinctione emphyteu.cap. 5.num.37.Card.Tusch. practic. concl.tom.1. lit.A,concl. 257. per totam, Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 4. num.169.*

2 ALIENATIONIS appellatione venit voluntaria,non autem necessaria,*l. Peto, §. Prædium ff. de legat.2.Pynel.in l.1.p 3.num.49.vers.minus obstat,& in authent.nisi à num.5.C.de bonis mater. Gama Lusitaniæ,decis.199.num.3.Meneh.illust.cap.32.à num.13.D. Barbos.in l. Diuortio,§.si vir num.51.ff. soluto matrimonio, Ceu l.commun.contra commun.tom.4.quæst.vlt. nu. 67. Ferrer.in constitut.Cathaloniæ,glos.4.num.132.*

3 ALIENATIONIS appellatione in prohibitione testatoris in personas certas continetur etiam successio ab intestato, *l.Codicillis,§. mutre.ff.de legat. 2.Curt.Iun.cons.4.num.11. & 12. Porto. de consortibus cap.39.num.8 Cardin. Tusch. practic.concl.tom.1.lit.A, concl.257.num.10.*

4 ALIENATIONIS appellatione vbi prohibita est super re aliqua, continetur iurium,& actionum cessio, ac proinde prohibitus alienare non potest iura,& actiones cedere,*l.1. C. aduersus transactionem Corn. cons.128.num.2. lib. 1. Cranet. cons.92. num.8.Xuarez,alleg.20,num.7. Rebuff. in l.alienationis verbum, vers.8.& 10. ff. de verb. significat. & in tract. alienat.num.3. Portol.de consortib.cap.29.num.3.Ioseph. Sesse Aragoniæ, decis. 121.num. 10. Quaranta in sum. Bullarij verb.alienatio,num.22.Cald.Pereira,de resolut. emphyt.cap.5.num.35.Fusar.de substitut. quæst.697.* Si quis autem cederet rem suo aduersario ex sententia Iudicis,non diceretur propriè alienare, nec incideret in pœnam appositam alienanti, quia hæc est alienatio necessaria secundùm *Ruin.cons.93. num. 2. lib.1.& cons.23.num.25.lib.5.Pariſ.cons.43.num.29.& cons.penult.num.18.lib.3. Alciat.cons. 506.num.5. Menoch.cons.322.num.67.& cons.777.num. 6. & 7.* quos refert *Fusar.d.q.627.*

ALIENATIONIS appellatione comprehenditur donatio, *Petrus Anchar. cons. 102. in princip. Mascard.de probat.conclus.1236.num.105.Cald.Pereira d.cap. 5.num.43.Cardin.Tusch. d. lit. A, concl. 257. num.4.Fusar.de subst tut.quæst.695.num.5.* 5

ALIENATIONIS appellatione comprehenditur diuisio, quia in partes diuisas transfertur dominium, vt per *Gama Lusit. decis. 300. num. 4. Cald. Pereira d. cap. 5. num. 43. Valasc. consult. 53. num.4. Cardin. Tusch. d. concl. 257. num. 7.* vbi *num. 8.* post *Angel.Aret.cons.28.num.21.& 22.* declarat procedere in prouocante ad diuisionem. Quando verò diuisio fit inter cohæredes, vel confideicommissarios prohibita alienatione non prohibetur diuisio, quia tunc ex vtraque parte dicitur facta ex causa necessaria,vt resoluunt *Alexand.cons.189.num.3. lib. 2. & cons.7.num.5.lib.5.Bero.cons.86.num.27.lib. 2. Decian. cons.55.num.73.lib.2.Menoch.cons. 522. num. 48. cum seqq. Petra de fideicomm.quæst.8. num.518.cum seqq. & alij,* quos refert, *& sequitur Fusar. de substitut. quæst. 707. per totam.* 6

ALIENATIONIS appellatione comprehenditur permutatio latè sumpto vocabulo, *l. fin. C. de reb.alienis, Rebuff.ad l. alienationis verbum 28.vers.12. ff.de verb.significat.Castren.cons.270* dubitatur numquid *lib.1.* vbi restringit, quando fauore loci pij alienatio prohibetur, quia tunc si constat de vtilitate loci pij potest fieri permutatio, *Molina de Primog. lib. 4.cap.4.num.1.Porto.de consortibus cap.12.num.5.Cardin. Tusch. d.concl.257.num.9.* Quando verò permutatio fit cum re maiorem afferente vtilitatem, vel commoditatem, non prohibetur prohibita alienatione, imò potiùs valet, vt resoluunt *Natta cons. 470.num.5.Socin.Iun.cons.28.num.8.lib.2.Cephal.cons. 719.num.20.lib.5.Decian.cons.55.dub.2.& cons.57.lib. 3.Menoch.cons. 1141. num. 26. Alexan. de Neuo cons. 38.num.7.Honded.cons.58.num.32.lib.1.Magon.florentina,decis.16.num. 6. Petra,de fideicom. quæst. 8. num. 525. cum seqq. Peregr.in simil. tract. art. 40. num.32. cum seqq.Card.Mantic.de tacitis & ambig. conuent. lib. 25.tit.4. & in fideicomm. restitutorio post mortem grauati per substitutionem inducto, idem Card. Mantica de coniect.vlt.volunt.lib.7.tit.8. num. 23.* & latè *Fusar. de substit.quæst.530.* 7

ALIENATIONIS appellatione venit transactio, *l.non solum, C. de prædy minor.cap.cùm tempore de arbitr. Dec.cons.44.num.5.Pinel.in l.1.C.de bonis mater.p.3.num.44.Molina d.lib.4. cap. 9. num. 10. Cald. Pereira d.cap.5.num.29.* 8

ALIENATIONIS appellatione venit pignus, & hypotheca, *§. alienationis, in authen.de alienan.glos.verb. hypothecam, in l. vlt. C. de rebus alienis non alienan.Cephal.cons.296.Dub.3.Tiraq.de legib.connub.glos.3.num.81.Couar.lib.2.var.cap.16.num.7. Rodoan.de reb.Ecclesiæ non alienan.quæst.1.num. 6. & 11. & quæst.2.cap.6.num.9. cum seqq. Mascard. de probat.* 9

concluſ.1236.num.108.Petra, de fideicom. quæſt.8.num. 105. Peregr.in ſimil.tract.art.40.num.118. Ioſeph. Seſſe Aragoniæ,deciſ.185.num.2. Rebuff.ad l.28.verſ.ego autem,ff.de verb. ſignif.pag.161. Ferrer. in conſtitutiones Cathaloniæ, gloſ. 4. num. 175. latè *Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.703.per totam*, vbi *num. 5.* limitat, vt non ſit prohibita hypotheca in eum cuius fauore facta eſt prohibitio, *& num. 7.* declarat non procedere in pignore iudiciali, & prætorio, quod eſt neceſſarium.

10 ALIENATIONIS appellatione venit etiam ſeruitutis conſtitutio, ac proinde prohibitus alienare, prohibetur etiam ſeruitutem conſtituere, *l.final.verſ.ſeruitutes,C.de reb.alien.non alienan.ita Anton. Gomez,l.40.Tauri.num.85.Molin.de Primog.lib.1. cap. 20,num.1.& 2. Portol.de conſort.cap.12. num.3. Quaranta d.verbo alienatio, num. 21. Molin.de Iuſt. tract. 2.diſput.464.Cephal.conſ.470.num.2.Franc. Marc.deciſ.870.p.1. Petra d.quæſt.8.num.103.Peregr.d.art.40. num. 114. Freccia de feudis lib. 2. §. expluribus autem modis,num.18.Redoan.d.quæſt.2. cap.16.* latè *Fuſar. de ſubſtitut.quæſt. 527.per totam*, vbi *num. 5.* obſeruat quod licèt prohibitus alienare non poſſit ſeruitutem imponere, nec vſusfructus, poterit tamen cedere & vendere fructuum commoditatem, & perceptionem.

11 ALIENATIONIS appellatione comprehenditur locatio ad longum tempus,quia de natura locationis huiuſmodi eſt,vt vtile dominium transferatur, *cap.nulli, cap.ad audientiam de reb. Eccleſiæ non alienan.gloſ.in l.2.ff.ſi ager vectigalis, Tiraq.de retractu lig.gloſ.14.§.num.79.Couar. var. lib. 2. cap. 16.num.2. Franc. Marc.deciſ.455.quæſt.1. Afflict.deciſ.365. num.4. Menoch.de arbitr.caſu 5.num.1. Anchar.Regien. lib. 2. quæſt.52.num.2.Hieronym.Gabr.conſ.168.quæſt.1. num. 3.lib.1.Card.de locato,par.2.tit.de locat.ſine tempore,q.1. fol.53.Card.Mantic. de tacitis & ambig.conuent. lib.3. tit.45.num.11.Rebuff.ad l.28.verſ.ſexto, ff. de verb. ſignif.pag.161.Cald.Pereira,d.cap.5.num.32. & de renouat.emphyt.quæſt.16.num.7. Cardoſ. in praxi Iudic, & Aduocator. verb. locatio, num. 9. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.525.per totam, Benedic.Ægid.in repet.leg.ex hoc iure,ff.de iuſt.& iure,p.1,cap.9,num.7.*

12 Locatio autem in propoſito ad longum tempus dicitur quando eſt facta ad decennium, *gloſ.notabilis communiter recepta in d.l.2.ff.ſi ager vectigalis, Alexand.conſ.17.col.1.lib.4.Tiraq. de retractu lignag. §. 1. gloſ.6 num.9.in fin.Ruin.conſ.58. col. vlt. lib. 4. Franc. Marc.Delphin.deciſ.648.Boër, deciſ.234. num. 2.cum ſeqq.Caroc.de locato,p.2. tit.de locat.ad longum tempus,*

13 *quæſt.1.Peregr.d.art.40. num. 93.* Idem eſſet ſi facta fuiſſet ad vitam,vel locatoris,vel conductoris,quia ad longum tempus dicitur facta, *Pinel.in l. 1. num. 63.C.de bon.mater.Hieronym.Gabr. conſ. 168. num. 1. lib.1.Caroſ.loco citato quæſt.2.Pereg.d.art.4. num. 109. Cardin.Mantic.d.tit.45.num.12. Fuſar. d. quæſt. 525. num.5.*

14 ALIENATIONIS appellatione venit datio in ſolutum, & ideò prohibitus alienare, non poteſt nec in ſolutum dare creditoribus, ita *Cephal. conſ.254.num.34.& conſ.255.num.3.cum ſeqq. lib.2.Ioſeph.Ludouic.Peruſ. deciſ.60.num.5. Decian. conſ. 129. num.6.lib.3.Cald. Pereira d.cap.5.num.47.Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.696.* Intellige quando datio in ſolutum eſt voluntaria, vt quia prohibitus emat vel alium contractum faciat, & dat inſolutum bona prohibita alienari: Si verò ſit neceſſaria facta iudicis au-

15 ctoritate,ob æs alienum prohibiti,erit permiſſa reſpectu fructuum durante vita prohibiti, *Grat. conſ. 106.num.9.lib.2.Maſcard.de probat.concluſ. 1236. nu. 55.Cald.Pereira, d.cap.5.num.48.Fuſar. d. quæſt.696. num.3. vbi num. 5. ſubdit pro are alieno contracto à teſtatore poſſe dari in ſolutum bona prohibita alienari.*

ALIENATIONIS appellatione venit etiam 16 conceſſio emphyteuſis, vt per *Cardin.Tuſch. d. concl. 257.num.16.Flores de Mena ad Gam. Luſitaniæ, deciſ. 16.num.3.Cald. Pereira d.cap.5. num. 33. Rebuff.ad l. 28.verſ.ſeptimo,ff.de verb.ſignif.pag.161.*

2 BENEFICII ecclesiastici appellatione, nec ex lata significatione, nec aliquo modo continetur pensio, vt per *Crescent. decis. 14. de sentent. & re iudic. Ludou. Gom. in reg. de infirmis resignantibus, q. 16. n. 2. & annali, q. 21. Rebuff. in tract. de pacif. possess. q. 114. & in tract. de nominat. q. 9. num. 36. Azeued. l. 1. n. 5. tit. 4. lib. 1. nouæ recopil. Flamin. de resign. benefic. lib. 1. q. 10. num. 69. & lib. 2. q. 15. à num. 11. & lib. 11. q. 4. num. 31. & seq. & de confident. q. 23. à princ. Gonz. al. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. num. 2. Az. or. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 5. q. 2. & lib. 8. cap. 5. q. 4. Aloys. Ricc. in*

collect. decis. p. 2. collect. 425. & in decision. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 71, num. 4. p. 2. Flores de Mena vari. lib. 3. q. 23. num. 35. Anton. Ricciul. de iure personarum, lib. 5. cap. 19. num. 6. Nicol. Garc. d. p. 1. cap. 5. à num. 3. metipsum *d. alleg. 57. n. 150. Sanctarel. var. q. 42. n. 25.*

3 BENEFICIORVM appellatione generali non veniunt benificia exempta, *cap. 3. propter, de rescript. lib. 6. Cop. de fructib. lib. 4. tit. 3. cap. 4. Rot. decis. 2. de priuileg. in antiq.* sicut quoque nec appellatione beneficiorum diœcesis, *Felin. in cap. graue, num. 2. de offic. ordin. Selu. de benefic. p. 1. q. 3. num. 21.* faciendo differentiam inter has enunciationes *de beneficiis in tua diœcesi, & de tua diœcesi,* vt in priori comprehendantur exempta in posteriori, neutiquam quippe quòd beneficia exempta sint quidem in diœcesi, sed non de diœcesi Episcopi, *Abb. in cap. graue, num. 1. de offic. ordin. Anton. de Rosel. in tract. de indulgent. n. 315. Erasmus à Cochier de Iurisd. ordin. in exemptos p. 1. q. 5. n. 23. & p. 4. q. 29.*

4 BENEFICII appellatione non veniunt manu alia, *Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 6. num. 21. Flamin. de confident. q. 18. à num. 16. Monet. de distri-*
5 *but. quotid. p. 1. q. 2. num. 12.* nec etiam vicaria temporalis, seu ad nutum amouibilis, *Nicol. Garc. d. cap. 1. c. 2. num. 93.* Ego ipse *d. alleg. 57. num. 147.*
6 nec præstimonia, & præstimoniales portiones, quæ in sola temporalitate consistunt, aut quæ non dantur in titulum perpetuum, neque habent aliquod annexum obsequium spirituale, *Flamin. de resignat. lib. 2. q. 1. num. 123. Fusc. de Visitat. lib. 1. c. 20. num. 23. Nicol. Garc. d. p. 1. cap. 2. à num. 117. Gonz. al. d. glos. 5. §. 2.* de commenda, vide *Gom. ad reg. de annali, quæst. 26. Pute. decis. 325. lib. 1. Gonz. al. d. glos. 5. §. 8.* metipsum, *d. alleg. 57. num. 154.* De hospitali, vide *Flamin. de resignat. lib. 11. q. 5. n. 59. Gonz. al. d. glos. 5. §. 5. n. 2. 7. & 17. Marescot. vari. resolut. lib. 2. resol. 3. n. 12. & seq. Aloys. Ricc. collect. 1299. in med. Crescent. decis. 1. num. 4. de priuileg. Camill. Borel. in sum. decis. tit. 20. n. 391. Rot. decis. 667. in fine, apud Farin. in 1.*
7 *collect. nouiss.* vbi quòd hospitalia veniunt appellatione beneficiorum quando dantur in titulum, non verò quando dantur in regimen, seu administrationem, de præceptoria *Flamin. de resignat. lib. 12. q. 3. num. 8. & de portionibus, idem Flamin. lib. 2. q. 1. n. 116.* De beneficio patrimoniali, vide *Gom. ad reg. de infirmis resign. q. 21. in princip. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1. n. 25. 26. 44. & seq.*

8 BENEFICII appellatione in concessionibus non venit curatum beneficium, *cap. cùm in illis, in princip. de præbend. lib. 6. Fusc. singul. lit. B, num. 23. Gig. de pensionib. q. 28. num. 9. Franc. Marc. Delphinal. decis. 525. num. 1. Petr. Greg. de beneficiis cap. 6. num. 4. Aloys. Ricc. in Collect. decis. p. 4. collect. 1217. Pute. decis. 301. 307. & 308. lib. 1. in correct. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 6. n. 2. 10. & 11. Menoch. de arbitr. casu 201. num. 62.* Vnde quando alicui prouideri mandatur, prouisio non est facienda in beneficiis curatis, vt per *glos. verbo prouideri in d. cap. cùm in illis,* vbi *Anchar. n. 3. & Franc. num. 4. Cardin. in Clem. 1. in princip. num. 8. de supplen. negli. Prælat. Staph. de litteris gratiæ, tit. de modo, & forma impetrandi, in princip. & tit. de formis expectatiuarum, §. sexta forma, num. 1. & §. nona forma, num. 31. Rebuff. in praxi beneficiali, tit. de clauf. mandator. num. 34. & tit. de dispensat. ad plura beneficia, n. 66. & tit. tertia pars signaturæ verbo qualitatum, n. 3.*

9 BENEFICII appellatione non veniunt distributiones quotidianæ, *Gemin. cons. 85. n. 20. vers. sed appellatione, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, concl. 511. num. 1. Monet. de distrib. quotidia. p. 1. q. 2. num. 12.*

BENEFICII appellatione veniunt etiam dignitates, si non sit materia ambitiosa, *cap. dudum,* vbi *Ioan. And. de præbend. cap. tua, de verbor. signif. Mandos. ad Lap. alleg. 84. Sbroz. de Vicario Epis. lib. 2. q. 81. num. 2.* At verò in materia odiosa, & pœnali non venit dignitas, *Ludou. Gom. ad reg. de annali, quæst. 19. in princip. & in fin. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. num. 26. & seq. Tamburin. in tract. de iure Abbatum tom. 1. disp. 5. q. 19. num. 6. Rot. decis. 592. n. 2. p. 1. diuers.* vbi quòd appellatione quorumcunque beneficiorum non debent includi dignitates, & canonicatus, *Ioan. à Cochier in Schol. ad preces primarias Imper. super verb. dignitates, pag. 39.* Idem dispensatus ad beneficium etiam curatum, non censetur dispensatus ad obtinendam dignitatem, secundùm *Petr. Greg. syntag. Iuris lib. 17. cap. 6. num. 36. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 3. q. 7. Bellet. disquisitionum clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 3. num. 38. Sanctarel. vari. resolut. p. 1. q. 38. num. 24.* vbi citat metipsum, *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 45. num. 11.* vbi *num. 14.* subdo dispensatum ad dignitates non dici dispensatum ad maiorem dignitatem pòst Pontificalem, quod referunt me citato *Tamburin. d. q. 19. num. 5. & Sanctarel. d. q. 38. num. 31.* Imò si concederetur mandatum ad beneficia curata, & quæcunque alia non includeretur dignitas curata, *Clem. ne in agro, §. cæterùm, de statu monach. Rebuff. in praxi tit. de dispens. rat. etatis, vers. aut dignitates, & in concord. in forma mandati Apost. in glos. aut dignitate.*

BENEFICII appellatione in materia stricta non venit præbenda, *cap. 1. de filiis presbit. lib. 6. Rota decis. 2. illo tit. in nobis, Felin. in cap. postulasti, sub n. 4. vers. secunda conclusio de rescript.* Vnde dispensatus ad beneficia etiam curata non censetur dispensatus ad præbendas, & Canonicatus Ecclesiæ Cathedralis, *Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 99.* Ego ipse *d. alleg. 45. num. 10.* & me citato *Sanctarel. d. q. 38. n. 34.*

BENEFICII appellatione non venit destinatum per Episcopum & Capitulum, nisi sit actualiter [illegible]n, vt per *Felin. in cap. cùm ab eo, col. 3. vers. pro quo, de rescript. & cons. 45. num. 3. vers. fortificio, Anton. Gabr. commun. tit. de præsumpt. concl. 12. n. 6. quos refert & sequitur D. Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 3. cap. 7. num. 15.*

Bestia.

APPELL. XXXIII.

BESTIÆ appellatione regulariter non venit animal mansuetum, sed inspecta consuetudine veniunt boues, pecudes, & similia, secundùm *Bart. & Angel. in l. 1. §. Bestias, ff. de postulando, Mastheful. l. in suis notabilib. notab. 98. incip. Nota num mirabile, Ferrat. cant. 52. num. 3. Socin. in l. possideri, §. Nerua filius, num. 9. ff. de acquiren. possess.* & de statuto loquente de bestiis, quòd intelligatur de bobus, vaccis, & similib. tenuerunt *Natta cons. 347. n. 2. Surd. cons. 297. n. 2.*

BESTIÆ appellatione, de proprietate sermonis non venit mortua, *l. si vehenda, in princip. ff. ad l. Rhodiam, Surd. d. cons. 297. n. 5.* vbi ait, *secus esse inspecto communi vsu loquendi.*

Bladum.

Bladum.

APPELL. XXXIV.

1 BLADI appellatione venit omne illud, quòd in terra seritur, etiam semen lini, *Bart. in l. triticum, ff. de verbor. obligat.* vbi *Ias. num. 5. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. T, concl. 392. num. 3.* præterquam legumina, vt patet ex *cap. 3.* ibi, de bladо, & vniuersis leguminibus, *de decim. Rebuff. ad l. 77. ff. de verborum signif. in fine, vers. Accessit, pag. 360.*

2 BLADI appellatione venit illud quod in area teritur, ita *Iacob. de Collantes super pragmat. in fauorem rei frumentaria, lib. 1. cap. 10. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Bonorum simpliciter, seu bonorum omnium appellatione veniunt mobilia, se mouentia, immobilia, nomina debitorum, iura, & actiones.*

2 *Debitoris nomen comprehenditur vbi quis bona sua obligauit.*

3 *Declarantur tex. in l. si stipulatus 76. §. cùm stipulamur, ff. de verb. oblig. & l. si ita scripsisset 47. ff. de legat. 2.*

4 *Bonorum mobilium, & immobilium appellatione non continentur iura, & actiones.*

5 *Bonorum mobilium appellatione veniunt ea quæ sui natura de loco ad locum moueri possunt.*

6 *Hæreditas vel successio quando non veniat bonorum appellatio.*

7 *Bonorum appellatione veniunt ea, in quibus, quis habet tantùm vtile dominium.*

8 *Iuspatronatus non comprehenditur appellatione bonorum meorum, nisi veniret cum vniuersitate bonorum.*

9 *Pecunia venit bonorum appellatione.*

10 *Fructus non continentur bonorum appellatione, etiam cum signo vniuersali.*

11 *Bonorum aduentitiorum appellatione continentur omnia quæ non procedunt à sua cessione patris.*

12 *Feudum non venit bonorum appellatione in generali sermone.*

13 *Feuda hæreditaria veniunt bonorum patrimonialium nomine.*

14 *Emphyteutica bona veniunt bonorum appellatione.*

15 *Bonorum suorum appellatione solùm veniunt præsentia, & non postea quæsita.*

16 *Vsusfructus venit bonorum appellatione.*

17 *Bonorum appellatione continetur omne vltra æs alienum.*

Bona.

APPELL. XXXV.

1 BONORVM simpliciter, seu bonorum omnium appellatione veniunt mobilia, se mouentia, immobilia, nomina debitorum, iura, & actiones, *l. bonorum 49. in fine, l. rei appellatione 23. ff. de verb. sign. l. si legat. 30. §. 1. ff. ad Trebel. l. nomen, C. quæ res pignori, glos. in l. Princeps 22. ff. de verb. sign. Abb. cons. 43.* Videtur primo *num. 3. lib. 1.* vbi quod nomen bonorum dicitur generale, & continet actionem, *Cravet. cons. 213. num. 6.* vbi quod bonorum appellatione simpliciter, & indifinitè veniunt iura, & actiones, *Couar. in cap. relatum, il 2. num. 1. de testam. Rebuff. in compend. alienat. ad cap. fine, exceptione 12. q. 2. num. 54. Pinel. in rubr. C. de bon. mater. p. 1. n. 2. Tiraq. in l. si vnquam, verbo bor num. 8. & 9. Costa in cap. si Pater, 1. p. verb. bonis suis, n. 1. cum seqq. de testam. lib. 6. Menoch. cons. 300. num. 39. & cons. 1102. num. 26.* vbi quod bonorum appellatione continentur nomina debitorum, *Aloys. Ric. in collect. decis. p. 4. collect. 1137. Rot. decis. 595. num. 1. & decis. 760. num. 1. apud Farin. p. 2. recent.* vbi quod nomen debitoris venit sub generali bonorum obligatione, *Surd. de alment. tit. 8. priuileg. 59. num. 22. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 7. q. 8. Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 50. Grimel. Dolana, decis. 109. num. 2. Molina de iust. tract. 2. disput. 212. à princip. Sanchez. in præcepta decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 14. a num. 3. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 52. num. 34. Ferrer. in constitutiones Cathaloniæ, glos. 2. num. 2. Rota decis. 681. num. 9. apud Farinac. p. 1. recent. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. B, conclus. 101. num. 19. & num. 24.* vbi *num. 25.* restringit quando fieret mentio de omnibus bonis certi loci, putà *lego omnia bona, quæ habeo Romæ*, quia non veniunt iura, & actiones, & citat *Imolam cons. 35. num. 26. vers. Item non obstat, & Tiraq. d. verbo bona, num. 13.* quod etiam tradit *Grimel. Dolana, decis. 123. num. 7.* additque idem *Tusch. ibid. num. 26.* quod stante dictione vniuersali, omnia, & quæcumque bona mea, etiamsi addatur mobilia & immobilia, veniunt iura, & actiones, ex *Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 7. n. 20. & 21.*

2 Amplia non solùm sub generali bonorum obligatione venire nomina debitorum, prout resoluunt Doctores numero præcedenti citati, sed etiam quando quis bona sua obligauit, etiam adhuc sub hac obligatione debitoris nomen conditionale, & in diem comprehendi censuit *Rot. d. decis. 760. n. 4. p. 2. recent.* nam licèt *Bald. cons. 234. sub num. 2. vers. in contrarium est veritas, lib. 2.* dixerit ex hac obligatione in diem non esse natam actionem, eius tamen dictum non est verum, quia secundùm magis communem opinionem Doctorum, de qua testatur *Alex. in l. si stipulatus 76. §. cùm stipulamur, num. 2. ff. de verb. obligat.* & ante diem dicuntur competere iura, quia est orta obligatio, & actio ante diem, quod etiam sensit idem Bald. dum subdit, quòd ersi nata esset actio, est tamen non intentabilis, & ideò tunc non dicetur esse in bonis, sed in diem, quare interim non potest agi, quod est verum, sed adueniente die, & purificata conditione potest agi; *Dec. cons. 551. num. 7. & cons. 626. n. 4.*

3 Non obstat *tex. in d. l. si stipulatus 76. §. cùm stipulamur, ff. de verb. obligat. & in l. si ita scripsisset 47. ff. de legat. 2.* vbi verba præsentis temporis non referuntur ad debita in diem, vnde notat *Bald. in d. l. si ita scripsisset, sub n. 2.* quòd qui cedit omnia iura sua, non videtur cedere nisi ea, quorum dies cessit, & venit, non conditionalia, vel in diem, quem sequitur, *Alex. cons. 106. n. 8. lib. 5.* quia respondetur prædictos textus non applicari, quia in casibus illorum fuerat additum verbum, *dare oportet*, quod necessitatem importat, & executionem denotat cum effectu, quare ista verba non possunt referri ad debitum in diem, vel sub conditione, ita explicat

plicat *Petr. de Bellapert. num.6. & Alex. num.2. in d. §. cùm stipulamur, Bald.* sibi contrarius *in repet. l. etsi post tres, num.52. in fine, ff. si quis caution. Alex.* pariter sibi contrarius *in eod. §. cùm stipulamur, num.2. ac Ias. ibi num. 3. & Curt. Iun. in l.1. num.78. ff. si certum petatur.* Colliges hæc ita eleganter dispositâ ex *Rot. in d. decis. 760. num.4. & 5. p.2. recent.* quæ fuit extensa à Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano.

4 BONORVM mobilium & immobilium appellatione non comprehenduntur iura, & actiones, quæ tertiam bonorum speciem faciunt distinctam à bonis mobilibus, & immobilibus, iuxta *l. à Diuo Pio XV. §. in venditione ibi, peruenitur etiam ad iura, ff. de re iudic. Specul. tit. de fructib. §. scias vers. sed pone, Negusant. de pignor. p.2. membro 2. num.9. Bald. cons.418. And. lib.3. Alex. cons.12. Viso num.10. vers. ad tertium, lib.2. Petr. Anchar. cons.101. num.8. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.7. num.9. Couar. lib.2. var. cap.1. num.2. Viui. tom.2. opin.82. Pinel. in rubr. C. de bon. mater. p.1. num.24. cum seqq. Clarus in pract. §. fin. q.78. num.9. D. Barbosa in l. si constante, §. finali, num. 2. & 3. ff. soluto matrim. Brunor. à Sole in locis comm. verbo donatio 23. Gama Lusitania decis. 199. in princ. & decis. 339. num. 2. Molina de iust. tract. 2. disput.202. vers. his ita constitutis, & disput.280. vers. verùm autem Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. tom.2. lib. 13. tit. 29. num. 3. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q.25. num. 109. Pereg. de iure fisci lib. 5. tit.1. num.49. Card. Thusc. d. lit.B, conclus.101. n.16. & latè tom.4. lit.I, conclus.494. per totam, Seraph. decis. 584. num.4. Valasc. de partit. cap.13. n.94. cum seqq. Cald. Pereira de empt. cap. 10. num. 19. cum seqq. Sanchez. in præcepta decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 14. num. 2.*

5 BONORVM mobilium appellatione veniunt ea quæ sui natura de loco ad locum moueri possunt, & loco circunscribuntur, de quo vide *Oldrad. cons. 219. Factum tale est, latè Rebuff. ad l. mouentium, ff. de verb. sign. Card. Tusch. d. tom.1. lit.B, concl. 103. per totam.* Bonorum verò immobilium appellatione quid veniat dicam infrà. Appellat.

6 BONORVM appellatione non venit hæreditas, vel successio, maximè quando ad præsentia bona restringitur dispositio, vel conuentio inter viuos, *Oldrad. cons.139. Ad habendam, in princip. vers. præterea,* quem refert *Card. Tusch. d. conclus.101. num.1. & num.27.* limitat in vltima voluntate, vt si sit dictum tali bona mea relinquo, quia importarent institutionem hæredis, *Cranet. cons.11. n.7.*

7 BONORVM appellatione veniunt ea, in quibus quis habet tantùm vtile dominium, *l. in venditione,* vbi *Bart. ff. de bonis auctoritate Iudicis possiden.* & ideò
8 non comprehenditur Iuspatronatus appellatione bonorum meorum nisi veniret cum vniuersitate bonorum, ex *Rebuff. ad l. bonorum appellatio [illegible] ff. de verbor. significat. pag.664.*

9 BONORVM appellatione venit pecunia, *l. cùm tabernam, §. fin.* vbi *Bart. ff. de pignor.* Rota in Beneuentana census, 18. Martij 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, impressa per *Farin. decis. 468. n.1. p.1. recent.*

10 BONORVM appellatione etiam cum signo vniuersali non continentur fructus, ideò hæres grauatus restituere omnia bona testatoris quomodocumque & qualitercumque prouenientia, non restituit fructus perceptos, ita *Angel. consil. 331. Cardin. Tusch. tom. 4. lit.F, concl.484. num.47. Contra Menoch. cons. 1134. num.19. Paris. cons.94. n.15. vol.2. Flamin. Paris. de resident. benefic. q.31. n.11.*

BONORVM aduentitiorum appellatione continentur omnia, quæ non procedunt à successione patris, ita *Ferrer. in constitutiones Cathaloniæ, glos. 2. num.166.* 11

BONORVM appellatione in generali sermone non venit feudum, *cap. licèt vasallus, §. in generali,* vbi *Doct. si de feudo defuncti cõtrouersia sit inter Dominum, & agnatum, Tiraq. in d. l. si vnquam, verbo bona, num.15. Cardos. in praxi Iudicum, verbo bona, n.3. Anchar. cons.308. num.4. Hyppolit. Rim. cons.5. n.158. Cardin. Tusch. d. concl.101. num.5. Surd. cons.338. n.8. & cons.427. n.9.* At verò bonorum patrimonialium nomine veniunt feuda hæreditaria, *Menoch. cons. 1115. n.10.* 12 13

BONORVM appellatione veniunt bona emphyteutica, *l. bonorum appellatione, la secunda, ff. de verb. sign. Matth. Brun. cons.100. num.6. & 7. Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos.3. & in d. l. si vnquam, verbo bona, num.14. Surd. decis.11. num.2. & decis.93. n.3. & cons.338. num.7.* vbi intelligit quoad vtile dominium, *Stephan. Gratian. Marchiæ decis.56. n.5. Cald. Pereira de potest. eligend. cap. 4. num. 1. & de resolut. emphyt. cap.5. num.67. & cap.16. num.65. Cardos. in praxi Iudicum, verbo bona, num.2. & verbo. emphyteusis, num.16. Benedict. Ægid. in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iure p.1. cap.9. num.17.* In generali enim obligatione bonorum venit emphyteusis, *Surd. decis. 160. num.1. & cons.446. num.6. Cardos. d. verbo bona, n.6. remissiuè, Bernard. Graua. ad practic. Cam. Imperialis, lib.2. concl. 25. considerat. 1. in coronidæ, n.2.* 14

BONORVM suorum appellatione solùm veniunt præsentia, & non posteà quæsita, *l. vlt. ibi cùm sit sustum, &c. C. quæ res pignori, l. omnes. 17. §. Lucius, ff. quæ in fraudem creditorum, l. si ita, 8. ff. de auro, & argento legato,* vbi si testator leget vestes, vel res suas certi generis, solùm debentur illæ, quæ erant propriè testatoris tempore testamenti, non verò illæ, quæ postea acquiruntur, de cuius textus materia vide *Conar. practic. cap.2. n.2. & 5. Anton. Gom. tom.1. variar. cap.12. n.49. cum seqq.* 15

BONORVM appellatione venit vsusfructus, quia etiam commoditas dicitur vsusfructus, licèt non sit formalis, ita *Baid. cons. 163. Statuto cauetur in princ. lib.1.* quem refert *Cardin. Tusch. pract. concl. tom.8. lit.V, concl.301. n.6.* 16

BONORVM appellatione continetur omne vltra æs alienum, quia bona non dicuntur nisi deducto ære alieno, *l. mulier bona, ff. de iure dotium, l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. sign. Rebuff. ad l. bonorum appell. 49. vers. sic infertur, pag. 260. & ad l. venisse 165. pag.566. ff. eodem titulo, Mexia in tract. tasse, concl. 2. num. 94. Surd. cons. 122. num.22. & num. 81. & cons.216. n. 12. Gutier. practic. lib. 3. q. 43. n.17. cum seqq. Cardos. in praxi Iudicum, verbo bona, n.4. Ferrer. in constitutiones Cathaloniæ, glos.3. n.91. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 10.* 17

Canon.

APPELL. XXXVI.

CANONIS appellatione venit omnis constitutio ecclesiastica, *Felin. in cap.1. in princip. de constit.* & etiam capituli constitutio ex larga significatione & in materia fauorabili, *Calder. cons. 16.* An canonis appellatione prout illum refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C, conclus. 23. num.4.* 1

Capi

Capitulum.

APPELL. XXXVII.

1 CAPITVLI appellatione, licèt de quadam largissima verbi significatione includitur, Prælatus saltem in fauorabilibus, vt videntur tenere *Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. q. 51. art. 8. & Ascan. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 1. disp. 17. quæs. 3. in fine*, tamen communiter non comprehenditur, vt cum glos. quæ optimè loquitur, verbo, *in eisdem, in Clem. 2. de ætate & qualitate*, resoluunt, *Natt. cons. 686. num. 10. lib. 4. Afflict. decis. 265. num. 20.*

2 CAPITVLI appellatione, soli Canonici non autem beneficiati continentur, *Abb. in cap. scriptum, num. 4. de elect. & in cap. dilecti, num. 1. de maioritate & obed.* Rota in Romana Concordiæ 3. Aprilis 1609. coram Card. Cauallerio impress. per *Farinac. decis. 183. n. 1. p. 1. recent.*

Cardinalis.

APPELL. XXXVIII.

1 CARDINALIVM appellatione non veniunt Cardinales Rauennates, Compostellani, Pisani, & similes, sed tantùm Illustrissimi S. R. E. Cardinales, *glos. verbo mundi, in cap. 1. 32. q. 2. Abb. in cap. à cædentes, num. 2. & ibi additio in verbo Cardinales, de præscript. Ioan. Vasæus in Chronicis Hispaniæ, cap. 21. vers. Compostellanus, Stephan. de Gaëta in repet. cap. ad Limina 30. quæst. 1. in procem. num. 13. Andr. Gammar. in extrauag. Iulij 11. de Simoniaca Papæ, elect. num. 70. & seq. Anastas. Germon. de sacrorum immun. lib. 3. cap. 16. num. 13. & seq. Anton. Scap. in responso de birreto rubeo dando S. R. E. Cardinalibus Regularibus, num. 3.*

Casamentum.

APPELL. XXXIX.

1 CASAMENTI appellatione bene venit apotheca vna, vel plures quæ sunt sub casamento sub eadem continentia, quia est nomen vniuersale continens plus quàm domus, & ideò sub ista vniuersitate venit apotheca, stabulum, officina, caupona, & omnia continentia sub eodem ædificio, ita *Castren. cons. 454.* De eo, *in princip. lib. 1.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, concl. 619. n. 43. pag. 823.*

SVMMARIVM.

1 *Casatæ, seu casalis appellatione ad fideicommissum veniunt, qui sunt de domo & agnatione.*
2 *Naturales non veniunt nec eorum filij Casatæ appellatione.*
3 *Naturales non dicuntur de agnatione.*
4 *Naturales & spurij non habent nobilitatem patrum, nec etiam matrum.*
5 *Spurius non venit appellatione filij.*
6 *Fœminæ veniunt Casatæ appellatione, nisi in contrarium extent coniecturæ.*

Appell. Iur. Aug. Barbos.

Casata.

APPELL. XL

CASATÆ, vel Casalis appellatione ad fi- 1
deicommissum veniunt, qui sunt de domo, & agnatione, ita *Bald. in cap. innotuit, num. 16. de elect. Franc. in cap. si pater, col. penult. vers. 29. de testam. lib. 6. Immol. in l. ex facto, § si quis rogatus, num. 19. vers. si autem statutam, ff. ad Treu. Paris. vers. 35. col. 1. & cons. 32. col. 2. lib. 3. Socin. Iun. cons. 94. num. 7. lib. 1. Laurent. de Palat. in tract. quòd stantibus masculis, num. 155. 160. & 199. Sim. de Pratt. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. dub. 1. solut. 11. n. 17. fol. 288. Fusar. de substitut. q. 360. n. 1.*

CASATÆ appellatione naturales non veniunt, 2
nec eorum filij, *Tiraq. in tract. de nobilitate, cap. 15. num. 12. Capra cons. 90. Ruin. cons. 161. num. 4. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 83.* vbi *num. 84.* intelligit maximè quando habita fuisset ratio nobilitatis, *Fusar. d. q. 360. num. 3.* Ratio autem illa est, 3
quia casata accipitur pro agnatione, & huiusmodi naturales non dicuntur de agnatione, *Remin. Iun. cons. 442. num. 3. & cons. 563. num. 31. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. num. 4. & 6. Cardin. Mantic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 20. Menoch. cons. 117. num. 52. Petra de fideicom. q. 11. num. 202. Peregr. d. art. 22. num. 83. vers.* sed contra plures re- 4
fert *Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 15. n. 36. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. num. 110.* tùm quia naturales, & spurij non habent nobilitatem patrum, nec etiam matrum, vt pòst alios scribunt *Tiraq. in tract. de nobilit. cap. 15. num. 10. Burs. cons. 52. num. 27. Menoch. cons. 117. n. 51. Duen. reg. 69. Tello l. 11. Tauri num. 2. Paleotus de not. & spuriis, cap. 27. num. 8. Peregr. d. art. 22. num. 84.* vbi in fine subdit rationem esse, quia censentur viles, & vilis conditionis. Et quòd spurij multò minùs veniant comprobat ipse *Peregr. d. art. 22. num. 83. in fine*, vbi dicit, quòd si spurius 5
non venit appellatione filij, quòd est nomen naturale, multò minùs venire debet appellatione casatæ. In Hispania verò naturales sunt de casata, domo, & agnatione patris ex particulari, & notoria consuetudine illarum partium eos admittente ad insignia nomen, & arma, honores, & nobilitatem patris, vt referunt *Azened. cons. 24. num. 27. & 29. Nicol. Garc. d. cap. 15. num. 49.* citati à Rot. in Pampilonen. capellaniæ 4. Martij 1622. coram bonæ mem. Remboldo.

CASATÆ appellatione veniunt fœminæ, nisi 6
in contrarium extent coniecturæ, vt tenent *Sim. de Pratt. cons. 165.* & plures, quos refert, & sequitur *Honded. cons. 56. num. 31. lib. 2. Fusar. d. q. 360. n. 9. quidquid dicat Sfort. Odd. cons. 46. num. 54.* quatenus tenet ex vsu loquendi referri ad agnationem masculinam.

SVMMARIVM.

1 *Castri appellatione continetur quod cinctum est mœnibus.*
2 *Castrum recognoscens in feudum non censetur recognoscere territorium.*
3 *Territorium venit castri appellatione.*
4 *Castra communiter habent territorium, & pertinentias de consuetudine, vel ex priuilegio, vel ex statuto.*
5 *Castri appellatione venit territorium cum*

iurisdictione cohærente ipsi castro tanquam accessorium.

6 *Incorporalia omnia, veluti iurisdictio, iuspatronatus, honor & districtus veniunt appellatione castri.*

7 *Iurisdictio alta & bassa venit appellatione castri, quatenus illam habeat.*

8 *Castro vendito vel concesso etiam iurisdictio censetur vendita.*

9 *Villæ vicinæ castro non veniunt appellatione castri.*

10 *Regalia in venditione non veniunt appellatione castri, nisi de eis expressa fiat mentio.*

Castrum.

APPELL. XLI.

1 CASTRI appellatione continetur quod in-
2 ctum est mœnibus, & ideò recognoscens castrum in feudum non censetur recognoscere territorium; *Oldrad. cons. 121. Ad primã, Menoch. cons 498. n. 34. & 35. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C, concl. 116. num. 1.* vbi *n. 7.* declarat procedere de iure, quò attento nihil castro deputatur, quòd sit accessio prout territorium, vel iurisdictio, sed deputatur ab hominibus, & eorum statutis, quod etiam aduertunt *Bald. cons. 245.* Villa, vel castrum, *lib. 3. Abbas, cons. 62. In controuersia, num. 8. lib. 2. Anchar. cons. 142. clarior, num. 2. Menoch. d. cons. 498. num. 34. & seq.*

3 CASTRI appellatione venit territorium quatenus habeat, & molendina, etiamsi non sit dictum cum pertinentiis, *Menoch. cons. 401. num. 58. & cons. 437. num. 15. Cravet. cons. 701. num. 45. & seq. Cardin. Tusch. d. lit. C, concl. 116. num. 3. vide infrà sub verbo*
4 *Pertinentiæ appellat.* Hodie autem castra communiter habent territorium, & pertinentias de consuetudine, vel ex priuilegio, vel ex statuto, *Abb. d. cons. 62. num. 14. col. 7. vers. Item lib. 2. Cardin. Tusch.*
5 *d. concl. 116. num. 34.* & quod Castri appellatione veniat territorium cum iurisdictione cohærente ipsi Castro tanquam accessorium, tradunt *Xuarez allegat. 7. num. 8. Petrus de Greg. de conces. feudi in 2. p. q. 2. num. 12. Ioan. Vincent. de Anna, allegat. 52. num. 1. Valasc. de Iure emphyt. q. vlt. num. 3. Capillan. de auctorit. Varon. pragmatica 8. in 1. p. num. 30. Tapia in l. fin. cap. 2. in 1. p. num. 6. ff. de constit. princ.*

6 CASTRI appellatione veniunt omnia incorporalia, & sic iurisdictio iuspatronatus, honor, & districtus, quia importat vniuersitatem, *Oldrad. cons. 252.* Ad quæstionem *num. 8. circa finem, vers. & Princeps, Castren. cons. 417.* Satisfaciendo, *num. 4. lib. 1.*
7 vbi quod castrum est quid vniuersale, & appellatione Castri venit iurisdictio alta, & bassa, quatenus Castrum habeat, *Cravet. d. cons. 701. n. 45. & 46. Covarr. practic. cap. 1. num. 10. conclus. 9. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. C, conclus. 116. n. 3. &* 8. vbi *n. 27. & 29. post Bald. cons. 327. Pridie à num. 10. lib. 1.* subdit,
8 quod vendito, vel concesso Castro etiam iurisdictio censetur vendita, & quæcumque infrà lapidem territorij continentur, dummodo iurisdictio competat ratione rei, hoc est territorij, & non cohæreat Castro ratione personæ.

9 CASTRI appellatione non veniunt villæ vicinæ Castro, etiamsi inuestitura fiat de Castro cum iuribus & pertinentiis, *Alex. cons. 43. De celerrima, lib. 1. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. C, conclus. 116. n. 12.* vbi *num. 13. post Anchar. cons. 142. num. 2. vers. ex hoc infertur*, declarat procedere quando Castrum non habet iurisdictionem, secus verò si habeat.

CASTRI appellatione in venditione non ve- 10
niunt Regalia, nisi de illis expressa fiat mentio, vel aliter ex verbis concessionis colligatur, ita *Roman. cons. 271. n. 1. Menoch. cons. 905. n. 35. & cons. 1007. n. 23. & 54.* Nec veniunt nomina debitorum, vt resoluit *Card. Tusch. d. lit. C, concl. 123. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Principis factum non speratum,*
2 *Incendium,*
3 *Pestis,*
4 *Caristia immodica,*
5 *Bellum, seu incursus hostium,*
} *Casuũ fortuitorũ appellatione veniunt.*

6 *Casus fortuitus dicitur is qui prouidentia humana præuideri non potest, licèt vt plurimum soleat contingere.*

7 *Casus fortuiti appellatione vbi quis illum suscipit, vel illi renunciat non veniunt insoliti.*

8 *Casus insolitus dicitur, qui venit præter omnem verisimilitudinem, & prudentis viri cogitationem, licèt fortè à prudentissimo cogitari poterat.*

Casus.

APPELL. XLII.

CASVVM fortuitorum appellatione venit fa- 1
ctum Principis non speratum, *Rot. Ianuen. decis. 56.* quam refert *Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1085. vers. tertio, Cabed. Lusitan. decis. 114. n. 5. p. 2.* Genitor meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib. 4. tit. 53. §. 3. num. 6.* vt in exemplo relato à *Menoch. cons. 608. num. 25.*

Item venit incendium, *Greg. l. 3. verbo fuego, tit. 2.* 2
p. 5. Menoch. de arbitrar. casu 390. n. 3. cum seqq. & de præsumpt. lib. 1. præs. 59. n. 3. & cons. 53. n. 1. Surd. de is. 198. n. 5. Mascard. de probat. concl. 467. n. 5. & concl. 892. n. 8. Valasc. de iure emphyt. q. 27. n. 41. & 42. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 495. n. 13.

Item Pestis venit fortuitorum casuum appella- 3
tione, vt per *Rip. in tract. de peste, tit. de priuileg temp. pestis, n. 60. & seq. Flamin. Paris. de resignation. benef. lib. 11. q. 13. num. 63. Menoch. cons. 835. n. 1.*

Item caristia immodica, vt decisum asserit *Caroc.* 4
decis. 29. prout eum refert *Aloys. Ricc. d. collect. 1085. vers. quarto.*

Item venit bellum, seu incursus hostium, *Corn.* 5
cons. 12. n. 4. vol. 1. Becor. cons. 130. n. 6. vol. 1. Curt. Iun. cons. 85. n. 3. quos refert, & sequitur, *Flamin. Paris. d. q. 13. n. 55.* quibus addo *Rot. Ianuen. decis. 101. Aloys. Ricc. d. collect. 1085. vers. quinto, Menoch. cons. 835. n. 1. Rebell. de obligat. Iustit. p. 2. lib. 14. q. 8. num. 16.*

Et demum casus ille dicitur fortuitus, qui prou- 6
identia humana præuideri non potest, *Menoch. cons. 353. n. 9. & 15.* licèt vt plurimum soleat contingere, *Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 293. n. 3. Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. à n. 3.*

CASVS fortuiti appellatione vbi quis illum 7
suscipit, vel ei renunciat, non veniunt insoliti, vt per *Gutier. de Iuram. confirm. p. 1. cap. 24. num. 6. Ceuall. communium contra communes, q. 702. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 495. num. 30. Castil. quot. d. lib. 3. cap. 3. num. 180. cum seqq. Cardin. Mantic. d. lib. 5. tit. 8. num. 3. & 18. Rebello de obligat. Iustitiæ, p. 2.*

lib. 14.

lib.14. q.8. num.18. Benedict. Ægid. ad l. ex hoc iure, ff. de Iustit. & iure, p.1. cap.9. num.51. Rot. decis.188. num.11. apud Farinac. collect.1. noviter nouiss. aliàs p.4. diuers.

8 Ratio autem differentiæ in eo consistit, quia casus fortuitus dicitur ille, qui vt plurimùm solet contingere, sed prouidentia humana præcaueri non potest, vt probant Doctores citati, *suprà n. 6.* Insolitus verò dicitur, qui venit præter omnem verisimilitudinem, & prudentis viri cogitationem, licèt fortè à prudentissimo cogitari poterat, secundùm *Corn. cons. 12. lib. 4. Bursat. cons. 16. num. 71. vol. 1. Franc. Becc. consil. 82. vol. 1. Gam. Lusit. decis. 349. num. 11. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 3. num. 32. Menoch. de arbitrar. casu 80. sub n. 7. Ceuall. d. q. 702. num. 1. in med. & num. 6. Cardin. Mantic. d. tit. 8. num. 6. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 195. num. 11. Oldau. Glorit. resp. 1. p. 3. n. 280. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitana in odiosis non venit appellatione Cathedralis.*

2 *Illegitimus dispensatus, vt possit etiam in Cathedrali habere beneficia, non poterit illa habere in Metropolitana.*

3 *Illegitimus si dispensatus esset à Papa ad Episcopatum, non censeretur dispensatus ad Archiepiscopatum.*

Cathedralis.

APPELL. XLIII.

1 CATHEDRALIS appellatione in materia odiosa non venit Metropolitana, vt tradit *Ioan. à Cochier in scholiis ad preces primarias Imper. super verbo, In singulis Cathedralibus etiam Metropolitanis, paulò post princip. pag. 39.*

2 Vnde illegitimus dispensatus, vt possit etiam in Cathedrali habere beneficia, non poterit illa habere in Metropolitana, secundùm *Ioan. Monach. & alios in cap. quamuis 1. in fine, de præbendis, lib. 6. Rebuff. in tract. de collation. §. 1. in princ.* quos refert *Ioan. à Cochier citato loco.*

3 Hinc etiam prouenit vt si illegitimus dispensatus esset à Papa ad Episcopatum, non censeretur dispensatus ad Archiepiscopatum, prout resoluunt *Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 9. num. 6. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 11. n. 29.* quos citat, & sequitur *Sanctarel. var. resolut. p. 1. q. 38. n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Causæ appellatione continetur tam antè litem, quàm post.*

2 *Causæ criminalis appellatione venit illa in qua agitur de delicto puniendo corporaliter ad vindictam publicam.*

3 *Causæ pecuniariæ appellatione venit causa ciuilis, non autem criminalis, quamuis pecuniaria.*

Causa.

APPELL. XLIV.

1 CAVSÆ appellatione continetur tam antè litem, quàm post, ita *Iaf. in l. causas, in fine, C. de transact.* quem refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. L, concl. 379. num. 6. & 12.* Contrà *Bald. cons. 150. Casus num. 2. vers.* & similiter, *lib. 2. Castren. cons. 303. n princip. lib. 2.* vbi infert ad statutum, quod causæ aduocatorum absentium sint suspensæ, quia non veniunt illæ, in quibus lis non est contestata.

2 CAVSÆ criminalis appellatione venit illa in qua agitur de delicto puniendo corporaliter ad vindictam publicam, ita *Clar. §. fin. q. 1. vers.* ex quorum omnium, *Marant. in pract. p. 4. dist. 1. in princip. & n. 17. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. C, concl. 1083. n. 1.* Vel quando agitur de pœna pecuniaria applicanda fisco, quæ proueniat ex delicto, *Anchar. cons. 73. Visis omnibus, in princip. Roman. cons. 152. Præsens accusatio, n. 2. Clar. d. q. 1. n. 2. Boër. decis. 349. n. 2. Bald. cons. 226. Quamquam, num. 3. Mascard. de probat. concl. 463. Card. Tusch. d. lit. C, conclus. 1084. n. 3.*

3 CAVSÆ pecuniariæ appellatione venit causa ciuilis, non autem criminalis, quamuis pecuniaria, *auth. vt Iudices sine quoque suffragio, in princip. l. si quando,* vbi *glos. verbo causis, C. de testib.* cum aliis citatis per *Lancel. Conrad. in pract. de officio Prætor. in causis ciuilibus, rub. de testib. num. 6. vers. cogendi quoque sunt testes, Menoch. de arbitrar. lib. 1. q. 88. num. 1. 5. & 6. Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia & crimin. præm. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Promissio sola venit appellatione cautionis.*

2 *Limita vbi contrarium disponeretur, & in cautione prolata à Prætore.*

3 *Cautionis idoneæ appellatione venit tantùm pignoratitia, vel fideiussoria.*

4 *Limita nisi subiecta materia repugnet.*

Cautio.

APPELL. XLV.

1 CAVTIONIS appellatione sola promissio intelligitur, seu obligatio sine fideiussore, *l. sancimus, C. de verb. signif. Felin. in cap. ad nostram, n. 5. de iureiur. Oldrad. cons. 68. Bald. cons. 410. in princip. lib. 3. Signorol. de Homod. cons. 114. num. 2. Dec. cons. 1. num. 4. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. C, concl. 167. num. 1. & tom. 7. lit. S, concl. 40. n. 8. Franc. Becc. cons. 1. num. 4.*

2 Limita vbi contrarium disponeretur, secundùm *Signorol. d. cons. 114. num. 2. vers. secundo, Cardin. Tusch. d. conclus. 167. num. 4.* Et in loco esset consuetudo quod cautio intelligeretur cum fideiussione, *Roman. cons. 163. Constitutio, col. fin vers. vlt. Cardin. Tusch. d. concl. 167. num. 13.* Item in cautione prolata à Prætore, quia intelligitur cum fideiussore, vel pignore, *Signorol. d. cons. 114. num. 2. Felin. in d. cap. ad nostram, num. 5. & 7. de iureiur. Card. Tusch. d. concl. 167. num. 9. & 14.* vbi *num. 15.* idem dicit de cautione Mutiana. Plures alios casus in quibus nuda obligatio sine fideiussore non sufficit, enumerat *Felin. in d. cap. ad nostra, num. 6. & 7.* videlicet si dictum fuerit, *quod causa cognita caueat,* vel si dicatur, *caueat, vel satisfaciet,* aut si dicat, *mediocriter caueat,* vel, *caueat vt potest,* refert *Card. Tusch. d. lit. S, concl. 40. n. 10.*

3 CAVTIONIS idoneæ appellatione venit tantùm pignoratitia, vel fideiussoria, & non sufficit nuda,

l. si mandato Titij, §. vlt. ff. mandati, l. sancimus, C. de verb. signif. glos. verbo idoneæ, in cap. quamquam, de censib. glos. eod. verbo in cap. transmissa, de restitut. spol. Oldrad. cons. 68. in princip. Signorol. d. cons. 114. num. 2. Bernard. reg. 75. Duen. reg. 86. Garc. reg. 191. Pinel. in l. 1. p. 2. num. 76. C. de bonis mat. Couar. lib. 3. var. cap. 3. num. 6. Menoch. de arbitrar. casu 142. num. 3. Gutier. in repet. l. nemo potest. num. 247. ff. de legat. 1. Franc. Becc. cons. 1. num. 4. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 334. num. 4. Ceuall. commun. contra commun. q. 66. Cardin. Tusch. d. lit. C, concl. 167. num. 6. & d. lit. S, concl. 40. num 7. & 10. Farinac. in praxi crimin. p. 1. q. 33. num. 43. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 147. num. 22. Sanch. de Matrimon. lib. 10. disp. 18. num. 35. cum seqq. Anton. de Sousa in relect. de censur. in Bulla Cœna Domini, cap. 23. dist. 98. n. 1.

4 Limita nisi subiecta materia repugnat, quia in ea in qua sola obligatio fieri debet verbum illud, quod *caueat idoneè*, vel *sufficiente*, intelligitur secundùm subiectam materiam, & sic cum obligatione sola, ita *Alex. cons. 35. n. 11. lib. 4.* quem refert *Card. Tusch. tom. 8. lit. V, concl. 95. n. 23.*

Censura.

APPELL. XLVI.

1 CENSVRÆ ecclesiasticæ appellatione continentur excommunicatio, suspensio, & interdictum, *cap. quarenti 20. de verbor. signif. Nauar. in man. cap. 27. num. 1. Paul. Tusch. de visit. lib. 1. cap. 31. num. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. n. 69. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 6. Suar. de cens. tom. 5. disp. 1. sect. 3. Auila in simili tract. p. 1. disp. 2. dub. 5. Bonacin. eod. tract. q. 1. punct. 1. num. 4.* non continetur tamen irregularitas, *Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 62. art. 12. Cened. ad Decretum collect. 52. n. 2. in med.*

SVMMARIVM.

1 *Potus continetur appellatione cibi.*
2 *Vestimenta non veniunt appellatione cibi, nisi consanguineo, vel seruo deberentur.*
3 *Stratum quando veniat appellatione cibi.*
4 *Cibi rusticorum appellatione quid veniat.*

Cibus.

APPELL. XLVII.

1 CIBI appellatione venit id quod edi solet, *l. quos nos §. fin. ff. de verbor. sign. Rebuff. ad l. 43. ff. eod. vers. secundo, non procedit, pag. 236.* & ideò comprehenduntur panis, carnes, & reliqua edulia pro qualitate & conditione personæ, *Menoch. lib. 4. præs. 157. num. 16.* Potus quoque continetur, *l. Diarius. ff. de alimentis, & Cibariis legat. l. in rebus. §. possunt, ff. commodati, glos. verbo cibaria in l. legatis alimentis, ff. de aliment. & cibariis legat. Archid. in cap. in quibus de consecrat. dist. 2. Oldrad. cons. 79. vers. An nomine cibi, Corduba de Lara in l. si quis ex liberis, §. non tantùm, num. 4. ff. de liberis agnosc. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C, concl. 224. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 5. num. 1. & 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 157. num. 17.*

2 CIBI appellatione non veniunt vestimenta, nisi consanguineo, vel seruo deberentur, *l. libertis 2. §. 1. & seq. ff. de aliment. & cibar. legat. glos. verbo victu, in cap. Episcopus 10. quæst. 2. Rebuff. ad l. 43. vers. tamen appellatione ciborum, ff. de verborum signif. pag. 236. &* *hoc modo,* venit etiam stratum, *l. & si, §. si cui forte, ff.* 3 *de auro & argento legato, Paul. de Cittadinis de iurepatron. p. 6. art. 4. num. 10. Lambert. eod. tract. 9. art. tertiæ quæstionis princip. 3. libri num. 3.*

CIBI rusticorum appellatione veniunt alia, 4 cepæ, fabæ, panis grossus, & similia, *glos. verbo Cibarij, in l. seruis vrbanis ff. de legat. 3. Paul. de Cittadinis, d. p. 6. artic. de commod. pecun. num. 14.* per contrarium cibi nobilium appellatione veniunt pulli, & huiusmodi delicati cibi, vt ex *glos. in d. verbo cibarij, notat Paul. de Cittadin. vbi proximè.*

SVMMARIVM.

1 *Ciuium appellatione veniunt illi de comitatu, de districtu, de territorio, & de pertinentiis.*
2 *Comitatenses veniunt appellatione ciuium in omni dispositione fauorabili & legato facto, secus in materia stricta, & odiosa, vt num. 3.*
4 *Officiales veniunt appellatione ciuium donec in ciuitate morantur.*
5 *Ciuium appellatione propriè & strictè videntur contineri tantùm originarij, non autem ciues ex priuilegio.*
6 *Capitulum Canonicorum venit ciuium appellatione.*
7 *Clerici in fauorabilibus veniunt ciuium appellatione.*

Ciues.

APPELL. XLVIII.

CIVIVM appellatione veniunt illi de comita- 1 tu, & de districtu, de territorio, & pertinentiis, vt per *Neuiz. in sua Sylua, lib. 4. num. 87. circa fin. Bart. cons. 196. Ciuitati Camerini, num. 5. vers. super quinto lib. 1.* vbi etiam, quod legatum factum ciuilibus Camerini continentis etiam comitatini, *Abb. cons. 52. in quæst. n. 6. vers. quoad secundum, lib. 2. Castren. cons. 307.* Videtur quod non *col. 2. vers. nullis enim, lib. 2.* vbi, quod omnia commoda, & priuilegia concessa ciuitati, & ciuibus competant etiam ciuibus comitatinis, *Surd. cons. 313. num. 30. & seq. 57. & 60.* intellige, vt per *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 217. num. 10. & seq. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. C, concl. 274. num. 4. cum seqq.* vbi *num. 25.* post *Abb. & Bart.* citatis locis subdit in omni dispositione fa- 2 uorabili, & legato facto appellatione ciuium, & ciuitatis venire comitatenses, vide *Surd. consil. 313. num. 30. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 217. à num. 9.*

CIVIVM appellatione in odiosis, seu materia 3 statutorum restricta non veniunt comitatenses incolæ, seu habitatores illius ciuitatis tantùm, *Burfat. cons. 55. num. 5. lib. 1. Surd. cons. 174. num. 14. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 96. num. 12.*

CIVIVM appellatione veniunt etiam officia- 4 les donec in ciuitate morantur, *Surd. cons. 106. num. 6.* & qui postea sunt creati, *idem Surd. cons. 313. num. 5.*

CIVIVM appellatione propriè, & strictè con- 5 tineri videntur tantummodo originarij, non autem ciues ex priuilegio, *glos. in l. ciues. C. de incolis, lib. 10. Brunor. à Sole in locis commun. verbo ciuis, num. 13. Castr. cons. 209. col. 2. in fine, vers. & si dicatur,* vbi quod

in

in odiosis,& onerosis appellatione Veneti, Perusini, & similium intelligitur de originariis, non autem de ciue creato, *Alex. cons.* 160. *Viso processu in princip. lib.* 5. vbi ait, quod verba statuti loquentia de ciue intelligi debent de vero, & naturali, non autem de eo qui ex priuilegio est ciuis, *Surd. cons.* 313.*in princip.& num.*5.6.& 17. *Roland. à Valle cons.* 79. *num.* 3. *lib.* 3. *Garc. Gironda de priuilegiorum. seu exemptionum explicat.num.*825. *Cardin. Tusch. d.concl.* 274.*num.*18.& 21. & *tom.*8.*lit.V,concl.*92.*num.*12. & 13. In priuilegio verò loquente de ciue includi ciuem ex priuilegio consuluit *Surd.cons.*437.*n.*1.

6 CIVIVM appellatione venit Capitulum Canonicorum, *Bart.in l.* 1. *vers. quæro etiam an Capitulum,ff.ad municip. Marc. Anton. Cuch. in instit. maior. lib.*2.*tit.de Canon.num.*27.*Bellet.disquisit. clerical. p.* 1. *tit.disciplina clericali,*§.2. *num.* 17. Et collegium *Rot. decis.*380.*num.*2.*apud Farin.p.*1.*recent.*

7 CIVIVM appellatione in fauorabilibus veniunt clerici, secus in odiosis, *Abb.in cap.*1.*num.*1. *de vita,& honest.cleric.& in cap.*1. *num.* 2. *de prabend. Felin.in cap.Rodulphus,num.*17.& 18.*de rescript.Deci. in cap.Ecclesia S.Maria,num.* 36. *cum seqq. de constitut. Oldrad.cons.*32.*Barbat. cons.* 1. *num.* 65. *vol.* 3. *Bald. cons.*241.*vol.*3. *Alex.cons.*41.*vol.*7.*Natt.cons.*157.*num.* 8.*vol.*1.*Ossech.decis.*180.*num.*8. *Marc.decis.*456. *num.* 9.*Surd.cons.*301.*num.*7. *Mastril.decis.*48.*num.*3. & 3. *Bellet.disquisit.clerical.p.*1. *tit. de disciplina clericali,* §. 2.*num.*12.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitatis appellatione aliquando venit id solùm, quod muris est cinctum.*

2 *Suburbia in materia fauorabili & largè interpretanda, & in interdicto veniunt appellatione Ciuitatis.*

3 *Territorium an & quando veniat appellatione ciuitatis, ostenditur.*

4 *Comitatus venit appellatione ciuitatis in fauorabilibus.*

5 *Ciuitatis appellatione venit pars adiecta ciuitati ex ampliatione.*

6 *Ciuitatis appell. propriè venit etiam illa,cuius Episcopus ex causa priuatus fuit.*

7 *Ciuitatis appellatione an & quando contineatur diœcesis.*

8 *Ciuitatis appellatione venit portus adiacens.*

Ciuitas.

APPELL. XLIX.

CIVITATIS appellatione licèt de rigore Iu-
1 riis veniat id solùm, quod muris est cinctum, *Oldrad.cons.*121. Ad primam quæstionem, *Menoch. cons.*498.*num.*34.*& seq. Azeued ad Cur. Pisanam lib.* 2.*cap.*5.*à num.*3. *Cardin. Tusch. d. tom.* 1. *lit. C, concl.* 280. *num.* 7. & quod murorum nouarum ambitu continetur, vt censuit *Rot.* coram R^mo D.Coccino *decis.*129.*num.*1.& 3.præcipuè in materia,quæ conueniret vrbi, & non suburbiis, vt *in l.*2.§.*si quis nemine,& l.vlt.ff.ne quid in loco publico*, vbi si quis nemine prohibente in publico loco ædificauerit, non esse cum cogendum tollere ne ruinis vrbs deformetur,intelligitur tantùm de eo quod intra muros est,vt refert *Rebuff.ad l.* 2.*ff. de verb. signif. vers. nono pag.*18. quia ciuitas propriè loquendo dicitur,quæ muris cingitur, *l.*2. *ff.de verb.signific.l.*6.*tit.*33.*part.*7. *Menoch.de præs.lib.*4.*præs.*126.*num.*3.*Garc. Gironda de priuileg. seu exemptionum explicat. num.* 55. tamen in materia fauorabili, & largè interpretanda veniunt suburbia, *Cranet.cons.*297.*num.*1.*Abb.cons.*52.*num.*6. *lib.* 2. vbi ait, quod natus in continentibus & suburbiis dicitur natus in ciuitate, *Cardin. Tusch. d. concl.*280.*num.*6.*Stephan Gratian. discept.forens.tom.*5. *cap.*893.*num.* 35. vbi quod in materia indifferenti, & non odiosa appellatione ciuitatis venit ciuitas cum territorio, idem prius dixerat,*tom.* 2. *cap.* 217. *num.*6.vbi *num.*3.post *Alber.de statut.quæst.* 177. *p.* 2. ait quod castra, & villæ veniunt appellatione ciuitatis, maximè in beneficiis in quibus verba latissimè interpretantur, *Vincent.de Franch.decis.* 129. vbi quod delictum factum in casalibus quoad pœnam infligendam censetur perpetratum etiam in ciuitate, *Aloys.Ricc.in collect.decis.p.*4.*collect.*1387. *vers.nota tamen, Rebuff.ad l.*2.*vers.quinto, ff. de verborum signif. pag.*18. vbi dicit, per *cap.si ciuitas,de sent.excom. lib.*6. quod interdicta ciuitate, & suburbia interdicta censentur, & alia similia adducit, *Menoch. de præsumpt.lib.*4.*præs.*126.*num.*7.*cum seqq.* vbi quod legatis bonis existentibus in ciuitate præsumuntur eriam relicta, quæ sunt in suburbiis,quando relicta sunt sanguine coniunctis, & sic in legatis, quæ admittunt largam interpretationem, & idem quando testator non habebat bona in ciuitate,sed in suburbiis. Vnde iurisdictionem ciuitati concessam extendi ad suburbia, per *l.*1.§.*cum vrbe,ff. de offic. Præfecti vrbis,tradit Garc.Gironda loco citato, nu.* 54. Hinc fit vt interdicta ciuitate intelligantur etiam inter- 2
dicta suburbia, & ædificia continentia, vt probat *text.in cap.si ciuitas,de sent.excom. lib.* 6. vbi assignat rationem, quia villipenderetur interdictum si interdicta ciuitate in suburbiis licitum esset audire diuina,cuius argumento ita tradunt *Soar. de censur. to.*5.*disp.*32.*sect.*2.*n.*20.*cum seqq.Ægid.de Coninck. de Sacrament.& censur.disp.*17. *dub.* 1.*n.* 18. *Bonacin.de censuris,disp.*5.*puncto* 1.*num.*20. & ideò Iudicis arbitrio relinqui quæ sint suburbia contigua, & ædificia continentia, itaut si in illis permittantur Diuina interdictum contemni videatur, notat *glos. verbo continentibus, & Doct. in d.cap si ciuitas, Calderin. de interdicto p.*1.*num.*23.*Couar.in cap.alma mater, p.* 2.§. 1.*num.*8.*vers.septimo,Henriq.in sum.lib.*13.*cap.*42.§.4. *Vgolin.de censur.tab.*5.*cap.*21. §. 1. *cum seqq. Menoch. de arbitr.casu* 115.*à princip.& omnino num.*12.

CIVITATIS appellatione licèt secundùm na- 3
turam propriam,& significationem non veniat territorium ex adductis,per *glos. in cap. ego Ludouicus* 63.*dist.Garc.Gironda d.tract.num.*937.*Bald. cons.*357. *Nota pro duce in princip.lib.*5. quem citat *Card.Tusch. d.concluf.*280.*num.*11. tamen in dubio vbi non constat de mente, quia in vniuersalibus fit larga interpretatio, appellatione ciuitatis venit territorium, maximè fauore dotis,idem *Bald. d. cons.*357. *num.*1. *vers.si verò est dubium,Card.Tusc.d.concl.*280.*n.*9.& 10.

CIVITATIS appellatione venit comitatus 4
in fauorabilibus etiam in materia indifferenti, *Roman.cons.*454.*In re præsenti,col.*2.*num.*6.*Neuiz. in sua Sylua nupt.lib.*4.*num.*8.*Abb.cons.*43.*num.*3.*lib.* 2. *Stephan.Gratian.Marchiæ decis.* 154. *num.* 4. & quando agitur de regimine ciuitatis,& si de populo, Comitatus est de ciuitate, *Abb.cons.*52.*In quæstione, col.* 2. *vers. quoad secundum*, vbi dicit, quod commisso regimine ciuitatis venit etiam comitatus, refert *Card.Tusch.d.lit.C.concl.*280.*num.*5.

CIVITATIS appellatione venit pars adiecta 5
ciuitati ex ampliatione facta, *Abb. d.cons.*62.*col.*8.*in*

princip.num.15.verſ.ad idem Card.Tuſch.d.lit.C, concl. 280.num.14.

6 CIVITATIS appellatione propriè venit etiam illa cuius Epiſcopus ex cauſa priuatus, vel quæ Epiſcopatum antiquitus habuit, *Bart.in extrauag.qui ſint rebelles, in verb.Lombardiæ, num. 5. & 6. Anton. Biag.in ſuo tract.de tutore quæſt.9.num.5. Card. Tuſch.d.lit.C,concl.280.num.15.*

7 CIVITATIS appellatione non continetur diœceſis in actibus potiſſimum odioſis reſtringendis, de quo an verum ſit, & quando? vide *Oleradum conſ.121.num.8.Bellam.deciſ.141. Aloyſ. Ricc.collect.1387. Archid.in cap.Nullus 61.diſt.Philip.Francus in cap. ſi ciuitas, num.4.de ſentent.excommun. Sbroz.de Vicario Epiſcopi lib.1.quæſt.29.num. 13. Franc. Marc. deciſ.365.num.33.* Ciuitas enim & diœceſis ſunt differentes, *Rot.coram Rmo D.Coccino deciſ. 129. num.2.* inter eius impreſſas in beneficialibus vero appellatione ciuitatis tantùm, venit ciuitas, & diœceſis, & verbũ clericus Bracharen. aptum eſt capere vtrumque ſecundùm *Ferretum,conſ.222.num. 5.* & ex *Bart. in l.2.col.fin.ff.de verb.ſignific.* notat *Nicol. Garci.de beneficiis,p.7.cap.9.num.27.*

8 CIVITATIS appellatione venit portus, adiacens, vt probat *tex.in cap.*vbi *periculum, §. porrò,de elect.lib.6.* vbi ſi Papa moriatur in mari, vel in portu, debet fieri electio in illa ciuitate, cuius eſt portus, *Felin.in cap.Rodulphus col.4.verſ.ſecunda concluſio, de reſcript.* Et delictum commiſſum in portu debet puniri per eum, qui habet iuriſdictionem in illa ciuitate, cui adhæret portus, vel eſt proximus, vt notant *Bart. & alij in l.inſulæ. ff. de iudic.* Sic etiam contractus factus in portu cenſetur factus in ciuitate, & debet fieri ſecundùm conſuetudinem illius ciuitatis, cui adhæret portus, ita *Rebuff.ad l.59.paulò pòſt princip. verſ. & iſta ſunt vtilia, cum ſeqq. ff. de verb. ſignif. pag.* 303. Intellige in fauorabilibus, ſecus verò in odioſis iuxta *gloſ.ſingularem,in d.cap.vbi periculum,§.porrò,* vbi Dominic.dicit quod relegatus à ciuitate non eſt relegatus à portu ciuitatis, quem referunt & ſequuntur *Barbat. in d. cap. Rodulphus, num.37.& Rebuff.ad l.2.ff.de verbor.ſignif. verſ.octauo, pag.18.*

SVMMARIVM.

1 *Agnati veniunt appellatione cippi in legatis & fideicommiſſis.*

2 *Cippus eſt nomen vulgare Tuſcorum, & importat idem quod ſtirps.*

3 *Cippi appellatione continentur tantùm illi, qui ſunt fundamentum, & ſtabilimentum domus.*

4 *Vocati ſemper dicuntur qui ſunt de cippo teſtatoris non hæredis.*

5 *Fœminæ non veniunt appellatione cippi, quæ cippum & agnationem conſeruare non poſſunt.*

6 *Intellige quando apparet teſtatorem voluiſſe conſeruare bona in agnatione.*

Cippus.

APPELL. L.

1 CIPPI appellatione in legatis, & fideicommiſſis veniunt agnati, qui pro eorum proximitate iuxta ordinem graduum admitti debent, *Iaſon.conſ.215.lib.4.Socin.Sen.conſ.49.num.1.lib. 1. & conſ.51.num.21.lib.4.Curt. Iun. conſ. 172. Sfort. Odd. conſ.67.num.46.Cardin.Mant.de coniect. vltim. volunt. lib.8.tit.12. num. 16. Sim. de Prett. de interpret.vltim. volunt.fol.289.num.19.& conſ.203. num. 4. & 5.Theb. Non.conſ.79.num.29.& 32. Steph. Gratian. diſcept. forenſ.tom.3.cap.491.num.3.Honded.conſ. 75. num. 7. & 8.lib.1.Menoch.de præſum.lib.4 præſumpt. 88. num.17. Peregri.de fideicom.art.22.num.29. & 64. in fine Intrigli de ſubſtit.Centuria 3.quæſt.83.num.18. Fuſar. in ſimil. tract.quæſt.348.num.1.* Cippus autem eſt nomen 2
vulgare Fuſcorum & importat idem quod Stirps, vt obſeruant *Pariſ.conſ.47.num.52.lib. 3. Cardin. Tuſch. practic.concl.tom.2.lit. D,concl.220. n.8.*

Sed verum eſt quod non continentur omnes 3
qui ſunt ex ea familia, & qui eadem inſignia ferunt, ſed illi tantùm, qui ſunt fundamentum & ſtabilimentum domus, vt notant *Corne.conſ.26.num. 5.& conſ.41.num.9.lib. 4. Prettis d. fol. 289. num.19. Menoch.d.præſumpt.88.in fine, Intrigli.d.quæſt.83.num. 18.Fuſar. d. quæſt. 348. num. 2.* Et ſemper dicuntur 4
vocati qui ſunt de cippo teſtatoris non hæredis, *Peregr.de fideicom. art. 32. num. 83. ad med. Fuſar. d. quæſt. 348. num. 3.* vbi *num. 4.* ſubdit quod quando ſunt plures Collonelli de eadem familia, intelligitur de familia, & colonello ipſius teſtatoris.

CIPPI appellatione non veniunt fœminæ, 5
quæ cippum, & agnationem conſeruare non poſſunt, *l. pronunciatio in fine,ff.de verb.ſignif. Corne. conſ. 55.num.86.lib.1.& conſ.26.num.4.& 5. & conſ.41.num. 9.& conſ.273.num.5.lib.4.Socin. Sen.in l.cùm auus, num. 58.ff.de condit.& demonſt. Socin.Iun.conſ.1. num.62.lib. 1.& conſ.168.num.56.lib.2.Curt.Iun.conſ.172. num.3. Grat.conſ.67.num.10.& ſeq.lib.2. Pariſ. conſ. 53. num. 29.31.& 36.lib.3.Gozadin.conſ.45.num.10.& conſ.79. num.6.cum ſeqq. Non.conſ.34.num.1. & conſ.76.num. 29.& num.31. Duran.de arte teſtandi,tit.de ſubſtit.caut. 22.num.2. Brun.ad ſtat. quod ſtantibus maſculis, art. 2. num.267. Poit.Imol.conſ.13.num.31. Burſat. conſ. 228. num.45.lib.3. Marzar.in epitome de fideicom. quæſt.43. Cephal.conſ.511.num.26.Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.8.tit.12.num. 16.* vbi ait maximè procedere ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, *Menoch.conſ.649.num.13.& de præſumpt.lib.4.præſ. 88. in fine, Frett.de interpret.vltim.volunt.fol.289.num. 19. & fol.293.num.69.& conſ.203.num.2. & ſeqq. lib. 1. Ruſtic.conſ.1.num.19. poſito pòſt tract.de liberis in conditione poſitis, Sfort.Odd.conſ.46.num.54. Laurent.de Palat. in tract.quod ſtantibus maſculis, num. 201.& 202.* latè *Honded.conſ.75.per totum lib.1.& conſ.65. in fine.lib.2. Pereg.de fideicom.art.22.num. 29. Caroc.deciſ. 41. num. 12. Intrig. de ſubſtitut.cent.3.quæſt.79.num.13.& quæſt. 83.num.20. Roland.conſ.56.num.26.lib.3. Fuſar.d.quæſt. 348.num.6. Stephan.Gratian.d.tom.3.cap.491. num. 4.* Intellige procedere quando apparet teſtatorem vo- 6
luiſſe conſeruare bona in agnatione, nam tunc fœmina non venit, ſecus ſi non extet aliqua coniectura conſeruandi bona in agnatione, vt cenſuit *Rot. apud Mantic.* inter eius deciſiones impreſſas, *deciſ. 351.* Domini cenſuerunt *num. 3.* cui quidem dum voluit fœminas venire cippi appellatione ſi ratio agnationes habita non fuit, aſſentiendum non eſſe putat *Fuſar.vbi ſuprà,num.12.* ex eo quia ſolùm verbum cippi excludit fœminam, vt probant præcitati Doctores, & poſt *Corn. & Duran. ſentit Honded.d.conſ.75.num. 28. lib. 1.* Sed quod appellatione cippi non veniant fœminæ quando teſtator habuit reſpectum conſeruandi agnationem, ex multis S. Rotæ deciſionibus probat *Stephan. Gratian. d. cap. 491.num.5.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Clericorum appellatione ex lata significatione non solùm veniunt clerici primæ Tonsuræ, sed generaliter omnes, qui in Ecclesia Dei deseruiunt.*

2 *Clerici seculares & Regulares in materia indifferenti, & lata significatione comprehenduntur appellatione clericorum.*

3 *Canonici in fauorabilibus veniunt appellatione clericorum, secus in odiosis, & materia stricta.*

4 *Episcopus clericorum appellatione continetur in fauorabilibus.*

5 *In Episcopis est qualitas suprà omnes, quæ non reperitur in simplicibus clericis.*

6 *Cardinales in materia fauorabili veniunt clericorum appellatione.*

7 *Monachi, & quicunque Regulares sub regula viuentes non comprehenduntur clericorum appellatione in materia stricta, & odiosa.*

8 *Clero interdicto non comprehenduntur Regulares, siue mares, siue fœminæ.*

9 *Clericorum diœcesis appellatione non veniunt clerici exempti.*

Clerici.

APPELL. LI.

1 CLERICORVM appellatione in lata significatione non solùm veniunt clerici primæ Tonsuræ, *cap. cleros 21. dist. cap. cùm contingat*, & ibi *Host. num. 6. de ætate, Corset. sing. 12. circa fin. Roland. cons. 16. vol. 4. Cravet. cons. 616. num. 14. vol. 4.* & in minoribus, ac maioribus ordinibus constituti, *d. cap. cleros, cap. clericum 72. dist. cap. de persona, in fine 11. quæst. 1. Roland. d. cons. 16. num. 10. cum seqq.* Sed generaliter omnes, qui in Ecclesiam Dei deseruiunt, quorum gradus & nomina sunt Ostiarius, Lector, Exorcista, Acolytus, Subdiaconus, Diaconus, & Presbyter, *d. cap. cleros d. cap. persona, cap. duo sunt*, 12. *quæst. 1. Bellet. de exquisit clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 1. 2. & 3.* In stricta verò interpretatione, appellatione clericorum non comprehenduntur clerici in dignitate Ecclesiastica constituti, vt Abbates, Archidiaconi, & huiusmodi, *Dec. in cap. cùm non liceat, num. 18. de præbend. Bero. cons. 153. num. 61. vol. 1. Bellet. d. §. 2. num. 35. Sanctarel. vari. resolut. p. 1. quæst. 38. num. 10. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 292. num. 2.*

2 CLERICORVM appellatione in materia indifferenti, & lata significatione, comprehenduntur clerici sæculares, & Regulares, *Castren. cons. 337.* In hac subsstitutione *lib. 1. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C, concl. 377. num. 2. & 3. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. fin. casu 50. vers. secundo*, vbi ait appellatione clericorum venire Canonicos Regulares.

3 CLERICORVM appellatione veniunt Canonici in fauorabilibus, *cap. cum tibi*, & ibi *Abb. nu. 1. & 3. de verb. signific. cap. per exemptionem de priuileg. lib. 6. Felin. in cap. non dubium, num. 1. de sent. excomm. Bero. cons. 3. num. 29. & 30. vol. 1. Bursat. cons. 287. num. 6. vol. 3. Put. decis. 92. num. 2. lib. 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 11. quæst. 15. Bellet. d. §. 2. num. 4. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 292. num. 1.* Secus verò in odiosis, & materia stricta, *cap. sedes*, cùm ibi notat *de rescript. Bero. cons. 3. num. 29. 33. & 37. vol. 1. Natta cons. 139. num. 6. circa med. Aloys. Ricc. vbi suprà, Bellet. d. §. 2. num. 28. vbi num. 44.* ibi intelligit dummodò non resultaret absurdum.

CLERICORVM appellatione in fauorabilibus continetur Episcopus, *Abb. in d. cap. cùm tibi, num. 4. & in rubr. de vita, & honest. cleric. num. 8. & 9. Matth. Brun. cons. 97. num. 9. Bero. cons. 3. num. 32. 34. & 37. vol. 1. Bellet. d. §. 2. num. 5. & 6.* Secus verò in stricta interpretatione, & in odiosis, *d. cap. sedes*, & ibi *Butr. num. 3. & 9. & Immola num. 2. de rescript. cap. Inquisitores*, & ibi *glos. penult. de hæreticis, lib. 6. cap. si compromissarius, §. huiusmodi, de electione, eod. lib. cap. 2. de offic. delegati eod. lib. Abb. in d. rubr. de vita, & honest. cleric. num. 9. Ruin. cons. 143. num. 18. vers.* & per illum *vol. 2. Simonet. de reseruat. quæst. 11. per totam Mandos. reg. 20. Cancel. de idiomate, quæst. 20. num. 7. Selua de benefic. p. 1. quæst. 3. num. 24. Sanctarel. vari. quæst. 38. num. 11. Bellet. d. §. 2. num. 36.* Ratio est, quia in Episcopis est qualitas suprà alios, quæ non reperitur in simplicibus clericis, *Abb. in d. rubr. de vita, & honest. cleric. num. 11. Syluest. in sum. verbo clericus, 1. num. 1. Selua de benefic. p. 1. quæst. 3. n. 24.*

CLERICORVM appellatione in materia fauorabili veniunt Cardinales, *cap. 2. de clericis non residen. Calder. in cap. in nostra, de rescript. Tros. de vero, & perfecto clerico, cap. 7. num. 3. Bellet. d. §. 2. num. 8.* Secus verò odiosa, *Iason cons. 117. vol. 4. Ruin. cons. 4. num. 6. vol. 5. Cephal. cons. 1. num. 40. 42. 52 54. cum seqq. vol. 1. Bellet. d. §. 2. num. 40. Sanctarel. vari. resolut. p. 1. quæst. 38. num. 13.*

CLERICORVM appellatione in materia stricta, & odiosa Monachi, & quicumque Regulares sub regula viuentes non comprehenduntur, *Abb. in cap. 1. num. 7. ne clerici, vel Monachi, & in cap. 1. num. 3. de Instit. & in cap. 1. num. 9. de iuramento calumniæ, Roman. cons. 259. & 418. Bellet. d. §. 2. num. 26.* At in materia fauorabili venit quilibet Religiosus appellatione clericorum, *Felin. in cap. non dubium, num. 1. de sentent. excom. Syluest. in sum. verbo clericus, §. 1. num. 1. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 63. sub vers. primo, Duenh. reg. 99. ampl. 3. & reg. 100. ampl. 5.* Vnde euenit vt interdicto clero non censeantur interdicti Religiosi, quia sumus in odiosis, & ita resoluunt, *Henriq. in sum. lib. 13. cap. 42. §. 3. iuncta lit. E, Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 20. num. 6. Vgolin. de censur. tab. 5. cap. 20. §. 5. num. 3. Sayr. in simili tract. lib. 5. cap. 4. num. 29. Auila eod. tract. p. 5. disp. 1. dub. 4. concl. 7. Bonacin. eod. tract. disp. 5. puncto 1. num. 11. Viuald. in candel. aureo, vbi de interdicto, num. 159. Contra Calderin. de interdicto, p. 1. num. 28. Nau. in man. cap. 27. num. 167. Cou. in cap. alma mater, p. 2. §. 1. num. 8. vers. quinto, Soar. de censur. tom. 5. disput. 32. Sect. 2. num. 13. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 108. art. 3. in princip.*

CLERICORVM diœcesis appellatione non veniunt clerici exempti, *cap. graue, de offic. ordinarij, cap. ex parte, de priuileg. Clem. si beneficio de præbend. Nicomt. allegat. 1. p. 2. num. 26. Erasm. à Cochier. de iurisd. ordinarij in exemptos. lib. 1. quæst. 5. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Cognatorum appellatione generaliter veniunt qui coniunguntur per masculos, specialiter verò qui per fœminas.*

2 Fœminæ

2 *Fœminæ veniunt appellatione cognatorum.*
3 *Naturales veniunt appellatione cognatorum in defectum legitimorum.*

Cognati.

APPELL. LII.

1 COGNATORVM appellatione quando vocantur ad fideicommissum, generaliter veniunt qui coniunguntur per masculos, specialiter verò, qui per fœminas, *l. inter agnatos. ff. vnde legitimi, l. 1. ff. vnde cognati, l. non facilè, §. cognationis. ff. de gradibus affinitatis, Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 11. Laurent. de Palat. in tract. quod stant. masc. num. 215. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 39. Fusar. de substitut. quæst. 368. num. 1.* vbi *num. 2.* declarat non procedere quando vocati sunt illi de familia cognationis, & de domo, quia solùm agnati dicerentur vocati.

2 COGNATORVM appellatione veniunt etiam fœminæ, *Tiraq. d. glos. 9. num. 203. Rebuff. in l. 1. vers. decimo tertio, ff. de verb. significat. pag. 8. Anchar. Regien. lib. 3. quæst. 6. num. 21. Peregr. d. art. 22. num. 39. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. num. 31. Fusar. d. quæst. 368. num. 3.*

3 COGNATORVM appellatione naturales pariter veniunt in effectum legitimarum, *Peregr. d. art. 22. num. 85. & num. 89. in fine, Fusar. d. quæst. 368. num. 4.*

Cohærentiæ.

APPELL. LIII.

1 COHÆRENTIVM appellatione secundùm *Angel. in l. qui tabulas, ff. de furtis*, veniunt omnia, quæ rebus principaliter venditis adhærent, siue cohærent corpori, siue iuribus in corporalibus, vnde ædificium solo cohærere dicitur, non aceruus in eo existens, *l. quia aceruus. ff. quod vi aut clam.* Sic etiam seruitus videtur de cohærentiis rei, vt per *Alexand.* qui dicit, quod adhærent rebus immobilibus *in cons. 211. num. 5. vol. 6.* subdens ita de huiusmodi adhærentiis iudicandum esse sicut de principali, & venire eius appellatione, sequuntur *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 5. num. 2. Bertazol. de clauf. instrument. clauf. 26. glos. 3. à princ.*

Collatio.

APPELL. LIV.

1 COLLATIONIS appellatione continetur præsentatio, electio, confirmatio, institutio, & omnis modus, per quem quis prouidetur de beneficio, *Clem. vnica, iuncta glos. verbo, conferantur, in fine, de rerum permutatione, Rebuff. super concordata, §. statuimus, il 2. in vlt. glos. sub rubr. de collat. Mandos. in reg. 32. Cancel. quæst. 4. num. 2. Veral. decis. 36. num. 15. p. 3. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 16. num. 9.* Non obstat *text. in cap. cùm in illis 16. §. cùm autem de præbend. lib. 6.* dum probat, quod collationis appellatione non venit institutio, nec confirmatio, quia procedit quando hoc verbum collatio profertur in rescriptis, quæ tanquam ambitiosa sunt restringenda, iuxta cap. quamuis, *de præbend. lib. 6.* nostrum verò appellatiuum habet locum, quando dictum verbum *collatio* profertur à lege, in qua non datur ambitio, nec restringendi occasio, quare ita respondent, *glos. penult. in fin. in d. clem. vnica, vbi Card. sub num. 16. in oppositione 11. Caputaquen. decis. 38. num. 15. & 16. p. 3. Gonz. al. d. glos. 16. num. 11.*

Collegium.

APPELL. LV

1 COLLEGII appellatione veniunt etiam monasteria & Conuentus Religiosorum, *cap. cùm in terra, de elect.* vbi *Abb. not. 1. cap. nobis fuit, de in ep. patron. iuncta glos. verb. conuentuali, & Host. num. 2. cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælatis, Felin. in cap. Capitulum, num. 2. de rescript. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 8. num. 5. Rebuff. ad l. Neratius 85. vers. & sic appellatione collegij, ff. de verb. signif. pag. 381.* vbi hoc verum esse dicit quando procedit eadem ratio in vtrisque.

COLLEGII, aut capituli appellatione venit 2 etiam illius caput, siue Prælatus, in fauorabilibus, *Andr. Barbat. in tract. de præstantia, Cardinal. lib. 1. quæst. 7. col. 34. Felin. in prooem. decretal. verbo Gregorius, col. 4. sub num. 13. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 51. art. 8.* me citato in hoc loco, *Ascan. Tambur. de Iure, Abbatum, tom. 1. disp. 17. quæst. 3. in fine.*

COLLEGIATORVM appellatione in priui- 3 legiis non veniunt famuli, ita *Angel. in l. Titius. §. fin. de excusat. tutor. Bonacos. in tract. de famulis, quæst. 200.*

SVMMARIVM.

1 *Masculi & fœminæ sanguine coniuncti veniunt appellatione coniunctorum.*
2 *Affines etiam veniunt coniunctorum appellatione.*
3 *Naturales veniunt coniunctorum appellatione.*

Coniuncti.

APPELL. LVI.

1 CONIVNCTORVM appellatione quando vocantur ad fideicommissum, veniunt masculi, & fœminæ sanguine coniuncti, *Deci. cons. 223. num. 1. cum seqq. & cons. 269. num. 4. & cons. 510. num. 9. & 10. Alex. cons. 115. num. 9. & seq. lib. 2. Socin. Sen. cons. 13. num. 17. lib. 3. Goz. ad. cons. 20. num. 8. Ruin. cons. 117. num. 14. lib. 2. Rebuff. ad l. 1. ff. de verb. signific. sub vers. decimo tertio, pag. 8. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 200. Prest. de interpret. vltim. volunt. fol. 293. num. 67. & fol. 337. num. 14. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. num. 31. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 32. Fusar. de substit. quæst. 369. num. 1.*

CONIVNCTORVM appellatione affines 2 etiam veniunt, *Socin. Sen. cons. 57. col. penult. vers. primo enim casu lib. 1. Philip. Franc. in cap. si pater, col. antepenult. vers. 22. de testam. lib. 6. Blanc. de comprom. quæst. 1. num. 17. Bertazol. de clauf. instrumental. clauf. 7. glos. 12. num. 5. vers. secus Fusar. d. quæst. 369. num. 3.*

CONIVNCTORVM appellatione veniunt 3 etiam naturales, *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. num. 3. & 4. Peregr. d. art. 22. num. 85. & 89.* vbi intelligit venire solùm in defectum legitimorum, refert *Fusar. d. quæst. 369. num. 4.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Agnati veniunt consanguineorum appellatione.*
2 *Cognati veniunt etiam consanguineorum appellatione si communis loquendi vsus se haberet quod & cognati comprehenderentur.*
3 *Pater venit consanguineorum appellatione.*
4 *Coniuncti cognatione spirituali veniunt consanguineorum appellatione.*
5 *Fœminæ veniunt consanguineorum appellatione, secùs in statuto.*
6 *Mater auia appellatione consanguineorum non veniunt, sed solùm masculus in statuto requirente in contractu mulieris consensum consanguineorum.*
7 *Auunculus non venit consanguineorum appellatione.*
8 *Naturales veniunt consanguineorum appellatione.*

Consanguinei.

APPELL. LVII.

1 CONSANGVINEORVM appellatione vbi à testatore vocantur ad fideicommissum, veniunt agnati, *l.si spurius.ff.vnde cognati, l.si post suos.ff. de suis, & legit.hared. Alexan.cons.82.col.1.& cons.229. num.10.lib.6.& cons.153. col.1. lib.7. Gratus cons.43. num.19.& 20.lib.1.Bero.cons.83.num.5.& 6.& cons. 95.num.10.lib.2.Curt.Iun.cons.46.num.4.& cons.176. col.1.Sim.de Prett.de interpret.vlt.volunt.fol.298. num. 21.Peregrin.de fideicom.art.22.num.35.Fusar.de substit. quæst.364.num.1.*

2 CONSANGVINEORVM appellatione veniunt etiam cognati si communis loquendi vsus se haberet quòd & cognati comprehenderentur, *Tiraq.de retract.lignag.§.1.glos. 9. num. 5. Ludou. Gom. Episc.Sernen.decis.102. lib. 1.* post decisiones impressas R^mi D.mei Coccini Rotæ Decani, *Prett. de interpret.vlt.vol.fol.299.num.21.Peregr. d. art. 22. num. 35.Fusar.d.quæst.364. num.2.* vbi *num. 3.* subdit venire etiam cognatos quando testator sciebat non posse dispositionem in agnatis verificari. Quando tamen cognati veniunt appellatione consanguineorum si extant agnati, & cognati, erunt præferendi agnati cognatis, *Alba cons.69. Peregrin. de fideicom.art.22.num.35.in fin.* vbi mouetur, quia propriè agnati continentur, impropriè, & largo modo cognati, refert *Fusar.d.quæst.364.num.4.*

3 CONSANGVINEORVM appellatione venit pater, *Castren.cons.421.circa med.vers.& statutum, lib.2.* Rota in Perusina fideiuſ.2. Aprilis 1612. coram Patriarcha Manzanedo, impressa per *Farin. decis. 385.num.3.p.2.recent.*

4 CONSANGVINEORVM appellatione veniunt coniuncti cognatione spirituali, *cap. coram, 34.de offic.delegat.cap.final.de postulando, Ferrer.in constitut.Cathaloni.glos.3.num.72.*

5 CONSANGVINEORVM appellatione propriè veniunt fœminæ, *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos.9.num.202.Corn.cons.227.lib.3. Rebuff.in l.1.vers. 13.ff.de verb.sign.Menoch.de præsumpt.lib. 4. præsumpt. 84.num.30.Peregr.de fideicom.art. 22. num. 24. Fusar.* d.quæst. 364. *num. 5.* In statuto verò requirente in 6 contractu mulieris consensum consanguineorum, non venit mater nec auia, sed tantùm masculus consanguineus, quia statutum ponderat prudentiam consilij, *Bal.in l.fin.C.de verb.signif.& cons.201. num.3.vol.1.Deci.in l.1. n.15.C.vnde vir,& vxor. Castren.in l.si cum dotem.§.si Patri.col.1.ff.soluto Matrim. Campeg.de dote p. 5. quæst. 94. Bertaz.ol. de clausul.instrumental.clauſ.6.glos.8.Peregr.d.art.22.num.35.*

CONSANGVINEORVM appellatione non 7 venit auunculus, quia non est propriè consanguineus nepotis ex sorore, *Bald.cons. 269. si consideramus lib.3.Peregr.d.art.22.num. 35. propè fin. Fusar. d. quæst.364.num.3.*

CONSANGVINEORVM appellatione ve- 8 niunt naturales, nam ex eodem sanguine procedunt, *Peregrin.d.art. 22. num. 89.* vbi tamen solùm admittit eos venire non extantibus legitimis, & spurios omnino excludit, refert *Fusar.d. quæst. 364. num.8. vbi num. 9.* subdit vltra septimum gradum non admitti, Rota in Pampilonen. Capellaniæ, 4. Martij 1622. coram bonæ mem. Remboldo impressa per Viuian. post suam praxim Iurispatron. *decis. 45.num.2.secundum nouiss.impress.*

SVMMARIVM.

1 *Consortium appellatione veniunt illi, qui sunt de eadem familia.*
2 *Proximiores testatoris veniunt appellatione consortium.*
3 *Fœminæ veniunt appellatione consortium.*
4 *Fideicommissum quando esset relictum pro conseruatione bonorum in agnatione, tunc fœminæ non venirent appellatione consortium.*

Consortes.

APPELL. LVIII.

CONSORTIVM appellatione veniunt illi, 1 qui sunt de eadem familia, *Philip.Franc.in cap. si pater, col.penult.vers.8.de testam.lib.6. Alex.cons.125. num.1.lib.7.Ruin.cons.24.lib.2.Gozad.cons.89.num. 4. Card.Mantic. de coniect.vlt.volunt.lib. 8. tit. 12. num. 18.Prett.de interpret.vltim.volunt.fol.289.num.20. Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.88.num. 17. Honded. cons.4.num.15.lib.1.Pereg.de fideicom.art.22. num. 42. Intrigli.de substit.Centuria 3.quæst.83.num.15.Fusar.in simili tract.quæst.372.num.1.*

CONSORTIVM appellatione veniunt pro- 2 ximiores testatoris, *Castren.cons. 159. Super primo, in princip.lib.1.Prett.de interpret.vlt.volunt.fol.289. num. 20.Fusar.d.q.372.n.2.*

CONSORTIVM appellatione veniunt etiam 3 fœminæ, *Salicet. per tex. ibi in l.dudum. C.de contrahen.emption. Alexand.cons. 125. Viso processu, in princip.lib.7.Gozad. cons. 79. num. 4. Menoch.d.præsumpt. 88. num. 13. Cardin.Tusch. pract. concl. tom. 2. lit. C, concluſ. 779. Fusar.d.quæst.372. num. 3.* Limita ta- 4 men quando fideicommissum est relictum pro conseruatione bonorum in agnatione, quia tunc fœmina non veniret appellatione Consortium, vt resoluunt *Gozad.cons.79. Ruin. cons.24.num. 5.& 7. lib.2.Mecoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt. 88. num.17. in fine, Fusar.d.q.372.num.4.*

CONSORTIVM appellatione veniunt qui sunt participes felicitatis, & infortunij, sicut ma-

ritus & vxor ob id consortes appellantur, quia vnam eandémque simul subeunt sortem, vt tradunt *Gozadin. cons.* 79. *num.* 1. *Laurent. de Palat. in tract.* quod stantibus masculis fœminæ non succedant, *num.* 198. quos refert *Menoch. d. lib.* 4. *præs.* 88. *num.* 16. *& num.* 17. *vers. secundo modo*, subdit hoc nomen consortis pro iis quandoque accipi, qui communem rem habent.

SVMMARIVM.

1 *Contractus appellatione venit validus.*
2 *Dispositio omnis faciens mentionem de aliquo termino, & actu semper intelligitur de valido.*
3 *Contractus appellatione venit quasi contractus.*
4 *Distractus venit appellatione contractus.*
5 *Contractus & distractus à pari procedunt, & sunt eiusdem naturæ.*

Contractus.

APPELL. LIX.

1 CONTRACTVS appellatione venit validus, vnde si gabella soluenda sit de omni contractu, non soluitur de contractu nullo, quia non est contractus, ita *Alexand. cons.* 104. *num.* 5. *vers. facit in simili lib.* 1. quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 8. *lit. V, conclus.* 100. *num.* 14.

2 Ratio est, quia omnis dispositio faciens mentionem de aliquo termino, & actu semper intelligitur de valido, non autem de inualido, prout de sententia est *text. in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iudic.* & faciunt quæ dixi *in tract. de Axiomat. verbo Actus.*

3 CONTRACTVS appellatione venit quasi contractus, quia dispositio de contractibus ad quasi contractus trahitur, *l. apud Iulianum. ff. quibus ex causis in possess. eatur*, latè *Rebuff. ad l.* 19. *vers. id primum locum non habet, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 126. vbi intelligit quando dispositio loquitur de quolibet, vel quocunque contractu, vel quando eadem ratio & æquitas esset in contractu, & quasi contractu; de vno enim ad alium valet argumentum, vt dixi in locis communibus Argumentorum Iuris, verbo *Contractus.*

4 CONTRACTVS appellatione venit distractus, quia à pari procedunt, & eiusdem sunt naturæ, *l. Pomponius. §. præterea. ff. de acquir. possess. l. de tutela. C. de in integ. restitut. Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 22. *num.* 6. *Cald. Pereira, de potest. eligendi, cap.* 7. *num.* 15. *Escob. de ratiocin. cap.* 14. *num.* 42. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 168. *num.* 7. *&* 10. *cum seqq. Ceuall. communium contra communes, quæst.* 897. *num.* 886. *tom.* 4. *Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 15. *cum seqq. D. Barbos. in l. hæres absens. §. proinde. num.* 13. *ff. de iudic.* Et hinc fit vt quando contractus celebratur per scripturam, non possit probare solutio, vel distractio, nisi per aliam æquiualentem, *l. nihil tam naturale. ff. de regulis Iuris, Alexand. cons.* 209. *num.* 23. *lib.* 2. *Azeued. l.* 1. *num.* 17. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Recopil.*

Controuersia.

APPELL. LX.

CONTROVERSIÆ appellatione venit iudicialis, & extraiudicialis, *l. sed etsi lege. §. si in anteà. ff. de petit. hæred. l. Lucius. ff. tres fratres. ff. ad Trebell. Corn. cons.* 267. In hac consultatione, *num.* 18. *lib.* 4. *Castren. consil.* 303. *lib.* 2. *Rebuff. ad l.* 50. *propè fin. vers. controuersia, ff. de verbor. significat. pag. mihi* 355. vbi intelligit, nisi ex materia appareret loqui tantùm de controuersia iudiciali, id est, de lite, *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 5. *lit. L, concl.* 379. *num.* 7. *vbi numeris seqq.* subdit quod quæstio, & differentia intelligitur tam de iudiciali, quàm extraiudiciali. 1

SVMMARIVM.

1 *Conuentus appellatione venit Congregatio Regularium.*
2 *Conuentualis Ecclesiæ appellatione venit Ecclesia Collegiata non sæcularis.*
3 *Conuentualium appellatione veniunt de improprio significatu sæculares.*

Conuentus.

APPELL. LXI.

CONVENTVS appellatione venit Congregatio Regularium, ita dictus, quia in vnum locum conueniunt plures ex multis locis, *Panor. in cap. edoceri, notab. vlt. de rescript. & in cap. cùm Ecclesia, notab.* 3. *de causa possess. & propr. Philip. Franc. in cap. si Religiosus, vers. nota, de elect. lib.* 6. quos refert & sequitur, *Rebuff. ad l.* 3. *vers. insuper, ff. de verb. signific. pag.* 30. 1

Vnde eorum templum vocatur Ecclesia Conuentualis, cuius appellatione venit Ecclesia Collegiata Regularis, non autem sæcularis, secundùm propriam significationem, & in materia odiosa, vel exorbitanti, vt per *Gemin. cons.* 131. *num.* 4. *vers. deinde dicit*, vbi etiam in vers. *licèt quandoque*, subdit quòd aliquando de improprio significatu appellatione Conuentualium veniunt sæculares, refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 2. *lit. C, concl.* 1031. *& tom.* 6. *lit. P, concl.* 706. *num.* 2. *&* 3. 2 3

SVMMARIVM.

1 *Conuicti appellatione propriè venit ille, qui testibus, vel probationibus de delicto conuincitur.*
2 *Confessus non est propriè conuictus.*
3 *Conuictus propriè dicitur qui indubitatis indiciis conuincitur.*

Conuictus.

APPELL. LXII.

CONVICTI appellatione propriè venit ille qui testibus, vel probationibus de delicto conuincitur, *Zabarel. cons.* 128. *In quæstione, in princip. Fulgos. cons.* 123. *Præsuppositis, num.* 3. vbi quod confessus non dicitur propriè conuictus, vt refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 2. *lit. C. conclus.* 1032. *num.* 1. *&* 2. 1

CON

3 CONVICTI appellatione non solùm continetur ille, qui plenis, & concludentibus probationibus conuincitur, vt suprà dixi, sed etiam qui conuincitur indiciis indubitatis, vt resoluit *Sigism. Scacc. in tract. de appellation. quæst. 17. limit. 4. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Creditoris vbi fit mentio intelligitur de puro, & de eo, qui potest conueniri.*
2 *Credentiæ appellatione venit omne creditum, siue constet ex instrumento publico, siue non.*
3 *Crediti appellatione venit omne creditum, siue consistat in quacunque re, vel specie, siue in pecunia.*
4 *Creditor propriè non est qui exceptione repelli potest.*
5 *Creditoris appellatione non venit futurus, neque conditionalis.*
6 *Donatarius in materia statuti, an & quando veniat appellatione creditoris ex contractu.*

Creditor.

APPELL. LXIII.

4 CREDITORIS appellatione venit purus, & ille qui potest conueniri, *Alexand. cons.* 106. *Visis. num. 4. vers. sed præmissis, lib. 5.* vbi *num.* 6. subdit quod verba statuti de creditore non conueniunt creditori sub conditione, & qui non potest age-
2 re, & *propè fin. vers. sentio etiam*, tenet quod creditoris, seu credentiæ appellatione venit omne creditum, siue constet ex instrumento publico, siue
3 non, & *cons.* 12. Attentis narratis, *in fine lib.* 7. dicit quod crediti appellatione venit omne creditum, siue consistat in quacunque re, vel specie, siue in pecunia, refert *Card. Tusch. practic. concl. tom. 2. lit. C, concl.* 1055. *num.* 2. 3. & 7.

4 Vnde propriè creditorem non esse qui exceptione repelli potest, tenet *Roman. consil.* 102. *Super eo, num.* 3. & 4. *vers. cùm itaque*, & plenius *cons.* 204. Pro discutienda *num.* 13. & *seqq.* vbi in fine, obseruat verba legis, vel statuti in dubio debere intelligi de creditore efficaci, qui non possit exceptione legitima repelli, refert idem *Card. Tusch. tom.* 8. *lit. V, concl.* 100. *num.* 3.

5 CREDITORIS appellatione non venit, futurus neque conditionalis, quia creditor in diem, vel sub conditione non est propriè creditor, ideò non cadit in dispositione statuti loquente de creditore, *l. Fulcinius, § si in diem. ff. quibus ex causis in possess. eatur. Alex. in d. cons.* 106. *num.* 7. *Anchar. cons.* 37. *in* 3. *dub. Riminald. Sen. cons.* 79. *num.* 13. & *seqq. lib.* 1. *Roman. cons.* 164. *in fine*, *num.* 5. vbi subdit, quod in legato generali de omnibus creditis non veniunt credita in diem, vel sub conditione, licèt ibi *Aposti. & Mandel. cons.* 74. in fine dubitent.

6 CREDITORIS ex contractu appellatione in materia statuti non venit donatarius, maximè quando donatione incœpit à traditione, *Cuman. cons.* 173. *Galuanus*, *per totum*, quem refert *Cardin. Tusch. d. tom. 2. lit. C, concl.* 1055. *num.* 9. vbi *num.* 12. pòst *Fulgos. cons.* 122. *vers.* circa secundùm, subdit quod hæres creditoris ante aditam hæreditatem non dicitur creditor, & *num.* 27. pòst *Roman. cons.* 224. *num.* 9. legatarium propriè non esse creditorem.

Culpa.

APPELL. LXIV.

CVLPÆ appellatione venit culpa leuis, vt per 1
Alciat. in l. culpæ latæ, num. 2. vers. solent tamen. ff. de verbor. significat. Dec. per text. ibi, in l. contractus, num. 25. vbi *Cagnol. num.* 12. & 28. *ff. de regulis Iuris*, *Mavant. de ordine iudic. p. 4. in princip. num.* 69. *Menoch. remed. 12. recuper. num.* 3. *Decian. in tract. crimin. quæst.* 88. *num.* 91. Et ideo non venit lata, vt notant *Decian. num.* 22. & *Farin. num.* 92. *citatis locis*, nec leuissima, sicut tradunt *Curt. Iun. consil.* 19. *num.* 6. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 3. *num.* 136. *Farin. d. quæst.* 88. *num.* 96.

CVLPÆ appellatione continetur dolus, quan- 2
do lex, seu dispositio vult aliquem teneri de culpa, quia tunc multo magis tenetur de dolo, vt per *Bart. in l. quod Nerua. num.* 9. & 10. *ff. depositi*, vbi infert ad eum qui promisit omne damnum contingens culpa famuli, qui tenetur etiam de damno contingente dolo ipsius famuli, putà si furtum fecerit, *Capra consil.* 78. *num.* 9. *Decian. d. cap.* 6. *num.* 1. & *seq. Farin. d. quæst.* 88. *num.* 98. vbi *num.* 99. subdit quod si testes deponant culpam interuenisse, cùm non declaretur de qua culpa intellexerint propter incertitudinem non probant.

CVLPÆ appellatione venit dolus, & lata culpa, 3
quando subiecta materia id suadeat, quia culpa intelligitur secundùm subiectam materiam, *Dec. in d. l. contractus, num.* 25. *ad fin. Cagnol. num.* 12. & 28. *Decian. d. cap.* 6. *num.* 22. *vers. quod si priùs*, *Farin. in d. qu.* 88. *num.* 100.

SVMMARIVM.

1 *Curæ Animarum appellatione propriè venit actualis, non verò habitualis.*
2 *Beneficium omne habens iurisdictionem visitandi, excommunicandi, absoluendi, & alia faciendi ad morum correctionem pertinentia, dicitur habere curam animarum.*
3 *Vicarij curati appellatione venit ille, qui habet perpetuam Vicariam.*
4 *Rector curæ animarum dicitur Vicarius curatus.*

Cura, Curatus.

APPELL. LXV.

CVRÆ animarum appellatione propriè venit 1
actualis, non verò habitualis, vt tenuit in terminis *Capra commun. conclus. 9. num.* 78. & fuit dictum in Vicen. Prioratus 9. Iunij 1606. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo. Venit etiam illa cu- 2
ra, quæ exercetur in foro contentioso respectu iurisdictionis, quia omne beneficium habens iurisdictionem visitandi, excommunicandi, absoluendi, & alia faciendi ad morum correctionem pertinentia, dicitur habere curam animarum, *cap. dudum* 54. *vers. licet autem, de elect. glos. verbo cura animarum in Extrauag. execrabilis, de prebend. Ioan.* 22. *Iacob. de Graff. in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 97. *num.* 4. *Rebuff. in repet. cap. extirpande, § qui vero, num.* 130. *de prebend. & in tract. nomin. quæst.* 9. *num.* 53. *Quint. in repet. cap. de multa, num.* 76. *eod. tit. Fusc. de visitat. lib.* 2. *cap.* 7.

num.5. Mascard.de probat.concl.438.num.20. cum seqq. Rot.decis.52.p.2.diuers.

3 CVRATI Vicarij appellatione venit ille, qui habet perpetuam Vicariam, *Gemin cons. 86. in princip.num.2.vers. nam sibi, Zabarel.cons.30. In hac dubia, in princip.Cardin. Tusch.d.lit. C,concl.1099.* talis enim dicitur Rector curæ animarum, *Gonzal. ad reg.8. Cancel.glos.5.§.3.num.23.Sayr. in floribus decis. sub tit. de constit.decis.22.Aloys.Ricc.collect.979.in princip.*

Curiales.

APPELL. LXVI.

1 CVRIALIVM appellatione, & curiam sequentium veniunt etiam familiares Cardinalium, *Oldrad.cons.211.vers.circa tertium, & cons.293.num.5. vers. & per hoc*, quem refert *Cardin. Tusch. de lit. C, concl. 1114. num. 3.* Veniunt etiam Cardinales ipsi; nec excluduntur propter excellentiam status, sicut nec Imperator excluditur ab ordine Senatorum, nec à numero commilitonum, *Oldrad.d. cons. 211. num.5. vers. circa secundum, & d.cons.293. vers.secundo consueuit, num. 2. & seq. & cons. 321. num. 2.* vbi quod appellatione populi veniunt Senatores, & appellatione familiæ venit paterfamilias.

Curia.

APPELL. LXVII.

1 CVRIÆ appellatione quid veniat, vide latè *Gonzal.ad reg.8.Cancellar glos.13.§.1. Sure cons. 311.num.31.32. & 35.* & quod contineatur. Locus vbi Rex est cum suis consiliariis & aliis, qui eius lateri assistunt, vt ei consulant in regimine totius Regni, tradunt *Couar.practicar.cap.4.num.10. Cabed. Lusit.decis.13.num.3.p.1.*

CVRIÆ Romanæ appellatione propriè venit locus vbi est Papa, non verò vbi est audientia, vel Concilium Papæ, *Gonzal.d.glos.13.§.1.à num.2. D. Barbos.in l.2.§.Legatis à num.37.ff. de iudic.* Licèt lato modo Curia dici possit, non solùm vbi est Papa, sed etiam vbi est eius audientia, secundùm *Mari. Alter.de censuris, tom.1.disp.9.lib.5.cap.3. Nicol.Garc. de benefic.p.1.cap.1.à num.387.*

SVMMARIVM.

1 *Diminutio patrimonij propriè & strictè loquendo venit appellatione damni.*
2 *Filius dicitur pati damnum si priuatur hæreditate paterna, vel materna.*
3 *Lucrum cessans venit appellatione damni.*
4 *Spem lucri amittens non dicitur propriè pati damnum.*
5 *Expensæ non veniunt in contractibus appellatione damnorum.*
6 *Fructus, & expensæ litis veniunt appellatione damnorum.*

Damnum.

APPELL. LXVIII.

1 DAMNI appellatione propriè, & strictè loquendo venit diminutio patrimonij, *l. 3. l. Proculus ff. de damno infecto, Bald.cons 182.locata fuit, num.2.vers.in hac quæstione, lib. 1. Socin. Iun. cons.78. num.1.14. & 22.lib.2.* vbi declarat, *Cardin. Tusch.d. tom.2.lit. D, concl. 4. num.1.* vbi *num.4.* subdit quod inferens alicui diminutionem patrimonij dicitur dare damnum, *& num.5. post Castren. cons. 339. antè num.2.lib.2.* ait filium dici pati damnum si priuatur 2 hæreditate paterna, vel materna.

DAMNI appellatione venit lucrum cessans, se- 3 cundùm *Surd. cons.383. num.23.* & damnum emergens, vt resoluit *Pyrr. Maur. de fideiuss. sect.3.cap.3. num.14. in prælud.* nam lucrum iam radicatum perdere est damnum pati, *glos. in l.1. §. si quis ff. de itin. actuque priuato, Tiraq. in l. si vnquam verbo donatione largitus. num.192. Mari. Antonin. var. resol.lib.1.resol. 92. num.25.* Strictè verò amissio lucri nondum acquisiti non pertinet ad damnum, *l. Proculus 26. ff. de damno infecto, Alex. cons.114. Super eo in princip.lib.3. Ioan. Anton. Bellon. cons.89. num.5. Ias. cons.54. Circa dubium,num.5. lib. 1.* quia amittens spem lucri non 4 dicitur propriè pati damnum, *Bald. d. cons.182.n.4. & 7. lib.1. Cardin. Tusch. d. lit.C, concl.4. num. 17.* In 5 contractibus verò appellatione damnorum non veniunt expensæ, vt probat *tex. in cap. in nostra 8. de iureiur.* & resoluunt *Surd. decis.261. num.4. & Card. Tusch. practic. concl. tom.3. lit. E, concluf.637.n.3.*

DAMNI appellatione veniunt fructus, & ex- 6 pensæ litis, vt per *tex. in cap. in nostra 8. de iniur. & damno dato, colligunt Deci. in cap. cum M, n.3. vers. præterea, de constitutionib. & in cap. in nomine Domini, num.15.de testib. & in cap.vt debitus,num.3. de appellat. Boër. decis.52. num.7. Surd. decis.261. à num.4. Alex. cons.34. in fin. lib.3. Montaleg. in praxi lib.1. cap. 11. num.104. & 105. Card. Tusch. d. tom. 2. lit. D, concl. 4. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Debitoris appellatione venit verus debitor.*
2 *Statutum disponens quod bona debitoris possint dari in solutum creditori, intelligitur si debitum est liquidum, alias non.*
3 *Debitoris appellatione veniunt etiam illi, qui habent inter se beneficium diuisionis.*
4 *Fideiussor continetur debitoris appellatione in statuto.*
5 *Debitoris appellatione propriè & verè non venit debitor sub conditione.*
6 *Debitoris appellatione propriè non venit, qui reali obligatione conueniri non potest.*

Debitor.

APPELL. LXIX.

DEBITORIS appellatione venit verus debi- 1 tor, & ideò delegans, vel promittens dare tot debitores, &c. intelligitur de veris debitoribus, *Bald. cons. 442. Verba ita dicunt, lib. 1.* ac proinde 2 intelligitur de debitore liquido, & claro, vnde statutum disponens, quod bona debitoris possint dari in solutum, creditori intelligitur si debitum est liquidum, alias non, *Bald. 133. Mandatum dicitur, lib.2.* refert *Cardin. Tusch. d. tom.2. lit.D, concluf.35. num.1. & 2.*

DEBITORIS appellatione veniunt etiam il- 3 li, qui habent inter se beneficium diuisionis, prout sunt tutores, quia nihilominus quoad totum dicuntur debitores, *[illegible]24. circa fin. vers.vnde quamuis, Card. Tus[illegible] concl.35.n.1.*

DEBITORIS appellatione in statuto contine- 4

tur

tur fideiussor, *Ias. in l. si creditores, num. 2. C. de pactis, Mollign. num. 250.* quia fideiussor dicitur debitor, *Bart. in l. 1. ff. si certum petatur, Barbat. cons. 86. Illud, col. 3. lib. 3. Card. Tusch. d. concl. 35. n. 5.*

5 DEBITORIS appellatione propriè, & verè non venit debitor sub conditione, *Alex. cons. 2. Ex narratis, num. 14. cum seqq. lib. 4. Cardin. Tusch. d. concl. 35. num. 10.* licèt saltem largè contineatur, *Surd. cons. 113. n. 26.*

6 DEBITORIS appellatione propriè non venit qui reali obligatione conueniri non potest, *Bald. cons. 133. circa princip. vers. & hic est considerandum, lib. 2. Rota Auenion. decis. 134. Cardin. Tusch. d. cons. 35. num. 11.* vbi *num. 12.* post *Alex. cons. 102. in princip. lib. 6.* idem ait de eo, qui potest conueniri rei vendicatione, quia propriè non est debitor, neque propriè obligatus, sed largè bene potest dici debitor & obligatus, *& num. 17.* post *Cuman. cons. 24. circa fin.* subdit, quod non est propriè debitor tutus exceptione fauorabili peremptoria, *& num. 18.* nec ille qui exceptione perpetua se defendere potest.

SVMMARIVM.

1 *Descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum descendentes.*

2 *Descendentes, est nomen collectiuum denotans perpetuitatem.*

3 *Verbum,* descendentes, *quando non trahatur ad fideicommissum, ostenditur.*

4 *Descendentes ex Titio quando vocantur, intelligitur de filiis primi gradus.*

5 *Verbum,* descendentes, *restringi debet ad filios primi gradus, ne sequatur absurdum.*

6 *Dispositio testatoris quando est restricta ad aliquod tempus, verbum,* descendentes, *intelligitur de ijs, qui intra illud tempus possunt verisimiliter nasci.*

7 *Nascituri & concepti post mortem testatoris veniunt descendentium appellatione.*

8 *Naturales veniunt etiam descendentium appellatione.*

9 *Masculi, & fœminæ veniunt descendentium appellatione.*

10 *Natus ex fœmina dicitur descendens aui materni.*

11 *Testator vbi vocauit descendentes masculos non admittuntur fœminæ.*

12 *Descendentes ex linea masculina, vel per virilem sexum quando sunt vocati, tunc fœminæ non veniunt etiam descendentes ex masculis.*

13 *Statuto excluſiuo fœminarum propter masculos stante tunc fœminæ, non comprehenduntur etiam sub verbis aptis eas comprehendere.*

14 *Testator quando tacitè, vel expressè habuit mentem conseruandi bona in agnatione, non veniunt fœminæ.*

15 *Testator vbi vocauit filios masculos, & eorum descendentes censetur repetere qualitatem masculinitatis in descendentibus.*

16 *Testator quando fœminis descendentibus prouidet de dotibus, tunc illæ non venient in substitutione de descendentibus.*

17 *Descendentium appellatione veniunt etiam nati ex fœminis.*

18 *Testator vbi vocauit masculos per lineam masculinam, seu virilem sexum descendentes, vel solùm descendentes ex linea masculina, masculi ex fœmina non veniunt,* & num 19. & 20.

21 *Masculus ex fœmina non venit descendentium appellatione in priuilegiis.*

Descendentes.

APPELL. LXX.

DESCENDENTIVM appellatione continentur nepotes, neptes, pronepotes, proneptes, & veniunt omnes in infinitum descendentes, *l. fin. C. de suis & legitim. hæred. auth. de hæred. ab intestato, in princip. Alex. cons. 18. Attentis narratis, in fine lib. 5. Socin. cons. 43. Visis, col. 2. lib. 3. & cons. 51. in princip. lib. 4. Marz. cons. 40. Quia in hac causa in princip. Paris. cons. 88. col. 2. & cons. 92. col. 1. lib. 2. Gozadin. cons. 20. num. 8. Ruin. cons. 22. num. 11. cum seqq. Natt. cons. 64. Credo, num. 5. cum seqq.* vbi id ampliat etiam in priuilegio immunitatis, in casu prohibitio alienationis, & in donatione, *Decian. cons. 103. num. 24. & 25. lib. 2.* vbi quod ex quo infinitas denotatur, necessariò plures gradus importat, *Castren. cons. 411.* Viso facto *col. pen. in princip. lib. 1.* vbi quod descendentium appellatione veniunt omnes in infinitum, quia ascendentes, & descendentes dicuntur in infinitum, *Honded. cons. 1. num. 24. tom. 1. Menoch. cons. 124. num. 78. & cons. 347. num. 6. & cons. 435. num. 23. & cons. 530. num. 26. & cons. 930. num. 6. & 18. & cons. 393. num. 33. & 66. & cons. 127. num. 3. & cons. 1080. num. 4. & cons. 1099. num. 14. & de præs. lib. 4. præs. 91. Pratt. de interpret. vlt. volunt. fol. 289. n. 24. Adrian. Negusant. in sylua respons. q. 21. num. 16. & q. 97. num. 5. & q. 300. num. 22. Peregr. de fideicom. art. 19. num. 11. & art. 22. num. 43. & art. 25. num. 8. & art. 30. num. 2. & 14. Barz. Bononien. decis. 4. n. 17. & decis. 7. num. 1. & 6. Fusar. de substit. q. 327. num. 1. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 2. lit. D, concl. 219. num. 1. Rot.* coram Reuerendissimo D. Coccino, *decis. 493. num. 2.* & in Bononien. fideicommissi de Lambertinis 22. Iunij 1609. coram Patriarcha Manzanedo, impressa per *Farin. decis. 193. n. 3. in princip. p. 1. recent.* Amplia vt appellatione descendentium, vel posterorum veniant omnes in infinitum, quamuis nati post mortem testatoris, vt per *Socin. Sen. in l. cognatis, num. 30. in fine, ff. de rebus dub. Cephal. cons. 318. num. 24. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 91. in fine, & cons. 2. num. 184. Petra de fideicom. q. 11. n. 85.* & maximè quando dispositio in tempus futurum collata est, vt sentit, *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 4.* 1

Est enim nomen collectiuum; *descendentes*, denotans perpetuitatem, & in fideicommisso ordinato ad descendentium fauorem omnes in perpetuum ordine successiuo per fideicommissariam vocati censentur, *Ioan. de Anan. cons. 46. num. 2. Bero. cons. 102. num. 25. lib. 2. Rum. cons. 164. num. 3. lib. 3. Roland. cons. 70. num. 20. cum seqq. lib. 3. Natt. cons. 531. n. 25. & cons. 437. num. 1. Cou. vari. lib. 3. cap. 5. num. 4. vers. secundum, & in cap. Raynutius, §. 2. in fine, de testament. Marzar. cons. 1. num. 13. & seq. & d. cons. 40.* 2

num.6. & 9. Cephal. conf. 268. num. 25. lib.2. Hieron. Gabr. conf.101. num.22. cum seqq. lib.2. Decian.conf.2. à num.245. vers. quantus, & vltimus casus, & conf.41. num. 66. cum seqq. lib. 1. Sim. de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib.3. interpr.2. dub.6 solut.9. num. 46. Crass. §. fideicommissum. q. 1. in fine, & q.16.num.3. cum seqq. & plures, quos refert Rot. loco proximè citato, & in Florentina fideicommissi de Dettis 7. Februarij 1607. coram Iusto, impressa per *Farinac. decis.125. num.3. p.1. recent.* & quòd vbi filij, & eorum descendentes à testatore ad eius hæreditatem vocati sunt, non copulatiuè, sed ordine successiuo vocati censeantur, fuit dictum in Romana fideicommissi de Vrsinis 9. Maij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano, impressa per *Farinac. decis. 344. num. 2. apud Farin. p. 2. recent.* Et quod in dispositione vocante descendentes, & quoscunque successores etiam extraneos fiat interpretatio, vt extantibus descendentibus extranei hæredes quantumcunque vocatur non admittantur, sed tantùm illis deficientibus, resoluunt *Socin. Iun. conf.158. num. 19. cum seq. vol.2. Caualcan. decis. 11. num.5. p.3. Peregrin. de fideicom. art. 32. num. 20. &* 40. prout eos refert *Mari. Antonin. var.resolut.lib.1. resol. 7. num. 5. vers.* tum etiam quia in dispositione.

3 Non traditur tamen ad fideicommissum verbum, *descendentes*, primis adeuntibus, nisi concurrant verba explicantia tempus futurum, vel quia sit facta mentio hæredum, vel additæ fuerint dict. *semper, in infinitum, quandocumque*, & similia, prout in præuiis terminis in institutione de filio, & eius descendentibus, vel de fratre, & suis, apertè tenuerunt *Cuman. in l. cùm ita. §. in fideicommisso, n.4. ff. de legat. 2. & in l. Gallus. §. quidam rectè. num. 7. vers. vbi autem, ff. de liberis & posth.* vbi *Aret. num.7. & Socin. Sen. n.5. vers. quartus casus, Deci. conf.205. num.4. & conf.248. num.5. & conf.253. num.2. & conf. 287. num.7. & conf.291. num.2. & conf. 535. num.18. Ruin. conf.92. num.5. lib.2. & conf.99. & 100.eod.lib. Decian. conf. 26. n. 37. vol.2. Petr. Anton. Anguissol. conf. 72. 80. & 86. lib.6. Marcob. conf. 61. num. 88. Laderch. conf. 92.* & in substit. de filio & eius descendentibus, *Menoch.de præsumption.lib.5.præsumpt. 71. num.10. Petra, de fideicom. q.5. num.165. Sim. de Prætis, de interpret. vltim. volunt. lib.3. interpret. 2. dub.1. fol.5.num.36. cum seqq. Surd.decis.346.num.18.* Verùm eorum dicta, & rationes intelligi tantùm debent quando testator in concipienda institutione vsus fuisset verbis dumtaxat directis, videlicet, *instituit, hæredes fecit*, & similibus, quia secundùm eorum propriam naturam impossibile est quod trahantur ad fideicommissum, ex quo à principio iure directo valere possunt, iuxta *legem verbis ciuilibus, & l.in substitutionem. ff. de vulgari.* Secus verò si testator verbis directis, & communibus est vsus, & tunc quia non tenditur directo ad impropriandam naturam verborum, non erit inconueniens, si institutæ obliquetur, ex quo in ea adsunt verba apta recipere talem formam, quæ fideicommissum respiciat, vt obseruant *Deci. conf. 248. num.3. vers. secundo respondetur, Prætis d.fol.5. num.46.Rimin.Iun. conf.50. num.36.& 38.vol.1.* eleganter Rot. in d.Romana fideicommissi de Vrsinis, coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano.

4 Declaratur tamen primò supradicta resolutio principalis, quæ habet appellatione descendentium, venire omnes in infinitum descendentes, vt locum non habeat quando vocati sunt descendentes ex Titio, quia intelligitur de filiis primi gradus Titij, vt tenent *Cephal. conf.330.num.40. lib.3. Menoch. conf. 482. num. 1. & conf. 585. num. 31. & 32, Prætis, de interpret. vltim. volunt. fol. 289. num. 24. in fine*, contra quos latè scribit *Fusar. d. q.327. n.7. cum seqq.* vbi *num.15.* declarat post *Menoch.conf.774. num. 7. cum seqq.* vt si adsint descendentes mediati, & immediati, quod censentur vocati descendentes immediatè, & proximiores, obseruans tamen hoc non esse absolutè verum, quia si sunt tales descendentes, quod & remotiores non proximioribus forent admittendi ab intestato, vel posset locum habere repræsentatio, vel transmissio vtique omnes venirent.

Declaratur secundò, quia ne sequatur absurdum 5
verbum, descendentes restringi debet ad filios primi gradus, vt est casus *in l. Lucius. La seconda, ff. de hæredib. instituen.* vt dicit *Beroi. conf. 122.n.5. lib. 2.* prout eum refert, & sequitur *Menoch. conf. 328.n.2. Surd. conf. 554. num. 16. lib. 4. Fusar. d. quæst. 327. num.16.*

Declaratur tertiò non procedere quando dispo- 6
sitio testatoris est restricta ad aliquod tempus; nam intelligitur vocasse descendentes, qui intra illud tempus possunt nasci, *Deci. conf. 1. num. 254. lib.1. Menoch. conf. 328. num. 17. Fusar. d. quæst. 327. num.24.*

DESCENDENTIVM appellatione veniunt nas- 7
cituri, & concepti post mortem testatoris, *Rustic. ad l. cùm auus. ff. de condit. & dem. lib.2.c.5.num.15. Marzar. conf.1. num.15. Ruin.conf.22. num.18. lib.2. Card.Mantic.de coniect. vltim. volunt. lib.8.tit.11.n.4. vers. item descendentium, Card. Tusch. d. tom.2. lit.D, concl.219. num.4. Rot.decis.357. num.5.p.1. recent. & decis.344. num.11. p. 2. etiam recent.* quia, *descendentes*, est nomen habens tractum successiuum, *Cardin. Mantic. decis.375.num.3.* Intellige quando nomen collectiuum infinitatem importans est in dispositione, quia constat de mente, *Ruin. d. conf.22. n.9. & 10. vers. sed istis, lib.2.* vbi exinde ampliat procedere tam in puris legatis, quàm in conditionalibus, & maximè quando nulli extabant tempore testamenti, & idem dicit *Decian. conf.41.num.24.& seq. lib.1.* vbi quod si nomen est collectiuum, continens plures gradus, intelligitur de omnibus in infinitum, prout si vocantur liberi, vel descendentes, secus si filij, vel nepotes, seu vnum gradum continentes, & *num.* 29. subdit procedere tam in testamentis, quàm in contractibus, quod quidem sine dubio procedit, vel quando fuit mentio de nascituris, vel quando apposita fuit dictio in perpetuum, vel alia similis, ita *Paris. conf.37. num.23. & 24. lib.2. Ruin. d. conf.22. num. 14. lib. 2. Decian. d. conf.41. num. 27. & 28. lib. 1. Cardin. Tusch. d. concl. 219. n.40.*

DESCENDENTIVM appellatione veniunt 8
etiam naturales, *Bart. in l. tutelas,num.4. ff. de capitis diminut. Angel. in l. ex facto,§. si quis rogatus,n.4. vers. fallit si statutum, ff. ad Treuel. Felin. in cap. in præsentia, num.22. de probat. Decian. conf.3. num. 80. lib.1. Rot. in Ianuen. Iurisp atronatus 23.Ianuarij 1611. coram Patriarcha Pamphilio, & in Bononien.de Maluetiis 24. Februarij 1612. coram Cardin. Sacrato*, impressa per *Farin. decis. 388. num. 7. p. 1. recent.* vbi *num.8.* addit hoc habere difficultatem, quando quis natus est ex damnabili & punibili coitu.

DESCENDENTIVM appellatione veniunt non 9
solùm masculi, sed etiam fœminæ, *argum. tex. in l. vlt.* iuncta *auth. seq. C. de suis & legitim. hæred. cap. nouit, de iudic.* & confirmatur ratio, quia vocabulum hoc est naturale, ac proinde ita in fœminis sicut in masculis

masculis debet verificari argum. *l. maximum vitium. C. de liber. præteritis*, quare ita tenent, *Alex. conf. 160. num. 2. lib. 2. Crotus in l. omnes populi, num. 154. ff. de iust. & iur. Deci. conf. 253. num. 4. & conf. 413. n. 11. & conf. 468. num. 32. & conf. 570. num. 9. Goz. adin. conf. 20. num. 8. Curt. Sen. conf. 64. num. 12. Ruin. conf. 24. num. 9. lib. 1. Curt. Iun. conf. 49. num. 5. in fine, Paris. conf. 26. num. 34. lib. 2. Natt. conf. 64. num. 8. lib. 1. Cravet. conf. 984. num. 5. Roland. à Valle, conf. 58. num. 24. lib. 3. Burg. de Pace conf. 23. num. 4. Hieron. Gabr. conf. 97. num. 17. vers. quartus casus, lib. 1. Rimin. Iun. conf. 44. num. 22. & conf. 56. num. 71. & conf. 835. num. 13. lib. 7. Cephal. conf. 11. num. 7. & conf. 46. num. 47. & conf. 32. num. 1. Bursat. conf. 157. num. 45. lib. 2. Sfort. Odd. conf. 33. num. 3. & conf. 46. num. 35. & conf. 65. num. 62. Decian. conf. 7. num. 30. cum seqq. lib. 4. Alex. Rauden. conf. 5. num. 6. lib. 2. Menoch. conf. 318. num. 5. & conf. 331. num. 9. & conf. 420. num. 18. & 24. & conf. 519. num. 25. & conf. 522. num. 2. & conf. 585. num. 1. & cens. 752. num. 18. & conf. 957. num. 6. & cons. 1012. num. 15. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 84. num. 26. & præs. 91. num. 2. Adrian. Negusant. in sylua respons. 917. 3. num. 43. Surd. conf. 308. num. 7. & conf. 316. num. 1. & decis. 62. num. 2. & decis. 84. num. 6. Cardin. Mant. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 11. num. 1. cum seqq. Sim. de Pratt. de interpret. vltim. volunt. fol. 289. num. 24. & fol. 293. n. 66. Peregr. de fideicomm. art. 20. num. 8. cum seqq. Brunor, à Sole in locis commun. verbo descendentes, n. 4. Rust. in l. cùm auus. lib. 2. cap. 5. num. 14. cum seqq. ff. de conditionib. & demonstrat. Intrigl. de substit. Centuria 3. q. 85 num. 2. Fusar. in simili tract. q. 325. n. 1. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 60. num. 2. Cardin. Tusch. d. tom. 2. lit. D, concl. 219. num. 7.* Rot. in Leodien. fideicom. 19. Nouembris 1610. coram Card. Caualerio, impressa per *Farin. decis. 255. num. 1. p. 1. recent. duplicata p. 2. recent. decis.* 318. & nouissimè in Rauennaten. emphyteusis 22. Maij 1628. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, in vers. nec etiam, vbi subdit quod quamuis *Cephal. conf. 11. num. 12.* teneat quod emphyteusis concessa pro se, suis filiis masculis, legitimis, & naturalibus, transeat ad solos masculos, tamen negari non potest quin sit aliqua dubietas an verba sint intelligenda de descendentibus masculis tantùm, an verò etiam de fœminis.

10 Amplia vt etiam natus ex fœmina dicatur descendens, & veniat appellatione descendentium, *l. vlt. C. de suis, & legitim. hæred. auth. de hæred. ab intestato venien. §. vlt. Fulgos. conf. 86. num. 2. Ruin. conf. 120. num. 8. lib. 1. Tiraq. de iure primog. q. 13. num. 2. Paris. conf. 51. num. 30. & conf. 88. num. 11. & conf. 92. num. 62. lib. 2. Socin. Iun. conf. 2. num. 11. lib. 3. Alciat. responso 563. num. 1. Natt. conf. 64. num. 8. lib. 1. & conf. 437. num. 2. lib. 3. Cephal. conf. 46. num. 46. & 47. Card. Mantic. d. tit. 11. num. 1. cum seqq. Menoch. d. præsumpt. 84. num. 26. & præsumpt. 91. num. 3. & conf. 321. num. 4. & conf. 875. num. 11. 14. & 16. & conf. 1127. num. 9. Adrian. Negusant. d. q. 173. num. 43. Craff. in §. fideicommissum q. 15. num. 1. cum seqq. Intrigl. d. q. 85. num. 3. Rusti. d. cap. 5. num. 14. Rot. decis. 226. num. 3. ad fin. apud Farin. p. 2. recent. Fusar. d. q. 325. num. 3.* vbi *num. 5.* ait ampliationem huiusmodi in aliquibus casibus non esse recipiendam, primò, quando vocati essent descendentes ex parte patris, vel ex linea paterna; secundò, quando vocati essent descendentes masculi; tertiò, quando ageretur de pronepote ex filia, vel vlteriori, quia licèt nepos posset dici descendens aui materni non tamen idem de pronepote dicendum esset.

Limita primò, quando esset dictum de descen- 11
dentibus masculis, vel testator vocasset descendentes masculos, quia tunc non admittuntur fœminæ, ita *Iason in l. si quis id quod. n. 21. ff. de iurisdict. omnium Iudicum, Anton. de Butr. cons. 46. Rectè decisum, Abb. conf. 36.* Videtur primò *lib. 1.* vbi per sex fundamenta probat, quod qualitas masculinitatis non potest conuenire fœminæ, *Deci. conf. 154.* Diligenter *num. 2. Socin. conf. 14. Viso testamento, num. 6. vers. præterea filij masculi, lib. 3. Grat. conf. 5. num. 15. lib. 2. Card. Mant. d. lib. 8. tit. 11. num. 7.* vbi ampliat limitationem etiamsi sint masculi ex fœminis, & *num. 8.* restringit nisi fuerit fœmina, quæ vocauerit masculos descendentes, *Pratt. de interpret. vltim. volunt. fol. 293. num. 67. in fine, Hieron. Gabr. conf. 132. q. 5. lib. 1. Fusar. d. q. 325. num. 3. Menoch. conf. 1036. num. 17. Rustic. d. cap. 5. à num. 22.*

Limita secundò, quando vocati essent descen- 12
dentes ex linea masculina, vel per virilem sexum, quia tunc fœminæ non veniunt etiam descendentes ex masculis, vt resoluunt *Cravet. conf. 250. n. 3. Prat. fol. 287. num. 5. & fol. 292. num. 51. & fol. 293. num. 67. in fine*, latè *Menoch. conf. 295. per totum, & conf. 585. num. 18. & conf. 625. num. 7. & conf. 957. num. 30. & de præsumpt. præsumpt. 91. num. 6. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 26. num. 23. & conf. 11. num. 15. lib. 2. Craf. d. q. 15. num. 3.* latissimè *Fusar. de substit. q. 346. num. 12. cum seqq.* Contra *Marsil. sing. 33. Alexand. conf. 24. Ponderatis, num. 10. vers. & non inficior, lib. 5. & conf. 53. lib. 6. & conf. 125. Viso processu, num. 4. lib. 7. & conf. 17. Circunspectis, num. 6. eod. lib. 7. Socin. conf. 51. num. 5. lib. 4.* vbi ait, quod si testator instituit suos filios masculos cum hoc, quod hæreditas sua transeat de vno in alium descendentem per lineam masculinam, si decedit vnus ex filiis relicta vnica filia, ipsa excludit patruos suos, *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 11. n. 9. Hieron. Gabr. conf. 90. num. 33. lib. 1. Gall. de except. Succes. tit. 4. except. 27. num. 75. p. 2. Ceuall. commun. contra com. q. 54. Cephal. conf. 413. num. 18. cum seqq. Rustic. in d. l. cùm auus, lib. 2. cap. 5. num. 22. Card. Tusch. d. tom. 2. lit. D, concl. 219. num. 17.*

Limita tertiò, quando extaret statutum, exclu- 13
dens fœminas propter masculos, quia tunc fœminæ non comprehenduntur etiam sub verbis aptis eas comprehendere, ita *Bart. in l. vt iusiurandi. §. si liberi. num. 5. vers. nisi in ciuitate, & in vers. item prædicta vera, ff. de operis libertorum, Remin. Iun. conf. 185. num. 35. lib. 1. & conf. 499. num. 63. lib. 5. Pratt. conf. 161. num. 29. vers. coadiuuatur, Deci. conf. 45. num. 12. lib. 3. & conf. 7. num. 49. in fine, & num. 50. lib. 5. Menoch. conf. 420. num. 29. & conf. 836. num. 13. cum seqq. & num. 21. & conf. 867. num. 11. & seqq. & conf. 1012. num. 26.* vbi *num. 28. & 29.* id limitat ex coniecturis, *& conf. 1076. num. 2. cum seqq. & conf. 1079 n. 29. & de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 85. num. 3. & 4. Pereg. in tract. de fideicom. art. 25. num. 15. 22. & 26. & conf. 41. num. 12. in fine lib. 5. Intrigl. de substit. Centuria 3. q. 85. in fine, Rusti. in d. l. cùm auus. lib. 6. cap. 8. num. 16.* Rota in d. Leodien. fideicommissi coram Cardin. Caualerio, *decis. 255. n. 3. p. 1. recent.*

Limita quartò, quando testator tacitè, vel ex- 14
pressè habuit mentem conseruandi bona in agnatione, vt per *Menoch. conf. 585. num. 23. & conf. 900. num. 40. & conf. 1012. num. 27.* vbi de tacita conseruatione bonorum in agnatione ob vocationem masculorum, & *conf. 1029. num. 31. & conf. 1040. n. 1. cum seqq. Pratt. de interpret. vltim. volunt. fol. 293. num. 67. & conf. 161. num. 13. Fusar. de substit. q. 325. num. 10.*

Limita

15 Limita quintò, quando testator vocauit filios masculos, & eorum descendentes; nam in descendentibus censebitur repetita qualitas masculinitatis, ita *Molin. de primog. lib.3.cap.5. num.59. Ruden. cons.5. num.9. lib.2.* vbi de primogenitura *Menoch. cons.420. num.30. & cons.585. Fusar. d. quæst.325. num.14.*

16 Limita sextò, quando testator fœminis descendentibus prouidit de dotibus, nam non venirent in substitutione de descendentibus, & censerentur exclusæ à reliquis bonis; *Hieron. Gabr. cons.132. num.41. lib.1. Menoch. cons.197. num.55.vers.& cons.867. n.15. Rusti. in d.l.cum auus. lib.6.cap.8. num.14. Fusar. d. q.325. num.16.*

Limita septimò, vbi diuersa ratio adesset, subiectique materia aliud suaderet, tunc enim fœminæ non venirent, *Socin. Iun. cons.1. Præsentis consultationis, num.94. lib.1. Franc. Marzar. cons.39. Et sanè, num.12. Rustic.d.lib.2. cap.5. n.18.*vbi *num.21.pariter limitat in odiosis.*

17 DESCENDENTIVM appellatione veniunt etiam nati ex fœminis, *Ruin. cons.49. num.3.lib.1.& cons.120.num.8. eodem lib. Socin. Iun. cons.2. num.11. lib.3. Tiraq. de primog. q.13. num.2. Paris. cons.47. num.40. cum seqq. lib.3.* vbi ait, quod fœmina ex masculo dicitur descendens ex masculis, & agnata, & de cippo, de stirpe, domo & familia, ac proinde continetur in statuto, vel reformatione pro conseruanda agnatione, *& n.56.& 57.* extendit etiamsi sit nupta, *& num.68. cum seqq.* restringit nisi verba repugnarent, puta pro conseruatione perpetua agnationis, quia mulier solum conseruat donec viuit, *Cardin. Tusch. d. lit.D, concl.219.num.30.cum seqq.Surd. cons.308. num.14. & cons.317. num.1.& 2. Rot. in Auximanæ hæreditatis, 4. Iunij 1612. coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano*, impressa per *Farinac. decis.417. num.4. p.1. recent.*vbi subdit quod non dicuntur descendentes ex linea paterna,eadem *Rot. in Pampilonen. sepulturæ 10. Nouembris 1608. coram Gregorio XV. impressa per Farinac.decis.226.n.3. p.2. recent.* vbi intelligit maximè in transitoriis ad hæredes extraneos.

18 Limita primò, quando testator vocauit masculos per lineam masculinam descendentes,quia tunc masculi ex fœmina non venirent, *Ruin. cons.18.n.9. vers. vel secundò, lib.3. Molin. de primog. lib.2. cap.5. num.69. Menoch. cons.802. num.82.* quos refert, & sequitur *Fusar.de substit.q.346.n.32.*

19 Limita secundò, quando vocati essent solùm descendentes ex linea masculina, quia tunc masculus ex fœmina non veniret, *Ruin. cons.18. lib.3. Cephal. cons.239. num.7. & cons.581. num.12. Pereg.d. tract. de fideicom. art.26. num.4. & num.29. in fine,* quos refert & sequitur, *Fusar. d. q.346.n.33.*

20 Limita tertiò, quando vocarentur descendentes per virilem sexum,quia tunc non venirent descendentes etiam masculi ex fœmina, ita *Bald. per tex. ibi in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. Card. Mantic. d. lib.8. tit.11. num.9. Craff.in §. fideicommissum, q.15. num.3. Menoch. de præsumpt. lib.4. præs.91. num.6. Pereg. cons.50. num.1. lib.3. Intrigl. de substit. cent.3. quæst.85. num.6. Fusar. d. quæst.346. num.34.*

21 DESCENDENTIVM appellatione in priuilegiis non venit masculus ex fœmina, *Alex.cons.56. num.5. in princ. lib.1.* præsertim in priuilegiis odiosis, & tertio præiudicialibus, *Dec. cons.123. num.4. ante med. vers. item fallit, Bero. cons.96. num.13.lib.1. Ioan. de Imola cons.62. Post exhibitum, sub num.5. vers.item fallit, & num.6. Vincent.de Franch.decis.107. num.6.* & fuit dictum in Romana mensæ nummulariæ, 30. Iulij 1614. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, impressa per *Farinac. decis.663. num.22. p.1.recent.* Veluti in priuilegio immunitatis, quia illud dicitur odiosissimum, *l.1. ff.de iure immun. Rumin.consil.25.n.40. Natt.cons.64.Credo, n.8.circa fin.*

DESCENDENTIVM appellatione, quando vocantur ad fideicommissum si non sint, admittuntur hæredes, nisi aliud cautum sit in testamento, *Natt. cons.431. n.8. Sim.de Pratt. de interpret. vltim. volunt. fol.289.num.24. Fusar. de substitut.q.318.* 22

SVMMARIVM.

1 *Diei appellatione in dubio venit dies naturalis.*

2 *Diei appellatione non venit nox nisi per fictionem.*

3 *Dies festiui dicuntur de præcepto.*

4 *Dierum appellatione veniunt continui, non autem vtiles.*

Dies.

APPELL. LXXI.

DIEI appellatione in dubio aliter non declarato per partes venit dies naturalis, & sic horarum 24. *l. eum qui certarum. ff. de verborum obligat. Ias. in l.more Romano. ff. de feriis, Ludou. Gom.in reg. de resignantib. infirmis, q.36. Bertazol. de clausulis instrum.clausul.1.glos.5.n.2. vers.quartus.* 1

DIEI appellatione non venit nox nisi per fictionem, *Federic.de Senis cons.44. Factum tale est, num.2. vers. nam tunc dies, & cons.256. in fine*, quem refert *Cardin. Tusch.practic. conclus.tom.2. lit.D, concl.407. num.1.* declarando vt per *Rebuff. ad l.2. ff. de verb. signif. vers. videndum, pag.21.* 2

DIERVM festiuorum appellatione in Breui Apost. nuncupato extra tempora, & alibi vbi de illis fit mentio, veniunt dies festiui sub præcepto, vt resoluunt *Viuald.in candel.aureo,p.1.tit.de Sacram. Ordinis, num.35. vers. tertia conclusio, Azorii. instit. moral.p.2. lib.1. cap.27. q.19. Aloys. Ricc.in praxi aurea,resol.273. num.2.* & hæc opinio est probabilis. Contraria verò, quæ docet sub hac appellatione comprehendi dies duplices, & festi in ordinem ad officia diuina, licèt non sint à laboribus feriati, probabilitate non caret, eámque amplectuntur *Fr. Emman. quæst. Regular. tom.3. q.23. art.5.Soar.tom.1. de Relig. lib.2. de diebus festis, cap.9. num.22. Stephan. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta lib.1. cap.2. num.11.* quos refero Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p.2. alleg.17. sub num.7. secundum Lugdunen. impress.* 3

DIERVM appellatione veniunt continui, non autem vtiles, nisi de istis expressum sit, *l.1.ff.de manumis. l.qua ætate, ff. de testament. Rebuff.ad l.2. ff. de verbor. signif. vers. videndum est, pag.21.* 4

SVMMARIVM.

1 *Episcopatus non venit appellatione dignitatis in odiosis.*

2 *Dignitatum appellatione in dispensationibus non veniunt maiores post Pontificalem.*

3 *Archidiaconatus, & Archipresbyteratus veniunt tantùm appellatione dignitatis in Ecclesia Cathedrali.*

4 *Archidiaconus & Archipresbyter ex solo nomine habent dignitatem de Iure communi.*

5 *Præpositura, Thesauraria, Decanatus, & Sacristæ de Iure communi non sonant in nomen dignitatis, nisi sit consuetudo in contrarium.*

6 *Vicarius generalis Episcopi in commissionibus causarum venit appellatione dignitatis.*

7 *Collector & Subcollector habent dignitatem cum iurisdictione.*

8 *Commendatarius perpetuus habet dignitatem.*

9 *Cancellarius Academiæ Pontificis auctoritate approbatæ dicitur in dignitate constitutus.*

10 *Canonicatus non venit propriè, sed largè dignitatis appellatione.*

11 *Abbatia non venit dignitatis appellatione in odiosis.*

Dignitas.

APPELL. LXXII.

1 DIGNITATIS appellatione non venit Episcopatus in odiosis, licèt secus in fauorabilibus, *glos. verbo dignitatum, in cap. 2. de præbend. lib. 6. Natt. cons. 686. num. 3. lib. 4. Mandos. reg. 20. Cancel. num. 7. 8. & 9. Cosm. in pragmat. sanct. tit. de elect. cap. licèt, §. statuit, verbo, obstaculo, Lap. alleg. 84.* vbi *Mandos. lit. B, Petr. Greg. de benefic. cap. 24. n. 1. Gambar. de officio Legati à latere, lib. 2. num. 41. cum seqq. & lib. 7. num. 222. cum seqq. Bursat. cons. 287. num. 5. vol. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. in princip. num. 36.* Vnde si Papa dispenset cum illegitimo ad omnes & quascunque dignitates ecclesiasticas non censetur dispensare ad dignitatem Episcopalem, vt scribunt *Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 9. num. 4. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 11. num. 28. Pereg. de fideicom. art. 13. n. 8. Sanctar. var. q. 38. num 6.* vbi citat metipsum, *de officio Episcop. p. 2. alleg. 1. num. 17.*

2 DIGNITATVM appellatione in dispensationibus non veniunt maiores post Pontificales, *Bellam. decis. 698. post med. Rebuff. in concord. tit. forma mandat. Apostol. in glos. verbo aut dignitate, nouissimè, Tamburin. de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 5. quæst. 19. num. 5. Ioan. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 3. q. 8.* pluribus in id citatis retigi, Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 45. num. 14.* & me citato in illo loco *Sanctarel. d. quæst. 38 num. 31.* dignitas enim maior post Pontificalem non venit etiam in gratia ad dignitates, vt post *Ægid. Bellamer. decis. 698.* scriptum reliquit *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1. num. 20.* nec in facultate quam daret Papa conferendi etiam reseruata qualiacunque, *Ludou. Gomez. in tract. de grat. expectat. num. 45.* vbi subdit quod si Papa dat litteras expectatiuas, litteræ ad illas non extenduntur, quæ post Pontificales maiores censentur, quod & probat *Anastas. Germon. in tract. de indultis Cardinal. §. ac irritum. num. 50.* Nomine autem dignitatis maioris intelligitur ea, quæ in Ecclesia Cathedrali maiore est cæteris post dignitatem Episcopalem, vt aduertit *Sanctarel. d. quæst. 38. num. 32. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 168. num. 4.*

DIGNITATIS in Ecclesia Cathedrali appellatione veniunt tantùm Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, *Pute. decis. 89. num. 1. lib. 3.* nam 4 de Iure communi Archidiaconus, & Archipresbyter habent dignitatem ex solo nomine, *Aretin. cons. 23. in princ.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, concl. 419. num. 15. & 16.* Alij autem personatus, siue officia non sonant in nomen 5 dignitatis de eodem Iure communi, nisi consuetudo sit in contrarium, *Aretin. vbi suprà, Card. Tusch. d. concl. 419. num. 19.* vt de Præpositura dicit idem *Aretin. d. cons. 23. num. 5.* & de Thesaurario firmant *Rot. decis. 173. aliàs 8. de præbend. in nouis, Aretin. d. cons. 23. in princip. Abb. cons. 93. in princip. & per totum lib. 2.* & de Decanatu, *Rot. & Aretin. locis proximè citatis*, & de Præcantore idem *Aretin. d. cons. 23. num. 6.* & de Sacrista *Zabarel. cons. 62. in princip.*

DIGNITATIS appellatione in commis- 6 sionibus causarum venit Vicarius Episcopi generalis, qui in dignitate dicitur constitutus, vt resoluunt plures per me citati in *tract. de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 54. num. 132.* vbi *numeris seqq.* agitur de Vicario electo à Capitulo Sede va- 7 cante. Venit etiam Collector, & Subcollector, quia habere dicuntur dignitatem cum iurisdictione, *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 51. num. 79. Massob. de Synodo diœcesana, cap. 4. dub. 13. num. 32. secundum Roman. impress.* Venit etiam Commendatarius per- 8 petuus, *Tusch. de visitat. lib. 2. cap. 9. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 8. num. 10. Tamburin. de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 1. quæst. 3. num. 4. Massobr. d. dub. 13. num. 38.* vbi *num. 39.* post *Rebuff. de pacif. possess. num. 41.* subdit posse delegari causas Com- 9 mendatario Abbatis, sicut Abbati titulari. Venit etiam Cancellarius Academiæ Pontificis auctoritate approbatæ, *Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 13. quæst. 9.*

DIGNITATIS appellatione propriè non ve- 10 nit Canonicatus, sed largè, *Achil. decis. 1. num 2. & 6. de rescript. Federic. de Senis cons. 80. num. 2. in fine, Selu. de benefic. q. 61. num. 2. Mari. Antonin. lib. 3. resol. 11. num. 19. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. resol. 90. num. 1.*

DIGNITATIS appellatione non venit Ab- 11 batia, quia est de maioribus dignitatibus, quæ sint in Ecclesia, & ob id speciali nota digna, *Lap. alleg. 84. num. 11. Ludou. Gom. de infirm. resign. q. 16. & de val. q. 3. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. num. 65.* Intellige in odiosis sicut non venit Episcopatus, *Archid. in cap. 2. num. 1. de Præbend. in 6. vbi Franc. num. 5. Tamburin. de iure Abbatum, tom. 1. disp. 1. q. 2. num. 7.* nam Abbatiæ æquiparantur Episcopatibus, *Rebuff. in concord. tit. de mandatis Apostol. §. statuimus, verbo monasteria, Mandos. in reg. Cancel. de benefic. vacan. per promotionem, q. 3. num. 8. Menoch. cons. 52. num. 133. Ascan. Tamburin. d. tom. 1. disp. 13. q. 1. num. 18.* In fauorabilibus igitur dignitatis appellatione venire Abbatiam constat ex *c. indemnitatibus, de elect. lib. 6. cap. 2. de iudic.* vbi *Dec. num. 12. Ioan. Corros. in paraphras. Sacerd. p. 3. c. 3. num. 3. Marc. Anton. Columna in tract. de ecclesiast. reddit. orig. p. 2. cap. 15. n. 7.* quos refert & sequitur, *Valenzuela cons. 74. n. 63.*

Diœcesanus.

APPELL. LXXIII.

1 DIOECESANI appellatione Episcopus tantùm comprehenditur, non alius inferior, etiamsi is habeat iurisdictionem Episcopalem, *glos. in Clem. 1. verbo diœcesanis, de foro competenti, & in Clem. 1. de vita, & honest. cleric. & in Clem. 1. de iure patron. Imol. in cap. de monachis, col. 2. de præbend. Philip. Franc. in cap. Ordinariis vers. appellatione verò, de officio Ordin. lib. 6. Zabarel. in Clem. quia Regulares, num. 22. de suppl. neglig. Prælat. Erasm. à Cochier de Iurisdict. Ordinarij in exemptos, p. 1. q. 1. num. 6.* vbi *num. 7.* subdit procedere in materia stricta, & odiosa, *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 212. num. 4.*

2 Verùm appellatiuum hoc intelligitur in iis, quæ potius exigunt officium, vel dignitatem Episcopi, quam eius iurisdictionem: nam in aliis, quæ iurisdictionem potius requirunt appellatione diœcesani continetur inferior habens iurisdictionem Episcopalem, vt ex *Abb. Barbat. & Felino, obseruat Couar. in cap. Ioannes, num. 1. de testam.* in quo, ait ille, oportet mentem, & rationem dispositionis cuiusque perpendere diligenter, *Mandos. reg. 16. Cancel. q. 42. num. 3. Flores de Mena var. lib. 4. q. 24. num. 9. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 303. num. 1.* vbi ait, quod veniunt Abbates habentes iurisdictionem Episcopalem, *Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 29. in fine, Stephan. Gratian. d. c. 212. num. 11. Rot. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino decis. 346. n. 6.*

Diœcesis.

APPELL. LXXIV.

1 DIOECESIS appellatione in materia fauorabili ciuitas continetur, secus in odiosa, ita in *cap. Rodulphus 35. de rescript.* tenent *Card. Florent. num. 1. oppos. 1. num. 10. Imol. col. 1. num. 5. Butr. col. 1. num. 10. Abb. num. 5. vers. ad secundum, Felin. col. 5. num. 8. vers. tertia conclusio*, tradunt etiam *Ferret. cons. 220. num. 1. vers. capit etiam, Alex. cons. 248. Ponderatis, num. 10. & 11. vers. pro quo etiam, lib. 6. Petr. Andr. Gammar. ad cap. vnic. num. 106. cum seqq. super glos. verbo diœcesis, de rerum permut. lib. 6.* vbi etiam *Ioan. Monach. col. 1. num. 1. vers. quid si in ciuitate, Philip. Franc. col. 2. num. 5. Mandos. ad reg. 16. Cancel. q. 42. num. 7. Rendina in prompt. recept. sentent. tom. 1. tit. 124. num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 43. num. 193. cum seqq. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. vlt. num. 76. & 77. Erasm. à Cochier de iurisdict. Ordinarij in exemptos, p. 4. quæst. 74. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 350. num. 4. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 2. num. 32. Stephan. Gratian. disceptat. forens. tom. 5. cap. 893. n. 35. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 1. quæst. 30. num. 2. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1387. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Anniuersaria defunctorum veniunt appellatione distributionum simpliciter.*
2 *Mortuaria seu anniuersaria non veniunt appellatione distributionum quotidianarum.*

Distributiones.

APPELL. LXXV.

DISTRIBVTIONVM appellatione simpliciter veniunt anniuersalia defunctorum, *cap. vnic. de clericis non resid. lib. 6.* ibi, de distributionibus etiam pro defunctorum anniuersariis largiendis idem decernimus obseruandum, resolnit *Moniet. in tract. de distribut. quotidian. p. 1. quæst. 3. num. 12.* 1

DISTRIBVTIONVM quotidianarum appellatione mortuaria, seu anniuersaria defunctorum venire, tenet *Lap. alleg. 42. num. 1. vbi Mandos. in addit. lit. B*, allegat *Mil. in repert. verbo distributionum quotidianarum appellat. Nicol. de Vbaldis de success. ab intestato, dum de success. clericor. sæcular. tractat quæst. 6.* post *num. 19. & Rebuff.* post *concord. de collation. §. 1. in verbo distributionum.* Verùm appellatione distributionum quotidianarum huiusmodi mortuaria non contineri optimo forsan iure defendunt *Zabarel. in Clem. 2. §. illi verò. num. 15. de ætate, & qualit. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, concl. 511. num. 2. & 3. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 4. Monet. d. tract. de distribut. quotid. p. 2. q. 14. num. 22. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 4.* 2

SVMMARIVM.

1 *Districtualium appellatione veniunt originarij.*
2 *Districtuales non veniunt appellatione oppidanorum.*
3 *Clerici in materia priuilegiata, & fauorabili veniunt appellatione districtualium.*
4 *Districtus appellatione venit diœcesis.*

Districtuales, Districtus.

APPELL. LXXVI.

DISTRICTVALIVM appellatione veniunt originarij, cùm illud verbum sonet in originem, secundùm *Bald. cons. 455.* Quatuor ad propositum *n. 3. vol. 4.* quem refert *Bertazol. de clausulis instrument. claus. 20. glos. 23. num. 12.* vbi *à princip.* illius glossæ agit de districtu, territorio, comitatu, & diœcesi. Et quod districtuales non veniant appellatione oppidanorum, censuit *Rot. apud Seraph. decis. 467. num. 7.* refert *Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1387. in fine.* 1 2

DISTRICTVALIVM appellatione veniunt clerici in materia priuilegiata & fauorabili, vt per *Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 12. Rot. decis. 452. num. 2. p. 1. diuers.* An autem & quando clerici & Prælati dicantur esse de districtu dominorum temporalium? vide *Dominic. per tex.* ibi *in cap. vlt. in princip. num. 7. & vlt. de offic. deleg.* vbi etiam *Franch. num. 3. & 4. & Anchar. n. 6. Cardin. Bellarmin. tom. 1. controu. §. generali, lib. 1. cap. 28. vers. secunda propositio, Surd. decis. 129. & cons. 301. num. 7. Marta de Iurisdict. p. 4. cent. 1. casu 1. num. 28. Soar. de legibus lib. 3. cap. 20. num. 7. ad fin.* 3

DISTRICTVS appellatione venit diœcesis, *glos. verbo diœcesin vers. hoc casu, in Clem. ne Romani, §. sanè, de elect.* nouissimè *Iul. Lauor. vari. elucubrat. tom. 1. tit. 1. cap. 8. num. 11.* 4

SVM

SVMMARIVM.

1 *Domicilij appellatione in dubio non venit originis, sed habitationis.*
2 *Domicilium incolatus præfertur domicilio originis.*
3 *Domicilium habitationis omnino, & semper spectatur. Pro contraria parte multa allegantur, videlicet,*
4 *Domicilium originis præualet domicilio habitationis.*
5 *Domicilium originis potentius quam incolatus, quia vnum naturale, aliud accidentale.*
6 *Qualitas naturalis maior est accidentali.*
7 *Forum vtrumque vbi concurrit in vna eadémque persona attendendum est domicilium originis, & non habitationis.*
8 *Domicilium originis est immutabile, habitationis verò sicut proprio facto constituitur, ita potest propria voluntate & facto mutari, & amitti.*

Domicilium.

APPELL. LXXVII.

1 DOMICILII appellatione in dubio non venit originis domicilium, sed habitationis, vt docent *glos. verbo vnam dictam, in fine in cap. statutum, §. cum verò, de rescript. lib.6.* vbi *Franc.num.12. & Dominic. ad fin. vers. ex fine tamen glossæ, Felin. in cap. fin. num.23. vers. bene facit, de foro compet. Tiraq. de retractu lig. §.9. glos.2. num.21. Afflict. decis.384. num.7. Brunor. à Sole in locis communib. verbo domicilium 1. Cephal. cons.414. num.58. Ioseph. Sesse Aragoniæ, decis.59. n.9. Sanch. de Matrimon. lib.3. disp.23. num.7.*

2 Ratio est, quia domicilium incolatus præfertur domicilio originis, vt docent *Alex. cons.16. vol.1. Bertrand. cons.201. num.4.vol.2. Natt.cons.139.n.16.*

3 & domicilium habitationis omnino, & semper spectatur, *Ias. in repet. l. si arrogator. num.46. ff. de adoption. & in l.1. col.6. vers. tene contrarium, C. de sum.ma Trinit.* & magis attenditur saltem in muliere, *Surd. cons.549. n.1.*

4 Contrarium tamen, imò domicilij appellatione venire originis domicilium, non omnino improbabilis tenet aliorum sententia, dum resoluunt hoc præualere domicilio habitationis, ex quorum numero sunt *Socin. cons.254. num.8. vol.2. Decian. cons.71. num.11. vol.2. Surd. cons.343. n.30. & cons.346. n.8.& 9. & cons.371.n.49.*

5 Quod quidem concludenti probatur ratione, quia domicilium originis potentius est quàm domicilij, quia vnum naturale, aliud accidentale, secundùm *Anch. cons.37.Contrà, num.6. in fine, & n.7. Peralta in l.vnum ex familia, §. si de Falcidia,num.13. ff. de legat.2. Card. Tusch. practic.conclus. tom.5.lit.N, concl.8. num.3. Menoch. de præsumpt. lib.6. præs. 42. à*

6 *num.4.* atqui naturalis qualitas maior est accidentali, & magis attendi debet, quia naturalia præualent, *l. qui habet, in princip. & ibi Dyn. & Bart. ff. de tutelis, Tiraq. de retract. lig. §.30. glos.1. num.26. Menoch. cons.52.n.124. Sanch. d.lib.3. disput.23.num.6. vers. primo, Ergo, &c.*

Vnde attendendum esse domicilium originis, & 7
non habitationis, quando in vna, & eadem persona vtrumque forum concurrit, colligitur ex *l.libertus. §. præscriptio, ff. ad municip.* & scribunt *Crot. in rub. ff. soluto matrim. num.37. vbi etiam Riconit. n.80. Cephal. cons.451.num.112. Menoch.cons.329. num.38.* Vnde ciuitas originis in concursu tanquam fortior & potentior ciuitate domicilij præferenda est, vt docet *Adrian. Vegusant. in sylua resp. q.60. num.3.* 8

Nam domicilium habitationis, quod accidentale dicitur, sicut proprio facto constituitur, ita propria voluntate & facto mutari, & amitti potest, vt cum multis resoluit *Menoch. de præsumpt. lib.6.præs. 42. num.11.* & tangit *Sanch. d. lib.3. disp.23. num.4.* naturale verò originis domicilium voluntate ipsius ciuis mutari, aut tolli non potest, quia naturalia sunt immutabilia sicut probat *tex. in l. assumptio. ff. ad municip.& in l. origine, C. de municip.& orig.lib.6.* & scripserunt *Menoch. cons.329. n.37. & cons.1176. num.5. & d. lib.6. præs.42.num.4.* vbi *num.5.* intelligit quoad munera, & honores, & sic onera personalia, *Brunor. à Sole in locis communib. verbo domicilium 2. Cardos. in praxi Iudicum, & aduocat.eod.verbo num.3. Sanch. d. disp. 23. num.4. Bernard. Graua. ad pract. Camera Imper. lib.2.conclus.36. num.2. Stephan. Gratian. discept. forens.cap.75. n.10.*

SVMMARIVM.

1 *Domesticorum appellatione propriè veniunt illi qui subsunt, vel ratione patriæ, vel domesticæ potestatis.*
2 *Domesticos si testator substituat eorum appellatione admittuntur illi, qui sunt de familia.*

Domestici.

APPELL. LXXVIII.

DOMESTICORVM appellatione propriè 1
veniunt illi, qui subsunt vel ratione patriæ, vel dominicæ potestatis, & qui habitant cum aliquo, vel aliquo modo sunt subiecti mercenarij, vel similes, *Bald. in l.2. C. de testib. Felin. in cap. in litteris, eod. tit. Aretin. cons.13. Viso diligenter, num.14. & 15. Mascard. de probat. concl.533.*

DOMESTICORVM appellatione, vbi te- 2
stator eos substituit, continentur illi, qui sunt de familia, *Bart. in l.1. in princip. ff. ad Syllan. Franc. in cap. si pater, col.55. vers. decimo septimo, de testam. lib.6. Laurent. de Pallat. in tract. quod stantibus masculis, num.161. Sim.de Pretis de interpret.vlt.volunt. fol.289. n.23.* quos refert, & sequitur *Fusar.de substitution. q.375.*

SVMMARIVM.

1 *Dominij appellatione propriè venit directum.*
2 *Dominium dicitur qualibet perpetua vtilitas.*
3 *Dominij quando fit simplex mentio in libello intelligi debet de directo non de vtili, item de proprio non de quasi dominio nisi dicatur.*
4 *Limita vt sustineatur actus secundùm propriam significationem.*

Dominium.

APPELL. LXXIX.

1 DOMINII appellatione propriè venit directum, *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis, Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap. 17. num. 13.* lato verò modo tam vtilis quam directum venit, *Menoch. cons. 226. num. 176. & cons. 116. num. 10. Surd. decis. 288. n. 28. Bart. cons. 243. Fuit quidam, num. 6. lib. 1. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, concl. 101. num. 8. Cardin. Mantic. decis. 59. num. 1.* vbi etiam quod quælibet perpetua vtilitas dominium dicitur, & *num. 2.* subdit quod dominium dicitur respectu vniuersalis iurisdictionis.

3 Vnde quando simplex mentio fit in libello de dominio, intelligi debet de directo, non de vtili, item de proprio dominio, non de quasi dominio, nisi dicatur, *Alex. cons. 83. Viso themate, num. 2. lib. 3.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 918. n. 2.*

4 Limita vt sustineatur actus secundùm propriam naturam, quia tunc vbi fit mentio de dominio, intelligitur de vtili, & non de directo, ita *Alex. cons. 86. In causa datiorum, col. 2. vers. nec obstat, lib. 1.* quem refert idem *Card. Tusch. tom. 8. lit. V, concl. 101. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Domini appellatione qui veniant, & qui tales dicuntur, remissiuè.*

2 *Domini appellatione strictè venit vtilis dominus, regulariter verò intelligitur tam de domino directo quàm de vtili.*

3 *Domini appellatione venit etiam dominus pro parte.*

4 *Vsufructuarius secundùm subiectam materiam venit appellatione domini.*

Dominus.

APPELL. LXXX.

1 DOMINI appellatione qui veniant, & qui tales dicantur, vide *Alex. cons. 129.* Puto de iure *num. 3. vers. pro hoc etiam, lib. 2.* vbi quod propriè maioritatem habens, seu præeminentiam dicitur dominus, *Valasc. de iure emphyt. q. 13. num. 4. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, conclus. 614. per totam,* latè *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 1. n. 18. cum seqq. Surd. cons. 357. num. 12.* vbi agit an qui grauatus est fideicommisso, vel sub conditione, sit dominus ante tempus restitutionis, vel venditionis.

2 DOMINI appellatione strictè venit vtilis dominus, *l. 1. ff. si ager vectigalis, Bart. in l. etsi possessor. §. item si iura. ff. de iureiur. Fusar. de substitut. q. 245. num. 25.* Regulariter verò intelligitur tam de domino directo quam de vtili, *Menoch. cons. 226. n.* 3 *176.* Et quod appellatione domini veniat etiam dominus pro parte, ex *l. 1. §. domini 2. ff. ad senatusconsul. Sylan.* resoluit *Rebuff. ad l. 96. propè fin. vers. tertia, conclusio. ff. de verb. signif. pag. 413.*

4 DOMINI appellatione secundùm subiectam materiam venit vsufructuarius, quia licèt non sit dominus rei, tamen dicitur dominus Iuris vsusfructus, secus verò si dicatur dominus fundi, vel dominus rei, tunc enim non venit vsufructuarius, emphyteuta, conductor, & similes, de quo tamen vide tradita per *Alex. d. cons. 129. num. 3. & 4. vers. & licèt, lib. 2. Valasc. d. q. 13. num. 5. Card. Tusch. d. lit. D, concl. 614. num. 6. & 10. Garc. Mastrill. Sicilia decis. 92. num. 8. Cardin. Mantic. decis. 59. num. 2. & 3. Menoch. cons. 201. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Domus appellatione venit agnatio & parentela testatoris.*

2 *Domus, seu illorum de domo appellatione, veniunt omnes ferentes eadem insignia, præsertim in dispositione, quæ respicit nobilitatem.*

3 *Fœminæ veniunt appellatione domus, vel illorum de domo.*

4 *Naturales, nec eorum filij veniunt appellatione domus, seu illorum de domo.*

5 *Filij clericorum de domo & familia patris non dicuntur.*

6 *Illegitimi dicuntur de domo vbi ex consuetudine concederetur naturalibus, & illegitimè natis ferre arma, & insignia familiæ.*

7 *Naturales in Hispania admittuntur ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris.*

8 *Domus totius, & progeniei appellatione venit non solùm familia originaria, sed etiam aggregata.*

Domus.

APPELL. LXXXI.

1 DOMVS appellatione venit agnatio & parentela testatoris, ita vt domo vocata ad fideicommissum veniant qui sunt de agnatione, & familia, *cap. 1. de schismatic. lib. 6. ibi, domus de Columna, Bald. per tex. ibi in l. 1. C. ne liceat potent. Ruin. consil. 110. num. 14. & cons. 161. num. 4. lib. 2. Gozadin. cons. 45. num. 9.* latè *Socin. Iun. cons. 94. num. 9. lib. 1. & consil. 103. num. 2. & 19. lib. 2. Rimin. Iun. cons. 835. num. 25. & seq. lib. 7. Alex. cons. 213. Ponderatis, n. 3. lib. 6.* vbi *num. 4. vers. fortificatur,* subdit quod in dispositione testatoris odiosi ipsi testatori non continentur, *Anchar. cons. 152.* Plura sunt *num. 5. & 6. Roch. de iurepatron. verbo ipse vel is, num. 74. Crauet. cons. 800. num. 5. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. tit. 8. 12. n. 11. Sim. de Prettis de interpret. vlt. volunt. fol. 289. n. 22. & cons. 161. nu. 24. & 28. lib. 1. Menoch. cons. 4. num. 14. & 15. & cons. 75. num. 1. & cons. 633. num. 2. & cons. 1171. num. 2. & de præsumpt. lib. 4. præs. 88. num. 12. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 27. Cæualcan. decis. 102. num. 1. & 3. Surd. cons. 279. num. 17. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. c. 218. num. 10. & seq. Intrigl. de substitut. cent. 3. q. 83. num. 12. Fusar. in simili tract. q. 361. num. 1. Cardin. Tusch. practic. conclusion. tom. 2. lit. D, concl. 618. n. 3. & 4. & tom. 6. lit. P, concl. 891. num. 2. post Anch. cons. 152. num. 5. & seq.* notat quod si testator vocet omnes de domo sua, intelligitur de agnatione non de domo habitationis, vsque ad decimum gradum, *Caroc. decis. 41. in fine, Cephal. cons. 137. n. 2.* vbi *num. 3.* subdit quod dicuntur vocati, qui aliàs ad successionem vocarentur, refert *Fusar. d. q. 361. num. 3. & 4.*

Proxi

Proximiores tamen admittuntur, *Sim. de Prettis d. fol. 289. num. 22. in fine, Menoch. d. præs. 88. num. 12. in fine, Pereg. d. art. 22. num. 27. in fine, Fusar. d. quæst. 361. num. 5.*

2 DOMVS, seu illorum de domo appellatione veniunt omnes ferentes eadem insigna, præsentia in dispositione, quæ respicit nobilitatem, *Alexan. d. cons. 213. num. 3. lib. 6. & cons. 91. num. 5. lib. 7. Rebuff. ad l. 195. §. iure proprio, vers. si vero, ff. de verb. signif. pag. 618. Grat. cons. 63. num. 10. & seq. lib. 2. Ruin. cons. 161. num. 4. lib. 2. Socin. Iun. cons. 101. num. 2. lib. 2. Gozadin. cons. 45. num. 9. Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 9. num. 293. in fine, Cardin. Mantic. d. tit. 12. num. 17. Cravet. d. cons. 800. num. 5. Sim. de Prettis de interpret. ultim. volunt. fol. 289. num. 22. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 27. & cons. 47. num. 13. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. lib. 4. præs. 89. num. 12. Intrigl. d. quæst. 83. num. 13. Fusar. d. quæst. 361. num. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 645. num. 14. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resolut. 82. num. 9.*

3 DOMVS, seu illorum de domo appellatione veniunt fœminæ, vt tenent *Paris. cons. 20. num. 33. & seq. lib. 2. & cons. 47. num. 55. cum seqq. lib. 3. Natt. cons. 21. num. 48. Sfort. Odd. cons. 46. num. 40. Bursat. cons. 343. num. 4. cum seqq. Cephal. cons. 53. num. 84. cum seqq. lib. 1. Bardel. cons. 66. num. 22. Anchar. Regien. lib. 3. quæst. 6. num. 10. cum seqq. Menoch. d. præs. 88. num. 12. in fine, Honded. cons. 56. num. 31. lib. 2. Peregr. cons. 23. num. 30. lib. 3. Rot. decis. 282. num. 2. apud Farin. p. 2. recent.* & nouissimè in vna Cesenaten. fideicommissi, 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Duran. in vers. quod autem, vbi nihil voluit resoluere. Quamuis fœminas non admitti resoluant *Gozadin. cons. 45. num. 10. & cons. 79. num. 6. Cravet. d. cons. 800. col. 2. Surd. cons. 46. num. 26. & seq. Honded. cons. 75. lib. 1. Intrigl. d. quæst. 83. num. 14. Caroc. decis. 4. num. 11.* quorum tamen opinio procedere poterit vbi coniecturæ extiterint quod testator non senserit de fœminis, veluti si fideicommissum relictum sit domui pro conseruatione bonorum in agnatione, quia tunc fœmina non succederet, cùm non sit apta conseruare agnationem, vt in specie scribunt, *Gozadin. d. cons. 45. num. 10. Menoch. d. præs. 88. num. 15. Cephal. cons. 511. num. 27. Pereg. cons. 23. num. 10. lib. 3.*

4 DOMVS, seu illorum de domo appellatione (domus enim, seu de domo, & de agnatione sunt synonima, ex *Menoch. cons. 1171. num. 3.*) non veniunt naturales, nec eorum filij, *Bart. in l. tutelas, in princip. ff. de capit. diminut. Dec. cons. 365. num. 2. Grat. cons. 6. num. 4. lib. 2. Ruin. cons. 161. num. 4. lib. 2. Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 12. & de retractu lig. §. 1. glos. 8. num. 6. Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 12. num. 20. & 21. Rimin. Iun. cons. 563. num. 31. Decian. cons. 6. num. 1. lib. 3. Surd. cons. 279. num. 17. & 18. Petr. de fideicom. quæst. 11. num. 202. in fine, Menoch. de præs. 88. num. 13. Peregrin. cons. 41. lib. 1.* vbi latè declarat, *& de fideicom. art. 22. num.*

5 85. vbi dicit maximè procedere extantibus legitimis. *Cas. Barz. decis. 3. num. 16.* vbi quod filij clericorum de domo, & familia patris non dicuntur.

6 Quamuis contrarium sententiam minùs bene tenuerint *Paris. cons. 58. num. 91. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 442. num. 64. cum seqq.* & relati à *Pereg. cons. 36. num. 6. lib. 1.* Nisi illam accipiamus vbi ex consuetudine concederetur naturalibus, & illegitimè natis ferre arma, & insignia familiæ, quia tunc dicerentur de domo, vt bene resoluunt *Socin. Sen. cons. 102. num. 8. lib. 3. Cardin. Mantic. d. tit. 12. num. 20. in fine, Cephal.*

7 *cons. 591. num. 13. Menoch. d. præs. 88. num. 14.* Prout in Hispania, vbi ex notoria consuetudine illarum partium admittuntur ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, vt referunt *Azeued. cons. 24. num. 27. & 29. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 15. num. 49. citati à Rota in Pampilonen. Capellania 4. Martij 1622. coram Remboldo.*

DOMVS totius & progenici appellatione venit 8 non solùm familia originaria, sed etiam aggregata, omnes scilicet eadem insignia, & nomen deferentes, *Auchar. cons. 152. num. 4. & 5. Alexand. cons. 213. num. 3. ante med. lib. 6. Hieron. Gabr. cons. 132. quæst. 6. num. 58. cum seqq. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 27. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 645. num. 6.* quod ex eo probatur, quia ex addictione illius vniuersalis dict. *totius*, vniuersa familia vocatur, iuxta tradita per *Alex. cons. 195. num. 3. & seq. lib. 6.* & per *Tiraq. in l. si vnquam. verbo totum, num. 1. cum seqq. C. de reuocand. donat. & colligitur ex tex. in l. sicut lana. ff. de legat. 3.* & in *l. pediculis. §. labeo. ff. de auro & arg. legato*, vbi quod licèt lana legata non veniat lana intincta, quando tamen est adiectum signum vniuersale, venit lana cuiuscunque generis, quibus potissimum fundamentis, ita fuit resolutum in Ilcinen. iurispatronatus 18. Decemb. 1615. coram bonæ mem. Remboldo, impressa per *Farin. decis. 697. num. 6. p. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Ædificium quod solis parietibus & tecto continetur deputatum pro habitatione, venit appellatione domus.*

2 *Apotheca domui vnita, & sub eodem tecto, & solo existens venit appellatione domus.*

3 *Apotheca non venit appellatione domus quando per se stat, & est separata à domo.*

4 *Apotheca, seu taberna offensi, an & quando veniat appellatione domus in statuto imponente pœnam offendenti, seu insultanti ad domum, remissiuè.*

5 *Porticus venit appellatione domus.*

6 *Hortus venit appellatione domus in legato, si ad illum è domo pateat aditus.*

7 *Ostium, & alia domui affixa continentur illius appellatione.*

8 *Molendinum venit domus appellatione.*

9 *Domuncula, tugurium, seu capanna venit appellatione domus, quando est ad vsum hominum.*

10 *Stabulum venit appellatione domus, quando est connexum & vnitum domui.*

11 *Scalæ, quæ sunt extra domum, non veniunt appellatione domui.*

12 *Balnea veniunt appellatione domus, si aditus per domum ad ea habeatur, vel vnico pretio cum domo empta fuissent.*

13 *Puteus, & putealia veniunt appellatione domus.*

14 *Omnia affixa, & defixa ædibus, & posita in domo perpetui vsus causa veniunt in venditione appellatione domus.*

15 *Domus cum pertinentiis appellatione, quæ veniant ostenditur.*

Domus materialis.

APPELL. LXXXII.

1 DOMVS appellatione venit ædificium, quod solis parietibus, & tecto continetur deputatum pro habitatione, *l. eum, qui ædes. ff. de verb. sign. Corn. cons. 206. num. 11. Castren. cons. 92. per totum lib. 1.* vbi etiam *col. 2.* quod venit ædificium ad habitandum siue in Vrbe, siue in Castro, siue etiam in rure quando est propter se, & salubritatem aëris, non propter fundum, *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 657. num. 37.* quod veniunt omnia ab imo vsque ad superficiem, *Cardin. Tusch. d. tom. 2. lit. D, concl. 619. num. 2. & 3. Bertazol. de claus. instrum. claus. 19. glos. 3. num. 4.* vbi quòd domus appellatione venit etiam ædificium sine tecto. Et quod appellatione domus veniat tota, etiamsi non fuerit addita illa dictio, resoluit *Stephan. Gratian, discept. forens. tom. 5. cap. 947. à num. 3.*

2 DOMVS appellatione venit apotheca domui vnita, & sub eodem tecto, & solo existens, quæ vno pretio fuerat empta cum domo, *Alex. cons. 204. Perspectis, num. 4. vers. expressius decidere videtur. lib. 6.* vbi loquitur in donatione, legato, & venditione; & extendit quando domus, & apotheca sunt ne dum contigua, sed sub eadem structura, & sub eisdem confinibus, *Castren. cons. 92.* Notandum *vers. his non obstantibus, lib. 1.* vbi, quod secundùm subiectam materiam appellatione domus venit etiam apotheca in iure retractus, *Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 669. Verall. decis. 342. num. 1. p. 3. Surd. cons. 88. num. 2. & 3. Natt. cons. 117. num. 2. Ioseph. Sesse Aragonensis dec. 224. num. 15. Cardin. Tusch. d. concl. 619. num. 16. cum seqq. Bertazol. de clausulis instrum. claus. 19. glos. 7.* latè *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 126. per totam.*

3 Quando verò apotheca per se stat non venit appellatione domus, quia secundùm communem vsum non est domus, quando est separata à domo, *Natt. cons. 118. in 2. dub. Ruin. cons. 179. num. 4. vol. 1. Bertazol. d. glos. 7. num. 3. Mirilian. Ianuen. decis. 92. Verall. decis. 362. p. 3. Corn. cons. 203. Quamuis, lib. 1. Cravet. cons. 234. Ex datione, col. 1. vers. nono,* ista dubitatio *Cardin. Tusch. d. concl. 619. num. 39.* Vnde si statutum puniat delinquentem in Ecclesia, non procedit, si delictum sit commissum in Ecclesiæ apotheca, vel ostio, secundùm *Mastril. Siciliæ, decis. 22.* Vel si prohibeat aliquem capi in domo, non ideo prohibet capi in apotheca non sita in domo, neque sub eodem tecto, *Corn. d. cons. 203. num. 6. & 7. Castren. cons. 211. Viso puncto, per totum, Cravet. d. cons. 234. num. 2. versic. secundo*, qui duo vltimo loco citati id intelligunt si apotheca habeat suum aditum separatum ex publico, secus si vnita, adeò quòd aditus ex domo detur.

4 An autem, & quando domus appellatione in statuto imponente pœnam offendenti, seu insultanti ad domum, veniat apotheca, statio, seu taberna offensi? Vide *Corn. d. cons. 203. num. 4. & seq. lib. 1. Barbat. cons. 48. Præclarè scribitur. col. 2. vers. facit quod voluit, lib. 2. Bart. cons. 107. lib. 2. Alberic. in tract. de stat. lib. 2. quæst. 35. sub n. 3. Petr. de Cabail. resolut. crimin. casu 13. num. 2. cum seqq. Baiard. ad Clar. §. fin. quæst. 82. num. 116. Cardin. Tusch. d. concl. 619. num. 34. Farinac. fragmentor. crimin. p. 1. lit. D, num. 232.*

5 DOMVS appellatione venit porticus, quia est pars domus, *Negusant. de pignorib. p. 4. memb. 2. p. num. 139. Ioan. de Amic. cons. 1. num. 8. & 9. Alberic. d. lib. 2. quæst. 35. num. 1. & 2. Capol. de seruitut. vrb. cap. 44. col. 2. Vincent. de Franc. dec. 402. num. 8. Cabal. d. resol. 13. num. 9. & 10. Farinac. d. lit. D, num. 237. Bertazol. d. glos. 9. num. 4.* vbi ait procedere si sit coniuncta domui, & ei affixa est domus.

DOMVS appellatione in legato venit hortus ipsius 6
domus, si ad illum è domo pateat aditus, *l. prædiis. §. balneis. ff. de legat. 3. Cassan. ad consuet. Burgund. §. 3. verbo*, Au lieu & maison, *Ioan. de Amic. d. cons. 1. nu. 7. vers. & dicit, & num. 10. vers. vnde, Socin. Iun. cons. 61. n. 2. lib. 1. Decian. cons. 15. n. 23. vol. 4. Surd. cons. 195. num. 3. Cardin. Tusch. d. concl. 619. num. 24.* vbi *num. 31.* post *Alexand. cons. 26. Consideratis per totum, lib. 4.* subdit, quòd in diuisione, & laudo appellatione domus venit hortus contiguus, maximè considerata æqualitate, & commensuratione pretij. Secus verò dicendum in horto separato à domo, quia non venit appellatione domus cum pertinentiis, etiamsi possit ex domo iri ad hortum, quando constat, quòd alteri domui erat cohærens, *Dec. cons. 109. Pro tenui, Cravet. cons. 234. num. 2. vers. secundo, Tusch. d. cons. 619. num. 38.* latè *Bertaz. d. claus. 19. glos. 10. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 896. num. 28. & tom. 1. cap. 126. num. 19.*

DOMVS appellatione continetur ostium, & 7
alia, quæ eidem sunt affixa, *Capol. de seruitut. verb. præd. cap. 48. num. 2.* vbi intelligit de ostio, quod existit extra clausuram, *Mastril. Siciliæ dec. 22. num. 4. & seq.*

DOMVS appellatione venit molendinum, *Ias.* 8
in l. plerique, num. 10. ff. de in ius voca. Cardin. Tusch. d. cons. 619. num. 8.

DOMVS appellatione venit domuncula, tugu- 9
rium, seu capana, quando est ad vsum hominum, quia plus, & minus non faciunt differre specie, vt per *Socin. Sen. in d. l. plerique, num. 20.* & ibi *Ias. num. 7. ff. de in ius vocan. Cardin. Tusch. d. concl. 619. num. 11. Bertazol. in d. tract. cla. 20. glos. 12. num. 4. contrà Corn. cons. 206. num. 11. lib. 3. Tiraq. de iudicio in rebus exig. vers. his accedit, Cotta in memorab. in verbo, domus appellatione. Adrian. Negusant. in Sylua respons. quæst. quæst. 165. nur 10.*

DOMVS appellatione venit stabulum, quando 10
est annexum, & vnitum domui, vel habetur ad illud aditus per domum, aut fuerat emptum cum domo, aliàs secus, *Ias. in d. l. plerique. num. 8. & seq. Alexand. cons. 26. col. 1. lib. 4. Cardin. Tusch. d. concl. 619. num. 12. Firman. in suo repert. verbo, stabulum, Ioan. de Amic. d. cons. 1. num. 7. Bestran. cons. 239. num. 4. vol. 3. Bertazol. d. concl. 19. glos. 9. à princip.*

DOMVS appellatione non veniunt scalæ, quæ 11
sunt extrà domum, & extrà ostium, *Bald. in l. fistulam. §. fin. ff. de seruit. vrb. præd. Capol. d. tract. cap. 54. de scalis, ad fin. Bertazol. d. concl. 19. glos. 9. num. 5.*

DOMVS appellatione veniunt balnea, si aditus 12
per domum ad ea habeatur, vel vnico pretio cum domo empta fuissent, *l. prædia. §. balnea*, & ibi *Bart. in §. sequenti, ff. de lega. 3. Mellign. d. tract. num. 300. Bertazol. d. concl. 10. glos. 9. num. 6.*

DOMVS appellatione in venditione veniunt 13
ne dum puteus, sed etiam putealia, seu putea, id est, id quò puteus operitur, & funes, quibus aqua hauritur, labra, scilicet vasa, seu crateres lapidei ad recipiendum aquam apti, & item fistulæ, seu aquæductus, *l. Iulianus. §. fin. cum duabus legibus, seqq.* vbi Budæ. declarat quæ sint labra, & quæ sint salientes, de quibus ibi, & veniunt etiam rota, & situla ad hauriendum aquam, *l. qui fundum. §. fin. ff. de contrah. empt. Capoll. d. tract. de seruit. cap. 47. De puteo, cisterna, & lacello, col. 2. Bertazol. d. claus. 19. glos. 11.*

DOMVS

14 DOMVS appellatione in venditione generaliter veniunt omnia affixa,& defixa ædibus,& posita in domo perpetui vsus causa,*l. fundi, cum suis §§. & ibi omnes.ff.de action.emp.* latè *Bertaz.d.tract.de clauſ. inſtrum.clauſ.26.gloſ.13.per totam,& præcipuè à nu.19. Stephan.Gratian.d.tom.1.cap.126.num.2. & 20. Aloyſ. Riſc.in collect.deciſ.p.1.collect.212.in princip.Surd deciſ.* 134. vbi an in venditione domus veniant vitriatæ.

15 DOMVS cum pertinentiis appellatione venit apotheca, & taberna, conclaue, ſtabulum, hortus, & alia annexa domui, ſecundùm vſum vendentis, vel legantis, *Alex.conſ.223.per totum lib. 2. conſ. 204. lib.6.* quæ refert *Card.Tuſch.pract.concl.tom. 6. lit.P, concl. 323.num.* 13. Si teſtator plures habens domos ſimpliciter legat domum, & dubitatur de qua ſenſerit, dici ſolet præſumi legare illam,in qua habitare conſueuit, *Hieron.Gabr.conſ.98. num. 4. lib. 1. Menoch.conſ.329.num. 12. & de præſumpt. lib. 4. præſ. 129.num.1. vbi num. 2.* declarat procedere quando teſtator habitabat domum illam ordinariè, ſecus ſi ex accidenti.

SVMMARIVM.

1 *Donatio propria & vera quæ fit ex liberalitate venit appellatione donationis,non autem,quæ fit ex cauſa.*
2 *Pignoris renunciatio non eſt donatio.*
3 *Hæreditatis repudiatio non eſt donatio.*
4 *Donatio cauſa mortis prohibita donatione non continetur.*
5 *Donatio cauſa mortis non eſt propriè donatio.*

Donatio.

APPELL. LXXXIII.

1 DONATIONIS appellatione in materia ſtatuti venit vera & propria donatio, quæ fit ex liberalitate, non autem ea,quæ fit ex cauſa, *Hieron. Gabr.conſ.3.num.3.lib.1. Pute.deciſ.323.num.3.lib.1.in correctis,Sim.de Prettis de interp.vltim. volunt.lib.2.fol.* 109.*verſ.num.1. Alex.conſ.167. Viſis.num.* 10. *& ſeq. verſ.non obſtat octauum,lib.7.*vbi ait quod ſi ſtatutum mandat inſinuari donationem à centum ſuprà,quia eſt contra ius commune,intelligi debet de propria, & vera donatione ex liberalitate,*Oldrad.conſil.* 139. *per totum,*refert *Cardin. Tuſch.practic. concl.tom.2. lit. D,concl.621. à num.* 15. vbi *num.*20. poſt *Bald. conſ.*
2 341.*num.* 3. *lib.*1. ſubdit renunciationem pignoris non eſſe donationem,*& num.*23. quòd non eſt donatio illud, quod donat pater filio vſque ad legitimam, *& num.* 24. poſt eundem *Bald. conſ.* 371. *in*
3 *princip.verſ.* deinde inquirenda,*lib.*3.ait repudiationem hæreditatis non eſſe donationem.
4 DONATIONIS appellatione vbi prohibetur non continetur donatio cauſa mortis, *l.filiusfamilias,§. ſed enim.ff.de donat.l.Seia.§.fin.ff.de donation. cauſa mortis, Natt.conſ.645.num.3.lib.* 4. *Alexan.conſ.* 113.Perſpectus *num.6.lib.6.* vbi quod donatio cau-
5 ſa mortis non eſt propriè donatio, ſed ex cauſa, *Bald.conſ.*169. *Iuncto caſu, lib.* 4. vbi quod Conſtitutio, vel ſtatutum prohibens minorem poſſe donare ſub quacunque forma, vel alienare, niſi ſeruata certa ſolemnitate, non comprehendit donationem cauſa mortis, refert *Card.Tuſch.d. lit. D, concl.* 622.*num.*21.

SVMMARIVM.

1 *Dotis appellatione ſimpliciter venit propriè tota dos.*
2 *Promiſſum & datum nomine dotis continetur dotis appellatione.*
3 *Dotis congruæ appellatione venit illa, quæ non eſt minor legitima, vel quam pater filiæ conſtituit ſecundùm patrimonij exiſtentis facultatem.*

Dos.

APPELL. LXXXIV.

DOTIS appellatione ſimpliciter nulla facta 1
partis mentione venit propriè tota dos,*l.legatis vxori.ff.de legat. 2. Roland. conſ. 62. num.* 15. *cum ſeq.lib.3.Adrian.Neguſant.in Sylua, reſponſ. quæſt.* 13. *num.*28.

DOTIS appellatione de propria ſignificatione 2
vocabuli continetur promiſſum, & datum nomine dotis, itaut ſtatutum tribuens marito mortua vxore in Matrimonio lucrum dotis datæ,locum habeat etiam in dote promiſſa, vt docent *Matth. Brun. conſ.90.num.4.Achil.deciſ.*18.*num.*1. *de Conſtitut. Roland. à Valle de lucro dotis,quæſt.*5.*num.* 14. *Bart.conſ.* 132.*Statuto ciuitatis, num.* 3. *lib.* 1. *Guid. Papæ quæſt.* 565.*num.*3. *Campeg.de dote,p. vlt. quæſt.* 14. *Socin.Iun. conſ.*35.*num.*50.*lib.*1.*Ruin.conſ.*225.*num.*4. *lib.* 1. *Menoch.de præſumpt.lib.*6.*præſ.* 1. *num.* 21. *Contra Oſaſch. deciſ.*21.*num.*15.*Gam. Luſit. deciſ.* 187. *D. Barboſ.in rub.ff.ſoluto matrim.p.*4. *num.* 4. *Cald. Pereira conſ.*14. *num.*9.*& plures citatos à Menoch.vbi ſuprà.*

DOTIS congruæ appellatione venit illa, quæ 3
non eſt minor legitima, *Brunor. à Sole in locis communib.verbo dos* 5.*Surd.de aliment.tit.*3. *quæſt.* 1. *num.* 60. *Menoch.conſ.*57.*num.*16.*& conſ.* 95. *num.* 134. *& conſ.*1.*num.*496.*& conſ.*580.*num.*9. *Fr.Emman. quæſt. Regular.tom.*2.*quæſt.*48.*art.*4.*Sanch.de Matrimon.lib.* 4.*diſp.*26.*num.*8. *Stephan.Gratian. Marchiæ deciſ.* 27. *num.*9. Vel quando pater filiæ conſtituit ſecundùm patrimonij exiſtentis facultatem,& contrahentium dignitatem, *Menoch.de arbitr.caſu* 149.*à num.*36. *& conſ.6.num.*22.*& conſ.*8.*à num.*2.*& conſ.* 71. *num.* 30. *& conſ.*371.*à num.*10.*Maſcard.de probat. concluſ.*570. *à princip.Rot.deciſ.*683. *num.*6. *apud Farinac. p.* 2.*recent.*

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopalis, ſeu Cathedralis non venit Eccleſiæ appellatione.*
2 *Expectans habens gratiã ad perſonatum,vel officium pertinens ad collationem Epiſcopi & Capituli communiter, vel diuiſim, non capit dignitatem poſtea vacantem, licèt collatio ſpectet ad Epiſcopum & Capitulum.*
3 *Cathedralis in odioſis & materia ſtricta non venit appellatione Eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis.*
4 *Mandatum habens de prouidendo in aliqua Eccleſiarum ciuitatis, vel diœceſis,non poterit prouideri in Eccleſia Cathedrali.*
5 *Cathedralis, & Metropolitana, & ſic aliàs exempta*

exempta continetur appellatione Ecclesiarum prouinciæ.

6 *Beneficium Ecclesiæ Cathedralis comprehenditur vbi quis illud expectauerit in aliqua Ecclesiarum prouinciæ.*

7 *Cathedralis venit Ecclesiæ appellatione quando dispositio est fauorabilis.*

8 *Romana Ecclesia nunquam venit appellatione Ecclesiarum, nisi de ea expressè facta sit mentio.*

9 *Cathedralis Ecclesiæ appellatione quandoque solus Episcopus, quandoque solum Capitulum, nonnunquam vtrumque significatur.*

10 *Monasteria saltem in fauorabilibus veniunt Ecclesiarum appellatione.*

11 *Collegiata & Conuentus Monachorum in fauorabilibus veniunt Ecclesiarum appellatione.*

12 *Parochialis in stricta significatione non venit Ecclesiæ appellatione.*

13 *Parochialium Ecclesiarum nomine non veniunt Parochiales Collegiatæ in materia stricta.*

14 *Ecclesiarum appellatione in materia Ecclesiasticæ immunitatis quæ veniant, remissiuè.*

15 *Capella non venit Ecclesiæ appellatione in dispositione contra regulas Iuris.*

16 *Ecclesiæ appellatione in fauorabilibus includitur omnis prius locus.*

Ecclesia.

APPELL. LXXXV.

1 ECCLESIÆ appellatione non venit Cathedralis, seu Episcopalis quando de ea non est facta mentio, *cap. dilectus, de concess. præb. cap. quamuis, eod. tit. in 6. Oldrad. cons. 259. num. 2, & 3. vers. item probo, Card. Tusch. practic. conclus. tom. 3. lit. E, concl. 18. num. 1. Menoch. cons. 210. num. 20. Mil. in repert. verbo Ecclesiæ appellatione non intelligitur, Mandos. regul. 26. quæst. 3. num. 5.* quamuis etiam essemus in dispositione generali, *idem Mandos. reg. 32. quæst. 15. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. in princip. num. 36.* quos refert & sequitur *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.*

2 *817. num. 5. & 6.* Vnde expectans habens gratiam ad personatum, vel officium pertinens ad collationem Episcopi, & Capituli communiter, vel diuisim, non capit dignitatem in Cathedrali postea vacantem, licèt collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum, seu alias expectans sit Canonicus, quia cùm sit gratia ambitiosa non potest extendi ad Cathedralem, nisi sit expressum, *Oldrad. cons. 185. Thema tals est, in princ. Card. Tusch. d. lit. E, conc. 611. n. 1. & 2.*

3 ECCLESIARVM ciuitatis, aut diœcesis appellatione non includitur Ecclesia Cathedralis, & è contrà in odiosis, & materia stricta, *cap. cùm clerici,* & ibi *glos. 1. de verbor. signif. cap. quamuis, §. quamquam, vbi glos. de prabend. in 6. Felin. in cap. nostra, corol. 39. num. 40. de rescript. Calderin. cons. 492. circa med. vers. item appellatione,* aliàs *cons. 1. de hæret. Cou. in cap. alma mater, p. 2. §. 1. num. 4. in fine, Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 18. num. 2. Bellet, disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 29.* Vnde habens mandatum 4 de prouidendo in aliqua Ecclesiarum Ciuitatis, vel diœcesis, non poterit prouideri in Ecclesia Cathedrali, quia cùm propter illius honorem, & præeminentiam sit qualificata, Ecclesia Cathedralis sub generalitate Ecclesiarum non includitur, ita *glos. verbo includit, in d. cap. quamuis, Dominic. ibi, num. 2. & Franch. num. 5. Abb. in cap. vlt. num. 6. de præben. Card. num. 8. in Clem. 1. de supple. negl. Prælat. Staphil. de litteris gratiæ, tit. de forma expectatiuar. 5. nona forma, à nu. 32. Simonet. de reseruat. quæst. 11. num. 7. Ludou. Gomez. de expectat. num. 94. in fine, & num. 95. Oldrad. d. cons. 185. vers. quartò certum est, Card. Tusch. concl. 611. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 9. num. 5. & glos. 10. nu. 3. Bellet. d. §. 2. num. 30.*

ECCLESIARVM prouinciæ appellatione 5 continetur Cathedralis, & Metropolitana, & sic aliàs exempta, *d. cap. quamuis, vers. secus,* & ibi, *glos. verbo prouinciæ, Domin. num. 9. Anch. num. 4. & Franch. num. 8. Fulgos. cons. 120. col. fin. vers. in secundo, Mollign. in tract. de appellat. vtriusque. Iuris extens. n. 316. Card. Tusch. d. lit. E, concl. 18. num. 8.* Vnde si aliquis ex- 6 pectauerit beneficiũ in aliqua Ecclesiarum prouinciæ, tunc propter intentionem concedentis venit beneficium in Ecclesia Cathedrali, vt per *Oldrad. d. cons. 185. num. 4. vers. quantò certa forma, & cons. 321. in fine, num. 4. vers. non obstat,* quæ refert *Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 611. num. 7.*

ECCLESIÆ appellatione venit Cathedralis 7 quando dispositio est fauorabilis, *Fulgosius cons. 120. col. fin. vers. secundo, Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 18. num. 7. Rot. decis. 985. num. 1. lib. p. 3. diuers.*

ECCLESIÆ appellatione nunquam venit Ec- 8 clesia Romana, nisi de ea expresè sit facta mentio, *Calderin. cons. 492.* aliàs *cons. 1. de hæret.* vbi quod *Clemen. nolentes de hæret.* prohibens Inquisitores posse bona Ecclesiarum applicare, non habet locum in bonis Ecclesiæ Romanæ, refert *Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 18. num. 3.*

ECCLESIÆ Cathedralis appellatione, quan- 9 doque solus Episcopus, quandoque solum Capitulum, quandóque vtrumque significatur, importat etiam collegiũ clericorum; item aliquãdo importat quid diuersũ ab Episcopo, vt per multa exẽpla percurrit *Fede. de Senis cons. 296.* Quidã in suo testamento *in princ.* quem refert *Card. Tusc. d. lit. E, concl. 19. n. 1.*

ECCLESIARVM appellatione saltem in fa- 10 uorabilibus veniunt monasteria, *cap. cùm dilectus, in fine, de consuetud. Federic. de Senis cons. 201. num. 4. vers. item nomine Ecclesiarum. Calderin. consil. 293. num. 2. vers. item verba generalia,* aliàs *cons. 1. de rerum permut. Verall. dec. 177. num. 6. p. 1. & decis. 289. num. 1. & 2. ead. p. 1. Cardin. Tusch. d. lit. E, conclus. 20. num. 4. & tom. 5. lit. M, concl. 338. num. 3. Bellet. d. §. 2. num. 34.* vbi, secus ait de stricta significatione, *Seraphin. decis. 606. num. 5. &* 8. vbi *num. 15.* subdit non venire si ex principalis dispositionis narratiua aliud sit dicendum, *Camill. Borrell. in summa omnium, decis. tit. 2. num. 13. Valenzuela cons. 81. num. 14.*

ECCLESIARVM appellatione venit Colle- 11 giata, & Conuentus Monachorum in fauorabilibus, *Verall. decis. 289. num. 1. p. 1. Camill. Borrel. in summa omnium, decis. p. 1. tit. 2. num. 13.*

ECCLESIÆ appellatione in stricta significa- 12 tione non venit Parochialis, *Put. dec. 292. num. 3. lib. 1.* venit tamen in materia odiosa, & correctoria disponente de Ordinibus sacris suscipiendis, ne inducantur Legum, & Canonum correctio, *Gemin. cons. 131. num. 2. vers. primò per regulam,* quem refert *Cardin. Tusch. d. conclus. 18. num. 4.*

ECCLE

13 ECCLESIARVM parochialium nomine, non veniunt Parochiales Collegiatæ in materia stricta, quia hæ habent qualitatem Collegij suprà curam, licèt secus sit in fauorabilibus, *Ioan. Andr. in c. statutum, de elect. lib. 6. Abb. in rubr. de vita, & honest. cleric. num. 12. Sylvest. in summa, verbo, clericus, 1. num. 1. Bellet. d. §. 2. num. 33.*

14 ECCLESIÆ appellatione quod immunitatem Ecclesiasticam quæ veniant, vide *Lap. alleg. 12. num. 4. Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 20. num. 1.* latè *Sanch. de matrim. lib. 9. disput. 15. num. 21. cum multis seqq. Fagundez. in quinque Ecclesiæ præcepta, prec. 1. lib. 3. cap. 14. à num. 37. vsque ad num. 52.*

15 ECCLESIÆ appellatione non venit capella in dispositione contrà regulas Iuris, *Ioan. de Anan. cons. 24. Primò videtur, per totum, Card. Tusch. d. lit. E, concl. 18. num. 5.*

16 ECCLESIÆ appellatione in fauorabilibus includitur omnis pius locus, *cap. requisisti, ibi aut aliis piis locis, de testament. Garc. Gironda de priuil. seu exemp. explicat. num. 571.* & ideò nomine Ecclesiæ de quo in *cap. 1. de restitut. in integ. lib. 6.* venire loca pia, eísque competere remedium restitutionis in integrum, prout competit ipsi Ecclesiæ, resoluunt *Abb. in cap. 1. nu. 5. de restit. in integ. in Decretalib.* vbi etiam *Beroi. num. 141. Roman. sing. 272. Costa in cap. si pater, p. 2. verbo ipsis puperibus, à num. 4. de testam. lib. 6. Tiraq. de priuileg. piæ causæ priuil. 138. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo minoribus, num. 63. Molin. de Iustit. tract. 2. disput. 574. num. 2. Sfort. de restitut. in integ. quæst. 3. art. 4 num. 26.*

Educatio.

APPELL. LXXXVI.

1 EDVCATIONIS appellatione veniunt vestiarium, lectus, & habitatio in legatis, ac omnia ad victum necessaria. & medicinæ, *l. fin. vbi glos. ff. de alimen. & cibar. legat. Paul. de Cittadin. de iurepatr. art. 4. n. 2. & 10. Lambert. in similib. part. 6. tract. lib. 3. art. 9. quæstionis 3. principalis, num. 2.*

Vnde victus, alimenta, & educatio exequenda sunt, & parum admodum inter se differunt, vt constat ex *d. l. fin. de aliment. & cibar. leg. & ex l. 3. §. item si quis, ff. de lib. exhiben. & l. semper. §. & si non, ff. de iure immun.* refert hæc Iura in idem, *Rebuff. ad l. verbo victus 43. vers. septimo. ff. de verbor. significat. pag. 235. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 157. num. 14.* vbi ait quod idem est alere, quod educare.

SVMMARIVM.

1 *Victus omnis venit appellatione emolumenti.*

2 *Verbum* emolumentum, *generaliter pro qualibet vtilitate, & commoditate accipitur.*

3 *Mulctæ, & pœnæ veniunt appellatione emolumentorum.*

4 *Distributiones quotidianæ veniunt appellatione emolumenti beneficiorum, seu præbendarum.*

Emolumentum.

APPELL. LXXXVII.

1 EMOLVMENTI appellatione venit omnis vtilitas, quia est verbum generalissimum, & apponitur pro omni vtilitate, ita *Cuman. cons. 162. Visa, copia, num. 2.* quem refert *Card. Tusch. practic. concl. tom. 3. lit. E, concl. 230. per totam*, nam verbum hoc, 2
emolumentum, generalem pro qualibet vtilitate, & commoditate accipitur, *cap. si haredes, de testam. cap. nemo. de Simon. Lap. & Cardin. in Clem. statutum de electio. Boër. decis. 224. num. 6. Bertaz. ol. in repetit. l. si quis maior, C. de transact. num. 640.* vbi *ex numero 636.* aliàs huius dictionis significationes cumulat, *Guttie. cons. 8. num. 4.*

EMOLVMENTORVM appellatione veniunt 3
etiam mulctæ, & pœnæ, *glos. verbo, & iurisdictione, in Clem. statutum, de electio.* vbi *Cardin. in prima oppositione, Rot. in Signina pœnarum, 28. Nouembris 1608. coram R^mo Attrebaten. impressa per Farinac. dec. 230. in fine, p. 2. recent.*

EMOLVMENTVM beneficiorum, seu præ- 4
bendarum appellatione veniunt distributiones quotidianæ, vt apertè colligitur ex *Put. decis. 375. num. 2. cum seqq.* aliàs 365. *in correctis lib. 2.* quem refert *Monet. de distribut. quotid. p. 1. quæst. 7. n. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Emptionis & venditionis appellatione relatiuè omnis alienationis species continetur.*

2 *Emptionis appellatione maximè in statutis, & contractibus venit tantùm contractus proprius emptionis.*

Emptio.

APPELL. LXXXVIII.

EMPTIONIS, & venditionis appellatione re- 1
latiuè omnis alienationis species continetur, *l. statuliberi, ad fin. ff. de statuliber. l. sicut. §. venditionis, ff. quibus modis pignus, vel hypoth. Tiraq. de retractu lig. §... glos. 2. à num. 1. Rebuff. ad rub. ff. de verb. significat. col. 1. vers. in secunda parte, pag. 3. Franc. Molin. de vitu nuptiarum lib. 3. q. 71. num. 21.*

EMPTIONIS appellatione in statutis & con- 2
tractibus venit tantùm contractus proprius emptionis, *l. 1. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. de rerum permut.* cum aliis adductis, per *Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæst. 2. num. 1. Rebuff. ad l. 28. vers. itaque regula, ff. de verb. significat. pag. 163. vbi late explicat, Francisc. Molin. d. quæst. 71. num. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Patriarchæ, & Archiepiscopi veniunt appellatione Episcoporum.*

2 *Illegitimus dispensatus à Papa ad Episcopatum non censetur dispensatus ad Archiepiscopatum.*

3 *Dispensatio est stricti Iuris.*

4 *Illegitimi difficilè admittuntur ad Episcopalem dignitatem.*

5 *Episcoporum appellatione verè & propriè non veniunt nisi in Episcopum consecrati.*

6 *Episcopum interfeciisse non dicitur, qui interficit electum.*

7 *Electi, & confirmati veniunt appellatione Episcoporum circa ea exercenda, quæ sunt iurisdictionis.*

8 *Episcopus canonica institutione confirmatus habet ea omnia, quæ sunt iurisdictionis.*

9 *Iurisdictionis exercitium actu acquiritur per confirmationem.*

10 *Electus, & confirmatus in Episcopum, licèt nondum consecratus, potest alicui committere potestatem ad absoluendum suos subditos in foro pœnitentiali.*

11 *Electus, & confirmatus in Episcopum, quamuis nondum consecratus, potest dispensare in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum.*

12 *Electus & confirmatus in Episcopum, licèt nondum consecratus, potest licentiam concedere, vt renunciatio fieri possit per nouitium, iuxta Concilij Trid. dispositionem.*

13 *Electis, & confirmatis in Episcopum competit potestas dispensandi in votis, & iuramentis suorum subditorum.*

14 *Episcopus si velit ea quæ sunt iurisdictionis exercere, opus est vt obtineat litteras Apost. sine quibus nec admitti, nec recipi tanquam Episcopus potest.*

15 *Miracula recognoscere potest solus Episcopus, & non alius Prælatus illo inferior, quamuis iurisdictionem quasi Episcopalem habeat.*

16 *Præsentatos à patronis, & per examen idoneos repertos, solus Episcopus instituere potest, & non alius inferior.*

17 *Monitoria quæ fiunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, solus Episcopus concedere potest, & non alius inferior, quantuncunque exemptus, & immediatè sedi Apost. subiectus.*

18 *Abbates quantuncunque exempti, & iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, non possunt cognoscere de causis matrimonialibus.*

19 *Beneficia vnire in subiectis sibi Ecclesiis existentia possunt Prælati Episcopo inferiores, iurisdictionem quasi Episcopalem habentes.*

20 *Prælati inferiores habent potestatem visitandi ea, quæ ad suam diœcesim pertinent.*

21 *Prælati inferiores iurisdictionem quasi Episcopalem habentes possunt approbare Confessores.*

22 *Prælatis inferioribus iurisdictionem Ordinariam, & quasi Episcopalem, licèt in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, excepti, &c. dispensare.*

23 *Contrarium verius.*

24 *Prælati inferiores iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, possunt in diœcesibus suis licentiam concedere vt obligatio, seu renunciatio à nouitio fieri valeat intra duos menses proximos professioni, iuxta formam Concilij Trident.*

25 *Vicarius generalis venit Episcopi appellatione vbi ille non excluditur, & est res, quæ conuenit Vicario ex eius officio.*

26 *Vicarius Episcopi generalis potest concedere litteras excõmunicationis pro rebus ablatis.*

27 *Vicarius generalis Episcopi coniugalis causæ cognitionem etiam ex generali commissione tractare potest.*

28 *Vicarius generalis Episcopi absque eius speciali commissione, potest egressus è monasterio licentiam moniali concedere in vim Concilij Trident. id Episcopo tribuentis.*

Episcopus.

APPELL. LXXXIX.

EPISCOPORVM appellatione veniunt etiam Patriarchæ, & Archiepiscopi, *cap. cleros, §. omnes autem. 21. dist. glos. singularis, verbo de Episcopis, per tex. ibi in cap. quia periculosum, de sentent. excom. l. b. 6. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. num. 51. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 42. num. 19.* 1

Limita in odiosis, & in materia correctoria, ac strictè interpretanda, putà in dispensationibus, quia si illegitimus dispensatus esset à Papa ad Episcopatum, non conferetur dispensatus ad Archiepiscopatum; & si fuerit dispensatus ad Archiepiscopatum, non est propterea dispensatus ad Patriarchatum; quia dispensatio est stricti iuris, & strictè interpretanda, vt latè probaui *de officio, & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 33. à num. 7.* tum quia ad Episcopalem dignitatem, & aliàs ea superiores difficilè illegitimi admittuntur, & nisi Papa expressè cum illis dispenset, non censetur per verba generalia admitti debere ad dignitates huiusmodi, & ideò hanc limitationem tradunt *Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 9. nu. 6. Sayr. de censuris, lib. 6. cap. 11. num. 29. Sanctarel. vari. p. 1. quæst. 38. num. 16.* 2 3 4

EPISCOPORVM appellatione verè, & propriè non veniunt, nisi in Episcopum consecrati, licèt electi, & confirmati sint, ita probant *tex. in cap. eam te,* ibi, *ante promotionem tuam,* & ibi, *nec esses adhuc in Episcopum consecratus, de rescript. cap. tua,* ibi, Episcopo, vel electo, de iis, quæ fiunt à Prælatis, *glos. 1.* & communis *in cap. 1. de Relig. domib. glos. verbo Pontificum, in Clem. 2. de celeb. Missar. glos. 2. in Clem. 1. de pœnis,* cum aliis adductis, per *Ludou. Gomez in reg. de triennali quæst. 36. Natt. cons. 391. num. vlt. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 18. art. 2.* 5 1

Et ideo occidentem electum non dici interfecisse Episcopum, resoluunt *Mandos. in reg. 16. Cancel. quæst. 19. num. 13. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 5. num. 27. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol. 136. num. 1. D. Antoni. Ricciul. nunc Episcop. Bellicastren. & Romæ Vicegerens, in suo tract. de Iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 3. cap. 7. num. 9.* quos refero Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, *p. 3. alleg. 57. num. 237.* secundùm impressionem Lugdunen. 6

Circa ea verò exercenda, quæ pertinent ad potestatem iurisdictionis, appellatione Episcoporum veniunt electi, & confirmati, licèt nondum consecrati, *cap. nosti 9. cap. transmissam 15. vbi glos. de elect.* quia Episcopus Canonica institutione confirmatus habet ea omnia, quæ sunt iurisdictionis, *Aloys. Ricc. d. resol. 136. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 5.* tum quia exercitium iurisdictionis actu acquiritur per confirmationem, *Cosm. in pragm. sanct. tit. de collationib. verbo nominationes, p. 186. Perez l. 2. vers. probatur vlterius, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 155.* & alij per me citati *de officio, & potest. Episcopi, p. 1. tit. 1. cap. 4. num. 7.* 7 8 9

Vnde

10 Vnde ex proximè dictis primò infertur dispositionem *Concilij Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15.* statuentis quod sine probatione Episcopi nullus etiam Regularis possit Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, procedere in Episcopo electo, & confirmato, licèt nondum consecrato, qui potest alicui committere iurisdictionem ad absoluendum suos subditos in foro pœnitentiali, cùm huiusmodi commissio pertineat ad potestatem iurisdictionis, quam Episcopus electus iam habet, vt suprà dixi: quare illationem amplectuntur *Sot. in 4. dist. 18. quæst. 4. art. 2. Chamerot. de Sacram. tract. 7. de Confess. dub. 15. Fagundez. in quinque Ecclesiæ præcepta. prec. 2. lib. 7. cap. 2. num. 47.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 2. alleg. 25. num. 6.* secundùm Lugdunen. impress.

11 Secundò infertur dispositionem eiusdem *Concilij Trid. sess. 24. de reform. cap. 6.* dum habet licere Episcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare, procedere ex adducta ratione in Episcopis electis & confirmatis, quamuis non consecratis, vt docent *Soar. tom. 5. disput. 41. sect. 2. num. 7. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 2. num. 11. Gutier. in simili tract. cap. 49. à num. 16. Mari. Alter. de censur. tom. 2. disp. 8. de suspens. cap. 3. vers. tertio notandum, Aloys. Ricc. d. resol. 136.* Ego ipse *d. tract. de officio, & potestate Episcopi p. 2. alleg. 39. num. 2.*

12 Tertiò infertur dispositionem eiusdem *Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 16.* statuentis quod renunciatio facta per nouitium ante professionem, vim non habeat, nisi cum licentia Episcopi, &c. procedere in Episcopo electo & confirmato, licèt nondum consecrato, sicut scripserunt *Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 65. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 5. quæst. 194.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 99. num. 3.*

13 Quartò infertur potestatem concessam Episcopis dispensandi in votis & iuramentis suorum subditorum competere Episcopis electis & confirmatis, quamuis nondum consecratis, vt resoluunt *Leon. Lessi. de Iustitia, lib 2. cap. 40. dubit. 12. num. 100. vers. secundò, Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 38. num. 7.* Ego ipse *de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 36. num. 6.*

14 Illud tamen aduertere oportet quod attenta dispositione *Extrauag. iniunctæ, de elect. inter communes*, opus est vt Episcopus si velit ea, quæ sunt iurisdictionis exercere, obtineat litteras Apost. sine quibus nec admitti, & recipi tanquam Episcopus, nec possessionem Ecclesiæ sibi collatæ consequi potest, vt referunt *D. Barbos. in l. diuortio, in princip. p. 2. nu. 50. ff. soluto Matrim. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 5. num. 33. Azori. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 29. quæst. 9. vers. cæterum*, quorum memini *in collect. ad cap. nosti 9. num. 3. de elect.*

15 EPISCOPORVM appellatione veniunt aliquando ipsi Episcopi tantùm, non verò alij Prælati inferiores Iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, vt in casu recognitionis miraculorum, quam quidem non spectare ad alium præter Episcopum, per *Concil. Trident. sess. 25. de inuocat. & venerat. sanctor.* ibi, *nisi eodem recognoscente & approbante Episcopo*, tradunt *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 563. in 1. edit.* aliàs *resolut. 485. in 2. edit. & in decisson. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. decis. 397. n. 1. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 112. casu 42. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quæst. 15. suppositi. 2.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi par. 3. allegat. 97. num. 9.*

16 Sic etiam Episcopum solùm posse præsentatos à patronis, & per examen idoneos repertos instituere, per *Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 13.* ibi, *huiusmodi institutio, & non alteri inferior. reseruetur*, docent *Lamberiin. de iurepatron. lib. 2. p. 3. quæst. 1. princip. art. 10. num. 1. Mari. Antonin. d. lib. 1. resol. 47. num. 6. & resol. 55. num. 11. in fine, Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 214. Vgolin. de officio Episcopi cap. 51. §. 4. num. 1.* Ego ipse in simili *tract. p. 3. alleg. 72. num. 176.*

17 Sic pariter Episcopum tantùm, & non alios Prælatos Ordinarios iurisdictionem quasi Episcopalem habentes quantuncunque exemptos, & immediatè Sedi Apost. subiectos, posse monitoria, quæ fiunt ad finem reuelationis pro rebus deperditis, seu subtractis concedere, referunt à Sacra Congreg. decisum *Vgolin. d. tract. de officio Episcopi, cap. 45. in princip. vers. excipiuntur, Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 3. cap. 7. num. 18. & 19. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 15. num. 107. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 59. art. 4.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 56. num. 12. & 13.*

18 Sic denique Abbates quantumuis exemptos, iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, non posse cognoscere de causis Matrimonialibus, probat *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20. vers. ad hæc*, id Episcopis solummodo concedens ad exclusionem aliorum, in illis verbis, ibi, *Sed Episcopi tantùm, &c.* & ita fuit dictum in Rota coram R^mo D. meo Coccino *decis. 346. num. 8.* inter eius impressas, prout refero Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 84. sub num. 2. vers. proinde*, secundùm Lugdunen. impress.

EPISCOPORVM appellatione regulariter veniunt alij Prælati Episcopo inferiores iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, & maximè vbi indefinitè, & sine vlla restrictiua, aut exclusiua dictione fit mentio Episcoporum, & quia plura loca in Concilio Trident. sic intelligenda reperiuntur aliqua ex illis vti principaliora referam, quæ aliorum poterunt esse exempla.

19 Primò igitur Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores ita plenè subiectas sibi Ecclesias habentes, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur, seu existente priuilegio, aut consuetudine legitima præscripta, possunt ex legitimis causis vnire beneficia in subiectis sibi Ecclesiis existentia, iuxta formam *Concilij Trident. sess. 21. de reformat. cap. 5.* vt referunt plures, quos plena manu citat *Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 160.* quibus addo *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 383. n. 3. in 2. edit. & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. decis. 198. num. 4. Azori. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 18. quæst. 10. Nicol. Garc. de benefic. p. 12. cap. 2. num. 71. cum seqq.* quorum memini Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 66. num. 14.* secundùm Lugdunen. impress.

20 Secundò, dispositio *Concilij Trident. sess. 21. de reformat. cap. 8.* ibi, *ab Episcopis*, &c. dum agit de Episcoporum cura in visitatione eorum, quæ ad suam diœcesim pertinent, ampliatur etiam ad inferiores Prælatos iurisdictionem habentes, vt scribit *Azori. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 18. vers. sexto*, quem vltra alios refero in collectaneis ad idem *cap. 8.* Ego enim communi voto respondendi cupidus, quo mearum Remissionum super Tridentinum Concil. correctio non minus auidè nunc flagitatur, quàm vtiliter amplexæ olim fuerint, vt exemplariorum diuersitati occurrerem, quibus identidem, & diuersimodè

impressæ circumeunt latitantes, labore gemino, & nouo vsus stylo, adeóque à Pij IV. mente non abhorrente, titulo adhuc cum facie immutato, vt quæ sub Remissiones mortificatæ fuerant sub Collectanea viuificentur, opus sanè laboriosum, & omnibus numeris absolutum, Sanctissimo D. N. D. Vrbano VIII. iussus obtuli, vt illud in Vrbe, seu alibi mihi visum voluerit imprimendum dimittat.

21 Tertiò, dispositio eiusdem *Concilij sess. 23. de reformat. cap. 15.* ibi, *nisi ab Episcopis, &c.* statuentis quod sine probatione Episcopi nullus etiam Regularis possit Confessiones sæcularium etiam Sacerdotum audire, ampliatur ad Prælatos Episcoporum inferiores iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, vt docent *Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. n. 76. Aloys. Ricc. in decision. Curiæ Archiep. Neapol. p. 4. dec. 2. 2. n. 4. Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 2. lib. 7. cap. 2. num. 55. & censuit Rot. decis. 332. p. 1. recent.* quorum memini *de officio & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 25. num. 9.* secundùm Lugduaen. impress.

22 Quartò, *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6.* ibi, *liceat Episcopis in irregularitatibus, &c.* ampliatur ad Prælatos inferiores habentes iurisdictionem Ordinariam, & quasi Episcopalem, itaut ipsis sicut Episcopis liceat in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare, sicuti tradunt *Henriq. in sum. lib. 6. cap. 16. §. 1. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 24. art. 13. & 17. & quæst. 61. art. 9. Flores de Mena vari. lib. 3. quæst. 24. num. 18. Sayr. in claui Regia lib. 6. cap. 11. num. 83. in fine, Auil. de censur. p. 7. disput. 10. dub. 6. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 5. Duard. in Bullam Cœnæ Domini, lib. 3. §. 2. quæst. 8. num. 55. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 5. nu. 455. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 51. num. 8.*

23 Verùm hæc sententia licèt non careat probabilitate, tamen contraria verior & receptior est, quæ omnino concludit huiusmodi Prælatos non comprehendi in decreto *Concilij Trident. d. cap. 6.* ac proinde eos minimè gaudere facultate dispensandi Episcopis in eo concessa; quam quidem amplectuntur *Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 12. col. 7. conclus. 4. Cened. ad Sextum, collect. 4. num. 5. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 83. num. 5. ad fin. Soar. tom. 4. de Pœnit. disput. 30. sect. 2. num. 6. & tom. 5. de censur. disput. 41. sect. 2. num. 7. Petr. de Ledesma in sum. tom. 2. tract. 1. cap. 6. post concl. 2. diffic. 1. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 532. num. 1. in 1. edit. aliàs resol. 555. in 2. edit. Mari. Alter. de censur. tom. 2. disput. 8. de sustens. cap. 3. vers. sed hic, Bonacin. de censur. disput. 7. quæst. 5. puncto 1. num. 5. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 11. num. 13. & 17. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 18. l. 7. de irregularit. num. 9. & 10. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 441. num. 21.* Ego ipse *d. p. 2. alleg. 39. num. 17.*

24 Quintò, *Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 16.* suprà expenso extenditur ad Abbates, cæteróque Prælatos iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, nullique Episcopo subiecto, itaut ipsi in suis diœcesibus valeant licentiam concedere vt obligatio, siue renunciatio à nouitio fieri possit intra duos menses proximos ante professionem, ita *Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 68. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 5. quæst. 196.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 99. num. 6.*

25 EPISCOPI appellatione venit eius Vicarius generalis vbi ille non excluditur, & est res, quæ conuenit Vicario ex eius officio, vt docent *glos. verbo per Episcopos, in cap. vnic. de capell. Monach. lib. 6. vbi Franc. num. 4. Felin. in cap. si quis contra, num. 4. vers. sed caue, de foro compet. Lancelot. Conrad. in templo omnium Iudic. lib. 2. cap. 6. §. 1. num. 11. & 15. Soar. tom. 5. de censur. disput. 7. sect. 3. num. 10. & disp. 20. sect. 1. num. 2. Sbroz. de officio Vicarij, lib. 2. quæst. 43. num. 28. & 29. & quæst. 201. num. 2. Sanch. de Matrimon. lib. 3. disput. 29. num. 16. vers. ad secundum, & in præcepta Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 15. num. 30. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 31. vers. & pro dicta, Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 8. num. 52. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 1. num. 217.* Et constat hoc ex *Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6.* vbi cùm voluit Vicarium excludere, expressit dicens, *eis tantum non eorum Vicariis sit permissum.*

Vnde iam primò colligitur Vicarium Episcopi 26
generalem posse concedere litteras excommunicationis pro rebus ablati, iuxta dispositionem *Concilij Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3.* statuentis illas à nemine prorsus, præterquam ab Episcopo, decerni posse, quia nomine Episcopi comprehenditur, dummodo non reperitur expressè excluſus, vt *in d. cap. 6.* quare hanc illationem sustinent *Frechil. de excom. p. 2. art. 2. num. 5. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 17. §. 4. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 79. num. 1. Gutier. canon. lib. 1. cap. 11. num. 8. Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 171. num. 2. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Vicarius, §. 17. Soar. tom. 5. disput. 20. sect. 1. num. 2. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 9. num. 33. vers. primùm est, Auila in simili tract. p. 2. cap. 5. disp. 2. dub. 3. Curi. Philip. p. 3. §. 2. num. 29. Stephan. Gratian. Marchia decis. 97. à num. 14. Iacob. de Graff. tom. 1. consil. sub tit. de sentent. excom. cons. 6. Lazar. de monit. sect. 1. quæst. 6. à num. 1. Baptist. Costa de facti scientia & ignorant. cent. 2. dist. 55. num. 1. tom. 1. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 270. in 1. edit. aliàs resolut. 235. num. 4. in 2. edit. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 3. cap. 7. num. 17. Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 29. num. 16. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 8. num. 94.*

Contra *Vgolin. de officio Episcopi cap. 45. in princip. vers. secundò, Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 15. num. 105. Narbon. de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 1. num. 205.* quos Ego libenter sequutus fui *d. p. 3. alleg. 96. num. 6.*

Secundò, colligitur Vicarium generalem Epi- 27
scopi coniugalis causæ cognitionem, etiam ex generali commissione tractare posse, vigore *Concilij Trident. Sess. 24. de reformat. cap. 20. vers. Adhæc*, vbi habetur ad solos Episcopos pertinere causarum Matrimonialium cognitionem, sicuti docent *Butr. num. 2. Abb. num. 4. & Alex. de Neuo num. 5. per text.* ibi *in cap. vltim. de cognat. spirit. Con. de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 12. num. 1. vers. potest, Anton. Cuch. instit. maior. lib. 2. tit. 8. num. 105. Bertachin. in tract. de Episcopo, lib. 4. p. 7. quæst. 20. num. 23. Sbroz. de officio Vicarij, lib. 2. quæst. 44. in fine, Sanch. d. disput. 29. num. 18. vers. secundo, Azori. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 2. Narbon. d. p. 1. num. 201.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 84. num. 3.*

Contrà, *Rebuff. in praxi benefic. tit. de forma Vicariatus, num. 155. Petr. Ledesma de Matrimon. q. 45. art. 1. puncto 3. dub. 4. Vgolin. de officio Episcopi, cap. 4. §. 7. n. 2. vers. nono casus matrimoniales.*

Tertiò, colligitur Vicarium generalem Episcopi, 28
absque eius speciali commissione, posse egressus monialis è monasterio licentiam concedere in vim *Concilij Trid. sess. 25. de Regularib. cap. 5.* id Episcopo tribuentis, vt bene resoluunt *Llamas in methodo curat. in fine, §. 5. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 15. num. 30. Bonacin. de clausura q. 1. puncto 8. num. 3.* Ego ipse *d. p. 3. alleg. 102. num. 28.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Equorum appellatione in legatis veniunt etiam equæ, nisi ex verisimilibus coniecturis aliud sensisse testatorem appareret.*
2 *Equorum suorum appellatione non veniunt Equi venales, sed quos habebat testator perpetui vsus causa.*
3 *Equo vendito veniunt sella, frænum, & alia ornamenta, quæ habebat tempore venditionis.*
4 *Sellam tradere non tenetur venditor emptori quando ostendit equum sine illa.*
5 *Equæ nomine in venditione venit pullus.*
6 *Vaccam prægnantem qui vendit, quando vendat & fœtum, seu vitulum lactantem, ostenditur.*

Equus, Equa.

APPELL. XC.

1 EQVORVM appellatione in legatis veniunt etiam equæ, cum hoc casu masculinum concipiat fœmininum, *l. legatis. §. iumentis, ff. de legat. 3. l. servis legatis, l. qui duos. ff. eod. tit. l. 1. ff. de verb. signif.* nisi ex verisimilibus coniecturis aliud sensisse testatorem appareret, vt tradit *Rebuff. ad l. 1. vers. decimo quinto, ff. de verb. signif. pag. 9.*

2 EQVORVM suorum appellatione non veniunt equi venales, sed quos habebat testator perpetui vsus causa, nisi aliter appareat de voluntate testatoris, vel quia non haberet alios quam venales, *Castren. l. 1. num. 2. C. de verb. signif.* vbi *Bald. n. 4.* obseruat quod vbi testator habens plures equos legauit equum suum, venit equus, qui in vsu testatoris esse solebat.

3 EQVO vendito veniunt sella, frænum, & alia ornamenta, quæ equus habebat tempore venditionis, *l. ædiles aiunt. in princip.* & ibi *Bald. ff. de ædilit. edict. Iaf. in §. actionum, num. 58. & Ludouic. Gomest. num. 12. instit. de act. Dec. in cap. præterea, num. 8. de offic. deleg. Ricc. de Curt. in cap. final. de consuet. q. 7. principali, num. 630. & seq. Turr. lib. 5. comm. opin. verbo, equo vendito, Ranchin. concl. 415. p. 3. Bertazol. de clausul. instrument. clausul. 26. glos. 13. num. 52. Rebuff. ad l. 103. vers. capistrum, ff. de verb. signif. pag.* 4 *435. Surd. decis. 134. num. 8.* vbi quod venditor non tenetur trahere sellam emptori quando ostendit equum sine illa.

5 EQVÆ nomine in venditione venit pullus, vt *argum. tex. in l. vaccæ emptor*, vbi *glos. ff. de euiction.* tradit *Iaf. in l. huiusmodi. §. legatum est ita, num. 21. ff. de legat. 1.* vbi allegat *Baldum in cap. translato, de* 6 *constitut.* dicentem, quod qui vendit vaccam prægnantem, vendit, & fœtum, seu vitulum lactantem nondum pascentem herbam; ea ratione, quod idem iuris censetur esse de accessorio, quod de principali: sed *Bertazol. d. glos. 13. num. 53.* post *Alberic. Angel.* & plures per eum citatos distinguit an pullus possit esse sine matre absque periculo interitus, & tunc vendita equa, non venit pullus: secus verò si non possit ab ea absque periculo separari, subditque in hoc esse considerandam quantitatem pretij, vt possit dignosci an censeantur contrahentes vtrumque comprehendisse, quod etiam tradit *Rebuff. ad l. 26. versic. nono, ff. de verb. signif. pag. 155.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis appellatione si à Iure, vel ab homine proferatur venit maior.*
2 *Excommunicationis appellatione intelligitur de minori vbi agitur de præiudicio tertij.*
3 *Excommunicatio vbi profertur in exceptione illius, intelligitur de minori.*
4 *Excipiens de excommunicatione, tenetur exprimere speciem illius.*

Excommunicatio.

APPELL. XCI.

EXCOMMVNICATIONIS appellatione si 1
à Iure, vel ab homine proferatur venit maior, *cap. si quem 59. de sentent. excommunic. Ioan. Andr. in cap. 1. num. 16. de except. Dec. in cap. inuelleximus, num. 33. & 34. de iudici. & cons. 321. num. 6. & 7. Mascard. de probat. concl. 697. in fin. Couar. in cap. alma mater, p. 1. §. 8. num. 5. Nauar. in man. cap. 23. num. 52. & in tract. de dat. & promis. notab. 4. num. 8. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 2. §. 2. Soar. tom. 5. de censur. disput. 8. sect. 3. num. 3. Bonacina in simili tractatu, disput. 2. q. 1. part. 2. num. 2. Dyonis. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erection. cap. 17. num. 14. Cardos. in prax. iudic. & aduocator. verbo, excommunicatio, num. 33. Anton. de Sousa in select. de censur. Bullæ Cœnæ, cap. 2. num. 4. Campanil. in diuersor. iuris Canon. rubric. 11. cap. 15. num. 3. Frat. Ludouic. Miran. in manual. Prælat. tom. 2. quæst. 35 art. 4. conclus. 1. Valer. Reginal. in praxi fori pœniten. lib. 32. tract. 2. num. 21. vers. at verò, Anton. Ricciul. de iure pers. extra grem. Eccles. existen. lib. 4. cap. 31. num. 34. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, concl. 101. num. 12. & 14.*

Limita tamen, si fortè agatur de materia con- 2
cernente præiudicium tertij, quia tunc in dubio appellatione excommunicationis intelligitur de minore, *Felin. in cap. venerabilem, de exception. Put. decis. 62. num. 5. lib. 1. in correct. Anton. Ricciul. d. cap. 31. num. 35.*

Limita etiam, quando verbum, *Excommunicatio*, 3
præfertur in exceptione excommunicationis, quia tunc in odium opponentium intelligitur de excommunicatione minori, *Franch. in d. cap. 1. §. si quis igitur, sub num. 4. de except. Anton. Ricciul. d. cap. 31. num. 36.* & ideo excipiens tenetur exprimere spe- 4
ciem excommunicationis an sit maior, vel minor per ea quæ tradunt *Soar. de Pace, in pract. tom. 1. p. 1. temp. 5. num. 63. & 64. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 2. cap. 7. in fine*, quos refert Parens meus in *comment. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 49. §. 4. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Expensarum appellatione in diuisione non veniunt voluntariæ, siue voluptariæ.*
2 *Expensæ voluptariæ quæ dicantur remissiuè.*
3 *Damna & interesse an veniant expensarum appellatione remissiuè.*

4 *Expensarum omnium & quarumcunque appellationi damna & interesse continentur.*

5 *Expensæ tantùm legitimæ, iustæ, & moderatæ veniunt expensarum omnium, & singularum appellatione.*

6 *Pretium, & res principalis non venit expensarum appellatione.*

7 *Expensæ ministrantur secundùm qualitatem personæ.*

8 *Officiales itinerantes quales expensas petere possint ostenditur.*

Expensæ.

APPELL. XCII.

1 EXPENSARVM appellatione in diuisione non veniunt voluntariæ, siue voluptariæ, *l. si*
2 *seruos. ff. de pignorat. act.* quæ autem dicantur, vide *D. Barbos. in l. diuortio. §. final. p. 1. num. 30. cum seqq. ff. solut. matrim. Cald. Pereira de empt. cap. 27. num. 53. & 59. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo, expensæ, num. 1.* Et ideò non petuntur per modum æstimationis, sed per abrasionem, quia si Dominus non vult eas soluere, permittitur ædificanti eas tollere, seu abradere, *Ioseph. Ludouic. Peruf. decis. 24. num. 21. Gutier. practic. lib. 3. q. 69. num. 4. Ioan. Garc. de expensis, cap. 1. num. 32. D. Barbos. d. p. 1. num. 88. & 103. Cald. Pereira d. cap. 27. num. 60. Cardos. d. verbo expensæ, num. 5.*

3 EXPENSARVM appellatione an veniant damna, & interesse? vide *cap. in nostra 8. de iniuri. Roman. sing. incip. Nunquid appellatione, Boër. decis. 52. num. 7. Perez. ad lib. 4. Ordinan. pag. mihi 832. Surd. dec. 261. num. 1. cum seqq. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 3. lit. E, concl. 637. per totam.*

4 EXPENSARVM omnium, & quarumcunque appellatione, damna, & interesse continentur, *l. sancimus. C. de iudic. l. non ignorat. C. de fructib. & lit. expens. Bart. in l. 1 ff. de alienat. iudic. Archid. in cap. in primis, col. 2. q. 1. Card. Tusch. d. lit. E, concl. 637. num. 1.*

5 EXPENSARVM omnium, & singularum appellatione veniunt solùm expensæ legitimæ, iustæ, & moderatæ, *Alex. cons. 76. Viso num. 17. vers. præterea, lib. 4. Sebast. Medic. in regul. Iur. victus victori, num. 3. Cardin. Tusch. d. lit. E, concl. 637. n. 8.*

6 EXPENSARVM appellatione non venit pretium, nec res principalis, ideò absolutio generalis ab omnibus expensis, damnis, & interesse non liberat à re, quæ potest vendicari, *Alex. cons. 168.* requisitus in principio, maximè *num. 4. vers. non etiam obstat, lib. 2.* quem refert *Cardin. Tusch. d. l. E, concl. 637. n. 7.*

7 EXPENSÆ ministrantur secundùm qualitatem personæ, *Afflict. cap. 1. in princ. num. 73. ex quib. caus. feud. amitt. lib. 3. Lara in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num. 46. ff. de liber. agnosc. Surd. de alimen.*
8 *tit. 4. q. 21. num. 9.* Et officiales, ac alij, qui itinerantur vocati debent equitare, ac consequuntur expensas, & sumptus pro equitatura si id suæ conditionis qualitas exigat, *Surd. d. tit. 4. q. 21. num. 7. & 10. & Steph. Gratian. discept. foren. cap. 57. num. 5. cum seqq. Rutg. Ruland. de commissar. p. 1. lib. 3. cap. 13. num. 10.* Et petere possunt moderatos, & non delicatos sumptus, quales consueuerunt facere domi suæ, *Gregor. Lopez l. 21. verbo quæ coma, tit. 2. part. 3. Bellacom. tom. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 13. num. 61. pag. 237. Rutg. Ruland. d. p. 1. lib. 3. cap. 13. à princ. & Stephan. Grat. d. cap. 57. num. 4. Surd. d. tit. 4. q. 25. num. 3.* vbi *q. 18. num. 8. 12. 13. 14.* subdit, lautiori mensa, & delicatiori cibo illustres nobiles, & egregias personas excipiendas, & tractandas esse, quàm humilioris conditionis homines.

Facultas.

APPELL. XCIII.

FACVLTATVM appellatione vniuersa conti- 1
nentur, sicut vbi fit mentio de substantia, patrimonio, bonis, & similibus, *l. cogi. in princ. ff. ad Trebell. Natt. cons. 48. per totum*, vbi per *l. si quis à liberis. §. de alimentis, ff. de liber. agnosc.* infert ad illud notabile, quo cauetur, patrem teneri alere filios pro modo facultatum, & per *l. indictione. C. de ann. & tribut. lib. 10. cum similib.* infert ad aliud notabile de collecta, quæ debet imponi pro modo facultatum.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione in dubio venit familia contentiuè, seu passiuè, comprehendendo omnes agnatos, etiam transuersales.*

2 *Descendentes solùm ab ipso testator, non autem transuersales veniunt familiæ appellatione, vbi constat illum sensisse de familia actiuè, seu effectiuè, & maximè si additum sit pronomen aliquod possessiuum.*

3 *Familia recta & transuersalis vbi vocata esset, intelligitur de transuersali respectu suorum descendentium inter sese.*

4 *Transuersales de familia veniunt appellatione familiæ, quando dispositio facta ad fauorem familiæ non potest verificari in descendentibus.*

5 *Transuersales veniunt appellatione familiæ quando vocatio esset facta expresso nomine illius.*

6 *Transuersales veniunt appellatione familiæ quando testator habuit rationem ipsius familiæ, non personarum, & quando testator prius vocasset descendentes, & in defectum descendentium vocasset proximiores de familia, vt* num. 7. *& quando esset vocata familia & agnatio, vt* num. 8.

9 *Tiberius Decian. quid consuluerit in casu vocationis familiæ sibi occurrente, refertur, &* Hippol. Rimin. num. 10. Menoch. n. 11. & Pereg. n. 12. & 13.

14 *Fœminæ comprehenduntur familiæ appellatione, etiam si dicatur quod bona remaneant in familia, vt* num. 15. *cum contrarium* num. 16.

17 *Fœminæ non veniunt appellatione familiæ quando testator expressit proprium nomen familiæ.*

18 *Fideicommissum quando tacitè vel ex presse*

esse

est relictum pro conseruandis bonis in agnatione, fœminæ sunt exclusæ.

19 *Testator quando vocasset masculos de familia, vel de illis tacitè sensisset, fœminæ non veniunt.*

20 *Fœminæ non veniunt ad fideicommissum relictum familiæ quando extat statutum exclusiuum fœminarum.*

21 *Fœminæ non veniunt appellatione familiæ quando ex communi vsu loquendi homines non solent sentire quod illæ veniant.*

22 *Testator vbi constituit fideicommissum successiuum, & duraturum in familia, non veniunt fœminæ appellatione familiæ.*

23 *Testator quando fœminas dotauit censetur illas excludere à fideicommisso relicto familiæ.*

24 *Familiæ appellatione non veniunt fœminæ quando testator proprias filias exclusit eas dotando, & masculos hæredes fecit.*

25 *Fœmina nupta venit ad fideicommissum, quod testator voluit remanere in familia.*

26 *Contrarium qui teneant, & componuntur,* num. 31. & 32.

27 *Filia nupta per nuptias desinit esse de familia testatoris.*

28 *Filia nubendo familiæ patris imponit finem, & dicitur augere familiam viri.*

29 *Filia nubendo non dicitur de cognomine paterno.*

30 *Vidua dicitur de familia viri, retinet domicilium, & gaudet priuilegio dignitatis.*

33 *Gener & nurus veniunt familiæ appellatione.*

34 *Familiæ appellatione lato sumpto vocabulo veniunt omnes, qui ferunt eadem arma & insignia.*

35 *Bastardi non comprehenduntur familiæ appellatione.*

36 *Familiæ appellatione in prohibitione alienationis non comprehenduntur extantes vltra quartum gradum, nisi facta sit per verba præcisa & vniuersalia.*

37 *Familiæ appellatione in testamento quando plures sunt familiæ eiusdem cognominis, venit illa, de qua ipse testator natus est.*

38 *Familia aggregata dicitur esse de stirpe & sanguine illius familiæ, cui aggregata est.*

Familia.

APPELL. XCIV.

1 FAMILIÆ appellatione licèt in dubio veniat familia contentiuè, seu passiuè comprehendendo omnes agnatos, etiam transuersales, ex adductis per *Gabri. cons.* 132. *q.* 6. *num.* 59. *lib.* 1. cum aliis traditis per *Sim. de Prettis de interpr. vltim. volunt. lib* 3. *interp.* 3. *dub.* 1. *solut.* 11. *num.* 26. & per *Rot. in Romana fideicommissi de Micinellis*, 17. *Iunij* 1615. *coram Patriarcha Pamphilio*, impressa per *Farin. decis.* 707. *n.* 6. *p.* 1. *recent. Card. Seraphin. decis.* 1438. *num.* 4. *Steph. Gratian. discept. forens. cap.* 645. *num.* 3. & 4. tamen 2 quando constat testatorem sensisse tantùm de familia actiuè, seu effectiuè, tunc veniunt solùm descendentes ab ipso testatore, non autem transuersales, vt aduertunt *Sim. de Prettis citato loco, Ruin. cons.* 153. *num.* 10. *lib.* 2. *Paris. cons.* 51. *num.* 10. & *cons.* 88. *num.* 36. *lib.* 2. & *cons.* 1. *num.* 59. *lib.* 3. *Socin. Iun. cons.* 97. *num.* 61. *lib.* 2. *Roland. à Valle cons.* 70. *num.* 75. *lib.* 3. *Menoch. cons.* 30. *num.* 13. & 14. & *cons.* 106. *num.* 226. & *cons.* 233. *num.* 15. *cum seqq.* & *cons.* 633. & *cons.* 732. *num.* 40. *cum seqq.* & *cons.* 875. *num.* 25. *in fine*, & *cons.* 1083. *num.* 22. vbi quod non continentur fratres, & *cons.* 1177. *num.* 7. & *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 88. *num.* 2. *Peregrin. de fideicom. art.* 22. *n.* 26. & *cons.* 31. *lib.* 4. & *cons.* 57. *lib.* 5. *Intrigl. de substitut. cent.* 3. *q.* 83. *num.* 3. *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 4. *cap.* 645. *num.* 2. *Surd. cons.* 247. *num.* 12. & alij citati à *Rot. d. decis.* 707. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* vbi in terminis de quibus in ea agebatur quod testator sensserit tantùm de sua familia, visum fuit colligi ex verbis testamenti, ibi, sed quantum Deo placuerit Casale in eiusdem familia remanere debeat, ponderando illud pronomen, *eiusdem*, quod denotat personalitatem, secundùm Iura ibi citata, & quòd videatur testatoré sensisse de familia effectiuè, quando additum fuisset aliquod pronomen possessiuum, veluti *ipsius*, vel *suæ*, tradunt *Menoch. cons.* 233. *n.* 20. & 21. & *cons.* 1171. *n.* 3. *Seraph. d. decis.* 1438. *n.* 11. *Gabr. cons.* 132. *n.* 60. *lib.* 1. quos refert & sequitur, *Steph. Gratian. d. cap.* 645. *n.* 5.

Amplia procedere etiam quòd vocata esset familia recta, & transuersalis, nam intelligitur de transuersali respectu suorum descendentium inter sese, vt resoluit *Menoch. cons.* 1177. *num.* 9. *vers. non obstant verba*, quem refert, & sequitur *Fusar. de substitution. q.* 351. *n.* 30. 3

Limita primò, quando dispositio facta ad fauorem familiæ non poterat verificari in descendentibus, vt quia non extarent, vel quia vocati essent illi, qui non poterant habere filios, vt Sacerdotes, nam tunc appellatione familiæ venirent transuersales de familia, ita *Ruin. cons.* 149. *num.* 8. *lib.* 2. *Cephal. cons.* 66. *num.* 15. & *seq. Menoch. cons.* 106. *n.* 229. & *cons.* 424. *n.* 12. & *cons.* 1171. *n.* 22. & *cons.* 1177. *n.* 8. *Peregr. cons.* 42. *lib.* 2. quos refert, & sequitur *Fusar. d. q.* 351. *num.* 31. 4

Limita secundò, quando vocatio esset facta expresso proprio nomine familiæ, quia tunc, & transuersales venirent, vt tenent *Cravet. cons.* 800. *col.* 1. *Hieron. Gabr. cons.* 132. *n.* 58. *lib.* 1. *Peregr. cons.* 16. *n.* 11. *lib.* 3. & *cons.* 31. *n.* 6. *in fin. lib* 4. Quamuis contrarium, imò transuersales non venire, etiam si expressum sit nomen proprium familiæ teneant, *Sou. Sen. cons.* 40. *col.* 6. *inter cons. Curt. Sen.* & alij, quos refert, & sequitur *Menoch. cons.* 732. *n.* 42. 5

Limita tertiò, quando testator habuit rationem ipsius familiæ, non personarum; nam tunc & transuersales venire benè existimant *Menoch. cons.* 424. *num.* 12. *Hieron. Gabr. cons.* 124. *num.* 59. *lib.* 1. Vbi post alios citatos dicit, quòd qui in familia relinquit, dicitur habere rationem familiæ non personarum, & ideò venire omnes agnatos, qui de eadem familia sunt, licèt non essent sanguine coniuncti, refert, & sequitur *Fusar. d. q.* 351. *n.* 38. 6

Limita quartò, quando testator priùs vocasset descendentes, & in defectum descendentium vocasset proximiores de familia, quia tunc clarè constat testatorem sensisse de omnibus agnatis, *Peregr.* 7

cons. 47. *num.* 10, *vers. verum*, *lib.* 2.

8 Limita quintò, quando vocata esset familia, & agnatio, quia tunc veniunt & transuersales; & hoc ob vim verbi, *agnatio*, quod comprehendit omnes per virilem sexum coniunctos, *l. vlt.* § 1. *in fin. ff. de gradib. Paris. cons.* 22. *num.* 604. *cum seqq. lib.* 3. *Decian. cons.* 86. *num.* 28. *& seq. lib.* 3. *Menoch. cons.* 424. *Peregr. cons.* 149. *num.* 22. *lib.* 5. *Fusar. d. quæst.* 351. *num.* 40.

9 Retenta igitur supradicta sententia limitata, & ampliata, extant tamen in contrarium plures grauissimorum Iurisconsultorum resolutiones, quæ vel accipiendæ sunt stricto modo in terminis, de quibus agunt, vel reducendæ ad terminos limitationum prædictarum, vel omnino reiiciendæ; super quibus manum imponere non curaui, sed eorum loca studioso lectori indicare operæ pretium duxi. Et in primis in medium profero *Tiber. Decian. cons.* 86. *num.* 18. *vers. tertiò*, *lib.* 3. vbi consuluit in casu, in quo testator tribus masculis filiis institutis, & substitutis eorum descendentibus, adiecit hæc verba; *Quia intentio D. Testatoris est, quòd bona sua conseruentur in masculos legitimos, & naturales de familia, & agnatione præfati D. Testatoris*, & Decian. vult hoc casu resultare fideicommissum non extantibus descendentibus ad fauorem masculorum transuersalium de illa familia.

10 *Hippol. Rimin. cons.* 482. vbi testator institutis filiis, & substitutis descendentibus masculis, exclusis fœminis prohibuit bona alienari, his verbis additis; *Quia voluit bona ipsa perpetuò manere in familia*, &c. consuluit Rimin. *extinctis* omnibus descendentibus masculis fideicommissum durare ad fauorem transuersalium de familia.

11 *Menoch. cons.* 424. vbi testator institutis filiis, & reciprocè substitutis, & eorum descendentibus masculis prohibuit alienationem bonorum, ad hoc vt bona ipsius testatoris conseruarentur in familia in perpetuum, & *Menoch.* concludit extincta descendentia masculina fideicommissum extare ad fauorem transuersalium de familia.

12 *Peregrin. cons.* 16. *dub.* 2. *lib.* 3. vbi testator instituerat Paulum nepotem ex fratre, & illi substituerat eius descendentes masculos, & postea adiecit prohibitionem, his verbis, *Item voluit, quòd bona, in quibus D. Paulum, & eius filios instituit, & substituit, non possint vendi, alienari, nec aliquo modo transferri extrà familiam masculinam de Macheronibus del Vlmo per contractum, nec vltimam voluntatem*, &c. quia vult dicta bona non exire familiam masculinam, vt suprà, sed perpetuò, & in infinitum remanere in dicta familia masculina. Mortuo Paulo hærede cum descendentibus masculis, sed postea extincta descendentia masculina Pauli, tenuit *Peregrin.* agnatos transuersales del Vlmo censeri vocatos: & secundùm hanc opinionem in eadem causa consuluisse, & obtinuisse refert *Fusar. d. quæst.* 351. *sub num.* 22.

13 Idem *Peregr. cons.* 149. *lib.* 5. vbi testator filiis institutis, & substitutis eorum descendentibus in infinitum prohibita fuit alienatio bonorum verbis amplis, adiecta ratione: *Quia firma intentio D. Testatoris est quòd bona semper extent in domo, & familia*, &c. Et Peregr. concludit transuersales de familia extincta descendentia masculina censeri vocatos, & plurib. comprobat, vt apud eum.

14 FAMILIÆ appellatione comprehenduntur fœminæ, vt colligitur ex *l. fin. C. de verb. signif. & ex l. voluntas. C. de fideicom. & ex Auth. de restit. fideicom.* & in specie tenent *Alex. cons.* 51. *num.* 12. & *cons.* 160. *num.* 4. *lib.* 2. *Paris. cons.* 33. *num.* 44. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 40. *num.* 33. *& cons.* 51. *num.* 12. *& cons.* 63. *num.* 4. *& cons.* 88. *num.* 20. *lib.* 2. *Alciat. cons.* 632. *in fine*, *Soc. Iun. cons.* 94. *num.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 2. *num.* 13. *cum seqq. lib.* 2. *Ric. de Curt. de iurepatr. verbo, competens*, *num.* 2. *Fab. Turret. cons.* 77. *n.* 1. *lib.* 1. *Pancir. cons.* 94. *num.* 36. *Rimin. Iun. cons.* 383. *num.* 1. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 663. *num.* 13. *lib.* 5. *Marzar. in epit. de fideicom. lib.* 2. *q.* 43. *Bursat. cons.* 1. *num.* 33. *lib.* 1. *Sfort. Odd. cons.* 46. *num.* 39. *cum seqq. & cons.* 68. *n.* 17. *Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 6. *Sim. de Præt. de interpr. vlt. volunt. fol.* 293. *num.* 66. *& seq. & fol.* 332. *num.* 10. *Mascar. de probat. concl.* 1236. *num.* 42. *Menoch. cons.* 197. *num.* 37. *cum seqq. & cons.* 680. *num.* 21. *cum seqq. & cons.* 730. *num.* 12. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *num.* 3. *Peregr. cons.* 31. *num.* 7. *lib.* 4. *& cons.* 42. *num.* 8. *in fin. & cons.* 58. *lib.* 5. *& de fideicom. art.* 22. *num.* 26. *Intrigl. de substitut. centur.* 8. *q.* 83. *num.* 2. *Surd. cons.* 96. *num.* 6. *Rustic. in l. cum auus. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 4. *ff. de condict. & demonstrat. Hieron. Gabr. cons.* 132. *q.* 4. *num.* 32. *cum seqq. lib.* 1. *Cardin. Tusch. practicar. concl. tom.* 2. *lit. D, concl.* 222. *num.* 4. *Fusar. de substitut. q.* 352. *à principio, Rot. decis.* 282. *n.* 1. *apud Farinac. p.* 2. *recent.*

Amplia vt procedat appellatiuum huiusmodi, etiam si dictum esset vt bona remaneant in familia; nam tunc fœmina non erit exclusa, vt tenent *Soc. Sen. cons.* 227. *num.* 8. *lib.* 2. *Soc. Iun. cons.* 2. *num.* 14. *& num.* 18. *lib.* 2. *Bursat. cons.* 157. *num.* 40. *cum seqq. lib.* 2. *Odd. cons.* 46. *num.* 46. *cum seqq. & cons.* 68. *n.* 18. 15

Amplia etiam, quamuis dictum esset, vt conseruarentur in familia, nam & fœmina erit admittenda, cùm sit de familia, licèt eius filij non comprehendantur, quia de familia testatoris, *Card. Mant. d. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 7. *vers. item si relictum, Decian. cons.* 7. *n.* 32. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 197. *n.* 41.

Verùm, quia non desunt qui contrariam opinionem sectentur; ideò eorum auctoritates intelligendas esse in casibus, in quibus testator tacitè, vel expressè senserat de masculis, & de conseruandis bonis in agnatione, benè obseruat *Sfort. Odd. d. cons.* 46. *num.* 49. *cum seqq.* Quando autem senserat de masculis, & de conseruandis bonis in agnatione, ac proinde fœminas noluerit succedere, petendum est ex coniecturis in hac re per Doctores afferri solitis. 16

Prima igitur coniectura erit, quando testator expressit proprium nomen familiæ, vt quando dixit, *remaneat in domo, vel familia de Fontana*, quia tunc cùm per solos masculos conseruetur agnatio, fœminæ erunt exclusæ, *Hieron. Gabr. cons.* 132. *lib.* 1. *& Sfort. Odd. d. cons.* 46. *num.* 53. *Peregr. de fideicom. art.* 25. *num.* 25. *& num.* 47. *ad med.* vbi dicit per expressionem nominis familiæ censeri habitam rationem agnationis. Prout illum refert *Fusar. d. quæst.* 352. *num.* 9. 17

Secunda coniectura est, quando fideicommissum tacitè, vel expressè est relictum pro conseruandis bonis in agnatione; quia tunc fœminæ essent exclusæ, vt resoluunt *Sim. de Præt. de interpret. vltim. volunt. fol.* 295. *num.* 67. *& fol.* 337. *num.* 10. *& cons.* 161. *num.* 14. *& seq. Cardin. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 8. *Hieron. Gabr. cons.* 132. *num.* 38. *cum seqq. lib.* 1. *Ceph. cons.* 251. *num.* 48. *cum seqq. Cauet. cons.* 180. *num.* 1. *& cons.* 800. *num.* 6. *cum seqq. Bursat. cons.* 228. *num.* 46. *lib.* 3. *Honded. cons.* 75. *num.* 14. *cum seqq lib.* 1. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 88. *num.* 5. *& cons.* 197. *num.* 48. *& 49. & cons.* 680. *num.* 24. *Peregr. de fideicom. art.* 25. *num.* 47. *& cons.* 23. *num.* 10. *lib.* 3. *& cons.* 149. *n.* 23. *cum seqq.* 18

lib. 5.

lib.5. Surd. consil.96.num.18.& 27.lib.1. Anchar. Regien. lib.1.q.72.n.31. & alij, quos refert,& sequitur *Fusar. d.q.352.n.10.* vbi *n.12.cum seqq.* declarat quid dicendum si in casu huius coniecturæ masculi non extarent.

19 Tertia coniectura est, quando testator vocasset masculos de familia, & idem etiam, si tacitè de masculis sensisset;nam tunc fœminæ non venirent, vt scribunt *Menoch. consil.95. num. 127. & consil. 197. num.64.in fin.& Sfort. Odd. d. consil.46.num.42.& 51. Peregr. de fid. comm. art.14. num.39. & art. 25. n.47. & consil.58.num.6. lib.5.* & plures alij, quos refert,& sequitur *Fusar. d. q.352. num. 15.*

20 Quarta coniectura est, quando extat statutum excluſiuum fœminarum,quia tunc ad fideicommissum relictum familiæ non venirent fœminæ, vt sentiunt *Card. Mant. d.lib.8. tit.12.n.7. & 10.Ceph. consil.152. n.23.lib.2. Honded. consil.75. n.25.lib.1. Menoch.d.præsump.88. n.4. Peregr.d.art.25.n.50. in fin.& consil.58.lib.5.Fusar. d. q.352. n.16. cum seqq.* idipsum intelligentes quando extant masculi; nam tunc verum est fœminas esse excluſas, sed masculis non extantibus, illas censeri eo casu vocatas.

21 Quinta coniectura est,quando ex communi vsu loquendi homines non solent sentire quod fœminæ veniant appellatione familiæ, vt scribunt *Grat. consil. 67. num. 14. cum seqq. lib.2. Soc. Iun. consil. 168. num. 59. lib.2. Gozad. consil. 79. num.7. Hieron. Gabr. consil.132.n.45.lib.1.Menoch.consil.197.num.20.Honded. consil.75.num.11. lib.1.*qui testantur ex communi vsu loquendi fœminas nuptas non dici de familia patris,sed viri, prout eos refert *Fusar. d. q.352.n.18.*

22 Sexta coniectura est, quando testator constituit fideicommissum succeſſiuum, & duraturum in familia, vt quia adessent verba in subſtitutione, quæ perpetuitatem important, puta, in infinitum,vel in perpetuum, *Natt.consil.676. num.42. Crauet.consil.180. num.1. Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt.fol.290. num.36. Alex. Raud. de analog. lib.1.cap.13. num.27. Hieron. Gabr. consil.132.q.4. num.40.lib.1.* vbi admittit, aliis concurrentibus, aliàs non, *Surd. consil. 96. num. 27. & seq.*

23 Septima coniectura est, quando testator fœminas dotauit; nam isto casu fœminæ non censebuntur vocatæ secundùm *Caualcan. decis.16.num.6. p.3. Menoch. consil. 197. n.55. ver. decimò, Hieron. Gabr. d. consil.132. q.4. num.41. lib.1.* vbi subdit, quòd quando fœminas dotauit testator, censetur aliud voluisse illas habere præter dotem, & sine dubio quando prohibuit eas plus habere.

24 Octaua coniectura est, quando testator proprias filias excluſit,eas dotando,& masculos hæredes fecit; nam si excluſit proprias filias fortiùs præsumendum est voluisse excludere omnes remotiores, & ita in specie scribunt post multos à se relatos, *Menoch. consil.197.num. 52.& Fusar.d.q.352.num.23.* vbi reprobat *Paris. Peregr. & alios.*

25 FAMILIÆ appellatione venit fœmina nupta ad fideicommissum, quod testator voluit remanere in familia, vt per *tex. in l.pater rubenti, & in l. filius emancipatus. ff. de collat. dot. & in l. fin. C. de verbor. signif. tenent Paris.consil. 23. num.45. lib. 1. & consil.88. n.20. lib.2.& consil.35. col 1 & 2. & consil.81. num.20. & 24.lib.3. Soc. Iun. consil.2.n.16.lib.2. Golad.consil.34. n.10. Bertach. de Episcop. p.4.num.143.Dilect.de art. testam. tit. de subſtitut.cap.22. per totum, Decian.consil.7. num.30. & seq. lib.1. Hieron. Gabr. q. 195.n.3. lib.1. Mascar. de probat. concl. 1236. n. 42. & Sfort. Odd. consil.46. n.41. & 44. Valasq. de Auendaño, l. 40. Tauri glos.9. num.14. Peregr. de fideicom. art.14. num.37. & art.22. n.25. & consil.42. n.9. cum seqq. lib.5. Menoch. consil.171. num.32. & consil.420. n.28. & 32. Anchar. Regien. lib.3.q.41.n.15. Card.Tusch. pract.concl.tom.3. lit. F, concl.75. n.1.*

Verùm fœmina nupta non esse de familia testatoris, ac proinde non admitti ad fideicommissum, quòd testator voluit remanere in familia, tenent *Rimin. Iun. consil.313.n.51. lib.3. Crauet. consil.831.n.3. Hieron. Gabr. consil.132.q.4. lib.1.Gutier.consil.3.num.6. Octauian. Pedamon.decis.127. Menoch.consil.197. n.46. & seqq. & n.58. & consil.680. n.25.& consil.730. n.12. & consil.1032. n.17.& consil.1070.n.30.Honded. consil.75. n.9. & seq. & num.16. & 28. lib.1. Alex. Rauden. de analog. cap.13. n.27. & seq. & consil.142. num.111. & seq. lib.2. vlt.volunt.* 26

Cuius quidem sententiæ illud potissimùm fundamentum est, quòd filia nupta non est de familia testatoris,sed per nuptias desinit esse de illa,*Octau. d. Pedamon. decis.127.n.1. Menoch.consil.197.num.48. Honded. consil.75.n.10.lib.1.* Tùm quia filia nubendo familiæ patris imponit finem, & dicitur illam extinguere,& augere familiam viri, *Menoch.consil.348. num.31. Honded. consil.75. n.15.lib.1.* vbi *n.16.*subdit, quòd fœmina nubendo non potest cõseruare agnationem patris, imò nec dicitur de cognomine paterno,vt notat *Octau. d. decis.127.n.1.ad med.* Quod in tantum verum est vt quamuis sit vidua dicatur de familia viri,retineat domicilium,& gaudeat priuilegio dignitatis,vt resoluit *Roland. à Valle consil.86. n.6. & seq. lib. 2.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. concluſ. tom.8. lit. V, concl.204. num.8.* 27 28 29 30

Hæc vltima opinio absque dubio procederet,vel quando ad fideicommissum vocati sunt nobiles de familia, quia filia nupta non retinet nobilitatem familiæ patris,vt in hac specie considerarunt *Honded.consil.75. n.10.lib.1. & Decian. consil.7. n.34. lib.1.* Vel quando fideicommissum esset relictum pro conseruandis bonis in agnatione, & familia, vt pariter in specie probarunt *Menoch. consil.95. n.56. & consil.197. n.49. Octau. de Pedamon. decis.127. num.4. Honded. consil.75. n.16. & num. 28. vers. tertiò dicitur, lib.1. Peregr. in tract. de fideicom. art.14.num.37.vers. quamuis, & consil.31. num.7. lib.4.* 31

Prima verò, & principalis maximè retinenda esset, quando fœmina nupta fuisset alicui de sua familia; nam satis diceretur conseruasse familiam,& agnationem,vt aduertunt *Crauet. consil.656. n.10. & consil.831. n.3.& 6.& consil.877.Paris. consil.1.n.58. cum seqq. lib.3.& Sfort. Odd. consil.40.n.60. in fin. Menoch. consil.730.n.12. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiast. resol.158. n.4. Card.Mant. de coniect.vlt.volunt. lib.8. tit.12. n. 10.* vbi dicit ex verisimili mente testatoris hanc fœminam in familia nuptam præferri debere cæteris agnatis masculis remotioribus, *Rot. in Florentina fideicomm:ſſi de Cambiis 9. Iunij 1627. coram R. P. D. Dunozetto,* vbi subdit prædictos Doctores procedere,& loqui quando sunt vocati proximiores de familia,vel quando vocatur familia;secus quãdo testator gradatim subſtituit vnam litteram alteri,& earũ descendentes masculos excluſis fœminis, nam cùm masculus natus ex fœmina etiã nupta in familia nõ dicatur masculus ex masculo.in eo non verificatur ista qualitas, iuxta ea quæ tradũt *Bellon.Iun.* qui ita distinguit,& respondit *consil.2.à n.72.vsque ad fin. Alex.Rauden. consil.3.n.25.& 26.lib.1.* vbi conciliat opiniones *Socin.Iun.consil.15.per totum lib.4.Curt. Iun.consil.117.col.pen.Beroi.consil.96.n.12.& 13.lib.2.* sicuti in feudo excluſiuo fœminarum consanguinei non excluduntur ab vtrinque coniunctis, nam vinculum cognationis non attenditur, idem *Bellon. d.* 32

*conſ.2.n.75. Tiraq.de retract.lig.§.14.gloſ.2.n.10.Craſſ. con.31.n.3.*Prout & in emphyteuſi, *Abb.con.81.n.28. Card.Mantic.de tacitis & ambig.conuent.lib.22. tit.18. n.48.*Idem eſt in ſtatuto excluſiuo fœminarum,nam vinculum maternum excluſum,& impertinens non attenditur, *Abb.d.conſ.81.*& fuit dictum in Romana de Lante 24. Ianuarij 1582. coram ſanctæ mem. Clemente VIII.

33 FAMILIÆ appellatione veniunt gener, & nurus,*l.vlt.C.de verb. ſignif.Ranch.concl.297.p.1.Cardin. Tuſch.tom.3.lit.E,concl.75.num.2.& 3.Fuſar.de ſubſtit. q.352.n.2.*

34 FAMILIÆ appellatione,lato ſumpto vocabulo veniunt omnes,qui ferunt eadem arma,& inſignia, vt tradit *Menoch. de præſumpt.lib.4. præſ.83. num.12. ad finem,*quem refert *Anton.Monac. Florent.deciſ.71. num.16.*

35 FAMILIÆ appellatione, non comprehenduntur baſtardi,vt ſcribunt *Bart. in l. tutelas.13.ff.de capit. dimin. Molin.de primog.lib.1. cap.4. num.45. cum ſeqq. Caſtil. l.17.Tauri. verb.* de ſus hijos, *verſ.quaro filij, Gar. Giron. de priuilegior. ſeu exempt. explicat. n.149. cum ſeqq.*

36 FAMILIÆ appellatione,in prohibitione alienationis non comprehenduntur extãtes vltrà quartum gradum,niſi facta ſit per verba præciſa,& vniuerſalia,puta, qua teſtator dicit,quòd vult bona ſua perpetuò apud ſuos, ſeu in familia remanere; quia tunc in infinitum venirent, ita *Dec. conſ.23.n.4. & Steph. Manchin. concl.228. p.4.*

37 FAMILIÆ appellatione in teſtamento, quando plures ſunt familiæ eiuſdem cognominis, ex præſumpta quadam mente venit illa,de qua ipſe teſtator natus eſt dumtaxat, *Alex.conſ.213.num.1.vel ſeq. lib.1.Pariſ.conſ.51.n.5.& 10.vol.2. Menoch. conſ.233. n.16.& ſeq..Menoch.conſ.106.n.218.& 226. Rot.*in Ilcinen. iuriſpatronatus 18. Decembris 1615. coram bonæ mem.Raboldo, impreſſa per *Farin. deciſ.697.*

38 *n.6.p.1.recent.* vbi *n.7.* ſubdit familiam aggregatam dici eſſe de ſtirpe,& ſanguine illius familiæ,cui aggregata eſt, refert *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.5. cap.930. n.14,* & anteà *tom.4. c.645.n.6.*

39 FAMILIÆ ſuæ,vel eius appellatione in teſtamento veniunt deſcendentes à teſtatore,vt per *Menoch.conſ.1177.n.5.& 6.*vbi *n.7.*ſubdit quod teſtator vocans familiam vt in ea bona conſeruentur cenſetur ſolùm vocaſſe ſuam, & *n.10.* ait quòd familiæ ſuæ rectæ,ſiue tranſuerſali relictum, intelligitur de tranſuerſalibus inter ſe, & teſtatore tamen deſcendentibus.

40 FAMILIÆ appellatione,vbi conditio imponitur, vt hæres, ſeu legatarius contrahat matrimonium cum aliqua de familia, venit perſona in gradu permiſſo à Iure Canonico, quamuis obtineri poſſit diſpenſatio, quia verba teſtamenti intelligenda ſunt ſecundùm Ius commune,non ſecundùm ſpeciale quòd per diſpenſationem obtineri poteſt, *l.fin.ff.de his qui veniam ætat.impetr.* ita docet *Cardin. Mantic. de coniect. vlt.volunt.lib.11. tit.18.n.6.* quem refert, & ſequitur *Sanch. de matrimon. lib.1. diſp.33. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Familiæ appellatione comprehenduntur domeſtici omnes, & in ſeruitio exiſtentes.*

2 *Familiæ appellatione pro qua fornarius, vel molendinarius ſe obligauit, venit illa,quæ in eadem manſione, vel ſub eadem claue viuit.*

3 *Familiæ appellatione in legato ei relicto comprehenditur ille, qui teſtatori inſeruiebat in officio cuſtodis viridarij.*

Familia ſeruilis.

APPELL. XCV.

FAMILIÆ appellatione comprehenduntur domeſtici omnes, & in ſeruitio exiſtentes, *l. ediles. ff. de edilit. edict. l. 1. §. familiæ, ff. de vi, & vi armata, Matth. de Afflict. in tract. de iure prothom. §. 3. num. 5. Alex. conſ.178. in princ. lib. 6. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 3. lit. F, concl.75. num. 5.* Intellige veràm,ſi habitant in eadem domo,& non in diuerſis, nec diuiſim, ſecundùm *Boër. deciſ.215. num. 13. & 15. Caſtil. l.17.Taur. verbo* di ſus hijos, *verſ. quaro filij, Garc. Girond. de priuileg. & exempt. explicat. n.149. cum ſeqq. Ferrer.in conſtitut.Cathalon. gloſ.1. num.336. cum ſeq.* 1

FAMILIÆ eiuſdem appellatione, pro qua fornarius, vel molendinarius ſe obligauit venit illa, quæ in eadem manſione, vel ſub eadem claue viuit, ita *Boër. deciſ.233. num. 1. 3. & 4. Cardin. Tuſch. d. tom.3. lit. E,concl.431.num.4.*de quo tamen latiùs *infrà Appell.96. n.2.* 2

FAMILIÆ appellatione in legato illi relicto comprehenditur ille, qui teſtatori inſeruiebat in officio cuſtodis viridarij, & ipſius expenſis viuebat, ac in eiuſdem imperio exiſtebat, quæ omnia faciunt vt quis dicatur de familia, *l. pronunciatio.§. ſeruientium. ff. de verb. ſignif. d. l. 1. §. familiæ,* latè *Mandoſ. reg.3. q.19. num.1.& 2. & reg.32. q.10.n.3.* in terminis *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. tom.3. cap.533. n.27.* 3

SVMMARIVM.

1 *Familiarium appellatione qui verè & propriè veniant, oſtenditur.*

2 *Teſtator vbi reliquit fideicommiſſum ſuis familiaribus, veniunt ij,quos teſtator circa ſe, & ſui cultus gratia tenebat,continuos commenſales domi ſuæ.*

3 *Familiarium appellatione in interdicto qui veniant, oſtenditur.*

4 *Familiares Papæ qui dicantur,oſtenditur.*

5 *Familiarium Epiſcopi appellatione ad Ordines accipiendos veniunt illi, qui per triennium cum Epiſcopo fuerint commorati, & præſentes inſeruierint.*

6 *Cardinales veniunt appellatione familiarium Papæ.*

Familiares.

APPELL. XCVI.

FAMILIARIVM appellatione, verè illi comprehenduntur, qui expenſis illius, cuius dicuntur familiares, continuò viuunt, & morantur cum eo, indéque continui commenſales dicuntur, *cap. ſicut nobis de verb. ſignif. lib.6.* vbi *Franc. num.4.verſ. ſextò nota, Anchar. conſ.398. D. R. num.2. Ægid. Bellam. conſ.20. num.9. verſ. de familiaribus, Ludou. Gom. in regul. de impetrant. benefic. vacant. per obitum famil. quæſt.13. in princip.* vbi, quòd duo debent concurrere copulatiuè, quòd ſcilicet inſeruiant 1

uiant actu, & viuant expensis domini, *Mascard. de probat. concl.* 715. *Christoph. de Pace ad leges styli, l.* 32. *num.* 26. *cum seqq. Cardin. Tusch. practic. concl. tom.* 3. *lit. F, concl.* 72. *num.* 1. & 29. vbi *num.* 30. idem dicit de consanguineo, filio, aut coniuncto, & *num.* 37. subdit, quòd familiaris dicitur qui etiam non est actualiter in seruitio, nec viuit expensis domini, quando recessit reuersurus; & *num.* 41. quòd sufficit commensalitas, licèt sit extrà domum, & quòd sufficit pars in pecunia, licèt non in speciebus.

2 FAMILIARIVM appellatione vbi testator reliquit fideicommissum suis familiaribus, veniunt ij, quos testator circa se, & sui cultus gratia tenebat continuos commensales domi suæ, *l. alimenta, §. libertis, in fine, ff. de alimen. & cibar. legat. Barbat. cons.* 82. *col.* 3. *lib.* 4. *Castren. cons.* 240. *Præmissis allegationibus. num.* 2. *lib.* 1. *Bero. q.* 35. *num.* 3. & 4. *Selua in tract. de benefic. p.* 3. *q.* 11. *num.* 22. *Gig. in tract. de pension. q.* 25. *n.* 5. *Simo. de Prat. de interpretat. vlt. vol. volunt. fol.* 290. *n.* 35. quos refert, & sequitur *Fusar. in tract. de substit. q.* 376. *num. vnico.*

3 FAMILIARIVM appellatione etiam in odiosis, dum scilicet interdicitur Petrus cum familia, continentur omnes, qui sunt de domo illius, & sub potestate paterna, ac dominatiua, putà serui, & famuli in eadem domo viuentes, vel quia expensis domini aluntur, vt Oeconomus, & alij Officiales, quamuis habitent extra domum. Ita scribit *Henriq. in sum, lib.* 13. *cap.* 48. §. 5. *vers. nomine.*

4 FAMILIARIVM Papæ appellatione, quoad effectum reseruationis, veniunt omnes Referendarij, & alij Officiales ex palatio Apostolico panem habentes, Prothonotarij, Subdiaconi, Auditores Rotæ, Acolyti, Cubicularij, etiam honoris nuncupati, Scutiferi, Secretarij, literarum Apostolicarum scriptores, Milites S. Petri, reliquíque officiales Romano Pontifici pro tempore existenti in Palatio deseruientes, aut custodiam facientes, licèt in eodem non habitauerint, nec habitent, nec in tinello comederint, nec comedant: ita colligitur ex *Constitutionibus Pauli* 3. *& Iulij etiam* 30. *necnon ex reg.* 1. 5. *& 6. Cancell.* vt tradunt *Cardin. Tusch. d. tom.* 3. *lit. F, concl.* 73. *num.* 1. *Gonz. al. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 51. *num.* 16. *cum seqq.*

5 FAMILIARIVM Episcopi appellatione, ad Ordines accipiendos veniunt illi, qui per triennium cum Episcopo fuerint commorati, & præsentes inseruierint: non tamen illi, qui absunt, licèt sumptibus Episcopi vixerint ad formam *Conc. Trid. sess.* 23. *de reformat. cap.* 9. & ita tradunt *Maiol. de irregular. lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 5. *Salzed. ad Bernard. in pract. cap.* 26. *vers. tertius casus, Vgolin. de potest. Episc. cap.* 26. §. 4. *Prosper. de August. in additionibus ad Quaran. in sum. Bullarij, verbo, ordo, vers. limita in eo, Molses. in sum. tract.* 2. *cap.* 2. *n.* 8. *cum seqq.* & alij plures per me citati *de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 5. *n.* 6. vbi *n.* 18. quæro, an magister curiæ Episcopalis appellatione familiarium Episcopi veniat ad hoc effectum.

6 FAMILIARIVM Papæ appellatione veniunt Cardinales, *Oldrad. cons.* 48. *Ius commune, Ludou. Gomez. Episcop. Sarnen. decis.* 10. *lib.* 1. post decisiones impressas Reuerendissimi Domini mei Coccini Rotæ Decani.

SVMMARIVM.

1 *Famulorum appellatione in legatis veniunt tantùm famuli tempore testamenti.*

2 *Pistor, fornarius, molendinarius, seu barbitonsor promittens seruire pro tota familia, si illa nimium creuerit, non tenebitur nisi pro modo familiæ, quæ extabat tempore conuentionis.*

3 *Famulorum appellatione in priuilegiis veniunt famuli futuri.*

4 *Famuli personarum habentium priuilegium celebrandi, vel diuinis interessendi tempore interdicti, ad diuina audienda, seu celebranda licitè admittuntur, vt etiã alij eorum loco subrogati si infirmi, seu absentes sint.*

Famulus.

APPELL. XCVII.

FAMVLORVM, seu familiæ appellatione vbicunque fit legatum à testatore, continentur tantùm famuli tempore testamenti, *l. si ita. ff. de auro,* & *arg. leg. Capell. Tholos. decis.* 190. *Bonacos. de famulis q.* 121. Vnde, *Pileu. q.* 48. *arg. cap. quanto de censib.* resoluebat, quòd si pistor, vel fornarius, aut similes conueniant pro parua pensione coquere panes pro tota familia, quæ postea nimium creuerit, non tenebuntur, nisi pro modo familiæ, quæ extabat tempore conuentionis, idémque in molendinario, vel barbitonsore, & similibus, cum quibus similes conuentiones fieri frequens est, eadé ratione resoluunt omnes, qui Pileum sequuntur, latè prosequuntur *Ias. in l. quominus. ff. de fluminib. à n.* 136. *Albert. Brun. de augm. concl.* 10. *Boër. dec.* 213. *n.* 9. *Roland. à Valle cons.* 1. *n.* 173. *lib.* 2. *Thesaur. decis.* 226. *Card. Tusch. tom.* 3. *lit. E, concl.* 431. *n.* 3. *Roderic. de annuis redditib. lib.* 2. *q.* 15. *n.* 95. *Valasc. cons.* 58. *à n.* 4. *tom.* 1. *Perez. de Lara de anniuer. & capell. cap.* 16. *n.* 7. *cum seqq.* 1

FAMVLORVM appellatione in priuilegiis veniunt famuli futuri, ac proinde, priuilegium concessum pro se, & famulis ad ipsos extenditur, ita *Bonacos. d. tract. de famul. q.* 26. Vnde quia famuli singularium personarum, habentium priuilegium vt tempore interdicti celebrare, vel Diuinis interesse possint, ad Diuina audienda, seu celebranda eodem tẽpore licitè admittuntur iuxta, *tex. in cap. licèt, vers. cùm conceditur, de priuileg. lib.* 6. cùm latè traditis per *Nauar. in man. cap.* 27. *n.* 181. *Vgolin. de censur. tab.* 5. *c.* 8. §. 4. *n.* 2. *Sayr. in simili tract. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 29. *cum seqq. Henriq. in sum. lib.* 13. *cap.* 48. §. 5. ideò vno, vel pluribus ex famulis absentibus, aut infirmis, totidem alios assumi posse absque fraude, notant *Nauar.* & alij post illum proximè citati, & ex *Ioan. Andr. in regul.* qui sentit *lib.* 6. pluribúsque aliis comprobat *Surd. cons.* 262. *num.* 35. 3 4

Fideiussor.

APPELL. XCVIII.

FIDEIVSSORIS idonei appellatione venit ille, qui habet stabilia, vel multa mobilia, quæ æquiualeant valori litis, de qua agitur, & quod sit facilis ad conueniẽdum, ita *Ias. in l.* 2. *in princ. ff. qui satisdar. cogan. Card. Tusch. practic. concl. tom.* 3. *lit. F, concl.* 331. & *tom.* 7. *lit. S, concl.* 41. *n.* 1. *Surd. decis.* 295. *n.* 11. vbi n. 12. subdit, quòd illa bona debet possidere in loco iudicij, *Farin. in praxi crimin. q.* 33. *n.* 79. *cum seqq. Cardos. in prax. Iudic. & Aduocat. verbo fideiuss. n.* 31. *Muscatel. in praxi ciuili, p.* 3. *glos. expensis, n.* 48. *Maur. in tract. de fideiussorib. p.* 2. *sect.* 2. *cap.* 2. *n.* 38. *cum seqq. Hering. in simili tract. cap.* 8. *n.* 53. *cum seqq.* Vnde secus si mobilia possideat, quia tunc cùm de facili asportari possint pro idoneo non habetur, *Farin. in praxi crimin. q.* 33. *num.* 80. quem refert *Maur. citato loco.* 1

SVMMARIVM.

1 *Posthumus non venit filiorum appellatione, nisi ex indiciis appareat testatorem de eo sensisse.*

2 *Posthumus venit appellatione filiorum in tutelis.*

3 *Nati solùm tempore testamenti, vel mortis testatoris veniunt filiorum appellatione ad fideicommissum purum, vel in diem certam relictum.*

4 *Filiorum appellatione ad fideicommissum purum veniunt nondum nati, vbicunque ex aliquibus coniecturis potest colligi testatorem de nascituris post eius mortem sensisse.*

5 *Nati & concepti post testatoris mortem venirent in fideicommisso puro appellatione filiorum, quando testator vocasset filios alicuius, qui testamenti tempore filios non habebat, vel in numero plurali vocasset filios illius, qui vnum tantùm habebat.*

6 *Nascituri veniunt appellatione filiorum in fideicommisso puro quando vocati essent filij plurium, quorum vnus habebat filios, alius non.*

7 *Filiorum appellatione in fideicommisso puro, vel in diem certam relicto, veniunt nati post mortem testatoris quando dispositio esset concepta verbis vniuersalibus.*

8 *Fideicommissum quando esset relictum filiis alicuius, eius tamen tunc viuentis contemplatione tunc debebitur, etiam natus post mortem testatoris.*

9 *Nati etiam post mortem testatoris veniunt appellatione filiorum ad fideicommissum sub conditione, dummodo intra tempus purificatæ conditionis.*

10 *Concepti habentur pro natis ad sui fauorem.*

11 *Testator vocans filios per pronomen*, suos, *ad fideicommissum relictum sub conditione, videtur sentire etiam de natis post eius mortem, dummodo nascantur intra tempus purificatæ conditionis.*

12 *Filiorum & hæredum appellatione veniunt filij etiam non hæredes.*

13 *Legitimi filij tantùm, non verò naturales nec spurij, veniunt appellatione filiorum quando ipsi positi sunt in conditione ad excludendum substitutum, sed contrarium verius*, n.19.

14 *Naturales vocatis filiis non admittuntur ad maioratuum successionem.*

15 *Naturales non admittuntur ad fideicommissum relictum filiis, maximè si veris filiis esset relictum.*

16 *Verba verè & naturaliter in conditionibus oportet intelligi.*

17 *Naturales non continentur in concessione emphyteusis pro se & filiis.*

18 *Beneficium* l. hac edictali §. ex imperfecto C. de testam. *& dispositio* l. si vnquam, C. de reuoc. donat. *non prodest illegitimis.*

20 *Naturales non veniunt appellatione filiorum quando ipsi positi sunt in conditione ad excludendum substitutum, si constiterit testatorem voluisse eos excludere.*

21 *Legitimi necessariò requiruntur vbi dictum fuerit*, si decesserit sine liberis legitimis, & naturalibus, vel ex legitimo matrimonio procreatis.

22 *Naturales substitutum non excludunt, si testator est in dignitate constitutus, nisi & ipse testator naturalis sit, vt* num.23.

24 *Filiæ vbi propter masculos excluduntur, non debent excludi si testamentum à fœmina factum proponamus.*

25 *Naturales substitutum excludunt quamuis testator sit nobilis si ipse in alia testamenti parte de naturalibus fecit mentionem.*

26 *Filia testatoris si sit quæ grauatur restituere, si sine liberis decesserit, non admittuntur naturales etiam legitimati, vt* num.28.

27 *Impudicitiæ quælibet mascula in fœminis fœdior, & detestabilior est, quàm in viris.*

29 *Vxor si virum grauauerit sub ea conditione, si sine filiis decesserit, minimè de filiis naturalibus mariti intellexisse videtur.*

30 *Vxores filios naturales viri sui odio habent.*

31 *Substitutus, si filius legitimus sit, & naturalis ipsius testatoris, non excluditur à naturali filio grauati.*

32 *Spurij odiosi sunt, & legibus incogniti, nec filiorum nomine habentur digni.*

33 *Spurij non excludunt substitutum sub conditione, si sine liberis*, &c. *etiam generalibus verbis prolata.*

34 *Conditio, si sine liberis, quando adiicitur personæ, quæ filios legitimos habere non potest, sed solum spurios, de quibus intelligatur ostenditur.*

35 *Illegitimi, an, & quando veniant in legis dispositionibus, quæ filiorum faciunt mentionem remissiuè.*

36 *Legis ratio quando est certa, & omnibus filiis æqualiter conuenit, de omnibus etiam illegitimis est intelligenda.*

37 *Illegitimi sine venia parentes suos in ius vocare non possunt.*

38 *Parricidij pœna omnes etiam illegitimos, complectitur.*

39 *Patri non solùm filiam legitimam, sed etiam naturalem, & spuriam in matrimonium ducere prohibetur.*

40 *Illegitimos comprehendunt pœnæ impositæ filiis*

filiis reorum, l. maiestatis diuinæ, & humanæ.

41 l. si vnquam. C. de reuocand. donat. *etiam in naturalibus locum obtinet.*

42 *Legis ratio si solis legitimis conueniat de his tantùm intelligi debet.*

43 *Filij quinque illius, qui se à tutela excusare intendit debent esse legitimi.*

44 *Filij omnes ve. ant in legum dispositionibus, quotiescunque materia subiecta, vel legis ratio, & mens non repugnat.*

45 l. hac consultissima. §. ex imperfecto, C. de testam. *habet locum etiam in filiis naturalibus.*

46 l. qui duos 10. §. cùm in bello, ff. de rebus dub. *æquè locum habet in legitimis, & in naturalibus.*

47 *Statutorum in dispositione veniunt naturales, nisi ratio statuti solis legitimis conueniat.*

48 *Filiæ continentur appellatione filiorum.*

49 *Masculinum concipit femininum.*

50 *Filiorum appellatione an filiæ comprehendantur ex improprietate, aut secundùm propriam significationem diuersæ sententiæ.*

51 *Filij appellatione femininum non continetur ex vi verbi, nec ex communi loquendi vsu, sed aliquando per interpretationem extensiuam.*

52 *Filiorum appellatione si non ex verbi proprietate, saltem ex communi vsu loquendi filiæ comprehenduntur.*

53 *Filiorum appellatione veniunt filiæ, etiamsi vocati essent filij legitimi, & naturales.*

54 *Pœnalibus, & odiosis veniunt & omnia, quæ sublata verborum significatione cõtinentur.*

55 *Filiorum appellatione in materia etiam pœnali, & odiosa, nisi diuersa ratio milites in masculo, & in fœmina.*

56 *Verba in contractibus à communi loquendi vsu interpretationem accipiunt.*

57 *Filiæ veniunt in forma concessionis emphyteusis acceptæ pro se, & filiis.*

58 *Testator vbi vocauit filios masculos, tunc filiæ non veniunt, nec dicuntur vocatæ etiam post masculos.*

59 *Testator quando in vna parte testamenti vocauit masculos, si in alia parte fecit mentionem de filiis, eorum appellatione veniunt filiæ, quando non sunt coniecturæ, in contrarium.*

60 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, quando in Ciuitate extat statutum exclusiuum fœminarum.*

61 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, quando testator fecit substitutionem pro agnationis conseruatione.*

62 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, quando testator discretiuè loquutus fuit de masculis, & fœminis.*

63 *Testator quando propinquiores fœminas excluſit instituendo masculos, & illis substituit filios, tunc solum masculi dicuntur vocati.*

64 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum in testamentis, quando extat statutum quod verba testamentorum intelligantur ad litteram.*

65 *Masculinum quando cum aliqua qualitate exprimitur, non concipit femininum.*

66 *Filiæ non veniunt appellatione filiorum, quando testator apposuit qualitatem filio vocato, quæ non conuenit fœminæ.*

67 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, si ex eo absurdum, seu plures improprietates sequerentur, vt* num. 68.

69 *Fœminæ non veniunt filiorum appellatione, quando repugnat communis loquendi vsus.*

70 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, quando ex consuetudine homines non solent bona illa relinquere fœminis; vel fœmina esset incapax bonorum, vt* num. 71.

72 *Primogenituram perpetuam pro se filius, & descendentibus, vbi testator constituit, non censetur intellexisse de fœminis.*

73 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum de iure Longobardorum.*

74 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, quando substituta esset pia causa.*

75 *Adoptiui filij non veniunt filiorum appellatione, ac proinde in fideicommissis, & conditione, si sine liberis substitutum non excludunt.*

76 *Adoptiui filij veri non sunt.*

77 *Adoptiui in contractibus, feudis, & maioratu non veniunt appellatione filiorum.*

78 *Adoptiui filij, an, quando, & quibus casibus veniant appellatione filiorum, & substitutum excludant ostenditur.*

79 *Arrogati non veniunt appellatione filiorum.*

80 *Filij spirituales non veniunt in fideicommissis, & conditionibus appellatione filiorum, nisi ex verbis, aut mente testatoris id specialiter colligatur.*

81 *Legitimati an veniant appellatione filiorum in fideicommissis, relictis filiis remissiuè.*

82 *Nepotes quòd veniunt sub nomine filiorum, qui teneant Doctores referuntur, & qui negent,* num. 83. *concordantur verò* n. 84.

85 *Pronepotes veniunt appellatione nepotum.*

86 *Nepotes in dubio filiorum appellatione non continentur in contractibus.*

87 *Emphyteusis quando est accepta pro se, & filio quem nominauerit, non potest nominari nepos.*

88 *Nepotes sub filiorum appellatione inclusi non sunt, quando sumus in substitutione facta in contractu.*

89 *Declaratur* tex. in cap. 1. §. & si clientulus, de alienat. feud.

90 *Filiorum nomine si ij deficiant veniunt nepotes in emphyteusi, & in maioratu, vt* num. 91.

92 *Nepos an aliquo casu extantibus filiis primi gradus admittatur remissiuè.*

93 *Nepotes in dubio non veniunt appellatione filiorum in legis dispositionibus, nisi ex verbis, aut efficaci coniectura colligatur mens legis, quod voluerit dispositionem suam ad nepotes extendi, vt* num. 94.

95 *Declaratur* text. in l. filium habeo. ff. ad Macedon.

96 *Nepotes legitimi Presbyterorum non cadunt sub prohibitione, ne in Ecclesiis, quas aui obtinuerunt valeant ministrare.*

97 *Pœna* l. quisquis, §. filij. C. ad leg. Iul. maiestat. *an nepotes comprehendat ostenditur.*

98 *Nepotes in dubio appellatione filiorum non veniunt in priuilegiis, nec in testamentis, aut tutelæ datione, vt* num. 99.

100 *Nepotes filiorum appellatione illis deficientibus admittuntur, quando dispositio futurum respicit euentum, aut tempore mortis ipsius grauati non extabant filij, sed tantùm supererant nepotes ex eis.*

101 *Filius quando viuit, & ex eo nepos, tunc filius solus admittitur filiorum appellatione.*

102 *Filij, & nepotes ex alio filio, quando extarent, tunc filius præferri debebit, & solùm censeretur vocatus nepos non extantibus filiis.*

103 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando dispositio esset facta à iuris perito, secùs ab idiota, & imperito.*

104 *Nepos venit appellatione filiorum, vbi testator in vita illum vocabat filium, & eum vt filium tractabat.*

105 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando testator vocauit natos, & nascituros.*

106 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando fumus in dispositione de sui natura habente tractum successiuum, & perpetuum.*

107 *Nepotes veniunt sub nomine filiorum quando ratione agnationis, & pro conseruandis bonis in familia fideicommissum esset relictum.*

108 *Nepotes filiorum appellatione continentur, vbi testator vocauit filios in stirpes, & non in capita.*

109 *Nepotes filiorum appellatione veniunt quando aliàs sequeretur absurdum, & irrationale.*

110 *Nepotes quando abintestato vnà cùm filiis erant successuri testatori, tunc debent admitti ad fideicommissum.*

111 *Nepotes veniunt quando testator vocauit filios in infinitum, vel in perpetuum.*

112 *Nepotes censerentur excluſi, si testator vocasset filios primi gradus.*

113 *Nepotes censerentur excluſi, si vocarentur filij aliqua qualitate, quæ non insit nepotibus, vel quando nominatim filiis relictum esset.*

114 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes, vbi testator vocauit filios cum dictione,* meis.

115 *Verbum,* superstites, *habet vim expressionis proprij nominis, & ad filios primi gradus iam nominatos est restitutum, nec extenditur ad nepotes.*

116 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quando tempore vocationis impossibile erat extare filios primi gradus.*

117 *Monasterium habetur loco filij, & facit deficere conditionem, si sine liberis, ac substitutum excludit.*

118 *Monasterium capax bonorum in communi admittitur ad maiorauum successionem, & ad emphyteusim, ad quam vocatur filius.*

119 *Testamentum posthumi agnatione rumpitur.*

120 *Testamentum anteà factum rumpitur per professionem in religione capaci incommodi emissam.*

121 *Ratio decisionis* tex. in cap. in præsentia, de probat. enucleatur, & num. 122. & 123.

124 *Monasterium facit deficere conditionem si sine liberis, & substitutum excludit etiam in foro Conscientiæ.*

125 *Bigamus grauatus monasterium ingressus ex dispensatione Papæ, facit deficere conditionem si sine liberis, & substitutum excludit.*

126 *Monasterium facit deficere conditionem si sine liberis, etiamsi monachus, grauatus apostataret.*

127 *Substitutio, an & quando euanescat si grauatus fiat clericus Ecclesiæ secularis in sacris constitutus, ostenditur.* & num. 128.

129 *Grauatus quando esset ingressus monasterium incapax bonorum in communi, non deficit conditio substitutionis.*

130 *Substitutus an admittatur statim quod grauatus emiserit professionem in Religione bonorum in capaci in communi, an verò mors naturalis ipsius grauati debeat expectari, ostenditur,* & num. 131. & 132.

133 *Monasterium non excludit substitutum quando non successit grauato, quia repudiauit hæreditatem.*

134 *Monasterium caret iure excludendi substitutum,*

stitutum, vbi ingressus grauati in illud non habuit effectum.

135 *Monasterium non excludit substitutus si grauatus fecit in illo professionem, sed tamen irritam.*

136 *Monasterium non excludit substitutum si grauatus illud fuerit ingressus, non vt Religionem profiteretur, sed vt ibi pœnitentiam ageret.*

137 *Substitutio euanescit si grauatus efficiatur oblatus se & sua tradens Ecclesiæ sæculari, vel si in manibus Episcopi obtulerit se monachalem regulam seruaturum.*

138 *Pia causa vbi substituta est nullo modo excluditur per professionem grauati, sed succedet post mortem naturalem grauati, monasterio interim bonis gaudente.*

139 *Procedit quamuis causa pia substituta sit minus pia quàm monasterium.*

140 *Procedit etiam quamuis pia causa non esset immediatè substituta, sed immediatè.*

141 *Testator vbi partim substituisset causam piam, & pro alia parte aliquem priuatum, grauato profitente postea in Religione capaci, si causæ illæ substitutæ non sint re, aut verbis coniunctæ, monasterium succedet in eam partem causæ profanæ priuati, & causa pia succedet in suam.*

142 *Filius alter testatoris si esset substitutus succedet ille in fideicommisso excluso monasterio vbi grauatus professus fuit, quicquid contrarium teneant relati,* num. 143.

144 *Monasterium excluditur à substituto si ille esset aliquis de familia adiecta ratione, & causa, quia vult bona conseruari in agnatione & familia.*

145 *Grauatus si priusquam fuisset monasterium ingressus instituisset hæredem extraneum, tunc substitutus erit admittendus excluso monasterio.*

146 *Conditioni si sine liberis si aliquid adiiciatur, ex quo appareat testatorem de filiis veris & naturaliter genitis intellexisse, tunc substitutos excluso monasterio admittitur, quicquid contrarium teneant relati,* num. 147.

148 *Grauatus quando fuit ingressus monasterium vt fraudaret substitutum, tunc substitutioni locus erit excluso monasterio, fraudis verò coniecturæ quæ sint referuntur, vt* num. 150. *&* 151.

149 *Fraus non præsumitur in dubio.*

152 *Monasterium quando quis fuit ingressus blanditiis & suasionibus Prælati, tunc monasterium non succedet, sed substitutus erit admittendus.*

153 *Conditio si sine liberis, quando respueret personam testatoris, licèt ipse non relictis liberis ingrediatur Religionem, non excludetur substitutus, sed ille excluso monasterio succedet.*

154 *Statutum, vel consuetudo quando extat quòd verba testamentorum ad litteram intelligantur, tunc substitutus succedet monasterio excluso.*

155 *Statutum si in ciuitate extat quòd mon. sterium, vel ingressi in illud non succedant, illud seruandum erit.*

156 *Consuetudo quando extat in ciuitate quod monasterium ingressi abintestato non succedant parentibus & agnatis, monasterium non excludit substitutum.*

157 *Monasteria non succedunt monachis professis in Regno Galliæ.*

158 *Monasterium excluditur si conditio,* si sine liberis, &c. *apponatur in contractibus onerosis, seu dispositionibus inter viuos.*

159 *Monasterium excluditur quando testator illud expressè excluisset, vocando substitutum si grauatus hæres sine liberis decederet, quamuis contrarium teneant relati,* num. 160.

161 *Testator si dixisset,* si decesserit sine veris filiis, *tunc substitutus excluso monasterio admittitur.*

162 *Monasterio excluso substitutus succedet si dictum fuit,* si decesserit sine filiis masculis.

163 *Monasterium excluditur quando dictum esset,* si decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus, *& succedit substitutus.*

164 *Testator si dixisset,* si decesserit sine filiis, *non secundùm Iuris interpretationem, tunc conditio substitutionis non deficit, quamuis grauatus monasterium sit ingressus.*

165 *Substitutio quando esset concepta in hunc modum,* si sine liberis decedat, succedat Titius, & non alius, *tunc substitutus monasterio excluso admittitur.*

166 *Filij Titij quando dispositiuè essent vocati, & eis deficientibus sit datus substitutus, si Titius ingrediatur Religionem, monasterium non excluderet substitutum.*

167 *Grauatus habens filios quando profitetur in Religione, tunc excluditur substitutus, & non succedit monasterium.*

168 *Testator quãdo hæredi grauato aliquid reliquisset, si monasterium ingrediatur, tunc per substitutum excluderetur monasterium.*

169 *Grauatus quando viuo testatore ingrederetur Religionem pòst testamentum conditum, tunc non succedet monasterium, sed substitutus.*

170 *Testator quando instituit filium in sacris iam constitutum, aut professum, & ei decedenti absque liberis substituat tertium, tunc voluit clarè hunc Ecclesiæ, & monasterio præferri.*

171 *Grauatus qui est purè, vel in diem restituere si Religionem ingrediatur tunc substitutus*

stitutus non excluderetur.

172 *Grauatus restituere si sine liberis decesserit si ante Religionem habuisset filios, & postea vxore mortua ingrediatur monasterium, tunc veri filij illud excludent.*

173 *Monasterium quando promisisset contentare quod bona remanerent substituto, & propter hoc facta sit professio, tunc illud erit excludendum.*

174 *Sententia si lata sit quod Titio decedente sine filiis succedat Caius, tunc Caius substitutus admitteretur, licèt Titius sit monasterium ingressus.*

175 *Monasterium non excludet substitutum vbi quis grauatus fuisset sub alia conditione quam liberorum, vel nuptiarum.*

Filius.

APPELL. XCIX.

1 FILIORVM appellatione non venit posthumus, nisi ex inditiis appareat testatorem de eo etiam sensisse, vt probat *text. in l. qui filiabus, ff. de legat. 1.* & scribunt multipliciter declarantes *Sim. de Pret. de interpret. vltim. volunt. fol. 376. num. 6. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 11. cum seqq. Fusar. in tract. de substitut. quæst. 318. num. 16. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 6. lit. P, concl. 452. num. 1.* vbi *num. 2.* post *Alex. cons. 37. Viso themate in fine, num. 19. vers. vltimò non obstat, lib. 6.* declarat vt procedat in dispositione de præsenti secùs si de futuro, vel in futurum euentum.

2 Limita in tutelis, in quibus posthumus venit appellatione filiorum, vt sentiunt *Bart. in l. si cognatis, col. 2. ff. de reb. dub.* dum opponit de *l. placet. ff. de liber. & posthum. Socin. Sen. in d. l. si cognatis, num. 29. & cons. 73. num. 25. Fusar. d. quæst. 318. num. 16. in fine.*

3 FILIORVM appellatione in fideicommisso puro, vel in diem certam relicto, veniunt solùm nati tempore testamenti, vel mortis testatoris, non autem post, vt per *text. in l. si cognatis, ff. de reb. dub. & in l. qui filiabus, ff. de leg. 1. & in l. cùm ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. & in l. interuenit. ff. de leg. præst.* resoluunt *Alciat. cons. 47. & 76. lib. 9. Curt. Jun. cons. 57. num. 12. Roland. à Valle, cons. 70. num. 9. lib. 3. Tiraquell. de retract. lig. §. 1. glos. 9. num. 84. Ceph. cons. 262. num. 14. & seq. & cons. 659. num. 23. Rimin. Iun. cons. 564. num. 13. Simon de Prett. de interpret. vlt. volunt. fol. 201. num. 5. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 93. num. 1. & cons. 106. num. 21. & cons 404. & cons. 413. num. 8. & cons. 496. num. 14. & cons. 566. num. 3. cum seqq. Crass. in §. fideicommissum, quæst. 17. Surd. cons. 125. nu. 35. Magon. Florentin. decis. 62. num. 42. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 7. cum seqq. Rustic. in l. cùm auus. lib. 6. cap. 12. num. 21. ff. de condit. & demonst. Intrigl. de substitut. centuria 3. quæst. 86. num. 1. Fusar. in simili tract. q. 318. à princip.*

4 Limita primò, vbicumque ex aliquibus coniecturis potest colligi testatorem sensisse, & de nascituris post eius mortem, vt in specie sic scripserunt *Ruin. cons. 64. num. 3. lib. 3. Socin. Iun. cons. 172. num. 26. & 28. lib. 2. Ceph. cons. 318. num. 41. Petra de fideicom. quæst. 11. num. 602.*

5 Limita secundò, quando testator vocasset filios alicuius, qui testamenti tempore filios non habebat, vel in numero plurali vocasset filios illius, qui vnum tantùm filium habebat, nam etiam post testatoris mortem nati, & concepti venirent, *l. qui filiabus. ff. de leg. 1. l. fin ff. ad Trebell. Paris. cons. 71. lib. 4. Alciat. respons. 495. num. 1. Ceph. cons. 318. num. 24. & cons. 659. num. 30. Bellon. cons. 50. num. 6. Menoch. cons. 1. num. 179. & seq. & cons. 97. num. 75. & 81. & cons. 106. num. 66. cum seq. & cons. 496. num. 15. vers. secundo, & cons. 528. num. 37. cum seqq. & cons. 822. à princip. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 10. & 16. Hieron. Gabr. cons. 130. num. 8. lib. 1.*

Idem est, quando vocati essent filij plurium, quorum vnus habebat filios, alius non, nam & de nascituris testatorem sensisse dicendum est, quia videtur testatorem habuisse eamdem affectionem ad parentes filiorum, ideò & nati post mortem testatoris admitti debent vt inter eos seruetur æqualitas, ita *Peregr. d. art. 22. num. 10. ad medium, Sim. de Prett. de interpret. vltim. volunt. fol. 515. num. 104. Menoch. cons. 404. num. 6. & cons. 528. num. 40. & cons. 822. num. 12.* 6

Limita tertiò, quando dispositio esset concepta verbis vniuersalibus, quia tunc nati post mortem veniunt, vt scribunt *Sim. de Prett. d. fol. 515. num. 106. & Peregr. d. art. 22. num. 18.* verba enim generalia referuntur ad futura, *l. cùm pater. §. filia tua. ff. de leg. 2. vbi notat Bart.* 7

Limita quartò, quando fideicommissum esset relictum filiis alicuius, illius tamen tunc existentis contemplatione, & fauore, quia tunc debebitur etiam natis post mortem testatoris, iuxtà ea, quæ resoluunt *Ruin. cons. 30. dub. 1. lib. 2. & Pereg. d. art. 22. num. 19.* 8

FILIORVM appellatione in fideicommisso relicto in diem, vel sub conditione, veniunt nati etiam post mortem testatoris, dummodò intrà tempus purificatæ conditionis nascantur. Ita docent *Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 5. num. 199. Alciat. cons. 32. num. 13. & cons. 79. num. 1. lib. 9. Cravet. cons. 212. num. 6. Roland. à Valle cons. 70. num. 11. lib. 3. & cons. 38. nu. 3. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 75. num. 38. & cons. 482. num. 64. & cons. 564. num. 13. 14. & 22. Ceph. cons. 318. num. 23. & cons. 659. dub. 3. Molin. de primog. lib. 3. cap. 6. num. 49. Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. fol. 327. num. 47. & fol. 514. num. 91. cum seqq. Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 14. Hieron. Gabr. cons. 117. num. 37. & cons. 130. num. 8. lib. 1. Decian. cons. 1. num. 194. & num. 335. lib. 1. & cons. 37. num. 12. lib. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 93. num. 3. & cons. 1. num. 191. & cons. 106. num. 78. cum seqq. & cons. 566. num. 6. cum seqq. Honded. cons. 70. num. 54. lib. 1. & cons. 49. num. 10. cum seqq. lib. 2. Petr. de fideicomm. quæst. 11. num. 584. cum seqq. Peregr. in simili tract. art. 22. num. 69. cum seqq. Fach. controuers. lib. 4. cap. 88. Alex. Rauden. Pisana decis. 24. num. 23. cum seqq. Intrigl. de substitut. centur. 3. quæst. 86. num. 3. cum seqq. Fusar. in simili tract. q. 318. num. 33.* 9

Amplia primò, vt procedat etiam quòd essent concepti tempore euenientis conditionis, licèt postea nascantur, vt voluerunt *Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. num. 49. Menoch. cons. 106. num. 29. & cons. 128. num. 17. & cons. 413. num. 16. & cons. 566. num. 8. & lib. 4. præsumpt. 94. num. 4. Intrigl. d. centur. 3. quæst. 86. num. 5.* Ratio est, quia concepti habentur pro natis ad sui commodum, *l. qui in vtero. ff. de statu hom. Menoch. cons. 413. num. 16.* Vtrum autem si nati post euentum conditionis sint pares in gradu cùm natis tempore existentis conditionis possint concurrere cum eis, vel si sunt proximiores reuocent bona à iam admissis remotioribus, latè pro vtraque parte disputat *Fusar. d. q. 318. n. 57. cum multis seqq.* 10

Amplia

11 Amplia secundò, etiam quando testator vocasset filios per pronomina *meos*, vel *suos*, vt tenent *Paris. cons. 36. lib. 2. Petr. de fideicom. quæst.* 11. *num.* 585. vbi dicit, ita fuisse iudicatum, & consuluit *Rol. ind. à Valle cons.* 39. *lib.* 4. contrà quem tamen in eadem causa consuluit etiam *Menoch. cons.* 106. *num.* 168. *cum multis seqq.* sed obtinuisse *Roland. à Valle*, ac in Senatu Mediolani secundùm eius opinionem fuisse iudicatum, asserit *Peregr. d. art.* 22. *num.* 71. quorum opinionem sequutus est *Fusar. d. quæst.* 318. *num.* 42. *vers. ego certè, cum seqq.*

12 FILIORVM & hæredum appellatione veniunt filij etiam non hæredes, nam dum testator vocauit filios, vocauit licèt non sint hæredes, quando verò adiecit, *& hæredes*, intellexit de hæredibus extraneis, non autem voluit addere qualitatem hæreditariam filiis maximè cùm dicto illa, *&*, stet ampliatiuè, & extensiuè, non autem restrictiuè, *l. ea tamen adiectio. ff. de leg.* 3. & ita in specie sentiunt *Ruin. cons.* 1. *num.* 12. *& cons.* 16. *num.* 2. *lib.* 1. *Dec. cons.* 41. *lib.* 4. *Cravet. cons.* 131. *num.* 8. *in fine, Pereg. de fideicom. art.* 32. *num.* 18. *& cons.* 59. *num.* 5. *cum seqq. lib.* 5. quos refert, & sequitur *Fusar. de substit. quæst.* 360. *num.* 17. *cum seq.* quicquid dicant *Anton. Gabr. commun. lib.* 6. *tit. de verb. signif. concl.* 3. *num.* 2. *Card. n. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 11.

Filiorum appellatione, an, & quando veniant soli legitimi, & admittantur naturales, seu spurij?

13 APpellatione filiorum, quando ipsi sunt positi in conditione, veniunt soli legitimi, non autem spurij, aut etiam naturales, qui subinde substitutum non excludunt, *l. generaliter. §. cùm autem, C. de instit. & substit. Tiraq. in l. si vnquam, verbo, susceperunt liberos, num.* 56. *C. de reuocand. donat. Bald. cons.* 168. *Proponitur, num.* 3. *vers. & in substitutione, lib.* 5. *Paleoth. de nothis, & spur. cap.* 27. *à num.* 2. *Emman. Costa. in cap. si pater, verbo absque liberis, num.* 4. *cum seqq. de testam. lib.* 6. *Anton. Gabr. commun. tit. de fideicom. concl.* 2. *num.* 67. *cum seqq. Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 78. *num.* 2. *Ceuall. commun. contra communes, quæst.* 164. *Facchin. controuers. Iuris lib.* 4. *cap.* 52. *& cap.* 60. *Cardin. Tusch. practic. concl. tom.* 3. *lit. F, conclus.* 373. *num.* 1. *Aloys. Ricc. in collect. decis. p.* 3. *collect.* 493. atque alij, de
14 quibus *Alphan. collect.* 660. *& seq.* & ad maiorauum successionem, quòd vocatis filiis naturales non admittantur, comprobat *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 3. *à num.* 41. & post multos, quos refert, tradit *Flores de Mena variar. quæst. lib.* 1. *quæst.* 16. *§.* 1. *per totum*, & ad
15 fideicommissum relictum filiis, quod non admittantur naturales resoluunt *Ang. cons.* 366. *& Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 7. *num.* 4. maximè si veris filiis esset relictum fideicommissum, vt declarant idem *Mantic. d. tit.* 7. *num.* 6. *& Peregr. de fideicom. art.* 22. *num.* 79. *& seq.* quos refert, & sequitur *Fusar. de substit. quæst.* 314. *num.* 1. *cum seqq.*

16 Quorum opinio multis nititur fundamentis, & primò confirmatur auctoritate *text. in l. filium desinimus. ff. de iis qui sunt sui, & in cap.* 1. 25. *quæst.* 7. *&* ex doctrina, *glos. verbo, liberi, in Clem.* 1. *de Baptis.* recepta per multos, de quibus *Duen. reg.* 36. *limit.* 8. *& Roias de succession. cap.* 15. *num.* 2. Secundò quia in conditionibus verba verè, & naturaliter oportet intelligi, *l. vlt. C. de iis, qui veniam ætat. impetr.* solos autem filios legitimos verè esse filios benè probat *text. in l. vlt. ff. de iure deliber.* ibi, verum filium accipi oportet, in quo licèt Trebatius à Labeone dissentiat, Iabolenus tamen auctor illius legis Trebatij sententiam non probat, nisi in eo casu, quo testatorem de naturali quoque sensisse apparet, quasi dum contrarium non apparuerit, regula sit, quòd naturales non admittuntur, vt post *Abb. in cap. in præsentia, num.* 17. *probat.* aduertit *Costa in l. posthumus. §. & quid si tantùm, p.* 5. *num.* 74. *ff. de liber. & posthum.* Tertiò facit, quia verisimile non videtur vocantem filios ad fideicommissum, de his intellexisse, qui illicitè, & in peccato suscipiuntur, tùm ex regula *text. in l. filius. ff. de condit. instit.* iuncta *glos. in cap. faciat* 23. *quæst.* 2. tùm quia videntur patres ad delinquendum inuitari, si huiusmodi filij cum peccato susceptis ad fideicommissum admittantur contra reg. *l. conuenire. ff. de pactis dotal.* cum similibus, tùm denique, quia huiusmodi filij, neque Patri, nec Deo, nec hominibus amabiles, sed potiùs odiosi sunt, *cap. si gens* 56. *dist.* & vti tales fideicommisso non comprehenduntur, neque de his videtur testator sensisse, *iuxta reg. l. Lucius* 90. *§. Lucius Titius. ff. de legat.* 2. quo argumento vtuntur *Ceuall. citato loco, & Cald. Pereira de nominat. emphyt. quæst.* 19. *num.* 31. Quartò confirma- 17
tur, quia in concessione emphyteutica pro se & filiis naturales non contineri, notant *Angel. in d. l. generaliter, Dec. in d. cap. in præsentia, num.* 46. *Ias. Rip. & alij*, quos refert *Cald. Pereira d. quæst.* 19. *num.* 9. quod in emphyteus. Ecclesiastica de Iure communi, vt indubitatum resoluunt omnes *in d. cap. in præsentia*, vt testantur *Paleoth. d. tract. de nothis & spur. cap.* 21. & multi de quibus *Burg. de Pace, quæst.* 3. *ciuili. num.* 42. *Garc. Falcon. reg.* 197. *Gam. Lusit. decis.* 347. *num.* 2. quorum fundamentum sumitur ex *reg. d. l. generaliter.* iuncto vulgari argumento de contractibus ad vltimas voluntates, de quo tandem facit, quia in legis dispositione appellatione filiorum solos legitimos venire ad varios casus notant scribentes in *princip. Instit. de patria potest. & in l.* 2. *§. remittit. ff. de excusat. tutor.* Sic beneficium, *l. hæc consultissima. §. ex* 18
imperfecto. C. de testament. non prodesse illegitimis notant Doctores communiter, vt per citatos à *Tiraq. d. verbo susceperit liberos, num.* 60. *Valasc. consult.* 94. *num.* 6. quod etiam de *constitut. d. l. si vnquam*, notant Doctores communiter, vt testantur *Tiraq. num.* 56. *Paleoth. cap.* 34. *& Valasc. num.* 6. *proximè citatis locis. Marta Pisana decis.* 17.

Verùm contrariam sententiam & regulam affir- 19
matiuam tenent Doctores, communiter resoluentes etiam in hoc casu naturales substitutum excludere, ita omnes *in d. cap. in præsentia*, vt post *glos. ibi verbo absque liberis*, notant *Felin. num.* 21. *Dec. num.* 37. *Mantu. num.* 25. *& Beroi. num.* 216. consentiunt *Bart. Angel. & Alex. num.* 5. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.* ex quibus ab omnibus receptum fatetur *Corras. lib.* 1. *miscel. cap.* 7. *num.* 1. & alij quos referunt & sequuntur *Duen. reg.* 353. *Card. Mantic. de coniect. vltimar. volunt. lib.* 11. *tit.* 9. *à num.* 2. *Peregrin. de fideicom. art.* 28. *à num.* 39. *& 45.* Pro quibus adducitur auctoritas *text. in d. §. si quis rogatus*, vbi refertur Papiniani sententia, scribentis naturalem filium deficere, vt deficiat conditio si fine liberis, & in *l. vlt. ff. de iure deliber.* vbi Iabolen. expressè probat Trebatij sententiam asserentis appellatione filij naturales contineri, & in *l. Lucius* 90. *§. vlt. in fine. ff. de legat.* 2. vbi expressè Sceuola concludit appellatione filiorum naturales quoque contineri; & hæc sententia iam procul dubio receptior est, & veriorem existimo, vt ex infrà dicendis apparebit, ex quibus constabit responsio ad illa, quæ in contrarium suprà adduxi.

Declaratur tamen hæc vltima sententia affirma- 20

tiua, quòd non procedat, vbi in contrarium apparet de voluntate testatoris, si enim constiterit voluisse naturales excludere nullatenus admittentur, probatur ex generali reg. *l.in conditionibus.ff. de condit.& demonstr.* iuncto *d.§.si quis rogatus*, ibi, *voluntatis quæstio videtur*,iuncto ibi, *& voluntate*, vbi notant *glos.*& scribentes omnes,& in *d.cap.in præsentia, Paleoth.de nothis,& spur.cap.27.num.7.Cardin.Manti. d.tit.9.à num.1.Menoch.d.præs.78.num. 21. Cald. Pereira de nominat.emphyt. quæst. 19. num. 16. Flores de Mena vari.quæst.lib.2.quæst.16.à num.19. Rot. in Cesenaten. bonorum, 23. Ianuarij 1608. coram Attrebaten. impressa per Farin.decis.145.num.12. & 13.p.1. recent.*

21 Deducitur verò hæc testatoris voluntas,vel ex verbis, vel ex coniecturis. Ex verbis,vel sic,si dictum sit, *si decesserit sine liberis legitimis, & naturalibus*, vel, *ex legitimo Matrimonio procreatis*, vel simili forma concipiatur conditio, cùm enim in huiusmodi verbis nulla sit ambiguitas, cessat omnis voluntatis quæstio, iuxta reg.*l.ille,aut ille 25.ff.de legat.3. cum similibus*, & in specie obseruant *Rip. in d. §. si quis rogatus.num. 3.* quem sequuntur *Cardin. Mantic. d.tit. 9.in princ.& Menoch.d.præs.78.num.67.*

22 Coniecturæ autem ex quibus huiusmodi voluntas solet colligi pertinent,vel ad qualitatem & conditionem testatoris, vel grauati, vel substituti, ex qualitate testatoris,veluti si est in dignitate constitutus, vt probat expressè *tex. in d. §. si quis rogatus*, ibi, sed hoc ex dignitate, &c. vbi notant omnes latè explicantes qui in proposito dicantur in dignitate constituti, tradunt *Angel.cons.366.num.5. & 6. Cardin. Mantic.d.tit.9.num.5.& 7. Card. Tusch. d. lit. F, concl.373.num.5.Menoch.d.præs.78. à num. 23. Peregr.de fideicom.art.28.num.47. Cald. Pereira d. quæst. 19.num.32.* istius autem coniecturæ omnes eam afferunt rationem, quia verisimile non est in dignitate positos voluisse admittere illegitimos, qui infames censentur, vt notant omnes per *text.* ibi *in cap.1. §. naturales, si de feudo fuerit controu. inter domin.& agn.& per text.in d.cap.si gens 56. dist.* & quia nobiles illicitos concubitus abhorrere solent, seu magis debent, *l.si quia illustris, C. ad Orfician.* ibi illustribus, quibus castitatis obseruatio præcipuum debitum est.

23 Si verò aliunde efficax sumi possit coniectura, quæ illam ex dignitate testatoris prouenientem elidat, veluti si & ipse naturalis sit, tunc non videtur sibi similes odio habuisse, sed magis de eisdem cogitasse,ita *arg.text.in d. §.si quis rogatus*, comprobant *Dec.in d.cap.in præsentia.num. 43. ad finem, Paleoth.d.cap.27.num.7.Cost.d.verbo absque liberis, num. 42.Cardin.Mantic.d.tit.9.num.15.Menoch.de præs.78.*

24 *num.34.Peregr.d.art.28.num. 46.* ex confirmatur ex recepta sententia quæ docet quòd in materia in qua filiæ propter masculos excluduntur, non debent excludi si testamentum à fœmina factum proponamus, quia sexum suum odisse videri non debet ex notabili *cons. Anchar. 339.* quem sequuntur plures, de quibus *Peregr.de iure fisci,art.25. num. 18.* & ad maioratus notant *Molin.de primogen.lib.3.cap. 5.num.73.Castill.rerum quotidian.lib.2.cap.4.num.143.*

25 Cessat etiam hæc eadem coniectura ex nobilitate testatoris proueniens,si ipse in alia testamenti parte de naturalibus fecit mentionem, iam enim tunc in alia parte eos non repellere; sed potiùs admittere videtur voluisse, vt tradunt Doctores communiter pòst *Bars. ex Dec.* & aliis, quos refert *Cost. d. verbo si absque liberis, num. 41.* adducens *text. in eod. cap.cùm pater,§.voto,de testam.lib.6.*& pòst *Alex.*comprobant *Menoch.d.præs.78.num. 31. Cald. Pereira d. quæst.20.num.17* & ex *Angel. cons. 366. num. 5. vers. primò si testator*, tradit *Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 373.num.3.*

Secunda coniectura ex qualitate grauati colligitur, veluti si sit filia testatoris, quæ grauatur restituere si sine liberis decesserit, nullatenus enim testator de filiis naturalibus propriæ filiæ sensisse videtur, cùm enim honorem filiæ non minus quam proprium diligere videatur, iuxta *reg. l. isti quidem, ff.quòd metus causa*, & in fœminis quælibet impudicitiæ macula fœdior, & detestabilior est quàm in iuris secundùm mores nostros, vt inquit *glos. in l. palàm.§.qua in adulterio,ff.de ritu nupt glos. verbo capitali,in cap.Episcopus 12.quæst.2.*cum multis aliis,quæ latè exornat *Tiraq.ad l.1.connub.p.1. à num.54.Pinel. in l.vlt. num. 16. C. de bonis matern.* meritò pater de filiis naturalibus natis ex illicita filiæ suæ coniunctione sensisse non videtur in prædicta conditione, vt notant *Alex.num.6.in d. §. si quis rogatus, & Dec. num.41.ac Mantu.num.16.in d.cap.in præsentia, Menoch. d. præs. 78. num. 57.* Quæ quidem coniectura ampliatur vt procedat, etiamsi huiusmodi filij sint legitimi,vt ex *Alex.& aliis* resoluit *Menoch. d.lib.4. præs.79.num.2.* & ad maioratus notat *Molin.d.cap.3. num.34.* Huc etiam pertinet casus ille veluti si vxor virum grauauerit sub ea conditione si sine liberis, minimè enim de filiis naturalibus mariti intellexisse videtur, quia vxores filios naturales viri sui odio habent,vt ex *Capr.cons.132.num.1.& 7.*resoluit *Menoch.d.præs.78.num.72.*

Tertia tandem coniectura ex qualitate substituti deducitur, veluti si filius legitimus, & naturalis sit ipsius testatoris, minimè enim verisimile est vt eum à naturali filio grauati excludi voluerit, arg. sumpto à contrario sensu ex *d.l.generaliter.§.cùm autem*, nam si ibi filij legitimi censentur tacitè vocati,& substitutum excludunt, à fortiori si substituti sint,excludent naturales, erga quos testatoris voluntas tam euidens non est, atque ita inde colligit Salicet. ibi, sequitur *Ripa num. 24.* & latè tuetur argumentis in contrarium satisfaciens, *Beroi. num. 284.in d.cap.in præsentia, Menoch.d.præs. 78. num. 72.* vbi Saliceti sententiam receptam afferit; quamuis contra eam latè scripserit *Alex.in d.§.si quis rogatus, num. 7. vers. fallit 4.* eámque sequantur alij ex quibus hanc partem magis communiter receptam, dicit *Rip.ibi num.24.* & constanter tuentur *Sfort.Odd. in tract.de compendiosa,p.6.art.6.num.7.Pereg.d.art.28. num.43.vers.ampliatur 2.*

Declara secundò supradictam vltimam sententiam affirmatiuam procedere tantùm in naturalibus,nõ ita in spuriis,hi enim odiosi sunt,& legibus incogniti, nec filiorum nomine habentur digni, *auth.in complexu,C.de incestis nupt. auth. quibus modis natur.effic. sui, §. vlt. collat. 7.* ex quibus ita notarunt *Alex.num.7.* & alij communiter in *d. §. si quis rogatus, Abb.num.19.Dec.num.39.vers. tertia conclusio*, & omnes in *d.cap.in præsentia, Cardin. Mantic. d. tit.9. num.23.Menoch.d. præs.78.num.68.Peregr. d. tract.de fideicom.art.22.num.81.& art.28.num.44.Roias de succes.cap.20.num.122.Fusar.de substitut. quæst.514.num. 12.* Vnde hæc eadem declaratio procedet non solùm in conditione si sine liberis, prolata simpliciter, sed etiam si verbis generalibus vtatur testator, veluti si dixerit, *sine liberis legitimis, & naturalibus*, vel *quoquo modo venientibus*, vt contrà *Alciat. cons. 42.à num.2. & cons.24. num. 8.lib.9.* quem sequitur *Menoch.d præsumpt.78.num.69.* melius resoluit *Card. Mantic.d.tit.9.num.25.cum seqq.*

Declara tertiò eandem vltimam sententiam non procede

procedere, quando conditio *si sine liberis* adiicitur personæ, quæ filios legitimos habere non potest, sed solùm spurios, videtur enim interpretatio non coniecturalis, sed necessaria quòd de his senserit testator, ne verba maneant otiosa contra reg. *l. si quando 112.ff.de legat.1.cum vulgarib.* Cuius doctrinæ exemplum adducere solent aliqui Doctores, quando scilicet hæc conditio adiicitur clerico in sacris, in quo inferunt quòd cùm legitimos habere non possit de spuriis testator videtur sentire, quòd docuit *Bald.cons.363.num.7.vol.1. Angel. in l. si quis posthumos.ff. de liber. & posthum.* quem sequitur *Corras.lib.1.miscel.cap.7. num. 5.* à qua tamen opinione reliqui omnes recesserunt, vt testatur,& latè explicat *Paleoth.d.tract.de nothis & spur.cap.28. Menoch.d. præs. 78.num. 47.* quia videtur absurdum dicere testatorem sensisse in ea conditione de huiusmodi filiis nefariis à lege damnatis, & quos habere non potest pater, nisi cum summo dedecore, ideóque serui Ecclesiæ fiunt, *cap. cùm multæ 15. quæst. vlt.* & deinde quia manifesta peccati occasio daretur clerico, qui cùm legitimos habere non possit, procurabit spurios ex fornicatione quærere, vt excludat fideicommissi onus. Quare reiecta hac sententia, variisque Doctorum sensibus, dicendum mihi videtur conditionem hanc appositam clerico in sacris de adoptiuis esse intelligendam,dum enim naturales licitè habere non possunt, de his legitimis debet intelligi,vt vitio careat dispositio, iuxta *reg. l.in ambigua.ff. de legib.* quòd in terminis ex *Cuman. Bald.& Paul. Castren. resoluit Dec. num. 38. in d.cap. in præsentia, & Cardin.Mantic. d.tit. 9.num. 32.* Non obstat argumentum, quò eos improbant *Paleoth. d. cap.28.num.6.Menoch.d.præs.78.num.48.Cald. Pereira d.quæst.20.num.34.ex reg.l.fideicommissum. ff. de condit. & demonstr.* respondetur enim eam regulam non procedere vbi conditio illis adiicitur, qui veros filios licitè habere non possunt, vt fraude cessante facilè admitti, *Corras. vbi suprà num.5.* sed generaliter verum esse vltra prædictos,concludit idem *Menoch.d.lib.4.præs.82.num.17.Peregr.d. tract. art. 22. à num. 92.* Non obstat etiam quòd clerici in sacris adoptare non possunt cùm non possint generare, iuxta illud Christi Domini,*eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum*,iuncta *reg. §. sed & illud, Instit. de adoption.* respondetur enim impedimentum hoc non prouenire ex natura, sed ex accidenti, scilicet voto, aut præcepta Ecclesiæ (quod modo non disputo) & per consequens non impedit adoptandi facultatem, vt in fortioribus terminis, scilicet de Senibus, & similibus, qui ex ætate, morbo, vel simili causa accidentali generare non possunt, notant Doctores communiter aduertentes his ita impeditis potiori ratione dari solatium adoptionis, vt in propriis terminis de clerico in sacris agentes resoluunt *Abb. in cap. 1. num. 4. de cognat.legali, & alij*, quos refert & sequitur *Sanch. de Matrim.lib.7.disp.63.num.3.*

35 Hactenus vidimus an & quando appellatione filiorum in conditione si sine liberis veniant naturales, & illegitimi, nunc nobis aperitur magnus disputandi campus circa vtilem quæst. an & quando in legis dispositionibus quæ filiorum faciunt mentionem, illegitimi contineantur, in qua tam multæ variæque sunt Doctorum sententiæ, vt ad eas referendas, ac refellendas tempus nobis deficiat ad alia properantibus, videríque possunt apud scribentes in *d.§.si quis rogatus*,vbi latè *Alex.à num. 25.*& nostros *in d. cap. in præsentia*, vbi *Dec. à num. 44.& Beroi.à num.295.& Paleoth.d. tract. cap. 32. & 33. & alios*, de quibus *Tiraq. de retractu lign.g. §. 1. glos.8.num.5.*

Verùm vt aliquid breuiter dicamus, constituen- 36
dum est primò quod quando ratio legis certa est,& omnibus filiis æqualiter conuenit, de omnibus etiam illegitimis est intelligenda, ex vulgari reg. *l.illud.ff.ad leg. Aquil.cap.cùm dilecta, de confirmat.vtili,cum vulgaribus*: exempla verò in promptu sunt, 37
primùm, ex *l.parentes. ff. de in ius vocando*: naturalis enim obedientiæ ratio, qua innititur, dum filios vetat in ius vocare parentes suos sine venia, illegitimis etiam communis est,vt resoluunt *Ias. in §.pœnales,num.78.Instit.de actionib. Duen. reg.351.ampl.1. Camill.Borrel.in sum.decis.tit.45.num.40.Cald. Pereira de nomin.emphyt.quæst.21.num.8.* quemadmodum & commune est filiorum nomen,communisque pietatis ratio, qua parentes debent tollere,non verò occidere, vnde meritò parricidij pœna omnes complectitur, *l. hos accusare. §. omnibus, ad leg. Pomp.de parricid.*& aduertunt *Clar.§.parricidium,num.2. vers.* 38
quæro nunquid, Placa in epitome delict.cap.22. num.12. in fine,vers. quinetiam ad spurios, Anton.Gom.vari.tom. 3.cap.3.num.3.vers.quæro tamen,Surd. decis. 249. num. 18.Farin.in præxi crimin.quæst. 120. num. 110. Hinc 39
etiam quia in Matrimoniis naturalis pudor attenditur, non solùm prohibetur patri legitimam filiam, sed etiam naturalem,& spuriam in Matrimonium ducere,*l. adoptiuus, §. 1. de ritu nupt.* Hinc ve- 40
rissima redditur communis sententia, quæ docet pœnas impositas filiis reorum læsæ maiestatis Diuinæ, vel humanæ, illegitimos comprehendere, vt resoluunt *glos. verbo volumus, in cap. statutum 15. de hæret.lib.6.*vbi *Ioan. Andr.sub num.4.Anch.num. 2. & Franc.num.4.Cou.vari.lib.1. cap.8.num. 3. Menoch. de præsumpt.lib.5.præs.33.num.11. Azori.instit.moral.p.1. lib.8.cap.13.quæst.8.in 8. hæreticorum pœna, & p.2.lib. 6.cap.4.quæst.3. Sanch.in præcepta Decalogi,tom. 1. lib. 2.cap.27.num.1. Anton. Riccius.de iure personarum, lib. 5.cap. 30. à princip.* Sic etiam ex eadem ratione ve- 41
riorem existimo sententiam eorum, qui docent decisionem *text.in l.si vnquam.C. de reuocand. donation.* eam in naturalibus locum obtinere, cùm enim nitatur in paternæ pietatis coniectura, eáque ratio etiam naturalibus filiis communis sit ex dictis,meritò quoque in illis procedere tuentur *Ripa ibi quæst.28.& Cou.de sponsalib.p.2.cap. 8. §. 4. num. 14.* quicquid inuoluant *Tiraq. in illa l.verbo susceperit liberos,num.2.& à num.56. Gabr. lib. 3. commun. tit. de donat.concluf.2.num.81.Ceuall.commun.contra communes,quæst.2.num.29.Valasc.cons. 94. num. 5. Rebello de obligat.Iustitiæ p.2 lib.18.quæst.10.num.5.*

Secundò, constituere oportet quòd si per con- 42
trarium ratio legis solis legitimis conueniat, de iis solùm debet intelligi, quasi ipsius legis mens in illegitimis deficiat, iuxta *reg. l. cùm pater. §. dulcissimis,ff.de legat.2.* exempla verò sunt in iis omnibus, quæ Matrimonij fauorem, eiúsve onera respiciunt, 43
vt in *l. 1.ff. soluto matr.* & huc pertinet ratio ad *text. in l.2.§.remittit.ff.de excusat. tutor.*& ad *Ordinat. Regiam Lusitan. lib.4.tit. 104. in princip.* dum quinque filios legitimos requirunt in parente, qui se à tutela excusare intendit, cuius decisionis rationem post Tiraquell. illam præcipuam adducit conlusitanus noster *Ferdinand. Paez. in tract. de excusandis parentibus ob numerum liberorum, num. 52* quòd scilicet huiusmodi priuilegium parentum fauorem, non autem filiorum respicit, vnde absurdum videtur quod ex peccato suo parentes hoc commodum percipiant, contra *reg.cap.intelleximus, de iudic. cum vulgaribus.*

44 Tertiò, scire oportet quando non apparet ratio, seu mens legis, totam versari Doctorum controuersiam, & licèt constantissimè resoluant regulam negatiuam esse constituendam quòd soli legitimi non verò naturales in legum dispositionibus veniant, veriùs tamen est omnes venire quos filios esse constiterit quotiescunque materia subiecta, vel legis ratio, & mens non repugnat, *arg. text. in l.1. §.quòd autem ff.de aleator.* & in *l.cùm lege.ff.de testam.* idque duobus exemplis verissimum esse conabor ostendere. Primùm sit in materia *d. l. hac consultis-*
45 *sima. §. ex imperfecto, C. de testam.* in cuius terminis remitti à lege solemnitatem Iuris Ciuilis solùm inter liberos legitimos, non ita inter naturales notant Doctores communiter, vt per *Tiraq. d. verbo susceperit liberos, num. 60. & Valasc. cons. 94. num. 6.* Verùm alij magis communiter etiam in naturalibus illud beneficium admittendum sensent, ex quorum numero sunt *Padil. in l.1. num. 31. C. de fideicom. & Cou. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 4. num. 13. Ceuall. commun. contra communes, quæst. 5. in princip.* quorum sententia veritate nititur; nam cùm tex. ille loquatur de filiis simpliciter, nec materia subiecta, vel iuris ratio repugnet quominus de naturalibus quoque intelligatur, de omnibus debet intelligi: ratio autem, quam Doctores communiter assignant ad decisionem *text. in d. §. ex imperfecto*, est quia naturalis parentum cum filiis coniunctio, & nimia affectio postulat, vt inter eosdem sola patris voluntas attendatur, omissa Iuris positiui solemnitate, adhibitáque sola probatione Iure naturali, vel gentium requisita, vt ex communi notat *Ias. ibi num. 2.* & post *Mench. Craff. §. testamentum, quæst. 11.* quæ sanè ratio in omnibus filiis etiam naturalibus viget, cùm etiam natura sint filij, & æquè natura ipsa parentibus coniuncti ac legitimi.

46 Alterum exemplum sit in materia, *l. qui duos 10. §. cùm in bello, ff. de rebus dub.* inquiunt Doctores communiter præsumptionem D. Adriani, de qua in eo text. quòd si pater cum filio in bello simul perirent, pater præsumitur priùs decessisse, iuxta *reg. l. quod de pariter 17. ff. eod. tit.* in solo filio legitimo locum habere non in naturalibus, vt latè ostendit *Costa in d. cap. si pater verbo cum filio, num. 1.* mouentúrque illa vnica ratione, quia soli legitimi filij sunt, subinde de his solùm lex videtur intellexisse, quòd falsum est, & in contrarium retorquetur; sufficit enim quòd materia subiecta, vel ratio non repugnet, vt etiam naturales veniant; ideóque contraria pars mihi magis placet, & confirmatur, quia rationes quas Doctores solent considerare in ea præsumptione vigent etiam in naturalibus; inquiunt enim Doctores naturæ ordinem eum esse, vt priùs moriatur pater, deinde hoc postulare parentum commune votum, *l. nam etsi parentibus. ff. de inoffic. testam.* notant *Paul. Castren. & Socin.* quos referunt & sequuntur *Cou. lib. 2. vari. cap. 7. num. 8. vers. his obstare, Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 50. à num. 22.* adducitur quoque tertia ratio, quia iuuenes sunt validiores senibus, ac proinde filius præsumitur diutius vixisse quàm pater, secundùm *Menoch. d. lib. 6. præs. 48. num. 2.* quæ omnes rationes cùm naturales sint, æquè legitimis conueniunt, atque naturalibus, & consequenter in omnibus eam præsumptionem debuit admittere communis sententia; quòd si vltima consideretur ratio, quam ex *Curt. & Alciat. probabiliorem dicit Menoch. d. præs. 50. num. 23.* ne scilicet mater à luctuosa filij hæreditate excludatur, hæc quoque illegitimis conuenit si naturales sint, vel etiam spurij, omnibus enim mater succedit, *l. hac parte, l. si spurius. ff. vnde cogn.* quibus etiam conuenit quòd circa priuilegium *auth. res quæ, C. commun. de legat.* post *Ias. Padil. & alios*, ibi scribit, *Peregr. de fideicom. art. 42. num. 48.*

Ex quibus omnibus infertur vera resolutio ad 47
varios casus, in quibus *Paleoth. d. cap. 32. num. 7.* adhærens illi generali rationi, quòd soli legitimi sint veri filij negat in dispositione statutorum appellatione filiorum venire naturales, cùm contrarium in dubio sit constituendum ex suprà resolutis, nisi ratio statuti solis legitimis conueniat, veluti in illo de quo agit idem Paleoth. quando scilicet disponit, vt vnusquisque de omnibus sibi relictis certam partem fisco soluere teneatur, exceptis filiis; legitimos enim solùm videri exceptos ex ratione colligitur, quæ ea est, quia filij non lucrum quærere: sed quòd suum erat videntur consequi quando parentibus succedant, iuxta *l. in suis. ff. de liberis, & posthum.* quæ ratio minimè naturalibus conuenit, quibus abinteſtato parentum hæreditatis non debetur. Nec obstat ratio quam adiungit Paleoth. quod in dubio verba sunt accipienda in potiori significatu, *cap. pen. de sent. excomm. cum similib.* quia respondetur argumentum procedere, quando verbum simpliciter prolatum in vno tantùm debet verificari, *d. cap. pen.* non ita si omnia possit comprehendere, quia in omnibus debet verificari, iuxta *d. l. cùm lege, cum similibus.*

Filiorum appellatione an & quando veniant fœminæ?

REceptissima & frequens conclusio est appella- 48
tione filiorum filias contineri, vt probant *tex. in l. si quis ita 16. ff. de testam. tutel. l. si ita scriptum. ff. de legat. 1. l. iusta 201. ff. de verb. signific.* cum aliis ex quibus hanc regulam constituunt *Rain. cons. 140. num. 3. lib. 2. & cons. 168. num. 13. lib. 3. Anton. Gabr. commun. tit. de verb. signif. concl. 6. Hieron. Gabr. cons. 97. n. 28. lib. 1. Bursat. cons. 1. n. 22. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 8. tit. 7. à princip. Menoch. cons. 496. dub. 3. & cons. 588. dub. 3. & consil. 1152. n. 45. & de præsumpt. lib. 4. præs. 84. Emman. Costa in cap. si pater, de testament. lib. 6. verbo absque liberis, num. 24. Simon de Prætis de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 3. solut. 2. num. 24. Gam. Lusit. decis. 337. num. 9. cum seqq. Peregrin. de fideicom. art. 25. æprincip. Anch. Iun. lib. 2. q. 65. Rustic. in l. cùm auus. ff. de condit. & demonst. lib. 6. cap. 10. Clar. §. fideicommissum, q. 12. Cardin. Tusch. tom. 3. lit. F, concl. 374. Fusar. de substitut. q. 311. à princip. Rot. decis. 563. num. 1. apud Farinac. p. 1. recent.* confirmantes quia generaliter receptum 49
est masculinum concipere fœmininum, *l. qui duos 60. in fine, ff. de legat. 3. l. inter stuprum 101. ff. de verb. signif.* cum aliis adductis per *Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. q. 16. à princip. Garc. reg. 209.*

Quod quidem ex improprietate, & per interpre- 50
tationem, non autem ex proprietate verborum venire sentiunt *Decian. cons. 74. num. 5. lib. 3. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 9. num. 178. & 179. Anton. Gabr. d. concl. 6. num. 31. Odd. cons. 6. num. 7. Honded. cons. 12. num. 2. & cons. 57. num. 2. lib. 1. Menoch. cons. 204. num. 1. & cons. 877. num. 1. & consil. 1053. num. 3. & 4. Alex. Trentasinq. de substit. p. 4. cap. 7. num. 12. Pereg. d. art. 25. num. 4. Intrigl. de substitut. cent. 3. q. 58. num. 2. Rustic. in d. l. cùm auus. lib. 6. cap. 10. num. 15. cum seqq. Rota coram Reuerendissimo Domino Coccino decis. 111. num. 7. & 20. inter eius impressas.* Alij autem ex propria significatione, vel ex interpretatione comprehensiua venire tenent, vt per *glos. in l. 1.*

ff. de

ff. de verb. signif. Rimin. Iun. conf. 737. num. 4. lib. 7. Alex. conf. 55. col. vlt. vers. præterea illa verba, lib. 3. & conf. 17. col. 3. vers. quarto quia, lib. 7. Bero. conf. 113. num. 1. lib. 2. Cephal. conf. 484. num. 32. Anguſc. conf. 64. num. 2. lib. 6.

51 Mihi verò his reiectis illa magis arridet in hac re ſententia, quæ placuit noſtro Coſtæ in *d. cap. ſi pater, verbo vtrumque, num. 1.* & ſentit *Valaſc. de iure emphyt. q. 41. num. 3. vers. idem*, dum reſoluunt appellatione filij in numero ſingulari fœmininum non contineri ex vi verbi, nec etiam ex communi loquendi vſu, ſed aliquando per interpretationem extenſiuam, vt benè probat *tex. in d. l. iuſta*, & melius *in l. Herennius 122. ff. de verb. ſignif.* ſic facilè procedit *tex. in l. 1. §. ſed etſi incertum, ff. de ventre in poſſeſſ. mitten.* vbi exhæredato vno filio non videtur filia exhæredata, atque etiam *tex. in l. libertum, §. fin. ff. de ritu nupt.* vnde *ad tex. in l. ſed etſi. §. ob ſenatuſconſultum, ff. ad Macedon.* dum probat Macedonianum loquens de filio continere filiam; reſpondetur ea ratione procedere, quia ratio ſenatuſconſulti fortiùs in filiabus vigebat, benè expli-

52 cat *Conæn. comment. lib. 7. c. 2. num. 5.* Per contrarium autem filiorum nomen in plurali numero ſi non ex verbi proprietate, vt contendit *Coſta d. num. 10.* ſaltem ex communi vſu loquendi filios etiam comprehendit, vt ſatis probatur in *d. l. ſi ita ſcriptum*, & in *d. l. ſi quis ita*; & confirmatur, quia quoad ſubſtantiam filiatio non minus filio quàm filiæ competit, vnde filij definitio, ſiue ea, quæ vulgò traditur, quod ſit quia ex viro & vxore, naſcitur, ſiue illa, quæ nobis placet, quòd ſint illi quos ipſi genuimus, tam filiis quàm filiabus communis eſt, & licèt ex inſtituto hæc vox filij ad maſculos, illa verò filiæ ad fœminas referatur; communis tamen vſus loquendi recipit, vt ſi quis indefinitè, & in materia indifferenti in plurali numero filios nuncupat, filias etiam comprehendat, vt experientia docet, & ſic leges, quæ parentes excuſant à tutelis & muneribus propter numerum liberorum, de fœminis intelligendas eſſe probat, *l. 2. §. remittit, verſ. non ſolùm, ibi filiis & filiæ, ff. de excuſation. tutor. l. vlt. ibi, cuiuſcumque ſexus, C. de iis, qui numero liber. lib. 10.* explicat *Ferdin. Paez. de excuſandis parentibus ob numerum liberorum, num. 31.*

53 Amplia primò appellatione filiorum venire filias, etiamſi vocati eſſent filij legitimi, & naturales, quia adhuc fœminæ eſſent comprehenſæ, vt per *Ruſtic. in d. l. cùm auus. lib. 6. cap. 10. num. 8. Fuſar. d. q. 311.* poſt *num. 9.*

54 Amplia ſecundò vt procedat in materia quacunque, etiam pœnali & odioſa, probatur quia etiam in pœnalibus, & odioſis veniunt ea omnia, quæ ſub lata verborum ſignificatione continentur, *l. cùm lege. ff. de teſtam. l. 1. §. quod autem. ff. de aleatorib. cum ſimilibus*, ex dictis autem conſtat attento

55 communi vſu loquendi, ex quo verba ſignificationem accipiunt, filiorum appellatione filias contineri; ergo meritò hanc ampliati, tradunt *Alber. Caſtren. Iaſ.* & alij communiter in *l. ſi quis, id quod. ff. de iuriſd. omn. Iud. Bart. in d. §. ſed ſi incertum*, & plures, quos refert *Tiraq. à num. 213. & Gabr. à n. 5. & 26. citatis locis.* Qui omnes explicant, & limitant id non procedere quando lex vel diſpoſitio odium continet irrationabile, vt per *Tiraq. num. 188. iuncto num. 194. Gabr. num. 65. vbi ſup.* exemplum proponentes in acerbiſſima pœna, *l. quiſquis. §. filij, ff. ad legem Iuliam maieſt.* quam in filiabus non procedere probat idem *text. in §. ad filias*, quod ex ea ratione procedere Gabr. & ab eo citati dicunt, quia pœna illa filiorum ob delictum parentis odium continet irrationabile, ſed minus rectè, tum quia abſurdum videtur dicere aliquam eſſe legem quæ odium contineat irrationabile, nec id probat *l. vlt. C. de ſecund. nupt.* quam allegat *Tiraq.* repugnante *reg. cap. erit autem 4. diſt.* tum etiam, quia iuſtiſſimis rationibus cohoneſtatur pœna illa contra filios reorum læſæ maieſtatis. Meliùs ergo reſolui poteſt regulam hanc affirmatiuam, quod appellatione filiorum, etiam in materia pœnali & odioſa, veniunt filiæ, non procedere quoties diuerſa ratio militat in maſculo, & in fœmina, vt optimè tradit *Bart. in d. l. 1. ff. de verb. ſignif.* & eſt receptum ex infinitis, quos adducit *Gabr. d. concl. 6. num. 51.* quæ ſanè diuerſa ratio inter filios, & filias reorum læſæ maieſtatis clariſſimè cernitur; inter alias enim rationes propter quas filij eorum tam acriter puniuntur præcipua eſt, quia in illis paterni criminis exempla metuuntur, vt expreſſit *Imper. in d. §. filij*, quæ ratio in filiabus deficit, nam propter infirmitatem ſexus minus auſuras eſſe creduntur, vt bene ait idem *Imper. in §. ad filias*, notat *Gig. de læſa maieſt. lib. 3. tit. 1. quæſt. 14. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 41. à num. 12. Pereg. de iure fiſci, lib. 3. tit. 8. num. 8.* Vnde quia hæc ratio deficit in hæreſi, cuius periculum maius eſt in fœminis propter imbecillitatem intellectus, non immerito notant Doctores grauiſſimi pœnas contra filios hæreticorum filios etiam continere.

Amplia tertiò procedere etiam in contractibus, 56
& probatur, quia diximus ex communi vſu loquendi appellatione filiorum venire filias, conſtat autem in contractibus verba à communi loquendi vſu interpretationem accipere, *cap. ex litteris, de ſponſal. cum ſimilibus*, igitur ſaltem quando filij in plurali 57
ponuntur, debent fœminæ admitti, vt in forma conceſſionis emphyteuſis acceptæ pro ſe, & filiis, filias venire reſoluunt *Salicet. in l. 2. q. 17. C. de iure emphyt.* quem ſequuntur *Bald.* & plures, quos refert *Tiraq. num. 208. cum ſeqq. citato loco, Cou. lib. 2. vari. cap. 18. num. 5. Gabr. d. concl. 6. num. 94.* quod etiam teſtatur, *Valaſc. d. q. 41. num. 3.* quicquid contrarium teneant *Pinel. in l. 3. num. 33. C. de bonis mater. & Gam. Luſit. deciſ. 233. num. 8. Peregr. conſ. 23. num. 11. lib. 3.* & alij quos refert, & ſequitur *Fuſar. d. q. 311. num. 89.* niſi eorum reſolutio intelligatur quando emphyteuſis accipitur pro ſe, & filio in numero ſingulari, hoc enim caſu reſoluimus appellatione filij, nec ex ſermonis proprietate, nec ex communi loquendi vſu filias comprehendi.

Limita primò, quando teſtator vocaſſet filios 58
maſculos, ita vt hoc caſu non ſolùm filiorum appellatione filiæ minimè veniant; ſed etiam nec dicantur vocatæ poſt maſculos, *Ruin. conſ. 168. n. 15. lib. 3. Hieron. Gabr. conſ. 132. q. 5. lib. 1. Pereg. de fideicom. art. 27. num. 20. & conſ. 179. lib. 4. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 89. num. 97. & conſ. 904. num. 18.* vbi *num. 31.* ſubdit hoc verum quando maſculi ſunt vocati pro conſeruatione bonorum in agnatione, *& conſ. 1111. num. 29. Fuſar. de ſubſtitut. q. 311. n. 11.* Et ideo quando teſtator in principio ſolos filios maſculos inſtituit, eóſque adinuicem, & eorum filios maſculos, & vnum alteri decedenti ſine filiis ſubſtituit, & demum ſubſtituit filias, tunc conditio illa, ſi ſine filiis deceſſerit, ex coniecturata mente teſtatoris, interpretatur de ſolis filiis maſculis, & non de fœminis, *ita Gabr. commun. tit. de ſubſtit. concl. 2. n. 11. & 17. Craſſ. in §. fideicommiſſum q. 35. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 25. num. 22. Menoch. d. lib. 4. præſ. 85. à num. 18. Fuſar. de ſubſtitut. q. 402.*

num.4. cum seqq.& maximè quando filias in re certa instituit, *Eugen. conf.42. num.13. lib.2. ita Rot. in Cesenaten. fideicommissi*, 24. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. Durano.*

59 Limita secundò, quando testator in vna parte testamenti vocauit masculos, quia in alia parte vbi simpliciter fecit mentionem de filiis,intelligitur & solùm masculos vocasse, vt tenent *Roland. à Valle conf.82. num.33.lib.3. Decian. conf.24. num.20. lib.2. & conf.7. num.60. lib.5. Menoch. conf.95. num.81. & conf.204. num.43. & conf.472.num.6. & conf.585. num.14. & 25. & conf.588. num.1. cum seqq. & conf. 904. num.19. & de præs. lib.4. præs.84. n.5. Molin. de primogen. lib.3. cap.5. num.56. Surd. conf.21. num.8.& conf.96. num.32. lib.1.& conf.564 num.6.& decis.322. num.70. Pereg. d. art.25. num.48. & conf.70. num.12. lib.3. & conf.20. num.33.cum seqq.& conf.41.num.19. cum seqq.lib.5.* Contrarium verò receptius est quando non sunt coniecturæ in contrarium,vt resoluunt *Anan. conf. 22. Socin. Iun. conf. 100. num.20. lib.1. Rimin. Iun. conf.59. num.59.& conf.80. num.21.lib.1. Bertaz. conf.96. per totum, Hieron. Gabr. conf.97. num.28. lib.1. Hippol. Rimin.conf. 492. num.25.lib 5. Honded. conf.57. num.32. cum seqq. lib.1. Barz. Bononien. decis. 119. num.5. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.11.tit.14. num.10. Castill. controuers. lib.2. cap.4. num.27. cum seqq.* latè *Fusar. de substitut. q.403.* vbi multipliciter declarat, *Rot. decis.354.n.1. apud Farin. p.2. recent.*

60 Limita tertiò quando in ciuitate extat statutum exclusiuum fœminarum exantibus masculis, quia tunc fœminæ non veniunt appellatione filiorum, ita *Mandel. Alba conf.19. Hippol. sing.317. Molin.d. lib.3. cap.5. num.38. & 39. Bursat. conf.36. num.31. lib.1. Anton.Gabr. d. concl.6. num.84. Gerand.Mazol. conf.5. num.5. Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt. lib.8. tit.7. num.1.vers. sed adhuc,Decian.conf.7.n.10. cum seqq. lib.5. Honded. conf.75. num.25. lib.1. Menoch. conf.463. num.11. & conf.524. num.4.vers.tertio, & conf.836. num.13. cum seqq. & de præsumpt. lib.4. præs.84. num.11. Crass. in §. fideicommissum, q.12. n.3. Card. Tusch. tom.3. lit. F, concl.374. num.26.Anchar. Regien. lib.2. q.65. num.2. & 3. Carpan. super stat. Mediolanen. cap.278. num.42. Rustic.in d.l. cum auus. lib.6. cap.10. num.13.* latè *Fusar. q.311. à num.42.* vbi *num.47.*ait procedere sine dubio quando fœmina excluditur à masculo extante à successione intestati tam à successione grauati quam grauantis; & *num.49.* sublimitat si masculus existens non esset capax, & *num.51.* quando testator substituisset omnes, vel quoscunque filios, quia tunc & fœminæ vocatæ censerentur, & *num.53.* quando testator in alia parte testamenti vocasset tam masculos quàm fœminas;vnde iam infertur quòd stante tali statuto exclusiuo fœminarum, fœminæ non faciunt deficere conditionem si sine liberis,ex quo testator præsumitur velle se conformare cum dispositione statuti, *l. conficiuntur. § si quis cum nullum. ff. de iure codicill. Bart. in l. hæredes mei. §. cum ita,ff. ad Trebell.* vbi *Alex. num.10. Pereg. de fideicom. art.25. num.22. Card. Mantic. de coniect.lib 6.tit.7.à num.14.Menoch. d. lib.4. præs.85. num.20. Fusar. q.402. num.61.Rot. in Camarsen. fideicommissi, 29. Ianuarij 1582. coram Card.Blanchetto,& nouissimè in Cesenaten. fideicommissi 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Durano, in vers. secunda coniectura,* vbi subdit non obstare quod hæc coniectura desumpta ex statuto & exclusione fœminarum non admittitur à Rota, quia hoc est verum quando nullæ aliæ extant coniecturæ, secus autem quando concurrunt, vt declarant *Seraph. decis. 1216. n.6.Steph.Gratian. discept. forens. cap.866. num.31.*

Limita quartò quando testator fecit substitutionem pro agnationis conseruatione, quia tunc fœminæ non venirent appellatione filiorum, vt per *Anton. Gabr. d. concl.6. num.54. Card.Mantic.d.lib.8. tit.7. num.1. in fine, Peregr. d. art.25. n.47. Molin. d. cap.5. num.2. Thesaur. decis.188. num.3. Menoch. d. præs.84. num.8. & conf.877. num.3. & conf.904. n.21. & conf.1152. à num.12. Fusar. d. q.311. à num.28.* vbi *num.34. & 35.* declarat vt fœmina non sit omnino exclusa, sed ita demum extantibus masculis, & his deficientibus ipsa admittenda erit, nisi ratio agnationis esset expressa, vel essemus in casibus quod sub nomine filiorum non possunt contineri ob aliquam qualitatem inhærentem vsque ab initio. Ex quo infertur quod quando testator respexit ad conseruationem agnationis,maximè concurrentibus aliis coniecturis, tunc conditio, si sine filiis, intelligi debet de masculis tantùm, *Menoch.conf.95. num.76. & consil.150. num.35. Seraphin. decis. 1216. num.6. Fusar. de substitut. q.402. num.26.* nouissimè *Rot. in Cesenaten. fideicommissi, 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Durano, in vers. quinta.* 61

Limita quintò quando testator discretiuè loquutus fuit de masculis, & fœminis,vt si masculos vocauit filios, fœminas verò vocauit filias, vel quia fœminis aliquid reliquit instituendo masculos; nam tunc fœminæ non venirent appellatione filiorum, vt per *Molin. d. cap.5. num.55. Gabr. d.concl. 6. num.63. Craff.d.q.12. num.2. Pereg. d. art.25.n.45. Rustic. in d. l. cum auus, lib.6. cap.10. num.12. & 25. Menoch. conf.204. num.45. & conf.215. num.70. & conf.463. num.11. & conf.752. num.15. & conf.877. num.10. & d.præs.84. num.9. Fusar. d.q.311. n.37.* vbi numeris seqq. dupliciter declarat, & ideò vbi testator fecit differentiam inter masculos & fœminas, & discretiuè de eis, mentionem fecit, tunc masculus substitutus sub conditione, si sine liberis, maximè concurrentibus aliis similibus coniecturis non excluditur per fœminas, *Bald. in l. multis. ff. de statu homin. Iaf.in l. si quis id,* quòd, *in princ. num.13. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Purpur. conf.402. num.9. Menoch. conf.110. num.24. & conf.204. n.45. Fusar. q.402. num.115.* nouissimè *Rot. in Cesenaten. fideicommissi, 24. Ianuarij 1628. coram R. P. D. Durano, in vers. quarta coniectura.* 62

Limita sextò quando testator propinquiores fœminas exclusit instituendo masculos, & illis substituit filios, quia tunc solùm masculi dicuntur vocati, siue testator instituerit filium, siue fratrem, siue alium agnatum; ita *Hieron. Gabr. conf.97. num.16. vers. tertius casus, lib.1. Decian. conf.24. num.22.lib.2. Cardin.Mantic.d. lib.8. tit.7. lib.1.vers. addo,Thesaur. d. decis.188. n.3. Menoch. d. præs.84. num.24. Surd. decis.84. & conf.21. Pereg.d. art.25. num.43. & 44. & conf.23. num.6. & conf.52. num.3. lib.3. & conf.30. num.3. lib.4. & conf.57. n.13. & 14. eod. lib.4. Fusar. d.q.311. à n.58.* 63

Limita septimò quando extat statutum, quòd verba testamentorum intelligantur ad litteram, nam eo casu appellatione filiorum non venirent fœminæ, ita *Cardin. Mantic. d. lib.8. tit.7. num.1. vers. secundo, Anton. Gabr. d. concl.6. num.122. Menoch. d. præs.84. num.42. & conf.215. num.16.& conf. 752. n.14. Rustic. in d. l. cum auus. lib.6. cap.10. n.19. Fusar. d.q.311. n.57.* 64

Limita octauò quando cum aliqua qualitate exprimitur masculinum, vt si testator substituisset filios monachos, quia moniales non venirent, ita 65

Anton.

Anton. Gabr. d. concl.6. num.89. Menoch. d. præs. 84. num.11. Fusar. d. q.311. num.70.

66 Limita nonò quando testator appositi qualitatem filio vocato, quæ non conuenit fœminæ, ita *Gam. Lusit. decis.337. num.2.& 3. Menoch. cons.938. num.12. & cons. 1075. num.7. Fusar. d. quæst. 311. à num.72.*

67 Limita decimò quando aliquid absurdum sequeretur, si fœmina veniret filiorum appellatione, ita *Anton. Gabr. d. concl.6. num.115. Menoch.d.præs. 84.num.18. Fusar. d. q.311. n.78.*

68 Limita vndecimò quando sequerentur plures improprietates, si fœminæ venirent filiorum appellatione, *Gabr. d. concl. 6.num. 116. Menoch. cons. 150. num.49. & d.præs.84. num.19. Fusar. d. q. 311. num.80.*

69 Limita duodecimò quando ex communi vsu loquendi appellatione filiorum non veniunt fœminæ, *Gabr. d.concl.6. n.114. Menoch. d. præs.84. n.17. Fusar. d. q. 311. n.82.*

70 Limita decimo tertiò quando ex consuetudine homines non solent bona illa relinquere fœminis, vt si essent castra, quæ solent transire in masculos pro dignitate, & conseruatione familiæ, *Decian. cons.7. n.51. lib.1. Card.Mantic.d.lib.8. tit.10.num.8. in fine, Fusar. d. q.311. num.83.*

71 Limita decimo quartò quando fœmina esset incapax bonorum, vt quia essent feuda, & iurisdictiones, in quibus fœmina non posset succedere, *Card. Mantic. d. lib.8. tit.10. num.8. in fine, Menoch.cons. 204. per totum, & cons.752. num.6. Pereg. d. art.25. num.46. Fusar. d. q.311. num.84.*qui aiunt procedere limitationem etiamsi cum istis essent mixta bona allodialia & patrimonialia.

72 Limita decimo quintò quando testator constituit primogenituram perpetuam pro se, filiis, & descendentibus, quia non censetur intellexisse de fœminis, *Tiraq. de iure primog. q.10. num.16. Molin. d. cap.5. num.2.& 38.Card. Mantic. d. lib.8. tit.10.n.8. Menoch. cons.204.à num.27. Peregr.de fideicom.art.25. num.46. Gam. Lusit. decis.51. & decis. 337. num.12.* dicit contrarium esse verum quando testator vocasset primogenitum, aut primogenitam, vel vocasset filium, aut filiam, quo casu succedere venire fœminas post masculos tradunt *Tiraq. d. q.10. n.9. Molin. d. cap. 5. num. 52. Peregrin. d. num. 46. & cons. 58. num.3. lib.5. Fusar. d. q.311. à n.86.*

73 Limita decimo sextò de iure Longobardorum, ita *Rustic. in d. l.cùm auus. lib.6. cap. 10. n.20. Fusar. d. q. 311.* post *num.97.*

74 Limita decimo septimò quando substituta esset pia causa, ita *Rustic. in d. l. cum auus.lib.6.cap.8.n.18. & cap. 10. num. 22. & 23. Fusar. d. quæst. 311.* post *num. 97.*

Filiorum appellatione, an & quando veniant adoptiui arrogati, & spirituales filij?

75 REceptissima est Doctorum sententia appellatione filiorum, tam in dispositiuis quàm in conditionalibus non venire filios adoptiuos, ac proin de in fideicommissis, & conditione, *si sine liberis*, non facere deficere conditionem, ita probant *tex. in l. fideicommissum. ff. de condit. & demonst. & in l. si ita quis 53. §. fin. ff. de legat. 2.* prosequuntur latè *Corn. cons.85. lib.3. Ruin. cons.173. lib.2.Castren. cons. 30. in princ. lib. 1. Alex. cons. 2. in princ. lib. 1. Tiraq. in l. si vnquam, verbo susceperit liberos. num.60. cum seqq. C. de reuocand.donat. Gail. lib.2.obseru.136. num.13. Sfort. Odd. de compend. substit. p. 6. art. vlt. num.4. Petr.Anton. Anguse. cons.77.num.6.lib.6.Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.8.Cost.in cap. si pater, p. 1. verbo. si absque liberis, num.46. de testament. lib. 6. Intrigl. de substitut. cent.3. q.61. n.9. Alex. Trentasinq. in simili tract. p.4. cap. 7. num. 13. Ascan.Clement. in tract. de patria, cap.5. num.1. dem Cost. in l. Gallus. §. & quid si tantùm, p.5. à num. 52. ff.de liber. & posthum.Pereg.de fideicom. art.22.à n.93. Menoch. de præsumpt. lib.4. præs.82. n.8.* latè *Fusar. de substitut. q.316. Cardin.Tusch. practic.conclus.tom.8. lit. V, conc..102.n.7.*

Ratio autem huius resolutionis duplex assignari 76
solet; Prima est, quia verba naturaliter sunt intelligenda in testamentis, non autem fictè, *l. vlt. C.de ijs qui veniam ætatis impet.* cum similibus, de quibus *Cardin. Mantic. de coniectur. lib.3. tit. 4. num. 13* & alij de quibus *Alphan. collect.987.* conflat verò adoptiuos filios veros non esse, quales sunt soli illi, quos ipsi genuimus, *cap. primo gradu 35. q.5. l.quod si nepotes. ff. de testament. sed fictos, vt probat tex. optimus, in l. filio quem pater. ff. de liberis, & posthum.ibi, ne imagine naturæ veritas obumbretur, l. pen. §. sed ne articulum, ibi, quasi imaginaria, C. de adoptionib.* iunctis iis, quæ de adoptionis fictione latè explicant *Philip. de fictionib. p. 3. cap. 6. Petr. Greg. syntagmat. lib.10. cap.6.* Secunda ratio est, quia si adoptiui substitutum excluderent, & facerent deficere conditionem, esset in potestate ipsius grauati facto suo substitutum deludere adoptando filium, quo iure admitti non debet ex *reg. tex. in l.nec ei, §. eorum, ibi, nec esset in potestate,* &c. *ff.de adoptionib.*

Amplia vt etiam in contractibus appellatione fi- 77
liorum minimè veniant adoptiui, vt in feudis probat *tex. in cap.1. §. adoptiuos,* si de feudo fuerit controuersia inter domin. eodémque argumento in emphyteusi sub eadem forma accepta pro se & filiis, etiam iis deficientibus illam consequi non posse adoptiuos, resoluit *Tiraq. d. verbo susceperit liberos, num.13.* disputat latè *Cald.Pereira de nominat. emphyt. q.13. à num. 7.* & in materia maioratus post *Pelaez. Auendan.l.40. Tauri glos.11.per totam, & Molin. de primogen. lib.1.cap.4. n.5.*

Limita primò non procedere nostram principa- 78
lem resolutionem, quoties aliqua apparet specialis voluntatis coniectura, ex qua colligitur testatorem de adoptiuis quoque sentire voluisse, veluti si adoptio facta fuisset volente ipso substituto, *Tiraq. d. verbo susceperit liberos, num.23. Menoch. d. lib.4. præs. 82. num.18. Fusar. d. q.316.num.9.* Vel quando adoptio est facta voluntate, & iussu testatoris, *l.si cognatis. ff. de rebus dub. tex. & glos. in l. si quis posth. ff. de liberis & posthum.Tiraq. d. verbo susceperit liberos, n.73. Cardin. Mantic. d. lib.11. tit. 8. num.6. Sfort. de compend. substit. p.6. q.2. art. vlt.num.5. vers.limita, Alex. Trentasinq. de substitut. p. 4. cap. 7. num.14. Menoch. d. præs.82. num. 16. & cons. 1029. num. 33. Pereg. d. art.22. num.91. Rustic. in d. l.auus, lib.2.cap.12. n.50. ff. de condit. & demonstrat.* Vel si grauatus ipse tempore testamenti liberos adoptiuos habebat, idque testator sciebat, vt post *Cuman. Socin. Alciat.Tiraq.* & alios, notat *Costa in d. §. si tantùm. p. 5. num.55. Cardin. Mantic. d. tit. 8. num. 5. Alexand. Randens. cons.15. num.31. lib.2. Menoch. d. præs.82.num.16.& cons.266. num.12. Pereg. d. art.22. num.94. Intrigl.de substit. cent.3.q.61. num.16. Fusar. d. q.316. num.11. & 12.* Vel si is grauatur qui veros filios habere non potest, *Cardin.Mantic. d. tit.8. num.7. Sfort. de compend. p.6. art. vlt. num. 5. in fine, Alex. Trentasinq. d. cap.7.*

cap.7. num.15. Ascan. Clem.de patria potest.cap.5.n.13. Menoch. d. præs. 82. num.17. Intrigl. d. q.61. n. 18. Peregr. d.art.22. num.92. & art. 28. num.41. in fine, Fusar. d. q. 516. num.8. Vel quando testator illum sibi in nepotem tanquam ex filio suo adoptasset, siue ante, siue post testamentum facta sit adoptio, nam sic adoptatus succederet, *Card. Mantic.d.tit.8. num.6. Sfort. d. p.6. art.6.num.5. Alexand.Trentasinq. de substitut. p. 4.cap.7. num. 14. Menoch. d. præs. 82. num. 16. Intrigl. d. q. 61. num. 17. Rustic. in d. l. cùm aums. lib.2. cap.12. num.60.*

79 Quæ autem dicta sunt in adoptiuis procedunt & in arrogatis, *Ruin. in l. Gallus. §. si eius. num. 59. ff. de liber. & posthum. Curt. Iun. cons. 145. num. 19. & 20. Cardin. Mantic. d. tit.8. num.4. vers. sed considera, & num.5. Cost.in d.§. & quid si tantùm,p.5.n.53. Menoch. d. pres.82. n. 4. cum seqq. Gall. de exception. successs. except. 27. num. 116. p. 2. Rustic. in d. l. cùm aums. lib.2. cap.13. Fusar. d. q. 316. n.22.*

80 Sic etiam omnia supradicta ex eisdem fundamentis procedunt in filiis spiritualibus, scilicet ex sacro fonte susceptis; non enim veniunt in fideicommissis, & conditionibus appellatione filiorum, nisi ex verbis, aut mente testatoris id specialiter colligatur, vt docuerunt *Bald. in auth. nisi rogati, n. 19. C. ad Trebell. Cardin. Mantic. d. tit. 8. n.18. & Menoch. d.præs.82. n.18.*

81 De legitimatis autem an veniant appellatione filiorum in fideicommissis relictis filiis, vide *Menoch. cons.625. num.29.& seqq. & cons.1012.num.30. Peregrin. de fideicom. art. 23. & cons 41. num. 4. cum seqq.lib.4.& cons.61.n.7.lib.5.Fusar.de substitut.q. 315.*

Filiorum appellatione, an, & quando veniant nepotes?

82 IN duas contrarias sententias diuisi sunt Doctores nostri, qui de hac quæstione tractarunt, ob idque varias in materia penè coniecturali excogitarunt resolutiones. Prima tenet quòd sub nomine filiorum & nepotes comprehendantur, & hanc per *tex. in l. vxorem. §. concubina. ff. de legat.3. & in l. liberorum.§. sed & Papirius, ff.de verb. signif.& in l.filij, appellatione 84. & in l.iusta. ff. eod.& in l. filium habeo. ff. ad Macedon.* probarunt *Marc. Mantu. cons. 87. & cons. 198. n.21. Roland. à Valle, cons. 93. num.19. lib.2. Decian. consil.54. n.3.& cons.88. n.54. cum seq. lib.2. Cravet. cons.155. Tiraq. in tract.* le mort, *p.2.declar.5. num.2. Sebast. Medic. de regul. Iuris reg. 2. indefinita oratio, in verbo appellatione, num.47. Anton. Gabr. lib.6. commun.tit.de verbor. significat. concl.1.n.5. cum seqq. Hieron. Gabr. cons. 121. dub.1. lib.1. Eugen. cons.94. num.4. cum seqq. tom.1. Capic.decis.21.num.8. Pereg. de fideicomm. art.1. num.22. & art.22. num.61. & cons.47. num.15. vers. quare lib.1. & cons.31. n.16. lib.2. & cons.59. num.1. lib.5. Ceuall.communium contra commun. q. 694. Bellon. Iun. cons. 2. num. 2. cum seqq.Rustic. in l. cùm aums.lib.6.cap.11. ff. de condition. & demonstrat.* maximè in fauorabilibus, *Franc.Molin. de ritu nupt. lib.3.q.35.n.23.*

83 Alteram verò contrariam opinionem negatiuam, quod appellatione filiorum non veniant nepotes, probant expressè *tex. in l. quod si nepotes 6. ff. de testam. tutel. §. vlt. Instit. qui testamento tutores dari possunt*, vnde etiam in testamentis prohibitionem alienationis extra familiam factam filio ad nepotes non extendi, probat *tex.* vbi notauit *glos.vlt.in auth. de rest. fideicom. §. nos igitur. collat.9.* recepta ex multis quos refert *Gabr. d. concl.1. num.79.* quibus addo *Cou. lib.3. vari. cap.5.num.4.* Sic etiam in fideicommissis facultatem eligendi de filiis ad nepotes non extendi, per *tex. in l. cum pater 79. §. hæreditatem. ff de legat. 2. docuerunt Pinel. in l.1. C. de bonis matern. p.1. num.69. Menoch. d. lib.4.præs.94.num.3.* Quare hanc negatiuam sententiam tenent *Bardel. cons. 83. num.14. cum seqq. Pedroc. cons.38.col.1.& 2. Honded. cons.60.num.61. lib.1. Mantic. de coniect. vlt.volunt. lib.8. tit.8. num.9. & decis. 275. num.1. Garc. Falcon. reg.205. Prett. de interpretat.vltim.volunt.lib.3.interp. 3.dub.4. solut.1. à num.37. Molin. de primogen.lib.1. cap. 6. num. 27. Boër. decis. 155. num.3. Surd. de aliment. tit.9. q.36. num.28. Fachin. controuers.lib.5. cap. 18. Mugon. Lucensi decis. 82. Gam. Lusit. decis. 160. num.7. Valasc. cons.140. num.4. & 13.& 14.Thesaur. quæst. forens. lib.1. q.91. num. 8. Seraphin. decis. 1486. n.9. Menoch. cons.215 num 95. & cons.315.num.24.* vbi intelligit quando de præiudicio tertij agitur,*& cons. 347. num.3. & cons. 493. num.11. & cons. 567. num.14. & cons.591. num.1. & cons.233. num.12.* vbi intelligit in materia stricta, *& cons.1192. num.26. vbi in pœnalibus, Perez. de Lara de anniuersar. & capellan. lib.1. cap.6. num.5. Ioseph. Sesse Aragonia decis. 53.num.17. Rot.decis.507. n.7.* vbi intelligit quando testator discretiuè loquutus fuit de filiis & nepotibus, & *num.14.* etiam quod filij sint vocati in futurum euentum, *693. num.4. & decis.667. num.1. cum seqq. apud Farin. p.2.recent.*

Ego prolixis concordiis breuitatis studio omissis dicendum puto in proposito, vel attendi rigorem, & proprietatem verborum, vel impropriam, & latam eorum significationem, si verborum rigor attendatur, proculdubio verior est posterior sententia negatiua, quòd appellatione filiorum nepotes non continentur, vt benè probat *tex. in d. l. quod si nepotes*, cum similibus supra adductis, nam constat filios esse quos ipsi genuimus, nepotes autem, qui ex ipsis filiis nascuntur, ideóque hoc secundùm gradum, illos autem primum constituere, *l. 1. §.1. cum seqq. ff. de gradib.* Si verò latior & impropria attendatur significatio nepotes, & vlteriores etiam gradus continentur, vt *in d. l. filij appellatione 84. & d. l. iusta 201. ff. de verb. signif.* dum inquit iusta interpretatione filij appellatione contineri nepotes; dicitur enim iusta interpretatio quando ex legis sententia propriæ verborum augentur significationes, vt colligitur ex plenè adductis per *Tiraq. de primogen. q.40. num.58.* vel etiam quando ex verosimili mente disponentis aliquæ colliguntur coniecturæ quod filiorum nomine etiam de nepotibus senserit, atque ita in effectu hanc distinctionem videntur admittere etiam prioris partis Auctores, fatentur enim illis casibus in quibus appellatione filiorum veniunt nepotes, id prouenire ex iusta interpretatione, non ex rigore verborum, vt constat ex adductis per *Gabr.d.concl.1.num.3. Prett.d.solut.1. num.37.* optimè *Franc. Sonsbech. de feudis, p.9. à n. 152. Cardin. Tusch. tom.3. lit.F, conclus. 376.à princip.* & benè *Rot. decis. 507. num.2. & 3. apud Farin. p.2. recent.* 84

Amplia vt suprà resoluta in nepotibus habeant locum etiam in pronepotibus, vt per *Ruin.cons.166. num.8. lib.1. & cons.62. num.4. lib.3. Cravet.cons.152. col.1. in fine, Pereg. d. art.22. num.45. & cons.52.n.7. post princip. lib. 3. Anton. Gabr. d. concl. 1. num. 44. Bursat. cons.13. num.15. lib.1. Rustic. d. lib.6. cap.14. num.19. & 20. Fusar. q.320.num.2. Cardin. Tusch.d. lit.F, concl. 375. num. 9.* vbi loquens de emphyteusi ecclesiastica, dicit quòd nec etiam appellatione filiorum & nepotum veniunt pronepotes. 85

Ex quibus iam primo colligitur meritò Doctores communi- 86

communiter resoluere in contractibus appellatione filiorum,in dubio non cõtineri nepotes, probatur, quia diximus appellatione filiorũ ex sermonis proprietate solos filios primi gradus,non etiã nepotes contineri:sed constat in contractibus à proprietate verborum recedendum non esse,ex *reg.l.veteribus.ff. de pactis,& l.quicquid adstringendæ.ff.de verbor.obligat.* ergo meritò in contractibus hanc regulam negatiuam constituit *Bart.in d.l. liberorum. n.*8. *Alex.cons.* 37.*Viso themate,n.*7.*vers.duodecimo,lib.*6.*& cons.*1.*n.*4. *&* 12.*lib.*1.*& cons.*17.*Ponderatis,n.*3.*&* 4.*& cons.*125. *Attentis,in princ.lib.*5.*Anton.Gab.d.concl.*1.*n.*64.*Garc. d.reg.*205. *num.*3. & colligitur ex aliis, quos adducit
87 *Cald.Pereira de emphyteusi,p.*3.*cap.*14.*n.*8.resoluentes attento Iure in emphyteusi accepta pro se, & filio, quem nominauerit, nepotem nominari non posse, quibus adde *Mant. dialogo* 39. *Gam. Lusit. decis.*260.
88 *n.*1.*Card.Tusch.d.lit.F,concl.*376. *n.*10. Vnde nepotes sub filiorum appellatione inclusos non esse,quando sumus in substitutione facta in contractu,resoluunt *Roland.à Valle cons.*95.*num.*18.*&* 19.*lib.*2. *Sfort.Odd. cons.*39. *n.*15.*Gabr.d.concl.*1.*n.*64. *Pereg.cons.*65. *n.*19. *lib.*1.*& cons.*149.*num.*13.*in fine lib.*5. *Rustic.in d.l.cùm auus.lib.*6.*cap.*14.*n.*41.*in fine,Fusar.q.*321.*num.*101.

89 Non obstat *tex.in c.*1.*§.ut si clientulus,de alienat.feudi*, vbi in contractu feudali pro se & filio masculo venire omnes descendentes,notauit *glos.ibi verbo reuertitur ad dominum*,quam sequũtur Doctores communiter, vt per *Mant. d.dial.*39.*Surd.cons.*573.*n.*40. *Bellon. cons.*2.*n.*15. *Ant.Gabr.d.concl.*1.*n.*16.*Cald. Pereira d. cap.*14.*n.*7. *Fachin.controu.Iuris, lib.*7. *cap.*75. quia respondetur tex. illum solum probare concessionem feudi pro hærede intelligi de filio , non è contrà,quia si cõcipiatur pro filio,intelligi de quolibet descendenti;communis tamen illius resolutionis ex illo deductæ rationem, ponit *Sonsbech.d. p.*9. *n.*256.& multi de quibus *Peregr.d.art.*22.*n.*52. quia cùm hæc materia indifferens sit quoad gradũ,nulla ratio datur maioris affectionis in filium quam in nepotem,& insuper futurum tempus respicit,quare verisimilis apparet concedentis, & accipientis mẽs quod deficientibus filiis etiam pro nepotibus dare, & accipere voluerint secundùm latiorem nominis significationem , ne scilicet dispositio maneat sine effectu; vnde sumpto vulgari argumento de feudo ad emphyteusim, de quo diximus in locis commu-
90 nib.argum. n..... hoc ipsum in emphyteusi admittunt *Alciat. in d. l.liberorum.ad fin. Dec.*& alij,quos refert & sequitur *Pinel. in l.*1.*C.de bonis matur. p.* 1. *n.*71.vbi *n.*72.benè resoluit Ordinationem Regiam Lusitanorum , quæ deficientibus liberis admittit posse nominari nepotem ad emphyteusim acceptam pro se & filio procedere attento rigore Iuris:quamuis enim stricta significatio nominis, *filius* , in solis primi gradus verificetur,ex dictis,non tamen repugnat vt his deficientibus admittatur nepos , iuxta latiorem & iustam significationem,quæ hoc casu ex verosimili contrahentium mente deducitur iuxta proximam rationẽ,quæ in eo etiam concludit;cùm enim emphytheusis ad tres generationes concedatur,& materia sit indifferẽs ad filios,& nepotes, futurúmque euentum respiciat , meritò licet de filiis faciat mentionem, nepotes etiam comprehendit ex verosimili cõtrahentium mente, iuncta vulgari doctrina,*glos.vlt.per tex.ibi in l.tale pactum.ff.de pactis*,recepta cõmuni omnium Doctorũ cõsensu,vt constat ex multis,de quibus *Alphan.collect.*169. *Card.Mant. de coniect.vlt.volunt.lib.*3.*tit.*19. *à n.*4.& plenè adductis per *Castill. quotid.lib.*2. *cap.*22. *num.*66.

91 Vnde etiam sumpto argumento de feudo ad maioratum,quod validum est quando id,quod in feudis deciditur, Iuris cõmunis regulis consonum est, vt dixi in locis cõmunib. argum. n.... hoc ipsum in maioratu resoluendũ videtur;nã in proposito ratio quam in feudis tradidimus fortiùs in maioratibus concludit,tum quia maioratus materia ad filios, & nepotes indifferens est,tũ quia maioratuũ institutio ea est vt perpetui sint , ad perpetuamque familiam tendant conseruationẽ,in quo casu sine difficultate Doctores omnes resoluunt filiorum nomine , si hi deficiant,nepotes necessariò cõprehendi,vt ex *Ioan. Andr.Salic.*& pluribus quos refert,testatur *Gabr.d. concl.*1.*n.*27.*&* 81.*Menoch.d.præs.*94.*n.*25.*Pereg.d.art.* 22.*n.*50.*Prettis d.solut.*1.*n.*53.*Cald.Pereira d.c.*14.*n.*30. ex quibus in maioratibus esse verissimũ concludũt *Molin.d.c.*7.*n.*28.*Auendan.l.*40.*Tauri glos.*10. *à princ. Pereg.d.art.*22.*à num.*31.*Bellon.d.cons.*2.*num.*16.

Quæ resolutio facilè procedit in prædictis termi- 92
nis,scilicet deficientibus filiis primi gradus,si verò quæret aliquis, an his stantibus aliquo casu admittatur nepos, respondebitur certum esse iuxta sup. à dicta ex proprietate sermonis nunquã,nec etiam ex mente regulariter nepotes admitti;an verò ex Iure transmissionis admittendi sint?vide *glos.vlt.in l.vnic. C.de his,qui ante apertas tab.* recepta & *Cost.in d. c.ex parte,verbo si absque liberis,n.*61.*vers.& retenta,Valasc. de iure emphyt.q.*50.*n.*44.& statim referendis,qui latè disputant,an , & quando ex repræsentatione admittantur tam in fideicommissis,quàm in maioratibus,vt per scribentes in *l.cùm ita* 33.*§.in fideicõmisso, ff.de legat.* 2. *& in l.* 40. *Tauri*, vbi *Auend.* & prosequũtur latè relati ab *Alphan.coll.*605.*Cou.pract.c.*38. *Valasc.d.q.*50.*Gam.Lusit.dec.*307.*Molin.d.lib.*3. *c.*6.*cũ seqq.Card.Mant.de coniect.vlt. vol.lib.*8.*tit.*9. *Pereg.de fideic.art.*21.*Gutier.pract.lib.*3. *q.*66. *Molin.Theolog.de Iustit.tom.*3,*tract.*2.*disp.*626.*Flores de Mena vari.q.*19. *à n.*15.& plenè adducti à *Castill.quotid. q. lib.*2.*c.*20. & passim alij de materia repræsentationis agentes.

Secundò principaliter ex dictis colligitur tutã nõ 93
esse cõmunem sententiam eorũ, qui docent in legis dispositionibus appellatione filiorũ in dubio venire nepotes,quam per *tex. in d.l.filium habeo,& in d.l.senatusconsulto,& in l.*2.*§.si mater.vers.quod si nepotibus, ff.ad Tertul.* sequuntur *Bart,Card.* & alij quos refert *Anton.Gab.d.concl.*1.*n.*13.*Mant.d.dial.*39.*Conan.comment.lib.*10.*c.*1.*n.*3.& indubitatum tradit *Pereg.d.art.* 22.*n.*56.sed ex dictis conuincitur,diximus enim secundùm propriam nominis significationẽ appellatione filiorũ solos filios primi gradus, non etiã nepotes contineri,constat etiã in legibus à proprietate verborũ recedendũ non esse si de mente contrarium non appareat,*l.scire.§.illud,ff.de excusat.tutor.*igitur in dubio regula negatiua est constituenda,quòd leges de filiis loquẽtes non cõprehendunt nepotes:Deinde facit,quia in variis casibus leges de filiis loquentes ad nepotes non extendi frequentius decidunt Iureconsulti,& Imperatores,vt *in d. l. sed & milites, & in l.lege Iulia.§.hoc capite,ff.de ritu nupt.*vbi lex prohibens Senatorẽ ducere filiã eius,qui ludricã artem exerceat , non impedit neptẽ eiusdem ducere,sicut etiam quæ patri permittit filiã adulteram occidere, non excusabit auum si occidat neptem,*l.patri* 20.*ff. ad leg. Iuliam de adulter.* & priuilegium filiis concessum non prodesse nepotibus probat *tex. in l. iubemus. §. illud, C. ad Trebell.*

Omissa igitur distinctione eorum , qui dicebant 94
appellatione filiorum contineri nepotes si lex filiorum fauorẽ respiciat principaliter,non ita si eorum odium contineat,ego prædictæ sententiæ negatiuæ etiam in legis dispositionibus semper adhærendum

esse probabiliùs puto, neque aliter admitti appellatione filiorum venire nepotes nisi ex verbis, aut efficaci coniectura colligatur mens legis quod voluerit dispositionem suam ad nepotes extendi ex rationibus, & auctoritatibus supra pro secunda negatiua sententia per me adductis. Neque obstant Iura in contrarium supra principio huius secundi corolarij adducta, nam ad primum ex l. *filium habeo*, omissis multis, de quibus *D. Barbos. in l. si constante, n.* 101. *ff. soluto Matrim.* respondetur, nepotes ibi contineri ex iusta legis interpretatione, quæ vocis significationem ad nepotes voluit extendere, vt satis idem tex. insinuat, ibi, etsi verbis Senatusconsulti filij continerentur, &c quasi sit sensus, quòd licèt proprietas verborum postularet, vt de solis filiis intelligatur Senatusconsultū; hoc enim importat verbum, *continerentur*, quo vtitur Iurisconsultus, ex legis tamen sententia trahitur, & extenditur ad nepotes, vt post *Gom.* bene notauit *Pinel. d. p. 1. n. 72.* Similiter ad *tex. in d. l. Senatusconsulto, & in d. §. si mater.* respōdetur in terminis illorum Iurium venire nepotes ex sententia legis collecta ex ratione, & mēte ipsius legis. 95

Vnde iam subinfertur defendi non posse doctrinam *glos. verbo filij, in cap. ad extirpandas 11. de filiis presbyter.* dum prohibitionem tex. quæ de filiis presbyterorum loquitur, ad nepotes legitimos extendit, ne in Ecclesiis, quas aui obtinuerunt, valeant ministrare; licèt enim eam communiter receptam dicant, & sequūtur *Rebuff. de pacif. possess. n. 266. & seq. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 50. lit. A, in nouiss. edit. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 34. n. 91.* ex dictis tamen conuincitur, diximus enim appellatione filiorum nepotes non contineri ex proprietate sermonis, ac subinde leges de filiis loquentes ad nepotes trahendos non esse, nisi ex verbis aut mente cōtrarium colligatur, constat etiam legem illam pœnalem esse & odiosam, nec proponitur ratio quæ in nepotibus concludat, imò vitiū paternū, quod in filiis cernitur, & in patribus lex refrenare intendit, vt ait *Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 15.* in nepotibus cessat, ergo melius cōtra dicendam glos. adhuc stante noua Constitutione Concilij in *d. c. 15.* contrarium sentiunt *Nau. cons. 9. de filiis presbyt. in nouis, Sayr. in 5. tribus decis. sub eod. tit. decis. 9.* vbi *bona additio, Spin. in speculo testam. glos. 3. princ. à n. 23. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 4. q. 15. & 17. Steph. Grat. discept. forens. c. 397. n. 6. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. c. 3. n. 22.* vbi *in addit. Campan. in diuersorio Iuris Canonici, rub. 11. c. 13. n. 76. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 3. n. 33. & n. 51. vers. neque Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 2. tit. 19. l. 1. de filiis presbyter. n. 1. Seraphin. decis. 1442.* 96

Similiter etiam subinfertur dubiam videri communem sententiam, quæ docet pœnam, *l. quisquis. §. filij. C. ad legem Iuliam maiest.* nepotes cōprehendere, cuius testatores sunt post *Salicet. Gig. de crimine læsæ maiest. lib. 3. q. 8. Couar. lib. 2. vari. c. 8. n. 2. Pereg. de iure fisci, lib. 3. tit. 9. n. 5.* obstat enim quia cùm huiusmodi lex pœnam acerbissimam contineat, ideóque crudelitatis plenissima plerisque videatur, & cōstat filiorum appellatione nepotes non contineri, nisi ex impropria significatione iuxta supra dicta, videbatur ad nepotes extendi non posse, iuxta *reg. odia, de regul. Iuris, lib. 6. cum vulgaribus*, quo argumento hoc ita constanter tenet *Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 41. n. 7.* Sed vtraque sententia ad concordiā reducitur cum *Alberic. in d. §. filij n. 9.* fatetur enim hanc secundam verissimam esse attento rigore Iuris, primam verò communem rectè de feudi ex verbis nouæ Constitutionis, Federici Imp. quam refert idem Alberic. quæ loquitur per nomen, liberi, quò nepotes contineri nō est dubiū, ex *d. l. quod si nepotes.* cum similibus. 97

Tertiò principaliter ex dictis colligitur rectè in priuilegiis Doctores communiter regulam negatiuam constituere, quòd appellatione filiorum in dubio non veniant nepotes, probatur ex omnibus suprà resolutis, iūcta *reg. tex. in cap. sane, de priuileg.* cum vulgaribus, ex quibus hanc sententiam negatiuam ita constituit *Bart. per tex.* ibi *in l. sed & mutes. ff. de excus. tutor.* notant *glos. verbo liberi, in Clem. 1. de baptismo, Specul.* & alij, quos refert & sequitur *Gabr. d. concl. 1. n. 62. Cabed. Lusit. decis. p. 1. Arest. 53. Bald. cons. 303. Ad euidentiam, in princ. lib. 2. Signorol. cons. 157. in fine*, vbi loquitur de priuilegio concesso ab oneribus, *Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 376. n. 27. & 35.* Ex quibus Greg. Lopez sibi contrarius bene resoluit, quòd si Princeps alicui facultatem concedat instituendi maioratum in vno ex filiis, deficientibus illis potest institui in persona nepotis, vt comprobat *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 11. à n. 34* quamuis enim ex proximè dictis nepotes appellatione filiorum non comprehendātur, & ideò stantibus filiis prædicta licentia ad nepotes trahi non debeat, his tamen deficientibus ex mente concedentis in nepote debet verificari, ne licentia maneat sine effectu, & quia cùm talis cōcessio indifferēs sit ad filios, & nepotes, & in futurum euentū dirigitur iuxta supra resoluta. 98

Quartò principaliter ex dictis colligitur etiam in testamentis veriorem esse sententiam negatiuam, quòd in dubio appellatione filiorum non veniant nepotes, vt in tutelæ datione probat expresè *tex. in d. l. quòd si nepotes, 6. ff. de testam. tutela*, & fatētur *Baid. cons. 487. circa finem, lib. 2. Card. Tusch. d. lit. F, concl. 376. n. 33.* & omnes vtriusque partis Auctores in principio huius articuli citati, atque etiam facilius hæc procedit illatio quoties dispositio fauorabilis non est, veluti in prohibitione alienationis facta filio, quam ad nepotes non extēdi efficaciter probat *tex. in d. auth. de restit.* iuncta *glos. vlt.* recepta ex pluribus, de quibus *Gabr. d. concl. 1. n. 79.* quod etiam resoluunt *Alex. cons. 1. n. 13. vers.* vnde videamus, *lib. 1. Card. Tusc. d. concl. 376. n. 30.* Et demū plures alios casus in quibus nepotes appellatione filiorum non comprehendūtur; refert *Steph. Gratian. discept. forens. tom. 4. c. 765. à princ.* vbi *n. 1.* quando dispositum habuit effectum in filiis, & *n. 2.* in fideicommisso inducendo, & *n. 3.* in substitutione reciproca filiorum, & aliis casibus. 99

Quando autem appellatione filiorum veniant nepotes in fideicommissis, tota est controuersia, in qua speciales voluntatis coniecturas hac in re semper esse obseruandas pro regula constituo, quarum aliquas referam, quæ viam ad alias colligendas aperire poterunt.

Prima igitur & principalis coniectura est quando dispositio futurum respiciebat euentū, scilicet quia incertum erat, an frater grauatus filiū, filiāmve haberet; & etiam quando tempore mortis ipsius grauati non extabant filij, sed tantùm supererant nepotes ex eis, tunc enim ne hæreditas deferatur ad extraneos, & propriæ agnationi, hi præferantur contra *reg. l. cùm acutissimi, C. de fideicom.* meritò fit interpretatio vt deficientibus filiis admittantur nepotes, quamuis de eis in dispositione mentio facta non sit, ita *Imol. Socin. Bald. & alij in d. l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthum. Cephal. cons. 394. n. 23. Anton. Gabr. d. concl. 1. n. 36. Decian. cons. 47. num. 11. lib. 3. Menoch. d. lib. 4. præs. 94. n. 31. & cons. 215. num. 38. & cons. 347. num. 23. & seq. & cons. 1039. num. 1. Prætis d. solut. 1. num. 13. & 57. Molin. d. cap. 6. num. 29. Pereg. de fideicom. art. 22. à num. 57. & cons. 31. num. 14. lib. 2. Rustic. in d. l. aurus lib. 6. cap. 12. num. 70. ff. de condit.* 100

& demonstrat. Fusar. de substitut. q. 320. *num.* 15. *& 58. cum seqq. & q.* 321. *n.* 37. & constanter omnes nostri Lusitani, vt patet ex *Costa de succes. Regni p.* 2. *n.* 19. *Pinel. d. p.* 1. *num.* 69. *& 71. Gam. decis.* 307. *num.* 13. *Valasc. cons.* 140. *num.* 11. *& 14. Cald. Pereira de emphyteus. p.* 3. *cap.* 14. *n.* 28.

101 Quando autem viuit filius, & ex eo nepos, tunc filius solus admittitur, non autem cum eo concurrit nepos, quia hæc est verisimilis voluntas testatoris, vt ex ordine charitatis pater filio præferatur, *Doctores in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & posthum. Marzar. in epith. de fideicom. q.* 17. *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 5. *Bardel. cons.* 83. *n.* 50. *Surd. de aliment. tit.* 9. *q.* 36. *n.* 19. *Pereg. d. art.* 22. *n.* 58. *Cras. d. §. fideicommissum. q.* 10. *num.* 13. *Rustic. in d. l. cùm auus. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 25.

102 *& 26. Fusar. d. q.* 321. *n.* 39. Sic eodem modo quando extarent filij & nepotes ex alio filio, tunc filius præferri debebit, & solùm censeretur vocatus nepos non extantibus filiis, *Fideric. Scot. cons.* 1. *n.* 182. *lib.* 2. *tom.* 1. *Anton. Gabr. d. concl.* 1. *num.* 75. *Decian. cons.* 54. *n.* 28. *vers. item lib.* 2. *& cons.* 47. *num.* 11. *lib.* 3. *Menoch. d. lib.* 4. *præs.* 94. *n.* 17. *& cons.* 215. *num.* 38. *cum seqq. & cons.* 530. *n.* 25. *& cons.* 774. *n.* 7. *cum seqq. Rustic. in d. l. cùm auus. lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 26. *Fusar. d. q.* 321. *n.* 42. vbi *n.* 49. subdit contrarium esse dicendum quando testator vocauit filios in numero plurali, & extabat tunc vnus tantùm filius, quia tunc nepotes venirent.

103 Secunda coniectura est, quando dispositio esset facta à iurisperito, quia tunc appellatione filiorum venirent nepotes, secundùm *Bardel. cons.* 83. *num.* 29. *vers. decimo, Fusar. d. q.* 320. *n.* 83. at verò si testamentum sit factum ab idiota & imperito, tenendum est illum appellatione filiorum non sensisse de nepotibus, *glos. in d. l. quod si nepotes, de testam. tutel. Roland. à Valle cons.* 42. *num.* 30. *lib.* 4. *Bardel. d. cons.* 83. *num.* 30. *Menoch. cons.* 215. *n.* 58. *cum seqq. & cons.* 328. *num.* 25. *Fusar. q.* 321. *n.* 105.

104 Tertia coniectura est, quando testator in vita nepotẽ vocabat filium, & eum vt filiũ tractabat, nam ex hoc elicitur vehemens coniectura quòd testator vocando filium senserit, & de nepote, vt resoluunt *Roland. à Valle cons.* 43. *n.* 37. *vers. sexto respondetur, lib.* 4. *Decian. cons.* 100. *n.* 40. *lib.* 2. *Bursat. cons.* 372. *n.* 3. *Bardel. d. cons.* 83. *n.* 47. *Anton. Gabr. d. concl.* 1. *num.* 40. *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *cap.* 9. *n.* 2. *& lib.* 8. *tit.* 8. *n.* 14. *vers. secundus casus, Menoch. d. præs.* 94. *n.* 24. *& cons.* 215. *n.* 124. *cum seqq. Surd. de aliment. tit.* 9. *q.* 36. *n.* 44. *& decis.* 241. *n.* 18. *vers. sic si testator, Peregrin. d. art.* 22. *n.* 55. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 2. *Fusar. d. q.* 320. *n.* 7. *cum seqq.* vbi *num.* 10. intelligit si nominatio seriò facta sit, & *num.* 11. subdit coniecturam non procedere quando filius, & nepos concurrerent, quia tunc verus filius veniret filij appellatione, & de eo potiùs quàm de nepote verba intelligenda essent.

105 Quarta coniectura est, quando testator vocauit natos, & nascituros; nam tunc & nepotes esse vocatos scripserunt *Decian. cons.* 47. *num.* 24. *lib.* 3. *Gabr. d. concl.* 1. *n.* 51. *Card. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 16. *Cras. d. §. fideicommissum. q.* 10. *n.* 9. *Menoch. d. præs.* 94. *num.* 28. *& cons.* 1035. *num.* 2. *Surd. d. tit.* 9. *q.* 36. *n.* 36. *& 53. Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 17. *Matheac. de legat. lib.* 2. *cap.* 15. *n.* 19. *Fusar. q.* 320. *n.* 23. vbi *n.* 24. subdit maximè procedere quando vocati essent nati, & quicunque nascituri.

106 Quinta coniectura est, quãdo sumus in dispositione sui natura habente tractũ successiuum, & perpetuum; nã filiorũ appellatione tunc veniunt nepotes, exemplúmque est quãdo sumus in primogenituris, ita *Tiraq. de iure primog. q.* 40. *n.* 57. *vers. de una quinta ratio, Cou. practic. c.* 38. *n.* 6. *& 7. Rimin. Iun. cons.* 23. *n.* 51. *& 52. Molin. de primog. lib.* 1. *cap.* 6. *sub n.* 28. *Pereg. d. art.* 22. *n.* 51. *vers. idem est, & cons.* 41. *n.* 34 *lib.* 5. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 24. *Fusar. d. q.* 320. *num.* 28. vbi *num.* 29. declarat vt procedat quando primogenitũra fuit erecta per nomen pluralis numeri, *Bellon. Iun. cons.* 2. *num.* 16. *& 33.*

Sexta coniectura est, quando ratione agnationis, 107
& pro conseruandis bonis in familia fideicommissum esset relictum; tunc enim nepotes venire sub nomine filiorũ resoluunt *Decian. cons.* 88. *n.* 57. *& 60. lib.* 2. *Card. Mant. d. lib.* 8. *tit.* 8 *n.* 17. *Surd. d. tit.* 9. *q.* 36. *n.* 37. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 44. *Menoch. cons.* 387. *n.* 2. *Bardell. cons.* 83. *n.* 43. *Alex. Raudens. cons.* 74. *n.* 8. *cum seqq. lib.* 2. *Carcc. decis.* 69. *Pereg. cons.* 52. *num.* 45. *lib.* 3. *Cras. d. q.* 10. *n.* 8. *Fusar. d. q.* 320. *n.* 31. *Rota decis.* 667. *num.* 9. *cum seqq. apud Farin. p.* 2. *recent.* vbi declarat, *& decis.* 693. *num.* 4. *ead. p.* 2. *recent.*

Septima coniectura est, vbi testator vocauit filios 108
in stirpes, & non in capita, nam tunc sub nomine filiorum contineri nepotes, scribunt *Gallia cons.* 17. *n.* 14. *Card. Mantic. d. tit.* 8. *n.* 18. *Rimin. Iun. cons.* 283. *n.* 19. *lib.* 3. *& cons.* 267. *n.* 34. *lib.* 7. *Decian. cons.* 24. *n.* 8. *vers. secundo lib.* 2. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *num.* 50. *& 51. Menoch. d. præs.* 94. *n.* 29. *& cons.* 347. *num.* 51. *Hieron. Gabr. cons.* 69. *num.* 45. *lib.* 2. *Fusar. d. q.* 320. *num.* 39. *cum seqq.*

Octaua coniectura est, quando aliàs sequeretur 109
absurdum & irrationale si nepotes non continerentur sub nomine filiorum, vt quia non admisso nepote descendente testatoris, extraneus admitteretur, vel minus dilectus, vel filius naturalis, *Roland. à Valle cons.* 93. *n.* 25. *vers. & vbi absurdum, lib.* 2. *& cons.* 23. *n.* 33. *lib.* 4. *Decian. cons.* 88. *num.* 56. *& seq. & n.* 63. *lib.* 2. *Card. Mantic. d. tit.* 8. *n.* 16. *Anton. Gabr. d. concl.* 1. *n.* 34. *Bardel. d. cons.* 83. *n.* 29. *Menoch. d. præs.* 94. *n.* 26. *& cons.* 613. *n.* 11. *Cras. d. §. fideicommissum. q.* 10. *n.* 10. *Surd. cons.* 85. *n.* 28. *Pereg. d. art.* 22. *n.* 48. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 7. *& à n.* 54. *Fusar. d. q.* 320. *à num.* 44.

Nona coniectura est, quando nepotes abintestato 110
vnà cum filiis erant successuri testatori; nam tunc similiter ex præsumpta mente testatoris debent admitti ad fideicommissum, *Decian. d. cons.* 47. *n.* 4. *lib.* 3. *Anton. Gabr. d. cons.* 1. *num.* 6. *Cardin. Mantic. d. tit.* 8. *n.* 15. *Menoch. d. præs.* 94. *num.* 30. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 61. *cum seqq. Fusar. d. q.* 320. *à n.* 48. *cum seqq.* vbi limitat. Vnde à contrario si essemus in casibus, in quibus abintestato nepotes non essent successuri cum filiis, vel per repræsentationem filius non subintrat locum patris, tunc filiorum appellatione non venirent nepotes, vt per *Burs. cons.* 372. *n.* 5. *Bardel. d. cons.* 83. *n.* 24. *Menoch. d. præs.* 94. *n.* 18. *& cõs.* 591. *n.* 2. *& cons.* 886. *n.* 21. *Rust. d. lib.* 6. *c.* 14. *n.* 23. *Fusar. q.* 321. *n.* 30.

Decima coniectura est, quando testator vocauit 111
filios in infinitum, vel in perpetuum, quia tũc etiam nepotes venirẽt, *Alciat. resp.* 2. *n.* 2. *lib.* 8. vbi declarat, *Menoch. cons.* 310. *n.* 12. *vers. primo quia, Pereg. cons.* 53. *n.* 2. *& 5. lib.* 3. *& cons.* 41. *n.* 2. *cum seqq. lib.* 5. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 14. *n.* 40. *Fusar. d. q.* 320. *n.* 74. *Rot. in Florentina fideicommissi de Cambiis* 26. *Febr.* 1627. *coram R. P. D. Dunozetto, n.* 74. Vnde si testator vocasset filios primi 112
gradus, tunc nepotes conserentur exclusi, *Rimin. Iun. cons.* 173. *n.* 8. *vers. secundo confirmatur, & num.* 10. *lib.* 2. *Cacheran. cons.* 72. *n.* 11. *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 13. *à num.* 15. *Fusar. q.* 321. *num.* 23. *contra Sfort. in tract. de compend. cap.* 7. *num.* 59. *& Intrigl. in simili tract. cent.* 3. *q.* 57. *p.* 6. *art.* 3. *num.* 7. *Alexand. Trentasinq. de substit. p.* 4. *cap.* 7. *num.* 59. *& Intrigl. in simili tract. cent.* 3. *quæst.* 57.

113 *num.7.* Pr[illegible]etiam censerentur exclusi si vocarentur filij aliqua qualitate, quæ non insit nepotibus, putà si vocatus esset filius doctor, mercator, spurius, vel filia nupta, *Capic. decis.21. num.9. Pereg. cons.52. num.10. lib.5. Bardell. d. cons.83. num.18. cum seqq. Hieron. Gabr. cons.121. num.24. lib.1. Gam. Lusitan. decis.160. num.8. vers. non obstat*, plures, quos refert & sequitur *Fusar. d. q.321. num.25.* Vel si nominatim filiis relictum esset, putà si diceret, *substituo Petrum filium meum*,

114 quia tunc filiorum appellatione nepotes non continentur, *Gabr. d. concl.1. num.73. Cardin. Mantic. d.tit.8. num.4. Anton. Gabr. d. concl.1. num.73. Hieron. Gabr. cons.121. num.22. lib.1. Bursat. cons.13. num.21. lib.1. Decian. cons.54. num.28. lib.2. & cons.47. num.15. lib.3. Eugen. cons.94. num.11. & n.19. tom.1. Crass. d.q.10. n.12. Peregr. d. art.22. n.47. & cons.52. n.2. lib.1. & cons.52. n.8. lib.2. Surd. d. tit.9. q.36. num.14. & cons.31. n.32. Rustic. d. lib.6. cap.14.*

115 *n.52. Fusar. d. q.321. num.65.* Vel si testator his verbis substituisset, *& si aliquis dictorum filiorum & hæredem decesserit, substituo alios superstites, vel superuenientes*, quia tunc nomen filiorum esset restrictum ad filios primi gradus iam nominatos, nec extenderetur ad nepotes, vt resoluunt *Decian. cons.47. num.19. lib.3. Anton. Gabr. d. concl.1. num 86. Hieron. Gabr. cons.121. num.22. cum seqq. lib.1. Mantic. d. tit.8. num.8. Rimin. Iun. cons.690 n.16. & 17. lib.6. Menoch. d. præs.94. n.5. in fine, & consil.347. n.9. Crass. d.q.10. num.14. Pereg. cons.52. n.9. lib.5. Rustic. d. lib.6. cap.14. à num.69. Fusar. d. q.321. n.71. Rot. in Ariminen. fideicommissi 23. Martij 1615. coram D. Dunozetto, impressa per Farin. decis. 667. num.6. & 7. p.2. recent.* Vel denique quando testator vocauit filios filiorum, ex *Menoch. consil.347. n.17.50. & 51. Rot. d. decis.667. n.5. p.2. recent.* cum adductis per *Fusar. d. q.321. n.93.* vbi ait quod vltra nepotes talis dispositio extendenda non est, scilicet ad pronepotes, & alios posteriores descendentes.

116 Vndecima coniectura est, quando tempore vocationis impossibile erat extare filios primi gradus, & ideo verisimile erat testatorem cogitasse tunc non extituros filios primi gradus, quia tunc appellatione filiorum nepotes comprehendere voluisse dicendum est, iuxta receptissimam sententiam *Imolæ in l. Gallus. §. instituens, num.48. vers. vel potest dicere. ff. de liberis, & posth.* quam sequuti sunt *Rub. Alexand. cons.28. n.9. circa med. vers. ex quo substitutio, Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.8. num.22. Pereg. de fideicom. art.22. num.50. Rustic. ad d. l. cùm auus, lib.6. cap.12. n.4. Rot. in Tusculana fideicommissi 15. Aprilis 1619. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, & in Bononien. fideicommissi de Desideriis 20. Martij, & 26. Iunij 1626. coram R. P. D. Merlino, & in Florentina fideicommissi de Cambiis 26. Februarij 1627. coram R. P. D. Dunozetto, vers. sexta, & vltima coniectura.*

Filiorum appellatione an veniat monasterium ad excludendum substitutum si grauatus sub conditione, si sine liberis decesserit, illud ingrediatur?

164 Vigesimoprimò, limita si testator dixerit, *si decesserit sine filiis*, non secundùm Iuris Interpretationem, quia conditio substitutionis non deficeret, quamuis grauatus monasterium sit ingressus, *Pereg.d.art. 28.num.77. Intrigl.d.cent.3.quæst.63. num.52. Boër. decis.354.num.5. Rustic.d.lib.5.cap.1.num. 59. Fusar.d.q. 429.num.34.*

165 Vigesimosecundò, limita quando substitutio sic esset concepta, si sine liberis decesserit succedat Titius, & non alius, seu nullus alius, quia substitutus monasterio excluso admittitur, *Menoch.d.lib.4.præs. 83.num.46. Intrigl.d.cent.3.quæst.63.num. 45. Fusar.d. quæst.429.num.39.* licèt displiceat *Sanch.d.lib. 6. cap. 16.num.74.*

166 Vigesimotertiò, limita quando dispositiuè essent vocati filij Titij, & eis deficientibus sit datus substitutus: nam si Titius ingrediatur Religionem, monasterium non excluderet substitutum, *Pereg. d. art.28.num.69. Fusar.d.quæst.429.num.40. contra Afflict.decis.83.num.13.& 14.*

167 Vigesimoquartò, limita quando grauatus habens liberos profitetur in Religione, tunc enim excluditur substitutus, & non succedit monasterium, quia ex quo habet filios est verificata conditio, nec monasterium habetur loco filij, ita *Rebuff. in repet. cap. Raynutius, num.vlt. de testament. Paleoth. de nothis & spuriis, cap.28.in fine, Caualcan. decis. 1. num. 42. p. 3.* quos refert & sequitur *Sanch.d.lib.7.cap.16.n.70.*

168 Vigesimoquintò, limita quando testator hæredi grauato aliquid reliquisset si monasterium ingrediatur, quia tunc per substitutum excluderetur monasterium, *Æmil.cons.109.num.15. Menoch. d. lib.4. præs.83.num.50. Intrigl.d.cent.3.quæst.63.num.53. Fusar.d.quæst.429.num.42. Sanch.d.lib.7.cap.16.n.72.*

169 Vigesimosextò, limita quando viuo testatore grauatus ingrederetur Religionem post testamentum conditum, tunc enim non succedet monasterium, sed substitutus, quia cùm tunc testamentum non mutauerit, ac professus fuerit, videtur velle excludere monasterium, *Caualcan.decis.1.num.43.& 44.p.3. Sanch.d.lib.7.cap.16.num.71.*

170 Vigesimoseptimò, limita quando testator instituit filium in sacris iam constitutum, aut professum, & ei decedenti absque liberis substituat tertium, quia cùm testator memor Ecclesiæ & monasterij substituerit tertium, voluit clarè hunc Ecclesiæ & monasterio præferri; & quamuis ea conditio appareat turpis, habet tamen duplicem in se imbibitam; prior est explicita si liberos non habuerit, atque hæc est honesta, nec ad delinquendum inuitat, posterior est implicita si liberos habeat, & hæc est turpis, vtpote quæ ad delinquendum allicit, sed cùm in solam expressè honestam consequentiam veniat, & quodammodo à contrario sensu, cui sumendus non est quando inde absurdum quidpiam sequitur, *l.2.C.de condition.insertis*, ea non est considerandа; quare ita docent *Menoch.d.lib.4. præs.83.num.54 & 55. Boër.quæst.354. col.pen. Corras. lib.1.miscel.cap.7.num.5. Intrigl.d.cent.3.quæst. 63. nu. 58. Sanch.d.lib.7.cap. 16. num. 73.* Quamuis contrarium teneant *Rustic.d.lib.5.cap.1. num. 121. cum seqq.* & post *Bart. Barbat. Angel. & Imol. Fusar.d.quæst.429. num.45.*

Vigesimooctauò, limita in eo, qui purè grauatus 171
est, vel in diem restituere, quia tunc si Religionem ingrediatur substitutus non excluderetur, cùm nec à proprio filio grauati possit excludi, *Menoch. d. lib. 4.præs. 83.num.56. Intrigl.d.cent.3. quæst. 63. num. 59. Rustic.d.lib.5.cap.1.num.124.* quos refert & sequitur *Fusar.d.quæst.429.num.47.*

Vigesimononò, limita quando grauatus ante 172
Religionem habuisset filios, & postea vxore mortua ingrediatur monasterium, nam veri filij excludent monasterium, *Paleoth. de nothis & spuriis, cap. 28.in fine, Caualcan.decis.77.num.42. p. 3.* quos refert & sequitur *Fusar.d.quæst.429.num.86.*

Trigesimò, limita quando monasterium promi- 173
sisset contentare quòd bona remanerent substituto, & propter hoc facta sit professio, quia monasterium erit excludendum, *Gam.Iusst. decis. 316. in fine*, vbi ait fuisse sic apud nostros iudicatum, *Fusar.d.quæst.429.num.87.*

Trigesimoprimò, limita in sententia, & laudo, 174
veluti si lata esset sententia quòd Titio decedente sine filiis succedat Caius, nam tunc Caius substitutus admitteretur, licèt Titius sit monasterium ingressus, vt per *Aretin.cons.235. Barbat. cons.20. num. 21.& 22. lib.1.Caualca.decis.77.num.6.p.3.* quos refert & sequitur *Fusar.d.quæst.429.num.88.*

Trigesimosecundò, limita in grauato sub alia 175
conditione quam liberorum, vel nuptiarum, quia eo casu monasterium non excluderet substitutum, *Pereg.d.art.28.num.66. Intrigl.d.cent.3.quæst. 63. num. 88. Fusar.d.quæst.429. num. 89.* Vnde quando testator instituit descendentem suum illum grauans, vt post mortem suam restituat hæreditatē, aut partem illius cuicunque tertio, nec explicans conditionem, *si absque liberis, decedat*, si hic descendens ingrediatur Religionem capacem, non excluditur substitutus; sed ille post grauati professi mortem successurus est in ea bona excluso monasterio, vt tenent *Cost.in cap. si pater, p.1.verbo si absque liberis, num.70.& 71.de testam.lib.6. Auendan.l.40. Tauri glos.4. num. 25. Molin.d.disp.190.col. pen. Benedict. Ægid. in repet. l. Titiæ.p.1.num.5; ff.de condition. & demonstr. Sanch. d. lib.7.cap.16.num.82.* contrà *Bald. Fortun. Padill. Guillelm. Benedict. Greg. Lop. Anton. Gom. Spin.* & alios quos ipse refert *ibid.num.81.*

Flumen.

APPELL. C.

FLVMINIS appellatione non continetur ripa 1
fluminis, *l.1.§.in flumine, ff. de fluminib. vbi dicitur.* In flumine publico factum, accipere debemus quicquid in aqua factum est, nam si quid extra factum

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

sit, non est in flumine publico factum, & in ripa factum non videtur in flumine publico factum, refert *Oldrad. consil. 121. num. 11.* Vnde flumine concesso, eius ripam concessam non dici, tradit *Menoch. consil. 395. num. 28. & cons. 498. num. 46.* Ripæ enim dicuntur illi limites quibus naturalis cursus fluminis continetur, *d. l. 1. §. ripa*, & quamuis aliquando ob ingentes pluuias flumen excrescens illam inundet pro parte, & forsan in totum aquis repleat, non ob id ripa appellari potest, *glos. & Angel. in d. §. ripa, Socin. cons. 79. ante finem, vers. & iura in contrarium, lib. 3. Rip. in l. quominus. sub num. 2. ff. de fluminib.* refert & sequitur *Ror. in Bononien. pecuniaria 20. Februarij 1604. coram Greg. XV. impressa per Farinac. decis. 108. num. 4. p. 2. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Foci appellatione, seu vbi de foco fit mentio, intelligitur de foco domicilij.*
2 *Ecclesiæ si aliquid relinquat testator, non intelligitur de Ecclesia Romana, sed de Ecclesia domicilij.*
3 *Focus principalis in actionibus personalibus est domicilij, in realibus verò est locus ille vbi res, quæ vendicatur, sita est.*
4 *In criminalibus principalis focus est locus delicti.*
5 *Focus delicti tanquam principalis debet attendi.*

Focus.

APPELL. CI.

1 FOCI appellatione, seu vbi de foco fit mentio, in dubio intelligitur de foco domicilij, *l. quæ conditio. §. cùm ita. ff. de condition. & demonstr. Roman. cons. 408. num. 5. Hieron. Buccaron. de different. inter iudicia Ciuilia & crimin. differ. 130. num. 16. in princip.* quia focus domicilij dicitur potentior, vt post *Castren. cons. 413. Viso, col. pen. vers. & posito, lib. 2.* notat *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. F, concl. 443. num. 11.*

2 Vnde *Bald. in d. l. quæ conditio. §. cùm ita*, dicit per illum *text.* quod si testator reliquerit Ecclesiæ non intelligitur de Ecclesia Romana, sed de Ecclesia domicilij ipsius testatoris, quod per *text. in auth. de Ecclesiast. tit. .... §. si auis in nomine*, videntur tenere *Cou. in cap. in[illegible] 2. de testament. Tiraq. de priuileg. pia causa priu[illegible]. Mench. de succes. §. 27. num. 43. Cost. in cap. si pater, vt bo pauperes, num. 13. de testam. lib. 6. Padil. in l. cùm quidam, num. 6. ff. de legat. 2. Anton. Gom. l. 32. Tauri, num. 4. & tom. 2. vari. cap. 11. num. 8. Cras. §. legatum. quæst. 64. num. 5. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 197.* apud quos latè videbis veram huius notabilis resolutionem.

3 Intellig[illegible] appellatiuum in ciuilibus secundùm *Paul. de Castro in l. 1. num. 1. C. vbi de crimine agi oporteat*, quo loci dicit quod in actionibus personalibus principalis focus est domicilij, sed in realibus ait principalem focum esse locum illum, vbi res est
4 quæ vendicatur, vt *l. fin. C. vbi in rem actio*, locum verò originis propriæ, vel paternæ esse accessorium, at in criminalibus principalem focum esse locum delicti, vt in *cap. 2. de constitut. lib. 6.* sequuntur *Lancel. Conrad. in pract. §. 3. de offic. prator. in caus. crimin. in*
5 *verb. de inquisit. num. 10. fol. 248. Hieron. Buccaron. d. nu. 16. post med.* Et quod focus delicti tanquam principalior debeat attendi, tradunt *Bald. in l. fin. col. vlt. quæst. 6. in princip. C. de edicto D. Hadriani, Vsui. tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 1. num. 182. pag. 373. Donel. commentar. Iuris Ciuilis lib. 17. cap. 16. col. 2. Morl. in emporio Iuris p. 1. tit. 2. quæst. 20. num. 10. vers. sed vera, Cabed. Lusit. decis. 26. p. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 181. num. 28. D. Barbos. in l. hæres absens. § proinde, in art. de foco delicti à num. 1. Christoph. de Pace in schol. ad leges styli, l. 9. num. 1. Cald. Pereira cons. 23. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Fratrum appellatione propriè venit frater in primo gradu.*
2 *Frater etiam vterinus in materia fauorabili venit appellatione fratris.*
3 *Præterito facta à fratre instituta turpi persona, an habeat locum in fratre vterino.*
4 *Sorores veniunt fratrum appellatione in materia indifferenti, nisi mens disponentis aliter se habeat ex coniecturis, vel quando militat diuersa ratio.*
5 *Fideicommissum relictum fratribus non extenditur ad sorores.*
6 *Statutum odiosum loquens de fratre non comprehendit sororem.*
7 *Filij fratrum quandoque veniunt appellatione fratrum.*

Frater.

APPELL. CII.

FRATRIS appellatione propriè venit frater in 1
primo gradu, non frater patruelis, vel frater consobrinus, qui simpliciter non sunt fratres, sed secundùm quid, *Adrian. Negusant. in sylua respons. quæst. 87. num. 6 Alex. cons. 97. Viso, num. 4. vers. hanc quæstionem, lib. 2. & cons. 204. Consideratis, num. 16. eod. lib. 2. & cons. 89. num. 18. lib. 6. Angel. cons. 385. Statutum. num. 3. vers. attento ergo, Roman. cons. 16. Viso themate, in princip. & cons. 411. num. 4. Castren. cons. 118. Statutum lib. 2. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 4. lit. F, concl. 450. num. 1. 2. 3. & [illegible]. Stephan. Gratian. discept. forens. 757. num. 15.* De lata verò significatione vocabuli veniunt patrueles, vt per *Decian. cons. 43. num. 3. & cons. 60. num. 37. vol. 3.* sicuti etiam in statuto excludente sororem causa patris, *Menoch. cons. 1146. num. 11.*

FRATRIS appellatione in materia fauorabili 2
venit frater etiam vterinus, vt per *Castren. cons. 118. Statutum istud, in princip. lib. 2. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 1. num. 330.* Vnde quod statutum excludens filias fœminas stante fratre defuncti, ita habeat locum si extat frater vterinus, prout si extaret frater vtrinque coniunctus, resoluunt *Roman. cons. 411. Quatuor, col. 2. Ias. cons. 67. col. 2. lib. 1. Alexan. cons. 144. Viso themate, num. 2. vers. 2. & etiam ex proprio significatu, lib. 6.* latè *Socin. cons. 1. lib. 1. Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 450. num. 29. & cons. 451. num. 1.* Intellige secus esse in materia agnationis conseruandæ, vt per *Bald. cons. [illegible]. Statuto ciuitatis, lib. 2.* vbi dicit quòd licèt statutum simpliciter loquatur de fratre, vel patruo, & appellatione fratris, vel patrui veniant etiam vterini in materia indifferenti, tamen quando ex præcedentibus, & sequentibus statutum agnatis prouidet non comprehenduntur, *Castren. cons. 196.*

In

In puncto num.2.lib.1. vbi quod appellatione fratris carnalis in materia statuti excludentis fœminas; non venit nisi frater ex vtroque latere coniunctus, vel saltem ex latere patris, non autem frater vterinus, quia ipse vterinus non conseruat agnationem, *Angel. cons. 69. Subtiliter, in fine, & cons.119. Statuto Tudertinæ, per totum*, refert *Cardin. Tusch. d. lit. F,*
3 *concl.451. num.2. & 3.* Vtrùm autem præteritio facta à fratre instituta turpi persona iuxta terminos, *l. fratres. C. de inoffic. testam.* habeat locum in fratre vterino? vide *Molin. de Iustit. tract.2. disp.159. vers. nihilominus, Cald. Pereiræ quæst.forens. cons.13.num.4. & in comment. ad §. seror. num. 46. Instit. de inoff. testam.*

4 FRATRVM appellatione in materia indifferenti veniunt sorores, secundùm *Bald. in l.tres fratres 36. ff. de pactis, Alex. cons.85. Animaduersis, n.7. lib.4.* vbi per *l. cuius. §. Mauia, ff. ad Trebel.* dicit quod in dispositione legis, appellatione fratris venit soror, prout etiam in dispositione hominis, si loquatur in numero plurali, secus si in singulari, idem *Alex. cons. 15. Viso, num. 2. eod. lib.4. Fulgos. cons. 71. in princ.num. 2.* vbi quod præteritio facta à fratre instituta turpi persona locum habet in sorore, *& cons.106. in fine, vers. ad tertium*, vbi quod sicut frater non accusat fratrem de crimine magno, putà falsi, ita neque soror; & saltem in materia fauorabili admittunt *Angel. cons.385. in fine, Curt. Sen. cons.9. Castren. cons.119. Hæreditas, in princip. lib. 1. Alciat. cons.200. tom.3. lib.9. Socin. Iun. cons.10.n.28. vol.4. Rimin. Sen. cons.37. num.4. vol.1. Decian.cons. 63.num.5. vol.2. Cephal.cons.306. num.43.& cons.325. num.38. vol.3. & cons.576. num.25.& cons.835. n.32. vol.4. Menoch. cons.541. num.25. Cardin.Tusch.d.lit.F, concl.450. num.14. Surd. cons. 100. num.20. Ferrer.in constitut. Cathaloniæ glos.1. num. 417. Mari. Antonin. vari. resol. lib.2. resol.59.casu 9.* Fallit si mens disponentis aliter se habeat ex coniecturis, quia tunc fratrum appellatione non continentur sorores, latè *Alex. cons.45. Habita, per totum lib.7.* vbi exemplificat vt quia de masculis senserit, vel quando statutum disponit quod verba statuti intelligantur ad litteram, vel quando militat diuersa ratio, vel quando statuentes voluerunt comprehendere fœminas, quia expresserunt in aliqua parte, *Dec. cons.71.col.1. in fine, vers. & videbatur, Corn. cons.271.num.9. lib.4. Anton. Gabr. commun. opinion. tit.de verborum signific. concl.6. num.111. Menoch. cons.1146. num. 6. & 7. & cons.999. num.2. & de præsumpt. lib.4. præs. 84. num. 12. Fusar. de substitut. q. 349. num. 1.* Et quod appellatione fratrum non continentur sorores vbi discretiuè loquitur de fratre & discretiuè de sorore, aiunt *Adrian. Negus. vbi sup.q.450. nu.18. Bellon. iure cons.36. n.44.*

5 Vnde fideicommissum relictum fratribus non extendi ad sorores, resoluunt *Ias. in d. l. tres fratres. in quarta limit. ff. de pactis, Prett. de interpret. vltim. volunt. fol.275. num.14. Fusar.d.q.349. n.2.*

6 Hinc etiam statutum odiosum loquens de fratre non comprehendere sororem, quia in odiosis, & exorbitantibus masculinum non concipit fœmininum, resoluit *Alex. d. cons.85. Animaduersis, in princ. & num. 2. 3. 7. & 8.* vbi ampliat etiamsi statutum loquatur in plurali de fratribus, & extet vnus frater solus, & sorores, nisi constet de mente statuentium, quia voluerunt generis omnem speciem comprehendere, vel quia quando voluerunt in eadem materia, vel simili de masculo intelligi dixerunt fratres mares, refert *Card. Tusch.d.lit.F, conclus.450. n.36. & 37.*

FRATRVM appellatione veniunt quandoque filij fratrum, vt per *Coler. de aliment.lib.1.cap.9. n.28. in fine, Mari.Giurba decis.5.n.25. p.1.* 7

SVMMARIVM.

1 *Fructuum appellatione venit quòd nascitur, & renascitur.*
2 *Glans venit appellatione fructuum.*
3 *Palea & fœnum venit appellatione fructuum.*
4 *Arundines, & sylua cædua veniunt appellatione fructuum.*
5 *Pensiones domorum veniunt appellat. fructuum, secus in materia stricta.*
6 *Laudemia non veniunt appellatione fructuum.*
7 *Aues, & feræ solitæ capi in fundo quando veniant appell. fructuum.*
8 *Saccarum venit appellatione fructuum.*
9 *Appendiciæ extraordinariæ veniunt appellatione fructuum.*
10 *Fructus etiam non maturi veniunt appellatione fructuum.*
11 *Fructuum appellatione non continentur ea, quæ cohærent personæ.*
12 *Distributiones quotidianæ non continentur appellatione fructuum.*
13 *Distributiones quotidianæ regulariter non veniunt in condemnatione fructuum perceptorum.*
14 *Distributiones quotidianæ non veniunt in amissione fructuum ob non factam Fidei professionem.*
15 *Indultum concessum ad lucrandum fructus in absentia non comprehendit distributiones quotidianas.*
16 *Præbendæ quando sunt distinctæ in Ecclesia, & bona possidentur in communi, sed postea singulariter certo anni tempore distribuuntur appellatione fructuum, non veniunt distributiones quotidianæ.*
17 *Beneficium quando non consisteret in aliis fructibus nisi in distributionibus, tunc huiusmodi distributiones veniunt appellatione fructuum.*
18 *Condemnatus quando quis esset in fructibus perceptis, & qui percipi potuissent, appellatione fructuum venirent distributiones quotidianæ.*
19 *Condemnationes & confiscationes veniunt appellatione fructuum iurisdictionis.*
20 *Fructus pecudum appellatione continetur fœtus, lac, caseus, lana, agni, hœdi, & vituli.*
21 *Collatio, electio, & præsentatio beneficiorum veniunt fructuum appellatione.*
22 *Fructus dicuntur deductis expensis.*
23 *Fructuum, reddituum, & prouentuum appellatione non veniunt Regalia.*

24 *Fructus appellatione nec res ipsa, nec pretium continetur.*

Fructus.

APPELL. CIII.

1 FRVCTVVM appellatione venit quod nascitur & renascitur, *glos. & Abb. in cap. salubriter, de vsurie, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. F, concl. 484. num. 3.* Quod enim semel recolligitur, & non renascitur non dicitur in fructu, *l. diuortio §. si fundum, ff. soluto matrim. Bart. in l. quædam. §. nihil. ff. de edendo, Boër. decis. 224. num. 44. Ranchin. concl. 308. part. 2.*

2 FRVCTVVM appellatione venit glans, *l. 1. ff. de glande leg.* quia appellatione glandis venit omnis fructus, *l. qui venenum. §. glandis. ff. de verbor. signif. & facit, l. sylua. §. glans. ff. eod. tit. Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 484. n. 2.*

3 FRVCTVS appellatione venit palea, & fœnum, *l. vsufructuarius messem. ff. quibus mod. vsuf. amitt. l. fin. §. cùm apertissimi, C. de seruit. & aqua, not. in l. cùm manu fata. §. 1. ff. de contrab. empt. Roman. sing. 599. Speculat. tit. de decimis, num. 12. in fine*, vbi inducit ad quæstionem, an decima sit soluenda antequam granum separetur à palea, & tenet affirmatiuè, vbi est soluenda de fructibus decima, quia palea est in fructu, *Natt. cons. 31. num. vlt. Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 484. num. 8. Revuff. ad l. 31. vers. ad fructum. ff. de verbor. signif. pag. 192. Vincent. de Franch. decis. 103. num. 1. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 14. n. 9. & decis. 106. num. 10. & 11.*

4 FRVCTVS appellatione veniunt arundines, & sylua cædica, *l. qui fundum. §. cùm fundum. ff. de contrab. empt.* vbi si venditor exceperit omnem fructum, quod arundinem, & syluam cædicam tanquam in fructu excepisse videtur, *Abb. in cap. salubriter, in fine, de vsuris, Cardin. Tusch. d. lit. F, conclus. 484. n. 9. Bertazol. de clausulis instrum. glaus. 26. glos. 13. sub num. 11.*

FRVCTVVM appellatione ne dum fructus naturales in quorum productione & perceptione magis ipsa natura, quam hominis industria operatur, vt sunt fœnum, glandes castanæ, poma, ligna, & similia, verùm etiam industriales, qui potius ex hominis industria quam ex ipsa natura proueniunt, & percipiuntur, vt triticum, hordeum, fabæ, vinum, oleum, & alia huiusmodi, *l. fructus. ff. de vsuris, l. ex diuerso, & ibi glos. & Doct. ff. de rei vendicat. Adrian. Neguz. in sylua respons. quæst. 427. num. 3. cum seqq.*

5 FRVCTVVM appellatione veniunt pensiones domorum, *l. si is, qui, §. 1. & ibi Barr. ff. de pignorib.* vbi quod is qui habitauit domum dicitur fructus percepisse, *Papien. in libello rei vendicat. verbo cum fructibus, in fine, Petr. de Anchar. cons. 3. Non est dubium, in princ. vbi ex hoc appellat.* infert quod vsufructuarius omnium bonorum debet etiam habere pensiones, *Castren. cons. 114. in princ. lib. 2.* vbi quod veniunt etiam pensiones, quæ percipiuntur mediante conductore, seu colono, *Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 484. num. 6. & num. 17. cum seqq.* Limita in materia stricta in qua appellatione fructuum non veniunt pensiones, *Ias. in l. diuortio in 3. notab ff soluto matrim. Natt. consil. 141. n. 3. Card. Tusch. d. concl. 484. n. 7.*

6 FRVCTVVM appellatione non veniunt laudemiam in locatione, *Vincent. de Franch. decis. 172. num. 11.* Verùm fructuum appellatione huiusmodi contineri, sicuti alia emolumenta ex iurisdictionis exercitio prouenientia, tradunt *Pereg. de fideicom. art. 10. num. 6. & 7. Adrian. Neguz. in sylua respons. q. 427. num. 10. & 11.*

FRVCTVVM appellatione veniunt aues, & 7
feræ solutæ capi in fundo, si nullus alius fructus solet ex tali fundo percipi, *l. item si fundo. §. aucupari, ff. de vsufructu, Bart. in l. cùm plures, ff. locati, Cardin. Tusch. d. lit. F, conclus. 484. n. 10.*

FRVCTVS appellatione venit saccarum, *Pute.* 8
decis. 80. lib. 1. in correctis, Rot. in Mediolanen. decimarum, 8. Februarij 1610. coram Cardin. Marquemont. impressa per Farinac. decis. 223. p. 1. recent.

FRVCTVVM appellatione veniunt appendi- 9
ciæ extraordinariæ, prout par capponum, seruitia, operæ, oua, plaustrum lignorum, & similia, quæ pro auantagiis prædiorum solent præstari, *Ias. in l. diuortio. §. quod in anno, col. 1. vers. vltimo pondera, ff. soluto matrim. Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 484. n. 11.*

FRVCTVVM appellatione veniunt etiam non 10
maturi, *l. si constante, §. fin. ff. de vsufructu, l. pen. ff. de vsufructu legat. l. ex sylua*, vbi *glos. ff. de vsufruct. Card. Tusch. d. lit. F, concl. 484. n. 12.*

FRVCTVVM appellatione non continentur 11
ea, quæ cohærent personæ, *arg. l. si verò. §. item quicquid. ff. soluto matrim. consuluit Oldrad. cons. 129.* quod in locatione fructuum Archidiaconatus non continentur ea, quæ solent præstari ipsi Archidiacono, quæ eius personam respiciunt, loquens de eo, quod præstari solet in cœundo aduentu Archidiaconi, quod tanquam personale non venit appellatione fructuum, *Par. de Puteo, in tract. de feud. reintegr. rub. an fact. conces. feud. incip. Et quia, num. 3. fol. 53. Boër. decis. 19. num. 16.* Conuenit quod traditur de adiutoriis quæ præstantur Baroni à vassallis in casibus contentis in *Constit. Quamplurimum*, de quibus per *Capi. in sua vest. rub. feud. adiutoria, vers. per barones, fol. 25. & Capibl. de auct. baron. prag. 1. num. 56.* quæ ex quo personæ domini cohærent vt testatur *Vincent. de Franch. decis. 76. n. 6.* dicuntur extra rem & fructuum appellatione non continentur, vnde ad eum non pertinent ad quem spectant redditus fundi, & ideo vsufructuario, vel creditori, qui iure pignoris possidet fundum, non debentur, *Afflict. in d. const. Quamplurimum, Capi. decis. 184. Vincent. de Franch. decis. 172. n. 11, remissiuè Capibl. in d. pragm. 1. num. 55.*

FRVCTVVM appellatione non continentur 12
distributiones quotidianæ, quia licèt dentur beneficiato propter beneficium fructus tamen non sunt, *d. cap. vnic. de cleric. non resid. lib. 6.* vbi *Prob. ad Monach. num. 53. Cassad. decis. 6. num. 6. de prabend. Oldrad. cons. 118. Gemin. cons. 85. num. 23. Cou. lib. 3. vari. cap. 13. num. 1. Gambar. in tract. de potest. legati lib. 6. tit. de pensionib. n. 18. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. q. 2. num. 30. Gutier. cons. 8. n. 2. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. q. 74. art. 4. in initio, Card. Tusch. practic. conclus. lit. D, conclus. 511. num. 28. & tom. 4. lit. F, concl. 508. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 892. & 1451. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 2.* latè *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 154. cum seqq. Monet. de distribut quotid. p. 1. q. 6. per totam, Rot. decis. 230. n. 1. p. 1. diuers.*

Vnde in condemnatione fructuum perceptorum 13
non veniunt regulariter distributiones quotidianæ, nec ad illas se extendit condemnatio, quia tales distributiones non sunt de corpore beneficij, sed dantur ratione seruitij personalis, laboris, & mercedis, *Lancellot. de attent. p. 3. cap. fin. à num. 31. Pute. decis. 233. lib. 1. Gonzal. d. §. 7. proœm. num. 155. Monet. d. q. 6. n. 10. Aloys. Ricc. d. collect. 1451. vers. Hinc infertur.*

Sic

14 Sic etiam in amissione fructuum, donec prouisi de beneficiis iuramentum fidei per se præstiterint, iuxta formam *Concilij Trid. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. prouisi etiam*, non venire distributiones quotidianas, resoluunt *Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 2. q. 3. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1451. vers. infertur sexto; Galet. in Margarita casuum Conscient. verbo profiteri 2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 1066. num. 22. Nicol. Garc. de benefic. p. 3. cap. 3. n. 60. Gonzal. d. §. 7. procem. num. 169. & seq. Anton. Ricc. de iure personarum, lib. 1. cap. 13. num. 54.* vbi *num. 55.* limitat quando Canonicatus, seu beneficium non habuerit aliquos fructus, sed emolumenta omnia consisterent in distributionibus quotidianis, quia tunc vt pœna adiecta per Concil. dicto loco possit in aliquo verificari, debet intelligi de distributionibus, plures refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 60. n. 30.*

15 Sic etiam indultum concessum ad lucrandum fructus in absentia, non comprehendit distributiones, *glos. verbo adfuerint, in d. cap. vnic. de cleric. non resid. in 6. Cou. d. cap. 13. num. 2. vers. sed quamuis Princeps, Monet. d. q. 6. num. 10. Gonzal. d. §. 7. procem. n. 175.* vbi *num. 176.* ampliat licèt indultum esset ad percipiendas etiam distributiones quotidianas, quia tunc priuilegiatus illius vigore haberet tantum illas, quæ sunt in pecunia, non autem panem, & vinum, & alia similia.

16 Limita primò quando præbendæ sunt distinctæ in Ecclesia, & bona possidentur in communi, & postea singulariter certo anni tempore distribuuntur, qui redditus propriè dicuntur fructus grossi, qui succedunt loco præbendæ, *glos. fin. vers. plus dico, in d. cap. vnic.* vbi *Prob. ad Monach. num. 60. Ioan. de Anan. cons. 87. num. 5. in addit. vers. ex his etiam*, quare hanc limitationem firmauit *Rot. in Motulen. congrua 26. Aprilis 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, impressa per Farin. decis. 449. n. 1. p. 2. recent.*

17 Limita secundò quando beneficium non consisteret in aliis fructibus nisi in distributionibus, quia tunc huiusmodi distributiones venirent appellatione fructuum, *Caputaq. decis. 29. n. 4. & 5. p. 2. Gonzal. d. §. 7. procem. à num. 157. Monet. d. quæst. 6. num. 16. Ricciul. de iure personarum lib. 1. cap. 13. n. 55.*

18 Limita tertiò quando quis esset condemnatus in fructibus perceptis, & qui percipi potuissent, quia tunc pariter venirent distributiones quotidianæ nulla requisita præuia protestatione, *Pontan. de spol. lib. 4. sub num. 21. post princip. vers. ac pariter venirent, Gonzal. d. §. 7. procem. num. 160. Monet. d. q. 6. n. 17.* vbi tradunt Rotam id facere certis casibus per eos enumeratis.

19 Fructvvm iurisdictionis appellatione veniunt condemnationes & confiscationes, quæ dicuntur pendere donec fit facta exactio, *Bald. cons. 307.* Punctus quæstionis, *lib. 4.* quem refert *Cardin. Tusch. d. lit. F, concl. 484. num. 13.* vbi *num. 14.* post *Castren. cons. 418. col. 2. in princip. vers. tertio, lib. 1.* ait quod imò quando adsunt verba fructus curiæ intelliguntur necessariò de iurisdictionalibus, quia Curiæ verbum hoc necessariò infert, & idem *Card. Tusch. ibid. num. 15.* post *Cuman. cons. 162.* Visa copia, subdit fructuum iurisdictionis appellatione veniunt salinæ, pedagia, & alia similia.

20 Fructvs pecudum appellatione continetur fœtus, lac, lana, agni, hœdi, & vituli, *l. in pecudum. ff. de vsuris, l. bonæ fidei. §. fin. ff. de acquir. rerum domin. l. vetus. §. fœtus ff. de vsufructu, Monet. de decimis. cap. 4. q. 1. num. 15.* & quòd lac inter fructus connumeretur, probat *Menoch. de arbitr. casu 210. num. 26.* & ideò appellatione fructuum venit caseus cùm sit lac coactum, sicut tradit *Menoch. consil. 189. num. 30.*

Fructvvm appellatione venit collatio, electio, & præsentatio beneficiorum, quia dicuntur ex fructibus Ordinarij collatoris, ita *glos. verbo Capitulo, vers. sed collatio beneficiorum inter bona Episcopalia, & fructus computantur, in cap. cùm olim, de maiorit. & obed. Miles in repet. verbo beneficiorum collatio, n. 14. Selu. de benefic. p. 3. q. 40. num. 4. Rebuff. in tract. nominat. q. 14. num. 76. Rot. decis. 7. num. 1. de iurepatron.* in nouis, *& decis. 14. ante fin. eod. tit. in antiq. & decis. 166. num. 5. p. 1. diuers. Decian. resp. 6. num. 15. vol. 2. Menoch. cons. 83. num. 2. & cons. 190. num. 10. Perez. l. 10. glos. 3. pag. 889. col. 1. vers. quibus, tit. vlt. lib. 4. Ordin. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verbo Iuspatronatus. §. 2. pag. 186. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 45. §. 2. num. 8. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 5. num. 241. vers. proposita,* Et ideò sicut possessor bonæ fidei facit fructus suos, & pertinent ad illum, *§. si quis à non domino, Instit. de rerum diuis. cap. grauis, de restit. spoliat.* ita isti fructus iuris conferendi, eligendi, seu præsentandi pertinent ad bonæ fidei possessorem, & non ad dominum, *Ludou. Gom. in reg. de trienn. q. 57. n. 19.* quem refert *Gonzal. d. §. 2. n. 9.* 21

Fructvvm appellatione intelliguntur fructus deductis expensis, *l. fructus, l. dispositio. § fin. ff. soluto matrimon. l. 26. tit. 11. part. 4. Cou. lib. 1. vari. cap. 3. num. 3. Tiraq. de retractu lig. §. 15 glos. 1. in princ. Paris. cons. 96. num. 25. lib. 2. Maxi. in tract. tassæ pœnis, concl. 2. à n. 88. Menoch. remed. 15. recuper. n. 574. & cons. 94. num. 25. Surd. de aliment. tit. 9. q. 12. n. 15. & q. 41. num. 24. & decis. 282. num. 31. Ceuall. commun. contra communes, q. 897. num. 516. tom. 4. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 136. à num. 1. Garc. Gironda de priuilegiorum seu exempt. explicat. num. 1210 & 1211. Card. Tusch. d. tom. 4. lit. F, concl. 484. num. 25. cum seqq. Cardos. in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo fructus, num. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. procem. num. 163. Flamin. Paris. de resident. q. 35. n. 33.* 22

Fructvvm, reditum, & prouentum appellatione non veniunt Regalia in concessione, nisi quando Princeps alia bona non habebat in loco concesso, vel quando concessit fructus, reditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quocunque nomine nuncupentur, ita *Cuman. cons. 162. vers. & vt omnis, & vers. hæc autem concessio*, prout eum refert *Cardin. Tusch. practic. concluss. tom. 6. lit. P, concl. 82. n. 27. & 29.* 23

Fructvs appellatione nec res ipsa, nec pretium continetur, *Polyd. Ripia obseru. 72. n. 3. Mari. Giurba decis. 72. num. 8. p. 1.* Venit tamen interesse lucri cessantis, *Menoch. cons. 1181. n. 12.* 24

Fructvvm iurium, & actionum appellatione continentur laudemia, quæ pro rebus censualibus, emphyteuticis, & feudalibus alienatis præstantur, *Ias. in l. vlt. num. 45. C. de iure emphyt. Guid. Papæ in quæst. 47. Franc. Salsona in tract. Laudemiorum cellula, 2. n. 14.* quos refert, & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 142. n. 22.* 25

Fruges.

Appell. CIV.

Frvgvm appellatione continetur omne illud, quod est ad victum humanum, vt colligitur ex *l. frugem* 1

l. frugem 77. in fine, ff. de verbor. signif. vbi quòd lupini, & fabæ dicuntur fruges, & ibi plenè *Rebuff.* agit de multiplici huius appellatiui significatione, quod scilicet importet fructus substantiam, & rem fructiferam, refert *Cardin. Tusc. practic. conclus. tom. 8. lit. T, concl. 392. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Frumenti appellatione, si in genere sumatur, continetur far, hordeum, & similia, quæ aristam habent.*
2 *Frumentum in specie distat ab aliis speciebus, secundùm communem loquendi vsum.*
3 *Frumentum vbi prohibetur extrahi, venit tantummodo triticum.*
4 *Farina non continetur appellatione frumenti in legato de eo facto.*
5 *Frumenti debitor non potest creditori præstare farinam.*
6 *Frumentum vbi prohibetur extrahi, prohibetur quoque farina.*
7 *Panis non continetur appellatione frumenti.*
8 *Frumenti appellatione, vbi quis illud promittit, venit quod promittens colligit ex suo fundo si illum habeat.*
9 *Frumenti appellatione vbi legatur non venit quod testator venale habebat.*
10 *Frumento legato continetur venale quando testator nullum aliud frumentum domi habebat quam illud venale.*
11 *Frumento legato quod est in ciuitate debetur existens in suburbiis, si testator in ciuitate nullum habebat.*
12 *Frumento legato, quod domi quocunque modo quis habet, venit venale.*

Frumentum.

APPELL. CV.

1 FRVMENTI appellatione, si in genere sumatur, continentur far, hordeum, spelta, auena, siligo, & similia, quæ aristam habent, *l. frugem 77. ff. de verb. significat. Forcatul. in penu Iuris, cap. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 151. num. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. G, concl. 49. num. 2. & tom. 8. lit. T, concl. 392. num. 2.* nisi quando frumentum, & hordeum nominarentur, quia cùm expressum faciat cessare tacitum; tunc frumenti nomine non venit hordeum, *l. modios, C. de suscept. præp. & arc. lib. 10. Rebuff. ad d. l. frugem, vers. limitatur quando.*

2 In specie autem frumentum (sicut communis ipse loquendi vsus accipit) distat ab aliis, & solùm ipsum continetur, non autem hordeum, nec alia, quæ aristam continent, ita *Forcat. d. cap. 6. Menoch.*
3 *d. præs. 151. num. 4.* Et ideò vbi prohibetur frumentum extrahi, venit tantummodo triticum, vt scribunt *Auendan. de exequendis mandat. p. 2. cap. 19. n. 35. in fine, Mexi. in tract. tassæ panis, concl. 1. num. 6. Auiles ad cap. 17. Prætorum, verbo* à razonables, *n. 6. vers. & ideo*, quos refert, & sequitur *Collantes sup. pragm. in fauorem rei frument. lib. 1. cap. 10. num. 3.*

4 FRVMENTI appellatione non continetur farina in legato facto de frumento, vt resoluunt *Menoch. d. præs. 151. num. 9. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 184. num. 5.* Vnde euenit vt frumenti debitor 5 non possit creditori præstare farinam, sicut docent *Bald. in l. 1. n. 6. C. de fructib. & lit. expensis, Surd. decis. 139. n. 3.*

In prohibitione autem extractionis frumenti 6 cùm non sonus verborum, sed effectus, & mens attendatur, ne annona carior efficiatur, & subditi fame pereant, continetur farina; ita vnanimiter scriptum reliquere *Rip. rel. 4. num. 14. de constitut. & in tract. de peste, tit. de remediis ad conseruandam vbertatem, num. 43. Clar. §. fin. q. 82. stat. 7. vers. præterea quæro, Marant. de ordine iudic. p. 2. princip. in princ. num. 29. Ranchin. concl. 224. p. 1. Strach. in tract. de mercat. p. 2. num. 29. Bonacos. commun. crimin. p. 1. verbo statutum fol. 156. verso, & tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 17. num. 220. pag. 229. & nn. 269. pag. 236. Bobadil. in sua politica, lib. 4. cap. 5. num. 23. Menoch. d. lib. 4. præs. 151. num. 5. & cons. 1061. num. 39. Azeued. l. 25. n. 11. tit. 18. lib. 6. nouæ Recopil. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 33. num. 12. Surd. decis. 139. num. 6.*

FRVMENTI appellatione non continetur pa- 7 nis, *Petr. Pechius de testamentis coniugum, lib. 5. cap. 13. n. 1. in fine, Menoch. d. præs. 151. n. 9.*

FRVMENTI appellatione vbi quis illud pro- 8 mittit, venit quod promittens colligit ex suo fundo si illum habeat, *Surd. cons. 319. num. 13. & cons. 309. num. 8.*

FRVMENTI appellatione, vbi legatur, non 9 venit quod testator venale habebat, ita *Petr. Pechi. d. cap. 13. num. 1. Menoch. d. præs. 151. num. 10.* Secus 10 autem quando testator nullum aliud frumentum domi habebat, quam illud venale, quia hoc casu legato frumento continetur venale, *glos. in l. generali. §. vxori, ff. de vsufructu leg. Cou. lib. 2. vari. cap. 5. n. 3. vers. primo siquidem, Menoch. d. lib. 4. præs. 137. num. 9.* Vnde legato frumento, quòd est in ciuitate deberi 11 existens in suburbio, si testator in ciuitate nullum habebat, tenent *Felin. in cap. Rodulphus, n. 4. de rescriptis, Menoch. d. lib. 4. præs. 126. n. 8.*

Similiter videntur venire in legato venalia vbi 12 testator his verbis, aut similibus mentem propriam explicauerit, *lego vxori meæ frumentum, quod domi quocunque modo habeo*, ita *Cou. d. lib. 2. vari. cap. 5. n. 3. vers. secundo*, subdens quòd non sufficit testatorem dixisse, *lego vxori omne frumentum, quòd domi habeo*, nisi addidisset, *quòd domi quocunque modo habeo*, plures refert *Menoch. d. lib. 4. præs. 137. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Pascua & aliæ terræ separatæ, quæ sunt deputatæ ad vsum fundi, veniunt appellatione fundi.*
2 *Fundo vendito, veniunt omnia quæ sunt in illo.*
3 *Foueæ, fossata, & aggeres veniunt vendito fundo.*
4 *Riuus, seu canale, vel aquæductus venit fundo vendito.*
5 *Sterchilinium, seu fimus quando veniat fundo vendito.*
6 *Fructus extantes veniunt fundo vendito.*
7 *Columbi, cuniculi, & alia animalia perpetuò mansura veniunt fundo vendito.*

8 *Arbores*

8 *Arbores incisæ, seu deiectæ quando veniant fundo vendito, ostenditur.*
9 *Vasa vinalia, dolia, & torcularia non veniunt fundo vendito.*
10 *Fundo vendito cum suis finibus venit etiam domus intra dictos fines constructa.*
11 *Fundi instructi appellatione veniunt omnia parata, & destinata perpetuò ad vsum fundi.*
12 *Vinea non venit fundi appellatione.*

Fundus.

APPELL. CVI.

1 FVNDI appellatione, cùm sit nomen vniuersale, *l. cùm fundus. ff. de legat.* 2. veniunt pascua & aliæ terræ seperatæ, quæ sunt deputatæ ad vsum fundi, *l. Seiæ. §. tyrannæ. ff. de fundo instructo, Rebuff. ad l.* 31 *ff. de verb.signif. pag.*192. *Bertazol.de clausulis instrum. claus.*20. *glos.*2. *num.*4. *Menoch. cons.*140. *n.*23. & nemora, idem *Menoch. cons.*13. *n.*10. *Surd. decis.* 241. *num.*11. *claus.*20. *glos.*2. *num.*4. & ita totus fundus, *l. si quis cum totum*, vbi *Socin. num.*2. *ff. de except. rei iudic.* ac proinde omnia, quæ sunt in fundo, *l. fundus, l. quæstio*, vbi *Rebuff. ff. de verb. signific. Menoch. cons.*478. *num.*76. *& de præsumption. lib.*4. *præs.* 153. *à num.*2. *Stephan.Gratian. discept. forens. cap.*126. *num.* 19. vbi quod venit pratum quando esset coniunctum fundo, & vno nomine vocaretur, aliàs secus, *Cæs. Barz.Bononien. decis.*5. *num.*38. vbi quòd totus fundus continetur, *Iacob. de Collantes super pragm. in fauorem rei frument. lib.*3. *cap.*11. *num.*4. *vers. & si quid.*

2 FVNDO vendito veniunt omnia, quæ sunt in vsu fundi, *l. Iulianus* 66. *ff. de legat.* 3. *D. Barbos. in l. diuortio. §. si vir, num.*22. *ff. soluto matrim. Bertazol. de clausul. instrum. clausul.*20. *glos.*11. *n.*1. vbi subdit ad tollendas omnes dubitationes optimam esse cautelam describere omnia superexistentia in re vendita, & omnes eius qualitates. *Surd. cons.*207. *n.*3.

3 FVNDO vendito veniunt foueæ, & fossata, & aggeres, vt per *Bart. in tract. de alluuione. §. flumen. num.*5. *vers. sed quid si reperiuntur, Capol. in tract. de seruitut. rustic. præd. cap.*38. *de torrente col.*2. *Bertazol. d. claus.*20. *glos.*27. *num.*2. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*16. *n.*18.

4 FVNDO vendito venit riuus, seu canale, vel aquæductus, qui appellatur formula, seu incile, *Capol. vbi sup. cap. de aquæductu, col.*13. *Curt. Sen. cons.* 33. *col.*2. *& 3. Ruin. cons.*96. *vol.*4. *Bertazol. d. claus.* 20. *glos.*27. *n.*4.

5 FVNDO vendito venit sterquilinium, seu fimus, siue lætamen, si comparatum sit stercorandi agri causa, secus si vendendi, ita per *l. fundi. §. fundo vendito. & §. in sterquilinio. ff. de actionib. empti*, resoluunt *Capol. de seruitutib. vrban. præd. cap.* 78. *de sterquilinio, in fine, Bertazol. claus.*26. *glos.*13. *num.*6. vbi quod veniunt etiam stramenta.

6 FVNDO vendito veniunt fructus extantes, siue maturi sint, siue non, quia sunt pars rei, *l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de action. empti, l. fructus, C. eod. tit. Tiraq. de retractu lig. §.* 1. *glos.* 7. *num.* 37. *Roland. à Valle cons.*27. *num.*15. *lib.*2. *Ranchin. concl.* 309. *p.*2. *Bertazol. d. claus.*26. *glos.*13. *num.*7. *Surd. decis.* 251. *num.*3. vbi *decis.* 294. *num.*3. ait quod fundo legato, veniunt fructus.

7 FVNDO vendito veniunt columbi, & alia animalia perpetuò mansura, vt cuniculi, *Tiraq. d. glos.*7. *num.*116. *Bertazol. d. glos.*13. *num.*14. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*16. *num.*5. Et veniunt arbores, quæ sunt in fundo, *l. quintus. ff. de action. empti, Stephan. Grat. discept. forens. c.*164. *à n.* 1. *Cardos. in praxi Iudicum & Aduocat. verbo fundus, n.*5.

8 FVNDO vendito non veniunt arbores incisæ, vel deiectæ, etiam post inspectionem rei factam per emere volentem, maximè venditore ignorante, *l. si post inspectum. ff. de periculo, & commodo res vend. l. in vendendo. §. fin. ff. de contrab. empt. l. fundi. §. si ruta & cæsa. ff. de action. empti, Bertazol. claus.*20. *glos.*6. *num.* 4. *& claus.* 26. *glos.*13. *num.* 11. Non veniunt blada, seu segetes incisæ, vel alia à solo separata, idem *Bertazol. d. glos.*13. *num.*10. Nec veniunt vasa 9 vinaria, dolia, & torcularia, etiamsi ædificio cohæreant, cùm magis ad instrumentum fundi pertineant, *d. l. fundi, Cald. Pereira de empt. c.* 22. *n.*17. *Bertazol. d. glos.*13. *num.*12. vbi per *l. dolia. ff. de contra. empt.* intelligit nisi sint defossa, seu plantata, vel sepulta. Nec veniunt boues, asini, pecudes, pulli, vel alia animalia existentia in fundo vendito, *l. funes. vers. pisces*, cum *l. seq. ff. de action. empti, Bertazol. ead. glos.* 13. *num.* 13. vbi distinguit an animalia sint ibi perpetuò mansura, vel ad tempus, & *num.*15. an & quando veniant, & comprehensi intelligantur pisces, & *num.* 16. quod non veniunt vinum, & alij fructus percepti, & *num.*17. quòd non veniunt ligna, quæ erant ad fundum parata, & *num.* 56. quòd non veniunt instrumenta emptionalia ipsius venditoris, & similia.

FVNDO vendito cum suis finibus, venit etiam 10 domus intra dictos fines constructa, *l. fundi. ff. quibus modis vsufr. amitt.* & ædificium solo cedit, *l. cùm in suo, Instit. de rerum diuis. Bertazol. d. claus.*26. *glos.* 2. *num.*4. *& ibid. glos.*7. *num.*2. agit fundo vendito cum omnibus, & singulis quæ habet in se, super, suprà, intrà, seu infrà se integrè, nunquid veniant adiacentia, mobilia, & alia quæ veniunt ad instructionem prædij, & *num.*3. quod fundo vendito, integro statu, comprehenduntur etiam instrumenta tam fundi, quàm patrisfamilias, quibus vtebatur in fundo. Et quòd fundo vendito cum omnibus pertinentiis, ingressibus, & egressibus contineatur viæ seruitus, resoluit *Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.*22. *num.*12. Et quod fundo vendito cum omnibus iuribus non intelligitur vendita iurisdictio, resoluit *Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*16. *num.*29. *& n.*32. subdit quod vendito fundo in quo pedagium vendi consueuit, illud in venditione non continetur.

FVNDI instructi appellatione veniunt omnia 11 parata, & destinata perpetuò ad vsum fundi, vt per *Ale x. cons.* 68. *lib.*6. *Abb. cons.*88. *Casus in facto, lib.*2. *Card. Tusch. d. tom.*4. *lit. F, conclus.*534. *à princ.* latè *Menoch. de præsumpt. lib.*4. *præs.* 153. *per tot.* Et quòd fundus non censetur venditus instructus in dubio, nisi expresè dictum sit, vel per verba id importantia, resoluit *Bertazol. claus.*26. *glos.*7. *n.*10.

FVNDI appellatione non venit vinea, *Ias. in l. si* 12 *quis legauerit. n.*3. *ff. de legat.*3. *Iacob. de Collantes super pragm. in fauorem rei frumentariæ, lib.*1. *cap.*4. *in fine.*

Funus, Funeralia.

APPELL. CVII.

FVNERIS sumptus appellatione, venit omne 1 quod ante humatum corpus expenditur, & ad id necessarium est, *l. funeris sumptus. ff. de relig. & sumpt. funer. l.*12. *tit.*13. *part.*2. *Azened. l.* 13. *à n.*9. *tit.*6. *lib.*5. *noua Recopil. Garc. Gironn. de primileg. seu*

exemptionum explicat. num.417. Ioan. Garc. de expensis, cap.8. num. 1. cum seqq. Gam. Lusit. decis. 308. per totam, Mastril. Siciliæ decis. 203. etiam per totam. latè & eleganter *Iulius Lauor. in suo nouissimo tract. vari. elucubrat. tom.1. tit.2. cap.16. per totum.*

2 FVNERALIVM appellatione veniunt omnia, quæ cum funere deferuntur, *glos. verbo funeralibus, in Clem. dudum, de sepultur.* vbi *Zabarel. vers. verum, num.4. Corn. cons.496. lit.A, Stephan. Gratian. discept. forens. cap.94. num.17. Tamburin. de iure Abbatum disp.15. q.17. num.3. Lauor. d. tit.2. cap.17. num.19.* vbi *num.20.* subdit quod funeralia hodie intelliguntur candelæ, quæ circa cadauer accenduntur, maceries omnis, quæ supra castrum doloris & corpus construitur, pannus siue laneus, siue sericus, siue auro contextus, quo feretrum tegitur, & omnia, quæ cum funere computantur, & pro illo in Ecclesia per hæredes præparantur, siue aliàs efferuntur, subiicítque, *num.23.* se vidisse Romæ practicari quod hæredes, seu qui curam gerunt funeralium, paciscuntur cum Curato ne pannum, & reliqua alia pretiosa, quæ solent offerri, ille accipere possit, oblata ei in compensationem aliqua pecuniæ quantitate.

3 Amplia vt non solum funeralium appellatione veniant omnia quæ cum funere deferuntur, sed etiam omnia quæ obueniunt Ecclesiæ ratione funeris, siue antequam corpus sit in terra conditum, siue post, & vsque ad trigesimum diem, &, quandiu fit memoria de funere, sicuti docent *Zabarel. in d. Clem. dudum, §. verum, vers. tertio quæro, optimè Calderin. cons. 4. de sepultur. Lauor. d. tit. 2. cap. 3. n.191. cum seqq. Azor. instit. moral. p.2. lib.9. cap.14. q.13. vers. funeralia.*

SVMMARIVM.

1 *Descendentes veniunt generationis appellatione.*

2 *Descendentes ex linea masculina tantùm, & non fœminina veniunt ex proprio significatu generationis appellatione, sed contrarium verius, vt num.3.*

4 *Fœmina non comprehenditur generationis masculinæ appellatione.*

5 *Agnati veniunt generationis appellatione.*

6 *Generis appellatione secundùm propriam significationem paternum & maternum continetur, nisi materia subiecta repugnet.*

Generatio.

APPELL. CVIII.

1 GENERATIONIS, seu generis appellatione veniunt descendentes, *l. liberorum. ff. de verbor. significat. Dec. in l.2. num.72. ff. de regulis Iuris, Corn. cons.219. num.9. & 10. lib.2. & cons.213. num.3. lib.4. Cephal. cons.606. num.17. Rebuff. in l. tigni. 62. ff. de verb. signif. pag. mihi 316. Menoch. cons.957. n.4. Fusar. de substitut. q.329. num.1.*

2 GENERATIONIS appellatione comprehenduntur solùm descendentes ex linea masculina, non fœminina, & ideo non possunt dici de generatione aui materni nepos ex fœmina, & ab ea descendentes, cùm filius dicatur de generatione proprij parentis, nòn autem aui materni: quod videtur probare *tex. in l.1. §. vlt. ff. de iure immun.* vbi priuilegium immunitatis concessum generationi alicuius non competit ad eos, qui ex fœminis nati sunt, & ex *cap. vbicunque de pœnis, lib.6.* vbi pœna imposita contra aliquem & eius tertiam, vel quartam generationem non afficit descendentes ex fœmina, & ideò sic resoluunt *Bald. cons.40. Quidam, col.2. lib.3. Fulgos. cons.132. in fine, Barbat. cons.57. col.11. lib.2. Anchar. cons.359. Nos Petrus, in princip. Castren. cons.300. Viso quodam, col.2. lib.2. Paris. cons.93. n.34. lib.2. Capr. cons.18. num.10. in fine, Bertrand. cons.30. num.3. lib.4. Hieron. Gig. in tract. de crimine læsæ maiest. lib.3. q.17. num.14. & 15. Laurent. Palat. in tract. quod stant. masc. fœminæ non succedant, n.151. Curt. Iun. in tract. feud. 1.p.2. art. princ. num.26. Ioan. Marin. in comment. feudor. tit.11. de feud. fœmin. num.44. Prett. de interpret. vltim. volunt. fol.290. n.34. Menoch. cons.326. num.87. cum seqq. & cons.172. à num.24. & cons.774. num.3.4. & 5. & cons.400. num.12. & 51. & cons.1029. num.30. & cons.1036. num.14. Surd. de aliment. tit.1. q.16. num.3. Stephan. Gratian. discept. forens. tom.1. cap.157. n.14.*

Contrariam verò sententiam, imò generationis, 3
seu generis nomen aptum esse ex proprio significatu comprehendere etiam fœminas, & descendentes ab eis, per *cap. statutum, il 2. in princ. de hæret. lib.6. & cap.1. de schismat. lib.6.* tenent *Corn. cons.51. num.4. & cons.190. num.2. & 3. lib.3. & cons.219. n.6. lib.2. & cons.233. num.3. & 4. lib.4. Dec. cons.233. col.2. vers. sed tamen, & cons.495. num.5. Paris. cons.47. num.58. lib.3. Alex. cons. Super eo, in fine, lib.1. Ioan. de Imola cons.62. Post exhibitum consilium, Curt. Iun. cons.321. num.4. Fulgos. cons.131. in fine, Tiraq. de retractu lig. §.1. glos.9. num.241. Socin. Sen. cons.25. num.1. lib.1. Cranet. cons.180. num.1. Alciat. resp.8. num.27. vers. tertio, lib.8. Gozad. cons.20. n.8. Rebuff. ad l.1. ff. de verb. signif. sub vers. decimo tertio pag.8. Clar. in §. emphyteutis, q.36. Corbul. in tract. de caus. ex quibus emphyt. priu. tit. de causis priuat. ob lin. finit. num.39. Craff. in §. fideicommissum, q.15. num.5. Boër. decis.241. num.6. Burg. de Pace in proœm. ad leges Tauri, n.117. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.12. num.19.* & latè *de tacitis & ambig. conuent. lib.22. tit.5. n.5. cum seqq. Surd. consil.140. num.20. Aloys. Ricc. in praxi fori eccles. ref.112. n.5. Menoch. de præsumpt. lib.4. præs.88. num.8. & præs.84. num.26. & cons.1127. num.9. & 10. Peregr. de fideicom. art.22. num.28. Intrigl. de substitut. cent.3. q.83. n.7. Fusar. in simili tract. q.329. num.2. Cald. Pereira de potest. eligendi, cap.15. n.27. & 28. Card. Tusch. pract. conclus. tom.4. lit.G, conclus.38. à num.1. & concl.39. à princip.* quæ opinio ex eo colligitur quod Christus dicitur de generatione Dauid, & sic capitur generatio à fœminis, quæ fuerunt de stirpe Dauid, vt in sacro Euangelio, tum quia nomen generationis est nomen naturæ, ergo debet constitui differentia inter masculos, & fœminas, *arg. l. quique. §. parentes. ff. de in ius voc.* Iura verò pro prima opinione in contrarium adducta loquuntur tantum in suis casibus priuilegiorum, & pœnarum, & quod nuncupatim vbi agitur de pœna, seu priuilegio immunitatis, appellatione generationis non veniant fœminæ, tradunt *Imol. d. cons.62. num.5. Apostil. ad Alex. d. cons.61. in verbo generationis lib.1. Cardin. Tusch. d. lit.G, concl.38. à num.8.* vbi *num.9.* subdit quod etiam appellatione generationis non veniunt fœminæ vbi ageretur de dignitatibus, & honoribus. Et ideò optimè respondet *Card. Mantic. d. lib.22.*

lib.22. tit.15. n.10. tex. in d. cap. vbicunque de pœnis, loqui, quando innocentes puniuntur propter nocentes, quia tunc generaliter restringitur ad masculos descendentes per masculum, hinc referens *num.14.* quòd si alicui emphyteusis sit concessa vsque ad tertiam generationem, nulla dubitatio est quin etiam fœminæ & masculi descendentes ab eis comprehendantur.

4 GENERATIONIS masculinæ appellatione certum est fœminam non comprehendi, vt scribunt *Anch. cons.359. Corn. cons.190. col.2. lib.3. Bero. cons. 116. num.9. lib.2. Paris. cons.22.num.26. lib.3. Prettis de interpretat. vltim. volunt. fol. 293. num. 67. in fine*, quos refert & sequitur *Fusar. d. quæst. 329. num. 5.* quibus addo *Cardin. Tusch. d. lit.G, concl. 39. n.9.*

5 GENERATIONIS appellatione veniunt agnati, *l.1. in fine. ff. de probation.* vbi *glos. Bart. in fine, & Angel. in 2. notab. Alciat. in cap.nouit, n.22. de iudic. Cardin. Mantic. de coniect. vltimar. voluntat. lib.8. tit.12. num.19. Menoch. d. lib. 4. præs. 88. n.7. Fusar. d. quæst. 329. num.7.* Et solam agnationem comprehendi quando sumus in materia odiosa, tenent *Fulgos. cons. 131. in fine, Cardin. Tusch. d. lit. G, conclus. 39. num. 3.* quamuis relictum illis de generatione deberi etiam cognatis, & sic descendentibus ex fœminis consuluerit *Cravet. cons. 180. n. 1.* prout illum refert *Menoch. d.præs.88. n.8.*

6 GENERIS appellatione secundùm propriam significationem paternum, & maternum continetur, *l. neque Dorotheum, C. de decurion. lib. 10. §. si quis igitur, in auth. de hæred. ab intest. ven. cap. venerabilis, de præbend. Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib.23. tit.17. num. 12.* nisi subiecta materia aliud postulauerit, vt in feudo concesso generi, quod ad paternum extenditur, *Curt. Iun. de feudis, 1. p. tertiæ p. princip. num.19. cum seqq. Roland. à Valle cons.84. num.17. vers. accedit lib.4. Card. Mantic. d. num.12.*

Granum.

APPELL. CIX.

1 GRANI appellatione venit frumentum, *glos. in l.2. §. grani*, & ibi *glos. verbo per iniuriam. ff. de administ. rerum ad Ciuit. pertinen. glos. fin. in l. frugem in fine, ff. de verb. significat. Cardin. Tusch. practic. conclusion. tom.4. lit. G, concl. 49. per totam*, vbi *n. 3. & 4.* post *Simon. de Prettis cons.82. num. 2. cum seqq.* subdit, quòd grani boni & nitidi appellatione venit frumentum cribratum, licèt sit tactum à tineis, quia verbum, *netto*, potest intelligi *netto, croé cribrato*, & potest intelligi de grano non maculato. Vnde granarium dicitur repositorium frumenti, vel alterius grani, de quo Iurisconsul. *in l. quæsitum. §. conseruandi. ff. de fundo instructo*, prout tradit *Rebuff. ad l. impensa 79. in vers. & horreum. ff. de verbor. significat. pag. mihi 370.*

Glans.

APPELL. CX.

1 GLANDIS appellatione omnes fructus continentur, *l. qui venenum 236. §. glandis appellatione, ff. de verb. significat.* vbi latè *Rebuff. pag. mihi 744. glos. verbo tertio in fine, in l. Iulianus. ff. ad exhibend. l. vnic. in fine. ff. de glande leg.* vbi *Bart. id. Bart. in l. qui seruandarum. §. si glandis. ff. de præscript. Capol. de seruitut. rustic. prædior. tit. de semin. plant. num. 5. Boër. decis. 451. num. 6.* vbi ait non solùm omnes fructus, sed etiam omnes arbores contineri sub hoc appellatiuo. *Rip. in tit. de test. & re iudic. resp. 2. aliàs 197. n.7.* vbi quod arborum glandiferarum appellatione continetur fructifera, id est, fructum faciens, non autem sterilis. Strictè verò, & secundùm communem loquendi vsum Hispaniæ & Franciæ, glandes accipiuntur pro fructu quercuum tantùm, vt obseruat *Rebuff. vbi suprà in vers. communis.*

Grex.

APPELL. CXI.

GREGIS appellatione in legatis continentur, quæ postea accedunt, & ad legatarium pertinebunt, *l. grege. ff. de legat. 1. §. si grex. vers. grege, Instit. eod.* Et in obligationibus continentur ea, quæ postea nata sunt, *l. grege. ff. de pignor.* Et veniunt quoque aliena capita, quæ sunt ex numero gregis, quia nomen gregis est vniuersale, *d. l. grege autem legato. ff. de legat. 2. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib.13. tit.23. num.29.* 1

GREGIS ouium appellatione in legatis veniunt agni, & arietes, *l. seruis legatis, in fine*, vbi *glos. ff. de legat. 3.* & dicuntur agni, qui minores sunt anno, *l. cùm quæreretur, in princip. ff. eod. l. legatis*, vbi *glos. verbo sumendum*, dicit hoc sumendum ex cuiusque loci consuetudine. 2

Quinque porci & decem oues faciunt gregem, *l. oues. ff. de abigeis*, grex namque strictè & propriè est de minutis, armentum de grandioribus animalibus, vt per *l. boues. ff. de verborum signif. & l.1. ff. de abigeis*, ibi, equos de armentis, vel oues, de gregibus, tradit *Rebuff. ad l. Neratius. vers. quinque. ff. de verbor. signif. pag.381.* & tetigit *glos. verbo gregibus in Clem.1. de decimis*, vbi subdit, *quòd grex largè sumitur*, pro maioribus, & minoribus, quæ gregantur. 3

SVMMARIVM.

1 *Habitationis domus appellatione continctur aditus domus.*
2 *Habitationis appellatione, quoties alicui debetur virtute legati alimentorum, continentur scamna, tabulæ, & vasa ad coquinam, ad mensam, & alia instrumenta ad vsum quotidianum parata.*
3 *Habitationis nomen in legato relictæ continet vt liberè legatarius ibi esse, & habitare possit, atque ita ire, & redire.*
4 *Testator quando dixerit*, relinquo vxori meæ habitationem cum filiis meis, *tunc præsumuntur illi relicta alimenta.*
5 *Famuli etiam stantes cum aliquo veniunt appellatione habitatorum.*
6 *Scholaris non venit appellatione habitatorum.*

Habitatio, Habitatores.

APPELL. CXII.

HABITATIONIS domus appellatione continetur aditus domus, vt per *Bart. cons.109. Factum tale est, lib.2.* vbi quòd si domus legatur pro habitatione congregationis, seu cõfraternitatis, & sub 1

conditione si congregatio seruit se de domo legata pro anditu ob alias domos, refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. H, concl. 8. num. 1.*

2 HABITATIONIS appellatione quoties alicui debetur virtute legati alimentorum, prout legitur in *l. legatis. ff. de aliment. & cib. leg.* continentur stamna, tabulæ, & vasa ad coquinam, ad mensam, & alia instrumenta ad vsum quotidianum parata, & necessaria, iuxta *l. Labeo. ff. de suppellect.* sine quibus nos viuere non posse experimento compro[illegible]ta *Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. lib. 4. interp. 1. dub. 11. num. 41.*

5 HABITATORVM appellatione veniunt etiam famuli stantes cum aliquo, ideo statutum loquens de habitatoribus illos comprehendit, ita *Bart. cons. 42. vol. 1.* quem refert *Bonacos. de famulis, q. 237.* faciunt quæ *Garc. Gironda de priuileg. seu excep. explicat. à n. 35.*

6 HABITATORVM appellatione non venit scholaris, quia habet animum recedendi, vt per *Roland. à Valle cons. 79. n. 44. vol. 3.*

3 HABITATIONIS nomen in legato relictæ continet, vt liberè legatarius ibi esse, & habitare possit, atque ita ire, & redire, *Beroi. cons. 48. num. 1. lib. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 157. num. 20.* vbi *n. 21. per l. cæterum. §. mulieri. ff. de vsu & habit.* subdit quod hoc casu habitatio relicta intelligitur
4 pro se, & eius familia. Quando verò testator dixerit, relinquo vxori meæ habitationem cum filiis meis, tunc & illi præsumi relicta alimenta resoluunt *Natt. cons. 379. num. 9. Cremens. sing. 66. in fine, Bero. cons. 24. num. 12. lib. 2. Sim. de Prettis de interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. 11. num. 4.* quos refert, & sequitur *Menoch. d. præs. 157. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatis appellatione propriè venit non adita.*

2 *Hæredis appellatione venit hæres simpliciter, & verus non secundùm quid.*

3 *Hæredis appellatione venit omnis hæres, quando non apponitur nomen proprium hæredis.*

4 *Hæredum mentio vbi dispositiuè fit, veniunt soli descendentes, non autem extranei.*

6 *Contrarium est verius sex potissimùm casibus, vt n. 6.*

7 *Vsusfructus si relinquatur Caio, & eius hæredibus, veniunt hæredes bonorum.*

8 *Annua relicta pro se & hæredibus, intelliguntur de extraneis hæredibus bonorum.*

9 *Dictio*, suis, *vbi esset apposita verbo*, hæredibus, *ad denotandam suitatem, non veniunt hæredes extranei, sed solùm sanguinis.*

10 *Testator vbi reliquit fideicommissum Titio, & eius hæredibus in vita Titij tantùm, tunc verbum*, hæredibus, *intelligitur de filiis.*

11 *Hæredum appellatione veniunt hæredes sanguinis, quando sumus in re ad extraneos hæredes minimè transitoria.*

12 *Testator vbi in præcedenti dispositione dum loquutus fuit de hærede, voluit solum descendentes hæredis, & post ea mortuis institutis, & eorum filiis & hæredibus substituat Titium, & eius hæredes, tunc non venirent hæredes extranei Titij substituti, sed tantùm descendentes.*

13 *Limitatur dupliciter.*

14 *Testator quando substituisset filio decedenti alios filios superstites, & eorum hæredes, intelligitur de hæredibus sanguinis.*

15 *Hæredum appellatione veniunt hæredes sanguinis, vbicunque minus dilectus præferretur magis dilecto.*

16 *Hæredes masculi quando sunt vocati, tunc solum descendentes veniunt.*

17 *Hæredum appellatione veniunt hæredes sanguinis quando filij eius, cuius hæredes sunt vocati, honorati sunt in testamento, & sic dilecti.*

18 *Testator vbi substituit aliquem ex suis descendentibus, vel coniunctam personam, & eius hæredes, intelligit de hæredibus sanguinis.*

19 *Testator quando vocauit hæredes ex suo corpore descendentes, censetur solùm vocasse hæredes sanguinis.*

20 *Testator quando in vna parte testamenti fecit mentionem de liberis Titij, & postea in alia parte vocauit hæredes Titij, veniunt hæredes sanguinis, maximè si adhibuisset dict.* dicti hæredes, &c.

21 *Hæredum appellatione quando ex communi vsu loquendi venirent solùm descendentes, tunc verba testatoris, & de hæredibus sanguinis intelligenda sunt.*

22 *Testator vbi dixit, quod bona transirent de hærede in hæredem, tunc exponitur de descendente in descendentem.*

23 *Hæredes & descendentes quando vocati essent, dicuntur vocati hæredes, qui sunt de descendentibus.*

24 *Hæredes legitimos si testator vocauit, intelligitur vocasse illos, quibus abintestato ex lege debetur hæreditas.*

25 *Hæredes vtriusque sexus quando vocati essent de hæredibus sanguinis interpretatio facienda est.*

26 *Hæredum mentio vbi fit conditionaliter, tunc conditio intelligitur de hæredibus sanguinis.*

27 *Hæredis appellatione in dubio venit hæres vniuersalis, non autem hæres in re certa.*

28 *Hæredes & successores vbi vocati sunt, intelligitur de hæredibus, & successoribus vniuersalibus non singularibus.*

29 *Testator quando vocauit quoscunque hæredes, vel quoscunque successores, tunc veniret hæres in re certa, vel successor singularis.*

30 *Verbum,*

30 *Verbum*, hæres, *quando restringeretur ad descendentes, tunc & descendens in re certa institutus veniret.*

31 *Fœmina venit hæredis appellatione.*

32 *Hæredes vbi vocati sunt, veniunt hæredes hæredum.*

33 *Amplia sive in numero plurali, sive in numero singulari facta sit mentio hæredum.*

34 *Hæredes vbi vocati sunt ad rem quæ sui natura non transit ad hæredes, tunc non veniunt hæredes hæredum.*

35 *Testator quando vocauit hæredes alicuius tertij iam defuncti, tunc dispositio restringitur ad primos hæredes, qui fuerunt cogniti testatori.*

36 *Hæredes vbi vocati sunt nominatim, vel per dictiones relatiuas, tunc non veniunt hæredes hæredum.*

37 *Hæredem grauans, dicitur grauasse & hæredem hæredis.*

38 *Hæredi facta prohitione alienationis, dicitur facta, & hæredi hæredis.*

39 *Filij hæredes, vel filij & hæredes si vocati sint, an requiratur quod cum effectu sint hæredes, remissiuè.*

40 *Hæredum suorum appellatione an & quando veniant hæredes habentes ius suitatis, & extranei, ostenditur.*

Hæreditas, Hæres.

APPELL. CXIII.

1 HÆREDITATIS appellatione propriè venit non adita, *Rum.cons.*116.*num.* 3. *lib.* 2. *Roman. cons.* 40. *Visis, in princip. Aiex. consil.* 49. *Viso processu, in princip. & num.* 10. *lib.* 3. vbi subdit quod etiam dicitur hæreditas defuncti post aditam ex mente,& vsu communi loquendi, *Bald.cons.* 393.*circa med.vers.& modo,lib.*5. vbi quod in dispositione loquente de hæreditate in dubio intelligitur de non adita, vbicunque dispositio respicit aditionem faciendam,vel ius deliberandi, vel hæreditatem defuncti, refert *Cardin.Tusch.practic.concl.tom.* 4.*lit.H,concl.* 17. *num.*3.& 7. *Menoch. consil.*95.*num.* 70. vbi quod hæreditas adita non dicitur amplius hæreditas, sed patrimonium, & *cons.*50. *num.* 16.& *cons.*557.*num.*23.& 27. Nam hæreditas paterna, vel materna dicitur antequam sit adita ab eo,cui defertur, post aditionem verò non amplius dicitur hæreditas, sed patrimonium adeuntis, *l.sed si plures.* §. *filia.ff.de vulg.& pupil.Roman.d.cons.*40.*in princip.* vbi *Apostil. verbo appellare, Alex.cons.* 70. *Magnificus, in fine,num.*12.*vers.nec similiter lib.*6. & *cons.* 124. *Super primo, num.*13. *vers. non obstat lib.* 4. vbi quod largo modo potest dici hæreditas paterna, aut materna, vel fraterna, licèt sit adita, & maximè ex communi vsu loquendi, *Cardin.Tusch.d.lit.H,concl.*19.Et quod non veniant bona fideicommisso subiecta hæreditatis appellatione, tradit *Mari.Antonin. lib.*1.*resol.* 59.*num.*11.

2 HÆREDIS appellatione venit hæres simpliciter, & verus, non secundùm quid, *Anton. de Butr. cons.*20.*circa med.*quem refert *Cardin.Tusch.tom.*8.*lit. V, concl.*92.*num.*14.& *num.*15.*declarat.*

3 HÆREDVM appellatione venit omnis hæres, quando non apponitur nomen proprium hæredis, *Anch.cons.* 130. Pro & contra, *in princip.* vbi subdit quod istud procedit quando à lege, vel homine profertur in iis, quæ sunt transmissibilia, *Alex.cons.* 120. *Super eo,in princip. lib.* 1. vbi quod contractus, & quælibet obligatio facta per aliquem per se, & suos hæredes, comprehendit hæredes omnes in perpetuum, & quod idem est in casu conuerso quando quis acquirit pro se,& suis hæredibus,quia semper de omnibus hæredibus intelligitur quando materia est indifferens, quæ possit transire ad omnes hæredes, aliàs secus, refert *Cardin. Tusch. d. lit.H,concl.* 74.

Controuersa est quæstio ista, an veniant tam extranei hæredes quam descendentes vbi dispositiuè facta est mentio hæredum? Quidam tenent quod veniant soli descendentes,non autem extranei hæredes, per *tex.in l.ex facto.*§.*fin.ff.ad Trebell.& in l. pater filium.*§.*pen.ff.de legatis*3.& quorum numero sunt *Corn.cons.*97.*lib.*1.& *cons.*59.*num.*17.*lib.*2.*Bellem.cons.* 25.*dub.*2.*Barbat.cons.*89.*col.pen.lib.*3. *Ruin. cons.* 110. *num.*9.& *cons.*174.*col.*4.& *cons.*188.*num.* 4. *lib.* 2.& *cons.*158.*col.*3.*lib.*3. *Paris.cons.*88.*num.*37.*lib.*2. *Curt. Iun.cons.*45.*col.* 2. *vers. quarto confirmatur, Socin. Iun. cons.*158.*lib.*2.*Neuiz.cons.*29.*num.*5. *Guid. Papæ quæst.* 591.& *quæst.*457. *Alciat.cons* 43. *lib.*9.*Natt.cons.*130. *Pancirol.cons.*35.*num.*5.*Cephal.cons.*417. *num.* 8. *Sim. de Prettis de interpret.vltim.volunt.fol.* 196. *num.*5. & *fol.*290.*num.* 38.& *fol.*328.*num.*68.*Sfort. Odd.cons.*46. *num.*14. *Anton.Gabr.commun.opinion.tit. de verbor. significat.concl.*2.*num.*19.*Menoch.cons.*958. *num.* 3. *cum seqq.*& *cons.*1135.*num.*23.& *cons.* 1177. *num.* 2. *cum seqq.* Et in materia maioratus appellatione hæredum venire tantummodo hæredes sanguinis,id est, liberi & descendentes, tenent *Flor. de Mena vari. resolut.lib.*1.*quæst.*9.§.2.*num.*7. & 8. *Galganet. de condition.& demonstr.p.*1. *cap.* 30. Et in iure feudorum agnoscit *Menoch.cons.*810.*num.*3.

Alij verò multò meliùs tenent venire omnes hæredes, siue sanguinis, siue bonorum, siue extranei, siue agatur de fideicommisso simplici & absoluto, siue de prohibitione alienationis, vt bona remaneant Titio, & eius hæredibus, ita se habent *Bart. in l.Gallus.*§.*etiamsi parente,num.*4.*vers.si verò.ff. de liber.& posthum.* vbi *Bald. Angel. Imol. Aretin. num.* 4. *Ias.num.*12.& *Socin.Sen.num.*7.*vers.quarta & vltima, idem Socin.Sen.cons.*257.*col.* 4. & 5. *Angel. cons.* 306. *Fulgos.cons.*58.*Corn.cons.*272.*lib.*4 *Alex. cons.*9.& *cons.* 56.*col.*2.*lib.*2.& *cons.*36.*lib.*3.& *cons.*49. *num.* 9. *lib.*6. *Curt.Sen.cons.*40.*col. vlt.* & *cons.* 45. *Guid. Papæ decis.* 230.*Rimin.Iun.cons.*252.*num.*22.& *num.*47. *Tiraq. de retractu conuent.*§.1.*glos.*6.*num.*36.*Ioseph.Ludou. concl.* 16.*illat.*82.*vers.quarto modo, Cardin. Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.*8.*tit.*14.*Hieron.Gabr.cons.*132.*nu.* 28.*lib.*1. *Decian.cons.*77.*num.*1.*lib.* 5. *Menoch. de præsumpt.lib.*4.*præs.*130.& *cons.*158.*num.*12. *Pereg. de fideicomm.art.*32.*num.*26.*cum seqq.*& *c* .64. *lib.* 5. *Intrigl.de substitution.cent.*3.*quæst.*54.*n.*8. *Fusar. in simili tract.quæst.*339.*à num.*1. *Aloys. Ricc.in praxi rerum fori Ecclesiast. resol.* 187. *per totam Rota in Ferrarien. prætensæ legitimæ, siue pecuniariæ*, 12. Ianuarij 1626. coram bonæ mem.Burato,inter eius decisiones impressas, *decis.*904.*num.*4. vbi *D. Ioan. Franciscus Florentillus* in Romana Curia aduocatus integerrimus in annotation. concordantes refert. Probatur hæc opinio ex *l.annalibus. C. de legat.* vbi sub relicto Titio & eius hæredibus dicuntur vocati hæredes bonorum in infinitum, & ex *l.veteres,C. de contrah. stipulat. & ex l. si pactum. ff. de probat.* & *ex l.si sic. ff. de verb. obligat.* in quibus Iuribus habetur in contra-

ctibus appellatione hæredum venire successores bonorum, & ex *l. hæredis,& l. sciendum,ff.de verb.significat.* vbi nomen hæredis accipitur pro vniuersali hærede etiam extraneo.

6 Quæ quidem opinione retenta,illam sex potissimùm casibus procedere declarat *Fusar.d.quæst.339. num.12.cum seqq.*Primò,quando vocati essent hæredes,& successores, nisi ex coniecturis colligatur testatorem aliud sensisse;Secundò, quando essent vocati omnes, & quicunque hæredes ; tertiò,si dispositio testatoris non possit verificari in descendentibus, quia tunc omnino erit facienda interpretatio, quòd appellatione hæredum veniant extranei hæredes bonorum ; quartò , si vocarentur hæredes in perpetuum ; quintò , quando testator vocauit suos hæredes , quia intelligitur de hæredibus à se institutis , non autem de descendentibus exclusis;sextò, si de filiis facta esset specialis mentio , nam tunc verbum *hæredes* , intelligitur de hæredibus bonorum.

7 Amplia primò hanc vltimam opinionem , quòd veniant hæredes bonorum , vt procedat etiamsi relicta sit res , quæ sui natura finitur morte honorati, vt est in vsufructu ; nam si vsusfructus relinqueretur Caio,& eius hæredibus, capitur sensus pro hæredibus bonorum , *l.si quis Titio. ff. de vsufr. accresc. Menoch.d.lib.4. præs.130.num.4. Fusar. d. quæst. 339. num.23.*

8 Amplia secundò, etiam in relictis annui pro se & hæredibus quia intelligitur etiam de extraneis bonorum hæredibus, *l.in annalibus, C. de legat. Menoch. d. lib. 4. præs. 130. num.7. Fusar. d. quæst. 339. num.24.*

9 Amplia tertiò , quamuis dictum sit de hærede suo, quia etiam tunc venit extraneus hæres, *Anton. Gabr.d.tit.de verb.significat concl.2.Fusar.d.quæst.339. num.25.*nisi dictio,*suus* , esset apposita ad denotandum suitatem,*Prett.de interpret.vltim.volunt.fol.197. num.15.*& quod in dubio addito verbo *hæredes*,pronomen *suos* , intelligatur solùm de hæredibus sanguinis,tradit *Menoch.cons.958.num.11.vers.octauo.*

10 Limita primò , quando testator reliquit fideicommissum Titio , & eius hæredibus in vita Titij tantùm,quia tunc verbum *hæredibus*,intelligitur de filiis, *Paris.cons.71.col.7.lib.2.Anton.Gabr.d. concl. 2. num.6.Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.14.num.2.vers.primus , Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt.fol.196.num.4. Anton. Gabr. d. conclus.2. num.6.Menoch.178.num.11.vers.secundus casus , & d. lib.4.præs.130.num.8.Rustic.in l.cum auus.lib. 3. cap.3. num.43.Peregrin.de fideicom.art.32. num. 44. Fusar.d. quæst.339.num.27.*

11 Limita secundò , quando res relicta non est ad extraneos hæredes transitoria , exemplum in feudo pro se & descendentibus acquisito , quia si acquirens illud relinquat filio,& eius hæredibus,non veniunt nisi hæredes sanguinis , non autem extranei, *Bart.in d l Gallus.§.etiamsi parente,num.4.*& ibi *Bald. Angel.Imol. Aretin. Alex.Ias.& Socin.Sen.num. 6. Calder.cons.15. de verb.significat. Cephal. cons. 303. per totum, Roland.à Valle cons.11.nu.16.lib.4. Anton.Gabr. d.concl.2.num.7.Cardin.Mantic. d.lib.8.tit. 14. num.3. Prettis de interpret.vltim.volunt.fol.197.num. 19. Decian.cons.58.num.12.lib.2.Ioseph.Ludou.concl. 16. illat. 82. vers. in materia autem differenti , & vers. si autem. Menoch.d.lib.4.præs.130.num.11.& cons.158.num.12. vers.septimus casus,Pereg.d.art.32. num. 51. Rustic. d. lib.3.cap.3.num.27.& 28. Mantic.de tacitis lib. 23. tit. 10.num. 18. Fusar. d. quæst. 339. num. 30. cum seqq.* Vnde à contrario sensu colligitur,appellatione hæredum venire etiam extraneos , quando sumus in re ad hæredes extraneos transitoria , vt resoluunt *Hieron.Gabr cons.196.num.1.lib.2. Menoch. cons. 158. num.12.vers. quintus casus , & censuit Rot. coram R^mo D.Coccino dec.250.num.2. Cardin. Mantic. de tacitis & ambiguis conuenit.lib.14.tit.19.num.25.*

Limita tertiò , quando testator in præcedenti dispositione dum loquutus fuit de hærede, vocauit solùm descendentes hæredis, vel expressè facta mentione filiorum, liberorum , vel descendentium conditionaliter, vel dispositiuè,vel tacitè vocando eorum hæredes , & sumus in casibus quod tunc testator voluit intelligere de descendentibus non extraneis ; nam si postea mortuis institutis, & eorum filiis,& hæredibus,substituat Titiũ,& eius hęredes, tunc non venirent hæredes extranei Titij substituti, sed tantùm descendentes ; ita sustinent *Ruin. cons.42.col.3.& cons.188.num.4.lib. 2. Neuiz. cons.29. num.5.Crauet.cons.38.num.3.& cons. 155. num.6. Rimin.Sen.cons.562.num.13.& 14.Anton.Gabr.d. tit. de verb.signif.concl.2.num. 10. cum seqq. Cardin. Mantic. d.lib.8.tit.14.num.6.& 7.Pereg.d.art.32. num.31.Menoch.d.lib.4 præs.130. num. 13. cum seqq. & cons. 158. num.12.vers.quintus,Rustic.d.lib.3.cap.3.num. 10. cum seqq.& cap.10.num.24.& 25.in fine,Fusar.d.quæst.339. num.36. cum seq.* vbi *num. 39.*ait, procedere limitationem , quamuis testator cum dict. vniuersali vocasset hæredes,vt si omnes , vel quoscunque hæredes substituisset,& citat *Menoch.d.præs.130.num.19. Intrigl.d.cent.3.quæst.54.num.7.Rustic. d. lib. 3. cap.3. num.31.cum seqq.* contrà *Roland.cons.87.num. 14. lib. 2.Pereg.d.art.32.num.31. in fine.* Sublimita dupliciter, primò , quando dispositio non potuisset verificari in hæredibus sanguinis, quia de extraneis hæredibus intelligeretur, vt per *Socin. Sen. cons. 13. in princip.lib.3.* vbi loquitur de Sacerdote substituto, *Pereg.d.art. 32. num. 31. ad med.* vbi agit quando de necessitate in descendentibus dispositio non potuisset verificari, *Rustic.d.lib.3.cap.3.num. 39.* vbi loquitur de valdè sene substituto, qui liberos habere non poterat : secundò, quando substitutus esset extraneus ; nam tunc etiam eius hæredes extranei dicerentur vocati, hæredibus vocatis , *Hieron. Gabr. cons.132.quæst.4.num.28.lib.1.Rustic.d.lib.3.cap.3.num. 38.Fusar.d.quæst.339.num.45.*

Limita quartò,quando testator substituisset filio decedenti alios filios superstites,& eorum hæredes, quia intelligi debet de hæredibus sanguinis,ne hæres extraneus, exclusis descendentibus testatoris, admittatur contra præsumptam illius mentem, qui creditur magis dilexisse descendentes suos, quàm extraneos, *Paris.cons.44.lib.3.Socin.Iun.cons. 158. lib. 2.Alciat.resp.491.num. 3.* aliàs *resp. 43. lib. 2. Anton. Gabr.d.concl.2.num.15.Cardin.Mantic.d.lib.8. tit. 14. num.8.Menoch.d.lib.4. præs. 130. num. 20. Pereg. d. art.32.num.20.& 40.Fusar.d.quæst.339.n.48.*

Limita quintò , vbicunque minùs dilectus præfertur magis dilecto, *Anton.Gabr.d.concl.2. num. 16. Intrigl.d.cent.3.quæst.54.num.11.Rustic.d.lib.3 cap.3.n. 5.Fusar.d.q.339.num.55.*

Limita sextò,quando vocati essent hæredes masculi , quia tunc soli descendentes censentur vocati, *Guid.Papæ quæst.485.num. 3. Crauet. cons. 38. num.5. Alciat.resp.125.num.9.lib.9.Ioseph.Ludou. d. concl. 16. illat.82.vers.fallit, Anton. Gabr.d. tit. de verbor. signif. concl.3.Cardin.Mantic.d.lib.8. tit. 14. num. 15. & seq. Sim.de Prettis de interp.vltim.volunt.fol.197. num. 11. Menoch.d.lib.4.præs.130.num.23.& cons.958.num.11. vers.nono,Pereg.d.art.32.num.45.& cons.54. num. 24. lib.2. Mari.Antonin.vari.resolut.lib.1.resolut.7.num.5. vers.*

vers. tum o ita quando, & num. 12. vbi idem dicit si vocati fuit hæredes sanguinis, *Intrigl. d. cent. 3. quæst. 54. num. 9. Rustic. d. lib. 3. cap. 2. num. 10. & cap. 3. num. 26. Fusar. d. quæst. 339. num. 56.* vbi *num. 58.* post *Socin. Sen. Ruin. Cardin. Mantic.* & alios contrà *Pereg.* intelligit limitationem procedere quando vocati sunt hæredes masculi simpliciter, quia tunc soli descendentes masculi censentur vocati, secus verò si vocati essent hæredes masculi de Iure succedentes, vel legitimi hæredes masculi, quia tunc non extantibus masculis descendentibus venirent agnati masculi transuersales.

17 Limita septimò, quando filij eius, cuius hæredes sunt vocati, sunt honorati in testamento, & sic dilecti, *Alciat. resp. 491. num. 3. vers. tertius est*, aliàs *cons. 43. nu. 11 lib. 9. in vlt. impres. Menoch. d. lib. 4. præs. 130. num. 22. Rustic. d. lib. 3. cap. 3. nu. 9. Fusar. d. quæst. 339. num. 62.*

18 Limita octauò, si testator substituit aliquem ex suis descendentibus, vel coniunctam personam, & eius hæredes, quia intelligitur de hæredibus sanguinis, *Cranet. cons. 38. num. 3. & cons. 593. num. 13. Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 14. num. 13. Menoch. cons. 958. num. 8. Fusar. d. quæst. 339. num. 63. vbi num. 64.* ampliat limitationem quamuis alternatiuè persona coniuncta sit substituta, vel eius hæredes.

19 Limita nonò, quando vocati sunt hæredes ex suo corpore descendentes; nam tunc solùm hæredes sanguinis sunt vocati, *Cranet. cons. 38. num. 2. Cardin. Mantic. lib. 11. tit. 1. num. 9. in fine, Rustic. d. lib. 3. cap. 3. num. 24. Fusar. d. q. 339. num. 65.*

20 Limita decimò, quando testator in vna parte testamenti fecit mentionem de liberis Titij, & posteà in alia parte vocauit hæredes Titij, & sic se referret ad filios de quibus suprà, maximè si adhibuisset dict. *dicti hæredes*, &c. *Ruin. cons. 108. num. 3. lib. 2. Paris. cons. 86. num. 36. lib. 2. Cranet. cons. 98. num. 5. Anton. Gabr. d. concl. 2. num. 17. Menoch. cons. 117. num. 28. & cons. 1177. num. 1. Pereg. d. art. 32. num. 41. Fusar. d. quæst. 339. num. 66.*

21 Limita vndecimò, quando ex communi vsu loquendi venirent solùm descendentes appellatione hæredum, quia verba testatoris, & de hæredibus sanguinis intelligenda erunt, *Socin. Iun. cons. 158. num. 6. lib. 2. Alciat. resp. 491. num. 3. vers. secundus est*, aliàs *cons. 43. num. 10. lib. 9. Natt. cons. 130. num. 2. Cranet. cons. 108. num. 4. Cephal. cons. 417. num. 8. Anton. Gabr. d. concl. 2. num. 18. Menoch. cons. 978. num. 12. Pereg. d. art. 32. num. 42. Rustic. d. lib. 3. cap. 3. num. 6. Fusar. d. quæst. 339. num. 67.* vbi *num. 68.* intelligit vt vsus loquendi attendatur solùm in testamento materna, & vulgari lingua scripto, secus in Latinè scripto.

22 Limita duodecimò, quando testator dixisset quod bona transirent de hærede in hæredem, quia exponitur de descendente in descendentem, *Decian. cons. 77. nu. 2. lib. 3. Anton. Gabr. d. concl. 2. num. 22. Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 11. num. 6. & tit. 14. num. 14. Pereg. d. art. 32. num 45. Intrigl. d. cent. 3. quæst. 54. num. 9. Rustic. d. lib. 3. cap. 3. n. 35. Fusar. d. quæst. 339. nu. 69.*

23 Limita decimotertiò quando vocati essent hæredes & descendentes, quia dicuntur vocati hæredes, qui sunt de descendentibus, *Pereg. d. art. 32. nu. 48. Fusar. d. quæst. 339. num. 70.* vbi *num. 71.* secus dicit quando vocati sunt descendentes & hæredes, quia tunc hæredum mentio staret augmentatiuè.

24 Limita decimoquartò, si testator legitimos hæredes vocasset, quia intelligeretur vocasse illos, quibus abintestato ex lege debetur hæreditas, *l. 3. §. de illo. ff. pro socio, l. illud. ff. de acquir. hæredit. Cardin. Mantic. d. lib. 11. tit. 1. num. 10. Pereg. d. art. 32. num. 49. Fusar. d. q. 339. num. 72.*

Limita decimoquintò, quando vocati essent hæ- 25
redes vtriusque sexus; nam de hæredibus sanguinis interpretatio facienda est, *Cranet. cons. 38. num. 2. Pereg. d. art. 32. num. 50. Rustic. d. lib. 3. cap. 3. num. 25. & 37. Fusar. d. q. 339. n. 74.*

HÆREDVM mentio vbi fit conditionaliter, vt 26
si dictum sit, si instituens sine hæredibus decesserit, substituo Titium, tunc conditio intelligitur de hæredibus sanguinis, aliàs non extantibus descendentibus non deficeret conditio fideicommissi, ita *Anton. Gabr. d. tit. de verb. signif. concl. 2. num. 11. Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 14. num. 5. & lib. 5. tit. 1. num. 9. Sfort. Odd. de compend. substit. p. 6. quæst. 2. in 1. p. quæstionis, Menoch. cons. 958. num. 3. & d. lib. 4. præs. 130. num. 24. Craff. §. fideicommissum, quæst. 21. num. 1. & §. hæreditas, quæst. 11. num. 15. Pereg. d. art. 32. nu. 36. & 37. & cons. 68. in fine, lib. 5. Intrig. d. cent. 3. q. 54. Rustic. d. lib. 3. cap. 3. Ceuall. commun. contra communes, quæst. 538. Fusar. d. q. 339. num. 75. cum seqq.* vbi *num. 78.* ampliat, vt nec extranei hæredes veniant, licèt positi sint in conditione cum verbis vniuersalibus, vt dictum sit, si decesserit sine hæredibus quibuscunque, quia & adhuc intelligitur de descendentibus.

HÆREDIS appellatione in dubio venit hæ- 27
res vniuersalis, non autem hæres in re certa, *l. hæreditas. ff. de regulis Iuris, l. quædam. §. nihil. ff. de edendo, l. quoties. C. de hæred. instit. Ruin. cons. 9. num. 12. lib. 1. Cranet. consil. 186. num. 2. Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 14. num. 12. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol. 178. num. 11. & fol. 199. num. 35. Pereg. d. art. 32. num. 8. & 29. Fusar. d. tract. de substitut. quæst. 341.* Ratio est, quia adeunte hærede vniuersali institutus in re certa, habetur loco legatarij, *l. ex facto. ff. de hæredib. instit. d. l. quoties, Menoch. d. lib. 4. præs. 20. Pereg. de fideicom. art. 3. num. 7. Cranet. cons. 186. num. 2.* vbi dicit hæredem in re certa non esse propriè hæredem, sed secundùm quid, & quod ideo dispositio loquens de hærede non verificatur in hærede in re certa; etiam concesso quod sit species mixta participans de hærede vniuersali, & legatario.

Amplia etiam quod vocati sint hæredes & suc- 28
cessores, nam adhuc intelligitur de hæredibus, & successoribus vniuersalibus, non singularibus, nam quando dicitur, hæredibus, intelligitur de hæredibus vniuersalibus, qui succedunt de Iure Ciuili, & dum posteà est additum verbum, successoribus, intelligitur de successoribus vniuersalibus, qui succedunt de Iure prætorio, ita *Roland. à Valle cons. 53. lib. 1. Pereg. d. art. 32. in fine, Fusar. quæst. 341. n. 5.*

Limita quando testator vocasset quoscunque hæ- 29
redes, vel quoscunque successores, quia tunc veniret hæres in re certa, vel successor singularis, vt per *Anton. Gabr. d. tit. de verb. signif. concl. 4. num. 5. Peregr. d. art. 32. in fine, Fusar. d. quæst. 341. num. 7.*

Limita etiam quando verbum, *hæres*, restringe- 30
retur ad descendentes, quia tunc & descendentes in re certa institutus veniret, *Anton. Gabr. d. tit. de verbor. signif. concl. 2. num. 10. Cardin. Mantic. d. lib. 8. tit. 14. num. 12. Intrigl. d. cent. 3. quæst. 54. num. 5. Fusar. d. quæst. 341. num. 8.*

HÆREDIS appellatione venit fœmina, *l. hæ-* 31
redis appellatione. ff. de verbor. significat. l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. l. 3. C. de legit. hæred. Sfort. Odd. cons. 46. num. 34. cum seqq. & cons. 68. num. 16. Bardel. cons. 81. num. * *12 & 14. Menoch. d. lib. 4. præs. 84. num. 34. & cons. 680. num. 18. & 19. & cons. 732. num. 54. & consil. 926. num. 10. & cons. 1053. num. 5. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol. 199. num. 38. & fol. 293. num. 67.*

& fol.

& fol. 337. num. 10. Surd. decis. 95. num. 13. Magon. Lucen. decis. 7. num. 1. & decis. 14. num. 4. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 7. & resol. 34. num. 2. Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 22. tit. 14. num. 22. Rot. in Recanaten. successionis 18. Februarij 1622. coram bonæ mem. Buratto, in impressis, *decis.* 603. vbi D. Ioan. Franciscus Florentillus in annot. plures refert concordantes, latè *Fusar. d. tract. de substitut. quæst.* 342. *num.* 1. vbi *num.* 2. post *Pereg. d. art.* 32. *num.* 43. *post princip.* ait quod & fœminæ continentur quando dictum fuit bona transire de hærede in hæredem, *& num.* 3. *&* 4. subdit idem esse si vocati essent filij & hæredes, quia fœminæ veniunt, maximè si vocati essent quicunque hæredes, etiam quod essemus in materia non transitoria ad fœminas, *& num.* 6. declarat non procedere hoc appellationum, quando testator proprias filias excluſit instituendo masculos, quia si postea vocat hæredes, vel successores non intelligitur de fœminis, sed tantùm de masculis.

32 HÆREDVM appellatione, vbi vocati sunt, veniunt hæredes hæredum, *l. hæredis appellatione, l. sciendum, ff. de verb. signif. l. qui per successionem, ff. de regulis Iuris, l.* 3. *§. fin. ff. de petit. hæred. Cephal. cons.* 499. *num.* 13. *cum seqq. Tiraq. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 21. *Card. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 21. *Prett. de interpret. vltim. volunt. fol.* 198. *num.* 21. *cum seqq. Menoch. cons.* 89. *num.* 134. *& cons.* 867. *nu.* 16. *cum seqq. & cons.* 1071. *num.* 1. *cum seqq. Ioseph. Ludou. concl.* 16. *illat.* 44. *vers. ampliatur quartò, Peregr. d. art.* 32. *num.* 60. *cum seqq. Card. Tusch. tom.* 4. *lit. H, concl.* 74. *Fusar. d. tract. de substitut. quæst.* 343. *à princip. Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 24. *num.* 44. latè *Mari. Anton. vari. resolut. lib.* 2. *resol.* 52. *per totam*, & præcipuè *à num.* 8. *Griuel. Dolana decis.* 86. *num.* 26. *&* 28. vbi intelligit impropriè.

33 Amplia vt procedat, siue in numero plurali, siue in numero singulari facta sit mentio hæredum, vt expressè tenent *Card. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 21. *Pereg. d. art.* 32. *num.* 61. *Fusar. d. quæst.* 343. *n.* 4.

34 Limita multis modis, & primò quando hæres est vocatus ad rem, quæ sui natura non transit ad hæredes, vt si vocatus sit ad vsumfructum Titius, & eius hæredes, quia de primo tantùm hærede intelligitur, *l. antiquitas, C. de vsufr. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 22. *Menoch. d. lib.* 4. *præs.* 130. *num.* 6. *Ioseph. Ludou. d. concl.* 16. *illat.* 44. *vers. tertio limitatur, Fusar. d.*

35 *quæst.* 343. *num.* 5. Secundò limita quando testator vocasset hæredes alicuius tertij iam defuncti, quia tunc dispositio restringitur ad primos hæredes, qui fuerunt cogniti testatori, *Pereg. d. art.* 32. *num.* 66. *Fusar. d. quæst.* 343. *num.* 6. Tertiò limita quando testator substituisset hæredes non alicuius tertij, sed proprios, vt si facto legato Titio post Titij mortem substituatur hæres; nam mortuo hærede primo ante Titium caueatur dispositio, nec admittitur hæres hæredis, *Cephal. cons.* 158. *num.* 27. *&* 28. *lib.* 2. *& cons.* 499. *num.* 21. *lib.* 4. *Hieron. Gabr. cons.* 132. *quæst.* 4. *num.* 29. *lib.* 1. *Pereg. d. art.* 32. *num.* 74. *& seqq. Fusar. d. quæst.* 343. *num.* 9. *cum seqq.* vbi *num.* 11. intelligit quando res simpliciter fuit legata, & post mortem Titij substitutus hæres, secus si legatario esset relicta res ad vitam, quia eo casu hæres hæredis admitteretur, nisi postquam factum fuit legatum ad vitam, additum esset, & post mortem Titij substituo hæredem; nam tunc intelligeretur de hærede scripto, itaut eo decedente ante legatarium, substi-

36 tutio de hærede sit facta caduca. Quartò limita vbi vocati essent hæredes nominatim, vel per dictiones relatiuas, *infrascripti, suprascripti, dicti* & similes, tunc soli scripti in testamento admitterentur, & illis mortuis ante grauatum fideicommissum, vel legatum, tanquam caducum remaneret apud eum, *Ioseph. Ludou. d. illat.* 44. *vers. limitatur primo, & vers. quintò limitatur, Cardin. Mantic. d. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 22. *Ruin. cons.* 29. *num.* 5. *lib.* 2. *Mari. Antonin. d. lib.* 2. *resol.* 52. *num.* 9. *&* 10. *Pereg. d. art.* 32. *num.* 79. *Fusar. d. quæst.* 343. *num.* 14. *vbi num.* 15. intelligit nisi eadem militaret ratio tam in primo quàm in secundo hærede, nam tunc non obstantibus verbis relatiuis hæredis, hæres comprehenderetur, *& num.* 17. extendit ampliationem etiam quando testator vocasset hæredem suum, vel dixisset, *substituo hæredem meum*, nam tunc non veniret hæres hæredis, quasi restrictio facta sit ad primum hæredem.

HÆREDEM grauans, dicitur grauasse & hæ- 37
redem hæredis, *l. annuam. ff. de annuis leg. Pereg. de fideicommiss. art.* 32. *num.* 67. *cum seqq. Fusar. d. tract. de substitut. quæst.* 344. *per totam*, vbi declarant non procedere quando testator nominatim grauasset primum hæredem, vel relatiuis verbis, dicendo, quisquis mihi hæres erit, quia intelligeretur de hærede scripto, non autem de hærede hæredis.

HÆREDI facta prohibitione alienationis di- 38
citur facta, & hæredi hæredis, *Tiraq. de retract. conuent. §.* 1. *glos.* 6. *num.* 24. *Cephal. cons.* 318. *num.* 84. *& cons.* 499. *num.* 19. *Pereg. d. art.* 32. *num.* 67. *& cons.* 58. *num.* 1. *cum seq. lib.* 1. *Rustic. in d. l. annus. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 28. *vers. tertio, Fusar. d. tract. de substitut. quæst.* 343. *num.* 3.

Vtrùm si vocati sint filij hæredes, vel filij & hæ- 39
redes requiratur, quod cum effectu sint hæredes, vide latè *Fusar. d. tract. de substitut. quæst.* 340. *num.* 15. *cum seqq. & quæst.* 421. *per totam.*

HÆREDVM suorum appellatione, strictè ve- 40
niunt hæredes habentes ius suitatis, *l. in suis. ff. de liber. & posth. Castren. cons.* 375. *Visis omnibus, num.* 4. *lib.* 1. Quandoque largè veniunt hæredes etiam non habentes ius suitatis, *l.* 1. *ff. de suis, & legit. hæred.* & secundùm hanc interpretationem comprehenduntur hæredes proximiores, qui abintestato succedunt, *Castren. d. cons.* 375. *num.* 4. *lib.* 1. Interdum largissimè veniunt omnes hæredes, *Bald. cons.* 76. De descendentibus *lib.* 4. prout refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. S, concl.* 923. *à princip.* & ita veniunt hæredes etiam extranei, iuxta ea quæ extat *Fusar. de substitut. quæst.* 318. *num.* 4.

Homicidium.

APPELL. CXIV.

HOMICIDII appellatione non compre- 1
henditur parricidium, vt per *Carr. in pract. crimin. §. homicidium. il* 4. *num.* 148. *Surd. cons.* 33. *num.* 16. vbi *num.* 23. post *Bologn. cons.* 63. ait quod parricidium includitur in statuto loquente de homicidio, quando dicitur omnis homicida, vel nullus homicida, quia generalis loquutio nihil reliquit intactum, & natura generalis sermonis est concludere omnes casus & personas, etiamsi maior esset ratio in vno casu, vel in vna persona quam in aliis, per ea quæ dixi *Axiom.* 106. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Lusitania venit Hispaniarum Regnorum appellatione.*

2 *Admini*

2 *Adminicula ad perficiendam probationem solent admitti.*

3 *Ordinarius non potest statuere contra Ius commune.*

4 *Hispaniarum Regis appellatione, vbi aliquid conceditur illi expresso proprio nomine, venit etiam tanquam Rex Neapolitanus.*

5 *Philippus Rex Hispaniarum appellatur ratione maioris dignitatis, & potestatis.*

Hispania.

APPELL. CXV.

1 HISPANIARVM Regnorum appellatione venit Lusitania, vt tradit *Nau.cons.1.num.2.* de decimis, in nouis, & post maturam considerationem, semel & iterum causa proposita fuit resolutum per *Rotam in Bracharen. fructuum 3. Decembris 1627. coram R. P. D. meo Pirouano,* nam cùm ibi acerrimè disputaretur an Lusitania, vti vnum ex Hispaniarum Regnis, gauderet generali illa consuetudine Regnorum Hispaniæ, quod hæredes beneficiatorum succedant in fructibus à solo separatis, & nondum exactis, canonizata & firmata per eandem Rotam quoad Regna Castellæ, Nauarræ, Valentiæ, Aragoniæ, & Comitatum Cathaloniæ, vt in decisionibus ibidem citatis, tandem affirmatiuè fuit responsum; licèt enim generalis illa consuetudo dici non posset probata ex consuetudine aliorum Regnorum, dum illa minimè extenditur de loco ad locum; tamen quia argumentum non desumitur ex locali consuetudine, aut ratione illius ad extensionem quoad alia Regna, sed ex multis Regnis ad comprehensionem aliorum eiusdem regionis, ideò inter illa Regnum Lusitaniæ comprehendi merito fuit resolutum, eo maximè quia pro huiusmodi locali consuetudine multa concurrebant adminicula, quæ ad perficiendam probationem 2 solent admitti, *cap. fin.* ibi, tanquam vehementer adminiculantes, *de succes. sabinte stato, l. instrumenta,* ibi, adminiculis adiuuantur, *C. de prob. Guid. Papæ decis. 441. Achil. decis. 1. de confess. Rot. decis. 376. p. 1. recent.* nam datur vnus testis ex duobus in Curia examinatis, qui deponit de hac consuetudine in diœcesi Bracharensi, & pro notorio allegabatur quod in Regno Portugaliæ, prout in aliis Regnis Hispaniarum, non colliguntur spolia clericorum à Collectoribus Ordinariis, ac demum de hac generali consuetudine attestantur *Cou. in cap. cùm in officiis, num. 9. de testament. Nicol. Garc. de benefic. p. 2. cap. 1. num.* 102. quorum dicta etsi de per se non releuent ad perfectam probationem, cùm non deponant de Curia in qua practicatur, *Gabr. de probat. concluf. 4. num.* 3. attamen pro adminiculo tanquam de fama affirmantes possunt deseruire. Quibus accedebat Constitutio Synodalis, non quidem de per se disponens, vt fuit præsuppositum in alia decisione super hac re facta, quia non potest Ordinarius statuere 3 contra Ius commune, *cap. venientes, de iureiur. Felin. in cap. quod super his, num. 4. in 1. fallent. de maiorit. & obed. Rot. in Calaguritana de Oliuar. 22. Martij 1604. coram bonæ mem. Penia,* sed tanquam accessoria, & inhærens consuetudini, & adminiculans vniuersalem Regnorum comprehensionem supradictam, quæ Constitutio eo magis ad hanc probationem coadiuuandam videtur deseruire, quia dabantur duo testes bene concludentes de illius obseruantia ab anno 1538. quo condita fuit à Cardinali Henrico Archiepiscopo Bracharen. absque eo quod successores in beneficiis conquesti fuerint, nec Collectores manum apposuerint.

HISPANIARVM Regis appellatione, vbi 4 aliquid conceditur pro Regnis Philippi Hispaniarum Regis, ex communi loquendi consuetudine, venit ille etiam tanquam Rex Neapolitanus, & includitur Regnum Neapolis; nam dicitur esse Philippi Regis Hispaniarum, quia in qualibet materia verba magis sunt intelligenda secundùm communem vsum loquendi, quàm secundum propriam verborum significationem, *l. labeo. §. idem Tubero, ff. de supell. leg.* tum quia verba illa, *Hispaniarum Regis*, intelliguntur esse apposita causa demonstrationis, & ideo non restringunt *l. Mella, in princip. ff. de aliment. leg. l. insula, in fine, ff. de acquir. rerum dominio, Ruin. cons. 97. num. 4. lib. 2.* tum denique quia Philippus Rex Hispaniarum appellatur ratio- 5 ne maioris dignitatis, & potestatis, *arg. l. quæritur. ff. de statu homin. l. cùm in diuersis. ff. de relig. & sumpt. funer. l. imperium*, & ibi post alios notat *Alciat. num. 9. ff. de iurisdict. omnium Iud. Alexand. cons. 7. num. 4. lib. 7.* quibus fundamentis ita fuit resolutum in *Rot. apud Mantic. decis. 59. per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas non venit appellatione hominum certi loci.*

2 *Dispositio loquens de conueniendis hominibus ex tali Collegio, non intelligitur de Collegio, sed de singulis.*

3 *Hermaphroditus quando non veniat appellatione hominis.*

4 *Hermaphrodito facultas non datur vtendi vtroque sexu, sed eo tantùm in quem incalescit magis.*

Homo.

APPELL. CXVI.

HOMINVM certi loci appellatione non ve- 1 nit vniuersitas, sed particulares homines, vt per *Felin. in cap. eam te, num. 15. de rescript.* quem refert 2 *Card. n. Tusch. practic. concluf. tom. 6. lit. P, concluf. 318. num. 10.* Vnde dicit *Pute. decis. 84. num. 2. lib. 1. in correctis*, quod dispositio loquens de conueniendis hominibus ex tali Collegio, non intelligitur de Collegio, sed de singulis, quia aliud sunt singuli, aliud vniuersi.

HOMINIS appellatione non venit hermaphroditus, vt per *Nicot. alleg. 1. p. 2. num. 25.* Intellige 3 vbi in eo viget magis sexus fœmineus, vel est paritas in vtroque sexu, iuxta ea quæ tradunt *glos. in cap. si testes. §. hermaphroditus, 4. quæst. 3. Sylueft. in sum. verbo hermaphroditus, Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. cleric. §. 8. à num. 1. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp.* 106. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, *p. 2. alleg. 10. num. 28. secundum Lugdunen. impressionem*; non enim vtroque sexu vtendi hermaphrodito fa- 4 cultas conceditur; sed eo tantùm in quem incalescit magis, *l. quæritur. ff. de statu homin.* cùm aliter horrendum monstrum prodiret duos in vno Matrimonio viros esse, duásque vxores, & si vicibus coirent, parerentque, vterque in pariendo vxor, & gignendo maritus forent. Verùm vbi in constitutione esset dict. *si quis*, comprehenderetur hermaphro

phroditus, quia dictio illa, *si quis*, complectitur tam masculos quàm fœminas, *l. verbum, ff. de verborum signif.* vbi *Rebuff. in vers. quid in hermaphrodito, pag.* 14. hoc ipsum tradit in hoc casu.

SVMMARIVM.

1 *Redditus annui veniunt appellatione immobilium.*
2 *Census redimibiles non veniunt immobilium appellatione.*
3 *Actiones ad immobilia veniunt appellatione immobilium.*
4 *Pecunia destinata ad emptionem prædiorum, & in banchis campsorum posita, venit appellatione immobilium.*
5 *Naues an contineantur appellatione immobilium? remissiuè.*

Immobilia.

APPELL. CXVII.

1 IMMOBILIVM appellatione veniunt annui redditus, *Clem. exiui. §. cúmque annui redditus, de verb. significat. glos. verbo annuos, in l. iubemus, nulli, C. de sacros. Eccles. & verbo ciuiles, per text.* ibi *in auth. de non alienando, §. hac ergo, Tiraq. de retract. lig. §. 1. glos. 6. num. 4. Menoch. remed. 1. recuper. num. 45. Matien. l. 7. glos. 1. à num. 18. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. Felic. Solis de censib. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 2. & lib. 2. cap. 3. à num. 32. & tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 3. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 668. Guasp. Roder. de annuis reddit. lib. 1. quæst. 3. num. 8. & quæst. 14. Bernard. Græua. ad practicam Camera Imper. lib. 2. concl. 10. in princip. Nicol. Garc. de benefic. p. 2. cap. 5. num. 95.*

2 Non sic census redimibiles, quia attento futuro euentu, & redemptionis tempore inter mobilia censetur, *Anton. Gom. de censib. cap. 3. n. 4. Matien. l. 2. glos. 1. n. 83. tit. 9. lib. 5. nouæ Recopil. Nicol. Garc. d. cap. 5. n. 96.*

3 IMMOBILIVM appellatione veniunt actiones ad immobilia, vide *Viui. Neapol. decis. 138. à num. 46. Math. Coler. de processibus execut. p. 1. cap. 3. num. 236. cum seqq. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 142. num. 16. cum seqq. & cons. 300. num. 41. Valasc. cons. 77. in princip. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 12. num. 9. & 10. & de emptione & vendit. cap. 13. num. 11.*

4 IMMOBILIVM appellatione venit pecunia destinata ad emptionem prædiorum, *Viui. tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 1. num. 278. vers. necnon pecunia destinata, Ioseph. Ludou. tom. 3. tit. de verbor. signif. concl. vnica, ampl. 3. pag. mihi 541. Ceuall. communium contra commun. quæst. 312. Bernard. Græua. ad pract. Camera Imper. lib. 2. concl. 10. consid. 2. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 13. num. 32.* quicquid dicant *Menoch. d. lib. 4. præs. 138. num. 3. & Thesaur. Pedam. decis. 160. num. 6.* Vnde pariter pecuniam in banchis campsorum posita, iure rerum immobilium censeri resoluunt *Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glos. 7. num. 114. Ioseph. Ludou. conclus. 48. num. 42. Bajard. ad Clar. §. fin. quæst. 78. num. 151. Simoncel. de decretis lib. 3. cap. 8. sub num. 118. Rein. Budel. de monetis lib. 1. cap. 25. num. 16. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 95. num. 90.* licèt contrarium teneant *Paul. Montan. de tutel. cap. 33. num. 180. Cardin. Mantic. & Pinel.* quos refert & sequitur *Thesaur. d. decis. 160.*

5 IMMOBILIVM appellatione an contineantur naues? vide *Strach. de mercat. tit. de nauibus, p. 2. num. 31. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 7. num. 88. Menoch. remed. 1. recuper. num. 42. & 43. Valasc. de iure emphyt. quæst. 12. num. 9.* & an & quando molendina? vide *Tiraq. d. glos. 7. num. 92. Card. Tusch. tom. 5. lit. M. concl. 303. num. 4. cum seqq.* latè *Gutier. lib. 3. practic. q. 91. num. 2. cum seqq. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo contractum, num. 14.* qui resoluunt molendina in terris cum suis ædificiis, seu in ripis fluminum, inter immobilia computari, secus verò si super nauibus in flumine sunt fabricata, vel fluminis impetu instar nauium mouentur.

Infirmitas.

APPELL. CXVIII.

1 INFIRMITATIS appellatione venit grauis, *Franc. in cap. 2. in 3. not. de renunc. lib. 6. Anchar. cons. 238. in 2. & vlt. col. Felin. in cap. vlt. de except.* quos refert & sequitur *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 12. quæst. 6. num. 10. Menoch. de arbitr. casu. 429. num. 9. in addit. Gratian. discept. tom. 1. cap. 18. num. 14.* & faciunt quæ *Alex. cons. 186. Viso processu, in princip. lib. 7.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 8. lit. V. concl. 101. num. 19.* vbi quod verba de amicitia, febre vulnere, & similibus disponentia debent intelligi simpliciter, & non de modica, illum etiam citat *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 209. num. 18.* licèt quoad effectum reg. de viginti circa resignationes infirmorum sufficiat leuis infirmitas, cùm tam ex ea, quam ex magna possit sequi effectus illius regulæ, *Rot. decis. 77. num. 77. p. 2. diuers. Stephan. Gratian. d. tom. 1. cap. 18. num. 18.* Quando autem dicatur grauis infirmitas relinquitur arbitrio medicorum, *Purpur. in l. 1. n. 539. ff. de offic. ciuis, Mascard. concl. 896. n. 12.* quos refert *Stephan. Grat. d. tom. 1. cap. 19. n. 19.*

SVMMARIVM.

1 *Scriptura priuata continetur appellatione instrumenti secundùm propriam significationem, quæ sumitur ex alluſione vocabuli, non sic communi vsu loquendi inspecto, vt n. 2.*
3 *Scriptura priuata recognita comprehenditur appellatione instrumenti.*
4 *Testimonia veniunt appellatione instrumentorum.*
5 *Acta iudiciaria veniunt appellatione instrumentorum.*
6 *Testamentum, & codicillus veniunt appellatione instrumentorum.*
7 *Instrumentum validum & solemne, venit quandocunque de instrumento simpliciter fit mentio.*

Instrumentum.

APPELL. CXIX.

1 INSTRVMENTI appellatione continetur scriptura priuata secundùm propriã significationem, quæ sumitur ex alluſione vocabuli. *Bald. in l. 1. n. 6. C. de iureiur. Tiraq. de retractu lig. §. 2. glos. 1. n. 29. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 41. n. 8. Socin. cons. 62. In præsenti consultatione, n. 18. vers. hic tamen non obstantibus, lib. 1. Caroc. decis. 49. n. 3. cum seqq. Card. Tusch. tom. 4. lit. I. concl. 235. à princip. Genua. de priuata scriptura lib. 1. q. 4. dub. 1. à num. 1.*

2 INSTRVMENTI appellatione, communi loquendi vsu inspecto, priuata scriptura non continetur, *Tiraq. d. glos. 1 num. 30. Roman. cons. 23. num. 2. vers.*

vers. contrarium, Triuis. lib. 1. decis. 40. num. 8. Villagut. de extens. legum in genere, prælud. 24. num. 27. Caroc. decis. 49. num. 10. & 11. Rebuff. ad l. 99 ff. de verbor. significat. vers. tertio nota, pag. 420. Carol. de Grassis in tract. de exception. in prælud. num. 80. Petr. Caball. conf. 24. nu. 13. Genua vbi suprà, num. 18. cum seqq.

3 Limita quando priuata scriptura esset recognita, & per se probans, eo enim casu cum publico instrumento omnino accedere videatur, absque dubio illius appellatione comprehendetur, ita *Magon. Lucen. decis. 40. num. 17. cum seqq. Bertazol. de clausulis in rub. num. 3. Carol. de Grassis d. tract. de except. in prælud. num. 78. Caroc. decis. 49. num. 16. cum seqq. Genua d. tract. de scriptura priuata, lib. 1. quæst. 1. num. 28. cum seqq.*

4 INSTRVMENTORVM appellatione veniunt testimonia, *l. 1. C. de fide instrum. Ias. in repet. l. admonendi, ff. de iureiur. num. 322. & 323. Cuman. conf. 98. Bald. conf. 33. vers. secundo videndum, lib. 1. Socin. de Imola conf. 67. in princip. Cardin. Tusch. d. lit. I, conclus. 235. num. 9. & tom. 6. lit. P, conclus. 771. num. 2. Bertazol. de clausulis instrument. in rubr. num. 2.* vbi intelligit, præcipuè quando in vtroque est eadem ratio, subditum instrumentorum mentione in statutis facta non venire testes, *Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 1. quæst. 64. num. 3.* prout etiam nec veniunt in *Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. in princip.* dum ait quod titulus iuspatronatus, qui sit in fundatione, vel dotatione, ostendatur ex authentico instrumento: nam per hæc verba testium probationem remanere exclusam tenent *Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 136. Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. glos. 18. num. 82. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 168. num. 21. Molfes. in sum. Theolog. moralis tract. 6. cap. 5. num. 44. Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 72. num. 25.*

5 INSTRVMENTORVM appellatione veniunt acta iudicialia, *Angel. conf. 49.* Reperitur, vbi quod statutum Florentiæ de soluenda gabella mutui, de quo sit confectum instrumentum, habet locum etiam in mutuo, de quo apparet præceptum Iudicis, vel alia condemnatio, *Castren. conf. 430. In quadam, num. 3. lib. 1. Cardin. Tusch. d. concl. 235. num. 3. cum seqq.* vbi *num. 6.* post *Abbat. conf. 64. Venio, in fine lib. 1.* subdit quod generaliter appellatione instrumenti venit omnis charta continens gesta inter partes, *Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 17. num. 4. Farin. in praxi crimin. quæst. 155. num. 16.* vbi quod veniunt acta ad effectum puniendi notarium illa falsificantem, *Rebuff. ad l. 99. ff. de verb. significat. vers. secundo instrumentorum nomine, pag. 420.* vbi in vers. quarto nota, subdit quod appellatione instrumenti venit priuilegium, & in vers. quinto, ait instrumentorum appellatione non venire confessionem contra *Rot. decis. 389.*

6 INSTRVMENTORVM appellatione venit testamentum, & codicillus, *l. si idem,* & ibi *Ias. num. 1. C. de codicill. Stephan. Ranchin. conclus. 290. p. 1. item lauda & sententiæ. Castren. conf. 423. Pro confirmatione, col. fin. vers. non obstat statutum, lib. 1. Cardin. Tusch. d. concl. 235. num. 8. Mastril. Siciliæ decis. 25. num. 3.*

7 INSTRVMENTI appellatione venit validum, & solemne, vnde statutum permittens capturam si constet de credito per instrumentum, intelligitur de instrumento valido, & solemni, non autem de nullo, ita *Roman. conf. 294. num. 3. vers. statutum enim,* vbi *apostil. in verb. validi, dat concordantes,* refert *Cardin. Tusch. tom. 8. lit. V, concl. 100. num. 7.* Sicut etiam non venit instrumentum simulatum, ex *Rebuff. citato loco in vers. sexto.*

SVMMARIVM.

1 *Damnum mergens, & lucrum cessans venit appellatione interesse.*
2 *Fructus veniunt appellatione interesse.*
3 *Pretij recuperatio in materia emptionis, & venditionis venit appellatione interesse.*

Interesse.

APPELL. CXX.

INTERESSE appellatione venit damnum mergens, & lucrum cessans, *Bald. conf. 182. Locata fuit, in princip. num. 2. vers. in hac quæstione lib. 1. Ioan. de Anan. conf. 76. per totam,* quos refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. I, concl. 296. num. 4. Montaleg. in praxi lib. 1. cap. 11. num. 109. & seq.* 1

INTERESSE appellatione veniunt fructus, *l. loci. §. 2. ff. si seruit. vend. Natt. conf. 536. num. 7. Cardin. Tusch d. lit. I, concl. 296. num. 12.* vbi *num. 10.* post *Bart. in l. si filium. §. cùm fundum. ff. de verb. obligation. & Bald. conf. 182. in fine,* vbi dicit, quod fructus qui percipi potuissent ex agro si cultus fuisset, appellatione interesse veniunt, prout etiam fructus non sati veniunt sub nomine interesse. 2

INTERESSE appellatione in materia emptionis, & venditionis venit recuperatio pretij, vt per *text. in l. Lucius, de actionib. empt.* tenet *Ruin. conf. 141. num. 6. lib. 1.* & censuit *Rot. decis. 280. num. 3. impressa per Pacificum post suum tract. de Saluiano interdicto,* vbi *num. 4.* declarat hoc casu pretium non repeti vti pretium, sed vti interesse. 3

Introitus.

APPELL. CXXI.

INTROITVS appellatione continentur redditus, prouentus, & obuentiones, quæ sunt synonima, *glos. notabilis in l. Thais. §. libertatem. ff. de fideicom. libert. l. vsufructu. §. vsufructu. ff. de vsufructu, Augustin. Beroi. conf. 51. num. 5. vol. 2. Hippol. Riminal. conf. 19. nu. 8. & 9. Surd. conf. 319. num. 9.* vbi tamen *num. 12.* obseruat verbum, *redditus,* plus importare. 1

SVMMARIVM.

1 *Iudicis appellatione continentur Iudices cuiuscunque speciei.*
2 *Iudicis appellatione non solùm venit qui tenet iurisdictionem, sed qui habet notionem.*
3 *Arbitri compromissarij non continentur appellatione Iudicis.*
4 *Iudices propriè sunt, qui publica auctoritate, non autem priuatorum consensu fuerint instituti.*
5 *Statutum pœnale contra eum, qui per sententiam victus fuerit, non comprehendit illum, qui per compromissarij sententiam fuerit condemnatus.*
6 *Lex in pœnam temerè litigantium ex sententiis condemnatoriis decimam solui iubens, non potest extendi contra illum, qui etiam temerè litigans sententia compro-*

missarij fuerit superatus.

7 Potestas loci venit Iudicis appellatione, etiam in materia statuti.

8 Iudicum omnium summa diuisio ostenditur.

Iudex.

APPELL. CXXII.

1 IVDICIS appellatione, vbi profertur indefinite, continentur Iudices cuiuscunque speciei, siue sint Ordinarij, vel delegati, siue sint ad causas, siue sint executores ad gratias, siue arbitri Iuris, vt optimè tradit *glos. verbo si à Iudicibus, in Clem. 1. de appellationib.* Verbum enim, *Iudex*, in Iure generale est, comprehendens omnes illos, qui publica iudicandi, & cognoscendi auctoritate & potestate funguntur, & ita non tantùm Magistratus, qui propriam, & alios Magistratus, qui licèt alienam, iurisdictionem tamen habent, de quibus in *l. more maiorum. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* iuncta *l. 1. §. qui mandatam; & per tot. ff. de officio eius*, cum similibus; sed etiam illi, qui tantummodo habent notionem, prout à iurisdictione distinguitur, vt probat *text. in l. à diuo Pio, in princip. ff. de re iudic.* ibi, *iudicum à se datorum, l. à iudice. C. de iudic. l. vlt. C. vbi & apud quem*, cum aliis adductis à *Duaren. lib. 1. disputat. cap. 53. in princip. Gouean. de iurisdict. lib. 2. in princip. num. 30. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæst. 2. num. 14.* omnes enim isti Iudices sunt pariter publica cognoscendi, iudicandique potestate præditi, & vti tales non tam primi, quàm etiam secundi Iudices in Iure appellantur, vt constat *ex tit. ff. de iurisdict. omn. Iudic.* iuncto *tit. C. de pedaneis iudic.* cum similibus, differúntque inter alia in eo quod qui iurisdictionem habent possunt non solùm iudicare, sed etiam pro imperio, & potestate sententias suas exequi, quod extremum censetur iurisdictionis, *l. 1. iuncta glos. verbo extremum, ff. si quis ius dicenti non obtemp.* qui verò tantùm notionem tenent, solùm iudicare valent intra formam sibi præscriptam sine exequendi potestate, quam scilicet retinent magistratus, qui eos dederunt, *d. l. à Diuo Pio, in princip.* in hoc etenim inter se discriminantur iurisdictio & notio, quatenus diuersas species constituunt notiones in genere sumptæ, *d. l. ait prætor, l. notionem, in princip. ff. de verbor. signif.* explicant latè, & eleganter *Donel. comment. Iuris Ciuilis lib. 17. cap. 6. §. iudicum, cum seqq. Gouean. lib. 2. de iurisdict. in princip. num. 30. & 38. cum seq. Quintanad. de iurisdict. & imperio, lib. 1. tit. 2. num. 7.*

2

3 IVDICIS appellatione non continentur arbitri compromissarij, (qui & recepti appellantur ex eo quod recepto, id est, ex compromisso adeuntur, *l. rem non nouam, ad med. C. de iudic.*) Ratio est, quia iudicare munus publicum est, *l. quippe. ff. de iudic. l. ille à quo. §. vlt. cum l. seq. ff. ad Trebell. Duaren.*

4 *lib. 1. disjunct. cap. 51.* ac proinde illi soli propriè Iudices erunt, qui publica auctoritate fuerint instituti, non qui priuatorum consensu electi (prout sunt huiusmodi compromissarij) *l. priuatorum. C. de iurisdict. omn. Iudic. Donel. d. cap. 6. §. in primis, Gouean. d. l. b. 2. in princip. num. 35.* Quamuis autem ex eo quod Iudicium imitantur, Iudicúmque partes assumunt, *l. 1. l. idem Pomponius. §. recepisse. ff. de recept. arbitr.* interdum Iudicibus annumerentur, *l. si minor. 34. §. 1. ff. de minorib. l. pen. ff. de iudic.* nihilominus tamen propriè & simpliciter Iudices non dicuntur, sed magis Iudices cum adiectione, nempe ex consensu, vel compromisso litigatorum, *d. l. pen. non quidem*, ex eo quod notionem tantùm habeant, vt malè ait *glos. vlt. in d. l. ait Prætor, in princip. ff. de re iudic.* sed quia non publica, sed priuata compromittentium auctoritate sunt electi, *Donel. d. cap 6. §. in primis, Gouean. d. lib. 2. in princip. num. 31. cum seqq. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst 2. à num. 19.* tradit multa *Verrut. lib. 9. de verb. signif. verbo Iudex & arbiter, Coraf. lib. 4. miscel. cap. 18.*

Ex quo iam colligitur quod si lege, vel statuto 5
aliquid statuatur exorbitans à Iuris regulis, vel pœnale, aut aliter odiosum aduersus illum, qui per sententiam fuerit condemnatus, locum non habebit si quis per compromissarij sententiam victus fuerit, ratio est quia in odiosis contra verborum proprietatem non fit extensio, iuxta *l. quod verò 13. ff. de legib.* cum aliis per me adductis *Axiom. 166.*

Hinc etiam fit quod cùm lex in pœnam temerè 6
litigantium ex sententiis condemnatoriis decimam solui iusserit, *auth. generaliter autem Iudex, C. de Episcop. & cleric. §. hæc autem. Instit. de pœna temerè litig.* minimè extendi poterit contra illum qui etiam temerè litigans sententia compromissarij fuerit superatus, sicut docet *Iaf. in l. 1. num. 4. ff. de re iudic.* & decisum refert *Cabed. Lusit. decis. 16. num. 10. cum seqq. p. 1.*

IVDICIS appellatione venit potestas loci 7
etiam in materia statuti, & maximè quando adest dictio, *aliquis Iudex*, quia est implicatiua vt comprehendat omnem personam ius dicentem, ita *Signorol. cons. 242. num. 7. vers. item dico*, quod est Leonardi de Ceris, refert *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 4. lit. I, concl. 181. num. 1. & 2.* vbi *num. 3* obseruat eundem *Signorol. cons. 243. num. 4.* tenuisse contrarium, dum ait quod licet nomen *Iudicis* sit generale, tamen non comprehendit illam speciem, quæ sumpsit speciale nomen, prout Potestas.

Illud denique obseruandum est omnium Iudi- 8
cum illam summam esse diuisionem, ad quam cæteræ reducuntur, vt alij sint qui iurisdictionem habent, alij qui notionem tantùm, vt constat ex suprà resolutis, satisque probatur in *d. l. ait prætor 5. in princip. ff. de re iud.* cum aliis citatis à *Donel. comment. Iuris Ciuilis lib. 17. cap. 6. §. Iudicum, cum seqq.* Et omissis illis, qui notionem tantùm habent, eorum qui iurisdictionem sibi vendicant, genera item duo reperiuntur Iure Ciuili cognita, vt videlicet quidam sint qui iurisdictionem habent suo iure, quidam qui alieno beneficio, seu commissione, *l. more maiorum*, vbi iisdem ferè verbis hæc subalterna Iudicum diuisio traditur, *ff. de iurisd. omn. Iudic. Donel. d. loco, cap. 7.* priores, qui iurisdictionem habent suo iure communi vocabulo Ordinarij Iudices dicuntur, posteriores delegati, *Molin. de Iustit. tom. 6. disput. 8. n. 1. in fine.*

Iumentum.

APPELL. CXXIII.

1 IVMENTORVM appellatione continentur animalia, quæ terram colunt, currus trahunt, vel farcinas gerunt, vtpote equi, muli, asini, & mulæ, elephantes autem & cameli iumentorum operam præstant, *l. 2. ff. ad leg. Aquil. Rebuff. ad l. boues 89. vers. iumentorum. ff. de verbor. signif. pag. mihi 387.*

2 IVMENTORVM appellatione non continentur boues, nec è contra, ob idque pecoris facta fuit mentio in edicto ædilium, *l. ædiles. la 2. §. iumentorum. ff. de ædilit. edicto*, vbi *glos. in verbo appellatione*

dicit, quod nomen pecus est genus, vel totum, & sic aliud est verè eius appellatione, aliud verò pars, siue species; nam omne iumentum est pecus, vt deducitur ex verbis de cætero pecore, sed non omnia pecora sunt iumenta, ex quo omnia animalia iumentorum appellatione non continentur, ex quibus colligitur iumentis legatis, boues non contineri, nec è contrà, *l. legatis seruis. §. fin. ff. de legat. 3. Rebuff. vbi suprà vers. & ideò iumentis, pag. 388.*

SVMMARIVM.

1 *Iuris appellatione venit municipale.*
2 *Partium ex conuentione vbi aliquid fieri debet secundùm Ius, intelligitur secundùm leges municipales, non secundùm leges Imperiales.*
3 *Ordinationes Regiæ Lusitan. & leges Hispaniæ subditis Ius constituunt.*
4 *Testator si referat se ad Iuris dispositionem, intelligit de Iure municipali.*
5 *Testator præsumitur potius se conformare cum dispositione municipali, quàm Iuris communis.*
6 *Consuetudo venit Iuris appellatione.*
7 *Arbiter si potestatem habeat terminandi causam, de Iure potest pronunciare secundùm consuetudinem.*
8 *Iuris communis appellatione propriè venit Ius commune Romanorum.*
9 *Iurium appellatione venit facultas aliquid agendi, seu disponendi.*
10 *Prædia & possessiones veniunt appellatione Iurium.*
11 *Iuspatronatus non venit appellatione iurium meorum in donatione.*

Ius.

APPELL. CXXIV.

1 IVRIS appellatione venit municipale, vt docent *glos. verbo Iuris in proœm. Clementinarum, Magon. Lucen. decis. 66. n. 12. Anchar. Regien. p. 2. quæst. 6. num. 11.*

2 Vbi enim aliquid ex partium conuentione fieri debet secundùm Ius, intelligitur secundùm leges municipales, non secundùm leges Imperiales, prout resoluunt *Mart. in votis nouiss. decisionum, voto 154. num. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 99.*

3 Quia leges municipales subditis Ius constituunt, vt de Ordinationibus Regiis Lusitan. dicunt *Gam. decis. 50. num. 5. & decis. 350. num. 6. Valasc. cons. 103. num. 8. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 1. num. 5. Cabed. p. 1. decis. 211.* Et de legibus Hispanicis idem asserunt *Perez. in proœm. Ordin. q. 3. Azeued. ad tit. 1. lib. 2. nouæ Recopil. pag. 122. Morla in empor. Iuris p. 1. tit. 1. q. 16. n. 13.*

4 Et ideo si testator se referat ad Iuris dispositionem, intelligitur agere de Iure municipali, non de Iure communi, vt resoluunt *Menoch. cons. 95. n. 93. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 53. Fusar. de substit. q. 477. num. 53.* eo maximè, quia testator præsumitur potius se conformare cum dispositione municipali quàm Iuris communis, vt ex *Bart.* & aliis tradit idem *Fusar. dicto tract. q. 377. n. 5.*

IVRIS appellatione venit consuetudo, vt per *Menoch. vsufreq. cap. 3. num. 2. Bertazol. de clausulis instrum. claus. 4. glos. 35. num. 2.* Vnde prouenit vt si arbiter potestatem habeat terminandi causam de Iure, potest pronunciare secundùm consuetudinem, ex *Duen. reg. 57. in princip. Mich. Cras. tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 26. num. 85. pag. 355.* Dicitur enim de Iure fieri quod fit per consuetudinem, secundùm *Tiraq. in tract.* le mort, *in præfat. declar. 7. n. 5.* 6 7

IVRIS COMMVNIS appellatione propriè venit Ius commune Romanorum, non verò commune municipale, vt per *Canalcan. de tutore, num. 98. in fine, Ceuall. commun. contra communes q. 238. in fine, Stephan. Gratian. d. cap. 99. n. 14.* 8

IVRIVM appellatione venit facultas aliquid agendi, seu disponendi, *l. qui in potestate,* iuncta *l. filiusfam. ff. de testam. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. Dec. in l. si emancipata in 2. lect. num. 31. C. qui admitti, Ludou. Gom. ad §. 1. n. 29. Instit. de actionib. Menoch. cons. 210. n. 32. Fusar. de substitut. q. 550. num. 16.* 9

IVRIVM appellatione veniunt prædia, & possessiones, vt per *Sim. de Prettis de interpret. vlt. voluntat. lib. 2. solut. 4. n. 39. fol. 84.* 10

IVRIVM MEORVM appellatione in donatione non venit iuspatronatus, ea ratione, quia dictio, *meorum*, est dominij significatiua, *l. quintus. §. argento, ff. de auro, & arg. leg.* vnde cùm iuspatronatus non dicatur verè meum, non venit in tali donatione, sicuti docet *Lambertin. de iurepatron. 7. q. princ. 2. p. num. 5.* 11

IVRIVM SVORVM appellatione vbi quis illa cedit, non comprehenduntur nisi ea, quorum dies venit, non verò conditionalia, vel in diem, ita *Bald. per tex. ibi in l. si ita scripsisset 47. sub num. 2. ff. de legat. 2.* quem sequitur *Alex. cons. 106. num. 8. lib. 5.* & bene explicat *Rota decis. 760. num. 5. apud Farin. p. 2. recent.* 12

SVMMARIVM.

1 *Lanæ appellatione venit etiam lana filata, antequam tamen sit contexta.*
2 *Lanæ appellatione id continetur, quod tinctum non est.*
3 *Lanæ appellat. venit lata cuiuscunque generis, quando est adiectum signum vniuersale.*

Lana.

APPELL. CXXV.

LANÆ appellatione venit etiam lana filata antequam tamen sit contexta, *Bart. in l. quæsitum. §. illud, ff. de legat. 3. Menoch. de præsumption. lib. 4. præs. 151. num. 6.* 1

LANÆ appellat. id continetur quod tinctum non est, *l. si cui. ff. de legat. 3.* vbi *glos. verbo non est*, secus ait inspecta naturali significatione, *Barbat. cons. 29. col. vlt. vol. 3. Natt. cons. 686. n. 11. lib. 4. Hippol. Riminald. cons. 25. num. 31.* 2

Quando verò adiectum est signum vniuersale venit lana cuiuscunque generis, vt colligitur ex *l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. legato*, & tetigit *Rot. in Ilcinen. Iurispatronatus, 18. Decembris 1615. coram bonæ mem. Remboldo, impressa per Farinac. decis. 697. n. 6. p. 1. recent.* 3

SVMMARIVM.

1 *Lecti appellatione in legato vxori facto veniunt lectus etiam festiuus, culcitra de serico, & omnia ornamenta.*
2 *Lectum vbi testator relinquit vxori suæ viduæ, non præsumitur legasse lectum sericum, sed viduale.*
3 *Lecto testatoris legato, seu ornamentis quæ sint legatis, ornamenta etiam pretiosa viduæ legata censentur.*

Lectum.

APPELL. CXXVI.

1 LECTI appellatione in legato vxori facto venit etiam lectus festiuus, secundùm *Bart. in l. medico. §. vxori, ff. de auro & argento leg. & in l. librorum, §. fin. ff. de legat. 3.* vbi per illum tex. vltimo loco citatum firmat huiusmodi legato venire culcitram de serico, & omnia ornamenta, *Florian. in l. sed & si quid. §. proprietatis, in fine, ff. de vsufruct. Surd. de aliment. tit. 3. q. 7. num. 5. vers. sed quid, & decis. 150. num. 10. Rebuff. ad l. instratum 4 . si vero, ff. de verb. significat. pag. 241. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap 3. n. 24.*

2 Secus autem erit quando testator legauerit lectum vxori suæ viduæ, quia tunc non præsumitur legasse lectum sericum, cùm id repugnet conditioni, & qualitati ipsius mulieris, ob idque lectum viduale reliquisse præsumitur, secundùm *Menoch. cons. 329. n. 14. & cons. 352. n. 11. & Surd. de alimentis, tit. 9. q. 30. num. 24.*

3 Quod quidem temperandum est, ne procedat vbi legatum fuerit lectum testatoris, aut ornamenta lecti quæ sint, quia tunc huiusmodi pretiosa ornamenta vxori etiam viduæ legata censentur, vt scribunt *Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 11. n. 17. Surd. de aliment. tit. 4. q. 7. num. 5. Stephan. Gratian. d. cap. 138. n. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Legati appellatione continentur fideicommissa, & donatio causa mortis.*
2 *Legata, & fideicommissa singularia æquiparantur.*
3 *Legatum est donatio à testatore facta, & ab hærede præstanda.*
4 *Legata ad donationem plurimum accedunt.*
5 *Donatio inter viuos non venit appellatione legati.*
6 *Legati vbi fit mentio intelligitur de valido.*

Legatum.

APPELL. CXXVII.

1 LEGATI appellatione continentur fideicommissa, & donatio causa mortis, *l. & fideicommissum. ff. de legat. 3. l. 1. ff. de legat. 1. l. 2. C. communia de legat. Bellon. commun. opinion. 10. verbo legati appellatione*, legata enim & fideicommissa singularia æqui-
2 parantur, *Menoch. cons. 272. num. 72.* Et dicitur legatum donatio à testatore facta, & ab hærede præstanda, *l. legatum, ff. de legat. 2. §. legatum, Instit. de legatis, Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 105. num. 17. & præs. 131. num. 5.* naim ad donationem plurimum 4
accedunt legata, *Gilbert. Costan. lib. 1. quæst. cap. 14. à princip. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 4. num. 9. Donel. comment. Iuris Ciuilis lib. 8. cap. 1. Anton. Gom. vari. tom. 1. cap. 12. n. 3.*

LEGATI appellatione non venit donatio inter viuos, quia non accedit nominis similitudo, vt 5
tenet *Natt. cons. 645. n. 3. lib. 4.*

LEGATI vbi fit mentio intelligitur de valido, non de inualido, vt respondit *Paul. de Castro cons. 50. lib. 2.* vbi ait quod iussus soluere omnia legata, intelligitur de validis, non de inualidis, idem 6
scribunt *Natt. cons. 402. n. 55. Fusar. in tract. de substitut. q. 552. n. 10.*

Legumina.

APPELL. CXXVIII.

LEGVMINVM appellatione (ita dicta ex eo 1
quod colligendo manibus legantur, id est, colligantur, non autem subsequantur, teste *Varro. de re rustica lib. 1. cap. 22.*) veniunt omnia quæ manibus leguntur, & siliquam habent, prout cicer, lentes, fabæ, faxioli, & similia, vt scribunt *Rebuff. ad l. frugem 77. in vers. leguminibus, ff. de verb. signif. pag. 358.* subdens quod venit etiam canapis, & *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. T, concl. 392.*

SVMMARIVM.

1 *Principis placitum legis habet vigorem.*
2 *Princeps dicitur lex animata in terris.*
3 *Contractus Principis habet vim legis.*
4 *Consuetudo venit appellatione legis.*
5 *Pactum dicitur lex data negotiis.*
6 *Dogma prudentum virorum dicitur lex.*
7 *Pacis capitula inter ciuitates liberas sunt leges.*
8 *Communis opinio venit legis appellatione in statuto de lege loquente.*

Lex.

APPELL. CXXIX.

LEGIS appellatione venit quod Principi placuit, quia Principis placitum legis habet vigo- 1
rem, *l. quod Principi, ff. de legib. §. sed & quod Principi, Instit. de Iure natur. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 5. lit. L, concl. 252. num. 22. Menoch. cons. 666. n. 21.* Et ideo Princeps dicitur lex animata in terris, *Surd.* 2
decis. 2. num. 5. & 23. eiúsque contractus habet vim 3
legis, vt scribunt *Mench. illustr. cap. 3. à n. 5. Surd. d. decis. 2. n. 4. Pereg. de iure fisci, lib. 6. tit. 1. in fine, Card. Mantic. de tacitis & ambig. comment. lib. 3. tit. 10. n. 46. cum seqq.*

Consuetudo venit appellatione legis, siue Iuris, 4
ex *Mench. d. cap. 3. num. 2.* quia parem vim habet cum lege, *Guid. Papæ sing. 803. Bernard. Graue. ad practic. Camera Imper. lib. 1. concl. 46.*

Pactum dicitur lex data negotiis, *Fulgos. cons. 144.* 5
Syndici communis num. 2. vbi idem dicit de sententia. *Petr. de Anchar. cons. 44. num. 3. & num. 9. vers. præterea.*

Dogma

6 Dogma prudentum virorum dicitur lex, *Roland. à Valle cons.52. n.31. lib.2.*

7 Pacis Capitula inter ciuitates liberas sunt leges, & statuta, *Fulgos. cons.149. num.3. circa fin. vers. ea autem.*

8 COMMVNIS opinio venit legis appellatione in statuto de lege loquente, *Beroi. cons.91. num.16. & 17. Decian. cons.59. n.30. tom.5.*

SVMMARIVM.

1 *Descendentes omnes, tam masculi quàm fœminæ, comprehenduntur liberorum appellatione.*

2 *Nepos ex filia venit appellatione liberorum.*

3 *Neptem ex filia qui reliquit, non dicitur de iure communi sine filiis decedere.*

4 *Liberorum appellatione veniunt omnes in infinitum.*

5 *Ordo genituræ consideratur inter plures fratres, non autem inter filium, nepotem, & pronepotem.*

6 *Testator quando in prima substitutione vocat filios vnius, in secunda verò vocat liberos alterius, cum additione verbi, vt supra, tunc in secunda censetur intellexisse de filiis, prout fecit in prima.*

7 *Liberi dispositiuè vocati, intelligi debent soli liberi primi gradus.*

8 *Testator quando vocat liberos cum aliqua qualitate restrictiua ad filios, intelligitur vocare liberos primi gradus, non autem vlteriores.*

9 *Testator quando verbo,* liberis, *adiecit verba,* meis, *vel* suis, *censetur vocare liberos immediatè, & sic primi gradus.*

10 *Dispositio testatoris quando est restricta ad aliquod tempus, tunc intelligitur vocasse descendentes, qui intra illud tempus possunt nasci.*

11 *Liberum si in numero singulari testator vocauit, tunc de liberis primi gradus vocatio intelligenda est.*

12 *Conditio si sine liberis deficit vno tantum filio relicto.*

13 *Liberorum nomen intelligitur de liberis primi gradus, quando testator esset imperitus.*

14 *Testator quando in substitutione fecit mentionem de liberis & descendentibus, tunc dicitur intellexisse de liberis primi gradus.*

15 *Testator quando in vna parte testamenti fecit mentionem de liberis, & descendentibus, & in alia simpliciter vocauit liberos, tunc non comprehenduntur nisi liberi primi gradus.*

Liberi.

APPELL. CXXX.

LIBERORVM appellatione nepotes ex filiis, 1
ac omnes descendentes, tam masculi quàm fœminæ comprehenduntur, *l. liberorum, ff. de verb. signif. l. officiales, C. de Episcopis, & cleric. glos. verbo liberi, in Clem. vnica de baptismo, Dec. cons.248. num.2. & cons.253. num.4. Curt. Iun. cons.49. num.5. Bald. cons.303. Ad euidentiam lib.2. Castren. cons.97. Ne in propriis, num.4. vers. secunda substitutio, lib.2. Alex. cons.188. lib.3. & cons.38. in princip. lib.6. & cons.158. Viso testamento, in princ. lib.7. Alciat. cons.563. num.1. Menoch. de præsumpt. lib.4. præs.84. à n.22. & præs. 89. num.74. & cons.204. num.50. & cons.410. num.26. & cons.565. num.8. vers. & dicendum, & cons.764. n.2. & consil. 877. num.14. & cons.836. num.21. & cons. 1040. n.5. & cons. 1070. num.1. & cons. 1036. n.18. Cost. in cap. si pater, in verbo si absque liberis, num.22. de testam. lib.6. Pinel. in l.3. num.33. C. de bonis mat. Surd. decis.66. num.3. & 10.* vbi intelligit, nisi appareat de tacita mente disponentis, *Pereg. de fideicom. art.22. num.43. & art.25. num.8. Sim. de Prett. de interpret. vltim. volunt. fol.289. num.24. Cald. Pereira de potestate eligendi cap.15. n.27. Rustic. in l. cùm auus. lib.6. cap.8. num.3. ff. de condit. & demonstrat.* vbi ait comprehendi ex propria verborum significatione, & *num.7.* ampliat etiam procedere in contractibus, *Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos.1. num.143. & glos.5. num.256. Stephan. Gratian. discept. forens. tom.1. cap. 120. num.26. Rot. coram Reuerendissimo Domino Coccino. decis.111. num.8. & decis. 480. num.3. Sanch. in præcepta Decalogi tom.2. lib.7. cap.9. num.13. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.5. lit.L, conclus.337. à princ. Fusar. de substitut. q.326. num.1. Franc. Molin. de ritu nupt. lib.3. q.25. n.17. & 18.*

Vnde nepotem ex filia venire appellatione liberorum probat *l.1.* & ibi *glos. C. de condit. insert. Capol. cons.49. num.4. Roman. cons.148. col.1. Alciat. cons.34. num.8. lib.9. Socin. Iun. cons.114. num.4. Gerar. Mazzar. cons.5. num.82.* quos refert, & sequitur *Fusar. d. q.326. num.2.* quibus adde *Alex. d. cons.38. in princip. lib.6. Cardin. Tusch. d. lit.L, concl.337. num.10.* Non 3
dicitur enim sine liberis decedere qui relinquit neptem ex filia de iure communi, *Bald. cons. 435. in princip. lib. 4. plenè Alexand. cons. 38. Perspectis, in princip. lib.6.* vbi plena *Apostil. in verbo liberis*; Etiamsi agatur de excludenda causa pia substituta liberis testatoris qui decedunt sine filiis, quia nepotes extantes vocantur, & comprehenduntur, *Dec. cons. 391.* In casu proposito, per tot. *Bald. consil. 413. Viso testamento, lib. 4.* Et idem est in dispositione statuti disponentis, quod decedenti sine liberis succedant proximiores agnati, vsque ad tertium gradum inclusiuè, & in dispositione vltima hominis, & in fideicommisso facto sub tali conditione, *Bald. cons.435. lib.4. Card. Tusch. d. concl. 337. n.13. & 14.*

Imò appellatione liberorum venire omnes in in- 4
finitum, probatur *in d. l. liberorum, & in l. vlt. C. de legit. hared. & in auth. de hared. abintest. venient. §.1. Menoch. cens.1. num.197. cum seqq. & cons.152. n.28. & cons.328. dub.1. Pereg. de fideicom. art.22. num.43. & cons.44. num.8. dub.1. Prett. de interpr. vlt. volunt. fol.289. num.24. Fusar. de substitut. quæst.327. num.1. Mastrill. Sicilia decis.256. num.29.* & ita vltra trinepotem, vt voluerunt *glos. Ias. Non. Conan. Franc. de Gald. & Aldob.* quos refert, & sequitur *Rustic. in d. l. cùm auus. lib.6. cap.8. n.22.* quibus addo *Menoch. d. cons.1.*

d. cons.1. num. 197. cum seqq. & cons. 44. num. 8. & cons. 315. num.42. & cons.328. num. 1. & 3. 27. 28. 55. & seq. & cons.333. num.14. & cons.698. num.1.& cons.743.num.3. & cons.836. num.3. quamuis solum contineri vsque ad trinepotem inclusiuè existimauerunt *Bart. Alex. Ias. Alciat. Æmil. Ferret.Bellon. Bald. Paris. Roland. à Valle*,quos congessit, sed non sequitur *Rustic. d. cap.8. num.21.*

5 Primò limita quando testator facta mentione liberorum,exponendo dixit se intelligere de maiore natu , & postea de secundo genito in ordine genituræ , quia tunc solum intelligitur sensisse de filiis primi gradus, quia ordo genituræ consideratur inter plures fratres,non autem inter filium,nepotem, & pronepotem , ita *Menoch. cons. 328. num.4. vers. secundo confirmatur, Fusar. d. q.327. n.17.*

6 Secundò limita quando testator in prima substitutione vocat filios vnius, in secunda verò substitutione vocat liberos alterius,cum additione verbi vt supra , quia tunc etiam in secunda censetur intellexisse de filiis, prout fecit in prima , *Menoch. cons.328. num.5. vers. tertio, Surd. cons. 554. num.16. lib.* 4. vbi dicit idem esse quando vocantur liberi eiusdem, & in prima substitutione intellexit de liberis primi gradus , quia & in secunda eadem facienda erit interpretatio ob verba restrictiua,& relatiua posita in secunda , refert *Fusar. d. quæst.327. num.18.*

7 Tertiò limita quando liberi Titij essent vocati, & postea dictum esset , & si illi sine liberis decesserint, &c. nam liberi dispositiuè vocati intelligi debent soli liberi primi gradus,non autem de vlterioribus , cùm illi reperiantur positi in conditione ad exclusionem liberorum primi gradus , aliàs sequeretur quod vna persona esset agens & patiens contra *l. Vranius. ff. de fideiuss.* & scribunt *Doct. in l. si debitori, C. de pactis* ; conditio enim liberorum se habere debet ad esse, & non esse, *l.1.* & ibi *Doct. ff. de condit. & demonstr.* & hoc non posset contingere si liberi dispositiuè vocati essent , & sic omnes descendentes, ita declarat *Socin. Iun.cons.108.num.23. lib.2.* quem refert, & sequitur *Menoch. d. cons. 328. n.8. vers. quarto comprobatur.*

8 Quartò limita quando testator vocat liberos cum aliqua qualitate restrictiua ad filios , vt si vocauit liberos Titij , admittendo prius maiorem natu, & postea alios successiuè, quia intelligitur alios filios successiuè vocare , non autem vlteriores liberos, ita *Menoch. d. cons.328. num.11. & 12.*vbi *allegat Corn. cons.182. num.6. lib.5. Ruin.cons.23. num.2. lib.1. Curt. Iun. cons.257. num.23. Paris.cons.20.n.54. lib.3. Decian. cons.55. num.7. lib.9.* prout illos refert *Fusar. d. q.327. num.20.* Ratio est quia dictio,alius, est repetitiua similium , vt dixi in *tract. de dictionib. dict.*

9 Quintò limita quando testator verbo , *liberis*, adiecisset verba *meis* , vel *suis*, quia censetur vocare liberos immediatè, & sic primi gradus , *Menoch. d. cons.328.num.14.* quod tamen dubium esse obseruat *Fusar. d. q.327.n.23.* vbi in fine hanc limitationem reiiciendam esse affirmat.

10 Sextò limita quando dispositio testatoris est restricta ad aliquod tempus, nam intelligitur vocasse descendentes, qui intra illud tempus possunt verisimiliter nasci, *Decian. cons.1.n.254.lib.1. Menoch.d. cons.328. n.17. Fusar. d. q.327. n.24.*

11 Septimò limita si in numero singulari testator vocauit liberum, quia tunc de liberis primi gradus vocatio intelligenda est, *Menoch. d. cons.328. n.20. Fusar.d. q.327.num.25.* licèt liberorm nomen semper in plurali , nunquam verò in singulari reperiri, ac proinde posse in vno verificari, per *tex. in l. non est sine liberis* 148. *ff. de verb. significat.*non sine iudicio asserant *Tiraq. in l. si vnquam. verbo susceperit liberos,à num.241. C. de reuocand. donat. Cost. in d.cap. si pater,verbo absque liberis, à num.21. Card.Mantic.de coniectur. vltim. volunt.lib.11.tit.6.num.8.* ita vt conditio si sine liberis , deficiat vno tantum filio relicto , vt latè probat pluribus citatis doctoribus *Fusar. d. tract. de substitut. q.* 401. *à princip.* tamen in singulari reperiri,prout in *l. ius autem agnationis 35. ff.de pactis*,& aliis ex *Codice notat Tiraq.d. verbo susceperit liberos, n.243.* 12

Octauò limita quando disponens , seu testator esset imperitus,quia tunc nomen liberorum intelligitur de liberis primi gradus,*Bart. in d. l.liberorum, num.* 20. *Menoch. d. cons.328. num. 25. cum seqq.* vbi vult procedere etiam in testamento scripto à notario , *Surd. cons.554. num.11. lib.4. Rustic. in d. l.cùm auus. lib.6. cap.8. num.19. & cap.* 17. *ff. de condit. & demonst. Fusar. d. q.* 327. *n.31.* vbi *n.* 32. notat contrarium esse tenendum in testamento Latinè scripto à notario. 13

Nonò limita quando testator in substitutione fecit mentionem de liberis & descendentibus,quia tunc pro liberis dicitur intellexisse de liberis primi gradus, *Surd. cons.* 554. *n.6. vers. super conclusionibus, lib.4. Fusar.d.q.*327. *n.*35. 14

Decimò limita quando testator in vna parte testamenti fecit mentionem de liberis & descendentibus , & in alia simpliciter vocauit liberos , nam hoc casu liberorum nomen non comprehendit nisi liberos primi gradus , secundùm *Surd. d. cons.* 554. *n.11. & Fusar.d.q.*327. *n.*36. 15

Libertas.

APPELL. CXXXI.

LIBERTATIS appellatione venit omnimoda & plena, *l. cum venderes,ff.de actionibus empti, Roland. à Valle cons.2. num.*34.*tom.*1. *& cons.*35. *n.*31. *tom.* 4. 1

Libertus.

APPELL. CXXXII.

LIBERTORVM appellatione continetur etiam libert. , *l. liberti, ff. de verb. signif. l. cùm pater.* §. *cum inter. ff. de legat.*2. & venit communis, ideo non potest vocare in ius alterum ex patronis sine venia, *l. communis. ff. de in ius vocando* , non verò continetur libertus liberti , *l. pater filium.* §. *duabus. ff. de legat.*3. 1

Liber.

APPELL. CXXXIII.

LIBRORVM appellatione continentur omnia volumina in quacunque materia scripta,*l.librorum, in princip. ff. de legat.*3. vbi *in* §. *si cui*,probatur quod in dubio intelligitur de vno volumine , non de libris numeralibus,per quos volumen diuiditur, & in §. *si Homeri* , dicitur quod libri appellatione in legato testatoris is continetur prout inuenitur in morte ipsius testatoris, & in §. *libris* , quod non continentur ea in quibus libri reperiuntur , & sic bibliotheca. 1

Legatum

2 Legatum librorum, quos habebat tunc testator, non includit libros deinde emptos, vt respondit *Bald. cons.* 284. *Pater, lib.* 2. *Roman. sing.* 503. *incip. Textus, Menoch. de præsumpt. lib.*4. *præs.* 127. *num.* 15. vbi *num.* 16. cum eodem Romano, hoc extendit vt locum habeat etiam quando testator in primo testamento reliquit, putà libros, quos habebat, deinde emptis aliis multis confecit aliud testamentum, in quo confirmauit primum quoad legata. Ratio est quia legata debent intelligi secundùm tempus testamenti, non verò secundùm tempus mortis testatoris, *l. si ita, & l. vlt. in princip. ff. de auro, & arg. leg. l. vxorem* 41. §. *testamento, ff. de legat.*3. cum aliis citatis à *Menoch. d. lib.*4. *præs.*127. *per tot.*

3 LIBRORVM fuorum appellatione in legato Doctoris, qui habebat libros aliquos, quos consueuerat commodare scholaribus, non veniunt libri illi vsui scholarium parati, vt resoluit *Bart. in l. cum in testamento, ff. de auro & arg. legato*, quem refert *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 162. *num.* 25.

Ligna.

APPELL. CXXXIV.

1 LIGNORVM appellatione in legatis continetur arbor vento deiecta, nisi aliud testator senserit, *l. ligni verbo. ff. de legat.*3. vbi *glos. verbo deiecta, Bertazol. de clausulis instrument. claus.*20. *glos.*6. *num.* 3. Pali verò & perticæ in legatis, & venditionibus non continentur, quia in numerum materiæ redigendi sunt, *l. pali. ff. de legat.* 3. *l. pali. ff. de verbor. significat.* faciunt quæ *Bart. in tract. de alueo, vers. stricta ratione, num.* 9. & in specie resoluit *Bertazol. de clausulis instrumentalib. clausul.* 26. *glos.* 13. *num.* 6. *in fine. Rebuff. ad l. carbonum* 167. *vers. tertia, in fine, ff. de legat.*3. *pag. mihi* 573. vbi subdit, quod si pali præ vetustate seruire non possent nisi ad comburendum, ligni nomine venirent.

2 LIGNI appellatione veniunt omnia, quæ comburendi causa parata sunt, & quæ consuetudo regionis, seu paterfam. pro ligno habebat, *d. l. ligni verbo*, latè *Rebuff. ad d. l. carbonum, in vers. ex prædictis, cum seqq. pag.* 572. *&* 573.

SVMMARIVM.

1 *Lineæ appellatione, directa non autem inflexa venit.*
2 *Descendentes soli veniunt lineæ appellatione.*
3 *Transuersales non continentur quando testator dixisset, quod bona conseruentur in linea ipsius testatoris.*
4 *Transuersales non veniunt quando vocati essent qui sunt ex linea Titij, vel vocata esset linea hæredis, vel linea Titij, seu linea recta.*
5 *Transuersales veniunt vbi vocata esset linea domus hæredis, vel Titij.*
6 *Collaterales veniunt appellatione lineæ quando aliàs verba essent superflua, vel testator sciebat non posse verificari lineæ vocationem in descendentibus.*
7 *Agnationis lineam vbi testator vocauit veniunt omnes descendentes, ascendentes, & transuersales agnatos.*
8 *Transuersales veniunt vbi linea masculina vocata esset.*
9 *Testator vbi in alio testamento accepit lineam pro transuersalibus, ita & in vltimo testamento dicendum est illum habuisse eundem sensum, & in alio casu, vt n.*10.
11 *Lineæ appellatione venit linea testatoris, & non hæredis.*
12 *Lineæ appellatione si agitur de transuersalibus, non venit vltra decimum gradum, secus si de linea descendentium.*
13 *Lineæ appellatione veniunt tam masculi quàm fœminæ.*
14 *Descendentes ex fœmina, non veniunt quando vocata esset linea recta.*
15 *Linea vocata non venit fœmina, nec descendentes ab ea, vbi testator tacitè, vel expressè habuit mentem conseruandi bona in agnatione.*
16 *Lineæ sub nomine non venit fœmina quando agitur de bonis feudalibus, vel habentibus annexam iurisdictionem, vel dignitatem.*
17 *Neptis ex filio non dicitur de linea testatoris, quando ipse proprias filias excluſit.*
18 *Masculos per lineam masculinam descendentes quando testator vocauit, masculi ex fœminis descendentes non veniunt.*
19 *Fœminæ omnino, & descendentes ab eis essent excluſi vbi testator habuit sensum conseruandi bona in familia.*
20 *Lineæ paternæ appellatione non veniunt descendentes ex fœmina ab eodem patre procedentes.*
21 *Idem est dicere de linea paterna, & de paterna parte.*
22 *Illegitimi an veniant lineæ appellatione, ostenditur.*
21 *Idem est dicere de linea paterna, & de paterna parte.*
22 *Naturales ad fideicommissum non veniunt appellatione lineæ.*

Linea.

APPELL. CXXXV.

1 LINEÆ appellatione directa non autem inflexa continetur, vt post *Socin. & Corn.* resoluit *Peregr. de fideicom. art.* 22. *num.* 24. *Mieres de maiorat. p.*2. *quæst.* 6. *num.* 18. & post *Bald. Castren.* & alios tenet *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiast. resolut.* 138. *num.*2. *Grivell. Delana decis.* 109. *n.* 10. & fuit dictum in Mediolanen. iurispatronatus 30. Octobris 1617. coram R. P. D. meo Pirouano, impressa per Viuian. post suam praxim Iurispatronatus, *decis.* 73. *num.*5. in nouissima impress.

2 LINEÆ appellatione continentur soli descendentes omnes, *Anch. consil.95. num.7. Socin. Sen.consil. 33. num.9. & 10. lib.3. Socin. Iun. consil.97. num.66. lib.2. Dec. consil. 365. col.3. & consil. 379. num.4. & 5. Ruin. consil.98. num.4. lib.1. & consil.49. num.6.& consil. 153. num. 10.& consil. 209. num. 3. lib. 2. & consil. 23. col.3. & consil.24. lib.3. Pariſ. consil.40. num.1. lib.2. & consil. 74. num.32. lib.3. Cranet. consil.250. num.5.Brun. ſuper ſtatut. excluſ. fœmin. art.12.queſt.19. col.1. & 2. Grivel. Dolana deciſ. 109. num. 12.* vbi quod continetur agnatio,& cognatio, *Capic. deciſ.159. num.6. Prett. de interpret. vltim. volunt. fol.291. num. 41. & ſeq. & consil.59. num.14. lib.1. Cephal. consil.313. n.59. & 60. Menoch. consil. 233. num. 13. cum multis ſeqq. & consil.234. num.7. cum ſeqq. & consil.326. num. 6. & 8. & consil.633. num.11. & consil. 732. num.43.& consil. 926.num.14.* vbi etiam quod in primogenituris vocata linea intelligitur de linea effectiuè, *& consil. 957. num. 9. cum ſeqq. & consil. 982. num.8. & consil. 1177. num.9. & de præſumpt. lib.4. præſ.88. num. 11. Peregr. conſ.11. num. 1. & 6. lib.2. & conſ.57.num.8. lib. 5. & de fideicom. art. 22. num.24. Fuſar. de ſubſtitut. q.345. num.1. Rot. deciſ.226.num.3.apud Farin. p.2. recent.*

3 Quorum opinio eo maximè procederet quando teſtator dixiſſet quod bona conſeruentur in linea ipſius teſtatoris, nam tranſuerſales non continerentur, *Ruin. conſ. 153. num.11. lib.2. Hieron.Gabr. conſ. 132. num.60.lib.1. Peregrin. conſ.57.num.9.lib.5. Menoch. conſ.233. num.2. & d. præſ. 88. num.11. in fine*, quos refert, & ſequitur *Fuſar. d. quæſt. 345.*

4 *num. 6.* vbi *num. 9.* ſubdit etiam tranſuerſales non venire quando vocati eſſent qui ſunt ex linea Titij; vel quando vocata eſſet linea hæredis, vel linea Titij, *Capic. deciſ. 159. num. 6. Prett. de interp. vltim. volunt. fol. 291. num. 41. Menoch. conſ. 924. num.1.* Vel denique quando vocata eſſet linea recta, *Prett. de interp. vltim. volunt. fol. 293. num. 71. circa med. & conſ. 32. num.2. cum ſeqq. lib. 1. Cephal. conſ.510. Menoch. conſ.326. num.81. cum ſeqq.* refert *Fuſar. d. q.345 num.12.*

5 Limita primò quando vocata eſſet linea domus hæredis, vel Titij, quia tunc & tranſuerſales venirent, *Menoch. conſ.924. num.12. Fuſar.d.quæſt.345. num. 11. & 14.*

6 Limita ſecundò quando aliàs verba eſſent ſuperflua, vel teſtator ſciebat non poſſe verificari lineæ vocationem in deſcendentibus, quia tunc & collaterales comprehenderentur, *Cranet. conſ.659. n.6. Menoch. d. præſ.88. num.11. in fine,Fuſar. d. q.345. num. 13.*

7 Limita tertiò quando teſtator vocaſſet lineam agnationis, quia tunc omnes aſcendentes, deſcendentes, & tranſuerſales agnatos comprehendit, *Menoch. conſ. 427. num. 16. & conſ. 463. num.12. in fine, & conſ. 924. num. 1. cum ſeqq. Peregr. conſ. 11. num.16. verſ. allegata autem lib.2.Fuſar. d. quæſt.345. num.17.*

8 Limita quartò quando vocata eſt linea maſculina, nam tunc etiam tranſuerſales venire ſcribunt, *Prett. de interpret. vltim. volunt. fol. 290. num. 39. & 43. Menoch. conſ. 463. num. 12. Fuſar. d. quæſt. 345. num.* 18. vbi *num.* 19. intelligit niſi vocati eſſent deſcendentes maſculi per lineam maſculinam.

9 Limita quintò quando teſtator in alio teſtamento accepiſſet lineam etiam pro tranſuerſalibus,quia & in vltimo teſtamento dicendum erit eundem ſenſum teſtatorem habuiſſe, *Menoch. conſ. 924. num. 16. Fuſar. d. quæſt. 345. num. 20.* vbi tamen *num.22.* obſeruat hanc limitationem non eſſe omnino tutam, quia multi tenent qualitatem appoſitam in primo teſtamento non cenſeri repetitam in ſecundo.

Limita ſextò quando teſtator plures filios;vel fratres vocauit, cuiuſque lineas vocando,& in perſona vnius vocauit & lineam tranſuerſalem, quia & in linea alterius præſumendum erit teſtatorem & de linea tranſuerſali intellexiſſe, *Menoch. conſ.924. n.18. Fuſar. d. q. 345. n. 23.* 10

LINEÆ appellatione venit linea teſtatoris, & non hæredis, *Menoch. conſ.982. num.7.in fine, Fuſar. d. q. 345. n.27.* 11

LINEÆ appellatione, ſi agitur de tranſuerſalibus, non venit vltra decimum gradum, ſecus ſi de linea deſcendentium, *Curt. Sen. conſ.52. n.36. Prett. de interpret.vltim.volunt. fol.291.n.45.* 12

LINEÆ appellatione veniunt tam maſculi quàm fœminæ, ita *Corbul. de iure emphyt. tit.de caduc.ob lineam finitam, n.40. Cephal.conſ.413. n.18. cum ſeqq.& conſ.664.num.23. Bardell.conſ.66.n.21. Menoch. conſ. 625.n.9.cum ſeqq.Pereg.de fideicom.art.22.num.24.* qui omnes,excepto *Pereg.* reſoluunt quod deſcendentes ex fœminis dicuntur & ſunt de linea, idem cenſuit *Rot. deciſ.226.n.3. apud Farin.p.2.recent.* vbi *ex Bald. conſ. 334. num. 10. lib. 3.* ait quod omnes poſſumus dici de linea Adami. 13

Primò limita quando vocata eſſet linea recta, tunc enim deſcendentes ex fœmina non veniunt, *Menooh.conſ.326.n.83.Fuſar.de ſubſtitut.347. n.7.* 14

Secundò limita quando teſtator tacitè, vel expreſsè habuit mentem conſeruandi bona in agnatione, nam tunc nec fœminæ nec deſcendentes ab eis venirent in vocatione de linea, *Menoch.conſ.625. n.2.Fuſar.d.q.347.n.5.* 15

Tertiò limita quando agitur de bonis feudalibus, vel habentibus annexam iuriſdictionem,& dignitatem, nam cùm de iis non ſit capax fœmina illa,non veniret ſub nomine lineæ, *Ruin.conſ.108.n.7. lib.1. Menoch. conſ.205. num.34. Fuſar. d. quæſt. 347. num. 8.* 16

Quartò limita quando teſtator proprias filias excluſit, quia tunc neptis ex filio non diceretur de linea teſtatoris, ita *Cephal. conſ. 413. num. 5. Menoch.conſ.205. num.32. & conſ.585. n.19. Peregr.de fideicom. art.26. num.30.in fine, Fuſar.d.q.347. n.39.* 17

Quintò limita quando teſtator vocauit maſculos per lineam maſculinam deſcendentes, quia tunc etiam maſculi ex fœminis deſcendentes non venirent, *Molin. de primogen. lib.2. cap.1. num.69. Menoch. conſ.802. num.82. Fuſar. d. q.347.num.32. Rot. deciſ. 203. num.5. apud Farin. p.2. recent.* etiam quod vocati eſſent ſolum deſcendentes ex linea maſculina, *Cephal. conſ. 239. n.7. & conſ. 581. n.12. Pereg. d. art.26. num.4. & num.29. in fine, Fuſar. d.q. 347. n.33.* 18

Sextò limita vbi teſtator habuit ſenſum vt bona in familia conſeruarentur, tunc enim fœminæ omnino & deſcendentes ab eis eſſent excluſi, *Cranet. conſ. 656. num.8. Menoch. conſ.379. num. 30. & conſ. 625. num. 1. Pereg. d. art. 26. num. 29. circa fin. & num.30. Fuſar. d. queſt. 347. num. 42.* vbi *num. ſeq.* dicit quod ſicut è contra quando ſubſtitutio non eſt facta pro conſeruandis bonis in agnatione, vel eſt ſubſtitutus is, qui agnationem conſeruare non poteſt, vt pia cauſa, fœmina veniret. 19

LINEÆ paternæ appellatione non veniunt deſcendentes ex fœmina ab eodem patre procedentes, *Ruin. conſ. 141. num.21. lib. 5. Pereg. d. art. 26. in fine, Fuſar. d. quæſt.347. n.49.* Ratio eſt, quia 20

vt

vt dicit *Curt. Iun. conſ. 5. num. 24. & 29.* per fœminam rumpitur linea paterna, & ab ea incipit agnationis origo, *l. Iuriſconſultus, §. agnationis, ff. de gradibus*; eſt enim fœmina finis propriæ familiæ, *l. pronunciatio, §. fin. ff. de verbo. ſignificat.* Ad-
21 uerte tamen idem eſſe dicere de linea paterna, & de paterna parte, vt fuit dictum in Mediolanen. iuriſpatronatus 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. Pirouano, impreſſa per Viuian. poſt praxim Iuriſpatronatus, *deciſ. 71. n. 3.* & in eadem coram eodem 30. Octobris 1617. *ibid. deciſ. 73. num. 4.*

22 LINEÆ appellatione veniunt naturales ad fideicommiſſum, ita *Cephal. conſ. 591. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 80. in fine, Fuſar. de ſubſtitution. q. 347. num. 1. cum ſeqq.* declarantes id non procedere in illis caſibus in quibus filiorum appellatione non veniunt naturales, dum arguunt à vocatione filiorum ad vocationem lineæ; addúntque ſpurios, & odibiliter natos non venire in vocatione lineæ, quod etiam tradunt *Hieron. Gabr. conſ. 195. num. 5. vol. 1. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 13. n. 52. & ſeq. & 173.* quos refert *Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſ. reſolut. 185. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Litis appellatione vbi ſimpliciter profertur in conſtitutione procuratoris venit lis præſens, & non futura.*
2 *Inſtantia, & ius venit litis appellatione.*
3 *Litis motæ appellatione venit ſolum conteſtata.*
4 *Litis appellatione venit ſolum controuerſia iudicialis.*

Lis.

APPELL. CXXXVI.

1 LITIS appellatione ibi ſimpliciter profertur in conſtitutione procuratoris venit lis præſens, & non futura, *l. item §. ſed ſi, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine, Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 37. à num. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 5. ſub num. 21. & num. 33. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 145. num. 12. cum ſeqq.* niſi procurator habeat generale mandatum ſecundùm *Flamin. de reſignat. benefic. lib. 9. q. 16. n. 17.*

2 LITIS appellatione venit inſtantia & ius, ſecundùm *Doct. in l. poſtquam liti, C. de pactis, Pute. deciſ. 407. n. 1. lib. 2. in correctis.*

3 LITIS motæ appellatione venit ſolùm conteſtata, *cap. ex parte 30. de verbor. ſignif. Bart. in l. cauſas, C. de tranſact. in fin. 2. Marant. de ordine iudic. p. 5. tit. & omnia fiant durante inſtantia, n. 64. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 8. num. 4. Cabed. Luſit. deciſ. 15. n. 10. p. 2.* Parens meus in *comment. ad Ordin. Reg. Luſitanor. lib. 3. tit. 20. §. 7. n. 3.*

4 LITIS appellatione venit ſolùm controuerſia iudicialis, *l. cauſæ*, vel lites. *C. de tranſact. Corn. conſ. 267. In hac conſultatione, num. 18. verſ. & licèt appellatione, lib. 4.* quem refert *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 5. lit. L, concl. 379. num. 1.* vbi *num. 4. per l. litis nomen. ff. de verb. ſignif. & Abb. conſ. 43. Videtur, num. 1. lib. 1.* ſubdit quod litis nomen importat omnem actionem tam perſonalem quàm realem.

SVMMARIVM.

1 *Maioris in dubio appellatione intelligitur ætate, niſi verba repugnent.*
2 *Verb. Maior natu, oſtendunt diſponentem intellexiſſe de ſeniore, & ætate maiore.*
3 *Maior maſculus vbi vocatus eſſet ſolùm maior natu veniret.*
4 *Maiorum appellatione propriè ſumpta, tantùm continetur vltra tritauum.*
5 *Maiorum appellatione non veniunt tranſuerſales quantumcunque ſint antiqui, ſed ſolùm aſcendentes à tritauo ſuprà.*

Maior, Maiores.

APPELL. CXXXVII.

MAIORIS in dubio appellatione intelligi- 1
tur ætate, niſi verba repugnent, quia verba potiùs de naturali maioritate quàm de accidentali, vel ficta intelligitur, *Alex. conſ. 4. Ponceratis, num. 2. & 3. lib. 5. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 5. lit. M, concluſ. 19. num. 3. Stephan. Gratian. diſceptat. for. cap. 456. num. 82. & 83. Rebuff. ad l. 2. ff. de verb. ſignif. verb. Maior, pag. 23. Tiraq. in tract. primogen. quæſt. 1. num. 11.* quem refero Ego ipſe *in collect. ad cap. quoties 5. num. 3. de teſtibus.* Vnde ſi maior de domo vocetur, intelligitur de maiori ætate, non diuitiis, nec dignitate, vt per *tex. in l. ſi pater, in fine, ff. de adopt. & in l. eum qui, in princip. ff. de interd. & releg. & in l. ſemper, in princip. ff. de iure immun. & in cap. maior 34. quæſt. 1. & in d. cap. quoties*, reſoluunt *Pariſ. conſ. 19. num. 125. & conſ. 93. num. 32. lib. 2. Ioan. Lecer. in tract. de primogen. lib. 1. quæſt. 2. Tiraq. d. quæſt. 1. num. 10. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 10. ſub num. 1. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol. 329. num. 74. circa fin. & fol. 334. num. 18. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 92. num. 1. & conſ. 211. n. 26. & conſ. 220. num. 118. Alex. Rauden. de annalog. lib. 1. cap. 15. num. 267. & 269. Peregr. conſ. 47. num. 16. lib. 2. Honded. conſ. 70. num. 12. lib. 2. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 383. Anton. Monach. Florent. deciſ. 71. num. 28.* Ego ipſe, *in collect. ad d. cap. quoties, num. 4.*

Quæ quidem opinio fine dubio procederet quan- 2
do vocatus eſſet maior natu; nam hæc verba, *maior natu*, oſtendunt diſponentem intellexiſſe de ſeniore, & ætate maiore, *cap. lex eſt 2. diſt. l. qui cùm maior natu. ff. de oper. libert. §. minorem, Inſtit. de adopt. Socin. Sen. conſ. 252. num. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 19. num. 124. cum ſeqq. lib. 2. Tiraq. d. quæſt. 1. in fine,* 3
Honded. d. conſ. 70. num. 13. lib. 2. Prout etiam procederet ſi vocatus eſſet maior maſculus, quia ſolùm maior natu veniret, vt reſoluunt *Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. fol. 329. num. 74. in fine, Fuſar. de ſubſtitut. q. 356. n. 8.*

MAIORVM appellatione propriè ſumpta, 4
tantùm continetur vltra tritauum, *Oldrad. conſ. 25. Thema tale eſt, ver. maiorum*, vbi *in verſ.* ad ſecundum, ſubdit quod etiam verificatur in patre & auo, *Angel. conſ. 268. Statutum Dalmatiæ, in princip.* vbi dicit hoc verum de propria ſignificatione, quia propriè aſcendentes ſupra tritauum dicuntur maiores, tritauus verò & alij deinceps dicuntur parentes, refert *Cardin. Tuſch. d. tom. 5. lit. M, concluſ. 21. num. 1. & 2. Rebuff.* vbi *ſuprà verbo maior, verſ. ſecundo.*

5 MAIORVM appellatione non veniunt transuersales quantumcunque sint antiqui, sed solùm ascendentes à tritauo, *suprà l. Iureconsultum. ff. de gradib. Alex. cons.4. col.1 lib.4. Cardin. Tusch. d.concl. 21.num.5.*

Malefactores.

APPELL. CXXXVIII.

1 MALEFACTORVM appellatione indefinitè à statutis veniunt omnes vniuersaliter, *Alberic. in tract. statut. p. 2. q.121. num. 11. Sebast. Medic. de regul. Iuris, reg.2. n.76.*

Maritus.

APPELL. CXXXIX.

1 MARITI appellatione in materia fauorabili venit sponsus de futuro, secus in materia odiosa, *l. non sine*, vbi *Cyn. C. de bonis quæ liber. Sanch. de Matrim. lib.1. disp.1. num.2. vers. sed hoc sanè*, vbi *num.* 4. declarat optimè quando dicatur dispositio fauorabilis, & quando odiosa, & quamuis *Cou. de sponsalib. p.2. cap.1. in initio n.2. Gutier. de iuram. confirm. p.1. cap.51. n.2. Matien. l.fin. glos.6. n.1. tit.2. lib.5. nouæ Recop.* tenuerint omnia Iura loquentia de Matrimonio, & de marito, & vxore, accipienda esse quando Matrimonium per verba de præsenti, contractum est, quamuis copula sequuta minimè sit; tamen ipse *Sanch.* vbi *suprà num.* 3. post *Panorm. in cap. tertio loco, in fine, & ibi Felin. num.4. de præsumpt. Alex. Carrer. lib.5. de sponsalib. cap. 5. Anton. Cuch. lib.5. instit. maior. tit.* 10. *num.*8. & 9. *Auendan. resp.* 10. *num.* 3. meritò distinguit inter materiam fauorabilem, odiosam, aut indifferentem, ita vt in materia fauorabili veniant sponsalia & sponsa, matrimonij, seu mariti appellatione, in odiosa verò nomine mariti, vxoris, vel Matrimonij, non veniunt sponsalia contracta per verba de præsenti, nec sponsi, ipsi de præsenti ante consummationem, in materia denique indifferenti veniant qui contraxerunt per verba de præsenti, siue consummauerint Matrimonium, siue non, non autem comprehenduntur sponsi de futuro.

Marmor.

APPELL. CXL.

1 MARMORIS appellatione in legatis non continetur marmor sculptum, *l. hæres. §.1. ff. de legat.3. l.1. de auro & argento leg. Ruminald. cons.25. n.31. Nat. cons.686. num.1. lib.4.*

SVMMARIVM.

1 *Masculi vbi vocantur ad fideicommissum, vel aliam dispositionem, non veniunt fœminæ, imò censentur exclusæ.*

2 *Masculi ex fœminis excluduntur quando vocantur masculi ad fideicommissum, vel aliam dispositionem.*

3 *Limita vbi cessat ratio agnationis conseruandæ, vel quando vocati essent masculi quicunque.*

Masculus.

APPELL. CXLI.

1 MASCVLORVM appellatione quando illi vocantur ad fideicommissum, vel aliam dispositionem, non veniunt fœminæ, imò censentur exclusæ, iuxta reg. *l. cùm prætor, ff. de iudic. l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum. Rimin. Iun. cons.371. num.6. & 7. Menoch. cons.1099. n. 20. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.5. lit.M, concl.102. à princip. Fusar. de substitut. q. 311. num. 12.* Ratio est, quia vocatio masculorum non fit alia ratione, nisi pro conseruandis bonis in agnatione, *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.6. tit.15. num.2. Rimin. Iun. cons. 457. num.9. lib.4. Sim. de Prætis de interp. vltim. volunt. fol.287. num.5. Cephal. cons. 16. num.44. Hieron. Gabr. cons.97. num.24. lib.1. Peregr. de fideicom. art.25. num.47. Menoch. cons.205. num.13. Surd. cons.96. n.30. Honded. cons.70. n.39. lib.1. Card. Tusch. d. concl.102. n.2.*

2 Amplia vt etiam hoc casu excludantur masculi ex fœminis, vt per *l. 1. in fine, & l. immunitates, ff. de iure immunit.* vbi priuilegia immunitatis concessa descendentibus masculis non transeunt in masculos ex fœminis, resoluunt *Rain. cons. 167. num. 6. lib.2. & cons. 49. num.2. vers. sed tamen, & cons.120. num.8. & 9. lib.1 Socin. Iun. cons.69. n.28. & cons.116. lib.3. Alciat. cons.96. num.33. cum seqq. Nat. cons.187. num.9. Tiraq. de iure primog. q. 13. num. 6. Matthesil. sing.128. alias 131. Cremens. sing.20. Cranet. cons.22. col. vlt. Bursat. cons.228. num.92. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.11. tit.15. num.2. & de tacit. & ambig. conuent. lib. 23. tit. 13. Laderih Imola cons. 153. per totum, Decian. cons.127. num.15. lib.3. Hippol. Rimin. cons.313. num.31. & cons.782. num.42. Sfort. Odd. de compend. subst. p.6. art.4. num.4. & cons. 6. num.43. Molin. de primogen. lib.3. cap.5. n.27. & 45. Christophor. Torniol. cons.32. per totum, Anton. Gabr. commun. tit. de substitut. concl.2. in fine, Menoch. de præsumpt. lib.4. præs.91. n.5. & cons.172. n.12. & cons.321. num.136. & cons. 1152. n.16. & cons. 1177. num.11. cum seqq. & cons. 1228. num.30. & cons.1229. n. 16. cum seqq. Hieron. Gabr. cons.116. num. 3. lib.2. Surd. cons.317. num.7. Craff. in §. fideicommissum, q.35. n.3. Alex. Trenta sing. de substit. p.4. cap.7. n. 10. Intrigl. in simili tract. cent.3. q.58. num.6. & q.85. num.5. Thesaur. Pedam. decis. 188. num. 23. Anton. Monach. Florent. decis.52. Gall. de except. success. tit.4. except. 27. n.80. p.2. Rustic. in l. cùm auus. lib. 6. cap.16. ff. de condit. & demonstrat. Card. Tusch. d. concl.102. n.8.*

3 Declara ampliationem, vt non procedat quando cessat ratio agnationis conseruandæ, vt quia fideicommissum sit constitutum ab extraneo, vel à muliere, vel initium habuit à fœmina instituta, quia tunc masculus ex fœmina veniret, ita *Rain. cons.120. n.13. vers. quo vero, lib.1. Socin. Iun. cons.2. n.11. & 26. lib.3. Rimin. Iun. cons.347. num.27. & 28. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.8. num.20. & 75. Molin. d. cap.5. n.49. Surd. cons.304. n.14. Rot. decis.150. n.2. p.2. diuers. Peregr. in tract. de fideicommiss. art.26. num.27. & cons.5. n.13. lib.1. & cons.1. n.33. lib.5. Menoch. cons.802. n.38. cum seqq. Gall. d. except.27. n.82. cum seqq. Rustic. d. cap.16. n.22. Card. Tusch. d. concl.102. num.10.* Rota in Spoletana hæreditatis 11. Martij 1613. coram Patriarcha Manzanedo, impressa per *Farin. decis.463. n.8. p.1. recent.* & nouissimè in Florentina fideicommissi de Cambiis 9. Iunij 1627. coram R.P.D Dunozetto, in fine. Vel quando vocati essent masculi quicunque propter illam dictionem vniuersalem, *Rustic. d.c.16. num.23. cum seqq.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Massaritia idem important quod supellectilia, & ideo Massaritiarum appellatione veniunt quæcunque continentur appellatione supellectilis.*

2 *Supellectilis appellatione veniunt omnia parata mobilia ad vsum communem patrisfamil.*

3 *Massaritiæ, mobilia, supellectilia, & fulcimenta sunt nomina appellatiua.*

Massaritiæ.

APPELL. CXLII.

1 MASSARITIARVM appellatione continentur ea, quæcunque continentur appellatione supellectilis, & è contra; Massaritiæ enim idem important quod supellectilia, *Abb. conſ. 88. num.2.lib.2.incip.Cajus in facto, Dec. conſ.492. Cardin. Tuſch.practic.concl.tom.5.lit.M, concl. 105. num. 1. & 6. Angel. Aretin.in tract.de teſtament. gloſ. 59. num.1. Durand.de arte teſtandi in tit.de l gat.caut. 53. in fine, Menoch.de præſumption.lib.4.præſ.160.num.2.* Appel-
2 latione verò ſupellectilis veniunt omnia parata mobilia ad vſum communem patrisfam. *l. 3. cum ſeq.ff.de ſupellect.leg. Abb.d.conſ.88. in princip. verſ. ſed hoc non obſtante, lib.2.* vbi quod veniunt lecti, culci-
3 træ, capſæ, ſcamna, & ſimilia. Et quod nomen Maſſaritiarum, mobilium ſupellectilium, & fulcimentorum ſint nomina appellatiua collectiua, reſoluit *Rimin. Iun.conſ.126.num.84.* vbi *num.83.* ſubdit quod ſupellectilem ſuam appellant homines bona ſua mobilia. Alia vide in verbo ſupellectilis, *appell.252.*

SVMMARIVM.

1 *Auia continetur matris appellatione, quoties ponderatur naturalis affectio.*

2 *Matris appellatione non continetur auia in odioſis.*

Mater.

APPELL. CXLIII.

1 MATRIS appellatione continetur auia quoties ponderatur naturalis affectio, quia procedunt per eandem rationem, *l. iuſta, ff. de verbor. ſignif. l. Neſennius ff. de negot. geſtis, Alex. conſ. 198. Perſpectis, num.5.lib.6.* vbi *num. 4.* ait ideò ſtatutum excludens matrem, excludere etiam auiam maternam, refert *Cardin.Tuſch. practic. concluſ.tom.5. lit. M concl. 108.num.1.& 2. Rebuff. in l. iuſta interpretatione 201. col.2.ad med.ff. de verb. ſignif. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt 8.num. 14. & 16. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.5. cap.977.n.5. Decian. conſ. 13. nu. 2.vol.3.*

2 MATRIS appellatione non continetur auia in odioſis, *l. lege Iulia, §.1 ff.de ritu nupt. Alexand. d. conſ.198.num.4.verſ.& ſimiliter, Cardin.Tuſch. d. concluſ.108.num.3. Angul.ad leg. Meliorat.l.1.gloſ.1.n.2.*

Matrimonium.

APPELL. CXLIV.

1 MATRIMONII appellatione propriè non veniunt ſponſalia, ſed Matrimonium per verba de præſenti contractum, quamuis copula ſequuta minimè ſit, *Cou.de ſponſalib. p.2.cap.1. in init.num. 3.& 4. Cald. Pereira in l. ſi curatorem, verbo læſis, num. 128. C. de integ. reſtit. minor. Gutier. de iuram. confirmat. p.1.cap.51.num.2. Matien.l.fin.gloſ.6.num.1. tit.2. lib. 5.nouæ R.copil.* Verùm *Sanch.de Matrimon.lib.1.diſp. 1.num.3.* ſic diſtinguit, aut materia eſt odioſa, aut fauorabilis, aut indifferens, ſi eſt odioſa appellatione Matrimonij, non veniunt ſponſalia contracta de præſenti ante conſumationem, ſi eſt fauorabilis comprehenduntur etiam ſponſalia de futuro, ſi verò eſt indifferens veniunt ſponſalia contracta per verba de præſenti adhuc ante conſummationem, non autem per verba de futuro, & citat *Panor. in cap.tertio loco, in fine*, vbi *Felin. num. 4. de præſumpt. Alex.Carrer.lib.5.de ſponſalib.cap.5. Anton. Cuch. lib.5. inſtit. maior. tit. 10. num. 8. & 9. Auendan. reſp. 10. num.3.*

Melioramenta.

APPELL. CXLV.

1 MELIORAMENTORVM, ſeu melioratio-
num appellatione propriè veniunt ea, per quæ res efficitur melior, dummodo rei ita ſint affixa quod efficiantur pars rei, vt per *Boër.deciſ. 44. num. 6. Menoch.conſ.64.num.5. & 6.* obſeruantes quod ea quæ non ſunt affixa, neque incorporata, prout perticæ, poſtes, & ſimilia, potius dici debent inſtrumenta rei, quam melioramenta, refert *Cardin.Tuſch. practic.concl.tom.5.lit.M, concl.174.num.3. & 6.* Vnde fit vt melioramentorum, ſeu meliorationum nomine veniant ædificia per Dominum & poſſeſſorem facta, tuguria, reparationes neceſſariæ, diſboſcationes agrorum, & ſyluarum, plantationes olinetorum, vinetorum, & omnium eorum, quæ durationem habent, ſic in erigendis, & plantandis ſalicibus, & cæteris arboribus impenſum melioratio dicitur, in foſſatis aggeribus, propagationibus vitium, & quorumcunque fructuum quemadmodum in his, & aliis caſibus in variis cauſarum figuris reſponderunt *Neguzant. de pignorib. p. 5. memb. 4. num.11. Menoch.remed.15. recup. quæſt. 39. num.500. Valaſc.de iure emphyt.quæſt.25.num.13.cum ſeqq. Fedric.Scot.conſ.5. Rimin.Iun.conſ.242.num.17. lib. 3. Roland.conſil.28.à num.1.lib. 1. Caualcan. deciſ. 44. num. 59 p.1.& deciſ 32.num.39 p.2. Ioan. Garc. de meliorat. & expenſis cap.1.num.8.& 9.& cap.15. à num.1.*

SVMMARIVM.

1 *Membrum propriè dicitur omne id, quod in corpore noſtro diſtinctam habet operationem.*

2 *Digitus non continetur membri appellatione.*

3 *Dentes non veniunt membri appellatione.*

4 *Auricula ſiue cartilago auris non venit appellatione membri.*

5 *Mamilla fœminæ venit appellatione membri.*

6 *Barba hominis non venit appellatione membri.*

Membrum.

APPELL. CXLVI.

1 MEMBRI appellatione venit propriè illud per quod corpus mouetur ex proprio membri officio; nam omne id, quod in corpore nostro distinctam habet operationem, illud propriè dicitur membrum, putà oculus, aures, nasus, lingua, manus, atque pes, quorum propriè operatio respectiuè est videre, audire, odorare, gustare, tangere, & ambulare, *Aristot. de Meteor. Bart. in l. publicorum, num. 13. ff. de publican. Bald. in l. reos, num. 5. de accusat. Clar. §. fin. quæst 69 num. 3. & 16. Plac. de delict. lib. 1. cap. 25. num. 4. Con. in Clem. si furiosus, p. 3. in initio, num. 8. Iacob. de Graff. in aureis decis. lib. 2. cap. 26. num. 4. Henriq. in sum. lib. 14. cap. 8. §. 1. Nau. in man. cap. 27. num. 206. vers. secundo dico, Caball. resolut. crimin. casu 136. num. 16. Farin. in praxi crimin. p. 1. quæst. 19. num. 23. cum seqq. Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 67. Bellet. disquis. clerical. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5. num. 89. Campan. in diuers. Iuris Canonici rub. 11. cap. 17. num. 111. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, concl. 185. num. 1. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 1. alleg. 42. num. 11.*

2 MEMBRI appellatione non continetur digitus, ille enim non est propriè membrum nostri corporis, *Bart. in l. 2. num. 13. ff. de public. iudic. & in l. non sunt liberi, ff. de statu homin. & cons. 201. Quæritur nunquid lib. 1. Felin. in cap. Ego N. post num. 1. de iureiur. & in cap. cùm illorum, num. 4. de sentent. excom. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 1. §. 5. vers. per hæc quidem, Nau. cons. 1. num. 1. de corpore vitiato nouis, Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 2. Clar. d. quæst. 69. num. 3. Rub. Alex. cons. 83. Henriq. d. lib. 14. cap. 8. §. 1. in med. Ægid. de Coninc. de Sacrament. disp. 18. dub. 8. num. 63. Farin. d. quæst. 19. num. 24. Aloys. Ricc. d. resol. 67. num. 3. Bellet. d. §. 5. num. 90. Campan. d. cap. 17. num. 110. Ego ipse d. alleg. 42. num. 19. Cardin Tusch. d. concl. 185. num. 1.* hinc resoluentes quod statutum puniens abscindentem membrum non habet locum in eo, qui abscindit digitum.

3 MEMBRI appellatione non veniunt dentes, *Farin. fragment. crimin. p. 1. lit. C, num. 375.* Ego ipse *d. alleg. 42. num. 36. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 17. num. 96.* quia non habent proprium & distinctum officium, *Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 200. de homicid.*

4 MEMBRI appellatione non venit auricula, siue cartilago auris, cum necessaria non sit auditui, sed est potius tutela, & ornamentum auris, *Borgas. de irregul. tom. 1. quæst. 3. num. 24. vers. sed videtur. Con. in Clem. si furiosus, p. 3. in initio, num. 8. vers. primum, Nau. in man. cap. 27. num. 223. vers. septimo infertur, Henriq. lib. 14. cap. 8. §. 3. in princip. Aloys. Ricc. d. resolut. 67. num. 2. Bellet. d. §. 5. num. 90. in fine, Campan. in diuers. Iuris Canonici rub. 11. cap. 17. num. 40. Ego ipse d. alleg. 42. num. 39. Contra Sot. de Iustit. lib. 5. quæst. 2. art. 1. Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 25. num. 5. Farin. d. lit. C, num. 475.*

5 MEMBRI appellatione venit mamilla fœminæ, quælibet enim habet per se officium distinctum, sicut quilibet oculus, secundùm *Bald. in l. duæ opera, num. 75. C. qui accusare non possunt, in terminis Aloys. Ricc. d. resolut. 67. num. 4. Mari. Socin. in d. cap. ad audientiam, num. 197. de homicid. Farinac. d. lit. C, num. 373.* secus dicentes de mamilla hominis, contra *Sayr. de censur. lib. 7. cap. 5. num. 18.* existimantem mamillam fœminæ non esse membrum, & consequenter non contraxisse irregularitatem dictam mamillam abscindentem.

MEMBRI appellatione non venit barba hominis, *Mari. Socin. in cap. ad audientiam, num. 201. de homicid.* vbi quod siue barba accipiatur pro pillis, siue pro mento, neutro casu potest dici membrum instrumentale, sed solùm formale, refert *Farin. d. lit. C, num. 374.* 6

SVMMARIVM.

1 *Mendicantium appellatione de Iure communi, & antiquo veniunt Prædicatores, Minores, Eremitæ S. Augustini, & Carmelitani.*

2 *Mendicantes, exceptis Minoribus de Obseruantia & Capucinis, possunt ex dispensatione habere reddit⁹, & possessiones in communi, licèt ex regula & Constitutionibus à Sede Apost. approbatis illis interdicti fuissent.*

3 *Mendicantium priuilegia retinent Ordines Mendicantes, ac proinde non liberantur Iuribus loquentibus de Mendicantibus, licèt priuilegio habiles facti sint ad habenda bona in communi.*

4 *Seruitæ,*
5 *Minimi,*
6 *Iesuati,*
7 *Patres Societatis* IESV,
8 *Carmelitæ Descalceati,*
} *Inter Mendicantes annumerantur.*

9 *Mendicantium appellatione veniunt omnes alij Ordines, qui post quatuor priores à Sede Apost. instituti sunt.*

10 *Suspensio lata in Superiores Ordinum Mendicantium, admittentes ad professionem ante annum nouitiatus, extenditur ad Mendicantes postea creatos.*

11 *Fratres, quibus est concessa facultas transeundi ad non Mendicantes, si non inuenerint Mendicantes, qui eos vellent admittere, non satisfaciunt si apud Mendicantes olim institutos non admittantur, nisi admitti quoque tentent apud denuò tales creatos.*

12 Clem. 1. de Regular. *dum statuit professos Ordinum Mendicentium ad non Mendicantes, etiam de licentia Sedis Apost. transeuntes, non posse habere vocem in Capitulo, Prioratus, &c. comprehendit Mendicantes etiam postea approbatos.*

13 *Moniales Ordinum Mendicantium, non comprehenduntur sub dispositionibus loquentibus de Mendicantibus.*

14 *Canonici Regulares Lateranenses,*
15 *Canonici Regulares S. Saluatoris,*
16 *Canonici seculares S. Georgij,*
17 *Canonici Regulares S. Cru-*
} *cis*

cis Conimbricensis,
18 Monachi Cassinenses,
19 Monachi Vallis Vmbrosæ,
20 Monachi Camaldulen.
21 Monachi Cistercienses,
22 Monachi Cistercienses reformati,
23 Monachi Cælestini,
24 Monachi Siluestrini,
25 Monachi Congregationis B. Mariæ Montis Virginis,
26 Monachi S. Basilij,
27 Præmonstratenses,
28 Fratres S. Spiritus in Saxia,
29 Carthusienses,
30 Fratres S. Hieronymi Hispaniarum,
31 Fratres Eremitæ S. Hieronymi de Pisis,
32 Fratres S. Hieronymi de Fesulis,
33 Fratres Crucigeri,
34 Fratres Ordinis Sanctissimæ Trinitatis,
35 Fratres S. Mariæ de Mercede,
36 Fratres Militiæ Iesu Christi,
37 Theatini,
38 Clerici Regulares de Sommaschia,
39 Clerici Regulares Minores,
40 Clerici Regulares ministrantes infirmis,
41 Clerici Regulares scholarum piarum,

Participant de priuilegiis Mendicãtium.

Participant de priuilegiis Mendicantium.

Mendicantes.

APPELL. CXLVII.

1 MENDICANTIVM appellatione de Iure communi & antiquo veniunt Prædicatores, Minores, Eremitæ S. Augustini, & Carmelitani, de quibus fit mentio in *cap. vnic. §. sanè, de Relig. domib. lib. 6.* sicuti docent *Lap. alleg. 44. glos. verbo quoslibet, in Clem. 1. de Regularib. Isidor. Moscon. de maiest. militantis Ecclesiæ lib. 1. p. 4. cap. 1. de Regularib. vers. Mendicantes, pag. 514. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo Mendicantes, pag. mihi 67. Azori. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 2. Ludou. Miranda in man. Prælatorum, tom. 1. quæst. 11. art. 6. Galganet. de Iure publico lib. 3. tit. 41.* & alij plures quos refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 77. num. 16. secundùm Lugdunen. impressionem.*

2 Quamuis Mendicantium nomine de Iure ij tantùm comprehendantur, quibus ex regula, vel Constitutionibus interdictum est habere in communi redditus & possessiones, iuxta *text. in cap. vnic. §. confirmatos, de relig. domib. lib. 6.* si hæ constitutiones à Pontifice sint approbatæ, vt intelligit *Sanch. in præcepta Decalogi lib. 6. cap. 7. num. 4.* tamen si ex dispensatione habeant redditus & possessiones in communi (prout iam hodie dispensatum est cum omnibus Mendicantibus, præter Minores de Obseruantia, & Capuccinos, in *Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 3.*) etiam tunc retinent quoad alia 3 omnia priuilegia Mendicantium, ac proinde non liberantur Iuribus loquentibus de Mendicantibus, prout tradunt *Rebuff. in concord. rub. de Reg. ad Prælat. nomin. facien. verbo Mendicantibus, vers. sicut illi, Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. quæst. 52. art. 15. ad fin. Mandos. ad reg. 23. Cancel. quæst. 4. num. 4. cum seqq.* vbi *num. 5.* declarat, nisi priuilegium dispensans, vt ij Religiosi habeant redditus in communi, contineret expressè eos in posterum non fore Mendicantes.

Præter supradictos quatuor Ordines, qui verè, & Iure communi inspecto Mendicantium nomen sortiti sunt, alij ex particularibus priuilegiis verè inter Mendicantes annumerantur, quidam verò de priuilegiis Mendicantium participant, de quibus diligenter Ascan. Tamburin. Vallis Vmbrosæ Monachus in suo tract. de Iure Abbatum, cæterorúmque Prælatorum tam sæcularium quàm Regularium Episcopis inferiorum, *tom. 1. disp. 17. quæst. 1.* vbi multa circa hanc rem notatu dignissima cumulauit.

Serui igitur B. Mariæ inter Mendicantes annu- 4 merantur in Constit. Pij V. quæ incipit *Romanus Pontifex*, sub die 1. Octobris 1568. quæ est 44. in ordine Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 240.* referunt *Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 55. art. 3. & Erasm. à Cocher. de iurisdict. Ordin. in exemptos p. 1. quæst. 17. num. 16.*

Minimi S. Francisci de Paula similiter inter Men- 5 dicantes annumerantur à Sixto IV. *in constit. 5. in Ordine tom. 1.* Bullarij noui, & à Pio V. in sua Constit. incip. *Apostolicæ Sedis benignitate* sub die 9. Nouembris 1567. in Bullario nouo, *tom. 2. Constit. 49. eiusdem Pont. pag. 344.*

Iesuati Congregationis S. Hieronymi, verè com- 6 prehendi inter Ordines Mendicantium, eorúmque gratiis, & indultis perfrui declarauit idem Pius V. in sua Constit. incip. *Romanus*, sub die 19. Nouembris eiusdem anni 1567. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 245.* referunt *Fr. Emman. d. tom. 1. quæst. 55. art. 4. & Azori. d. p. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 2.*

Societatis IESV Patres inter Mendicantium 7 Ordines comprehendi voluit idem Pius V. sua Constit. incip. *Dum indefessæ*, sub die 7. Iulij 1571. vt referunt *Hieron. Gabr. cons. 27. lib. 1. Fr. Emman. d. tom. 1. quæst. 55. art. 5. & tom. 3. quæst. 49. art. 2. Azori. d. p. 1. lib. 13. cap. 7. Mari. Muta decis. 2. num. 18.*

Carmelitas Descalceatos inter Ordines Mendi- 8 cantes annumerandos esse declarauit Clemens VIII. sua Constit. 101. incip. *Romanum Pont. decet*, sub die 20. Augusti 1603. in Bullario nouo, *tom. 3. pag. 147.*

Quare iam hodie Mendicantium appellatione 9 non solùm veniunt Priores, & principaliores illi quatuor Ordines Mendicantes, de quibus suprà *num. 1.* sed etiam omnes alij præcitati, qui postea à Sede Apost. instituti sunt, quia omnes hi verè Mendicantes sunt, sicuti bene resoluit *Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 117.*

Merito igitur *Soar. tom. 5. in 3. p. disp. 31. sect. 6. num.* 10 *7.* docet suspensionem latam in *cap. non solùm, & in cap. constitutionem de Regularib. lib. 6.* in Superiores Ordinum Mendicantium admittentes ad professionem ante annum nouitiatus, extendi ad Mendicantes postea creatos.

Hinc etiam *Nau. commento 4. de Regularib. num.* 11 *13. vers. secundo, & Fr. Emman. d. tom. 3. quæst. 52. art.*

23. tradunt Fratres quosdam, quibus concessa est facultas transeundi ad non Mendicantes, si non inuenirent Mendicantes, qui eos vellent admittere, non satisfacturos si apud Mendicantes olim institutos non admittantur, nisi admicti quoque tentent apud denuò tales creatos.

12 Hinc denique prouenit dispositionem *Clem. 1. de Regularib.* statuentis professos Ordinum Mendicantium, ad non Mendicantes etiam de licentia Sedis Apost. transeuntes, non posse habere vocem in Capitulo, Prioratus, administrationes, officia, &c. comprehendere absolutè quoslibet Mendicantes Ordines, etiam post dictam Clement. approbatos, & à Sede Apostol. institutos, vt resoluit *Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 14. quæst. 12. vers. quæres.*

13 Restat nunc vt videamus, an Moniales præfatorum Ordinum veniant sub dispositionibus loquentibus de Mendicantibus? In qua *quæst.* licèt affirmare videantur *glos. verbo quoslibet, in d. Clem. 1.* & ibi *Imol. num. 8. ac Bonifac. num. 56. Lap. alleg. 4. An dispositio, num. 1. 2. & 3.* & ibi *Mandos. in addit. lit. A*, dum existimant dispositionem illius *Clem. 1.* de Mendicantibus loquentem, comprehendere fœminas Ordinum Mendicantium: tamen negatiua sententia verior est, & ratione probatur; quia si Moniales comprehenderentur appellatione Mendicantium, illæ minimè defatigarentur in obtinendis priuilegiis communicationum cùm Ordinibus Mendicantibus, iuxta *reg. l. 1. ff. ad municip. & l. 1. C. de thesaur. lib. 10.* at constat Clementem VII. indulsisse Sororibus sanctæ Claræ omnia priuilegia concessa, & concedenda quibuscunque Ordinibus Mendicantibus, vt nobis idonei testes sunt *Fr. Emman. d. tom. 1. quæst. 55. art. 1. & 13. & Ascan. Tamburin. d. tom. 1. disp. 17. quæst. 1. sub num. 49.* pariter attestantes Leonem X. indulsisse Monialibus Prædicatorum omnia priuilegia concessa Ordinibus Minorum, Eremitarum S. Augustini, Carmelitarum, & Seruorum B. Mariæ. Igitur, &c. Quare hanc partem negatiuam melius sustinent in terminis præfatæ *Clem. 1. Siluest. in sum. verbo Religio 3. quæst. 3. dicto 3. Angel. verbo nouitius, num. 6.* & alij, quos refert & sequitur *Sanch. d. lib. 6. cap. 7. num. 117.*

Participantes de priuilegiis Mendicantium qui?

14 CAnonici Regulares Lateranenses participant de priuilegiis Mendicantium, & communicant cum aliis per Bullam Pij V. incip. *Supernæ dispositionis arbitrio*, sub dat. 17. Kalend. Septembris 1567. Pontificatus sui anno II. quæ est 41. in ordine Bullarum eiusdem Pont. *tom.* 2. Bullarij noui, *pag.* 228.

15 Canonici Regulares S. Saluatoris Bononien. pariter participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Iulij II. incip. *Inter cæteros*, sub Dat. 4. Nonis Aprilis 1512. Pontificatus sui anno IX. quæ est 30. in ordine Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom.* 1.

16 Canonici seculares S. Georgij in Alga, etiam participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Pij V. incip. *Ex incumbenti nobis*, sub Dat. 3. Idus Nouembris 1569. Pontificatus sui anno IV. quæ est 92. in ordine Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom.* 2.

17 Canonici Regulares S. Crucis Conimbricensis participant de priuilegiis Mendicantium, vt in d. Bulla Pij V. incip. *Ex supernæ dispositionis arbitrio*, in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 228.*

Monachi Cassinenses, aliàs S. Iustinæ de Padua, participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Iulij II. quæ est 1. in ordine Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 1. pag. 402.* 18

Monachi Vallis Vmbrosæ, participant de omnibus priuilegiis Mendicantibus concessis, vt in dicta Bulla Pij V. incipien. *Ex supernæ dispositionis arbitrio.* Ex hac Religione (quæ in Etruria nimium creuit, & plurimum floret) Romæ familiariter cognoui Reuerendissimum P. D. Horatium Morandium, olim huius Vallis Vmbrosæ Congregationis Præsidem generalem, nunc Sanctæ Praxedis de Vrbe Abbatem meritissimum, Prælatum sanè inter omnes, quos viderim, doctrina, & morum integritate celebrem, ingenio promptum, eloquio compositum, & omnium litterarum scientia egregiè præditum, qui velut alterum cæleste Dioscorum sydus micantissimo virtutum, & sapientiæ splendore sanctissimam hanc Religionem mirificè illustrat. 19

Monachi Camaldulen. participant quoque de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Gregorij XIV. incip. *Ex iniuncto nobis*, sub die 24. Septemb. 1591. Pontificatus sui anno I. quæ est 18. in Ordine Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 710.* 20

Monachi Cistercien. Congregationis S. Bernardi in Italia Regularis obseruantiæ, participant etiam de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Gregorij XIV. incip. *Romanus Pont.* sub die 28. Iunij 1592. Pontificatus sui anno I. quæ est in ordine 16. Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 704.* 21

Monachi Cistercien. reformati Congregationis B. Mariæ Fulinensis, vt in Bulla Sixti V. incip. *Super specula*, sub Dat. Idibus Nouembris 1587. Pontificatus sui anno III. quæ est 70. in ordine Bullarum eiusdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 600.* & in alia Bulla Pauli V. incip. *Diuina disponente clementia*, sub Dat. 5. Idus Iulij 1606. Pontificatus sui anno II. quæ est 23. aliàs 18. in ordine Bullarum eiusdem Pont. *tom. 3.* Bullarij noui, & in alia quæ sequitur incip. *In supereminentis*, sub die 21. Nouembris 1607. Pont. sui anno II I. *eod. tom. 3 pag. 206.* 22

Monachi Cælestini habent participationem priuilegiorum Mendicantium, vt in nouissima Bulla S. D. N. Vrbani VIII. sub Dat. 14. Augusti 1624. Pontificatus sui anno II. 23

Monachi Siluestrini participant etiam de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Pauli V. sub die 23. Nouembris 1606. cum clausula, *quatenus sint in vsu, & Concilij Trident.* vel ipsius Congregationis Constitutionibus non contrarientur, præter facultatem eligendi conseruatores, vt refert *Laert. Cherubin. in rub. Bullæ 36.* Pauli III. quæ extat in Bullario nouo, *tom. 1. pag. 676.* 24

Monachi Congregationis B. Mariæ Montis Virginis participant etiam de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Pauli V. incip.... sub die 19. Maij 1611. Pontificatus sui anno VI. quæ est in appendice Bullarij noui *Laertij Cherubini Constit. 1. tom. 3. pag. 46.* 25

Monachi S. Basilij participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Gregorij XIII. sub Dat. Kalend. Nouembris 1579. Pontificatus sui an. VIII. quam refert *Fr. Emman.* in noua collectione priuilegiorum Mendicantium, Bulla 12. eiusdem Pontif. 26

Præmonstratenses habent communicationem omnium priuilegiorum, tam spiritualium quàm temporalium, tam in genere quàm in specie concessorum 27

ceſſorum Congregationi Sancti Bernardi Ordinis Ciſtercien. Regnorum Hiſpaniæ, vt in Bulla Clementis V I I I. ſub die 20. Septembris 1593. Pontificatus ſui anno I I. quam refert *Fr. Emman.* vbi proximè Bulla 20. eiuſdem Pont.

28 Fratres Sancti Spiritus in Saxia, participant de priuilegiis Mendicantium, vt in Bulla Sixti V. incip. *Exigit*, ſub die 13. Auguſti 1586. Pontificatus ſui anno I I.

29 Carthuſienſes participant quoque de priuilegiis Mendicantium, ex priuilegio Pij I I. prout refert *Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. octaua.*

30 Fratres S. Hieronymi Hiſpaniarum participant de priuilegiis Mendicantium, ex quadam Bulla Pij I V. & alia Sixti V. quas refert *Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 55. art. 9.* & demum ex altera Pij V. ſub Dat. 17. Kalendis Septemb. 1567. de qua *ſup. num. 14.*

31 Fratres Eremitæ S. Hieronymi Congregationis B. Petri de Piſis, perfruuntur omnibus priuilegiis Ordinum Mendicantium, vt in Bulla Pij V. incip. *Religionis Zelus*, ſub Dat. Romæ, die 30. Martij 1571. Pontificatus ſui anno V I. quæ eſt 125. in ordine Bullarum eiuſdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 337.*

32 Fratres S. Hieronymi de Fuſulis habent participationem, & communicationem omnium priuilegiorum, prærogatiuarum, immunitatum, & gratiarum, quibus Fratres Religioſi Conuentuum quorumcunque Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium vbique exiſtentium vtebantur, vt in litteris Apoſtol. Alexandri V I. ſub die 30. Aprilis 1496. *& in d.* Bulla Pij V. incip. *Ex ſuperna diſpoſitionis arbitrio*, de qua *ſup. num. 14.*

33 Fratres Cruciferi communicant in priuilegiis cum Ordinibus Mendicantium, tam conceſſis quàm concedendis, vt in Bulla Gregorij X I V. incip. Romanus Pontifex; ſub die 12. Iulij 1591. Pontificatus ſui anno I. quæ eſt in ordine Bullarum eiuſdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 701.*

34 Fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum prouinciarum Caſtellæ, legionis, & Bethicæ, ex priuilegiis Leonis X. & Adriani V I. fruuntur omnibus priuilegiis, præeminentiis, immunitatibus, exemptionibus, &c. conceſſis quatuor Ordinibus Mendicantium, quibus gratiis & exemptionibus conceſſis, & concedendis per Sedem Apoſt. locis, & perſonis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis dictarum Prouinciarum fruuntur loca & perſonæ eiuſdem Ordinis in Regno Portugaliæ, per Conſtit. Pauli I I I. incip. *Inter curas*, ſub Dat. Romæ Idus Nouembris 1534. in Bullario nouo, *tom. 1. pag. 615.*

35 Fratres S. Mariæ de Mercede gaudent priuilegiis Mendicanrium, vt in Bulla Leonis X. ſub Dat. Kalend. Auguſti 1516. de qua meminit *Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 55. art. 12.*

36 Fratres Militiæ Ieſu Chriſti Portugaliæ reformati, participant de omnibus priuilegiis Mendicantium, per ſuprà dictam Bullam Pij V. incipien. *Ex ſuperna diſpoſitionis arbitrio*, ſub Dat. 17. Kalend. Septembris 1567. Pontificatus ſui anno I I. quæ in ordine 41. Bullarum eiuſdem Pont. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 228.*

37 Theatini gaudent priuilegiis Mendicantium per Bullam ſpecialem Clementis V I I. incipien. *Dudum pro parte veſtra*, ſub die 7. Maij 1533. quæ eſt in ordine 38. §. 12. Bullarum eiuſdem Pontif. in Bullario nouo, *tom. 1. pag. 605.*

38 Clerici Regulares de Somaſchia habent communicationem priuilegiorum Mendicantium, vt in Bulla Pauli V. incip. *Ex quo diuina Maieſtas* ſub die 9. Nouembris 1607. Pontificatus ſui anno I I I. quæ eſt in ordine 37. §. 1. Bullarum eiuſdem Pontif. in Bullario nouo, *tom. 3. pag. 226.*

Clerici Regulares minores participant de priui- 39
legiis Mendicantium per viam communicationis, quam habent cum Theatinis, vt in Bulla Gregorij X I V. incip. *Romanus Pontifex*, ſub die 18. Februarij 1591. Pontificatus ſui anno I. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 687.*

Clerici Regulares miniſtrantes infirmis omnium 40
priuilegiorum, facultatum, libertatum, indultorum, fauorem tam Mendicantibus quàm non Mendicantibus conceſſorum communicationem habent, vt in Bulla Gregorij X I V. incip. *Illius qui pro gregis*, §. 26. ſub Dat. Romæ apud ſanctum Marcum, vndecimo Kalend. Octobris 1591. in Bullario nouo, *tom. 2. pag. 706. cum ſeqq.*

Clerici Regulares pauperum Matris Dei ſcho- 41
larum piarum, habent communicationem omnium gratiarum, immunitatum, libertatum, &c. Ordinibus Mendicantium conceſſarum, vt in Bulla Gregorij X V. ſub die 15. Octobris 1622. Pontificatus ſui anno I I.

S V M M A R I V M.

1 *Menſis vbi abſolutè fit mentio, triginta dies continentur.*

2 *Menſem vbi lex, vel ſtatutum concedens, diſponit à quo tempore illum incipere debeat, intelligitur ſecundùm quod occurrit in Kalendario.*

3 *Menſis vbi profertur ab homine in teſtamento, intelligitur 30. vel 31. dierum, prout magis ampliatur vltima voluntas.*

Menſis.

APPELL. CXLVIII.

MENSIS appellatione, vbi abſolutè de illo 1
fit mentio, triginta dies continentur, quia tot diebus luna in circuitu ſolis remoratur, & ad ſuas vices reddit, curſúmque conficit, *l. fin. § ſin autem dubium*, iuncto, §. *ſimili modo, & §. donec tamen, C. de iure deliber. l. ſi venditor. ff. de ædilit. edicto, l. ædiles aiunt, ff. eod. tit. l. vbi lex 101. ff. de regul. Iuris, vbi Dec. num. 2. & Cagnol. num. 1. Socin. reg. 13. Alex. conſ. 14. Viſa ſcriptura, num. 13. lib. 5. Greg. l. 5. tit. 6. part. 6. Menoch. de arbitrar. caſu 50. num. 8. cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 11. num. 8. Cald. Pereira de reſolut. emphyt. cap. 14. num. 2. & de empt. cap. 4. num. 21. Alexand. Trentaſinq. vari. reſolut. lib. 2. tit. de dilation. reſolut. 21. num. 4. Melch. Phœbos Luſit. deciſ. 51. num. 24. tom. 1. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 5. lit. M, concl. 197. Ego ipſe de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 3. alleg. 58. num. 8.*

MENSIS appellatione, vbi lex vel ſtatutum 2
concedens illum diſponit à quo tempore incipere debeat, vt à die electionis, vel à die per Iudicem aſſignanda, venit menſis ſecundùm quod occurrit in Kalendario, & quod ex illo menſe deficit, accipitur de ſequenti, & ita habebit menſis ille triginta dies, vel triginta, & vnum, vt in Kalendario occurrerit, ſic docent *gloſ. fin. in l. 2. ff. de diuerſ. & tem-*

por. præscrip. glos. verbo mensem, in cap. quam sit, de elect. lib. 6. vbi Domin. §. electus, num. 2. & Franch. eod. §. nu. 4. glos. verbo infra mensem in extranag. suscepti, de elect. Ioan. XXII. Rebuff. in concord. rub. de collation. §. præfati Ordinarij, in glos. verbo sequentibus mensibus, Staphil. de litteris gratiæ tit. de vi & potestate clausul. §. terphil. de litteris gratiæ tit. de vi & potestate clausul. §. tertio principaliter, num. 2. Roch. de iurepatron. verbo honorificum, quæst. 51. Lambertin. in simili tract. lib. 2. p. 2. quæst. 1. art. 15. Menoch. d. casu 50. num. 21. cum seqq. Alex. d. conf. 114. num. 10. & 11. vers. & si diceretur lib. 5. Gonzal. d. glos. 11. num. 7. Cardin. Tusch. d. concl. 197. num. 13. Nicol. Garc. de benefic. p. 10. cap. 2. num. 42. cum seqq. Ego ipse de officio, & potest. Episcopi, p. 1. tit. 1. cap. 4. num. 2. & p. 3. alleg. 58. num. 9.

3 MENSIS appellatione vbi profertur ab homine in testamento intelligitur 30. vel 31. dierum prout magis ampliatur vltima voluntas, ita Signorol. de Homod. conf. 38. Si quæratur, circa med. vers. si verò proferatur, vbi in vers. aut in contractibus, subdit quod si mensis proferatur ab homine in contractu est 30. vel 31. dierum, prout mens contrahentium denotat, si de ea appareat, & in fine extendit, vt idem sit si non appareat de mente, quia si adiicitur obligationi principali, & sumitur 30. vel 31. dierum, vt minor sit obligatio, refert Cardin. Tusch. d. concl. 197. num. 8. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens conducentem vinum ex causa mercantiæ extra territorium, non habet locum in eo, qui semel vnica vice conduxit modicum vinum ad vendendum.*
2 *Statutum loquens de mercatoribus, intelligitur de vsitatis & publicis.*
3 *Mercatoris appellatione venit ille, qui locat equos.*
4 *Mercatoris appellatione non venit ille, qui rem emit, vt suo labore, & industria in aliam formam redigat.*
5 *Pistor non venit appellatione mercatoris.*

Mercator.

APPELL. CXLIX.

1 MERCATORIS appellatione non venit ille, qui vnicum actum mercatoris fecit, Bero. quæst. 115. num. 4. Bocc. super cap. vt min. glos. 7. num. 37. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 3. nu. 17. & ideò statutum puniens conducentem vinum ex causa mercantiæ extra territorium, non habet locum in eo, qui semel vnica vice conduxit modicum vinum ad vendendum, Bald. conf. 495. Ex nullo capite in princip. lib. 1. Flouian. de S. Petro conf. 16. per totum, Marant. de ordine iudic. p. 4. dist. 9. num. 62. & Statutum

2 loquens de mercatoribus intelligitur de vsitatis & publicis, & qui sint matriculati, & exerceant mercaturam. Signorol. de Homod. conf. 246. vers. item est aduertendum, refert Cardin Tusch. practic. concl. tom. 5. lit. M, concl. 208. num. 1. & 2.

3 MERCATORIS appellatione venit ille, qui locat equos; Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 2. verbo; S'elle n'est marchande, num. 7. Curi. Philip. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 10.

4 MERCATORIS appellatione non venit ille, qui rem emit vt suo labore & industria in aliam formam redigat, quia talis dicitur artifex, ita Surd. decis. 313. num. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, concl. 519. num. 2. Curi. Philip. d. cap. 1. 7. Rebuff. loco infrà citando, vers. aduertendum est.

MERCATORIS appellatione non venit pistor, Surd. decis. 35. num. 5. Rebuff. ad l. mercis appellatione 207. vers. muliones. ff. de verbor. signif. pag. 663. vbi ait quod pistores, mulliones, fullones, sarcinatores, textores, & alij nominati in l. 1. in princip. ff. de tribut. action. negotiatores dicuntur, non tamen mercatores, & in vers. non ergo, in fine, ait ex communi loquendi vsu appellatione mercatoris non venire mensularium. 5

SVMMARIVM.

1 *Meretrix dicitur illa, quæ palam, ac sine delectu corpus suum prostituit palam, siue quæstu, siue sine eo.*
2 *Meretrix non dicitur illa, quæ alicuius amore capta ei sui copiam fecit.*
3 *Meretrix non dicitur illa, quæ iam fuit si meretricari desierit.*

Meretrix.

APPELL. CL.

MERETRICIS appellatione venit illa, quæ palam, ac sine delectu corpus suum prostituit, siue quæstu, siue sine eo, siue in lupanari, siue alio in loco; colliges hæc ex Abb. in cap. inter opera, in fine, de sponsalib. vbi ait quod quæ palam admisit duos dicitur meretrix, & conf. 2. col. 2. num. 3. & conf. 81. Videtur, num. 3. lib. 2. loquitur de illa, quæ in domo sua omnibus volentibus se prostituit, licèt non in publico, Alberic. in dictionar. verbo meretrix, Alexand. conf. 157. in fine, num. 3. lib. 5. & conf. 99. num. 10. lib. 6. Cou. de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 11. num. 4. Anton. Gom. ad l. 62. Tauri, num. 3. Bermond. de publicis concubinar. verbo concubinam dimittat, num. 10. cum seqq. Menoch. de arbitrar. casu 202. num. 7. & casu 328. num. 4. Mæscard. de probation. conclus. 1066. à num. 4. Matien. l. 10. glos. 4. num. 2. tit. 3. lib. 5. nouæ Recopilat. Farin. in praxi crimin. quæst. 136. num. 76. cum seqq. & consil. 33. num. 30. vbi addit. lit. R, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 135. num. 8. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, conclus. 211. à num. 1. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 95. num. 8. & 9. 1

MERETRICIS appellatione non venit illa, quæ peccatum aliquod occultum cum aliquo commisit, vel alicuius amore capta ei sui copiam fecit, ita Bossi. in tit. de plur. violent. num. 67. & in tit. de raptu mulier. num. 9. Menoch. conf. 18. num. 18. Ioseph. Sesse d. decis. 95. num. 10. Rota in Romana filiationis 10. Decembris 1612. coram R^mo D. meo Pirouano, impressa per Farin. decis. 444. num. 2. p. 1. recent. 2

MERETRICIS appellatione non venit illa, quæ iam fuit, si meretricari desierit, Ioseph. Ludouic. conclus. 64. col. 4. vers. fallit quando, quem refert Farin. fragment. crimin. p. 2. lit. M, num. 396. 3

SVMMARIVM.

1 *Mei appellatione venit illud, cuius dominium habeo.*
2 *Mei appellatione venit id, quod commune est, nisi sit materia statuti, seu odiosa, & stricta.*

3 *Descendentes omnes veniunt ex communi vsu loquendi appellatione Meorum.*

Meum.

APPELL. CLI.

1 MEI appellatione venit illud, cuius dominium habeo, *Bart.cons.50.Gilius lib. 1. & cons. 87.Matthiolus,lib.2.Rebuff. ad l.meorum 91. vers.si vero ff.de verbor.significat.pag.399. Roman. cons.201.Pro decisione, num.2.vers. caterum*, vbi *num.3.* subdit quod meum esse dicitur quod mihi debetur si sumus in materia larga, si verò sumus in materia stricta & odiosa,propriè dicitur debitum id quod meum non est, refert *Cardin. Tusch.practic.conclus.tom. 5. lit. M, concl.225. num. 1. & 3.*vbi *num. 7.* post *Socin.cons.8. num. 4. lib. 1.* aduertit quod plus importat dicere rem esse meam, quia intelligitur ratione dominij, quàm dicere rem ad me pertinere,quia potest verificari quod pertineat ratione possessionis, *Menoch. cons.115.num.60.& cons.456.num.6.*

2 Mei appellatione venit id quod commune est,vt per *text.in l.illud,ff.de ritu nupt.* & in *l.si quis seruos.ff. de legat.3.*resoluit *Lambertin.de iurepatron.15. art. 7. quæst.princip.primæ part.primi libri, num. 10.* Limita quando sumus in materia statuti, vel in materia odiosa, & stricta, quia licèt cõmune dicatur meum, illud non est propriè, sed per fictionem, nisi essemus in materia vltimæ voluntatis in qua fit larga interpretatio, *Abb.cons.83. Videtur primò, lib. 2.* vbi quod si statutum disponat quod conducentes per territorium Collis soluant gabellam,non habet locum in eo qui conduxit per viam communem inter territorium Collis, & S. Geminiani, quæ est communis territorij, *Bart.cons.90.Frater, in princip. lib. 2.* vbi quod si statutum disponat quod dominus possit accusare damnum dantes, non potest habens rem communem solus accusare, quia non est dominus verè,sed per fictionem, *Angel. Aretin.cons.65.Clarum,num.20.& 21.vers. sed dicitur*,vbi quod accusans de furto quod abstulit granum accusatoris,non potest obtinere si probat granum esse commune inter eum qui abstulit, & accusatorem, quia commune non est meum in materia odiosa, refert *Cardin.Tusch.d.conclus.225.num.9. cum seqq.*

3 MEORVM appellatione, omnes descendentes veniunt ex communi loquendi vsu,sicut suorum,& tuorum,ita *Guid.Papæ Delphin.decis. 230. Petrus, & decis.306. Generale*, quem refert *Rebuff. ad l. meorum 91.vers.postremo ff.de verb.significat.pag.400.*

SVMMARIVM.

1 *Miserabilis persona dicitur illa,cuius natura mouet nos ad miserandum propter fortunæ iniuriam.*

2 *Miserabilis dicitur quasi miseriæ habilis.*

3 *Miserabilis quis dicatur, arbitrio Iudicis relinquitur.*

4 *Miserabilium personarum appellatione veniunt pupilli, viduæ, senes decrepiti, & diuturno morbo faticati, & alij relati,* num.5.

6 *Viduæ & orphani gaudent priuilegio* l.vnicæ. C. quando Imper. inter pupill. & vid. *etiamsi sint diuites.*

7 *Vidua luxuriosè viuens non continetur in priuilegiis concessis viduis tanquam personis miserabilibus.*

Miserabiles.

APPELL. CLII.

MISERABILIS persona appellatione,venit omnis, cuius natura mouet nos ad miserandum propter fortunæ iniuriam, *Sigism. Scacc. de appellat.quæst.7.num.138.* & dicitur miserabilis,quasi miseriæ habilis, *Rebuff tom.1.ad leges Galliæ, tract. de prouis.art.3.glos.vlt.num.15. vers. vltimo miserabilis, Scacc. dicto loco.* Quis igitur dicatur miserabilis arbitrio Iudicis relinquitur, *Ordin.Reg. Lusitan. lib.3. tit.5.§.3.*apud Hispanos *l.48.tit.6.part.1.*vbi *glos.magna post med.Guid.Papæ quæst.566. Afflict. decis. 57.à princip.Benedict.Capra reg.30.à num.21. Cou. practic. cap.6.n.3.vers.relinquendum, Palat.in repet. cap.per vestras,de donat.inter virum & vxor.notab.2,num.12. Tiraq.de pia causa in præfat.pag. 5. cum seq. & in l.si vnquam, verbo omnia, num. 31. C. de reuocand.donation. Mich.Graff.tom.1.commun.opinion.lib.3.tit. 12. num.7. pag.399.Menoch.de arbitr.casu 66.& cons.479.num.5. Perez l.1.tit.1.lib.3.Ordinam.& l.13.tit. 3. lib. 2.pag. 212.& pag.462.cum seq. Mascard. de probation. con.l. 1061.& 1065.Azeued.l.9.num.12.tit.3.lib.4.nouæ Recopil.Flamin.Pariſ.de resignation.benefic.lib. 5. quæst. 6. num.139.Sigism.Scacc.d.quæst.7.num. 138. Bobadil. in su.i politica,lib.3.cap.14.num.75. Alexand. Tremasinq. vari.resolut.lib.2.tit. de citation. resol. 2. num. 25. Bernard.Græue. ad pract. Cameræ Imper. concl. 1. consid.1. num.2.lib.1.Castill.lib.9.quotidian.cap.25.num.18. Marta de Iurisdict.p.2.cap.21.num.5. D.Barbos.in l. 1. p. 1. num.50 ff.soluto matrim Cabed.Lusitan.decis. 54.num. 8.p. 1. Thom. Val.sc. allegat. Iuris tom. 1. allegat. 65. num.35.* 1

MISERABILIVM personarum appellatione veniunt pupilli, viduæ, senes decrepiti, & diuturno morbo faticati, *Alex.consil. 122. Viso puncto,num.16.vers.& iudicio meo lib.4. Afflict.decis.257. in princip.Rol.and.à Valle cons.76.num.44.lib.1.Cardin. Tusch.practic. concl. tom.5. lit. M, conclus. 273. num.1.* Item orphani, *Azeued.d.l.8.num.7.tit. 3. lib. 4. nouæ Recopil.Marta d.cap.21.num.5. Alex.Trentasinq. d. resol.2.num.30.* quia illis est opitulandum,*Cald Pereira de empt.& vendit.cap.34. num. 4.* Item peregrini, puellæ nobiles, quæ secundùm conditionem viuere nequeunt, publici pœnitentes, liberti Ecclesiæ manumissi, officiales,& seruientes Ecclesiæ, infantes expositi, cæci, mutilati membris,leprosi,carcerati, Cruce signati, nouiter conuersi, & alij,quos refert *Rebuff.tom.1.ad leges Galliæ,tit. de sentent.prouis. art.3.glos.fin. in princip.* vbi quod multi sunt miserabiles, quia miseri peccatores, sed non priuilegiati. Item vidua, *Alex.d.cons.122.num.15. lib. 4. Roland. à Valle d.cons.76.num.45. Cardin. Tusch. d. conclus.273. num.6.* 4 5

Amplia supradictas miserabiles personas dici etiam quod sint diuites, vt de viduis, & orphanis agentes ad effectum gaudendi priuilegio,*l.vnicæ,C. quando imper.inter pupil.*resoluunt *Nouell. de dote p.9. priuil.12.Roland.d.cons.76. num. 4. vers. quia respondetur lib.1.Natt.cons.590.à num.3. Cou.practic. cap. 6. num.2. Menoch.d.casu 66.num. 4. Vincent. de Franch. decis.100.num.19.Pacian.cons.84.num.25. Thesaur. decis.177.num.3. Alex.Trentasinq d.tit.de citation.resol.2. num.16.D.Barbos.in l.1.p.1. num. 50. & 51.ff. soluto matr.Bernard.Græue d.lib.1.concl. 1. consid. 1. num. 4. cum seqq. Stephan.Gratian discept.forens.cap.182. num. 3. Mart.de iurisdict.p.2.cap.21.num. 6. Thom. Valasc.* 6

allegat. Iuris tom.1.alleg.65.num. 28. Cardin. Tusch.d. lit.M,concl.273.num.12.

MISERABILIVM personarum appellatione vbicunque cauetur viduam contineri in priuilegiis concessis eis tanquam miserabilibus, non venit vidua luxuriosè viuens,Tusc.lit.V.singul.28.Azeued.l.8.num.11. & 12.tit. 3. lib. 4. nouæ Recopil. Curia Philip.p.1.§.9.num.13.

SVMMARIVM.

1 Molendini appellatione continetur perfectum, & in actu molendi.
2 Molendinum dicitur ædificium constructum, cum molis, & macinis, & aliis necessariis ad molendum.
3 Molendino vendito ius aquæ, & cluſa molendini, ac fistulæ, & canales comprehenduntur.
4 Molendinum est prædium rusticum
5 Fullonus ad pannos fullandum ex communi vsu loquendi potest comprehendi molendini appellatione.

Molendinum.

APPELL. CLIII.

1 MOLENDINI appellatione continetur perfectum, & in actu molendi, ita Bald. in cap. 1.§.si quis de manso,num.19.de controu. inuestit. quem refert Tusc.lit.M,sing.34.in fine, Molendinum enim
2 dicitur ædificium constructum cum molis, & macinis,& aliis necessariis ad molendum,quia ea,quæ non sunt affixa dicuntur potiùs instrumenta, ideò molendinum sine macinis non est propriè molendinum, sicut nec molendinum destructum, Bald. cons.107. Cogitaui an molendinum lib. 3. vbi in fine declarat, nisi consuetudo, & obseruantia esset
3 in contrarium, & ideò molendino vendito ius aquæ, & cluſa molendini, ac fistulæ comprehenduntur,etiamsi propter siccitatem molere non possint, Bald.in cap. significante, num. 2. vers. sic si vendo molendinum, de rescript. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig.conuent.lib.4.tit.9.num. 17. Et quod molendi-
4 num sit prædium rusticum,aiunt Tiraq.de retract.hg. §.1.glos.7.num. 92. Neguz. de Pignoribus p.2.memb.4. num.144.Gutier.pract.lib. 3.quæst. 91.num. 10. & distinguit Menoch.consil.1061. num.7.

5 MOLENDINI appellatione, licèt propriè veniat ædificium ad macinandum, tamen ex communi vsu loquendi potest comprehendi fullonus ad pannos fullandum, Angel. Aretin. cons. 94. In casu contingente,in fine,quem refert Cardin. Tusch. practic. conclus.tom.5.lit.M,concl.303.num.3.

SVMMARIVM.

1 Abbas venit Monachorum appellatione.
2 Monachorum appellatione indefinitè veniunt omnes Religiosi.
3 Conuersi professi veniunt Monachorum appellatione.
4 Moniales veniunt appellatione monachorum quoad ea, quæ sunt proportionabilia.
5 Canonici Regulares non veniunt appellatione Monachorum in pœnalibus, & exorbitantibus.

I. V. D. Lusitani,

Monachus.

APPELL. CLIV.

1 MONACHORVM appellatione venit Abbas, vt per Philip.Franc.in cap.sæpe, in 6.notab. in fine,de statu Regul.lib.6.Bart.in l.4.ff.de stipulat.seru. vbi dicitur quod quando relinquitur Fratribus cappa, & Priori Biblia, ipse Prior habebit etiam cappam, Ioan. Andr. in proœm. Decretal. in princip. Panorm.in cap.vlt.num. 2. cum seqq.de priuileg. vbi Felin. in princip.Roman.cons.259.Bertachin.in repertor. verbo Abbas,num.1.Hippolyt.cons.9.num.2.Tamburin.de iure Abbatum,tom.1.disp.1.quæst.7. per totam, vbi n.4.post Panorm.& Felin. citatis locis, limitat in materia odiosa. Sanch.in præcepta Decalogi,tom.2.lib.6.cap.8. num. 84. Valenzula cons.74.num.59.

2 MONACHORVM appellatione indefinitè veniunt omnes Religiosi cuiuscunque generis, cap. quod Dei timorem, de statu Regul. Felin. in cap. non dubium, num. 2. de sent. excom. Nau. in man. cap.27. num. 79. Mari. Antonin. var. resol. lib.1.resolut. 112. casu 63. vers. primo, Federic. cons. 25. num. 2. in fine, vers. nec obstare videtur, & num. 3. in resp. seu consilio, D. Petri de Tuderto ibi inserto, quod etiam comprobat idem Federic. in resp.sua, num. 9. in fine, vers.respondeo, Cardin.Tusch. practic.conclus.tom.5. lit. M,conclus. 311. num. 4. ad paria enim iudicantur monachi & Canonici Regulares, Signorol. de Homod.cons.148.In exceptione,in princip. Et quod veniat omnis Religiosus,nisi lex alioquin distinguat,dicit Azor.instit.moral.p.1.lib.12.cap.19.quæst.10.

3 MONACHORVM appellatione veniunt etiam conuersi professi, quia Monachatus ad sui essentiam non est ordo, neque Ordinem requirit, Calderin.cons.415.aliàs 30.de Regularib.quem refert Cardin.Tusch.d.concl.311.num.5.

4 MONACHORVM appellatione veniunt moniales, quoad ea, quæ sunt proportionabilia, Felin. in cap.de monialibus,de sentent.excomm.Fulgos.cons.121. Paul.Fusc.de Visitat.lib.2.cap.18. num.62. Menoch. de arbitr.casu 421.num. vltim. Flores de Mena vari.lib.1. quæst.10.num.25.

5 MONACHORVM appellatione in pœnalibus & exorbitantibus non veniunt Canonici Regulares, ita Panorm.in d.cap.quod Dei timorem,num.2. D. Thom.2.2.quæst.189.art. 8. ad 2. Campan. in diuersorio Iuris Canon.rub.12. cap.1.num.3.Nau.com.3.de Regul. num. 40. Isidor. Moscon. de maiestate militantis Ecclesiæ,lib.1.p.4.cap.1.de Regularibus, pag. 515. vbi etiam quod sub nomine Monachorum in materia odiosa non veniunt Mendicantes,nec alij Regulares.

SVMMARIVM.

1 Monasterij appellatione propriè venit etiam monialium.
2 Monasteriorum appellatione in materia larga, & fauorabili veniunt aliæ Ecclesiæ seculares, secus in materia odiosa.
3 Monasterij appellatione venit illud spatium quod intra Monasterij septa continetur.
4 Monasterij appellatione in exemptione veniunt etiam Monachi, & personæ ipsius Monasterij.

Monaste

Monasterium.

APPELL. CLV.

1 MONASTERII appellatione propriè venit etiam monialium, ita per *cap. monasteria puellarum 18. q. 2. & cap. monasteria, de vita, & honest. cleric. & Clem. 1 iuncta glos. 2. de elect.* resoluũt *Mandos. in præfat. reg. 2. Cantel. num. 6. Flamin. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 1. num. 74. & de confident. quæst. 27. num. 15.*

2 MONASTERIORVM appellatione in materia larga & fauorabili veniunt aliæ Ecclesiæ sæculares, secus in materia odiosa, *glos. verbo monasteriis in Clem. 1. de elect. Gemin. cons. 131. num. 2. & 3. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M. concl. 338. n. 4. & 5.*

3 MONASTERII appellatione venit illud spatium, quod intra monasterij sepia continetur, secundùm *Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 46. art. 1. Sanch. in præcepta Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 12. Bonacin. de clausura Religios. q. 5. puncto 1. num. 1.* Quos refero Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 102. num. 85. secundùm Lugdunen. impress.*

4 MONASTERII appellatione veniunt etiam monachi & personæ ipsius monasterij in exemptione, *Rot. apud Cardin. Seraphin. decis. 1025. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Monetæ appellatione continetur tam moneta aurea quam argentea.*

2 *Monetæ appellatione in statutis contra cudentes monetam, non venit minima.*

3 *Monetæ appellatione in statutis contra tondentes, vel radentes monetam, non venit falsa moneta.*

Moneta.

APPELL. CLVI.

1 MONETÆ appellatione continetur tam moneta aurea quam argentea, *glos. verb. nummos, & verbo pecuniæ in l. 2. C. de falsa monet. Guid. Papæ decis. 492. num. 1.* appellatione enim pecuniæ tam aurum quam argentum continetur, *l. pecuniæ, la 2. & 3. ff. de verbor. signif.* Si verò quis ex vi contractus tenetur monetam soluere in certa specie, nempe auri, non satisfacit soluendo in specie argenti, *Cou. in tract. de veter. numism. collat. cap. 7. §. vnic. n. 2. Menoch. cons. 49. à num. 12. Gutier. practicar. lib. 2. quæst. 179. num. 2. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 13. num. 17. Surd. cons. 405. num. 32. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 55. à num. 26. & cap. 94. à num. 65.*

2 MONETÆ appellatione in statutis contra cudentes monetam, non venit minima, *Alex. cons. 104. col. 2. vol. 1. Boss. in sua praxi crimin. tit. de falsa moneta num. 4. Tiraq. de iudicio in rebus exig. vers. 80. fol. mihi 46. Menoch. de succession. lib. 1. §. 7. num. 37. & 38. Menoch. de arbitr. casu 316. num. 33. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 27. num. 2. Farinac. in praxi crimin. q. 115. n. 90.*

3 MONETÆ appellatione in statutis contra cudentes, vel radentes monetam, non venit falsa moneta, *Cott. in memorab. verbo actus nullus, Menoch. d. casu 316. n. 19. cum seqq. Decian. d. cap. 27. n. 14. Surd. decis. 282. num. 18.* Vnde statutum loquens de moneta, seu denario, non habet locum in falso, *Alex. cons. 194. Statutum loquens, num. 3. lib. 1.* vbi subdit, quod si fiat ludus ad diuinandum paria, vel imparia nummorum, & adsint nummi falsi, illi sunt extrahendi, & ille obtinebit qui deductis nummis falsis diuinauerit, refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, concl. 100. num. 10. & 11.*

SVMMARIVM.

1 *Mortis appellatione verè & propriè venit mors naturalis, non ciuilis.*

2 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, nec appellatione mortis venit mors ciuilis, nisi in casibus à Iure expressis.*

3 *Mortis appellatione venit mors ciuilis, quãdo in illa viget eadem ratio, quæ in naturali.*

4 *Mors ciuilis venit appellatione mortis in dispositione simpliciter loquente de morte, quando ipsa ciuilis mors quoad id de quo agitur operatur eundem effectum, quem mors naturalis.*

5 *Mortis appellatione venit etiam mors ciuilis in statuto de lucro dotis per mortem coniugis.*

6 *Mortis appellatione venit tantùm mors naturalis, & non ciuilis, quando sumus in dispositione conditionali, & in materia fideicommissaria, vt* n. 7.

Mors.

APPELL. CLVII.

MORTIS appellatione, putà quando vigore consuetudinis vocatur quis ad bona mortui, & in dubio venit mors naturalis, non verò ciuilis, *l. ex ea. §. insulam. ff. de verbor. signif. l. sed etsi mors. §. tam igitur. ff. de donat. inter virum & vxor. l. cùm pater. ff. de legat. 2. l. Statius. §. Cornelio.* & ibi *Bart. ff. de iure fisci, l. fin. C. de iis, qui veniam ætat. impetr. Oldrad. cons. 284. num. 4. vers. de Abbate, Alex. cons. 139. n. 4. vers. secundo quia, lib. 2. Feder. de Senis cons. 35. num. 1. in fine, vers. præterea cùm de morte, late Calderin. cons. 376. aliàs 47. de testament.* quod duplicatur *cons. 465. aliàs 1.* qui filij sint legitimi, vbi loquitur in stipulatione concepta in casum mortis, vt de naturali intelligatur, *Anchar. cons. 396. In vnum casum, n. 3.* vbi quod in conditionibus implendis, semper intelligitur de morte naturali, non de ciuili, & quod vsusfructus ad vitam relictus non perditur per professionem, *Bald. cons. 6. num. 2. vers. nam etiam mors, lib. 4.* vbi loquitur in fideicommissaria substitutione, quia si fiat substitutio filio quandocunque decedenti sine filiis, intelligitur de morte vera, & naturali, licèt sit gladio, vel ferro causata; multis appellationum hoc exornant, *Ægid. Bellem. cons. 6. n. 10. vers. item quia,* vbi quod prouiso beneficij per mortem Titij non verificatur in morte ciuili, sed debet intelligi de vera, & naturali, *Mastrill. Sicilia decis. 283. num. 14. cum seqq. Petr. Loriot. de Iuris apicib. tract. 5. de morte, axiom. 1. 2. & 3. Crot. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, num. 5. cum seqq. ff. de liber. & posthum. vbi Ioan. Corras. num. 7. & 9. Lancelot. Gaieanl.*

leaul. à num.7. Ioan. Bolognet. num.57. cum multis seqq. Fortun. Garc. à num.40. Lusitan. Costa à num.7. Sarmien. à num.41. Socin. Iun. à num.13. Sebast. Medic. in tract. mors omnia soluit, p.1. à num.22. Garc. Falcon. reg.456. Spin. in speculo testam. glos. 13. princ. à n.32. & glos.27. à num.24. Carol. Tapia in auth. ingressi, C. de sacros. Eccles. verbo Sua, cap.17. Menoch. cons.388. num.23. & cons.536. num.4. & 5. & consil.980. num. 13. Fachin. controuers. lib.1. cap.45. Anton. Fab. lib.9. coniectur. cap.3. Pereg. de fideicom. art.28. num.62. & 63. & de iure fisci lib. 3. cap.5. num. 18. Fanut. de lucro dotis circa princ. in cap. incipien. per mortem, n. 13. Matien. l.3. glos.2. tit. 4. lib. 5. nouæ Recop. Gallin. de verb. significat. lib.3. cap.20. à n.33. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, conclus. 394. à princip. Farinac. fragment. crimin. p.2. lit. M, num. 362. cum seqq. Castill. quotid. lib. 3. cap. 12. num. 2. cum multis seqq. Surd. cons.90. num.23. & 24. Fusar. de substit. q. 430. num.17. censuit Rot. decis. 543. num. 1. & 2. apud Farinac. p.2. recent.

2 Mors ciuilis non æquiparatur naturali, nec appellatione mortis venit mors ciuilis, nisi in casibus à Iure expressis, *glos. verbo mortuus, in cap. placuit 16. q.1. & verbo non morte, in cap. susceptum, de rescript. in 6. Oldrad. & Alex. locis supra citatis, Anchar. cons.438.* Ego autem *num.8. Calderin. cons.36. quod est 3. in fine, de rescript. & cons. 264. quod est 2. in fine, de rebus Eccles. non alien. Pacian. cons.19. num.10. lib.1. Petr. à Placa in epith. delictor. lib. 1. cap. 23. num.11. vers. de morte ciuili, Ludou. Gom. in reg. de impetr. benef. per obitum famil. Cardinal. q. 5. in fine, Felin. in cap. in præsentia, num.55. cum seqq. de probation. Boër. decis. 223. num.6. Mieres de maioratu p.2. q.33. num.15. Honded. consil.62. num.3.4. & 5. vol.1. Natt. cons.282. n.8. ante fin. vers. vel secundo potest respondere, Phanuc. de lucro dotis, in rubr. num.12. Menoch. de succes. creat. lib.3. §.21. num.172. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol.95. num. 8. Surd. cons. 90. num. 23. & 24. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 531.* latè *Castil. controuers. to. 3. cap.12. à princip.* & præcipuè *num.23. Card. Tusch. d. tom.5. lit. M, concl. 393. à num.1. Farin. fragment. crimin. p.2. lit. M, num.366. cum seqq. Fusar. de substitut. q.430. num.15. Rot. d. decis. 543. num. 1. part.2. recent.*

3 MORTIS appellatione venit etiam mors ciuilis, quando in illa viget eadem ratio, quæ in naturali, nam tunc morte ciuilem naturali æquiparari resoluunt *Socin. Iun. in l. Gallus, §. & quid si tantùm, num. 16. & 17. ff. de liber. & posth. Ludou. Zunt. in suo responso pro vxore, num.901. & 905. Ceuall. commun. contra comm. q.63. num.1. Alexand. Raudens. de annalogis lib.1. cap.34. num.10. Menoch. cons.388. num.22. Honded. cons.63. n.40. lib.1. Farinac. d. lit. M, n.368. Fusar. d. quæst. 430. num. 18. Castil. d. tom. 3. cap.12. num.25.*

4 MORTIS appellatione, vbi dispositio loquitur simpliciter de morte, venit etiam mors ciuilis quando ipsa ciuilis mors quoad id de quo agitur operatur eundem effectum quem mors naturalis, *glos. verbo moriente,* & ibi additio *margin. in Clem. ne Romani, §. sanè, de elect. Sanch. de Matrimon. lib.6. disp. 17. num.9. Giouagnon. resp.85. num.4. & resp.89. num.4. lib.1. Fr. Bartholom. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis, disp. 13. dub.9. num.5. Camill. Gallin. de verborum significat. lib.3. cap.20. num.34. Castil. d. cap.12. num.25.* vt in societate, quæ morte ciuili finitur, sicut morte naturali, *l.1. §. vlt. ff. de bonor. possess. contra tab. l. actione. §. publicatione. ff. pro socio, §. soluitur, Instit. de societ. Aretin. in §. cùm autem, num.5. Instit. quibus modis ius patriæ potestat. solu.* vbi declarat tunc demum mortem ciuilem operari eundem effectum sicut mors naturalis, quando sumus in iis quæ iuris sunt, non sic in iis quæ sunt facti, *Villalob. commun. verbo mors, num.130. Natt. cons.282. num.8.* vbi benè declarat quando mors ciuilis operetur, vel non operetur eundem effectũ, sicut mors naturalis, & ponit exemplum in statuto de lucrando dotem, vel donationem propter nuptias coniugis, quod verificatur, & habet locum in morte ciuili per ingressum Religionis, propter quem Matrimonium est dissolutum, *Paris. cons.5. num.150. lib.4. Alex. consil.139. Viso themate, num.8. vers. quinto probatur, lib.2. & cons. 13. in princip. lib.3. Bossi. in tit. de bonor. publicat. n.35. vers. & mors ciuilis, Pacian. cons.19. num.1. & num.10. cum seq. lib.1.* vbi quod habet locum etiam in dispositione hominis conditionali, *Roland. à Valle cons. 97. num.39. lib.2. Rimin. Iun. cons.416. lib.4. Molin. de primogen. lib.1. cap.13. num.94. Ascan. Clem. de patria potest. effectu vlt. num.3. Cephal. cons.392. n.31. lib.2. Cardin. Tusch. d. lit. M, concl.393. num.25. Decian. cons.86. num.39. lib.3.* vbi pariter ampliat mortem ciuilem æquiparari naturali, quando in vtraque est idem effectus quoad id de quo quæritur, etiam in casibus à Iure non expressis, *Honded. cons. 63. num 20. cum seqq. & num.35. lib.1. Menoch. cons. 227. num.45. & cons.388. num. 23. Pereg. de iure fisci, lib.3. cap.5. n.19. Surd. cons. 90. num. 27. Farinac. d. lit. M, n.369. Fusar. d. q.430. n.14. & 18.*

MORTIS appellatione venit etiam mors ciuilis in statuto de lucro dotis per mortem coniugis, *Natt. cons.282. n.8. Surd. d. cons.90. num.10. Farinac. d. lit. M, n.370. Tusch. d. concl.393. n.9.* 5

MORTIS appellatione venit tantùm mors naturalis, & non ciuilis quando sumus in dispositione conditionali, conditio enim purificari debet in casu vero, & non in ficto, *l. qui heredi, §. Mauius, ff. de condit. & demonstrat.* mors autem ciuilis est mors ficta, & non vera, *l.1. §. fin. ff. de bonor. possess. contra tabul.* cum aliis allegatis per *Surd. d. cons.90. n.24. 25. & 31. Tusch. d. concl.393. n.20.* 6

MORTIS appellatione venit tantùm naturalis, & non ciuilis in materia fideicommissaria, & ideò substitutus in casu mortis non admittitur per mortem ciuilem instituti ex allegatis per *Surd. d. cons.90. per totum,* vbi pluribus hanc probat sententiam, proponit contraria, & illis respondet, refert *Farin. d. lit. M, n.372.* 7

MORTIS appellatione, an, & quando veniat mors naturalis, & ciuilis, latè dixi de locis communibus Argumentorum Iuris, loco 74. 8

SVMMARIVM.

1 *Naturales qui dicantur, remissiuè.*

2 *Naturalis dicitur conceptus ex consanguineis ante obtentam dispensationem, si post eam expeditam natus sit.*

3 *Naturalium è Regnis appellatione, qui veniant remissiuè.*

Naturalis.

APPELL. CLVII.

NATVRALIVM filiorum appellatione qui veniant attento vtroque Iure longum esset inuestigare, ideò remitto lectorem ad *Oldrad. cons.196. Factum tale est, Alex. cons.60. Visa legitimatione, lib.2. Bald.* 1

Bald. conſ. 206. Caſus talis, lib. 3. Beroi. conſ. 165. in princ. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 187. num. 82. cum ſeqq. lib. 2. Duen. reg. 350. ampl. 19. Roias in epith. ſucceſſ. cap. 1. à num. 8. Sarmien. ſelect. lib. 1. cap. 7. à princip. Paleoth. de nothis & ſpur. cap. 12. 16. 17. & 18. Cou. de ſponſal. lib. p. 2. cap. 8. §. 4. num. 2. & §. 5. à num. 1. Anton. Gom. l. 9. Tauri, num. 1. Lara in l. ſi quis à liberis, in princip. num. 80. ff. de liberis agnoſc. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 9. num. 92. Coſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, p. fin. num. 60. ff. de liber. & poſth. Mench. illuſtr. cap. 102. à num. 10. Viui. tom. 1. commun. opinion. lib. 5. tit. 16. pag. mihi 754. Ioan. Garc. de nobilit. gloſ. 20. à num. 34. Spin. in ſpeculo teſtament. gloſ. 15. princ. num. 118. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 54. n. 4. & conſ. 60. num. 3. & conſ. 283. num. 10. & conſ. 1034. n. 15. Maſcard. de probationib. concl. 341. & 799. Surd. de aliment. tit. 1. q. 9. à num. 9. & conſ. 177. num. 6. Matien. l. 9. gloſ. 2. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopilat. vbi *Azeued. à num. 1. Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 20. §. 1. ad finem, Peregrin. de iure fiſci, lib. 3. tit. 18. Soar. tom. 5. de cenſur. diſp. 50. ſect. 2. à num. 4. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 5. lit. M, concl. 10. Maſtril. Siciliæ deciſ. 152. n. 7. D. Barboſ. in l. 1. p. 4. n. 63. ff. ſoluto matrim. Cald. Pereira de nominat. empiyt. q. 21. à num. 4. & quæſt. forenſ. in comment. ad §. tam autem in princip. Inſtit. de inoffic. teſtam. Valaſc. conſult. 134. num. 5. cum ſeqq. Molin. d. Iuſtitia tract. 2. diſp. 165. & 172. in verſ. per ſubſequens,*

2 *Sanch. de Matrimon. lib. 8. diſp. 7. n. 19.* vbi reſoluit quod naturalis dicitur conceptus ex conſanguineis ante obtentam diſpenſationem, ſi poſt eam expeditam natus ſit.

3 NATVRALIVM, E' REGNIS appellatione qui veniant, vide *Perez l. 18. verbo* ningun eſtrangero, *tit. 3. lib. 1. Ordinam. Burg. de Pace, l. 1. Tauri, num. 451. Azeued. l. 19. tit. 3. lib. 1. nouæ Recopilat. Salzed. ad praxicam Bernardi cap. 56. num. 23. cum ſeqq. in nouiſſ. edit. Curia Phil. pp. tom. 2. lib. 1. cap. 1. num. 37.*

Natus.

APPELL. CLIX.

1 NATORVM appellatione venit qui in vtero eſt, vbi tractatur de eius commodo, *l. qui in vtero. ff. de ſtatu homin. l. cùm pater, ff. de negot. geſtis, vel fauore teſtamenti. l. Titius. §. fin. ff. de liberis, & poſth.* & ita natus pro naſcituro aliquando accipitur, *l. 1. §. ſed ſi ſeruus, ff. de ventre inſpicien. Rebuff. ad l. natorum appellatio, verſ. interdum natus. ff. de verb. ſignif. pag. 436.* vbi *in verſ. natus tamen*, per *l. quod dicitur. ff. de liber. & poſthum.* ait quod natus dicitur, qui cæſo matris vtero viuus naſcitur, qui tamen per rex. ibi, ex profeſſo probat natorum appellatione venire nepotes, quoad remiſſionem vero tutelæ ob multitudinem filiorum & reliqua ciuilia munera non continetur ille, qui in ventre eſt, *l. 2. §. qui autem in ventre. ff. de excuſat. tutor. Montan. de tutel. cap. 35. nhm. 55.* quem refert Parens meus in *comment. ad Ordin. Regiam Luſitan. lib. 4. tit. 104. in princip. num. 4.*

Nauis.

APPELL. CLX.

1 NAVIS appellatione, licèt ſecundùm rectum ſermonem contineatur triremis, ſcapha, & quolibet aliud inſtrumentum aptum ad nauigandum, vt per *Alb. conſ. 61. num. 7. Strach. in tract. de mercat. tit. de Nauibus, p. 1. num. 2. Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erectione cap. 17. n. 87.* in confiſcationibus tamen illius appellatione non venit ſcapha, *Bald. in l. 3. num. 6. C. de nautico fœnore, Seb. ſt. Medic. de regulis Iuris, reg. 5. num. 55. in limit.*

Neceſſarius.

APPELL. CLXI.

NECESSARIORVM appellatione qui ve- 1
niant, vide *Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloſ. 9. n. 20.* quem refert *Fuſar. de ſubſtitut. queſt. 374. Bertazol. de clauſulis inſtrumentalib. clauſula 7. gloſ. 12. ſub num. 5.* vbi ait quod neceſſariorum appellatione veniunt maritus & affines.

SVMMARIVM.

1 *Negotiatoris appellatione non venit ille, qui vendit vinum, bladum, oleum, & ſimilia de rebus ſuis collecta.*

2 *Clericus negotiator non dicitur qui vendit vinum, granum, aut oleum ex redditibus ſui beneficij.*

3 *Clericus vendens fructus ex alieno agro conducto, quamuis ſuo ſemine, ſuáque induſtria collectos, dicitur negotiator.*

4 *Negotiatoris appellatione non comprehenditur ille, qui ſemel tantùm emeret, vel venderet.*

5 *Negotiator non dicitur ille, qui emit animalia, vt illa paſcat in propriis prædiis, & cùm pinguia facta fuerunt, vel cùm partus ediderint, illa, & eorum partus vendat.*

Negotiator.

APPELL. CLXII.

NEGOTIATORIS appellatione non venit 1
ille, qui vendit vinum, bladum, oleum, & ſimilia de rebus ſuis collecta, *cap. ſciciens 88. diſt. Abb. conſ. 6. in fine vol. 1. Roland. conſ. 71. num. 11. & 12. vol 4. Bertachin. in tract. de gabellis, p. 7. quæſt. 7. col. 4. Molin. de Iuſtit. tract. 2. diſp. 342. num. 11. Cened. ad Decretum collect. 37. num. 2. in fine, Ioſeph. Ludou. concl. 5. verſ. fallit quando, Valaſc. conſ. 131. n. 6. Bellet. diſquiſit. clerical. p. 1. tit. de emptionibus clericorum, & eorundem bonorum à muneribus publicis, §. 4. in fine, & tit. de exemption. cleric. à ſtatutis ſæcularium, §. 3. num. 8.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 13. num. 11.* Vnde clericum negotiatorem non dicit, qui vendit 2
vinum, granum, aut oleum ex redditibus ſui beneficij, meritò reſoluunt *Greg. l. 49. verbo* las franquezas, *tit. 6. part. 1. Bonacoſ. commun. crimin. p. 2. verbo gabella, fol. 32. verſo, Ioſeph. Ludouic. tom. 3. commun. opinion. tit. de gabellis concl. vnica verſ. infertur decimo, Mexi. in tract. taſſæ panis, concl. 5. num. 29. Marta de Iuriſdict. p. 4. caſu 3. num. 9. Cabed. p. 2. Areſto 45. Gutier. de gabellis q. 93. num. 25.* vbi *q. 63. num. 68. &* 3
72. ſecus dicit ſi vendat fructus ex alieno agro conducto, quamuis ſuo ſemine ſuáque induſtria collectos, *Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 375. in 1. edit.* aliàs *reſol. 317. num. 10. in 2. edit.* vbi notat

non

non dici clericum negotiatorem, vel mercatorem, licèt id quod superest, de eo quod viliùs ad sui, vel suorum sustentationem emit, iusto pretio tunc currente cariùs vendat quam emit.

4 NEGOTIATORIS appellatione non comprehenditur ille, qui semel tantum emeret, vel venderet, *l.1. §. licèt*, vbi *glos. verbo omne. ff. de tribut. l. semper. §. Diuus Adrianus, cùm l. seq. ff. de iure immun. Greg. l.1. verbo mercatores, tit.7. part.5. Salzed. ad Bernard. cap.58. vers. & vt huius, Cened. d. collect. 37. num.2. in fine, Carol. de Grassis de effectib. clerical. effectu 6. num.19.* Ego ipse *d. allegat.13. num.11. vers. nec etiam.*

5 NEGOTIATORIS appellatione non comprehenditur qui emeret animalia, vt illa pascat in propriis prædiis, & cùm pinguia facta fuerint, vel cùm partus ediderint, illa & eorum partus vendat, ita *Molin. d. tract. 2. disp. 342. num.14. Carol. de Grassis, d. effectu 6. num.18.* quos refero Ego ipse *d. alleg.13. num.11. in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Nepotis appellatione ex propria significatione venit filius filij.*

2 *Nepotis appellatione per improprietatem, & secundùm communem vsum loquendi veniunt filij fratris.*

3 *Testator quando habet filios, vocando nepotes censetur vocare nepotes ex filio.*

4 *Testator non habens nisi nepotes ex fratre, de illis intellexisse credendum est.*

5 *Nepotes ex fratre veniunt quando testator vocasset fratres, & nepotes suos.*

6 *Pronepotes ex propria vocabuli significatione veniunt appellatione nepotum.*

7 *Pronepos non venit vbi vocatur nepos ex tali filio natus.*

8 *Nepotes vbi extant præferri debent pronepotibus.*

9 *Nepotes ex fratre quando vocati essent, non veniunt pronepotes.*

10 *Pronepos non venit appellatione nepotis, vbi essent coniecturæ in contrarium.*

11 *Pronepos appellatione nepotis non venit in materia correctoria.*

Nepos.

APPELL. CLXIII.

1 NEPOTIS appellatione de propria significatione venit filius filij, ita *Dyn. cons. 16. Diligenter considerata, num.8. Federic. de Senis cons.39. Viso puncto, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.5. lit. N, concl. 44. num.1. Rot. decis. 542. num.4. apud Farinac. p. 1. recens.* & in Mediolanen. Iurispatronatus, 28. Nouembris 1616. coram R. P. D. meo Pirouano, impressa per Viuian. post praxim iurispatron. *decis. 71. n.2. in nouissima impress.*

2 'NEPOTVM appellatione non veniunt filij fratris ex sermonis proprietate, sed per improprietatem, & secundùm communem loquendi vsum, ita *Bald. in l. si auiæ, in vlt. notab.* & ibi *Angel. circa fin. & Dec. num.12. C. de succes. edicto, & in l. vxor, in fine, C. qui accusare non poss. Aretin. in §. quarto gradu, col.1. Instit. de gradibus, & cons. 37. num.5. Abb. in cap. per tuas, de probat. & cons. 79. col.2. vers. respondeo impropriè. Felin. in d. cap. per tuas, num.5. vers. secunda conclusio, Alb. cons.83. num.2. Ioan. Ign. in l. dudum, num.25. C. de contrab. empt. Thom. Ferrat. caut. 52. num.2. Ioan. Andr. in cap. fundamenta, de elect. lib.6. Imol. in cap.2. col.vlt. de arbitr. Federic. de Senis. d. cons.39. col.2. vers. respondeo impropriè, Dyn. d. cons.16. num.9. vers. præterea posito, Rustic. in l. cum auus, lib.6. cap.15. num.2. ff. de condit. & demonstrat. Alex. cons.5. Circa primum, num.10. in fine vers. postremò non obstat, lib.3. Cardin. Tusch. d. tom.5. lit. N, conclus. 44. num.2. & 3. Fusar. de substitutionib. quæst. 324. num.3. cum seqq. Rot.* in Mediolanen. iurispatronatus 19. Iunij 1617. coram R. P. D. Pirouano, impressa per Viuian. post praxim iurispatron. *decis. 72. num.1. in nouissima impress.*

Coniectura est testatorem vocare nepotes ex filio, quando haberet filios; tunc enim vocando nepotes non essent vocati nepotes ex fratre, ne ille videatur propriam sobolem excludere, & extraneæ consulere, *l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis, l. cum acutissimi. C. de fideicom.* quare ita tenent *Socin. Sen. in l. cùm vir, n.6. ff. de condit. & demonstr. Rustic. d. lib.6. cap.15. n.6. Fusar. d. q.324. n.5.* 3

Et è contrà, si testator non haberet nisi nepotes ex fratre, de illis verisimiliter intellexisse credendum est, vt in specie tenent *Roman. in l.2. C. de succes. edict.* vbi *Salicet. & Dec. num.11. in fine, Imol. in d. cap.2. in 4. not. de arbitr.* vbi *Dec. num.4. in fine, Felin. in d. cap. per tuas, num.7. vers. secundo limita, de probation. Card. Tusch. d. lit. N, conclus.44. num.22. Fusar. d. q.324. n.6.* 4

Sic eodem modo nepotes ex fratre venirent quando testator vocasset fratres, & nepotes suos; nam intelligeretur de nepotibus ex fratre, ita *Bald. in d.l.2. num.3. Salicet. num.2. Paul. de Castro, n.4. Alex. & Dec. num.11.* idem *Dec. in d. cap. per tuas, col.3. num.6.* vbi *Felin. num.6. vers. & tenendo, de probationib. Alex. cons.32. Considerati, lib.4. Fuigos. cons. 68. Matthæus de Perono, Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. fol.148. num.103. Rustic. d. lib.6. cap.15. n.3. vers. nisi ex aliquo, Card. Tusch. d. lit. N, concl.44. n.18. Fusar. d. q.324. n.9. cum seqq.* 5

NEPOTVM appellatione veniunt etiam pronepotes, ex propria significatione vocabuli, ita *Bart. in l.1. §. si quis. ff. de suis & legit. hæred. & in l. liberorum, col. pen. vers. quæro an appellatione, ff. de verbor. signif. & in l. Gallus. §. instituens, num.2.* vbi *Alex. num.5. vers. ego puto, Socin. Sen. num.40. & Fortun. Garc. in §. item credendum, num.13. ff. de liber. & posthum. Ruin. cons.166. num.8. lib.1. & cons. 30. num.2. lib.2. & cons.62. num.4. lib.3. Paris. cons.20. num.23. lib.1. & cons.52. col.4. lib.2. Cassan. in consuet. Burgundiæ rub.7. §.10. num.17. vers. legitimo facit, Cuman. cons.13. Titius instituit, Gozadin. cons.59. Cranet. cons.155. col.1. in fine, & col.2. Alciat. cons.59. n.3. lib.9. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.8. in fine, num.24. Anton. Gabr. commun. lib.6. tit. de verb. significat. concl.1. num.44. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol.328. num.59. Castillion. cons.26. num.8. cum seqq. Rebuff. ad l.220. vers. appellatione etiam nepotis, ff. de verb. signif. pag.693. Peregr. cons.59. num.5. lib.5. Rustic. d. lib.6. cap.13. in fine, & cap.15. num.8. Cardin. Tusch. d. lit. N, conclus.44. n.4. cum seqq. Fusar. de substitut. q.323. num.1. cum seqq. Valenzuela cons.7. n.12.* 6

Primò limita quando vocatus est nepos, qui ex tali filio nascetur, ex *Bart. in d.l. Gallus. §. instituens, num.2. Fusar. d. q.323. n.8.* vel si testator relationem habuisset 7

habuisset ad personas ex nepotum tantùm, sic *Ruin. cons. 117. num. 2. lib. 2. Fortun. Garc. in d. l. Gallus. §. idem credendum, n. 14. vers. vnde ego, Rustic. d. lib. 6. cap. 15. num. 12.*

8 Secundò limita quando extant nepotes, nam hi præferri debent pronepotibus, maximè quando nepos ab intestato excluderet pronepotem, *Port. Imol. cons. 15. ... Pereg. cons. 59. in fine, lib. 5.*

9 Tertiò limita quando vocati essent nepotes ex fratre, quia tunc non venire pronepotes nisi communis vsus loquendi aliter se habeat, resoluunt *Dec. in d. l. 2. num. 12. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 14. num. 97. Socin. Iun. cons. 125. num. 22. lib. 1. Rustic. d. lib. 6. cap. 15. num. 7. Fusar. d. q. 323. num. 10. & 11.*

10 Quartò limita vbi in contrarium essent coniecturæ, nam tunc non veniret pronepos appellatione nepotis, *Corn. cons. 143. lib. 3. Fulgos. cons. 68. per totum, Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 24. Cardin. Tusch. d. lit. N, concl. 44. num. 19. Fusar. d. quæst. 323. num. 12.* coniecturæ autem colligi poterunt ex illis, quibus supra dicimus nepotem non venire appellatioone filij; vnde *Bart. in l. liberorum, ff. de verb. signif.* dicebat pronepotem venire sub nomine nepotis in casibus in quibus nepos venit filiorum appellatione, quod etiam voluit *Alex. consil. 125. num. 11. cum seqq. lib. 5.* vbi dicit procedere argumẽtum affirmatiuè, & propterea non omnes coniecturas, quæ excludunt nepotem vocato filio, excludere pronepotem vocato nepote, sed illas tantùm, quæ concludent, & dicit *Castillon. cons. 26. num. 10.* difficiliùs appellatione filij venire nepotem, quam appellatione nepotis venire pronepotem, prout illum refert, *Cardin. Tusch. d. lit. N, concl. 44. n. 7.*

11 Quintò limita in materia correctoria, in quâ non venit pronepos appellatione nepotis, *Fulgos. cons. 68. in fine, vers. quibus ex omnibus, Alex. d. cons. 125. in princip. lib. 5.* quos refert, *Card. Tusch. d. lit. N, concl. 44. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Nobiles qui dicantur, ostenditur.*
2 *Nobilitas acquiritur ratione officij dignitatem habentis.*
3 *Nobilis quis dicitur secundùm consuetudinem loci, quando talis reputatur.*
4 *Nobilium appellatione in oneribus imponendis, & admissione ad Ordines militares vbi nobilitas requiritur, veniunt etiam nobiles ex priuilegio.*
5 *Nobilium appellatione quoad ciuilem, & politicum statum, veniunt diuites.*
6 *Doctores veniunt nobilium appellatione.*
7 *Illegitimus, seu bastardus non continetur nobilium appellatione.*
8 *Bastardus non dicitur de familia & domo.*
9 *Agnationem non conseruat bastardus.*
10 *Illegitimè nati in Hispania admittuntur ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris.*
11 *Vxor nobilis plebeio marito nubens non venit nobilium appellatione.*
12 *Plebeius vir vxori nobili nubens non venit nobilium appellatione.*
13 *Natus ex muliere nobili, patre bastardo, vel plebeio, non est nobilis.*
14 *Nobilitas à natura non inest, ac proinde non præsumitur nisi probetur.*
15 *Nobilitas potest probari per consanguineos, propinquos, domesticos, & per famam.*

Nobilis.

APPELL. CLXIV.

NOBILIVM appellatione veniunt non solùm illi, quos propriè nobiles appellamus, scilicet ex generis antiquitate, verùm etiam qui Regis beneficio in eius seruitium cooptati, & inter nobiles in ipsius libris descripti reperiuntur, iuxta triplicem, vel quadruplicem nobilitatis diuisionem, de qua *Bart. in l. 1. C. de dignitat. lib. 11. Tiraq. de nobilit. cap. 4. cum seqq. Ioan. Garc. in simili tract. glos. 48. §. 3. à num. 1. Pichard. in tract. de nobilit. communicat. n. 75. cum seqq.* Acquiritur enim nobilitas ratione officij dignitatem habentis, vel si à Principe quis nobiliterur, à quo tanquam à fonte procedit ipsa nobilitas, Esther 6. sic honorabitur quemcunque voluerit Rex honorare, *Paul. de Castr. cons. 24. col. 2. lib. 2. Tiraquel. d. tract. cap. 6. num. 2. Gam. Lusitan. decis. 322. num. 5. Gardiol. in tract. Hispanicæ nobilitatis, cap. 4. & 5. Gutier. practic. lib. 4. q. 17. num. 132. cum seq. Cabed. Lusitan. decis. 78. num. 1. p. 2.* Dicitur etiam quis nobilis secundùm consuetudinem loci, quando talis reputatur, *Socin. cons. 246. num. 3. lib. 2. Tiraq. d. tract. cap. 10. num. 6. Menoch. de arbitr. casu 670. num. 40. & de præsumpt. lib. 6. præs. 60. Mascard. de probat. concl. 1094. num. 8. Gutier. d. q. 17. num. 5. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. N, conclus. 48. num. 2. & 15.*

1 2 3

NOBILIVM appellatione in oneribus imponendis, & in admissione ad Ordines Militares vbi nobilitas requiritur, veniunt nobiles ex priuilegio, sicut nobiles à sanguine, dummodo liberi sint à macula Iudæorum, & Sarracenorum, ita *Mench. de success. creat. lib. 3. §. 30. num. 256. & 290. cum seqq. Azeued. l. 1. à num. 59. tit. 1. lib. 6. nouæ Recopil. Ioan. Garc. de nobilit. glos. 1. §. 1. n. 50. Garc. Gironda de priuileg. seu exempt. explicat. n. 829.*

4

NOBILIVM appellatione quoad ciuilem tamen & politicum statum spectat, veniunt diuites, ij enim tantummodo, si vera loquamur, qui diuitiis abundant, nobiles vocantur, *l. 3. C. de commerc. & mercat. Tiraq. de nobilit. cap. 3. à princip. Guid. sing. 785. Matien. l. 7. glos. 4. in princip. tit. 7. lib. 5. nouæ Recop. Pichard. in tract. de nobilit. communicat. n. 81.* Nobilitas enim sine diuitiis sordescit, *Guillelm. in cap. Rainuntius, verbo duas habens filias, num. 131. cum seqq. de testam. Burg. de Pace, cons. 3. num. 44. & cons. 9. num. 6. Menoch. cons. 116. num. 3. & cons. 126. num. 28. Flamin. Pariz. de resignat. benefic. lib. 13. q. 1. n. 150. & n. seq.* subdit familiarium decus & honorem per diuitias conseruari.

5

NOBILIVM appellatione veniunt Doctores, *Alex. cons. 213. Ponderatis, num. 9. vers. in eo etiam concurrebat, lib. 6. Garc. de nobilit. glos. 48. §. 3. num. 72. Anton. Gom. l. 83. Tauri, à num. 16. Cardin. Tusch. d. lit. N, concl. 48. num. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 78. num. 25. Viui. decis. 255. num. 36 lib. 2. Rustic. ad l. cùm anus, lib. 2. cap. 15. num. 108. & 109. ff. de condit. & demonstrat. Fusar. de substitut. q. 407. n. 12.* Etiam medici secundùm *Tiraq. d. tract. de nobilit. c. 34. ferè per totum, Cassan. in catalogo gloriæ mundi, part. 10.*

6

consid. 25. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 11. tit. 9. num. 7. circa fin. Menoch. d. præs. 78. n. 25. Rustic. d. lib. 2. cap. 15. n. 123.

7 NOBILIVM appellatione non continetur illegitimus, seu bastardus, Duen. reg. 69. Angel. cons. 30. circa fin. vbi quod appellatione plebeiorum veniunt filij illegitimi nobilium, Gemin. cons. 101. in fin. vers. ad vltimum, & cons. 140. in fine, Anchar. cons. 389. Visis diligenter, in princip. Card. Tusch. d. lit. N, concl. 48. num. 12. cum seqq. Fusar. de substitut. q. 360. à num. 4. & quæst. 361. num. 18. ait quod nobilium de domo appellatione non veniunt naturales, Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 554. num. 51. Paleoth. de notis & spuriis, cap. 27. num. 8. Rojas de success. cap. 15. à princip. Tell. l. 11. Tauri. num. 2. Otalor. de nobilit. part. 4. cap. 2. num. 4. Benedict. Ægid.

8 de Iure & priuileg. honest. art. 13. num. 43. Non enim dicitur de familia, & domo, Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 20. Spin. in speculo testam. glos. 16. à num. 26. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. num. 46. & 47. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 88.

9 num. 5. & 13. & cons. 117. num. 51. & seq. Decian. resp. 1. num. 6. lib. 3. Gutier. lib. 2. practic. quæst. 155. num. 1. & 3. Peregr. de fideicommiss. art. 22. num. 83. Petra in simili tract. quæst. 11. num. 202. Honded. cons. 67. num. 16. lib. 1. Farin. in praxi crimin. p. 1. quæst. 13. à num. 53. Ceuall. communium contra communes, quæst. 757. num. 47. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. cap. 15. à num. 36. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. num. 110. Fusar. de substitut. quæst. 407. num. 66. nec conser-

10 uat agnationem, l. iure naturæ, ff. de statu hominum; Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 10. cum seqq. Molin. d. cap. 4. num. 45. Bursat. cons. 52. num. 27. & 28. lib. 1. Mantic. d. tit. 12. num. 20. Peregr. d. art. 22. num. 82. Menoch. cons. 117. num. 52. & cons. 181. num. 14. & cons. 266. num. 27. & cons. 345. num. 18. Surd. decis. 249. num. 8. Calá. Pereira in resp. pro Sebastiano Limpo, num. 14. 49. & 50. Fusar. d. q. 407. num. 65. nec parentis insignia, & stemmata deferre potest, Olan. in auth. lit. B, à num. 9. Ioan. Garc. de expens. cap. 3. num. 21. vers. imò nec arma, Matien. in rub. tit. 1. glos. 1. à num. 126. & l. 7. glos. 2. num. 2. tit. 11. lib. 5. nouæ Recop. Gutier. practi. lib. 2. q. 155. n. 2. in fine.

11 In Hispania verò ex consuetudine illarum partium illegitimè nati admittuntur ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, Azeued. cons. 24. num. 27. & 29. Nicol. Garc. de benefic. p. 7. c. 15. num. 49. Rot. in Pampilonen. Capellaniæ 4. Martij 1622. coram bonæ mem. Remboldo.

12 NOBILIVM appellatione non venit vxor nobilis plebeio marito nubens, l. fin. C. de nupt. l. mulieres. C. de incolis, lib. 10. l. 1. C. de dignitatib. lib. 12. Pichard. de nobilit. communicat. num. 18. Fusar. de substitut. quæst. 352. num. 31. nec plebeius vir vxori

13 nobili nubens, secundùm Melch. Phæbo: Lusit. decis. 17. num. 10. tom. 1. ideò natus ex muliere nobili patre bastardo, vel plebeio non est nobilis, quia immò nobilitas mulieris offuscatur per maritum ignobilem, Staphil. de litteris gratiæ, fol. mihi 121. vers. sed quid si aliquis, Anchar. cons. 389. num. 2. quos refert, Cardin. Tusch. d. lit. N, conclus. 48. num. 10.

14 NOBILIVM appellatione non veniunt nisi qui se tales probauerint, quia nobilitas à natura non inest, ac proinde non præsumitur nisi probetur, ita Tiraq. d. tract. de nobilit. cap. 10. num. 13. Perez l. 6. vers. ex quo infertur, tit. 2. lib. 4. Ordinam. pag. 798. Mascard. de probation. concl. 1090. Gam. Lusit. decis. 86. in fine, & decis. 322. num. 3. Ioan. Garc. de nobilit. glos. 11. num. 51. & glos. 12. num. 5. Azeued. l. 4. à num. 23. tit. 2. lib. 6. nouæ Recop. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 60. & cons. 321. num. 11. Valasc. consult. 191. num. 21. Gutier. practic. lib. 4. q. 14. num. 4. Cabed. Lusit. decis. 73. num. 10. part. 2. vbi num. 11. quod nobilitas potest probari per consan- 15
guineos, propinquos, & domesticos, & num. 15. etiam per famam, quod pariter tenent, Cou. pract. c. 21. num. 7. Cassan. in catalogo gloriæ mundi, part. 8. consid. 16. Mascard. d. concl. 1090. num. 11. Ioan. Garc. d. tract. glos. 7. n. 11. & 12. Farin. in praxi crimin. p. 1. q. 47. n. 101.

SVMMARIVM.

1 *Nominis appellatione continetur non solùm proprium, sed etiam appellatiuum, & singulare.*
2 *Nomina collectiua plurium graduum, & personarum quæ sint, remissiuè.*
3 *Familia, siue agnatio testatoris continetur Nominis mei appellatione.*
4 *Priuilegium concessum Caio, & ijs, qui sunt de nomine suo, intelligitur de familia.*

Nomen.

APPELL. CLXV.

NOMINIS appellatione continetur non so- 1
lùm proprium, sed etiam appellatiuum, & singulare, vt per Ludou. Gom. in reg. de annali, q. 30. num. 6. vbi limitat in dubio, & in pœnalibus. 2
Nomina collectiua plurium graduum & personarum quæ sint, quæ tantùm plurium personarum non graduum explicat Fusar. de substitut. quæst. 382. num. 41.

NOMINIS mei appellatione continetur fa- 3
milia, siue agnatio testatoris, vbi ipse in casum contrauentionis voluntatis suæ voluit hæreditatem peruenire ad proximiorem consanguineum de suo nomine, & suis armis, l. patere filium. §. fundum, ff. de legat. 3. vbi glos. verbo nomine, l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. glos. verbo, nomine suo; in l. 15. qui plures, ff. de legat. 3. Natt. cons. 675. num. 3. lib. 4. Vnde priuilegium concessum Caio, & 4
iis, qui sunt de nomine suo, intelligitur de familia Caij, Alex. cons. 125. num. 6. vers. bene facit. lib. 7. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 2. lit. D, concl. 220. num. 10.

SVMMARIVM.

1 *Notorij appellatione in dubio intelligitur de notorio facti non iuris.*
2 *Notorij appellatione venit omne illud quod aliqua tergiuersatione celari non potest.*
3 *Notorium dicitur omne id, quod ex actis iudicij constat.*
4 *Notorium dicitur delictum commissum, vel confessum in iudicio.*

Notorium.

APPELL. CLXVI.

NOTORII appellatione in dubio intelligitur 1
de notorio facti non iuris, Philip. Franc. in cap. Romana. §. siue autem, de appellat. lib. 6. Aldor. commun. verbo notorij appellatione.

NOTO

2 NOTORII appellatione venit omne illud,quod aliqua tergiuersatione celari non potest, *Clar.§.fin. q.9. num.2. Mench. illustr. cap.2. num.11. & cap. 20. num.23. Menoch. de arbitrar. casu 166. num.4. Card. Tusch. practic. conclus. tom.5. lit.N, concl.104. num.2.* ita vt nulla indigeat probatione, *Bellacomb. tom.1. commun. opinion. lib.4. tit.9. num.265. pag. mihi 505. Surd. decis.259. num.14. & decis.326. num.82. Farin. in praxi crimin. p.1. quæst.21. à num.80. Mendez à Castro in praxi Lusit.lib.3. cap.3. num.33. quamuis debeat allegari, Viui. d.tit.9. num.29. cum seqq. fol.478. & seq. Mench. illustr. cap.2. num.11. Farin. d. q.21. num.110.*

3 NOTORII igitur appellatione venit illud,quod ex actis iudicij constat,secundum *Tiraq. de retract. lig. §.36. glos.2. num.44. Menoch. rem. 1. recuper. num.232. & de arbitr. casu 166.n.6. Cons. 100. num.6. Mascard. de probat. concl.1101. num.13. cum seqq. Farinac. d. quæst.21. num.14. & quæst.9.n.20. Mendez à Castro, d. lib. 3. cap.15. num.4. Aldrite de relig. discipl. tuenda lib.1. cap.5. §.2. n.10.* ac proinde notorium dicitur delictum commissum, vel confessum in iudicio, *Mascard. concl.1326. num.4. Farin. d. q.21. num.31. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 142.n.9.& 10. Aldrete,d. §.2. n.11.*

Nouale.

APPELL. CLXVII.

1 NOVALIS appellatione venit terra de nouo ad culturam redacta,cuius non extat memoria quod culta fuisset, & sic dicitur ager nunc primùm præcisus, *cap.1. cap. quid per nouale,de verb. significat. Burs. cons.249. num.9. Rimin. Iun. cons.142. vol.2. Monet. de decimis, cap.4. q.3. num.50. Canis.in simili tract. de decimis, cap.11. n.1. & in sum.Iuris Canon. lib.2. tit.26. §. noualium, Rebuff. in l.sylua 30. §. noualis. ff. de verb. signif. pag. mihi 181. Mascard. de probat. concl.1106. Ascan. Tamburin. de Iure Abbat. tum, disp.15. quæst.18. num.6. Rot. in Conchen decimarum 25. Maij 1601. coram Ortembergo, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.5. lit. N, concl.114. num.1.* vbi *num.2.* post *Abb. cons.71. col.1. in fine, cum seq. vers. ager enim,lib.2.* declarat quod si ager vnus pro parte fuit cultiuatus, & maximè pro maiori parte, non potest dici nouale, licèt quoad partem non extet memoria hominum quod fuerit cultiuatus.

Nouerca.

APPELL. CLXVIII.

1 NOVERCÆ appellatione venit nouerca simpliciter, non autem nouerca magna, seu secundùm quid, *Alex. cons.97. Viso themate, num.7. & 8. lib.2.* quem refert *Cardin. Tusch. practic.conclus. tom.8. lit. V, concl.92. num.19.* Ratio est, quia verba in dubio sunt intelligenda simpliciter non secundùm quid, *l. hoc legatum, in fine. ff. de legat.3. l.1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. obligat. Ruin. cons.56. in fine, lib.2.*

SVMMARIVM.

1 *Pluralis numeri appellatione venit etiam singularis quando ratio eadem est in vno, quæ in pluribus.*

2 *Conditio si sine liberis deficit vno tantùm filio relicto.*

3 *Pluralis numerus verificatur in singulari quando sumus in dispositione de futuro conditionali, quia intelligitur quatenus extent.*

4 *Numeri singularis appellatione venit quandoque pluralis*

5 *Conditio, si sine filio decesserit, verificatur in plurali.*

Numerus

APPELL. CLXIX.

NUMERI pluralis appellatione venit etiam 1
singularis, quando eadem est ratio in vno,quæ in pluribus, ita *Paul. de Castro, in l.1. C. de condit. insertis, Dec. in l.1. col.3. C. de pactis, & cons.50. col. vlt. Decian. cons.64. num.39. lib.2. Cravet. cons. 180. num.3.* Probatur *in l. falsa, §. quid ergo. ff. de condit. & demonstrat.* vbi legatis Sticho & Pamphilio si mei erunt cùm moriar,vno alienato ad legatarium alter pertinebit, & in *l. ait prætor, in princip. ff. de negot. gestis*, vbi verbum negotia exponitur, siue vnum, siue plura sint, & in *l. cùm vxori. C. quando dies leg.* vbi legato vsufructu vxori & proprietate 2
cùm liberos habuerit verificatur vno nato. Facit etiam quia conditio si sine liberis, deficit vno tantum filio relicto,*l. non est sine liberis, ff. de verb.signif. l. pater Seuerinam. §. ita fideicommisso, ff. de condition. & demonstrat. l.hæredes mei. §. cùm ita, ff. ad Trebell. l. iubemus. §. sin autem. C.eod. tit. Bero.cons.110.n.29. lib.2. Decian. cons.64. num. 39. lib.2. & cons. 93. n.6. lib.3. Surd. cons.557. num.8. Hieron. Gabr. cons. 117. num. 39. & 40. lib.1. & cons. 110. num.4. lib.2. Menoch. cons.724. num.30. Honded. cons. 57. n. 75. lib.1. & cons.48. num. 9. lib.2. Peregr. cons. 35. lib.3. & de fideicom. art.38. num. 37. Thesaur. Pedam. decis. 248. num.9.* cum pluribus aliis citatis à *Fusar. de substitut. q.401. à num.1.* quibus addo *Cardin. Tusch. lit. P, concl. 367. num. 44.* Facit denique quod pluralis 3
numerus verificatur in singulari, quando sumus in dispositione de futuro conditionali, quia intelligitur quatenus extent, ita *Alex. cons. 109. super prima, num. 4. & 5. lib.7.* vbi *num. 7.* subdit quod grauatus restituere quibus voluerit vni tantùm potest restituere, nisi ex coniecturis repugnaret mens disponentis, refert *Card. Tusch. d. lit. P, concl. 367.num.42.& 43.*

NUMERI singularis appellatione venit quan- 4
doque pluralis, *lib.2. §. hæreditas. ff. de suis, & legit. hæred.l.si quis ita, vers. si quis filio.ff. de testament. tut. §. si plures,Instit. de legit. agnator. succes. glos. verbo filio in l. tutor, l.3. ff. illo tit. de testam. tut. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt.lib.8. tit.12. n.33. Menoch. cons. 158. num.28. Surd. cons.247. num.10.* Vnde similiter si conditio concepta sit in numero 5
singulari, putà, si sine filio decesserit, verificatur in plurali, *Cravet. d. cons.180. num,3. Roland. à Valle, cons.38.num.47. lit.4.Rustic.ad l.cùm auus,lib.6.cap.7. num 26. ff. de condit. & demonst.* quos refert, *Fusar. d.q.401.n.10.*

Nuptiæ.

APPELL. CLXX.

NVPTIARVM appellatione continentur primæ, quia secundæ nuptiæ sine adiuncto non cadunt sub vocabulo nuptiarum, *Zabarel.*

*conſ.49.n.4. verſ.ad ſecundum dicitur, Sebaſt. Medic. de regulis Iuris reg.4. Singularis ſermo, n.73. Card.Tuſch. practic. concluſ. tom.5. lit.N, concl.161.n.4.*vbi *num.5. cum Caſtren. conſ.309. In iſto facto, in fine, verſ. quarto facit, lib.1.*declarat quod licèt nuptiæ primæ ſint fauorabiliores, tamen ſecundæ etiam ſunt fauorabiliores, ac proinde legatum factum filiabus cùm nupſerint, etiam comprehendit viduas.

2 NVPTIARVM ſecundarum appellatione veniunt tam ſecundæ quam tertiæ, quartæ, & deinceps, quia reſpectu præcedentium aliæ ſunt ſecundæ, & omnes poſt primas ſunt ſecundæ, *Alex.conſ.6. Attentis, n.5.verſ. quia reſpondeo, lib.7.* vbi propterea infert quod ſtatutum prohibens patri & matri inæqualitatem inter filios primarum, & ſecundarum nuptiarum, comprehendit omnes nuptias poſt primas, & quod competit actio filiis ex ſtatuto, licèt verba ad eos non dirigentur, refert *Card.Tuſch. d.concl.161.n.6. Menoch. conſ.4. n.38.*

Nurus.

APPELL. CLXXI.

1 NVRVS appellatione propriè continetur pronurus, *l. nurus appellatio 50 ff. de verbor. ſignificat.* vbi latè *Rebuff. pag.164.* & deinceps in materia admittendæ ſatisdationis, *l.2.in fine. ff. qui ſatisdare cog. l. nurus.ff.de verb. ſignif.* & in vltimis voluntatibus, *l.virilis, §. nurus. ff.de legat.præſt. d. l. nurus,* vbi *gloſ. Surd. de aliment. tit.1. q.38. n.41.* & vbicunque quis non admittitur ad poſtulandum pro nuru, & certis perſonis, *l.1. in fine, ff. de poſtulan. gloſ. verbo nurum, in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatisdare cog.* Et vbicunque nurui permittitur donationem fieri ab alio, *l. necnon. §. ſocrui. ff. le donat. inter virum & vxor.* tetigit *Fuſar. in tract.de ſubſtitut.q.313. n.2.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationum appellatione continentur omnia mobilia, & immobilia quæ dantur Eccleſiæ, ſiue in Eccleſia, ſiue extra.*
2 *Oblationum ſub nomine veniunt quæ offeruntur ad Altare.*
3 *Oblationes dicuntur eleemoſynæ quæ offeruntur curatis Eccleſiæ, vel Eccleſiæ pro Miſſis, orationibus, vel pro mera eleemoſyna.*
4 *Decimæ veniunt oblationum appellatione.*
5 *Decimæ, & oblationes in quo differant, oſtenditur.*

Oblationes.

APPELL. CLXXII.

1 OBLATIONVM appellatione continentur omnia mobilia & immobilia, quæ dantur Eccleſiæ, ſiue in Eccleſia, ſiue extra, *cap.cauſa, de verbor. ſignif. Oldrad.conſ.293. in fine,* vbi *n.6. verſ.tertio,* ſubdit quod veniunt ſub nomine oblationum, quæ offeruntur ad altare, *Iſidor. Moſcon.de miſſ. militantis Eccleſiæ, lib.1.p.3. cap.3.pag.466.* vbi dicit, quod ſub nomine oblationum continentur omnia quocunque titulo ad Eccleſiam perueniunt, *Card.Tuſch.*
3 *practic.concluſ. tom.5. lit.O, concl.11. n.1.* Oblationes enim dicuntur eleemoſynæ, quæ offeruntur Curatis Eccleſiæ, vel Eccleſiæ pro Miſſis, orationibus, vel pro mera eleemoſyna, *Lap.alleg.58. Petr. de Anchar. conſ.48. Quia talia, Roman.conſil.344. In caſu propoſita, n.3. Card.Tuſch.d.concl.11.n.4.* vbi *n.5.* poſt *Anchar. t nſ.429. Quæſtio talis eſt, num.4.&* 5. ait differentiam eſſe inter oblationem & eleemoſynam, quia eleemoſyna fit ſecretò, oblatio verò fit publicè.

OBLATIONVM appellatione veniunt decimæ, *Lap. alleg. 67. num.5. verſ. argumentum tamen, Decian. conſ. 16. num. 13. lib. 2.* vbi ait quod à pari procedunt cum decimis oblationes, *Monet.de decim. cap.3. q.1. num.3.* vbi quod oblationes, quæ fiunt ad ſacrificium quarundam decimarum veteris legis loco ſubrogatæ ſunt, ipſe tamen *cap.2.num.9.& 10.* obſeruat differentiam eſſe inter decimas, & oblationes, quia decimæ ſunt quota pars frugum, & aliorum licitè acquiſitorum debita ex præcepto Eccleſiæ miniſtris, oblationes autem quicquid Deo, vel Eccleſiæ, eiúſve miniſtris voluntariè exhibetur.

Plura de oblationibus dixi, *in tract. de officio, & poteſt.Epiſcopi, p.3. alleg.80. n.11. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Oblationes, & perſonales decimæ veniunt appellat. oblationum.*
2 *Verbum,* oblationes, *eſt admodum generale comprehendens omnes redditus, cuiuſcunque qualitatis ſint.*
3 *Obuentiones dicuntur fructus ex re venientes, cuiuſcunque ſint emolumenti.*
4 *Diſtributiones quotidianæ non veniunt appellat. beneficij, ſeu præbendæ.*

Obuentiones.

APPELL. CLXXIII.

OBVENTIONVM appellatione veniũt oblationes, & perſonales decimæ, quæ dantur diebus, quibus accedunt ad Eccleſiam beneficiati, & ex mortuoriis, & ſimilibus, ita *gloſ. verbo obuentiones, verſ.* licèt poſſit dici in *cap. ad audientiam, il 1. de Eccleſ.ædific.* vbi *Abb. num. 15. verſ. nam verbum,* aſſerit quod verbum, *obuentiones*, eſt admodum ge- 2
nerale, comprehendens omnes redditus cuiuſcunque qualitatis ſint, referunt *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.5. lit.O, concl.61. num.1. Gonzal.ad reg.8. Cancel. §.7. proœm. num.100.* Accedit quod obuentiones dicuntur fructus ex re venientes cuiuſcunque ſint emolumenti, vt per *tex. in l.1. §.exercitorem,* iuncta *gloſ. verbo obuentiones, ff. de exercit. action.* reſoluunt *Rebuff. in l. frugem verſ.obuentiones etiam ff.de verb. ſignif. Monet. de diſtribut. quotid. p.1. quæſt.7. num.13.* 3

OBVENTIONVM beneficij, ſeu præbendæ 4
appellatione non veniunt diſtributiones quotidianæ, ita *Prob. ad Monach. in cap. vnic. num.52. de cleric. non reſid. lib.6. Rip. reſp.2. n.2. de conſtitut. Gig. conſ.144. n.18. Monet.d.tract.de diſtribut. quotid. p.1. q.7. n.11. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *Offenſæ appellatione non continetur leuis, ſed grauis.*
2 *Promittens non offendere ſub pœna, illam non incurrit ob modicam offenſam.*

3 *Promittens non offendere qualitercunque, seu quomodocunque, intelligitur de omni offensa non solùm graui, sed etiam leui.*

Offensa.

APPELL. CLXXIV.

1 OFFENSÆ appellatione non continetur minima, id est, leuis, sed venit grauis, secundùm
2 *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. num. 30. & seq.* Vnde promittens non offendere sub pœna, non incurrit illam ob modicam offensam, ita *Bald. cons. 58. vol. 1. Moren. de tregua & pace, quæst. 172. per totam. Vulpel.* licèt aliquantulum dubius, *cons. 51. in fine*, quos refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. O, concl. 69. num. 9. & 10. Hippol. Riminald. cons. 61. num. 10. cum seqq.* vbi *num. 12.* subdit quod si in promissione essent verba, *non offendere, damnificare, nec offendi, aut damnificari facere, quomodocunque, qualitercunque, &*
3 *ex quacunque causa*, tum per dicta verba sic vniuersalia, intelligeretur etiam de omni offensa siue damno, & non solùm graui, sed etiam leui.

SVMMARIVM.

1 *Officialis appellatione propriè venit is, qui sub alio ministraliter exercet iurisdictionẽ.*
2 *Officialis dicitur quasi alterius officium exercens.*
3 *Iurisdictionem non habentes, qui largo modo dicuntur habere officium, veniunt appellatione Officialium, in materia scilicet fauorabili, secus in odiosa, vt* nu. 4.
5 *Statutum prohibens Officiales mercaturam exercere, non comprehendit Officiales largè & impropriè sumpti, & qui nullam habent iurisdictionem.*
6 *Actuarij, seu Magistri actorum non comprehenduntur sub statuto, quod de officialium delictis non possit cognoscere, nisi magna Curia.*
7 *Officiales largè sumpti non continentur sub dispositione loquente de Officialibus, quod debeant esse annales.*
8 *Officialis diœcesani appellatione venit Vicarius generalis Episcopi illius diœcesis.*
9 *Officialis, & Vicarius sunt synonima.*
10 *Officialis verbum simpliciter prolatum, etiam ad foraneum, secundùm subiectam materiam est referendum,* & num. 11.

Officialis.

APPELL. CLXXV.

1 OFFICIALIS appellatione propriè venit is, qui sub alio ministraliter exercet iurisdictionem, sicuti docent *Anton. de Butr. cons. 74. num. 3.* vbi etiam quod Rectores appellantur Officiales, qui ad particularia officia ciuitatis assumuntur, *Carau. ritu 49. Vincent. de Franchis decis. 407. num. 5. p. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. O, conclus. 88. num. 1. & 2.*

2 OFFICIALIS enim ita dicitur quasi alterius officium exercens, secundùm *Petr. Gregor. in cap. conquerente, de officio Ordin. cap. 11. num. 21. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum, p. 1. num. 15.*

Verùm lato sumpto vocabulo veniunt etiam non 3
habentes iurisdictionem, qui largo modo dicuntur habere officium, secundùm *Vincent. de Franch. d. decis. 407. sub num. 5. & Mastril. in tract. de Magistrat. lib. 1. cap. 20. num. 25. & cap. 23. num. 78.* & sic continentur coquus, macellarius, seu custos portarum, vt dicit *Menoch. cons. 53. num. 7.* cum adductis circa coquum per me *appellat. seq. num. 3. vbi id declaratur.*

Intellige in materia fauorabili, in qua appella- 4
tione Officialium continentur Officiales largè sumpti, sicuti tradit *Mastril. de Indultis cap. 40. num. 5.* post *Alex.* quem citat in *l. 1. num. 2. ff. de iurisdict. omnium Iudicum*, vbi secus dicendum esse ait in materia stricta & odiosa.

Quare sub statuto prohibente Officiales merca- 5
turam exercere non continentur Officiales largè & impropriè sumpti, & qui nullam habent iurisdictionem, *Bart. in l. aufertur. §. quod à Præside. ff. de iure fisci, Bald. in l. quisquis. C. si certum pet. & cons. 194. vol. 2. Paris. de Puteo de syndicatu, in verbo contrahere, sub num. 8. fol. mihi 98. Guillelm. Benedict. in cap. Raynutius, p. 1. verbo duos habens filios, num. 47. de testam.* quorum auctoritate, ita consuluit pro generali thesaurario Regni Neapolitani, *Lanar. cons. 43. sub num. 15. & à Ponte cons. 49. num. 54.* quos refert & sequitur *Mastrill. d. tract. de indultis cap. 40. num. 6.*

Paritérque sub statuto quod de Officialium de- 6
lictis non possit cognoscere, nisi magna Curia, prout est prouisum in Regno Neapol. per Constit. Magister iusticiarius, vtique nõ continentur Actuarij, seu Magistri Actorum, vt tenent *Prosp. Carau. in d. ritu 49. Foller. in praxi in verbo, audiantur excusatores, num. 138.* remissiuè à *Ponte in tract. de potestate Proregis tit. 3. de elect. offic. in princ. num. 3. Capiblanc. in tract. de auctoritate Baronum, prag. 5. num. 39.* nisi proponatur aliquid fauorem respiciens, in quibus terminis credo intelligendos contrarium sentientes, ex quorum numero sunt Tapia, cum quo videtur sentire *Mastril. Siciliæ decis. 147. num. 25. Anna sing. 48. Camill. Borrell. de præstantia Regis Catholici, cap. 62. num. 62.*

Denique sub dispositione quod Officiales de- 7
bent esse annales non continentur hi, qui largo modo, & impropriè dicuntur habere officium absque iurisdictione, vt resoluunt *Natt. cons. 58. num. 4. Mastrill. de magistratib. l. b. 1. cap. 23. num. 78. Capiblanc. d. pragm. 5. num. 84. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 184. num. 34.* quicquid dicant *Anna sing. 369. & Amend. in addit. ad Vincent. de Franch. decis. 409. num. 5.*

OFFICIALIS diœcesani appellatione venit 8
Vicarius generalis Episcopi illius diœcesis, sicuti docent *Anchar. cons. 240. Viso themate, & cons. 341. per totum, Menoch. cons. 51. num. 38. Cardin. Tusch. d. tom. 5. lit. O, concl. 82. num. 2. Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 27. num. 29.*

OFFICIALIS enim & Vicarius sunt syno- 9
nima, & idem significant, prout referunt *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in rub. de officio Vicarij. Barbat. in Clem. & si principalis, num. 16. de rescript. Hippol. Rimin. in rub. ff. de officio eius num. 113. Mandos. in tract. de commission. in commiss. per Breue 28. verbo Vicario, & in reg. 14. Cancel. quæst. 6 num. 16. & desumitur ex Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16.* ibi, *Officialem, seu Vicarium, &c.* Quapropter cùm verba hæc eandem significationem, & eundem sensum habeant, Romanæ Curiæ stylus obseruat, vt in expeditionibus, seu delegationibus ad Italiam, Vngariam,

Dalmatiam, Epyrum, siue Albaniani, Sclauoniam, Cyprum, & Cretam, & partes Orientales, Siciliam, Sardiniam, & Corsicam concernentibus Cancellaria, verbo, *Vicario*, semper vtatur hac formula, *Dilecto filio Vicario Neapolitano, venerabilis Fratris nostri Archiepiscopi Neapolitani in Spiritualibus generali.* Sed vltra montes Alpinos, vt in Hispania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & Africa, Officiales nominantur his verbis, *Dilecto filio nostro Officiali Bracharen.* vt testantur *Mandos. d. verbo Vicario, & d. quæst. 6. num. 8. & Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 1. q. 2. num. 10.*

10 Amplia vt non solùm verbum, *Officialis*, simpliciter prolatum ad Vicarium generalem sit referendum, sed etiam ad foraneum secundùm subiectam materiam, prout colligi videtur ex celebri *glos. verbo obtinentibus, in cap. statutum, in princip. de rescript. lib. 6.* quæ ait dispositionem de Officiali loquentem non solùm in principali, sed etiam in foraneo locum habere, per quam *glos.* ita interpretatur *Ludou. Gomez text. in cap. si annum, §. si verò, de iudic. eod. lib. 6.* dum in comment. ad eundem *num. 22. cum seqq.* ait verbum *Officialis*, de quo ibi tam de generali, quam de foraneo intelligi debere, itaut sensus sit quod quemadmodum principalis Episcopi Officialis potest in ciuitate curatorem minori dare, id similiter Officiali foraneo in rure liceat, cùm *in d. § si verò*, simpliciter illud Officiali facere permittatur, quàmuis *Ioan. Andr.* quem sequitur ibi *Gemin. num. 2.* & alij illum *text.* intelligant solùm in generali, nec in foraneo locum habere existiment; & licèt *Anastas. Germon.* vir alioquin doctissimus, *admiuaduersionum lib. 1. cap. 7.* paulò pòst *princip. vers. non idèo*, existimet Vicarium generalem non dici simpliciter Officialem, nisi adiiciatur particula, generalis, seu principalis.

11 Nec pro opinione Germonij facit, *cap. cùm nullus, de temporib. Ordinat. lib. 6. & Clem. 2. de rescript.* ex quibus ipse deducit verbum, *Officialis*, simpliciter prolatum solùm ad Vicarium foraneum referendum esse, quod neque eorum verbis comprobatur, neque aliqua verisimili ratione defendi potest; nam ibi Summi Pontifices Vicarium foraneum simplici, *Officialis*, verbo nominarunt, non vt propriam verbi Officialis significationem exprimerent, quasi illo verbo non alius quàm Vicarius foraneus regulariter comprehendatur, & ex diuerso generalem Vicarium, principalem officialem, seu Vicarium generalem appellant, non vt significent ad denominandum Vicarium generalem, verbum *Officialis*, sufficiens non esse absque adiectione principalis, aut generalis, sed potius vt palàm, & sine vlla dubitatione percipiatur an de generali Vicario, an verò de foraneo, seu de vtroque loquatur. Vnde verbum illud, *Officialis*, appositum in dictis Iuribus de foraneo tantùm Vicario accipitur, non quia hoc verbum genuina & propria significatione ad Vicarium foraneum solùm pertineat, sed quia ibi Pontifices generalem postea specialiter nominarunt, ideò ad eum referri nequit, sed ad foraneum tantùm, aliàs enim si simpliciter officialem Episcopi dixissent, tam de Vicario generali, quàm de foraneo loquutos fuisse credendum esset.

SVMMARIVM.

1 *Officiorum appellatione quæ contineantur.*
2 *Officium latè sumptum comprehendit omne ministerium aliàs necessariò, adimplendum, licèt per artem exerceatur, quod vocatur artificium, in specie tamen, & magis propriè ab illo differt.*
3 *Coqui an præstent officium, vel ministerium, seu artificium, ostenditur.*
4 *Declaratur* l. legatis 65. §. si ex Officio, ff. de legat. 3.
5 *Officiorum diuinorum appellatione quæ veniant, ostenditur.*
6 *Officia deputata alicui Ordini interdicto prohibentur, quæ fiunt à ministris, ab Ecclesia deputatis, ex eorum officio, & ipsius Ecclesiæ nomine.*

Officium.

APPELL. CLXXVI.

OFFICIORVM appellatione continentur 1
tam beneficia Ecclesiastica, quàm etiam alia munera, non solùm publica, sed etiam priuata, licèt sint vilia & infima, quia scilicet omnia certa sub se continent ministeria, ad quæ illa obtinens, seu gerens adstrictus, vel deputatus est, vt in beneficiis sunt *text. in cap. 1.* iuncta ratione ibi, cùm vnum officium vix dignè, &c. *de consuetud. lib. 6. cap. cùm singula 32. in princip.* iuncto *§. prohibemus, de præbend. eod. lib. 6.* cum aliis de quibus *Gonzal. ad reg. 8. Cancel glos. 5. §. 11. num. 2. cum seqq.* & in muneribus publicis probat *text. in l. 2.* ibi, ex ea prouincia in qua officium aliquod gerit, *ff. de his quibus vt in dign. l. si quis officium 38. ff. de ritu nupt.* & rubricæ omnes pertinentes ad Iudices, seu magistratus tam sæculares, quàm Ecclesiasticos, quæ ideò per verbum, *officium*, concipiuntur, vt patet *lib. 1. Digestorum, à tit. de officio Consulis, cum seqq. & lib. 1. Decretalium, & Sexti à tit. de officio Archidiaconi*, & demum officiorum nomine quoad hoc propositum venire Officium Sacristæ, Camerarij, œconomi, syndici, ostiarij in terminis *Clem. 1. de Regular.* tradunt *Nau. commento 4. de Regular. num. 24. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 14. quæst. 12. vers. quæres, Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 6. cap. 7. num. 127.* ac tandem in muneribus priuatis, etiam vilibus sunt, *text. in l. peculium 65. in princip.* ibi, *officia seruorum ff. de legat. 1. l. legatis 65. §. si ex officio, iuncta glos. 1. ff. de legat. 3.* communiter recepta ex *Gam. Lusit. decis. 353. num. 1.* prosequuntur latè *Dec. in rub. de officio deleg. num. 3. vbi Sahag. num. 1. Mantu. & Bolognet. in d. rub. ff. de officio eius, à num. 37. cum seqq.*

Cum quibus aduertere oportet quod etsi nomen, 2
Officium, sic latè & generaliter sumptum, comprehendat omne ministerium aliàs necessariò adimplendum, licèt per artem exerceatur, quod vocatur artificium, vt per *d. glos. 1. in l. legatis. §. si ex officio. ff. de legat. 3.* in specie tamen & magis propriè sumptum ab illo differt, vt probat *text. in d. §. si ex officio, l. nominatim 24. ff. de manum. testam.* officium namque in specie significat ministerium quod sine vlla arte exercetur, vt ostiarij, vestiarij, & similium; artificium verò sumitur pro eo, quod arte, & industria acquiritur, & per eas exercetur, vt textor, & alij similes, *l. inter artifices. ff. de solut. Bologn. in d. rub. ff. de officio eius, num. 39.* In qua propria significatione tra- 3
ctant Iureconsulti de reuocatione, diminutione, vel augmento legati, quoties sub nomine officij, vel artificij serui legantur, & postea tempore mortis testatoris officium illud, vel artificium mutauerant,

rant, quod habebant testamenti tempore, & ab eisdem Iureconsultis genetalis regula traditur, quod si seruus ex officio ad aliud officium, seu ministerium, vel ex officio ad artificium, aut denique ex artificio ad aliud artificium transierit, legatum extinguitur, non ita è conuerso si ex artificio translatus fuerit ad officium, *d. l. legatis 65. §. si ex officio*, vbi *glos. verbo officium, & verbo factus est, l. textoribus 61. ff. de legat. 3. d. l. peculium 65. in princip. ff. de legat. 2. l. si cui 12. vers. proinde, ff. quibus modis vsufr. amitt.* post alios *Bologn. d. num. 39. Cuiac. lib. 9. obseruat. cap. 17.*

4 *col. 2.* Qua tamen regula retenta, magnam patitur difficultatem *text. in d. l. legatis. §. si ex officio, vers. non idem*, ibi, *coquus postea factus est, ex verbis §. seqq.* ibi, *plura artificia*, iuncto, ibi, *& alij coqui legati fuerunt*, cui consonat *text. in l. si quid venditor 18. in fine*, ibi, *optimum in eo artificium, ff. de aedil. edicto, cap. ne tales*; ibi, *arte & impendijs coquorum non indiget, de consecr. dist. 5.* adeo vt *Zoarez in lib. singulari Digestorum cap. 7.* coactus fuerit §. §. illos legere, ac diuidere, quod tamen est contra omnium librorum fidem, & circa eorum explicationem, valdè laborant post scribentes ibi, *Ehiman. Soar. lib. 1. observ. cap. 39. Furcatul. in penu Iuris cap. 27. Cuiac. vbi proxime.* Verùm ex eius dictis resolue coquos aliquando in solo ministerio, aliquando in artificio haberi, vt Liuius *lib. 39.* auctor est, in illis verbis, ibi, *nunc coquus vilissimum antiquis mancipium aestimatione & vsu in pretio esse, & quod ministerio fuerat ars haberi capta est, &c.* iuxta quam distinctionem facilè conciliantur Iura suprà citata; nam *text. in d. legatis, §. si ex officio*, intelligitur de coquo prout in solo ministerio, & officio habetur, cætera verò Iura de eo loquuntur prout artificio annumeratur, cui explicationi consonat in effectu intellectus *glos. verbo coquus, in d. §. si ex officio.*

5 OFFICIORVM DIVINORVM appellatione, quoad materiam interdicti, venire & omnia quæ in Missali & Breuiario continentur, tenet *Angel. in sum. verbo interdictum 5. §. 4.* Sed meritò improbant *Nau. Henriq. Soar.* & alij nouiores infrà referendi, quia multa in illis continentur, quæ prohibita non sunt tempore interdicti, vt benedictio mensæ, itinerarium, & similia. Quare melius dicendum puto eo nomine contineri omnia exercitia Sacris Ordinibus maioribus, vel minoribus deputata, vt si Acolytus offerat vrceolos, Subdiaconus Epistolam solemniter cantet cum manipulo, vel Diaconus Euangelium, Sacerdos Missam dicat, Episcopus Ordines conferat, aut Virgines, Abbates, Altaria, & Calices consecret; vel etiam si Presbyter hoc hebdomadarij officium agat in choro, dum Matutinum, aut aliæ Horæ peraguntur; hæc enim omnia diuina esse officia asserens nouam esse rationem ab aliis non perpensam resoluit *Nauar. in man. cap. 27. num. 171.* & post *Conar.* & alios communiter *Henriq. in sum. lib. 13. cap. 44. in princip.* iuncta commento *lit. A, Vgolin. de censur. tab. 5. cap. 5. §. 2. num. 2.* & alij plenè relati à *Sayr. in simili tract. lib. 5. cap. 5. num. 4. cum seqq. & cap. 14. num. 20.* quorum sententiam partim sequitur, partim improbat *Soar.*

6 *tom. 5. disp. 34. sect. 3. à num. 5. & 7.* vbi à principio latè disputans communem doctrinam sequitur quatenus Officia deputata alicui Ordini interdicto prohiberi censet, ea esse explicans, quæ fiunt à Ministris ab Ecclesia deputatis ex eorum officio, & ipsius Ecclesiæ nomine, ideóque non immerito etiam Ecclesiastica officia dici posse, ipse *notat d. num. 5. in fine*, & sequi videtur *Bonacin. de censur. disp. 5. puncto 3. à num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinary appellatione venit Episcopus, & quicunque superior, siue inferior Prælatus ab illo, qui iurisdictionem Ordinariam habeat in materia sibi adaptabili.*

2 *Ordinarius vbi aliquid committitur, vel de Ordinariis mentio fit ad omnes habentes iurisdictionem Ordinariam commissio fit, nisi subiecta materia aliud exposcat.*

3 *Prior S. Ioannis Hierosolymitani venit appellatione Ordinarij.*

4 *Ordinary appellatione in materia collationis non solum venit Episcopus, sed etiam alius inferior, qui conferendi potestatem habeat.*

5 *Vicarius Episcopi venit appellatione Ordinarij.*

6 Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 8. *agens de locorum Ordinariis, procedit in inferioribus.*

7 Concil. Trident. sess. 24. de reform. Matrim. cap. 1. *vbi*, nisi Ordinarius, &c. *habet locum in Abbatibus etiam Commendatarijs, & alijs habentibus quasi Episcopalem.*

Ordinarius.

APPELL. CLXXVI.

ORDINARII appellatione venit Episcopus, & quicunque superior, siue inferior Prælatus ab illo, qui iurisdictionem Ordinariam habeat, in materia sibi adaptabili, & proportionabili, ita docent *glos. verbo Ordinariorum. per text.* ibi *in cap. vt animarum, de const. lib. 6. & verbo locorum, in cap. Ordinarij*, vbi *Gemin. num. 5. & Franc. num. 3. de offic. Ordin. eod. lib. Abb. in cap. post cessionem, num. 1.* vbi *Felin. num. 1. Dec. etiam, num. 1. & Mysing. num. 2. de probat. Zabarel. in Clem. quia Regulares, num. 11. vers. octauo quæres, de suppl. negl. Prael. Cou. in cap. pen. num. 1. de testam. Mandos. cons. 37. num. 19. & 21. Flamin. Paris. de resignat. quæst. 28. num. 16. Scraphin. decis. 1401. num. 5. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 212. num. 31. & 38. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. fin. casu 42. Flores de Mena var. lib. 3. quæst. 24. nu. 6. Ascan. Tamburin. de Iure Abbatum, tom. 1. disp. 1. quæst. 4. num. 1. Rot. decis. 798. num. 3. apud Farin. in 1. collect. nouissimarum*, aliàs *p. 4. diuers. & coram R^mo D. meo Coccino Decano decis. 546. à num. 1.* inter eius impressas. 1

Quapropter cùm in aliquo Iuris decreto aliquid Ordinarijs committitur, vel de Ordinarijs mentio fit, nisi subiecta materia aliud exposcat, non ad Episcopos tantùm, sed etiam ad omnes habentes iurisdictionem Ordinariam commissio dirigitur, *glos. d. verbo locorum*, vbi *Franc. num. 3. Gutier. canon. lib. 2. cap. 19. num. 25. vers. nihilominus, Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 11. num. 19. & 20. & de confident. quæst. 28. num. 16. Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 29. num. 5. Erasm. à Cochier. de iurisdict. Ordinarij in exemptos p. 1. quæst. 1. num. 9. Ascan. Tamburin. d. quæst. 4. num. 3.* 2

Ex quibus iam primo infertur Ordinarij appellatione comprehendi Priorem S. Ioannis Hierosolymitani, vt censuit *Rota decis. 493. n. 5. p. 2. recent.* 3

Secundò

4 Secundò infertur Ordinarij appellatione in materia collationis non solùm venire Episcopum, sed etiam alium inferiorem, qui conferendi potestatem habeat, vt per *Rebuff. in concord. tit. de collation. §. præfatique Ordinarij, verbo Ordinarij collatores, Flamin. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 8. quæſt. 9. num. 27. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 4. n. 2.*

5 Tertiò infertur appellatione Ordinarij venire Episcopi Vicarium, cùm verè Ordinarius ſit, *gloſ. verbo generaliter, in cap. Romana, de appellat. lib. 6. Con. pract. cap. 4. num. 7. & var. lib. 3. cap. 20. num. 5. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quæſt. 43. & quæſt. 51. num. 1. Sanch. d. diſp. 29. num. 5. verſ. vnde nomine, Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. num. 64. Bonacin. de Matrimon. quæſt. 2. puncto 8. num. 10.* quos refero Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. allegat. 32. num. 118.*

6 Quartò infertur diſpoſitionem *Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reformat. cap. 8.* dum iniungit locorum Ordinariis, vt Eccleſias quaſcunque quomodolibet exemptas auctoritate Apoſt. ſingulis annis viſitare teneantur, procedere in inferioribus habentibus iura Epiſcopalia, vt cenſuit *Rot. deciſ. 798. apud Farin. collect. 1. nouiter nouiſſ.* alias *p. 4. diuerſ.* & in Salamantina iuriſdictionis 3. Octobris 1579. coram Cardin Seraphino, quam refert *Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſiaſt. deciſ. 614. in 1. edit.* alias *reſol. 538. num. 3. in 2. edit.*

7 Quintò infertur diſpoſitionem *Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. Matrimon. cap. 1.* ibi, *niſi Ordinarius ipſe, &c.* ſtatuentis poſſe Ordinarium ex cauſa ſibi bene viſa diſpenſare, vt omittantur denunciationes, vel aliqua illarum ante, & poſt Matrimonij conſumationem, procedere in habentibus quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, vt ſcribunt *Nauar. conſ. 5. ſub tit. de ſponſalib. in 1. edit.* aliàs *conſ. 2. ſub tit. de clandeſt. de ſponſ. in 2. edit. Henriq. in ſum. lib. 11. cap. 5. §. 5. Fr. Emman. in ſum. p. 1. cap. 217. num. 4.* Ego ipſe *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 32. num. 30.* Id ipſum in Abbatibus habentibus iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem nuncupatum, agnoſcunt *Sanch. de Matrimon. lib. 3. diſp. 7. num. 4. Flores de Mena vari. reſolut. lib. 3. quæſt. 24. num. 26. Sayr. in floribus deciſion. ſub tit. de ſponſalib. deciſ. 9. Franc. Molin. d. differ. 11. nu. 60. Stephan. Gratian. diſcept. foren. cap. 83. num. 15. Molfes in ſum. moralis Theologiæ tract. 4. cap. 8. num. 21.* Ego ipſe *d. alleg. 32. n. 31.* & ad Commendatarios Abbates ampliant *Petr. de Ledeſma in ſum. p. 1. de Sacrament.* vbi de Sacramento Matrimon. *cap. 6. concl. 7. dub. 1. verſ. ſeguese lo ſegundo, Gonz. al. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 8. num. 28.* Ego ipſe *d. alleg. 32. num. 32. Contra Franc. Leon. in theſauro fori Eccleſiaſt. p. 2. cap. 9. num. 55. Armendar. in addit. ad recop. legum Nauarræ lib. 4. tit. 15. l. 1. de Matrim. num. 22.*

Oleum.

APPELL. CLXXVIII.

1 OLEI appellatione in legato cibarium venit, non autem quod voluptatis, & deliciarum cauſa ſeruatur, *l. ſi cui lana. §. lanæ. ff. de legat. 3.* nec etiam quod valetudinis gratia habetur, *l. non omne. ff. de penu leg.* non enim oleum hoc ex olea eſt, & propterea impropriè oleum dicitur, ſic & quod ex nucibus fit, impropriè oleum dicitur, & ideò in legato olei non continetur, niſi aliter ſe habeat teſtatoris, vel regionis vſus, & conſuetudo: ita *Stephan. Forcatul. in penu Iuris cap. 12. Menoch. de præſumption. lib. 4. præſ. 153. num. 4. & 5.*

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus diſpenſatus ad Ordines, intelligitur tantùm diſpenſatus ad minores.*

2 *Diſpenſatus ad omnes Ordines, quoad minores tantùm cenſetur diſpenſatus, niſi illos tantùm habuerit.*

Ordo.

APPELL. CLXXIX.

1 ORDINVM appellatione in diſpenſationibus veniunt ſolùm minores, itaut illegitimus diſpenſatus ad Ordines intelligatur eſſe diſpenſatus tantum ad minores, quia cùm diſpenſatio ſit ſtricti iuris, & ſtrictè interpretanda, *cap. 1. in fine, & cap. 2. de filiis Presbyt. lib. 6. cap. non poteſt, de præbend. eod. lib.* cum aliis per me citatis *de officio, & poteſt. Epiſcopi, p. 2. alleg. 45. num. 1.* Satis eſt ſi diſpenſatio facta ad Ordines effectum ſuum ſortiatur in minoribus Ordinibus; quare ita docent *gloſ. verbo ordinari, in cap. litteras, de filiis Presbyt. & verbo ad omnes, in cap. vlt. eod. tit. lib. 6.* vbi *Franc. num. 4. Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat. ſuper defectu natal. num. 47. Maiol. de irregularit. lib. 1. cap. 8. num. 6. Borgaſ. in ſimili tract. p. 2. tit. de interpret. diſpenſat. num. 22. Henriq. in ſum. lib. 7. cap. 30. §. 2. & lib. 14. cap. 8. §. 10. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 3. quæſt. 6. Sayr. de cenſuris lib. 6. cap. 11. num. 19. Aula in ſimili tract. p. 7. diſp. 3. dub. 6. verſ. Maiolus, Campan. in diuerſor. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 95.* Ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 2. alleg. 45. num. 4.* & me citato in illo loco *Sanctarel. variarum reſolut. p. 1. quæſt. 38. num. 1.*

Amplia etiamſi diſpenſetur ad omnes Ordines, 2
quia quoad minores tantùm diſpenſari cenſebitur, vt reſoluunt *Maior. d. cap. 8. num. 6. Henriq. d. lib. 14. cap. 8. §. 10. Sayr. d. cap. 11. num. 19. Sanctarel. d. quæſt. 38. num. 4.* niſi diſpenſari petens habuerit Ordines minores, quia tunc Papa de hoc certus diſpenſans quoad omnes Ordines, videtur diſpenſare ad ſacros, vt priuilegium aliquid operetur, ita *Sanch. de Matrimon. lib. 8. diſp. 1. num. 26. Sanctarel. d. quæſt. 38. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Originariorum appellatione veniunt ij, qui nati ſunt in loco.*

2 *Oriundus dicitur à natiuitate propria, aut paterna.*

3 *Litteræ Apoſt. diſpenſationis, vel beneficij non ſunt ſubreptitiæ in quibus diceret quis ſe oriundum ex ciuitate Bracharen. cùm re vera eſſet oriundus ex ciuitate Portugalen. ſi eius pater in dicta ciuitate Bracharen. natus fuit.*

Originarius.

APPELL. CLXXX.

1 ORIGINARIORVM appellatione veniunt ij, qui nati ſunt in loco, *l. 1. & 3. C. de incolis lib. 10. l. 1. ff. ad municip. Ioſeph. Ludouic Peruſ. deciſ. 3. num. 15. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſt. deciſ. 298. in 1. edit.* aliàs *reſolut. 257. num. 2. in 2. edit. Griuel. Dolana deciſ.*

*decis.123.num.23.*Ego ipse *de officio,& potest.Episcopi, p.2.alleg.4.num.3.*

2 Oriundus autem dicitur à natiuitate propria, vel paterna,*l.assumptio,§.1.ff. ad municip. Mandos. ad reg.16.Cancel.quæst.40.Ioseph. Gonzal. Flores vari. cap. 36.1 num. 3. Garc. Tolet. in lucerna rubricar. trium librorum Codicis super d.rub. de incolis, lib. 10. num. 2. Campan. in diuers.Iuris Canon.rub.9.cap.8.num.8.*

3 Vnde colligitur subreptitias non esse litteras Apostol. dispensationis, vel beneficij, in quibus diceret quis se oriundum ex ciuitate Bracharen. cùm re vera esset oriundus in ciuitate Portugalen. si eius pater in dicta ciuitate Bracharen. natus sit, vt resoluit *Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resolut.vltim. casu 33.* quem refero Ego ipse *d. alleg. 4. num.8.quicquid dicat Nicol. Garc. de benefic.p.7.cap.9. num.25.*

SVMMARIVM.

1 *Ornamentorum Ecclesiasticorum appellatione venit liber, calix, & similia.*

2 *Vestis muliebris non continetur ornamentorum appellatione.*

3 *Ornamentorum suorum appellatione in legato testatoris non veniunt venalia.*

4 *Ornamentorum nomine non continentur lapilli, margaritæ, & gemmæ adhuc rudes.*

5 *Carruca dormitoria continetur nomine ornamentorum, si vxor cui maritus illam legauit, ea vtebatur.*

6 *Ornamentorum vxoris appellatione quid comprehendatur in legato illi facto ostenditur, & quid sint anademata, crocophantia, & viriolæ.*

Ornamenta.

APPELL. CLXXX.

1 ORNAMENTORVM Ecclesiasticorum appellatione venit liber, calix, & similia, *cap. degradatio, vers.clericus igitur,de pœnis l.b.6.* vbi *Philip.Franc.in vers.secundo nota*, infert ad quæstionem de legato facto pro ornamentis Ecclesiæ,vel alicuius clerici, vt in prædicta conuerti possit, *Clem. 2.* ibi, Ecclesiarum Calices, libros,& alia ornamenta, de decim.

2 ORNAMENTORVM appellatione vestem muliebrem non contineri, probat *text.in l. ornamentorum,ff.de auro,& arg.leg.* At vero ornamentorum muliebrium appellatione generaliter continentur ea, quibus mulier ornatur, *l.argento. §.ornamenta,l.fin.ff.de auro & arg.leg.Socin.Sen. cons.10.n.6. vol.1. Andr. Gail.l.b.2.obser.91.num.4.*

3 ORNAMENTORVM suorum appellatione in legato testatoris non veniunt venalia, *l. pediculus.§. item cùm quæreretur. ff. de auro,& arg leg.* vbi apertè notatur quod si testatrix habuit proprium argentum ad vsum suum paratum, & legauerit suum, non videtur id legatum quod negotiandi causa venale proponeretur, nisi probaretur etiam testatorem de hoc sensisse, & sic etiam de his venalibus ornamentis,vt optimè declarat *Menoch.de præsumpt.lib.4. præs.137.à princip.*

4 ORNAMENTORVM appellatione non continentur lapilli, margaritæ, & gemmæ adhuc rudes, si aliter appareat de testatoris voluntate, *l argumento.§.pen.ff. de auro & arg. leg. Menoch. d. lib. 4. præs.163.num.9.*

5 ORNAMENTORVM appellatione continetur carruca dormitoria, si vxor, cui maritus eam legauit,vtebatur illa,*l.vxori,la 2.ff.de auro & arg.leg. Menoch.d.lib.4.præs. 163. num. 10.* Carrucæ autem erant parui carri,quos veteres illi Romani in deliciis habebant,sicut explicat *Corras.lib. 3. miscel. cap. 20.num.6.*

6 ORNAMENTORVM vxoris appellatione in legato ei facto à marito testatore veniunt inaures, armillæ,viriolæ,anuli non signatorij,gemmæ,lapilli,vittæ,mitræ,semimitræ,calantica,acus cum margarita,reticola, crocofantia,vt colligitur *ex d. l. argumenta.§.ornamenta.ff.de auro & arg.leg. Paul. lib.3. sentent.cap.6. Menoch.d.lib.4.præs.163.à n.5.* vbi *nu.7.* post. *ott. in memorab.verbo vndones, & verbo viriola*, agit de significatione prædictorum ornamẽtorum.

Oues.

APPELL. CLXXXI.

1 OVIVM appellatione non continentur agni, nisi consuetudo esset in contrarium, *l. legatis. §.ouibus*, vbi *Bart.ff.de legat.3. Bertach. in tract. de gabellis,q.8.in rub.de gabellis anima. Sim. Schrad.in suo lexic.Iuris expurgato,verbo Oues, Mari. Mut. decis. 75. num.8.& 9.*

Panni.

APPELL. CLXXXII.

2 PANNORVM appellatione continentur ea,quibus quis induitur,*arg.l.vestis.ff.de auro,& arg.leg.* vbi *Bart.* notabiliter dicit quod cùm quidam legasset alicui omnes pannos suos lanæ,& lini,& ille haberet aliquas petias panni lini non aptas ad vsum hominis,adhuc quoad istas tenuit legatum,si habebat illas causa faciendi pannos lineos ad vsum, secus, venales,per *l.pediculus.§. item cùm quæritur. ff. de auro,& arg.leg.* obseruans idem *Bart.* quod in dubio debet videre quantum sibi expediebat pro vsu illius anni,& illud cedit legato, quod superest verò videtur esse venale,iuxta *l.cùm quæreretur.§. lanæ.ff.de legat.3.*ita eleganter *Sim.de Prætis de interp.vlt.volunt. l.b.4.interp.1.dub.10.num.16.*

2 PANNORVM appellatione non veniunt vestes, & ideò si testator legauit pannos,qui in domo erãt, non præsumitur legasse vestes,sed ipsos pannos, vt sunt in rudi materia panni,ita ex sententia Baldi,& Balberij scripsit *Petr. Pech.de testam.coniug.lib. 5. cap. 14.num.2.*quem refert *Menoch.de præsumpt.lib.4.præs. 161.num.11.*

SVMMARIVM.

1 *Parentelæ appellatione veniunt parentes vtriusque sexus, vsque ad tritauum, & ab eo suprà dicuntur maiores.*

2 *Parentela idem importat quod agnatio, & consanguinitas.*

3 *Illegitimus non dicitur de parentela.*

4 *Adoptatus, siue creatus de parentela,an veniat appellatione illorum de parentela in dispositione quod iuspatronatus non exeat parentelam.*

Parentela.

APPELL. CLXXXIV.

1 PARENTELÆ appellatione veniunt parentes vtriusque sexus, vsque ad tritauum, & ab eo suprà dicuntur maiores, non autem parentes, vel de parentela, ita *Angel. cons.* 268. *Statutum Dalmatiæ, Cranet.cons.*159.*num.* 3. *Perez de Lara de anniuers. & capell.in.lib.*2.*cap.*2.*num.*24.*Cardin Tusch. practic.concl. tom.* 6. *lit.R.concl.* 82. *num.* 1. vbi *num.* 2. post *Alex. cons.*221.*Ponderatis,num.*4.*vers.est verum,lib.*6. subdit quod verbum, *parentes*, licèt intelligatur de ascendentibus, tamen potest etiam significare parentelam, & sic ex communi vsu loquendi comprehendere sanguine coniunctos.

2 Importat igitur *parentela*, idem quod agnatio,& consanguinitas, vt ex *Tiraq. de retractu lignag.* §. 1. *glos.*8.*num.*1.*&* 2.tradit *Carpan.ad consuetud.Mediolanen.tom.*1. *cap.* 414. *num.* 49. *cum seqq.* ac proinde adaptari potest ad agnatos,cognatos,& omnes collaterales, vt docuit *Flamin.Pariz.de confident. quæst.* 32.*num.*45.& facit,*Rot.decis.*513.*num.* 1. *apud Farin. collect.*1.*nouiss.alias p.*4.*diuers.*

3 PARENTELÆ appellatione non venit illegitimus, quia non dicitur de parentela,vt per *Bart. in l.tutelæ.ff.de capit.diminut.& in l.pronunciatio, ff. de verb.signif.* vbi intelligit quando verba significantius, non ita si concepta sint significantia naturaliter, *Guid. Papæ decis.* 536. *Gasp. Thesaur. decis.* 29. *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resolut.* 185. *num.*2.

4 Vtrum autem appellatione illorum de parentela, in dispositione quod iuspatronatus non exeat parentelam siue domum, veniat ille qui est creatus de parentela, vel adoptatus, itaut dicatur patronus, prout alij qui verè, & naturaliter sunt de parentela? Vide *Lambertin.de iurepatron. lib.*1.*art.*9. *quæst.*2.*princip.secundæ partis, Roch.in simili tract.verbo ipse,num.*73.*& seq.*

SVMMARIVM.

1 *Parentum appellatione proprio vocabulo, continentur omnes vtriusque sexus ascendentes ad tritauum.*
2 *Auus vt parentum appellatione parentum.*
3 *Parentum appellatione, secundùm communem vsum loquendi, veniunt omnes, qui sunt de eadem familia,& agnatione.*
4 *Naturales qui sunt de parentela veniunt appellatione parentum.*
5 *Legitimati etiam per rescriptum veniunt appellatione parentum.*
6 *Legitimati per rescriptum agnoscuntur, & cognoscuntur ascendentibus, & transuersalibus, agnatis, & cognatis, ac si ab initio fuissent nati de legitimo matrimonio.*
7 *Fœminæ veniunt parentum appellatione.*

Parentes.

APPELL. CLXXXV.

1 PARENTVM appellatione proprio vocabulo, continentur omnes vtriusque sexus ascendentes vsque ad tritauum, *l. quarta.§.parentes.ff.de in ius vocando,l.Iurisconsultus.§.parentes.ff. de gradib. Angel. cons.*268. *Cranet.cons.*161.*num.*3. *Sebast. Medic.reg.*2. *num.*9.*Anchar.Regien lib.*3.*quæst.*6.*num.*15.*Campanil. in diuersor.Iuris Canon.rub.*11.*cap.*27.*à num.*76. *Peregrin.de fideicom.art.*22.*num.*31.*& cons.*52.*num.* 10. *lib.* 4.*Mastrill. Siciliæ decis.* 256.*num.* 31. *Pariz. de confid. benef.quæst.*32.*num.*42.*Fusar.de substitut.quæst.*365.*nu.* 5. Et ita auus *l. appellatione parentis*, 51.*ff. de verb.* 2 *signif.Laurent.de Palat.de stat.fœmin.exclus. num.*210. *Stephan.Gratian.discept.forens.tom.*5. *cap.*977 *n.*3.

PARENTVM appellatione secundùm com- 3
munem vsum loquendi veniunt omnes,qui sunt de eadem familia & agnatione, vt tenent *Capr. cons.* 104.*num.*9.*Gozadin.cons.*79.*num.*4.*&* 5. *Tiraq. de retractu lig.*§.1.*glos.*8.*num.*1. *Rimin. Iun. cons.*308.*num.* 2.*&* 18. *Prett.de interpret.vltim.volunt. fol.* 292. *num.* 57.*Intrigl.de substitut.cent.*3.*quæst.*83.*num.*18.*Menoch. de præsumpt.lib.*4.*præs.*88.*num.*18.*& consil.*424.*nu.*2.*&* 8.*Anchar.Regien.à quæst.*6.*num.*17. *cum seqq. Pereg.de fideicom.art.*22.*num.*31.*& cons.*52.*num.* 10. *lib.* 4. *Fusar.d.quæst.*365.*num.*1.*Fusc.lit.A,sing.* 39. *Rot. in Mediolanen.* iurisp atronatus 19. Iunij 1617. coram R. P.D.meo Pirouano, impressa per Viuian. post praxim iurisp atron.*decis.*72.*num.* 3. & in eadem coram eodem 30.Octobris 1617. *ibidem decis.* 73. *à num.* 2. vbi fuit dictum quod appellatione parentum admittuntur omnes coniuncti iure cognationis, siue descensiui, siue collaterales ab eodem stipite. Item cognati,*cap.parentela* 25.*quæst.*5.*cap.fin.qui clerici, vel vouentes,glos.verbo parentelam in Clem.vnica,de iureiur. Capr.Prettis, & Pereg. locis proximè citatis,Fusar.d. q.* 365.*num.*3.vbi *nu.*4. limitat quando ratio agnationis habita esset, vt quia parentes masculi sunt vocati,quia tunc venirent,nisi agnati.

PARENTVM appellatione veniunt natura- 4
les, qui sunt de parentela,*Bart.in l.pronunciatio.ff.de verb.significat. Dec.cons.*365.*col.*2.*Cephal. cons.* 591. *Tiraq.de retractu lig.*§.1.*glos.*8.*num.* 3. *&* 4. *Pereg. cons.* 52.*num.*12.*lib.*4.*& de fideicom.art.*22.*num.* 85. *&* 89. vbi declarat, vt ita demum admittantur naturales quando non extant legitimi,& spurios omnino excludit.

PARENTVM appellatione veniunt legitimati 5
etiam per rescriptum,*Pereg.cons.*52.*num.*12.*cum seqq. lib.*4.*Fusar.d.quæst.*365. *num.*7. ex ea ratione,quia le- 6
gitimati per rescriptum agnascuntur & cognoscuntur ascendentibus,& transuersalibus,agnatis,& cognatis,ac si ab initio fuissent nati de legitimo Matrimonio quoad successiones mutuas, *auth. quibus modis naturales efficiantur sui,*§.*tribus, &* §.*generaliter, Pereg.cons.*96.*num.*3.*lib.* 1. *&* 2.*cons.*8.*lib.*2.*&* 3.*cons.*52. *num.*13.*lib.*4.*& de fideicom.art.*23. *num.*26. *cum seqq.* immo nisi statutum resistat, habent ius successionum delatarum à statuto in hæreditatibus fratrum, & aliorum agnatorum de familia ad exclusionem fœminarum, *Anton.Gabr.commun.tit.de legitim. concl.* 1.*num.*45.*Menoch.de præsumpt.lib.*6.*præs.*39.*num.*3.*& cons.*227.*& cons.*687.*num.*57. *Pereg.d.cons.*52.*num.*14.

PARENTVM appellatione veniunt fœminæ, 7
Tiraq.de retractu lignag.§.1.*glos.*8.*num.*3.*&* 4.*Cranet. cons.*80.*num.*12.*Anchar.Regien.lib.*3.*practic. quæst. q.* 6.*num.*10.*cum seqq. Pereg.de fideicom.art.* 22. *num.*31. *in fine*, vbi dicit hoc verum, nisi habita esset ratio agnationis refert *Fusar.d quæst.*365.*num.*10.& optimè *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 2.*cap.* 332. *num.*20.*&* 21. dicit quod licèt appellatione parentum veniat tam pater quàm mater, tamen in materia non congruente mulieribus appellatione parentis mater non comprehenditur.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Partis appellatione dimidia continetur.*
2 *Partis appellatione totum continetur, quando pars non applicatur magis vni parti, quàm alteri, vel quando qualitas adiecta parti conuenit etiam toto.*
3 *Partis appellatione vbi adiicitur dict.* aliqua, *vel* quædam, *venit minima.*
4 *Partis appellatione quando ſumus in diuiſione, & diſtributione facienda pauperibus, intelligitur de minutis partibus.*

Pars.

APPELL. CLXXXVI.

1 PARTIS appellatione dimidia continetur *cap.* 1.*de decimis,lib.*6.*l.planè.*§.*ſed & ſi quis.ff.de legat.* 1. vbi probatur quod legatum fundi Titio factum, vt eum pro parte habeat, intelligitur de dimidia, *l. plures,*vbi *gloſ.verbo adiectione,ff. de damno infecto,gloſ. verbo,aut earum parte, in Clem.* 1. *de foro compet.* vbi *Cardin. quæſt.*9. *Tiraq.in l ſi vnquam, verbo omnia,vel partem,num.*8.*C.de reuocand.donat. Brun.conſ.* 9. *num.* 3.*& conſ.* 154. *num.* 28. vbi ait procedere in dubio, *Bald.conſ.*54.*Caſus breuis,in fine, verſ. vnde lib.* 1. vbi dicit, quod teſtes deponentes ſimpliciter de parte, intelliguntur de dimidia,*& conſ.* 326. *Acturus petitione, num.*2.*verſ.ſequitur lib.* 2. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ.tom.*6.*lit.P,concluſ.*103.*num.*2.*&* 3. *Surd.deciſ.* 102.*num.*1.*Sim.de Prettis de interp.vltim.volunt.lib.*4. *ſolut.*4.*num.*8.*fol.*380.

2 PARTIS appellatione totum continetur, quando pars non applicatur magis vni parti,quam alteri, ita *Caſtren.conſ.* 466. *Viſo compromiſſo, num.*4. *verſ. præterea non dicunt, lib.* 1. quem refert *Cardin. Tuſch.d.tom.*6.*lit.R,concluſ.*255. *num.* 13. *Rebuff. ad l. Appellatione rei* 72. *in fine verſ.ad hæc nota, ff. de verb. ſignif. pag.* 351. Vel quando qualitas adiecta parti conuenit etiam toto, & quando non poſſumus dicere quod magis de vna parte quàm de alia intellexerit ad tollendam incertitudinem, idem *Caſtren. conſ.*431. *Si quæritur in fine, verſ. nec obſtat, lib.*1. refert *Cardin.Tuſch.d.lit.P,concl.*103.*num.*5.*&* 6.

3 PARTIS appellatione, vbi adiicitur particula, *aliqua*, vel *quædam*, veluti ſi dicatur *aliqua*, vel *quædam pars*, venit minima, *gloſ.d. verbo aut earum parte*, & ibi additio marginalis, in *Clem.* 1. *de foro compet.Gemin.conſ.*6.*num.*6. *verſ. ſimiliter dicitur, Anchar.conſ.*160 *num.*4.*verſ.præterea, Curt. Sen. conſ.* 49. *n.*96.*Math. Brun.d.concl.*154.*n.*29.*Ranchin.lib.*2.*concluſ.*237. *Ferrer.in conſtitut.Cathaloniæ gloſ.*4.*num.*187. *Bernard.reg.*529. *verſ.ſecundo limita, Surd. deciſ.* 283. *num.*8. *Mantic.deciſ.*192.*num.*2.*Valaſc.de iure emphyt. quæſt.*27. *num.* 24. *col. fin.* vbi ait quod ſi alicubi fiat mentio partis cum adiectione, *aliqua*, verificatur in parte minus dimidia.*Cardin.Tuſch.d.lit.P,concl.*103. *num.*7. vbi *num.*8. poſt *Gemin. conſ.* 20. *num.* 4. *&* 5.

4 ſubdit quod partis appellatione quando ſumus in diuiſione, & diſtributione facienda pauperibus, intelligitur de minutis partibus,cùm hoc caſu partitio per dimidiam tanquam indiſcreta non valet. Vide quæ dixi de *dict. Aliquis,ſup.dict.*22.

Partes.

APPELL. CLXXXVII.

PARTIVM appellatione veniunt principales, non autem procuratores ſibi commiſſis ſecundùm proprium intellectum, licèt ſecus ex interpretatiuo,ita *Calderin.conſ.*557. aliàs *conſ.* 12. *de verbor. ſignif.* quem refert *Cardin. Tuſch. practic.concl. tom.*6. *lit.P,concluſ.*102. 1

Patrimonium.

APPELL. CLXXXVIII.

PATRIMONII appellatione ſtrictè continetur res patris, ſeu hæreditas, quæ à patre obuenit filio, *l.cogi,ff.ad Trebell.l.quantitas,l.in quantitate, ff.ad leg.Falcid.l.*2.§.*hæres. C. quando,& quibus quarta pars, Dec.conſ.*80.*num.*3.*verſ. idem eſt, Ruin.conſ.* 120. *num.*10.*lib.*3.*Socin.Iun.conſ.*28.*num.* 2.*&* 10. *Sim. de Prett.de interpret.vltim.volunt.lib.*1.*interp.*1.*dub.* 3.*ſolut.*4.*num.*10.*& lib.*3.*interp.*1.*dub.* 4. *ſolut.* 2. *num.* 3. Generaliter verò veniunt omnes res & bona, quæ obuenerunt alicui vndecunque, & ſic capite pro ſubſtantia alicuius, & facultatibus, vt in *rub.& l. patrimoniorum,C. de munerib.patrimon. lib.* 10.*& in l. cùm pupillus, ff. rem pupilli ſaluam fore*, cum aliis citatis à *Rebuff.ad l.Rei appellatio* 5. *verbo patrimonij, ff. de verb.ſignificat.pag.*45.*Sim. de Prett.d.lib.*1.*interp.*1. *dub.*3.*ſolut.*4.*num.*9. 1

Patriarchæ.

APPELL. CLXXXIX.

PATRIARCHARVM appellatione non veniunt minores Patriarchæ,ſeu Primates,ſed tantùm quatuor illi ſummi Patriarchæ,videlicet Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, & Hieroſolymitanus, *gloſ.verbo Patriarchis, in addit. in cap.*1.§.*& quoniam,de ſtatu Regul. lib.* 6. vbi *Archid. num.*4.*Caſſan. in catalogo gloriæ mundi, p.* 4. *conſid.* 9. *verſ.alij autem*, quos refert *Dionyſ.Paul.de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect.cap.*17.*num.*16.nam prædicti illi quatuor ſunt in vniuerſo orbe præcipui, veri, & maximi Patriarchæ,vt obſeruant Doctores, quos plena manu citaui in *tract.de officio, & poteſt. Epiſcopi,p.*1.*tit.*3.*cap.*1.*num.* 1. *ſecundum Lugdunen. impreſſ.* Alij autem Patriarchæ ſunt minus principales, qui cùm Primates propriè appellentur, minus propriè Patriarchæ nominantur, quales in Italia Aquilienſis,in Anglia Cantuarienſis,& in Gallia Bituricenſis, Gradenſis, & Lugdunenſis; in Hiſpania Toletanus, & Bracharenſis, quorum memini *d. p.*1.*tit.*1.*cap.*6.*num.*8. 1

SVMMARIVM.

1 *Auus paternus non continetur appellatione patris.*
2 *Limita vbicunque de odio agitur.*

Pater.

APPELL. CLXC.

PATRIS appellatione venit auus paternus, *l. iuſta interpretatione* 201.vbi *gloſ.verbo auus,& Re-* 1

buff.col.2.in princip.pag.636.Boër.decis.17.nu.7.Ascan. Clem.de patria potest.effectu 1.num.22. tom.8. p.2. fol. 104.Surd.de aliment.tit.6. quæst. 8. num. 16. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 259. num. 15. & tom.5.cap.977.num.4.

2 Limita vbicunque de odio agitur,*l.lege,§. hoc capite, ff. de ritu nupt.* vbi licèt prohibeatur Matrimonium cùm illa, cuius pater exercuit artem ludricam, si pater non exercet illam artem,sed auus minimè continetur, *l.patri,ff.de adulter. Cou.lib. 2. var. cap.8.num.2.vers.primum. Angul.de meliorat.§. 1.glos. 1.num* 2.nouissimè *Iul.Lauor.vari.elucubrat.tom.1.tit. 2.cap.11.num.128.* Vnde etiam,quia agitur de odio appellatione patris, non continetur auus in casu *d. l.patri, & l. quisquis, C. ad leg.Iuliam maiest.* vt tenet communis sententia, quod tamen an verum sit consule *Gig.de crimine læsæ maiest.lib.3.quæst.8.Decian. in tract.crimin.lib.7.cap.41. num.7. Pereg.de iure fisci, lib.3.tit.9.num.5.Molin.de Iustit.tract.2.disp.658.vers. dubium circa superius.*

SVMMARIVM.

1 *Patrui appellatione venit patruus simpliciter, id est, frater patris, & non patruus magnus.*
2 *Verba in dubio sunt intelligenda simpliciter, & non secundùm quid.*
3 *Patrui appellatione venit patruus magnus in fauorabilibus, dum sit eadem ratio in vtroque.*
4 *Patrui vterini propriè patrui appellantur.*

Patruus.

APPELL. CXCI.

1 PATRVI appellatione venit patruus simpliciter, id est, frater patris,non autem patruus magnus,quia non est simpliciter patruus, sed secundùm quid,ita *Alex.cons.97. Viso themate, num. 4. & seq.lib. 2. Bald. cons. 258. Appellatione patrui, per tot. lib.3. Cardin.Tusch.practic. concl. tom. 8. lit. V, conclus.*
2 *92. num. 18. & 20.* Ratio est, quia verba in dubio sunt intelligenda simpliciter, & non secundùm quid,vt dixi *sup.Axiom.222.num.29.*

3 Limita in fauorabilibus, dum sit eadem ratio in patruo simplici, & in patruo magno, ac materia conueniat, quia tunc appellatione patrui venit patruus magnus,prout per *text.in l.1.C.de succes.edicto,* resoluunt *Bald.cons.411. Considerate, vol. 2. & cons. 12. Casus talis,vol.3.Roman.cons.411. Quatuor,in fine,* quos refert & sequitur *Rebuff.ad l.soceri 146. in fine, vers. aliàs vtilitates,ff.de verb.signif pag.530.*quicquid dicat *Alex.d.cons.97.num.11.*

4 PATRVI appellatione ex Iuris dispositione veniunt patrui vterini, secundùm *Menoch.cons.187. num.13.*

SVMMARIVM.

1 *Pauperum appellatione veniunt non solùm Mendicantes,sed etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ & dignitate videntur indigere.*
2 *Pauper dicitur qui habet multas filias nobiles.*
3 *Pauper differt ab inope, quia pauper dicitur, qui parum habet, inops qui nihil habet.*
4 *Iudicis arbitrio plurimum defertur in discernendo quis pauper dicatur.*
5 *Monasteria Fratrum,& Monialium, an & quando veniant appellatione pauperum? remissiuè.*
6 *Carcerati veniunt appellatione pauperum.*

Pauper.

APPELL. CXCII.

PAVPERVM appellatione veniunt non solùm 1
mendicantes, sed etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ & dignitate videntur indigere, *Bart.in l.1.num. 35. C. de sacros. Eccles. Tiraq. de pia causa in præfat. pag. 10. Lara in l.si quis à liberis,§.sed si filius,num 44.ff. de liber.agnosc.Spin.in speculo testam.glos.6.num. 10. Mexia in tract.tassæ panis,conclus 1.num.46. Mascard. de probation.concl.1154.num.14.Surd.de aliment.tit.1.quæst. 93.num. 30.* vbi *num. 33.* subdit pauperem dici, qui 2
habet multas filias nobiles, & *tit.7.quæst.9.à nu.27. & decis.61.num.3. D.Barbos.in l.maritum,num.6.ff.soluto matrim. Bernard.Græuæ. ad practicam Cameræ imper.lib.1.concl.42. consid.1.num.2.Cardin.Tusch.practic. concl.tom.6.lit.P,concl.160. num. 11.* vbi *num. 13.* post *Socin.cons.30.in fine,lib.4.& Alex.cons.91.num.4.lib.7.* subdit quod pauper differt ab inope, quia pauper 3
dicitur, qui parum habet,inops verò, qui nihil habet.

Vnde in discernendo quis pauper dicatur,plurimum Iudicis arbitrio deferendum est, qui attenta personarum & circumstantiarum qualitate discretè arbitrabitur, secundùm *Perez l.1. vers. ex qualitate, tit.1.lib.3.Ordin.pag.mihi 461. Molin.de primog. lib.2. cap.16.num.46. Menoch.de arbitrar.casu 65. & de præsumpt.lib.6.præs.25. Mascard.de probat.concl.1154. Decian.tract.crimin.lib.3.cap.22.Surd.d.tit.7.quæst.9.num. 10.Seraphin.de priuileg.iuramenti priuil.4. nu.98.Gonzal.ad reg.8.Cancel.glos.2.num.43. Sigism.Scacc.de appellat.quæst.17.limit.40.num.8. Farin. in praxi crimin. quæst.57.num.93.& 94 Cardin.Tusch.d.lit.P,concl.160. num.4 Flores de Mena var.lib.2.q.20.num.140.* 4

PAVPERVM appellatione an & quando ve- 5
niant monasteria Fratrum & Monialium? Vide *Federic. de Senis cons. 282. per tot.* quem refert *Cardin. Tusch. d. conclus.160.num.2.*

PAVPERVM appellatione veniunt carcerati, 6
& carcere detenti, ideò legatum,siue relictum factum pauperibus,poterit erogari,& dari carceratis: ita *Salicet.in l.Iudices,C.de Episcop. aud.* quem refert & sequitur *Steph.Ranchin.concl.451.p.5.*

Pecora.

APPELL. CXCIII.

PECORVM appellatione in legatis veniunt 1
quadrupedes, quæ gregatim pascuntur, vt boues,oues, capræ,& similes, *l.legatis, §. pecoribus,& l. 16.seruis legatis, vers. pecudum, ff. de legat. 3. Princip. Instit. de lege Aquil. vbi Arctin. vers.nota quod equi, Rebuff. ad l. boues 89. vers. pecoris appellatione, ff. de verbor. signif. pag. mihi 388. & l. 30. §. integra,verbo pecu. ff. eod. tit. pag. 187. Cardin. Tusch. practic. concl. tom.6. lit.P, concl.195.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Peculio legato continentur nomina debitorum, non autem comprehenditur id, quod ipse dominus debet seruo.*

2 *Peculij legati appellatione continetur etiam id, quod seruus dederat domino custodiæ, & depositi causa, donec ab ipso manumitteretur.*

3 *Peculio legato debetur illud, quod reperitur tempore mortis testatoris.*

Peculium.

APPELL. CXCIV.

1 PECVLII appellatione in legatis continentur debitorum nomina, quemadmodum egregiè respondit *Paul. in l. 3. ff. de peculio legato*, quem refert *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 155. num. 7.* vbi tamen subdit hoc non intelligi quando dominus debet seruo, quia tunc legato peculio non comprehenditur debitum à domino, nisi constet de voluntate domini, vt inquit *Vlpian. Iurecons. in l. si peculium. §. sicut, ff. de peculio leg.*

2 PECVLII legati appellatione etiam id, quod seruus dederat domino custodiæ, & depositi causa donec ab ipso manumitteretur, vt probat *tex. in l. denique Pegasius, §. his consequenter, ff. de peculio leg. Menoch. d. lib. 4 præs. 155. n. 9.*

3 PECVLII legati appellatione venit illud quod reperitur tempore mortis testatoris, *d. l. denique, §. vtrum, Menoch. d. lib. 4. præs. 155. n. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Penoris appellatione continetur id, quod esui, potuique est destinatum.*

2 *Penoris appellatione continentur oleum, garum, muria, mel, vinum, acetum, frumentum, hordeum, ligna, carbones, & vasa, non tamen dolia.*

3 *Penoris appellatione continentur piper, liguſticum, caræum, & laser.*

4 *Penoris appellatione non venit acetum, quod paratum fuit causa extinguendi ignem, nec etiam frumenti, & leguminum thecæ, seu argulæ.*

5 *Penoris appellatione in legatis non continentur antidota, medicamenta, & instrumenta pistrini.*

6 *Penoris legatæ appellatione non veniunt quæ promercij causa habebat testator.*

Penus.

APPELL. CXCV.

1 PENORIS appellatione continetur, id quod esui, potuique est destinatum, ita respondit *Vlpian. in l. 3. ff. de penu leg.* & subiungit Sabinum scripsisse contineri omnia parata causa patrisfamil. vxoris, & liberorum, seu familiæ, ac etiam causa iumentorum, quibus ipse paterfamil. vti consueuit,

2 addítque in §. 1. penoris appellatione contineri etiam oleum, garum, muriam, & mel, & in §. *esculenta*, ait lacertas quoque cum ipsa muria contineri pena legata, & in §. *poculenta*, refert in legato penoris contineri vinum, acetum, frumentum, hordeum, & his similia, & in §. *ligna*, dicitur contineri etiam ligna, & carbones, & in §. *vasa quoque*, asserit contineri quoque vasa, non tamen dolia, refert *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 156. à num. 1. vsque ad num. 6.* vbi pariter exponit significationem horum nominum.

PENORIS appellatione continetur Piper, liguſticum, caræum, & laser, vt habetur in *l. non omne. §. vlt. ff. de penu leg. Gell. lib. 4. noctium Attic. cap. 1. in fine, Menoch. d. lib. 4. præs. 156. num. 6. vers. & demum.* 3

PENORIS appellatione non venit acetum quod paratum fuit causa extinguendi ignem, *d. l. 3. §. penori, ff. de penu leg.* & ibi in §. *vlt.* dicitur, quod nec etiam continentur frumenti, & leguminum thecæ, seu argulæ, vel sportæ, cùm ad penum instruendam paratæ sint, refert *Menoch. d. lib. 4. præs. 156. num. 9. cum seqq.* vbi cum *Alciat. lib. 3. disiunct. cap. 17.* subdit quod sunt thecæ, vel argulæ, vel sportæ, in quibus aliqua ad vsum penoris coniiciebantur, atque ita ex penoris vtensilibus erant. 4

PENORIS appellatione in legatis non continentur antidota & medicamenta, *d. l. non omne. ff. de penu leg. & in l. seq.* habetur non contineri instrumenta pistrini, & vasa coquinaria, quia pertinent ad fundum instructum, *l. cùm de lauionis, §. asinam. ff. de fundo instr. Menoch. d. lib. 4. præs. 156. n. 13.* 5

PENORIS legatæ appellatione non veniunt quæ promercij causa habebat testator, *l. 4. §. item si quis, ff. de penu leg. Menoch. d. lib. 4. præs. 156. num. 14. cum seqq.* vbi etiam post Budæum, Alciat. & Cæl. Rhodogin. declarat res promercales dici, quæ præter vsum proprium venditioni sunt destinatæ, atque ita venales. 6

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ appellatione largè sumpto vocabulo, venit omne bursale commodum, & sic omnia, quæ ad pecuniam reduci possunt.*

2 *Frumentum, oleum, & omne id, quod pondere, numero, & mensura constat venit appellatione pecuniæ.*

3 *Satisfactio quælibet data creditori venit appellatione pecuniæ.*

4 *Iura & actiones ad pecunias competentia veniunt appellatione pecuniæ.*

5 *Pecuniæ appellatione ex vulgato vsu loquendi venit tantùm pecunia numerata, præsertim si verbo* pecuniæ, *adiectum sit verbum* distributæ.

6 *Pecuniæ appellatione tam aurum quàm argentum continetur.*

7 *Pecuniæ appellatione cum signo vniuersali continentur fructus.*

Pecunia.

APPELL. CXCVI.

1 PECVNIÆ appellatione largè sumpto vocabulo, venit omne bursale commodum quocunque modo consequatur, & sic omnia quæ ad pecuniam

reduci possunt, *l. nam quod in fine. ff. ad Trebell. l. 1. §. fin.* & ibi *glos. ff. de calumniat. glos. fin. in l. pecuniæ 222. ff. de verbor. signif. glos. verbo pecuniæ in l. 2. C. de constit. pecun. & verbo conuerti, in l. fin. C. eod. tit. glos. verbo pecuniam, in Clem. nolentes, de hæreticis, Gig. in tract. de crimine læsæ maiest. lib. 1. quæst. 34. num. 14. Mozz. de contractib. tract. de empt. tit. quæ veniant appellatione vel, §. Deuenio, num. 25. Sanch. in præcepta Decalogi. tom. 1. lib. 2. cap. 20. num. 9. Tiraq. de retract.*

2 *lig. §. 1. glos. 14. num. 42.* vbi quod venit frumentum, oleum, & omne id, quod pondere, numero, & mensura constat, *Greg. decis. 28. num. 1.* vbi quod venit quælibet satisfactio data creditori, *Cephal. cons. 14.*

4 *à num. 27.* vbi quod veniunt Iura & actiones ad pecunias competentia, latè *Rebuff. in l. pecuniæ appellatione, l. 4. ff. de verbor. significat.* vbi quod venit omnis res, & totum patrimonium, *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 200. per totam, Seraphin. de-*

5 *cis. 965. num. 4. & decis. 998. num. 1.* quibus locis in numero seq. subdit, quod pecuniæ appellatione venit tantùm pecunia numerata ex vulgato vsu loquendi, præsertim si verbo *pecuniæ* adiectum sit verbum *distributæ.*

6 PECVNIÆ appellatione tam aurum quam argentum continetur, *Guid. Papæ decis. 492. num. 1.* & omnis pecunia venit, *Dec. consil. 381. Visis ijs, num. 2.* quem refert, *Card. Tusch. d. concl. 200. n. 3.*

7 PECVNIÆ appellatione cum signo vniuersali continentur fructus, *Angel. cons. 331. In in restitutione, col. 2. vers. quarto, Card. Tusch. tom. 4. lit. F, concl. 484. n. 46.*

Permutatio.

APPELL. CXCVII.

1 PERMVTATIONIS appellatione venit propria & specifica, non verò generica, & vniuersalis, quæ ad plures species deducitur, ita *Castren. cons. 160. num. 2. vers. & verba legis, lib. 1.* quem refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, concl. 101. n. 16.* Resignationis appellatione permutatio includitur, vt habetur infrà Appell. 233.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas, collegium, seu communitas non venit appellatione personæ inspecta propria nominis significatione.*

2 *Promissio facta de defendendo contra omnem personam mundi, non extenditur contra ciuitatem, vel Remp.*

3 *Dispositio de compromittendo controuersiam ortam inter quascunque personas, non capit controuersiam collegij, vel vniuersitatis.*

4 *Mandatum procuræ datum contra quamcunque personam, non extenditur ad vniuersitatem, communitatem, vel collegium.*

5 *Statutum disponens per verbum, si quis, vel per verba personalia, nunquam includit collegium, vniuersitatem, communitatem, vel Capitulum.*

6 *Constitutio loquens de personis non comprehendit vniuersitatem, collegium, aut alia huiusmodi.*

7 *Clem. 1. de iudic. quatenus de personis quibuscunque loquitur non procedit in collegiis, vniuersitatibus, Conuentibus, vel Capitulis.*

8 *Regula reuocatoria Adriani VI. non comprehendit gratiam factam loco, & corpori inanimato.*

9 *Vniuersitas, collegium, & communitas largè, & impropriè veniunt personæ appellatione.*

10 *Vniuersitas, collegium, & communitas comprehenduntur personæ appellatione quando materia subiecta sit apta, & proportionabilis ad comprehendendum illa.*

11 *Vniuersitas, & collegium in materiis fauorabilibus veniunt appellatione personæ.*

12 *Masculus & fœmina veniunt appellatione personæ.*

13 *Personarum ecclesiasticarum appellatione veniunt etiam qui solo clericali charactere sunt insigniti.*

Persona.

APPELL. CXCVIII.

PERSONÆ appellatione secundùm propriam 1
significationem non venit communitas, collegium, seu vniuersitas, vt per *Roman. cons. 195. In casu præmisso, num. 3. & cons. 400. Quæritur an statutum, num. 4. & seq.* vbi quod communitas non venit in statuto quod inter personas omnes fiat compromissum, & *cons. 436. Quod indultum, num. 2. cum seqq.* vbi ampliat in derogatione, etiamsi dictum sit quod derogat priuilegiis concessis personis in genere, vel in specie sub quacũque forma, idem dicit *Alex. cons. 216. Nec arguendi, num. 11. vers. octauo, lib. 2. Socin. consil. 275. lib. 2. Achil. de Graff. decis. 4. de constitut.* vbi loquitur de vniuersitate, & *decis. 15. de procurat.* vbi de Capitulo, & similibus, *Verall. decis. 42. num. 2. 3.* vbi de collegio, seu alio loco inanimato, *Pute. decis. 84. num. 2. lib. 1.* vbi quod in materia strictè intelligenda, vt in statuto, appellatione personæ non comprehenditur vniuersitas, & corpus collegiale, *Rauden. decis. 200.* vbi quod regula Cancellariæ 19. de idiomate, dum loquitur de personis, locum non habet, in collegiis, vel in capitulis, *Mantic. decis. 100. num. 6.* vbi post *Sarnen. in reg. de idiomate* [illegible] quod mandatum contra quascunque [illegible] regulariter non intelligitur contra Capitulum, nisi procurator sit constitutus à reo, *Tiber. Decian. resp. 55. n. 24. vol. 1.* latè *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 37. num. 1. cum seqq. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 318. à princip. Seraphin. decis. 1450. n. 3. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1067.*

Hinc prouenit quod promisso facta de defen- 2
dendo contra omnem personam mundi non extenditur contra ciuitatem, vel Rempubl. *Felin. in cap. eam te, n. 11. in fine, de rescript.* quem refert *Gonzal. d. glos. 37. num. 13.* Et dispositio de compromittendo 3
controuersiam ortam inter quascunque personas non capit controuersiam Collegij, vel Vniuersitatis, *Roman. d. cons. 400. num. 4. Socin. cons. 275. In causa, num. 10. lib. 2. Cassan. cons. 1. Præsupposito, sub num. 39.* quos refert, & sequitur *Gonzal. d. glos. 37. num. 14.* Et mandatum procuræ datum cõtra quam- 4
cunque

cunque personam non extenditur ad vniuersitatem, communitatem, vel Collegium, *Alex. d. cons. 216. num. 11. vers. octauo, lib. 2. Cardin. Tusch. d. lit. P, concl. 318. num. 12.* Et dispensationes personis factæ, locis concessæ non censentur, vt per glos. verbo personæ, in extrauag. execrabilis, de præbend. Ioan. XXII.

5 Hinc etiam statutum disponens per verbum, *si quis*, vel per verba personalia nunquam includit Collegium, vniuersitatem, Communitatem, vel Capitulum, *Calcan. cons. 1. num. 2. & seq. Auiles ad cap. 1. Prætorum in glos. verbo* de ninguna persona, *num. 6. ad fin. Dec. in l. si familia, num. 10. & 11. ff. de iurisd. omn. Iudic. Ias. in l. si quis maior, num. 7. vers. secundo*, & fortius, *C. de transact. Gonzal. d. glos. 37. num. 15. Cardin. Tusch. d. lit. P, concl. 318 n. 8.*

6 Hinc quoque *Rebuff. in concord. rub. de collation. §. statuimus 2. in verbo personis*, ait quod quatenus illa Constitutio loquitur de personis, non comprehendit Vniuersitatem, collegium, & alia huiusmodi, prout illùm refert, *Gonzal. d glos. 37. n. 21.*

7 Hinc pariter dispositio, *Clem. 1. de iudic.* dum dicit, personis quibuscunque, non procedit in Collegiis, Vniuersitatibus, Conuentibus, vel Capitulis, vt docet ibidem *Bonifac. Vitalin. num. 7.* relatus à

8 *Gonzal. d. glos. 37. num. 17.* Et regula reuocatoria Adriani VI. de quibuscunque facultatibus, & gratiis concessis quibuscunque Prælatis, & personis, &c. non comprehendit gratiam factam loco, & corpori inanimato, & sic fabricæ S. Petri, quia personæ appellatione non venit Collegium, nec Vniuersitas, nec locus inanimatus, *Caputaquen. decis. 42. num. 2. p. 3.*

9 PERSONÆ appellatione largè, & impropriè sumpto vocabulo, ac minus propria significatione continentur Vniuersitas, Collegium, & Communitas, *Roman. cons. 195. num. 3. & cons. 400. num. 3. & cons. 436. num. 2. & 5. in fine, Felin. in d. cap. eam te, num. 15.* post *med. vers. similiter dicunt, Imola, de rescript. Tiber. Decian. resp. 10. num. 45. vol. 1. Gonzal. d. glos. 37. num. 50. Cardin. Tusch. d. lit. P, concl. 318. num. vltimo.*

10 PERSONÆ appellatione comprehenduntur Vniuersitas, Collegium, & Communitas, quando materia subiecta sit apta & proportionabilis ad comprehendendum illa, *l. 1. & l. nihil interest, ff. ad Macedon. Felin. in d. cap. eam te, num. 15. ad med. vers. quarta declaratio, Rebuff. in concord. rub. de collation. §. præfatione Ordinarij, in verbo quicunque, & §. statuimus, il 2. in verbo personis vers. licèt, Gonzal. d. glos. 37. n. 41.*

11 PERSONÆ appellatione venit Collegium, & Vniuersitas in materiis fauorabilibus, *Cassan. d. cons. 1. num. 39. Felin. in d. cap. eam te, num. 15. ad med. vers. faciunt notata, Alex. cons. 216. num. 31. & seq. lib. 2. Gonzal. d. glos. 37. n. 36. Card. Tusch. d. lit. P, concl. 318. n. 15.*

12 PERSONÆ appellatione venit non solùm masculus, sed etiam fœmina, *l. qui domum*, iuncta *l. mater, §. mulier, ff. ad leg. Iuliam de adulter. cap. mulieres, vel aliæ personæ, de sent. excom. cap. personæ, de priuileg. lib. 6. Auiles ad cap. 1. Prætorum in glos.* de ninguna persona, *num. 3. Rebuff. ad l. 1. ff. de verbor. significat. vers. duodecimo, pag. 8. Gom. in reg. de idiomate, q. 2. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 5. num. 199. Rot. coram Reuerendissimo Domino Coccino decis. 277. num. 2.* & alij per me citati *dist. 255.*

13 PERSONARVM ecclesiasticarum appellatione veniunt etiam qui solo clericali charactere sunt insigniti, *cap. cum contingat*, & ibi *Doctor. de etate & qualit. cap. cleros*, vbi *Præpos. & alij* 20. *dist.* & fuit dictum in Veronen. pensionis 23. Februarij 1600. coram Cardin. Lancellotto, & in Ferrarien. pensionis 14. Iunij 1624. coram Remboldo, impressa per Viuian. post praxim Iurispatron. *decis. 95. num. 2. in nouiss. impressione.*

Periculum.

APPELL. CXCIX.

PERICVLI appellatione non venit casus fortuitus, ac proinde suscipiens risigum & periculum, non ideò teneretur pro fortuito casu, *glos.* post *Azon. in l. si quis, nec in verbo periculo. ff. si certum pet.* vbi *Alex. num. 3. & Ias. num. 26.* qui allegat text. quem dicit meliorem de Iure in *l. 1. §. sæpè euenit. ff. depositi*, vbi dicitur quòd suscipiens periculum tenetur de lata, & leui culpa, non autem de casu fortuito, & de hoc est *tex. in l. opus quod versione. ff. locati*, vbi *glos. in verbo conductori*, dicit manifestè ibi probari quod appellatione periculi non venit casus fortuitus, nisi culpa saltem leuissima præcedat, & tradunt *Roman. sing. 437. Castren. cons. 472. num. 1. in fine vers. præterea, vol. 1. Socin. cons. 123. n. 3. vol. 4.* vbi *num. 10.* subdit quod conductor molendini, qui suo risigo & periculo promisit clusam manutere, non tenetur de ruina, quæ contigit vi fluminis, & aquarum insolito impetu, *Ruin. cons. 77. num. 5. vol. 1. Bero. cons. 194. num. 22. vol. 1. Rip. in tract. de priuil. contra caus. pest. num. 72. & seq.* vbi subdit procedere etiam vbi suscepisset omne periculum, *Boss. de remiss. merced. num. 57.* refert *Surd. cons. 61. n. 61. & 62.*

SVMMARIVM.

1 *Pertinentiarum appellatione veniunt illa, quæ rei principali sunt accessoria, siue affixa, aut ipsius rei proprio vsui destinata.*

2 *Appendices pertinentiæ sunt res accessoriæ ad castrum, vel aliud corpus.*

3 *Pertinentiarum plures species.*

4 *Pertinentiarum appellatione veniunt ea, quæ statuto, vel consuetudine, seu lege, aut communi vsu loquendi deputata sunt vt accedant.*

5 *Fructus veniunt appellatione pertinentiarum.*

6 *Pertinentiarum appellatione veniunt non solùm ea, quæ consistunt in possessione, sed etiam quæ consistunt in iure & iurisdictione.*

7 *Molendina, furti, horti, foueæ, Ivridaria, & similia, quæ erant domini castri, veniunt appellatione pertinentiarum castri.*

8 *Pertinentiarum, seu iurium castri appellatione sola continetur iurisdictio, non prædia & terrena.*

9 *Pertinentiarum, seu iurium appellatione non veniunt aliæ res particulares.*

10 *Clausula, cum iuribus & pertinentiis, quid importet, ostenditur.*

11 *Pertinentiarum appellatione etiam in castro, & re vniuersali non veniunt bona, quando*

quando in specie de bonis expressè dispo-nitur.

Pertinentiæ.

Appell. CC.

1 PERTINENTIARVM appellatione licèt cõtineri ea, quæ pleno iure ad concedentem pertinent, dixerit *Cardin. cons.47. Reuerende, num.7.* & ita appellatione pertinentiarum Ecclesiæ venire curam existimauerit, *Calderin. cons.6. de verb. signif.* tamen verius venire illa quæ rei principali sunt accessoria, siue affixa, aut ipsius rei proprio vsui destinata, tenent *Innoc. in cap. cum ad sedem, num.1. & 2. de restit. spoliat.* vbi *Abb. n.11. Bald. in l. catera. §. item hoc prohibetur, in fine, ff. de legat.1. Rub. Alex. cons.61. Tota difficultas, n.5. Socin. cons.47. col.3. & cons.23. à num.6. lib.5. n.4. & 5. vol.1. & reg.295. Alex. cons.223. Visis verbis, lib.2. Dec. in cap. cùm venerabilis, not.2. n.3. de excess. & cons.516. num.23. Paris. cons.3. num.10. vol.4. Tiraq. de retractu lig. §.36. glos.3. n.4. Ranchin. concl.23. p.2. Bertazol. de clausulis instrument. clausu.26. glos.13. num.2.* latè *Anton. Gabr. commun. lib.6. tit. de verbor. signif. concl.10. Rimin. Iun. cons.19. num.22. lib.1. Brunor. à Sole in locis communib. verbo pertinentiæ, Cald. Pereira de empt. & vendit. cap.22. num.14. cum seqq. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.6. lit. P, concl.323. per totam.*

2 Et ita dicuntur pertinentiæ appendices, seu accessoriæ res ad castrum, vel aliud corpus, *Alex. cons.*

3 *23. num.6. lib.5. Tiraq. d. §.36. glos.3. num.4.* Et sunt triplicis speciei, quia quædam accedunt per viam necessitatis, quædam per viam æquitatis, quædam verò per viam naturalis inhærentiæ, *Bald. & Præpos. in cap. dilectus, de appellat. Brun. de augumento, concl.1. princ. num.15.* quos refert, *Card. Tusch. d. lit. P, concl.323. num.8.* & dicuntur quædam proximæ aliæ remotæ, vt explicant *Menoch. de præsumpt. lib.3. præs.99. n.8. cum seqq. Bernard. Græuæ. ad pract. Cameræ Imperialis, lib.2. concl.62.*

4 PERTINENTIARVM appellatione veniunt ea, quæ statuto, vel consuetudine, aut communi vsu loquendi, & lege deputata sunt vt accedant, vt per *Rebuff. in forma mandat. Apost. in glos. verbo Pertinentiis, Bald. cons.420. num.5. lib.1. & cons.245. lib.3. Castren. cons.143. in fine, lib.1. Decian. cons.123. n.27. lib.3. Bertazol. d. glos.13. num.2. Card. Tusch. d. lit. P, concl.323. n.4. & 5.*

5 PERTINENTIARVM appellatione veniunt fructus, iuxta ea quæ tradit *Dec. cons.516. num.25.* quem refert, *Rot. decis.1. num.12. apud Farinac. p.2. recent.*

6 PERTINENTIARVM appellatione veniunt non solùm ea, quæ consistunt in possessione, sed etiam, quæ consistunt in iure, & iurisdictione, secundùm *Roman. cons.444. num.6. & 7. Bald. cons.420. Verba Principis, num.4. vers. tamen etiam præmittendum, lib.1. & cons.245. Villa lib.3.* vbi quod iurisdictio castri cadit in venditione castri facta cum pertinentiis, *Alex. cons.23. Viso processu, num.5. & 6. vers. & constat, lib.5.* quos refert *Card. Tusch. d. lit. P, concl.323. num.7. Neuiz. cons.7. n.1. & 2.*

7 PERTINENTIARVM castri appellatione veniunt non solùm molendina, *Decian. cons.123. n.28. & 29. lib.3. Rimin. Iun. cons.19. in princip. & num.45. cum seq. lib.1.* Sed etiam furni, & prædia, quæ erant domini castri, *Cranet. cons.893. num.5.* foueæ, horti, viridaria, & similia, idem *Cranet. cons.480. num.5. vers. quarto considero*; & cum castro non accedant de Iure, nisi ea, quæ ab homine, vel consuetudine sunt deputata, ideò, qui dicit aliquid de pertinentiis castri esse probare debet, *Cranet. d. cons.480. n.3. Rimin. Iun. cons.19. num.26. lib.1. Card. Tusch. d. lit. P, concl.323. n.27.*

PERTINENTIARVM, seu iurium castri appellatione sola continetur iurisdictio, non prædia, & terrena, quæ allodialia præsumuntur, quamuis sint recognita cum castro, quia non censentur feudalia, sed allodialia, ita *Rimin. Iun. cons.90. num.22. & seq. Menoch. cons.498. n.36. & 37.* vbi subdit quod si bona expressa terminantur vniformiter cum castro censentur feudalia, aliàs secus. 8

PERTINENTIARVM, seu iurium appellatione non veniunt aliæ res particulares, quando venditio est particularis, quia veniunt solùm accessoria, & vna res particularis non est accessoria alteri, *Socin. cons.47. In primo præsentis, num.3. & seq. vers. sed item fortius, lib.1. Bald. cons.245. lib.3.* vbi distinguit in venditione rei vniuersalis, vt veniant omnia, quæ ad corpus vniuersale spectant, secus si venditio est corporis particularis, plenè *Roman. d. cons.444. num.6. vers. quamobrem.* Et quod ex clausula generali in concessione castri cum iuribus, & pertinentiis non veniunt bona particularia tanquam quid diuersum, tradunt *Alex. cons.55. num.19. lib.4. & cons.14. Abundè in fine, num.6. vers. hoc patet lib.7. Natt. cons.405. num.2. Curt. Iun. cons.140. n.11. Cranet. consil.54. n.9.* 9

Illa enim clausu. *Cum iuribus & pertinentiis*, licèt possit continere multa, tamen nihil probat nisi probetur; quia illud participium resoluitur, id est, quatenus pertinent, vel si quæ pertinent, quia importat relatiuum, *Cranet. cons.293. col.4. Rimin. Iun. cons.90. num.24.* & restringitur ad ea, quæ sunt de natura contractus, vt solùm veniant iura & pertinentiæ eorum, quæ in contractu deducuntur, *Socin. d. cons.47. n.6. vers. præterea, lib.1. Paris. cons.20. n.71. & 73. lib.1.* 10

PERTINENTIARVM appellatione etiam in castro, & re vniuersali non veniunt bona quando in specie de bonis expressè disponitur, quia tunc expressum facit cessare tacitum, *Socin. d. cons.47. col.2. vers. sed pro solutione, lib.1. Cranet. cons.480. In transactione, num.4. Alexand. cons.14. Abundè, n.5. & seq. lib.7.* vbi etiam quod pertinentiarum appellatione etiam in rebus, & corporibus particularibus nunquam veniunt ea corpora de quibus facta est specialis mentio. 11

Plebs.

Appell. CCI.

PLEBIS appellatione continetur tantummodo vulgus sine nobilibus, & sic cæteri ciues sine patritiis & senatoribus, §. *plebiscitum, vers. plebs, Instit. de iure natur. gent. & ciuili*, vbi *Angel. num.1. & Nicas. num.2. Rebuff. ad l. plebs 238. statim in princip. ff. de verbor. significat. pag.747.* vbi subdit plebem à populo differre, sicut genus à specie. 1

Plus.

Appell. CCII.

PLVRIS appellatione & totum continetur, vt de appellatiuo residui, quemadmodum appellatione minus, id quod nihil est continetur, *l.2. C. de hæredib. instituen.* vbi institutus ex residua parte hæreditatis, si alter institutus ob conditionem suam 1

non

non potest adire, venit tota hæreditas ad institutum in residua, refert & sequitur *Ranchin. concl. 4. lib. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas agrorum, licèt sint separati, venit Poderij appellatione.*
2 *Boues aratorij veniunt appellatione Poderij cum pertinentiis.*
3 *Podere non est nomen Iuris, sed nomen, quod pendet ab vsu communi loquendi.*

Podere.

APPELL. CCIII.

1 PODERII appellatione venit vniuersitas agrorum, etiamsi sint separati, quando destinatione patrisfam. pro vno poderio reputantur, quia podere dicitur quicquid vno nomine nuncupatur, licèt simul non sint, ita *Bart. in l. Sæcæ, §. pen. ff. de fundo instructo, Castren. cons. 454. in princip. lib. 1. Neuizan. cons. 446. num. 5. Menoch. cons. 409. num. 61. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 337. num. 15. Card. Tusch. practicar. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 374. num. 1.* vbi *num. 2.* post *Bart. in l. 1. num. 5. ff. de rebus dub. & in l. si ita, in fine. ff. de auro & argento leg.* subdit quod si testator leget podere suum, & post testamentum emit agros, quos dicto poderio applicauit, & destinauit, veniunt omnia in legato. Et si quis vendiderit podere cum toto territorio, & districtu, veniunt etiam prædia existentia in alieno territorio, *Bald. cons. 422. lib. 4. Menoch. cons. 337. num. 29.* quos refert, & sequitur *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 16. n. 36.*

2 PODERII cum pertinentiis appellatione veniunt boues aratorij, vt probat tex. in *l. si cui fundum & instrumentum*, & in *l. instrumenta*, ibi, *præterea boues domiti, ff. de fundo instr. Angel. in l. item si fundi. §. fin. ff. de vsufructu, Capol. de seruit. vrban. prad. cap. 4. incip. Circa quam, vers. item legato vsufructu*, quos refert *Card. Tusch. d. tom. 6. lit. P, concl. 323. n. 14. & d. concl. 374. n. 3.*

3 PODERE non est nomen Iuris, sed nomen quod pendet ab vsu communi loquendi, *Alex. cons. 204. Perspectis, num. 6. vers. istud vocabulum, lib. 6.* & tantum importat quantum fundus, *Castren. consil. 149. Clarum est, in princip. vers. sed hic vsusfructus, lib. 1.* in Romandiola vero, & Lombardia loco poderij dicunt vnam possessionem pro multitudine agrorum, *Alex. cons. 63. n. 7. lib. 6. Card. Tusch. d. lit. P, concl. 374. n. 7.*

Pœna.

APPELL. CCIV.

1 POENÆ capitalis appellatione in pœnalibus venit mitior pœna capitalis, quatenus stare possit sensus, ita *Anton. Trigo sing. 16. num. 5.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, conclus. 101. num. 14.* vbi *num. 25.* post *Bald. cons. 250. In quæstione, n. 12. lib. 1. & cons. 382. n. 16. lib. 5.* declarat, nisi essemus in atrocioribus.

SVMMARIVM.

1 *Populi appellatione continentur omnes nobiles, & plebei.*
2 *Clerici in fauorabilibus veniunt populi appellatione, secus in odiosis.*
3 *Clerici sunt pars Reipubl. & de distrib. ictu sæcularium in fauorabilibus.*
4 *Populi appellatione in interdicto veniunt singuli de eo.*
5 *Clerus non venit appellatione populi in interdicto.*

Populus.

APPELL. CCV.

POPVLI appellatione continentur omnes nobiles & plebei, & sic vniuersi ciues, connumeratis etiam Patriciis & Senatoribus, *l. plebiscitum, vers. nam*, vbi *glos. Angel. num. 1. & Nicas. num. 2. Instit. de iure naturali, gentium, & ciuili, Rebuff. ad l. pleos 238. ff. de verb. signif. pag. 747.* 1

POPVLI appellatione veniunt clerici in fauorabilibus, secus in odiosis, vt per *Abb. in proœm. Decretal. num. 19. & in cap. 1. num. 2. de præbend. Alex. in l. in prouinciali. §. si in publico, ff. de nou. operis nunciat. n. 12. Barbat. cons. 1. num. 65. vers. & adduco, lib. 3. Alberic. in tract. statutorum, p. 2. q. 2. col. 3. vers. quod plura, Grammat. decis. 100. num. 18. Marc. Anton. Cuch. lib. 3. instit. maior. tit. de priuileg. clericor. n. 65. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali, §. 2. num. 12.* Sunt enim pars Reipubl. & de districtu sæcularium in fauorabilibus, *cap. dilecti*, vbi *Abb. not. 2. de foro comp. Felin. in cap. Rodulphus, n. 18. de rescript. & in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 74. de constitut. Cephal. cons. 54. num. 11. & seq. vol. 1.* licèt non habeant vocem in conciliis populi, *Innoc. in cap. dilecta, propè fin. de excessib. Prælat. Abb. in cap. non minùs, num. 14. de immunit. Eccles.* 2 3

POPVLI appellatione in interdicto veniunt singuli de eo, ita vt ipsi, nec ibi, nec alibi Diuinis interesse possint; alij verò extranei, nec extra, nec ibi prohibiti censeantur, *cap. si sententia, de sentent. excom. lib. 6. Calderin. de interdicto, part. 1. à num. 32. Cou. in cap. alma mater, p. 2. §. 1. à num. 6. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 42. in princip. lit. C, Vgolin. de censur. tab. 5. cap. 20. §. 3. Soar. in simili tract. disp. 32. sect. 2. à n. 13* notantes interdicto populo interdictos censeri non solùm eos, qui de eo fuerint tempore, quo interdictum fertur, sed etiam eos, qui de eo postea esse cœperint, id enim est populus, quamuis omnes personæ de eo fuerint mutatæ, iuxta doctrinam Iurisconsl. in *l. proponebatur ff. de iudic. & in l. si grege, ff. de legat. 1.* cum aliis de quibus in notabili quæstione, *Duen. reg. 128. limit. 3.* 4

POPVLI appellatione in interdicto non venit clerus, quia in generali populi interdicto clerici non comprehenduntur, quemadmodum interdicto clero non intelligitur populus interdictus, id est laici, vt probat *tex. in d. cap. si sententia, in princip.* vbi notant Doctores communiter, & docent *Cou. d. §. 1. n. 7.* latè *Vgolin. d. cap. 20. §. 5. Soar. d. sect. 2. n. 14. Auila de censur. p. 5. disp. 1. dub. 4. concl. 6. Bonacin. in simili tract. disp. 5. puncto 1. n. 12.* Cuius rei rationem eam esse inquiunt, quia diuersa sunt populus & clerus, *cap. duo sunt 12. q. 2.* cum multis adductis per *Læl. Zechi. de Repub. eccles. iast. lib. 1. n. 3. Petr. Greg. syntagm. Iuris. lib. 15. cap. 1. n. 3.* ac subinde per particulam, &, quæ non nisi inter diuersa ponitur iuxta notata, *dict. 93. n. 25.* ponuntur in Iure nostro passim populus, & clerus, *cap. ex parte, il 1. de priuileg. cap. 1. de præbend.* cum multis similibus, quæ ibi cumulat *Dec. num. 1.* 5

Poëta.

APPELL. CCVI.

1 POETÆ appellatione apud Græcos Homerus, & apud Latinos Virgilius venit, §. *sed ius quidem*, & ibi *glos. verbo Virgilius, Instit. de iure naturali, Nau. de spoliis clericor. §. 2. num. 1. in fin.*, *Dionys. Paul. de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap. 17. num. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Possessionis appellatione vbi simpliciter profertur, venit vera, & propria possessio, prout importat ius detinendi, seu insistendi rei.*

2 *Declaratur* glos. verbo stipuletur in l. stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. de verb. signif. & num. 3.

4 *Possessio vbi adiicitur nomen proprium, aut possessiuum, de corporibus ipsarum rerum, seu prædiis est intelligenda.*

5 *Possessionis appellatione non venit domus.*

Possessio.

APPELL. CCVII.

1 POSSESSIONIS appellatione vbi simpliciter profertur, venit vera & propria possessio, prout importat ius detinendi, seu insistendi rei, si materia subiecta, vel mens proferentis non refragetur; probatur, quia verba in dubio semper in principaliori significatu sunt accipienda, *l. 1. §. qui in perpetuum, ff. si ager vectig. cap. pen. de sent. excom.* cum similibus, de quibus *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 5. tit. 1. num. 6. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 39. à num. 8.* sed principale possessionis significatum, & per prius, vt Logici loquuntur, est hoc pro detentatione nomine proprio, seu iure insistendi rei opinione domini, vt colligitur ex *l. si quis ante 10. §. 1. ff. de acquir. possess. & l. quod seruus 24. ff. eod. & l. stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. de verb. obligat. l. 1. §. quæsitum, ff. quorum legat. l. cùm legati 12. ff. ex quibus causis in possess. eatur*, in quibus Iuribus verbum, possidet, ad solam refertur veram & propriam possessionem, at verò in possessione esse ad detentationem simplicem, quia ita postulat qualitas personæ, quæ verè possidere non potest, vt sunt serui, de quibus in illis Iuribus, vel coloni, qui ratione causæ & tituli, quo rem detinent, profitentur se alieno nomine possidere, explicant differentiam *Anton. Gom. l. 45. Tauri à num. 6. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 6. lit. P, concl. 404. Valasc. de partitionib. cap. 4. num. 11.*

2 Non obstat doctrina, *glos. verbo stipuletur, in l. stipulatio ista, §. hæc quoque, ff. de verb. obligat.* docentis quod si testes deponant simpliciter aliquam possidere, intelligitur de possessione facti, & ita de insistentia simplici, seu nuda detentatione, eámque sequuntur *Bart.* & alij communiter, teste *Alex.* ibi *num. 2. Abb. in cap. cùm ad Sedem, num. 21. de restit. spoliat. Felin. in cap. cùm causam, num. 3. vers. secunda tempora, de testib. Anton. Gom. l. 45. Tauri, n. 193.*

3 Respondetur enim doctrinam glos. procedere propter materiam subiectam, quia scilicet teste deponere non possunt, nisi de illis, quæ corporeo sensu percipiunt, iuxta ea quæ tradunt *Mascard. de probat. conclus. 1375. à num. 3. Fulu. Pacian. in simili tract. lib. 1. cap. 40. à n. 15. Farin. in praxi crimin. p. 2. quæst. 70. à num. 6. & num. 93.* cùm ergo in hac materia sola illa corporalis detentatio oculis cerni & sensu corporeo percipi possit, meritò testes simpliciter asserentes Titium possidere de hac corporali detentatione deponere censendi sunt: negandum tamen non est ex hac corporali detentatione Iuris censura insurgere præsumptionem quod is, qui incumbit, & insistit rei, & fructus percipit, verè & propriè, & cogitatione domini possidet, vt docent *Bart. Abb. & Anton. Gom. locis proximè citatis, Cou. in reg. possessor. part. 2. §. 1. n. 4. ad finem, Mascard. concl. 1026. à princip. & præcipuè à n. 13. Cardin. Tusch. d. lit. P, concl. 415.*

Licèt possessio quando simpliciter profertur de 4
vera & propria debeat intelligi, vt dixi, atque ita de iure insistendi rei, si tamen adiiciatur nomen proprium, veluti possessio Antonij, aut pronomen possessiuum meum, tuum, suum, de corporibus ipsarum rerum, seu prædiis est intelligenda, ita enim vsus hanc acceptionem interpretatur, docente *Bart. in l. vxorem 41. §. legauerat, ff. de legat. 3.* & est communis ex *Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 3. tit. 31. num. 23.* & deducitur ex *l. 2. C. de seruitut. & aqua*, ibi, *possessionem, Martialis, cap. vt super, §. possessiones*, ibi, *Ecclesiæ tuæ, de rebus Eccles. non alien. Rebuff. in l. interdum 78. ff. de verb. signif. verbo possessionis, vers. aduertendum est possessionem, &c. Dec. in l. 1. in princip. num. mihi 13.* aliàs *41. ff. de acquir. possess.*

POSSESSIONIS appellatione non venit do- 5
mus, vt probare videtur *tex. in l. fin. C. locati*, ibi, *possessiones*, vel *domos*, ponderando illam particulam, *vel*, quæ denotat diuersitatem, vt dixi in *tract. de dictionib. dict. ita Rebuff. ad l. 79. vers. quod verò, ff. de verb. signif. pag. 364.*

SVMMARIVM.

1 *Descendentes veniunt posteritatis appellatione.*

2 *Posteritatis nomen significat descendentiam, & procreationem.*

3 *Descendentes ex fœminis continentur posteritatis appellatione.*

4 *Feudum posteritati concessum restringitur ad masculos per virilem sexum descendentes.*

Posteritas.

APPELL. CCVIII.

POSTERITATIS appellatione veniunt de- 1
scendentes, *Menoch. cons. 40. num. 28.* quia posteritatis nomen significat descendentiam & procreationem, idem *Menoch. cons. 390. num. 14.* & veniunt etiam descendentes ex fœminis, sicuti veniunt posterorum nomine ita scribunt *Dec. in l. 2. num. 62. vers. tertio reperio, ff. de regulis Iuris, Ruin. cons. 58. num. 4. lib. 5. Alba. cons. 85. num. 8. Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 9. num. 203. & 239. Rustic. in l. cùm auus, ff. de condit. & demonstrat. lib. 2. cap. 5. num. 3. & lib. 6. cap. 9. num. 11. & seq.* quos refert,

& sequi

& sequitur, *Fusar. in tract. de substitut. quæst.* 330.
3 *num.* 12. Quamuis contrarium, imò vocata posteritate solùm masculos venire, licèt non ita posteris vocatis, sentiant *Alex. cons.* 160. *num.* 4. *lib.* 2. *Anchar. cons.* 339. *num.* 3. vbi ponit exemplum in donatione Reginæ Petronillæ Alphonso eius filio, & omni eius posteritati. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 2. *lit. D, concl.* 220. *n.* 7. *& tom.* 6. *lit. P, concl.* 891. *num.* 5. *cum seqq.*

4 Ratione verò subiectæ materiæ feudum posteritati concessum, restringitur ad masculos per virilem sexum descendentes, licèt propria significatio ad vtrumque sexum referatur, i. a *Anton. de Butr. cons.* 9. *Viso puncto, num.* 1. *Curt. Iun. de feudis, p.* 3. *princ. num.* 30. *in fine*, quos refert, & sequitur *Card. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 23. *tit.* 17. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes propriè veniunt appellatione Posteriorum, & ita omnes in infinitum, & in perpetuum.*
2 *Posthumi an & quando Posterorum appellatione veniant, ostenditur.*
3 *Fœminæ & descendentes ab eis veniunt Posterorum appellatione.*
4 *Si communis vsus loquendi esset contrarius, quod soli descendentes masculi comprehenderentur,*
5 *Vbi adest statutum fœminas excludens ob masculos,*
6 *In priuilegiis,*
7 *In immunitate concessa Titio, & Posteris,*
8 *In feudis,*
} *Fœminæ non continentur Posterorũ appellatione.*

Posteri.

APPELL. CCIX.

1 POSTERORVM appellatione propriè veniunt descendentes, *l. vocatio. ff. de munerib. & honor. l. quod his verbis, in fine, ff. de legat.* 3. *l.* 1. *& l.* 4. *ff. de iure immun. glos. verbo ignorare, in cap. statutum, de hæret. lib.* 6. *Ruin. cons.* 117. *num.* 18. *lib.* 2. *Socin. Sen. cons.* 51. *num.* 3. *lib.* 4. *Socin. Iun. cons.* 80. *num.* 4. *lib.* 2. *Gazadin. cons.* 20. *num.* 8. *Cephal. cons.* 372. *num.* 12. *& cons.* 606. *num.* 18. *Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol.* 292. *num.* 61. *Menoch. cons.* 40. *num.* 28. *& cons.* 331. *num.* 15. *& cons.* 941. *num.* 12. *Peregrin. de fideicom. art.* 22. *num.* 23. *& 37. Rustic. in l. cum auus, ff. de condition. & demonstrat. lib.* 6. *cap.* 9. quos refert *Fusar. in tract. de substitut. quæst.* 330. *num.* 1. Et ita omnes in infinitum, vel in perpetuum, *l. immunitates, ff. de iure immun. l. Iurisconsultus, §. parentes, ff. de gradib. Natt. cens.* 64. *num.* 8. *Cephal. cons.* 371. *num.* 12. *cum seq. Menoch. cons.* 895. *num.* 10. *& de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 89. *num.* 20. *Rustic. d. cap.* 9. *num.* 1. *Fusar. d. q.* 330. *num.* 2. vbi *num.* 3. subdit quod si testator vocasset omnes posteros censeretur vocasse & transuersales, ob vim dictionis vniuersalis, per ea quæ scribit *Pereg. d. art.* 22. *n.* 23. *in fine.* Si verò sciebat hoc nomen non posse verificari in descendentibus dici tunc vocasse agnatos transuersales, consu-
2 luit *Cephal. d. cons.* 606. *n.* 16. *& seq.* Illud aduertere oportet quod appellatione posterorum, vel descendentium veniunt omnes in infinitum, quamuis nati post mortem testatoris, vt per *Socin. Sen. in l. cognatus, num.* 30. *in fine, ff. de rebus dub. Cephal. cons.* 318. *num.* 24. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 91. *in fine, & cons.* 1. *num.* 184. *Perra de fideicom. quæst.* 11. *num.* 85. & maximè quando dispositio in tempus futurum collata est, vt intelligit *Cardin Mantic. de coniect. vltim. lib.* 8. *tit.* 11. *num.* 4. & videtur sentire *Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. fol.* 515. *n.* 108. Et quod ex gemina significatione appellatione posterorum posthumi veniant per *l.* 1. *ff. de iure immun.* resoluit *Rebuff. ad l. nomen* 164. *in* 1 *incip. vers. notandum, in fine, ff. de verb. significat. pag.* 560.

POSTERORVM appellatione veniunt etiam 3 fœminæ & descendentes ab eis, *d. l. Iurisconsultus. §. parentes, d. l. quod his verbis, l. cognoscere. §. fin. ff. de verb. signif. l.* 1. *C. de imponen. lucrat. descript. lib.* 10. *cap.* 1. *§. contra natos, de schismat. in* 6. *Butr. cons.* 9. *in princip.* & ibi *Caballin. in apostil. verbo posteritatis, Tiraq. de retractu lig. §.* 1. *glos.* 9. *n.* 204. 238. *& 242. Dec. cons.* 269. *num.* 2. *& cons.* 527. *num.* 6. *apostil. ad Bart. in l.* 1. *§.* 1. *num.* 1. *C. de iure immun. Ruin. cons.* 117. *num.* 18. *lib.* 2. *Beroi. cons.* 120. *num.* 11. *lib.* 2. *Cephal. cons.* 372. *num.* 12. *lib.* 3. *Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol.* 293. *num.* 67. *& fol.* 337. *num.* 10. *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 41. *Decian. cons.* 7. *num.* 30. *cum seqq. lib.* 5. *Menoch. d. lib.* 4. *præs.* 84. *num.* 29. *& cons.* 331. *num.* 15. *& cons.* 1012. *num.* 19. *Crass. in §. fideicommissum q.* 15. *num.* 5. *Peregr. de fideicom. artic.* 22. *num.* 37. *Rustic. in d. l. cum auus, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 2. *&* 14. *& lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 1. *cum seqq. Surd. cons.* 140. *num.* 27. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 6. *lit. P, conclus.* 455. *n.* 1.

Limita primò vt non procedat si communis vsus 4 loquendi esset contrarius, quod solos descendentes masculos comprehenderet, prout si extat statutum exclusiuum fœminarum propter masculos, *Ruin. cons.* 141. *ante num.* 5. *lib.* 2. *Cephal. cons.* 134. *num.* 15. *lib.* 1. *Menoch. cons.* 1076. *num.* 6. *Rustic. in d. l. cum auus, lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 3. *Decian. cons.* 1. *num.* 386. *&* 391. *lib.* 1. Vel quando essemus in prohibitione alienationis facta, quia vult bona remanere apud posteros nam hoc casu ex linea fœminina descendentes non dicerentur vocati ad fideicommissum in casu alienationis, ita *Anton. de Butr. d. cons.* 9. *in princip. vers. in contrarium*, vbi loquitur in fideicommisso in quo instituit testator masculos, & prohibuit alienari, quia vult quod hæreditas sua ad posteros, & successores deueniat, & dicit quod si illa verba coniunctim accipiantur, posteros & successores, res est clarissima, refert *Cardin. Tusch. d. lit. P, concl.* 455. *n.* 2. & tenet *Rustic. d. lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 4.

Limita secundò vbi adest statutum fœminas ex- 5 cludens ob masculos, quia tunc posterorum appellatione non veniunt fœminæ, *Menoch. cons.* 1076. *n.* 6. *Rustic. d. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 13.

Limita tertiò in priuilegiis, quia masculi solùm 6 continentur, *Butr. d. cons.* 9. *in princ. Card. Tusch. d. lit. P. concl.* 455. *n.* 3. *Rustic. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 10. vbi num. seq. sublimitat si à fœmina priuilegium concedatur.

Limita quartò in immunitate concessa Titio, & 7 posteris, quia soli descendentes masculi comprehenduntur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de iure immun. glos. f. v. bo masculinum, in c. vbicunque, de pœnis, Butr. d. cons.* 9. *in princip. vbi Apost.* Caballin. dicit quòd istud est quia immunitas est contra publicam vtilitatem, ideo restringitur, *Surd. cons.* 140. *n.* 8. *Card. Tusch. d. lit. P. concl.* 455. *n.* 4. *Hippol. Riminald. cons.* 25. *n.* 40. vbi tamen fatetur cõtineri nepotes ex filia in alia materia fauorabili.

9 Limita quintò in feudis, quia fœminæ in illis non continentur appellatione posterorum, *Menoch. consil.443.n.65. Rustic.d.lib.2.c.5. n.7.*

Posthumus.

APPELL. CCX.

1 POSTHVMI appellatione non solùm venit is, qui est natus post mortem patris, sed etiam ille qui post testamentum, ante tamen eius mortem, *l. placet, ff. de liberis & posthum.* vbi *Ias.num.5. l. filius a patre. §. 1. ff. eod.tit.l. 3.ff. de iniusto rupto*, latè *Rebuff. ad l. nomen 164. in princip. ff. de verb. signif. pag. 566. Surd. cons.55.num.1. & seq. & num.15. & 22.* limitat, *Fusar. de substitut. q.318.n.14.*

2 POSTHVMI appellatione non venit iam natus, *Menoch. cons.106. num.55.* Si verò posthumum quis ita instituat, si me viuo nascetur, non intelligitur institutus posthumus, qui mortuo testatore natus sit, *Menoch. cons.171. num.16.& cons.326.n.7. 12. & 13.*

Potus.

APPELL. CCXI.

1 POTVS appellatione continetur vinum, ceruisia, & alia potionis genera, *Rebuff. in l. victus verbo, in princip. ff. de verbor. signif. Menoch. de præsumpt. lib.4. præs.157. num.17. vers.potus*, vbi etiam per *l.3. ff. de penu leg.* cum eodem Rebuffo annotauit sub hoc nomine potus vasa, quibus vtimur, contineri.

2 POTVS appellatione venit aqua in illis locis, in quibus emitur, vt Venetiis, vt testantur *Rimin. Iun. cons. 132. n.15. Roland. cons.22. num.7.lib.2. Menoch. d. lib.4. præs.157.num.25. Cardin. Tusch. practic. conclus.tom.1.lit.A, concl.282. n.10.*

Pratum.

APPELL. CCXII.

1 PRATI appellatione non venit terra sterilis & inculta, quia dicitur pratum locus in quo ad fructum percipiendum, dumtaxat falce opus est, ex eo dictum quod paratum sit ad fructum capiendum, ita *l. pratum.ff. de verbor.significe.* vbi latè *Rebuff. à pag.192.* & quod pratum dicatur locus paratus ad vtilitatem reddendam in singulos annos domino, post *Rimin.Sen.cons.100. num.43. Rimin. Iun.cons.142. n.33. Bertrand.cons.255.num.1.* tradit *Bursat.cons.330. num.86.* vbi *num.135.* subdit prata dici etiam terras arabiles, non incultas, seu steriles, addítque syluas non iudicari incultas, cùm quandoque fructus maiores offerant quàm terræ arabiles, secundùm *Rimin. cons.157. num.13. vol.1.*

Prædecessores.

APPELL. CCXIII.

PRÆDECESSORVM appellatione venit etiam prædecessor per multos annos mediatos, vt colligitur ex procemio Sexti, *vers.sanè*, vbi notat *Franc.* ex quo inter Gregorium, & Bonifacium VIII. de quo ibi legitur multi fuerunt Romani Pontifices.

Prædium.

APPELL. CCXIV.

PRÆDII appellatione etiam pars continetur, 1
l.dotale 13. in princip. ff. de fundo dotali, l.planè 34. § fin. & ibi *glos. in verbo rectè, ff. de legat.1. l.communi dividundo, §.1 ff.communi divid. Rebuff. ad l.appellatione rei 72. statim in princip. ff. de verb. signif. pag. 350. Stephan.Gratian. disceptat. forens. tom.3.cap.460.n.13.* vbi *n.11.* post *Rebuff. in l.quæstio 115. col.4.* post *med. vers. prædium ff. de verb. signif.* subdit quod prædium est nomen generale ad agrum & possessionem, quia siue quis per vsum, id est, possessionem, siue per proprietatem rem acquisierit, rectè prædium suum dicere poterit; & quod sit nomen generale, & magis continens quam fundus, notant *Ias. in l. si pro fundo.num.3. C. de transact. & Carpan. in stat. Mediolanen. ad cap. 433. num. 9. tom.1.* Et quod trahat ad se nemora, & pascua sua, dicit *Menoch. cons.36.num. 38. Et an ripam fluminis*, vide latè *Rot. decis. 108. per totam*, apud *Farin. p. 2. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatorum appellatione veniunt ne dum Episcopi, & alij superiores, sed etiam alij Prælati inferiores.*
2 *Abbates continentur appellatione Prælatorum.*
3 *Abbates Commendatarij, maximè perpetui, continentur appellatione Prælatorum.*
4 *Prælatus immediatus venit appellatione Prælati, vbi limitatur.*
5 *Translatio monachi professi ad strictiorem Religionem, quæ fit de licentia sui Prælati, intelligitur de Prælato immediato.*
6 *Prælatorum appellatione minùs propriè veniunt illi, qui in Ecclesia sine iurisdictione prærogatiuam, & honorificum gradum habent.*
7 *Rectores in Ecclesiis Curam animarum habentes, latè & amplè appellantur Prælati, licèt impropriè.*
8 *Capitulum non venit appellatione Prælati.*

Prælatus.

APPELL. CCXV.

PRÆLATORVM appellatione propriè veniunt 1
ne dum Episcopi, & alij superiores, sed etiam alij Prælati inferiores Ordinariam iurisdictionem habentes, *cap. Romana, §. ab Archidiaconis, de appellat. in 6.cap.1.§.nec etiam suffraganeorum, de foro compet. eod. lib.cap.1.§.porrò*, ibi, *Episcopus autem, & aliis, &c. de statu Regul. Barthol. Perett. in comment. ad extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienand.* super verba, *Inferiores verò Prælati, num.16. cùm sequentib. pag. mihi 253. Franc. in cap. fin. not.1. ne clerici, vel monachi, & in cap.1. not.ab.3. de cleric. agrot. lib.6. Pute. decis.238.n.3. lib.3. in correctis, Azor. instit. moral. p.2. lib.3. cap.25. q.vnica, Rebuff. in tract. de pacificis possess. n.64.* Ego ipse *in collect. ad cap. decernimus. n.3. de indic.*

PRÆLA

2 PRÆLATORVM appellatione Abbates continentur, ita *Abb. per tex. ibi in d. cap. decernimus, num. 2. vbi Dec. num. 8. & Rip. num. 30. de iudic. Butr. in cap. 1. num. 7. de etate & qualit. Lap. alleg. 84. num. 11. idem Dec. in cap. edoceri, num. 4. de reſcript. & in cap. quia nos, num. 7. de appellat. Vitalin. in Clem. 1. num. 3. de ſuppl. neglig. Prælat. Iſidor. Moſcon. de Maieſtate militantis Eccleſiæ, lib. 1. p. 1. cap. 9. col. 2. lit. C, pag. 252. Azor. d. quæſt. vnica. Soar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 2. nu. 2. Aſcan. Tamburin. de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 1. quæſt. 3. num. 1. cum ſeqq. Valenzuela conſ. 74. num. 63.*

3 PRÆLATORVM appellatione veniunt Abbates commendatarij; maximè perpetui, vt per *Barbat. conſ. 2. num. 18. & 25. lib. 2. Ludouic. Gom. in reg. de triennali, quæſt. 5. num. 17. cum ſeq. Barthol. Perett. vbi ſuprà num. 29. Fuſc. de Viſitat. lib. 2. cap. 9. de commend. num. 5. Rebuff. conſ. 77. num. 1. Rot. deciſ. 346. num. 2. lib. 3. p. 3. diuerſ. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. §. 8. num. 27.* præcipuè ſi verſentur in oratione vniuerſali, vt ponderat *Dec. in d. cap. decernimus, num. 8. in 2. notab.* & cenſuit *Rot. in Romana Prælat. 8. Aprilis 1622. coram bonæ mem. Buratto.* Et demum quod appellatione Prælatorum veniant Prælati clauſtrales, per *gloſ. verbo non habentur in Clem. dudum, verſ. ſtatuimus etiam & ordinamus, de ſepultur. reſoluit Farin. in praxi crimin. p. 2. quæſt. 60. num. 546.*

4 PRÆLATI appellatione venit Prælatus immediatus, vnde ſi debeat dari licentia ſtudendi alicui monacho à ſuo Prælato, intelligitur de Abbate, vel alio immediato Prælato, *cap. 2. ne clerici, vel mon. lib. 6. Feder. de Senis conſ. 145. num. 6. verſ. Vnde ſi etiam;* ſic etiam Religioſi, qui volunt habere licentiam pro libris, veſtibus, & aliis ſibi ex neceſſitate permiſſis à ſuo Prælato, debent illam habere ab immediato Prælato ſuo, non à Prouinciali, vel Generali, *Calderin. conſ. 388. aliàs 3. de Regular.* vbi reſtringit, niſi conſtitutio, vel conſuetudo aliter dictaret, vel niſi talis Religioſus licentiam volens, profeſſionem feciſſet in manibus Generalis, vel Prouincialis, quia tunc licentia Prælati intelligitur de Generali, ſeu Prouinciali recipiente profeſſionem, refert *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. 6. lit. P, concl. 494. n. 1. cum ſeqq.*

5 Vnde quoque tranſlatio Monachi profeſſi ad ſtrictiorem Religionem, quę fit de licentia ſui Prælati, intelligitur de Prælato immediato, videlicet Abbate monaſterij, vel Priore, non autem de Generali, & immediato, *Lap. alleg. 62. num. 4. & alleg. 131. num. 1. in fine, verſ. item licentia petita, Fr. Ludou. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. quæſt. 31. art. 5. concl. 1. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 7. num. 59. cum ſeqq. Cardin. Tuſch. d. lit. P, concl. 494. num. 6.* Ego ipſe *in collect. ad cap. licèt 18. num. 10. de Regularib. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi Nouitiorum, diſp. 15.*

6 *dub. 2. num. 13.*

PRÆLATORVM appellatione minus propriè, & lato ſumpto vocabulo veniunt illi, qui in Eccleſia ſine iuriſdictione prærogatiuam, & honorificum gradum habent, vt Plebani, Decani, Archipreſbyteri, & ſimiles, *cap. 1. de ætate & qualit. cap. Romana. §. nec etiam de foro compet. lib. 6. gloſ. verbo Prælatum in Clem. 1. de elect. Barthol. Perett.* vbi *ſuprà num. 20. Abb.*

7 *in d. cap. decernimus, num. 6.* Item licèt latè & amplè Rectores in Eccleſiis curam animarum habentes prælati appellentur, vt colligitur ex *cap. tua, de clerico ægrot.* vbi *Abb. not. 2. cap. cùm ab Eccleſiarum, de officio Ordin.* tamen non propriè tales dicuntur, quia in *Clem. dudum, §. in Eccleſiis, de ſepultur.* Rector & Prælatus ſeparatim ponuntur, vt tangit ibi *gloſ. verbo Prælati,* & docet *Azori. inſtit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 25. quæſt. vnica.*

PRÆLATI appellatione non venit Capitulum, vt ex *rub.* de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli, colligunt *Butr in cap. graue, not. 4. de præbend. Natt. conſ. 41. num. 4.* 8

Præiudicium.

APPELL. CCXVI.

PRÆIVDICII appellatione venit lucrum ceſſans, *gloſ. verbo præiudicium,* vbi *Abb. in cap. cùm olim, de conſuetud. Beroi. conſ. 144. num. 22. & ſeq. vol. 3. Surd. conſ. 321. num. 8.* 1

Preſbyter.

APPELL. CCXVII.

PRESBYTERI appellatione, licèt propriè veniant, qui habent Ordinem Sacerdotalem, tamen hoc nomen poteſt etiam ſimplici clerico conuenire, vt colligitur ex *cap. veſtra, tunctio princip. cum ſine, de cohabit. cleric. & mul.* iunctis traditis per *Barbat. conſ. 53. num. 2. dub. 1. lib. 2. Roch. de iurepatron. verbo honorificum, quæſt. 4. num. 26. Lambertin. in ſimili tract. lib. 2. p. 1. quæſt. 7. art. 27. num. 8. Pariſ. conſ. 50. num. 12. & ſeq. lib. 4.* & ita videtur eſſe vulgaris loquendi conſuetudo, vt obſeruant *Mantic. deciſ. 129. num. 2. & 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5. num. 86. Rot. in Recanaten.* beneficij 14. Martij 1608. coram *Cardin. Lancelotto,* impreſſa per *Farin. deciſ. 216. num. 1. p. 2. recent.* 1

Pretium.

APPELL. CCXVIII.

PRETII appellatione propriè venit quicquid conſiſtit in pecunia numerata, *l. quod ſeruus. §. fin. & l. ſi res. ff. de in rem verſo, l. 1. ff. de extraord. crimin. l. 2. ff. de contrab. empt. §. item pretium, Inſt. eod. tit. Rebuff. ad l. pecuniæ appellatione 4. verſ. item appellatione pretij, ff. de verb. ſignificat. pag. 37.* ideò diſpoſitio odioſa loquens de pretio non habet locum, niſi pretium ſit in pecunia numerata, *Bald. conſ. 98. Bertonus de Couo, num. 1. verſ. in contrarium lib. 1. & conſ. 383. num. 2. verſ. nam ſtatutum dicit, lib. 5.* quem refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 6. lit. P, concluſ. 485. num. 1.* 1

PRETII appellatione latè ſumpto vocabulo continetur quicquid pro re datur, licèt non conſiſtat in pecunia, *Tiraquel. de retractu lig. §. 1. gloſ. 14. num. 41.* 2

Prioratus.

APPELL. CCXIX.

PRIORATVS conuentualis appellatione venit Eccleſia Collegiata Regularis, non autem ſecularis ex propria ſignificatione, vt per *Gemin. conſ. 131. num. 4. verſ. deinde dixit,* vbi declarat in *verſ. licet quandoque,* quod impropriè quandoque appellatione Conuentualium veniunt etiam ſeculares, refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 6. lit. P, concl. 706. num. 2. & 3.* vbi *num. 4.* poſt *Bellem. conſ. 38. num. 5. in fine,* ſubdit quod etiamſi non ſit Conuentualis, nomen Prioratus ſonat in dignitatem. 1

Probatio.

APPELL. CCXX.

1 PROBATIONIS appellatione, vbi lex facit mentionem, venit plena, nisi subiecta materia repugnet, ita *Iaſ. in l. qui accuſare, num. fin. C. de edendo*, per *Clem. conſtitutionem*, & ibi *gloſ. verbo fides, de elect.* Appellatione verò legitimæ probationis, non venit probatio per iuramentum, ſed per teſtes, vel inſtrumenta, vt probat *gloſ. verbo legitimis, in cap. cùm de indebito, ff. de probation.* vbi idem notat *apoſtil. ex Alex. conſ. 119. Titulus talis, col. 2. vol. 2.* Probationis cuiuſcunque appellatione continetur idonea ex *gloſ. verbo probationibus, in l. & ſi inſtrumenta*, vbi *Bart. notat num. 2. ad ſtatuta*, & alia multa *C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſc.* & quod appellatione probationis cuiuſlibet, vbi ſtatutum dicit, quod ſufficiat quælibet probatio, veniat probatio ſufficiens & legitima, notat *apoſtil. ad Speculat. tit. de inſtrum. edit. ſub rub. de execut. teſtam. verſ. item ſi ſtatutum per gloſ. notabilem in l. 1. ibi, quibuſcunque*, vbi *Bald. ad hoc notat nu. 4. C. de fide inſtrum.*

Procurator.

APPELL. CCXXI.

1 PROCVRATORIS appellatione venit quilibet mandatarius, ſiue nuncius, *Bald. conſ. 353. N. procurator, num. 2. verſ. porrò nomen, lib. 3.* vbi ſi omni meliori modo, vt procurator egit, cenſetur egiſſe latiſſimè tanquam miniſter, & nuncius alterius, refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 6. lit. P, concluſ. 809. num. 1.*

2 PROCVRATORIS appellatione non venit procurator in rem ſuam, ita *apoſtil. ad text. iuncta gloſ. in l. qui ſtipendia, C. de procurator.* & obſeruat *Cardin. Tuſch. d. lit. P, concl. 809. num. 6.* quod procurator in rem ſuam latè dicitur procurator, ſed non propriè, ex quo procurator propriè in rebus alienis datur, & ideò in diſpoſitione ſtatuti de procuratore non contineretur.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes propriè vocaſſe dicitur teſtator, qui vocauit progeniem ad fideicommiſſum.*
2 *Tranſuerſales impropriè continentur appellatione Progeniei.*
3 *Fœminæ etiam & deſcendentes ab eis, cenſentur vocatæ, progenie vocata, niſi vocans voluiſſet conſulere agnationi.*

Progenies.

APPELL. CCXXII.

1 PROGENIEI appellatione veniunt propriè deſcendentes, vt per *Franc. in cap. ſi pater, col. 55. verſ. quarto qui veniant, de teſtam. lib. 6. Curt. Iun. conſ. 5. num. 40. Laurent. de Pallat. in tract. quod ſtantibus maſculis, num. 149. Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. fol. 292. num. 60. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 23.* quos refert & ſequitur *Fuſar. de ſubſtitut. q. 335. n. 1.* quibus addo *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 6. lit. P, concluſ. 891. n. 1.* ac proinde quod comprehendantur nepotes, pronepotes, & deinceps tradunt *Socin. Iun. conſ. 79. n. 35. lib. 3. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 259. num. 13.* Sed vſque ad quem gradum admittantur poterit ab aliquibus in dubium reuocari, & ſolùm vſque ad decimum gradum admitti volunt *Dec. conſ. 321. & Cephal. conſ. 137. num. 2.*

PROGENIEI appellatione impropriè tranſ- 2
uerſales continentur, & maximè quando teſtator ſciebat non poſſe verificari in deſcendentibus, *Roman. in l. 1. C. ad Sillan. Cor. conſ. 234. num. 2. lib. 2.* quos refert *Fuſar. d. quæſt. 335. num. 2.*

PROGENIEI appellatione veniunt fœminæ, 3
& deſcendentes ab eis, *Rip. in tit. de ſubſtit. reſp. 15. num. 2. Alex. conſ. 188. lib. 3. Curt. Iun. conſ. 49. num. 5. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 15. num. 5. Cephal. conſ. 511. num. 26.* vbi ait fallere quando teſtator voluit conſulere agnationi, quia tunc fœmina non contineretur. Verùm quod de progenie non dicatur deſcendens ex fœminis, tenent *Alex. in addit. ad Bart. l. 1. §. perſonis, lit. A, verſ. quid de verbo progenie. ff. iure immun. Caſſad. deciſ. vnic. num. 2. in fine, de iurepatron. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 16. num. 3.* quos refert, & ſequitur *Rot. deciſ. 635. num. 1. p. 2. recentior.*

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes ſoli continentur Prolis appellatione.*
2 *Proles patris poteſt etiam ſumi paſſiuè, vt intelligatur de genere & agnatione patris.*
3 *Proles paterna & materna poteſt conſiderari.*
4 *Tranſuerſales veniunt prolis appellatione, ſi teſtator vocaſſet omnes de prole, quando non extarent deſcendentes, vel quando teſtator ſciebat diſpoſitionem non poſſe verificari in deſcendentibus.*
5 *Prolem vocans dicitur illos vocare qui cenſerentur vocati vocatis liberis.*
6 *Maſculi & fœminæ veniunt Prolis appellatione.*

Proles.

APPELL. CCXXIII.

PROLIS appellatione (quod nomen æquè com- 1
mune eſt, vt tradit *Menoch. conſ. 904. num. 26.*) ſolùm deſcendentes continentur, *Bald. conſ. 321. Teſtamento cauetur lib. 1. & conſ. 331. In quæſtione, num. 8. verſ. & quod ſequitur, lib. 3.* vbi quod iſte eſt verus ſenſus, quod ſi dicatur ex prole patris, intelligitur de genitis ex patre, *Alex. conſ. 188. Perſpectis, num. 25. lib. 5. & conſ. 80. Super eo lib. 1.* refert *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. 6. lit. P, concl. 907. num. 1.*

Declara tamen, quia proles patris poteſt etiam 2
ſumi paſſiuè, vt intelligatur de genere & agnatione patris, *Bald. d. conſ. 331. num. 8. verſ. item poteſt intelligi, lib. 3.* vbi quod primus ſenſus magis amicatur propriè ſenſui, *Cardin. Tuſch. d. lit. P, concl. 907. num. 3.*

Immò Proles paterna & materna poteſt conſi- 3
derari ſecundùm *Signorol. conſ. 225.* quem refert *Cardin. Tuſch. lit. P, concl. 907. num. 4.*

PROLIS appellatione tranſuerſales venirent, 4
ſi teſtator vocaſſet omnes de prole quando non extarent deſcendentes, *Pereg. de fideicom. art. 22. num. 23. in fine*, quem refert *Fuſar. in tract. de ſubſtitut. quæſt. 326. nu. 2.* vbi *num. 3.* ſubdit quod etiam tranſ-

uerſales

uerſales venirent, quando teſtator ſciebat diſpoſitionem non poſſe verificari in deſcendentibus.

5 PROLIS appellatione, vbi teſtator illam ſubſtituit, comprehenduntur illi qui veniunt appellatione liberorum, *Dec. conſ. 495. n. 6. Ripa reſp. 15. n. 2. ſub tit. de ſubſtitut. Laurent. de Pallat. in tract. quod ſtantibus maſculis, num. 159. Boër. deciſ. 356. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol. 292. num. 63. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 12. cum ſeqq.* quos refert & ſequitur *Fuſar. d. quæſt. 336. num. 1.*

6 PROLIS appellatione veniunt tam maſculi quam fœminæ, *Dec. conſ. 495. num. 6.* vbi addit quod proles dicitur omnis deſcendens in infinitum, refert *Rot.* in Leodien. fideicommiſſi 19. Nouembris 1610. coram *Card. Caualerio*, impreſſa per *Farin. deciſ. 318. num. 1. p. 2. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Agnati, & cognati, qui admitterentur abinteſtato ad ſucceſſionem, de iure Ciuili vſque ad decimum gradum veniunt Propinquorum appellatione.*

2 *Fœminæ veniunt Propinquorum appellatione.*

3 *Affines non veniunt Propinquorum appellatione.*

Propinqui.

APPELL. CCXXIV.

1 PROPINQVORVM appellatione, quod nomen commune eſt, vt tradit *Menoch. conſil. 1006. num. 20.* continentur agnati, & cognati qui admitterentur abinteſtato ad ſucceſſionem de iure Ciuili vſque ad decimum gradum, *l. 1. ff. vnde vir & vxor, l. vlt. C. de teſtam. milit. l. vlt. C. de verb. ſignificat.* vbi *gloſ. verbo deficientibus, & Iaſ. num. 21. & 22. l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Bald. conſil. 331. In quæſtione quæ vertitur, num. 3. verſ. circa primum lib. 3. Dec. conſ. 321. num. 2. Tiraq. de retractu lig. §. 1. gloſ. 9. num. 8. & ſeq. Ranchin. concl. 434. p. 5. Flamin. Pariſ. de reſident. benefic. quæſt. 32. num. 44. Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici rub. 11. cap. 27. num. 77. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 36. Fuſar. in tract. de ſubſtitut. quæſt. 367. num. 1. Cardin. Tuſch. concl. tom. 6. lit. P, 914. num. 1. & 2.* vbi *num. 3. poſt eandem Bald. d. conſ. 331. num. 4.* ſubdit remotiores non includi.

2 PROPINQVORVM appellatione veniunt fœminæ, vt per *text. in l. 1. C. vnde vir, & in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript.* docent *Bald. conſ. 334. In quæſtione, ſub num. 5. vol. 3. Gozadin. conſ. 20. num. 8. Burſat. conſ. 1. num. 33. cum ſeqq. vol. 1. Peregrin. de fideicom. art. 21. nu. 36. Rebuff. ad l. 1. ff. de verb. ſignif. ſub verſ. 13. pag. 8. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 84. num. 33. & conſ. 807. num. 64. Campan. d. rub. 11. cap. 27. num. 78.* latè *Fuſar. d. tract. de ſubſtitut. quæſt. 366. num. 3. cum ſeqq.* vbi multipliciter declarat, & nos latiùs infrà ſub *appell. 228. à num. 7.*

3 PROPINQVORVM appellatione affines non veniunt, *Bart. per illum text. in l. fin. C. de verb. ſignificat.* & ibi *Iaſ. num. 22.* idem *Bart. in l. 1. ſub num. 1. C. vnde vi, Campanil. d. cap. 27. ſub num. 77. verſ. ac propterea. Pereg. de fideicom. art. 22. num. 36. in fine, quamuis venire affines ſcribant Alciat. conſ. 107. num. 14. lib. 9. Sim. de Prettis de interpret. vltim. voluntat. fol. 288. num. 14. in fine.* Sed vſque ad quem gradum propinqui extendantur reſtat vt videamus, & videatur vſque ad ſextum, vel ſeptim dilatariũ legem de propinquis loquentem, ſicuti per *text. in §. fin. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. tradit Petr. Greg. ſyntagm. lib. 26. cap. 15. ſub num. 3. vide infrà appellatione 228. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Proprietatis appellatione venit dominium directum.*

2 *Proprietas dicitur apud illum, qui habet directum dominium, non autem vtile.*

3 *Dominium & proprietas pro eodem aliquando accipiuntur.*

4 *Proprietas ſi ſimpliciter proferatur ſignificat plenam proprietatem cum vſufructu.*

5 *Dominium vnde dicatur, & proprietas oſtenditur.*

6 *Declarantur multa Iura de hac materia loquentia.*

7 *Proprietas dicitur aliquando plena, aliquando nuda.*

8 *Dominium interdum plenum, aliquando verò non plenum dicitur, & quando.*

9 *Dominium ſi abſolutè ponatur comprehendit vtrumque directum, & vtile, & plenum.*

10 *Dominium eſt ius perfectè diſponendi de re corporali in quoſcunque vſus lege non prohibitos.*

11 *Proprietatis ſi fiat mentio ſimpliciter, ſeu concretiuè de plena intelligitur.*

12 *Proprietatis nomen ſimpliciter prolatum plenam proprietatem demonſtrat, & dominium cum vſufructu coniunctum.*

13 *Proprietas diuerſimode ſecundùm ſubiectam materiam accipitur.*

14 *Proprij appellatione in voto paupertatis Religioſorum quæ veniant, oſtenditur.*

Proprietas, Proprium.

APPELL. CCXXV.

1 PROPRIETATIS appellatione venit dominium directum prout ab vtili diſtinguitur, & ab eo ſeparatum eſt, itaut nunquam proprietatis nomen in ſolo vtili poſſit verificari, nec in eo quod ſimul coniunctum eſt, in quem ſenſum trahenda ſunt Iura, quæ dominium & proprietatem tanquam duo inter ſe diſtincta ponunt, vt in *l. ſi procurator 13.* ibi, *dominium, & proprietas. ff. de acquir. rerum dominio, l. incerti,* ibi, *proprietatis,* & ibi, *dominij. C. de interdictis, l. locorum,* vbi notauit *Bart. num. 4. C. de agro deſerto, lib. 11. text. opt. in l. ſi tibi 17.* ibi. *dominium proprietatis, ff. quibuſmodis vſufr. amitt. text. ſimilis in l. proprietatis, C. de probat.* ex quibus ita tenent *Balb. Dec.* & alij communiter teſte *Pinel. in l. 1. p. 2. num. 6. & 8. C. de bonis mater. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 13. num. 6.* hinc reſoluentes quod licèt certum ſit ſi quis in libello proponat dominium ad ſe pertinere ſatis eſſe quod vtile dominium probet, quia verum, & proprium dominium eſſe poteſt, non tamen ſufficere illud probare ſi in libello propoſuit proprietatem ad ſe pertinere, quia vtile dominium proprietatis nomine nunquam venire poteſt, & ideò proprietatem 2

dici

dici apud illum, qui habet directum dominium, non autem apud eum, qui habet vtile tradit expressè *Ias. in l. domus, §. si fundus, num. 8. cum seq. vers. nota quarto, ff. le legat. 1.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. P, conc. 918. num. 3.*

3 Verùm contra hanc resolutionem obstat, quia Variis vtriusque Iuris locis passim ponitur dominium, & proprietas pro eodem, cuius enim rei dominiũ acquirimus, propriè dicimus acquirere proprietatem eiusdem, *l. qua ratione 8. §. hæc quoque*, ibi, *traditione nostra fiunt*, iuncto *§. item si quis merces*, ibi, *transfert proprietatem ff. de acquir. rerum domin. l. cùm in corpus 36.* ibi, *proprietatem ad te transire, ff. eod. tit. l. Sempronius 26. ff. de vsufr. legato.* vbi quemadmodum proprietas dicitur deducto vsufructu, ita dominium dicitur vsufructu deducto, sicut per contrarium,

4 quemadmodum dominium significat plenum ius proprietatis cum vsufructu, vt communis fatetur; ita proprietas si simpliciter proferatur, significat plenam proprietatem cum vsufructu, *l. 4. ff. si vsufr. petatur, l. si tibi, ff. vsufr. accresc. d. l. si tibi, ff. quibus mod. vsufr. admit.* ex quibus, atque aliis post *Fabr. in §. omnium, n. 21. Instit. de actionib. ita concludunt Pinel. d. n. 6. vers. ad hanc, Duaren. lib. 1. disp. cap. 17. in fine, constanter Donel. comment. Iuris Ciuilis lib. 9. c. 8. vers. hoc idem ius, Alex. Raudens. de annalegis, lib. 1. cap. 7. n. 1.* latè *Castil. quotid. lib. 1. de vsufructu cap. 75. n. 4. 7. & 8.* atque etiam Cuiac. qui stultos esse ait qui contrarium putant, in *l. naturaliter, §. nihil commune, in princip. ff. de acquir. possess. & Brison. de verb. Iuris significat. verbo proprietas*, ibi, *ius dominij*, adducens *text. in l. rei 33. ff. de dolo, & in l. interdum 78. ff. de verb. significat. & probat.* & probat apertè *text. in cap. 1. de causa possess. & propr.* Confirmatur etiam ex Iuribus, quæ proprietatem vocant etiam postquam cum vsufructu consolidata est, *l. vsufructu 57. ff. soluto matr. l. si cùm argento 21. §.*

5 *si fundum, ff. de except. rei iud.* Et deinde ex ipsa vtriusque nominis etymologia, nam sicut dominium importat ius & proprietatem in rem suæ à domo deducatur, vt volunt Doctores communiter, & Donel. comprobat antiquo Ennij carmine à Cicer. sæpius repetitio: *O domus antiqua quam dispulari domino dominaris*, quasi à domo dominus deriuetur ratione potestatis, quàm habet in res, quas in domum infert, siue à Græco domo, quod est subiicere, vnde & Latinè verbum domo, seu domare, vt contendit *Petr. Gregor. Syntagm. Iuris lib. 1. cap. 12. num. 2.* ita etiam ex eodem, proprium, vnde proprietas, dicitur quasi propè nobis sit, & magis potestati nostræ accedat, iuxta Nonium Marcellum, qui teste *Brison.* verbo *proprium*, definiebat proprium esse suum cuiusque, consonat *l. vlt. ff. de superficieb.* cum aliis, quæ latè adducit *Rebuff. in l. interdum, verbo proprietati, ff. de verb. signif.*

6 Qua sententia retenta non obstant Iura pro prima suprà citata, quæ dominium, & proprietatem ponunt tanquam diuersa, quia multipliciter respondent Doctores, qui secundam tuentur, in primis enim *Pinel. d. num. 6. vers. ex qua re*, respondet dominium ibi poni expositiuè, quasi dicant proprietas, quæ est dominium. Donel. verò loco citato respondet proprietatem nunquam reperiri in significatione diuersa à dominio, nisi cùm nominatur cum adiecto, dominium proprietatis, dominium seruitutis, vel vsusfructus, aut similis, quia tali adiecto declaratur tunc nos abuti verbo proprietate. Sed melius responderi poterit cum eodem *Pinel. vbi suprà, num. 7.* Iura illa *in d. l. proprietatis*, & in *d. l. si tibi*, dum agunt de proprietatis dominio accipere proprietatem in alio sensu, secundùm quem accipitur pro re ipsa, de cuius agitur dominio, vt latè comprobat *Rip. in rub. de causa possess. & propr. num. 43.* Alia verò Iura quæ promiscuè vtuntur nomine dominium, & nomine proprietas, vt in *d. l. si procurator*, & in *d. l. incerti*, magis confirmant hanc partem, quatenus ponunt vnum, & alterum tanquam synonima habentia eandem vim, & significationem, vt bene considerat multis adductis *Castil. d. cap. 75. num. 18.*

7 Ex quibus iam primò colliges quod quemadmodum proprietas dicitur aliquando plena, quando scilicet cùm vsufructu coniuncta est, aliquando nuda quando ab eo est separata, vt quoad vtrumque membrum constat ex Iureconsultorum testimoniis, de quibus in *l. cùm in fundo 78. in princip.* ibi, plenam fundi proprietatem non separatam ab vsufructu, iuncto *§. vxor*, ibi, *nuda proprietatis æstimatio, ff. de iure dotium, & in l. si dominus 72.* ibi, *nuda proprietatis, ff. de vsufructu, & in l. 2. ff. quibus mod. vsufr. amit.* & in *l. fœminæ, §. illud, ibi, pleno proprietatis iure, C. de secundis*

8 *nupt.* ita etiam dominium aliquando plenum dicitur, quia directum vtili coniunctum, seu consolidatum est, & insuper ipse Dominus rei habet eius vsumfructum, vt deducitur ex *§. vlt. Instit. de vsufr.* non plenum dicitur quando directum est penes vnum, vtile penes alterum, vel quando proprietatem habet deducto vsufructu, vt notarunt *Petr. Gregor. d. cap. 12. num. 5. & 7. Pinel. in d. l. 1. p. 2. num. 4.*

9 Deinde & per contrarium, quemadmodum dominium si absolutè ponatur comprehendit, vtrumque directum & vtile, & plenum ius disponendi de re iuxta definitionem *Bart. in l. si quis vi, §. differentia, num. 4. ff. de acquir. possess.* asserentis dominium esse

10 ius perfectè disponendi de re corporali in quoscunque vsus lege non prohibitos, quam sequuntur *Anton. Gom. l. 45. Tauri num. 5. & in l. 65. in princip. Donel. lib 9. comment. cap. 8. ad fin. Pinel. in d. l. 1. p. 2. a num. 1. Sebast. Medic. de definit. p. 2. definit. 66. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 3.* & tamen si proferatur prout opponitur vtili dominio, iuxta *l. 1. ff. si ager vectig.* solùm directum complectitur, cum aliis adductis per *Anton. de Furtes* nobilem Aragonensem in perinsigni Bononien. Hispanorum Collegio sodalem, in *comment. ad rub. C. de vsucap. pro emptore, num.*

11 21. ita etiam proprietatis nomen si proferatur ad differentiam vsusfructus, de nuda intelligitur, vt concludunt omnia Iura de vsufructu discretiuè agentia, & de proprietate. Si autem simpliciter, seu concretiuè fiat mentio proprietatis de plena intelligitur, quæ eadem est cum dominio, vt vltra omnes supra citatos, qui tenent dominium & proprietatem idem esse, resoluit *Hercul. Marescot. vari. resolut. lib. 1. cap. 29. à num. 64.* Idque apertius volue-

12 runt omnes, qui docent nomen proprietatis simpliciter prolatum plenam proprietatem demonstrare, & dominium cum vsufructu coniunctum, vt ex *Fabr. Bereng.* & aliis contra Herman. & alios comprobat *Castil. d. cap. 75. à num. 4.* tum ex multis, tum præcipuè ex *l. 4. ff. si vsufr. petatur, cum similibus*, quæ probant proprietatem cum vsufructu consolidatam adhuc proprietatem appellari, quod etiam optimis rationibus confirmat *Donel. d. cap. 8. per tot. & Rebuff. vbi sup. vers. sexto, cum seqq.* dum probat proprietatem aliquando pro dominio pleno accipi si proferatur simpliciter, vt in *l. si qua ratione, §. item si quis merces, ff. de acquir. rer. domin. & in §. item si quis merces, Instit. de rerum diuis.* aliquando pro nuda proprietate quando vsufructuario opponitur quod etiam docuit *Brison. citato loco.*

13 Secundò colliges iuxta materiam subiectam, & diuersas considerationes proprietatem aliquando accipi

accipi pro re ipsa, vt in *d. l. proprietatis*, aliquando pro solo Dominio directo, vel proprietate separta ab vsufructu, quando vsufructuario opponitur, vel pro dominio pleno quando contra possessionem distinguitur, seu possessioni opponitur, vt in *d. l. interdum*, & in *d. §. nihil commune*, & in *l. 1. §. huius, ff. vti possidetis*, & in *cap. 1. & per totum de causa possess. & propr.* tunc enim iuxta qualitatem personæ, vel solùm dominium plenum, vel solùm directum complectitur, vel etiam solùm vtile; nam & hoc prout distinguitur à Iure possessionis proprietas rectè appellatur, sicut dicimus dominium vsusfructus, dominium seruitutis, *l. 3. ff. si vsusf. pet. l. semper, §. hoc interdicto, ff. quod vi, aut clam*, ita etiam dicere possumus proprietatem seruitutis, vel vsusfructus, vt aduertit vltra alios bene *Rebuff. vbi sup. vers. idem si dicatur proprietas ratione possessionis*, inde concludens quod si emphyteuta legauerit proprietates suas comprehendit etiam ius suum, atque ita vtile dominium, licèt contrarium voluerint *Rip. in d. rub. de causa possess. & prop. num. 48. Corras. in d. §. nihil commune, num. 10. Peregr. vari. lib. 3. num. 126. Pinel. & Valasc. dictis locis*, & alij, qui docent solùm directum dominium non ita vtile posse proprietatem appellari.

14 PROPRII appellatione in voto paupertatis Religiosorum non solùm venit dominium & proprietas rei, sed etiam vsus Iuris, & vsusfructus possessio, & administratio, vt per *Nau. com. 2. de Regul. num. 2. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. quæst. 29. art. 4. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 18. num. 25. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 8. quæst. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Prosapiæ appellatione veniunt, qui sunt de generatione & familia.*
2 *Illegitimè nati non sunt de prosapia,*
3 *Fœminæ, & descendentes ab eis veniunt prosapiæ appellatione.*

Prosapia.

APPELL. CCXXVI.

1 PROSAPIÆ appellatione veniunt qui sunt de generatione, & familia, *l. cùm satis, & l. ne diutius, C. de agric. & cens. lib. 11. glos. in l. si quis ex corpore, C. de murileg. lib. 11. Ias. in l. fin. C. de verb. signif. Paris. cons. 51. num. 11. & cons. 93. num. 33. lib. 2. Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. fol. 291. num. 62.* quos refert & sequitur *Fusar. in tract. de substit. quæst. 333. num. 1.* quibus addo *Carpan. ad consuetud. & stat. Mediolanen. cap. 414. à num. 38.*

2 Et ideò illegitimè nati non dicuntur de prosapia, sicuti docent *Tiraq. de nobilit. cap. 15. num. 12. Menoch. cons. 117. num. 51.* quos refert *Carpan. d. cap. 414. num. 39.*

3 PROSAPIÆ appellatione veniunt fœminæ, & descendentes ab eis, iuxta ea, quæ post alios tradit *Sim. de Prettis vbi suprà fol. 293. num. 66. cum seqq.* quem refert *Fusar. d. quæst. 333. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Prouentuum appellatione comprehenduntur omnia quæ ex facto hominis proueniunt, vt oblationes, funeralia, & similia.*
2 *Prouentus est nomen generale ad omnes fructus naturales, industriales, & artificiales, vt sunt pensiones.*
3 *Distributiones quotidianæ non veniunt appellatione Prouentuum.*

Prouentus.

APPELL. CCXXVII.

PROVENTVVM appellatione comprehenduntur omnia, quæ ex facto hominis proueniunt, vt sunt oblationes funeralia, vel quæ ex sigillo, aut ex alio emolumento beneficij, seu ex reditu magno, aut paruo, & similia, vt per *Boër. decis. 224. num. 5. Rebuff. in concord. tit. de collat. §. volumus, lit. C, pag. mihi 659. Pute. decis. 478. lib. 2. in correct. Gutier. cons. 8. num. 3. ante fin. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. num. 198.* 1

Prouentus autem est nomen generale ad omnes fructus naturales, industriales, & artificiales, vt sunt pensiones, *Mandos. super facult. §. & taxam, verbo prouentus, Gonzal. d. §. 7. proœm. num. 197.* vbi *nu. 204.* subdit plus continere Prouentus quam fructus, *Monet. de distribut. p. 1. q. 7. num. 7. in fin.* 2

PROVENTVVM appellatione non veniunt distributiones quotidianæ, *cap. licet, de præbend. Rip. in cap. cùm M, Ferrariensis, num. 16. de constit. Monet. d. quæst. 7. n. 7.* vbi latè probat. 3

SVMMARIVM.

1 *Prouisionis appellatione veniunt omnes modi per quos Ecclesiæ prouidetur.*
2 *Commenda includitur appellatione Prouisionis.*
3 *Prouisionis Sedis Apost. appellatione veniunt prouisiones factæ à legatis.*

Prouisio.

APPELL. CCXXVIII.

PROVISIONIS appellatione veniunt omnes modi per quos Ecclesiæ prouidetur, scilicet nominatio, postulatio, electio, præsentatio, confirmatio, institutio, & collatio, ita *glos. verbo electione, in cap. vt circa, de elect. lib. 6. glos. verbo prouisionem per tex.* ibi *in cap. 1. & in cap. quorundam, eod. tit. & lib. glos. verbo prouisioni, in Clem. fin. eodem tit. Felin. in cap. in nostra corol. 32. num. 28. de Rescript. Rebuff. in concord. rub. de collationib. §. præfati Ordinarij in glos. verbo prouis. nem,* & in praxi beneficiali *titulo de forma Vicariatus, num. 5. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. p. 1. quæst. 1. principali art. 12. num. 1. & 2. Mandos. in reg. 32. Cancel. quæst. 4. num. 3. Rot. decis. 791. num. 9. p. 1. diuers. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 17. num. 1. Rot. decis. 638. num. 4. apud Farin. in 1. collect. nouissimarum, seu p. 4. diuers.* 1

PROVISIONIS appellatione includitur commenda *Gemin. in cap. nemo, num. 7.* & ibi *Franc. num. 5. propè fin. de elect. lib. 6. Rot. d. decis. 791. num. 9. p. 1. diuers. Gonzal. d. glos. 17. num. 2.* intelligendo, vt per *Ludou. Gom. ad reg. de idiomate, quæst. 5. num. 6. vers. non obstat.* 2

PROVISIONIS Sedis Apost. appellatione veniunt prouisiones factæ à legatis, *glos. in cap. si Abbatia, de elect. lib. 6.* vbi *Gemin. num. 5. & Franc. nu. 4. Cardin. in Clem. quia contingit in 8. quæst. de Relig. domib.* vbi *Imol. col. 3. vers. iuxta prædicta*, quos refert *Rot. decis. 206. num. 5. p. 1. diuers.* 3

SVMMARIVM.

1 *Proximus, & proximior idem significat, cùm neutrum admittit mediũ interpositum.*
2 *Agnati & cognati veniunt Proximorum appellatione.*
3 *Proximorum appellatione omnes eiusdem gradus veniunt, tam ascendentes quàm descendentes.*
4 *Proximior quis præsumitur eo ipso quod certum consanguinitatis gradum probat.*
5 *Verba,* sui proximi, *referenda sunt ad proximos testatoris.*
6 *Agnati & cognati, qui veniunt appellatione proximorum, vsque ad quem gradum admittantur, ostenditur.*
7 *Fœminæ veniunt Proximiorum appellatione declarando, vt* num. 8.
9 *Quando sumus in materia indifferenti,*
10 *Quando testator discretiuè de masculis, & fœminis loquutus fuit,*
11 *Quando testator se restrinxit ad masculos,*
12 *Quando testator vocasset masculos, & in defectum masculorum alios Proximiores substituisset,*
13 *Quando vocati essent Proximiores de agnatione, vel de familia, vel de domo,*
14 *Quando extat statutum excludens fœminas propter masculos, & ab illo masculo fœmina abintestato esset exclusa,*
Fœminæ non veniunt Proximiorum appellatione.

Proximus, Proximior.

APPELL. CCXXIX.

1 PROXIMORVM, seu proximiorum appellatione (idem enim significat proximus, quod proximior, cùm neutrum admittat medium interpositum, *Bald. cons. 146. in fine lib. 2. citatus à Rot. decis. 693. num. 2. in fine, apud Farin. p. 2. recent.*) veniunt agnati
2 & cognati, *l. 1. §. proximus, ff. vnde cognati, Angel. cons. 289. Viso facto, Tiraq. de retractu lig. §. 1. glos. 9. nu. 15. & seq. & §. 11. glos. 1. num. 3. & 4. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 33.* quos refert *Fusar. de substit. quæst. 366. nu. 1. Rebuff. ad l. proximi appellatione 150. vers. ad hæc. ff. de verb. sign. pag. 542. Menoch. consil. 1127. num. 2.* Et omnes eiusdem gradus admittuntur, *idem Menoch. cons. 158. num. 28.* & tam ascendentes quàm descendentes, *Bertrand. cons. 30. Punctus quæstionis col. 2. vol. 1.* quem refert & sequitur *Rebuff. in d. l. proximi appellatione vers. ita propinquorum pag. 543.*
3
4 PROXIMIOR autem præsumitur quis eo ipso quod certum consanguinitatis gradum probat; nam qui vult dicere contrarium tenetur probare, ita *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 28. num. 9. Tiraq. d. §. 11. glos. 1. num. 5. & 9. Con. lib. 2. vari. cap. 6. num. 6. Mascard. de probat. concl. 1245. Surd. decis. 106. n. 8. & decis. 241. nu. 26. & cons. 5. num. 34. Gutier. cons. 4. n. 1. Galganet. de conditione, nihilominus oportet, vt tempore disposition is sit proximus, quique tunc potuerit succedere si casus proximioritatis, & conditionis contigisset, non autem, qui tempore tantùm verificatæ conditionis esset talis per notata affluenter à *Menoch. cons. 106. n. 332.*

dit. & demonstr. p. 2. cap. 2. q. 7. n. 25. Rot. d. decis. 693. n. 2. apud Farin. p. 2. recent.* vbi *numeris seqq.* Declarat nunquid verbum, *Proximiores*, quando sunt vocati in fideicommisso, intelligatur de proximioribus testatoris, an verò de proximioribus grauati? & verba, *sui proximi*, esse referenda ad proximos testatoris 5
probat *text. in l. debitor*, ibi, *filiæ suæ*, id est, testatoris, *ff. ad Trebell. Paris. cons. 51. nu. 33. & seq. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 14. num. 2. Rip. in l. ex facto, nu. 6. in princip. ff. ad Trebell. Rot. in Romana fideicommissi de Ioannonibus 4. Martij 1624. coram Buratto*, Vide *Campan. in diuers. Iuris Canonici, rub. 11. cap. 27. nu.* 80. qui ait quod vbi Constitutio de proximioribus verba faceret, intelligitur vocatus proximior eius, qui vltimo loco interiit si descendens sit primi testatoris, vt resoluit *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. n. 30. in fine*, & hoc est quod voluit dicere *Pereg. de fideicom. art. 20. in sum.* post *num. 14.* quod proximitas grauati non attenditur quando testatori consanguineus est, itaque vterque ad eum tendit finem, vt si vltimus moriens, & eius proximior sit de sanguine testatoris, intelligitur vocatus proximior ipsius vltimi decedentis, exclusis aliis, qui eidem testatori essent proximiores, facit *Gam. Lusit. decis. 258. nu. 4.* dicens proximitatem vltimi possessoris ex ea parte prouenire debere, ex qua successio prætenditur quare verũ esse concludi (vt vtar verbis *Campan.* citato loco) quod si proximior vltimi defuncti esset extraneus respectu primi testatoris, diceretur sine dubio exclusus: sed si de illius parẽtela & linea vtique censeretur vocatus, exclusis aliis ad testatorem magis coniunctis, quin & si plures essent in eodem gradu proximiores vnus alterum non excluderet, licèt ille ex masculo, iste vero ex fœmina descenderet, *idem Gam. decis. 294. n. 3.* nisi proximior de familia vocaretur, quia tunc sexus tantùm non gradus attenderetur proximitas, secundùm *Vincent. de Franch. decis. 157. sub n. 4.* Quamuis succedere tanquam proximior nemo valeat, nisi purificat

Sed vsque ad quem gradum admittantur huiusmodi agnati, & cognati, qui veniunt proximiorum 6
appellatione solet ab aliquibus in dubium reuocari; nam *Bald. cons. 80. aliàs 76. circa fin. lib. 4.* dicit admitti solùm ad septimum gradum, prout eum refert *Card. Tusch. pract. concl. tom. 7. lit. S, concl. 923. n. 9. Pereg. verò de fideicom. art. 22. n. 33.* tenet admitti vsque ad decimum gradum. *Vide suprà appell. 223. in fine.*

PROXIMIORVM appellatione veniunt etiam fœ- 7
minæ, *l. 1. §. proximus, ff. vnde cognati, §. non tantũ*, iuncto, *§. non cæteri, Instit. de legi. agnat. succ. Dec. cons. 123. n. 2. & cons. 269. col. 2. & cons. 525. n. 3. cũ seqq. & cons. 570. n. 10. Paris. cons. 20. n. 30. & cons. 89. n. 40. lib. 2. Soc. Iun. cons. 10. col. vlt. lib. 2. Tiraq. de retr. lig. §. 1. glo. 9. n. 8. & n. 201. Sim. de Prett. de interp. vlt. vol. f. 293. n. 67. & f. 337. n. 10. Rebuff. ad l. 1. ff. de verb. signif. pag. 8. Cravet. cons. 250. col. 1. & cons 656. n. 7. Dec. cons. 7. n. 31. cum seqq. lib. 5. Men. de præs. lib. 4. præs. 84. n. 33. & cons. 473. n. 2. & 8. & cons. 807. n. 67. & cons. 522. n. 2. ver. tertio, & cons. 833. n. 19. Petr. de fideic. q. 11. n. 520. Anch. Regi. pract. q. lib. 3. q. 6. n. 21. Per. de fid. ar. 21. n. 33. Rot. dec. 282. n. 1. p. 2. rec.*

Amplia quando testator vocauit masculos, & illis substituisset eorum descendentes masculos, & 8
masculis deficientibus vocauit Proximiores, quia fœminæ proximiores excludent agnatos remotiores, *Cravet. cons. 656. num. 7. Decian. cons. 98. nu. 5. lib. 2.*

Menoch.

Menoch.conſ.833.Peregrin.de fideicom.art.25. num.48. in fine, quos refert & ſequitur *Fuſar. in tract. de ſubſtitut.quæſt.366.num.3.*vbi *num.* 9. aſſerit ab ampliatione non eſſe recedendum quando contentio eſſet inter fœminas deſcendentes à teſtatore,& tranſuerſales ob præſumptam dilectionem teſtatoris erga illas,*& num.*11.poſt *Menoch.d. conſ.* 833. reſpondet pro fœmina, quando illa non eſſet deſcendens à teſtatore,ſed tamen eſſet deſcendens maſculorum grauatorum, *& num.* 12. credit contrarium eſſe tenendum quando eſſemus inter maſculos & fœminas,nec à teſtatore,nec à grauatis.

9 In aliquibus verò caſibus fœminæ non veniunt Proximiorum appellatione, & Primò, quando ſumus in materia indifferenti,quæ non conuenit fœminis,ſed tantùm maſculis,ita *Ruin.conſ.* 146. *col.* 3. *lib.*2. *Pariſ.conſ.*57.*col.pen.lib.*2. *Socin.Iun.conſ.*168.*nu.* 84.*lib.*2. *Menoch.conſ.*463.*num.* 9. & alij plures quos refert & ſequitur *Fuſar.de ſubſtitut.q.*366.*n.*19.

10 Secundò, quando teſtator diſcretiuè de maſculis & fœminis loquutus fuit, vt quia inſtituit maſculis,& fœminis ſolùm dotes reliquit,*Menoch.conſ.* 463.*num.*11.*Fuſar.d.quæſt.*366.*num.*20.

11 Tertiò, quando teſtator ſe reſtrinxit ad maſculos, nam fœminæ erunt excluſæ, *Sim. de Prettis de interpret.vltim.volunt.fol.*293.*num.*67.*in fine*, *Petr. de fideicom.quæſt.*11.*num.*520.*Fuſar.d.q.*366.*n.*21.

12 Quartò,quando teſtator vocaſſet maſculos,& in defectum maſculorum alios proximiores ſubſtituiſſet; nam ob dict. *alios*, intelligitur ſolùm vocaſſe maſculos non fœminas,*Menoch.conſ.*565.*Surd. conſ.* 21.*in fine lib.*1.*Fuſar.d.quæſt.*366.*num.*22.

13 Quintò, quando vocati eſſent proximiores de agnatione, vel de familia, vel de domo,vel diſpoſitio eſſet facta fauore agnationis,nam tunc fœminæ non cenſerentur vocatæ,*Hieron.Gabr.conſ.*132.*quæſt.* 5.*lib.*1.*Sim.de Prettis de interp,vltim. volunt. fol.* 293. *num.*70.*& conſ.*161.*num.*28.*& ſeq. Honded. conſ.* 75. *num.*14.*lib.*1.*Oſaſch.Pedamont.deciſ.*127.vbi dicit hoc maximè verum in fœmina tranſuerſali,*Vinc.deciſ.*1. *num.*1.*cum ſeqq.Menoch.conſ.*522.*num.*4.*cum ſeqq. & conſ.*833.*in fine.Peregr.de fideicom.art.*25.*num.*45.*in fine,& conſ.*58.*num.*61.*& conſ.*159.*num.*13.*lib.*5. *Surd. conſ.*96.*num.*28.*Intrigl.de ſubſtitut.cent.*3.*quæſt.*83.*nu.* 4.*Fuſar.d.quæſt.*366.*num.*24.

14 Sextò, quando extat ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, & ab illo maſculo fœmina abinteſtato eſſet excluſa,nam fœmina non cenſeretur vocata,*Menoch.conſ.*463.*num.*12.*Fuſar. d. quæſt.* 366.*num.*25.

Pupillus.

Appell. CCXXX.

1 Pvpilli appellatione,licèt non veniat is qui eſt in vtero matris, tamen ad ſui fauorem,licèt non ſit vere pupillus,interpretatur pupillus, *Bald. conſ.*458.*Titius habens*,per totum, maximè *in fine*,*lib.* 5.quem refert *Cardin.Tuſch. practic.concl.tom.*6.*lit.P, concl.* 453. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Fructuum tam maturorum quàm immaturorum omnes ſpecies veniunt Redituum appellatione.*

2 *Prouentus omnes continentur redituum appellatione*

3 *Reditus eſt nomen generale, quia plus eſt in reditu, quàm in fructu.*

4 *Præſtatio annua venit redituum appellatione.*

5 *Diſtributiones quotidianæ propriè non veniunt appellatione redituum beneficij.*

6 *Veniunt tamen appellatione redituum, obuentionum, emolumentorum, omniúmque aliorum ad beneficium ſpectantium.*

7 *Mortuaria & anniuerſaria non continentur appellatione redituum, & valoris beneficij.*

8 *Iura, & actiones non veniunt appellatione redituum.*

Reditus.

Appell. CCXXXI.

Reditvvm appellatione veniunt omnes 1
ſpecies fructuum, *Rebuff.in com.ord. tit. de collation.§.volumus,lit. P, pag.*659. *Menoch. de arbitr.caſu* 66.*num.*10. tam maturorum, quàm immaturorum, *Maſtril. Sicilia deciſ.*58.*num.* 8. *&* 9. & continentur 2
omnes prouentus, *Rebuff.de pacificis poſſeſſ. num.* 99. & regulariter Reditus dicuntur qui ex rebus immobilibus percipiuntur,*Feder.de Senis conſ.* 12. *Fratres Prædicatores,num.*5.*verſ.item communi*, quem refert *Cardin.Tuſch. practic.concluſ.tom.*6.*lit.R, concl.*66. *num.*1. Eſt enim Reditus,nomen generale,quia plus 3
eſt in reditu quàm in fructu,*gloſ.verbo reditus,in cap. grandi, de ſuppl.negligent.Prælator.*alia *gloſ.verbo reditus*, *in cap.generali* 13. *de elect. lib.*6 vbi dicit quod omnis fructus conſiſtit in reditu, ſed non conuertitur, quia non omnis reditus conſiſtit in fructu, *Cardin.in Clem.*1.*not.ab.*9.*ſub num.*1.*de exceſſib.Prælat.* vbi quod verbum, reditus,includit omnes prouentus,plenè *Gaſp. Bæza de inope debitore,cap.* 23. *num.* 2.*cum ſeqq.*refert *Gonzal.ad reg.*8.*Cancel.*§. 7. *proœm. num.*194.*cum ſeq.Surd.conſ.*162.*num.*1.

Reditvvm appellatione venit annua præ- 4
ſtatio,*Caſtren.conſ.*374.*Super iſtis dubiis,in princip lib.* 2. quem refert *Cardin. Tuſch.practic.concl. tom.* 6. *lit. R, concl.*66. *num.*2. vbi *num.* 3. limitat in relicto annuo facto ad tempus Conuentui, vel fratri, intuitu eleemoſynæ, vel conſanguinitatis, quia non eſt reditus.

Reditvvm beneficij appellatione propriè 5
non veniunt quotidianæ diſtributiones, nam cum, *reditus*, dicatur eo quod redeat ſingulis annis, ac proinde cum ſimplici d, ſcribendum eſſe hoc nomen,Iure contendunt *Tiraq.de retractu lig.* §.1.*gloſ.*6. *num.*1.*& Nauar.de reditib. Eccleſiaſt. quæſt.* 1. *monit.* 1. & certum quotidianas diſtributiones non redire ſingulis annis, ſiue quia diætim, aut per ſingulos menſes,aut ſæpe ſaltem in anno diſtribuantur, ſiue quia incertæ admodum ſunt, itaut in valore beneficij computandæ non ſunt, ex adductis per *Monet.de diſtribut.quotid.p.*1.*q.*8.*n.*7. Ideò appellatiuum probant *Bellencin.in tract.de charitatiuo ſubſidio,quæſt.* 76.*num.*1.*Pariſ.conſ.*33.*num.*4.*&* 5.*vol.* 1. *Boër. deciſ.* 340.*Gambar.de auctor.legati à latere*, *lib.* 6.*p.* 2. *num.* 17. *Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.tom.*2.*cap.*283.*num.* 9.*cum ſeqq. Fr.Emman.quæſt.Regular.tom.*3. *quæſt.*74. *art.*4.*verſ.tertia ratio eſt*, *Rot. deciſ.* 1170.*p.*3.*diuerſ. Gonzal.d.*§.7. *proœm.à num.* 186. *Monet.de diſtribut. quotid.p.*1. *quæſt.* 7. *à num.* 1. vbi tamen *num.* 5. *&* 6. fatetur diſtributiones quotidianas non modo ſaltem largè dici poſſe reditus beneficiorum,ſed etiam

propriè dici posse reditus Ecclesiæ, seu Ecclesiasticos, vt satis probatur in *cap. dilectus il 2. in fine de præbend.* ibi, in canonicum recipi facias, & sibi de reditibus Ecclesiæ assignari prouentus, donec ei sit
6 in beneficio præbendali prouisum, Appellatione verò redituum, obuentionum, emolumentorum, omniúmque aliorum ad beneficium spectantium venire etiam distributiones quotidianas censuit *Rota coram R^mo D. Coccino decis. 144. num. 11.*

7 REDITVVM & valoris beneficij appellatione non continentur mortuaria, & anniuersaria, vt per *Bellencin. de charitatiuo subsidio, quæst. 76. num. 2. Cou. vari. lib. 3. cap. 13. num. 1. ad fin. Monet. de distribut. quotid. p. 2. quæst. 14. num. 22. post principi.*

8 REDITVVM appellatione non veniunt iura & actiones; *Alex. in l. diuortio, §. si vir, col. 3. vers. quæ autem veniant appellatione, ff. soluto matrim. apostil. ad Castr. cons. 374. in verbo, & appellatione, lib. 2.* quos refert *Cardin. Tusch. d. lit. R, concl. 66. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Salinæ & salinarum reditus,*
2 *Gabellæ, vectigalia, & tributa,*
3 *Piscationes, ac venationes, & piscationum redditus,*
4 *Metallorum venæ,*
5 *Bona vacantia,*
6 *Condemnatorum bona,*
7 *Tracta grani & Bladorum,*
8 *Portizatio in publico flumine,*
9 *Capitaneos, & duces belli, ac tabelliones creare,*

} *Regalium appellatione veniunt.*

Regalia.

APPELL. CCXXXII.

1 REGALIVM appellatione continentur salinæ, & salinarum reditus, *cap. 1. vers. & salinarum*, quæ sunt Regalia, vbi *Sebast. Nauius à num. 255. Castren. cons. 63. in fine, lib. 1. Gam. Lusit. decis. 31. D. Barbos. in l. diuortio, §. si vir, num. 29. ff. soluto matrim. Thob. Noni. cons. 83. num. 10. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. R, conclus. 82. num. 27. Cabed. Lusit. decis. 53. & decis. 81. num. 2. p. 2.*

2 Gabellæ, vectigalia, & tributa sunt regalia, & veniunt appellatione Regalium, *cap. 1. vers. vectigalia, quæ sint Regalia*, vbi *Sebast. Nauius à num. 54. Bertachin tract. de gabellis, p. 1. in princ. num. 13. Abb. cons. 6. col. 3. in princip. vers. ex iis, lib. 2. Roland. à Valle cons. 1. num. 100. & seq. lib. 2.* vbi *num. 99.* asserit quod Regalia dicuntur datium pristini, & alia datia, quæ soli Principi sunt reseruata, *Menoch. cons. 983. num. 27. Alex. Trentasinq. vari. resolut. lib. 1. tit. de iure fisci, resolut. 5. à princip. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 666. in princip. Cardin. Tusch tom. 3. lit. G, conclus. 1. num. 7. & tom. 6. lit. R, concl. 82. num. 10. & 12. & tom. 7. lit. V, concl. 32. Cabed. Lusit. decis. 49. num. 4. p. 2.*

3 Piscationes, & venationes, ac piscationum reditus sunt Regalia, & veniunt Regalium appellatione, *d. cap. 1. vers. piscationum reditus, quæ sint Regalia*, vbi *Sebast. Nauius à num. 252. Xuar. alleg. 17. num. 11. & 12. Menoch. cons. 302. num. 31. vers. decimo octauo, & cons. 498. num. 20. Rutg. Ruland. de commissar. p. 4. lib. 2. cap. 9. Petr. de potest. Princip. cap. 7. num. 13. & fideicom. quæst. 13. num. 574. Surd. cons. 240. num. 10. Cabed. Lusitan. decis. 54. & decis. 81. num. 2. p. 2. Cardin. Tusch. d. lit. R. concl. 82. num. 13. vers. Piscationes.*

Metallorum venæ sunt de Regalibus, & veniunt 4
appellatione Regalium, *Menoch. cons. 302. num. 29. in fine vers. decimo sexto, Peregrin. de iure fisci, lib. 4. t t. 2. D. Barbos. in l. diuortio, §. si vir, à num. 18. ff. soluto matrim. Cabed. Lusit. decis. 55. p. 2. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap. 3. num. 13.* vbi ampliat etiamsi in fundo priuatorum reperiantur.

Bona vacantia sunt de Regalibus, & Regalium 5
appellatione veniunt, *l. 1. ff. de iure fisci, l. 1. C. de bonis vacant. lib. 10. Menoch. cons. 302. num. 28. vers. octauo, Matien. per text. ibi in l. 12. glos. 1. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 11. à num. 16. Peregr. de iure fisci lib. 4. tit. 3. num. 1. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 364. vers. vndecima conclusio. Cabed. Lusit. decis. 51. 52. & 61. p. 2.* Quæ autem dicantur bona vacantia tradit *Bonacin. de contractib. & restitut. disp. 1. quæst. 3. puncto 5. num. 1.*

Condemnatorum bona dicuntur Regalia, & Re- 6
galium appellatione veniunt, *l. bona damnatorum, C. de bonis proscript. cap. 1. vers. condemnatorum, quæ sint Regalia*, vbi *Sebast. Nauius à num. 194. Crauet. cons. 118. num. 4. Visi. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 31. num. 47. Menoch. cons. 302. num. 29. vers. vndecimo, Peregr. de fideicom. lib. 5. tit. 1. à num. 4. Molin. de Iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 20. num. 8. & 9. Cabed. Lusit. decis. 20. num. 8. & 9. p. 2.* vbi *decis. 58.* quod bona indigni dicantur de Regalibus, *Cardin. Tusch. d. lit. R, concl. 82. num. 14.*

Tracta grani & bladorum est de Regalibus, *Af-* 7
flict. decis. 265. num. 109. Bald. in d. cap. 1. quæ sint Regalia, Lauden. in tract. de Principe quæst. 362. quos refert *Cardin. Tusch. d. lit. R, concl. 82. num. 16.*

Portizatio in publico flumine est de Regalibus, 8
ac proinde venit appellatione Regalium, *Bald. cons. 254. per totum lib. 3. d. cap. 1. vers. portus, quæ sint Regalia*, vbi *Sebast. Nauius à num. 47. Petr. Greg. Syntagm. Iuris lib. 3. cap. 14. num. 7. Peregr. d. ib. 1. tit. 1. num. 17. Cabed. Lusit. decis. 46. num. 6. p. 2. Card. Tusch. d. lit. R, concl. 82. num. 17.*

De Regalibus est creare capitaneos, & duces bel- 9
li, *Pereg. d. lib. 1. tit. 1. num. 14. Cabed. Lusitan. decis. 43. num. 3. p. 2.* Et Magistratus, seu Officiales creare, & constituere *l. 1. §. cùm vrbem, ff. de offic. Præfecti vrbis, auth. de defensorib. ciuit. §. nos igitur collat. 3 auth. vt Iudices sine quoquo suffragio, §. illud videlicet, collat. 2. Aniles ad cap. 1. Prætorum, Capic. in sua inuestit. in §. magistratuum creatio, fol. 128. Cassan. in catalogo gloriæ mundi, p. 5. consid. 24. cas. 15. Gramm. decis. 46. Bobadil. in sua politica lib. 1. cap. 2. num. 14. & lib. 3. cap. 8. num. 152. Auendan. de exequendis mandat. p. 1. cap. 1. num. 1. Menoch. cons. 302. num. 29. vers. decimo quinto, Octau. Glorit. resp. 6. num. 2. Cabed. Lusit. decis. 43. p. 2.* Item & tabelliones creare, *Curia Philipp. p. 1. §. 2. num. 4. Auendan. d. p. 1. cap. 10. num. 1. Soar. de Pace in pract. annot. vlt. num. 13. Cabed. Lusit. decis. 33. num. 1. p. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Religiosorum appellatione in fauorabilibus veniunt largè Religiosi.*
2 *Clerici sæculares in fauorabilibus veniunt appellatione Religiosorum.*
3 *Religiosorum appellatione in odiosis minimè comprehenduntur non clausirales, nisi adiecta aliqua dictione vniuersali.*

4 *Militarium Ordinum Equites, propriè & strictè loquendo non veniunt appellatione Religiosorum, nisi in fauorabilibus, &c.*

5 *Matrimonio vtentes, nec largo, nec stricto modo sunt Religiosi.*

6 *Equites Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani ex proprietate sermonis veniunt appellatione Religiosorum.*

7 *Equites Hierosolymitani sunt verè, absolutè, & simpliciter Religiosi.*

8 *Religionem ingredi vouens, satisfacit ingrediendo Religionem S. Ioannis Hierosolymitani.*

9 *Matrimonium ratum dissoluitur per professionem in Religione S. Ioannis Hierosolymitani, non verò in aliis Militaribus.*

10 *Milites S. Ioannis Hierosolymitani comprehenduntur sub decretis* Concilij Trid. 25. de Regularib. cap. 15. & sess. 6. de reformat. cap. 3. vt num. 11. & sess. 25. de Regular. cap. 11. vt num. 12. & ibid. cap. 19. vt num. 13.

14 *Donati Religiosorum appellatione propriè & simpliciter non continentur.*

15 *Conuersi verè & propriè Religiosorum appellatione veniunt.*

16 *Nouitius in fauorabilibus venit appellatione Religiosorum.*

17 *Nouitius percutiens est excommunicatus sicut percutiens professum.*

18 *Nouitius priuilegio fori gaudet.*

19 *Nouitius immunis est à gabellarum solutione.*

20 *Nouitius gaudet priuilegiis Religioni concessis.*

21 *Nouitius non venit appellatione Religiosorum in odiosis.*

22 *Religionem ingressus quis non dicitur ante professionem.*

23 *Habitus non facit monachum, sed professio, & vita Regularis.*

24 *Nouitius monachus non appellatur, nec efficitur de corpore monasterij ante professionem.*

25 *Nouitius ante professionem remanet laicus.*

26 *Nouitius non adstringitur præceptis, & statutis Religionis.*

27 *Nouitius non tenetur vt professus persoluere diuinum Officium.*

28 *Nouitius non tenetur interesse cum professis in Capitulo.*

29 *Nouitius non subijcitur casibus Religionis reseruatis.*

Religiosus.

APPELL. CCXXXIII.

1 RELIGIOSORVM appellatione in fauorabilibus veniunt largè Religiosi, secundùm *Cæs. de Grassis decis. 47. Mastrill. Siciliæ, decis. 290. n. 160.* Item continentur clerici sæculares, vt per *glos. verbo Religiosi in cap. nullus itaque, 1. quæst. 1. & aliam, verbo Religiosos, in cap. præsens, 9. q. 3.* resoluit *Lambertin. de iurepatron. lib. 2. p. 1. quæst. 11. per totum*, vbi *num. 10.* obseruat huiusmodi appellatiuum tripliciter capi, largissimè vt de omni Christiano, *cap. pro humani, de homicid. lib. 6.* largè de Christiano honestè viuente, quia qui impendit Deo debitam Religionem potest dici Religiosus, *cap. Ecclesia S. Mariæ, de constitut.* Strictè tandem, & tunc intelligitur de illis solùm, qui promittunt substantialia regulæ, vide *Isidor. Moscon. de maiest. milit. Eccles. in prælud. pag. 13. & p. 4. cap. 1. pag. 505.* 2

RELIGIOSORVM appellatione minimè continentur non clausurales in odiosis, nisi adiecta aliqua dictione vniuersali, *Natt. cons. 107. num. 20. lib. 3. Cæs. de Grassis decis. 47. per totam.* 3

RELIGIOSORVM appellatione propriè, & strictè loquendo, non veniunt Militarium Ordinum Equites, nisi in fauorabilibus, vel vbi adderetur aliquod verbum vniuersale, puta si dicatur, *quicunque Religiosi*, quia tunc etiam ipsi comprehenderentur, vt resoluit *Natt. d. cons. 507. num. 3. & 4. 14. & 15.* & videtur velle *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 8. à num. 61.* iunctis traditis per *Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 4. num. 16. Seraphin. decis. 587.* Rot. in Romana alimentorum 21. Iunij 1627. coram R.P.D. Duran. vbi fuit dictum Milites S. Iacobi de Spatha non esse verè Religiosos, ac proinde eorum filios natos ex soluta, cum qua de licentia magni Magistri poterant contrahere Matrimonium, non esse spurios dicendos, sed filios naturales. Et de commendatariis Abbatibus quod non veniant appellatione Religiosorum, tradit *Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. q. 51. art. 9.* quem refert, *Ascan. Tambur. de iure Abbatum, disp. 17. q. 4. in fine.* 4

Vnde viuentes sub aliqua regula, veluti tertij Ordinis S. Francisci non dicuntur propriè Religiosi, nec veniunt Religiosorum appellatione, prout etiam qui vtuntur Matrimonio non sunt Religiosi, nec largo, nec stricto modo, vt censuit *Rot. coram Card. Seraphin. decis. 121. num. 6.* 5

Quoad Milites verò & Equites Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani & Hospitalarij, qui communiter Militenses Equites nuncupantur, contrarium est resoluendum, & affirmandum ex proprietate sermonis venire appellatione Religiosorum in quacunque materia etiam pœnali, vel odiosa, si aliàs de mente disponentis contrarium non appareat, vt docuit *glos. 2. in Clem. 1. de decim.* recepta & laudata à Doctoribus communiter secundùm *Nau. cons. 12. num. 2. de Regularib. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 2. art. 7. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 13. cap. 4. quæst. 4.* optimè improbans distinctionem inter materiam fauorabilem, & odiosam, quod confirmatur ex recepta traditione, quæ docet in materia quacunque etiam pœnali venire omnia, quæ sub proprietate, verba etiam lata continentur, vt de verbo, *intestabilis*, probat *tex. in l. cùm lege, ff. de testam.* & post *Des. obseruat Cou. lib. 3. vari. cap. 5. ad fin.* & multis adductis latè, *D. Barbos. in rub. ff. soluto matrim. p. 4. à num. 47.* & ideò quod veniant appellatione Religiosorum in terminis, censuit *Rot. decis. 177. num. 1. apud Farin. p. 1. recent.* vtpote quia verè, absolutè, & simpliciter Religiosi sunt, & aliorum more tria vota solemnia emittunt, paupertatis, castitatis, & obedientiæ, sub regula ab Ecclesia approbata, vt resoluunt *Menoch. illustr. cap. 105. num. 49. 50. & 51. Petr. Gregor. syntagm. Iuris, lib. 15.* 6 7

cap.34. Azeued. l.14. à num.1. tit.5.lib.3.nouæ Recopil. Menoch. de arbitr. casu 56. n. 11. & casu 231. n.19. & cons.54.num.17. Nicol. Garc.d. cap.4. n.3. Stephan. Gratian. discept. forens. tom.5. cap.880. num.1.3.& 5. Barthol. à S.Fausto in thesauro Religiosorum, lib.5.q.10. & sæpissimè fuit dictum in Rot.& signanter coram *Puteo decis.392.* aliàs *382.num.2. lib.1.in correctis,& decis. 333. sub num.1. apud Farin. p.1. recent. & decis. 87. num.1. & decis.454. num.3.* apud eundem, *p. 2. recent.*& coram *Greg. XV. decis.87.num.2.*vbi *adden. num.13. &* 14.nouissimè in Egitanien.Commendæ 8. Iunij 1626. coram R. P. D. Merlinc ; Quamuis *Abb. in rub. de Regular.num.4.* dicat quod largo modo sunt Religiosi, & *Mandos. ad reg.3. Cancel. q.12. num.3.* asserat quod non dicuntur propriè Religiosi.

8 Ex quibus iam primò deducitur quod si quis vouerit absolutè ingredi Religionem, satisfaciet ingrediendo dictam Religionem S. Ioannis Hierosolymitani, non ita aliàs Militares, quæ Matrimonium contrahere permittunt, vt resoluunt *Aragon. 2. 2. q.88. art.11. pag.738. ad vlt.argumentum, Azor. instit.moral. p.1. lib.13.cap.3.q.3. Sayr.in claus. Regia, lib.6. cap.7.n.10.*

9 Secundò deducitur Matrimonium ratum dissolui posse per professionem in Religione S. Ioannis Hierosolymitani,non ita in aliis Militaribus Christi, S. Iacobi, & similibus, vt tenent *Nau. cons.3.* aliàs *2. in nouis, de conuers. coniug.* post *Cou. Sot. & alios, Azor. d. cap. 3. quæst.2. Henriq. in sum. lib.11. cap.8. §.6. D. Barbos. in rub. ff. soluto matrim. part.2. num.82.* latè *Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 18. per totam.*

10 Tertiò deducitur eosdem Milites S. Ioannis comprehendi decreto, *Concilij Trident. sess.25.de Regularib. cap.15.* statuente circa professionem in Religionem non emittendam ante decimum sextum ætatis, neque ante expletum probationis annum,vt resoluunt *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.6.q.2. num.120. Armendariz in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.2. tit.18. l.7. de Religion. num.16. Fr. Barthol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis, disp.11. dub.2. num.4.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.3. alleg.101.num.8.* quo quidem decreto alij Equites Militares non comprehendi firmant, *Flamin. Paris.d.q.2.num.117. cum seqq. Azor. d. p.1. lib.13. cap.4. q.2. Card. Seraphin. decis.121.num.2.* quæ etiam reperitur impressa *part.1. diuers. decis. 591. Ludou. Beja respons. casuum Conscientiæ,p.4. casu 28. Armendar. dicto loco,num.7. Gonzal. ad reg.8. Cancel.glos.8. à num.61. Sanch. de Matrimon. lib.7. disp.44.num.8. & in præcepta Decalogi, lib.5. cap.4.num.17. Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. lib.5.quæst.169. Fr. Barthol. de Vecchis d. dub.2.num.4.* Ego ipse *d. alleg.101.num.5.*Quamuis huiusmodi Equites Militares comprehendi præfata Concilij Trident. dispositione existimet *Fr. Emman. in sum. tom.2. cap.8.concl.1.num.2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap.363.num.27. D. Hieron. Venero & Leyna in Examine Episcop. lib.6. cap.15. num.7.*

11 Quartò deducitur sub decreto *Concilij Trident. sess.6. de reformat. cap.3.* dum disponit Ordinarios tanquam Sedis Apost. delegatos punire posse, & corrigere quemcunque clericum sæcularem,& Regulares extra monasterium degentes,& delinquentes, non obstantibus quibuscunque sui Ordinis priuilegiis, comprehendi debuisse si verborum rigorem inspiciamus Religiosos Hierosolymitanos,quia verè Religiosi sunt vt diximus, nec posse se iuuare priuilegio exemptionis, licèt enim per illud eximantur à potestate Ordinaria,non tamen à potestate Papæ sunt exempti, cuius mandato, & auctoritate hoc casu procedunt Ordinarij, *iuxta reg. l.1.§. qui mandatam, ff. de officio eius,*atque ita quemadmodum isti dicere non possunt offendi suum priuilegium exemptionis si Papa contra eos processerit,ita nec contra eandem exemptionem facit Ordinarius procedens tanquam Apost. Sedis delegatus; quare ita resoluunt *Nau. cons.21. in antiq.* aliàs *cons.12. in nouis, sub tit. de Regularib.Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis.26. Fr. Emman. quæst. Regular. tom.2. quæst.2. art.4. & q.63. art.7. vers. quinto, Azor.instit. moral. p.1. lib.13. cap.4. quæst.3. Aloys. Ricc.in collect. decis. p.3. collect. 503. vers. amplia primò, & in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p.4. decis. 231. n.3. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub.12. cap.13. num.22.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part.3. alleg.105. num.15.*

12 Quintò deducitur sub decreto, *Concilij Trident. sess.25. de Regularib. cap.11.* disponente personas Regulares exercentes animarum curam personarum sæcularium in monasteriis, quibus imminet, quoad ipsam curam, & administrationem Sacramentorum subesse iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diœcesi sita sunt, comprehendi Ecclesias Militum S. Ioannis Hierosolymitani, vt tradunt *Piasec.in praxi Episcop.p.2.cap.3. num.46. Erasm. à Cochier de iurisdict. Ordin. in exemptos, p.2.quæst.45. num.11. Aloys. Ricc.in praxi aurea, resol.176. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi, cap.20. §.4. num.2.* Ego ipse *in simili tract. part.3. alleg.74. num.26.*

13 Sextò deducitur sub decreto *Concilij Trident. sess. 25. de Regularib. cap.19.* disponentis circa Regulares prætendentes se per vim, aut metum ingressos esse Religionem, comprehendi huiusmodi Hierosolymitanos Milites, vt decisum refert *Armendar. in addition. ad recopilat. legum Nauarræ, lib.2. tit.18. l.7.de Religion.n.51.*

Septimò deducitur intellectus ad statutũ insignis, ac maioris Collegij S. Clementis Hispanorum Bononiæ, quo cauetur neminẽ posse esse Collegialem qui sit monachus, aut frater Religiosus; sed nec Canonicus quidem Regularis,aut omnino aliquam Religionem professus, vt comprehendat huiusmodi Hierosolymitanos Milites,iuxta ea,quæ suprà resoluimus, & quæ latè in casu occurrenti consuluit D. Antonius de Fuertes nobilis Angonensis, & eiusdem Collegij Sodalis, qui multa pro suæ opinionis corroboratione scitis eleganter & eruditè adducit in suo consilio nuper Bononiæ impresso.

14 RELIGIOSORVM appellatione propriè & simpliciter non continentur donati, hi enim licèt emittant tria Religionis substantialia vota in aliquibus Congregationibus, non tamen profitentur aliorum Religiosorum regulam, sed aliam longè diuersam, nec emittunt prædicta vota in Religione pro Religione approbata, sed tantummodo pro bono modo viuendi, vt scilicet inseruiant aliis verè & propriè Religiosis, vt per *Fr. Emman. quæst. Regular.tom.3.q.21. art.1. Fr. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 5. quæst. 7.* vbi tamen *q. seq.* resoluit huiusmodi donatos esse personas ecclesiasticas, & gaudere fori,& Canonis priuilegio.

15 RELIGIOSORVM appellatione verè & propriè veniunt conuersi; hi enim licèt vulgò dicantur fratres laici, id non prouenit ex eo quod Religiosi & ecclesiasticæ personæ non sint, cùm emittant tria substantialia vota, paupertatis scilicet,

castitatis, & obedientiæ, sicut alij, sed quia initiati non sunt, & Ordinibus carent, & clerici non fiunt, sicut alij Monachi & Religiosi; quare ita docent *Fr. Ludou. Miranda in man. Prælator. tom. 1. quæst. 29. art. 1. concl. 1. & art. 3. Carol. de Grassis de effectib. clerical. effectu 1. num. 96. Peregr. vari. lib. 6. num. 70. Flores de Mena vari. lib. 2. quæst. 21. num. 194. & 195. Nicol. Garc. d. cap 4. num. 11.* & alij citati per me de officio & potestate Episcopi, *p. 2. alleg. 12. n. 38. Barth. à S. Fausto d. lib 5. q. 6.*

16 RELIGIOSORVM appellatione venit nouitius in fauorabilibus, *glos. verbo Religiosus in Clement. 1. de electione*, & multis comprobant *Coriolan. de casibus referu. p. 1. sect. 3. art. 18. num. 3. Barthol. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis, disp. 9. dub. 26. num. 1.* vbi *secus quoad odia*, & latiùs *disp. 11. dub. 10.* per totum, vbi *num. 2. ex Rebuff. asserit Cancellariam Apost. vocare nouitium Monachum, Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 138. num. 3. Henriq. in sum. lib. 12. cap. 5. §. 3.* vbi

17 quod nouitius latè dicitur Religiosus, vnde percutiens nouitium est excommunicatus, sicut percutiens professum, vt resoluunt plures citati à *Cened. ad Decretum, collect. 24. n. 12. quibus addo Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. q. 21. art. 4. Bobadil. in sua politica, lib. 2. cap. 18. n. 88. Ægid. de Coninck de Sacrament. & cons. tom. 2. disp. 14. dub. 15. num. 164. Farinac. in praxi crimin. p. 1. quæst. 8. num. 16. Carol. de Grassis de effectib. clerical. effectu 9. num. 82. Azor. institut. moral. p. 1. lib. 12. cap. 3. q. 2. Coriolan. de casibus reseruat. p. 2. cap. 10. de iudic. Regular. §. 10. num. 19. pag. mihi 803.* vbi ampliat quamuis sit nouitius vnius diei, *Barthol.*

18 *de Vecchis d. disp. 11. dub. 10. sub num. 1.* Item nouitius priuilegio fori gaudet, vt non possit conueniri coram Iudice sæculari, *Brunor. à Sole in locis communib. verbo nouitius, Galet. in margarita casuum Conscientiæ verbo Nouitius 2. Mart. de iurisdict. p. 4. casu 121. num. 24. Curi. Philip. p. 3. §. 1. num. 12. Sayr. in floribus decis. lib. 2. tit. 2. decis. 3. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. q. 51. art. 12. Azor. d. p. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 2. Ceuall. commun. contra communes, tom. 4. quæst. 897. num. 1026. Gutier. de gabell. quæst. 95. n. 22. cum seqq. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12. c. 3. n. 27. Fr. Barthol. de Vecchis d. tract. disp. 11. dub. 12.*

19 Et immunis est à gabellarum solutione, vt scribunt *Bertachin. de Gabellis, p. 7. princ. num. 56. Mart. de iurisdict. p. 4. casu 121. num. 24. Flores de Mena d. q. 21. num. 198.* & alij citati per *Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 16.* & per me *in collect. ad cap. aduersus 7. num. 11. de immun. Eccles.*

20 Et demum gaudet priuilegiis Religioni concessis, secundùm *Henriq. in sum. lib. 7. cap. 22. n. 7. Azor. d. p. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 10. ad fin. Sayr. de censur. lib. 7. cap. 13. num. 6. Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 4. cap. 39. num. 17. & tom. 2. lib. 6. cap. 10. in fine, Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 16. num. 17. in fine, Fr. Barthol. de Vecchis d. disp. 11. dub. 10. à num. 2. Contra Mandos. de priuileg. ad instar glos. 7. n. 34. & Fr. Emman. d. tom. 3. q. 51. art. vlt.*

21 Quoad odia verò nouitius non venit appellatione Religiosorum, quia neque verè, neque effectu

22 religiosus dici potest: non enim dicitur quis verè ingressus Religionem ante professionem, *Dec. in cap. in præsentia, num. 20. de probat. Cened. practic. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 6. num. 17. Pereg. vari. lib. 6. num. 69. Benedict. Ægid. in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 4. §. 2. num. 19. in princ.* quia verbum, *Religiosus*, etsi generale sit, includit tamen omnem pro-

23 fessum, vt dicit glos. verbo Religiosus, *in Clem. Religiosus, de procuratorib.* tum quia habitus non facit monachum, sed professio, & vita Regularis, *cap. ex parte de Regular. cap. quia ingredientibus, de testament.* cum aliis per me citatis, *Axiom. 109. num. 1.* tum quia non appellatur monachus, nec efficitur de 24
corpore monasterij ante professionem, *cap. porrectum, de Regularib. Barbat. in d. cap. in præsentia, n. 56. Socin. Iun. cons. 48. num. 21. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 85. à num. 32. lib. 1. Magon. Florent. decis. 141. num. 2. Fab. Turret. cons. 5. per tot. vol. 3. Surd. decis. 303. num. 2. Pascal. de viribus patriæ potestatis, cap. 3. num. 81.* tum denique quia non efficitur Religiosus, sed an- 25
te professionem remanet laicus, *cap. non solùm cap. constitutionem, de Regularib. in 6. cap. Religioso, de sentent. excom. eodem lib. Bero. in d. cap. in præsentia, num. 552. Magon. Florent. decis. 141. num. 1. cum seqq. Honded. cons. 94. à num. 3. vol. 1.* Et ideo illi non interdicitur officium aduocati, aut procuratoris, sicuti post multos docet *Sanch. in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 13. num. 2.*

Vnde nouitium non adstringi præceptis & sta- 26
tutis Religionis, & eius superiorum, tenent *Azor. d. quæst. 10. Henriq. d. lib. 7. cap. 22. §. 7. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 21. art. vlt.* & alij quos refert, & sequitur *Sanch. d. lib. 6. cap. 10. n. 7.* Contra *Salmient. lib. 2. selectar. cap. 5. num. 9. vers. ex supradictis*, & ideò minimè tenetur vt professus perfolue- 27
re diuinum officium, *cap. fin. vers. deputatus, 91. dist. Barthol. à S. Fausto in thesauro Religios. lib. 6. quæst. 169.* nec interesse cum professis in Capitulo, *cap. ex eo,* 28
de elect. lib. 6. Coriolan. de casibus reseruat. p. 1. sect. 3. art. 18. num. 4. ideo nullam habet vocem nec actiuam nec passiuam, *Isid. Moscon. de maiest. milit. Eccles. lib. 1. p. 4. cap. 2. pag. 532. vers. nec conceditur.* Nec 29
subiicitur casibus Religionis reseruatis, secundùm *Azor. d. quæst. 10. Fr. Emman. d. tom. 1. quæst. 21. art. 11. Fr. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 2. quæst. 34. art. 16. Barthol. à S. Fausto*, vbi *sup. lib. 5. quæst. 203. Coriolan. d. art. 18. per totum*, imò *Homoben. de casibus reseruatis, p. 1. cap. 2. fol. mihi 44.* existimat nouitium reseruatione ab Episcopo facta includi, ab eóque absolui debere.

Reliquæ.

APPELL. CCXXXIV.

RELIQVORVM appellatione non solùm pro- 1
priè venit pars restans, vt *in l. is, qui, §. hoc interdictum*, ibi, *reliquum opus, ff. quod vi, aut clam, l. si Stichum*, ibi, *reliqua debetur, ff. de verb. obligat. l. Æmilius*, ibi, *reliqui pretij partem*, & ibi, *reliquum pretium, ff. de minorib. cum similibus*: sed etiam totum, *l. potest. 95. ff. de verb. signif.* vbi latè *Rebuff. pag. 409. & seq.* limitans tamen in materia odiosa, & quando nihil restaret. Vnde absolutio facta à reliquorum restitutione censetur facta de omnibus, secundùm *Alex. cons. 47. Circa, num. 13. vers. denique, lib. 1.* quam refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 6. lit. R, conclus. 255. num. 17.*

SVMMARIVM.

1. *Rei appellatione propriè venit omnis res.*
2. *Hæreditas,*
3. *Facta,*
4. *Pecunia,*
5. *Serui,*
6. *Farina, & vinum,*
7. *Fructus,*

} *Rei appellatione continentur.*

8 *Rei appellatione continetur pars.*

9 *Iura & actiones veniunt Rerum appellatione.*

10 *Rerum monasterij appellatione comprehenduntur etiam homines, & personæ monasterij.*

Res.

APPELL. CCXXXV.

1 REI appellatione propriè venit omnis res, *l. si quis cum totum, in princ. ff. de except. rei iudic. l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrog. action. l. de pupillo, §. qui nunciat, ff. de noui oper. nunciat. Ruin. cons.* 80. Pro clara, *num.* 4. *lib.* 2. *Guillelm. Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienan. in rub. quæ veniant appellatione rei, Mozz. de contract. lib. tract. de empt. tit. quæ veniant appellatione rei, §. Deuenio, Surd. decis.* 263. *num.* 3. *& cons.* 471. *num.* 22. *Cæsar. Barz. Bononien. decis.* 5. *num.* 36. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 8. *lit. V, concl.* 104. *num.* 1. Siue sit fundus, siue domus, siue possessio de tota intelligitur, *Alex. cons.* 195. *Perspectis, in princ. lib.* 6. *Card. Tusch. d. lit. V, concl.* 104. *num.* 6.

2 Hæreditas igitur venit Rei appellatione, *l. nam quod, §. fin. cum l. seq. ff. ad Trebell. l. licèt*, vbi *Ias. n.* 13. *C. de pactis, Rebuff. ad l. Rei appellatio* 5. *ff. de verb. signif. vers. secundo, in fine, pag.* 42.

3 Facta quoque continentur, *glos. verbo rei, in §.* 1. *Instit. de obligat. Rebuff.* vbi suprà vers. quarto latior; & Thesaurus intelligitur, *l. peregrè*, & ibi *glos. ff. de acquir. posses.* citato loco in *vers. thesaurus, pag.* 42. *in fine.*

4 Pecunia etiam includitur rei appellatione, *Alex. d. cons.* 185. *num.* 26. *lib.* 2. *Cardin. Tusch. d. lit. V, concl.* 104. *num.* 5.

5 Serui quoque comprehenduntur, *l. omnia, §. cum ita*, vbi *Bald. ff. de legat.* 2. *Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num.* 323. *& seq. C. de reuocand. donat. Rebuff.* vbi *suprà vers. quinto, pag.* 43. *in princip.* vbi quod etiam homines liberi veniunt, *Surd. cons.* 470. *num.* 5.

6 Farina, vinum, & similia veniunt, secundùm *Menoch. consil.* 1061. *n.* 37.

7 Fructus etiam continentur, *d. l. rei appellatione, l. rem, ff. de acquirendo rerum domin. Mari. Antonin. var. resolut. lib.* 1. *resol.* 48. *n.* 9.

8 REI appellatione continetur pars, siue agatur affirmatiuè, siue negatiuè, ita *Bart. per tex.* ibi, *in l. ait Prætor, vers. eius, num.* 1. *ff. de iureiur. Rebuff. ad l. appellatione rei* 72. *propè fin. vers. vltimo fallit, ff. de verb. signif. pag.* 351. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 792. *num.* 6. *&* 7. Secus verò in odiosis, *Magon. Florent. decis.* 19. *n.* 4.

9 RERVM appellatione veniunt iura & actiones, *l. rei appellatione* 23. *l. bonorum* 49. *§. de verb. signif. Beroi. cons.* 161. *num.* 20. *vol.* 3. *Alex. cons.* 185. *Viso, num.* 26. *vers. & licèt, lib.* 2. *Rebuff. ad d. l. rei appellatio, verbo latior, vers. tertio, pag.* 42. *Surd. cons.* 470. *n.* 4. *Pinel. in rub. C. de bonis mater. p.* 1. *n.* 5. *Card. Tusch. d. tom.* 8. *lit. V, concl.* 104. *num.* 3. *Mari. Antonin. vari. resolut. lib.* 2. *resol.* 57. *num.* 69. *Hieron. Fernandez de Ottero Roman. lucubrat. disp.* 1. *num.* 27. Et tam mobilia quam immobilia continentur, *Menoch. cons.* 758. *num.* 14.

10 RERVM monasterij appellatione comprehenduntur etiam homines, & personæ monasterij, *l.* 1. *§. quædam, ff. de rerum diuis. Calderin. cons.* 554. aliàs 9. *de verbor. significat. Card. Tusch. d. lit. V, concl.* 104. *n.* 7.

Residuum.

APPELL. CCXXXVI.

1 RESIDVI appellatione venit totum quod supereſt, *l. cæterorum*, & ibi *Alciat. ff. de verb. signif. l. quamquam, C. de testam. mil. Alex. cons.* 26. *num.* 2. *lib.* 4. *Bero. cons.* 119. *num.* 13. *lib.* 2. *Zabarel. cons.* 68. *in princip. Bertrand. cons.* 298. *num.* 3. *vol.* 2. *Castren. cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 1. *Ceis. Vgo, cons.* 1. *num.* 52. *idem Alex. cons.* 130. *num.* 7. *lib.* 2. vbi quod potest importare totum, quando non potest applicari parti, *Roman. sing.* 15. *Peregr. de fideicom. art.* 9. *num.* 6. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 6. *lit. R, concl.* 255. *num.* 9. *cum seqq. Afflict. decis.* 285. *num.* 1. *Fusar. de substitut. quæst.* 652. *n.* 9. *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. *&* 4. *& tom.* 4. *cap.* 716. *num.* 22. *&* 23. Vide quæ dixi, *in tract. de dictionib. vsufrequent. dict.* 348.

Resignatio.

APPELL. CCXXXVII.

1 RESIGNATIONIS appellatione permutatio includitur, vt per *Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol.* 128. *num.* 1. *Flamin. de resignat. benefic. lib.* 12. *q.* 5. *num.* 19. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 14. *num.* 42. nam omnis dispositio loquens de resignatione includit in se regulariter resignantem ex causa permutationis, ex eo quod permutatio est vera resignatio, *Rot. decis.* 16. *num.* 3. *cum seq. de rerum permut. in antiq. Gom. in reg. de publicand. glos.* 3. *num.* 2. vbi tenet quod regula de publicandis locum habet in resignatione ex causa permutationis, habet enim permutatio in ventre resignationem in fauorem permutantium, ita vt permutatio nihil aliud sit nisi quædam reciproca resignatio, quæ ad inuicem inter permutantes fit, *cap. vnic. de rerum permut. lib.* 6. *Clem.* 1. *eodem tit. Cassad. decis.* 1. *num.* 2. *de rerum permut. Flamin. d. tract. lib.* 11. *q.* 5. *n.* 19. *cum seqq. & de confident. q.* 25. *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes veniunt vbi vocati sunt illi de sanguine.*

2 *Agnati, non autem cognati secundùm communem vsum loquendi, dicuntur esse de sanguine.*

3 *Natus de sanguine alicuius loci, dicitur tam natus ex patre quam ex sola matre de tali loco.*

4 *Fœminæ veniunt sanguinis appellatione.*

Sanguis.

APPELL. CCXXXVIII.

1 SANGVINIS appellatione, vbi vocati sunt illi de sanguine, veniunt descendentes, vt scribit *Fusar. de substitut. q.* 331. *num.* 1. referens se ad dicta in suo *cons.* 49. Præterea de sanguine dicuntur esse illi, qui sunt de genere, & sic soli agnati, non autem cognati secundùm communem vsum loquendi, *Alciat. in l. pronunciatio in verbo agnatus, ad fin. ff. de verbor. signif. Sim. de Prettis de interpr. vltim. volunt. fol.* 289. *num.* 21. *in fine, Fusar. d. quæst.* 331. *num.* 2.

vbi

vbi *num.* 3. post *Peregr. de fidicom. art.* 22. *num.* 25. *in fine*, subdit quod si essemus in casibus, quod ex conjecturis etiam venirent cognati, præferendi essent
3 agnati cognatis. Statutum verò Vigleuani quod nullus possit esse de consilio nisi sit natus de sanguine Vigleuani, & habitauerit per decem annos, admittit tam natum ex patre, quàm ex sola matre de Vigleuano, quia dicitur de sanguine loci, siue ex patre, siue matre oriunda de Vigleuano, ita *Signorol. cons.* 196. *Cùm in terr.*, quem refert, *Card. Tusch. pract. conclus. tom.* 8. *lit. V, concl.* 206. *num. vnic.*

4 SANGVINIS appellatione veniunt fœminæ sicut veniunt appellatione consanguineorum, vt dixi sub appellatione Consanguinei.

SVMMARIVM.

1 *Descendentes in infinitum veniunt appellatione seminis.*
2 *Naturales veniunt appellatione seminis quando dispositio in legitimis, & naturalibus non potest verificari.*
3 *Transuersales veniunt appellatione seminis quando dispositio testatoris non poterat verificari in descendentibus.*

Semen.

APPELL. CCXXXIX.

1 SEMINIS appellatione veniunt descendentes in infinitum, *l.* 1. *C. de condition. insertis*, *Cephal. cons.* 664. *n.* 25. *Fusar. de substit. q.* 332. *n.* 1.

2 SEMINIS appellatione veniunt naturales quando dispositio in legitimis & naturalibus non potest verificari, *Surd. cons.* 276. *num.* 6. vbi *num.* 16. *cum seqq.* declarat non procedere quando ex conjecturis constaret de contraria voluntate testatoris, prout eum refert *Fusar. d. q.* 332. *n.* 2.

3 SEMINIS appellatione transuersales veniunt, quando dispositio non poterat verificari in descendentibus, vt scribit *Surd. d. consil.* 279. *num.* 12. *vers. secundo respondeo*, quem citat *Fusar. d. quæst.* 332. *num.* 3.

Securitas.

APPELL. CCXL.

1 SECVRITATIS appellatione quæ veniãt, latè tradunt *Ias. in l.* 1. *ff. qui satisdare cog. Bald. cons.* 462. Super eo quod quæritur, *per tot. lib.* 3. *Franc. Becc. cons.* 1. *num.* 3. *in fine, & n.* 4. 16. *& 26. Surd. decis.* 320. *num.* 10. *Stephan. Gratian. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 54. *num.* 12. *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. S, concl.* 95. *per totam*, vbi regulam firmat cum declarationibus, & restrictionibus.

SVMMARIVM.

1 *Solutio venit satisfactionis appellatione.*
2 *Satisfactio importat vicem solutionis.*
3 *Creditori dicitur satisfactum quomodocunque debitum exigatur.*
4 *Satisfactionis verbum significat aliquando satisfactorum in pecunia ratione adiuncti.*
5 *Cautio idonea de soluendo venit etiam appellatione satisfactionis.*

Satisfactio.

APPELL. CCXLI.

SATISFACTIONIS appellatione venit solutio, sicuti docent *Angel. Aret. cons.* 122. *num.* 5. quem refert, *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. S, concl.* 45. *n.* 4. Satisfactio enim importat vicem solu- 2
tionis, *l. item liberatur*, §. 1. & ibi *Bart. ff. quibus modis pignus. vel hypoth. Angel. Aret. d. cons.* 122. *num.* 2. *Rebuff. de satisdationis appellatione* 61. *vers. satisfacere, ff. de verbor. significat. pag. mihi* 312. *in fine*, quia quo- 3
modocunque debitum exigatur dicitur creditori satisfactum, secundùm *Surd. cons.* 166. *n.* 26.

Aliquando importat satisfactionem in pecunia 4
ratione adiuncti, veluti si dicatur quod est satisfactus de paghis decursis, vt per *Angel. Aret. d. cons.* 122. *n.* 4. *&* 5. quem refert, *Card. Tusch. d. concl.* 45. *n.* 3.

SATISFACTIONIS appellatione venit etiam cau- 5
tio idonea de soluendo, *l.* 4. §. *condemnatum, ff. de re iudic.* licèt enim satisfactio propriè importet solutionem quocunque modo per quam sequitur liberatio, vt suprà dixi, quandoque tamen idoneam cautionem, videlicet fideiussoriam denotat, vt ex *Ias. in l.* 1. *in princip. ff. qui satisdare cog. colligit Cardin. Tusch. d. lit. S, concl.* 40. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ appellatione in dubio venit diffinitiua.*
2 *Sententiæ appellatione non continetur interlocutoria, & referuntur fundamenta pro hac parte*, num. 3.
4 *Contrarium verius, vt numeris seqq.*
5 *Declaratur* Clem. 1. de sequest. poss.
6 *Sententiæ appellatione venit tam interlocutoria vim diffinitiuæ habens, quam illa, quæ simpliciter, & merè talis dicitur.*
7 *Præcipuè quando eadem, vel maior ratio sit in interlocutoria, quæ est in diffinitiua, vel quando materia est indifferens.*
8 *Arbitri alij Iuris, alij compromissarij sunt, & qui tales dicantur ostenditur.*
9 *Arbitri Iuris propriè, & verè Iudices sunt, non ita compromissarij.*
10 *Arbitri Iuris veram proferunt sententiam, quæ sententiæ appellatione continetur.*
11 *Arbitri compromissarij sententiam non proferunt, sed quoddam arbitramentum, quod sententiæ appellatione non venit.*
12 *Declaratur* tex. in l. quid ergo 13. §. cùm autem, ff. de his qui notantur infam.

Sententia.

APPELL. CCXLII.

SENTENTIÆ appellatione in dubio venit dif- 1
finitiua, sicuti docent *Felin. in rub. de sent. & re iudi.. Soci. cons.* 39. *Capio, col.* 2. *vers. præterea, vol.* 4. *Alex. cons.* 50. *Visis actis, n.* 2. *lib.* 2. vbi extendit maximè in statuto contra Ius commune, *Cou. pract. c.* 25. *n.* 3. *vers. quinto, Mich. Graff. tom.* 2. *communium opin. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 31. *pag.* 244. *Pute. decis.* 266. *n.* 3. *lib.* 2. *in correctis, Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. S, concl.* 106. *n.* 10. *& concl.* 180. *n.* 4. *& 5. Sigism. Scacc. de appellation. q.* 17. *limit.* 6. *n.* 7. *& 30.*

2 SENTENTIÆ appellatione non contineri interlocutoriam, quasi non sit propriè sententia, videtur sentire *glos. verbo diffinitiua, in princip. in Clem. 1. de sequest. possess.* idem in effectu dicit *glos. verbo sententia, in l. 1. §. biduum, ff. quando appell. glos. verbo sententia, per tex.* ibi, *in cap. cùm olim, de testib.* obseruant plures, vt per *Ias. in rub. ff. de re iudic.* vbi *Ripa, num. 2. Felin. num. 7. in rub. de sentent. & re iudic. Hippol. in §. fin. num. 31. Inst. quibus alienare licet,* refert alios *Menoch. remed. 8. recuper. n. 84.*

3 Pro qua sententia facit primò *tex. in d. Clem. 1.* vbi agens de sententia post cuius prolationem dicit sequestrationem esse faciendam, expressit solam diffinitiuam, quasi sentiens illam solam sententiam appellari, & propriè talem censeri. Secundò facit *tex. in l. post sententiam 9. in fine,* ibi, *neque causam vllam,* &c. *C. de sentent. & interlocut.* Tertiò facit, *l. quod iussit 14.* ibi, *secus in sententiis, ff. de re iudic.* vbi Ireconsc. in principio agens de interlocutoria, postea in verbo *secus*, quo vtitur, diuersitatem constituit in sententiis; sic planè significans appellatione sententiæ interlocutoriam non contineri. Quartò facit rubrica, *C. de sentent. & interlocut.* vbi particula, *&*, solet diuersa ex natura sua colligare, iuxta doctrinam *glos. receptæ in rub. ff. de iuris & facti scient.* cum aliis per me adductis *sup. dict. 110.* ac proinde cùm in illa rub. interlocutoria, & sententia diuersitatem habeant vtique videtur dicendum sententiam, & interlocutoriam non esse idem, neque vnius appellatione alteram contineri. Quintò & vltimò facit, quia de substantia sententiæ est ita determinare controuersias litigantium, vt eisdem per illam finis imponatur, saltem quoad Iudicem, *arg. tex. in l. 1. ff. de re iudic.* ibi, finem accipit, & *cap. 2. eod. tit.* ibi, *iurgantium controuersias terminare,* qui quidem finis per interlocutoriam non imponitur, adhuc enim apud eosdem litigantes contentio datur, & ipse Iudex prædictam interlocutoriam reuocare potest, vt probat *tex. in d. l. quod iussit, & in cap. cùm cessante, de appellation.*

4 Contrariam tamen sententiam tenuit *glos. verbo sententias, in Clem. 1. de re iudic.* & verbo, *noui Iuris in l. 1. ff. quod quisque Iuris, & verbo sententia, in §. pen. Instit.* quibus alienare, & in *l. meminerim, C. vnde vi, Abb. in cap. causam Matrimonij, num. 6. de offic. deleg. Ias. in d. rub. ff. de re iudic. num. 14. Felin. in d. rub. num. 7. Sylvest. in sum. verbo sententia, num. 3. Ludou. Gom. in cap. 2. §. statuto, à n. 11. de constit. lib. 6. Valasc. cons. 47. à num. 1. Cabed. Lusit. decis. 16. num. 8. p. 1. & est communis.*

5 Ad cuius probationem vltrà *tex. in d. Clem. 1. vers. similiter, de re iudic.* facit primò, & retorquetur *d. Clem. 1. de sequest. possess.* vbi agitur de sententia prolata super possessione, patet ibi, *contra possessorem,* & ibi, *possessorio promulgata,* &c. quam quidem sententiam constat propriè esse interlocutoriam, quamuis in illo tex. diffinitiua appelletur, propterea quod habet vim diffinitiuæ, vt latiùs oftendam in collectan. ad eandem *Clem. sub glos. verbo possessorio.* Secundò facit, quia sententia propriè talis dicitur, quæ continet Iudicis pronunciationem determinantem controuersias litigantium, qualem pronunciationem dicitur habet interlocutoria, licèt enim per illam Iudex non tollat, neque determinet controuersiam in causa principali, nihilominus tamen aliquam determinat super aliquo articulo eiusdem causæ principalis. Tertiò facit, quia sententia, quæ propriè talis est, diuiditur in diffinitiuam, & interlocutoriam, tanquam genus in proprias suas species, cuius diuisionis meminit *glos. verbo diffinitiua, in cap. ei qui, §. diffinitiua 2. q. 6. glos. vlt. in l. qui restituere, ff. de rei vind. & verbo diffinitiua, in d. Clem. vnic. de sequest. possess. ff.* cum aliis adductis per *Marant. de ordine iudic. 6. p. cap. de sententia a num. 23.* vnde necessariò dicendum est, quod sicut diffinitiua, ita etiam interlocutoria verè & propriè est sententia, siquidem species sub aliquo genere existentes sicut sub illo continentur, ita verè, & propriè de illo prædicantur, *arg. tex. in l. si quid 45. §. inter, ff. de legat. 3.*

Qua quidem opinione retenta eam absque dubio intelligendam esse existimo, tam in interlocutoria vim diffinitiuæ sententiæ habente, quàm in illa, quæ simpliciter & merè talis dicitur, patet si expendatur in quacunque dispositione, etiam odiosa, verbo *proprietatem*, considerari iuxta *reg. tex. in l. cùm lege 26. ff. de testam. & in l. 1. §. quod autem ff. de aleæ lusu,* ac proinde cum vtraque interlocutoria in sua substantia sententia propriè sit ex adductis per Lancelot. *lib. 3. Instit. Iuris Canon. tit. de sent. in princ.* vtique dicendum est appellatione sententiæ vtramque interlocutoriam comprehendi, & contineri in dubio, nisi defectus intentionis in disponente colligatur; illo enim interueniente cessat consideratio proprietatis, ne aliàs vltra intentionem disponentis actus, seu dispositio operetur contra *reg. tex. in l. non omnis 19. ff. si certum pet.* Colligitur autem defectus intentionis ex verbis, quæ præcedunt, aut subsequuntur, ex materia subiecta, aut alia coniectura sufficienti propter quam aliquando sola diffinitiua, intelligatur, prout in *d. l. quod iussit*, aliquando verò etiam interlocutoria comprehenditur, & sic cessant plura fundamenta quæ pro prima retulimus opinione. 6

Ex quibus colligitur sine dubio appellatione sententiæ venire tam diffinitiuam, quàm interlocutoriam quamcunque, vbi eadem, vel maior ratio est in interlocutoria, quæ est in diffinitiua, vel quando materia est indifferens, quæ ita conuenit interlocutoriæ, sicut diffinitiuæ, prout optimè docent *Alex. cons. 50. Visis actis, num. 12. & seq. vers. item respondeo, lib. 2. & cons. 171. Visis, num. 6. vers. quinimò, lib. 7.* vbi extendit etiam in materia stricta, *Pute. decis. 266. n. 5. lib. 2. in correctis,* vbi ampliat etiam in materia exorbitanti fauorabili, *Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 106. n. 7. & concl. 180. num. 6.* 7

SENTENTIÆ appellatione an veniat laudum arbitri, solet in præsenti materia ab aliquibus in dubium reuocari, pro cuius resolutione sciendum est quod arbitri in duplici sunt differentia; alij enim tales sunt qui data necessitate, & auctoritate Iuris à partibus eliguntur, & dicuntur arbitri Iuris, quasi à Iure constituti, & ordinati. Alij verò sunt in quos non interueniente prædicta necessitate, seu forma Iuris, sed sponte, & liberi compromittunt, & arbitri compromissarij appellantur, de prioribus agunt multa Iura; prout est tex. *in l. apertissimi, C. de iudic. & in cap. suspitionis, de offic. delegati, & in cap. cum speciali, in princ. de appellat. & in cap. ab arbitris, de offic. deleg. lib. 6.* de posterioribus, *tractat. l. 1. & per totum, ff. de arbitr. & in cap. 1. cùm multis, ibidem, eod. tit.* Inter hos autem illa datur differentia quod priores propriè & verè Iudices sunt, & vti tales Iuris ordinem seruare tenentur. Probatur ratione etenim cum Iudex dictus quasi Ius dicens, vt probat tex. *in cap. fores, de verb. signif.* verè & propriè sit ille, qui tanquam Reip. minister, & tanquã fungens publica potestate ad ius dicendum habet iurisdictionem, sine qua nemo ius dicere censetur, probat *tex. in l. 1. ff. si quis ius dicenti, & in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud.* & arbitri 8 9

Iuris

Iuris ab eodem Iure deputati ministri, & fulgentes prædicta potestate, iurisdictionem si non Ordinariam, saltem delegatam censeantur habere, iuxta *tex. in l. & quia* 6. ibi, *nec ipsa lex defert, ff. de iurisd. omn. Iudic.* rectè fit tales arbitros verè & propriè Iudices esse, vt probat *tex. in d. l. apertissimi.* Contrarium verò dicendum est in posterioribus, cùm enim Iudices non possint esse illi, qui ex priuatorum conuentione celebrata eorundem ministri existentes aliquam non habent iurisdictionem iuxta tex. vbi *glos.* 1. *in l. notionem* 99. *ff. de verbor. significat.* & in *l. ait prætor* 5. *in princip.* ibi, *notionis nomine*, iuncta *glos.* ibi, verbo, *& habent, ff. de re iudic.* & arbitri, siue ad aliquod dubium Iuris decidendum, siue ad aliquod factum æstimandum, ex mera tamen conuentione partium constituti, iuxta *tex. in l. de sent. & re iud. & in cap.* 1. *de arbitr.* eorundem partium ministri existant, nullámque ex eo habeant iurisdictionem, iuxta *reg. tex. in l. priuatorum, C. de iurisd. omn. Iudic.* rectè fit vt omnes non dicantur esse Iudices, iuxta *tex. in l.* 1. *ff. de Iurisd. omn. Iud.* iuncta *decis. tex. in l.* 1. *ff. si quis ius dicenti*, idque manifestè probare videtur, *Iureconsl. in l. à diuo Pio* 15. *in princip. ff. de re iudic.* dum inter hos arbitros & Iudices distinctionem facit.

10 Qua præ habita distinctione supradictum dubium resoluendum venit, vt scilicet arbitri Iuris, qui verè Iudices sunt, veram proferant sententiam, quæ sententiæ appellatione contineatur, vt euincunt Iura suprà citata dum de illis actum fuit, & in specie comprobant *Rip. in l.* 1. *num.* 3. *& in l. furioso, n.* 7. *ff. de re iudic. Ioan. de Anan. cons.* 50. *num.* 7. *vers. circa verò secundum, Cardin. Tusch. d. lit. S, concl.* 106. *n.* 5.

11 Alij verò arbitri, qui comprom issarij appellantur, & Iudices non sunt, vt suprà probauimus, sententiam non proferunt, sed quoddam arbitramentum, quod sententiæ appellatione non continetur, cum potius accommodetur ad transactionem, vel contractum, quam ad iudicialia, ita *Abb. in cap.* 1. *n.* 2. *& in cap. cùm dilectus, num.* 3. *de arbitr. Innoc. in cap. Quintauallis, de iureiur. Felin. in rub. de sent. & re iud. num.* 7. *Ias. in l.* 1. *num.* 4. *ff. de re iudic. Rip. in rub. num.* 10. *ff. illo tit. & resp.* 44. *num.* 1. *Ioan. de Anan. cons.* 16. *in princ. & d. cons.* 50. *num.* 7. *vers. circa vero, Card. Tusch. d. lit. S, concl.* 106. *n.* 12.

12 Non obstat *tex. in l. quid ergo* 13. §. *cùm autem, vers. ex compromisso*, ibi, *quia non per omnia sententia est, ff. de his, qui notantur in fam.* ex quo colligunt *glos. verbo sententia, Bart. num.* 1. & alij ibi, sententiam arbitri non esse propriè sententiam, quia respondetur procedere in arbitris compromissariis, non verò in arbitris Iuris, cùm enim lex illa dicat arbitrorum pronunciationem non esse propriè sententiam, necessariò de arbitris compromissariis intelligenda est, non verò de arbitris Iuris, qui quidem à lege delegati Iudices sunt, & ab eadem lege iurisdictionem habent, vt probat *tex. in d. l. apertissimi*, ibi, quasi arbitri fuerint ab Imperiali culmine delegati. Nec refragantur illa de priuatorum consensu, quo arbitri Iuris similiter eligantur sicut compromissarij, satisfit enim si aduertas arbitros Iuris quantumcunque à partibus eligantur, non ab eisdem, sed potius à lege, cuius præcepto eliguntur, suam iudicandi potestatem suscipere, quæ potestas iudicandi à lege data, veluti à publica potestate procedens iurisdictionem importat, per quam arbitri Iuris, & Iudices, ac publici ministri constituuntur.

SVMMARIVM.

1 *Seruorum appellatione continentur ne dum proprij, sed etiam ij, quos bona fide possidemus, & etiam communes.*
2 *Seruorum meorum appellatione in legatis continentur tantùm, qui fuerunt tempore testamenti, nisi aliud comprehensum esset.*
3 *Seruorum suorum appellatione in legatis testatoris non continentur quos pignori acceperat.*
4 *Seruientium appellatione veniunt verè, & actualiter seruientes continuò.*
5 *Seruitorum appellatione veniunt etiam illi qui præsunt viridariis, & ea colunt.*
6 *Seruitorum appellatione venit etiam seruitor nobilis.*

Seruis, Seruientes, Seruitores.

APPELL. CCXLIII.

SERVORVM appellatione continentur ne dum proprij, sed & hi, quos bona fide possidemus, & etiam communes, *l.* 1. §. *potestatis, ff. de pecul.* & in quibus vsusfructus fuit alienus, *l. si quis seruos, ff. de legat.* 3. 1

SERVORVM meorum appellatione in legatis continentur tantùm qui fuerunt tempore testamenti, nisi aliud comprehensum esset, *l. si ita, ff. de auro & arg. leg. Ranchin. consl.* 56. *p.* 2. vbi dicit probationem pertinere ad legatarium quod essent tempore testamenti. 2

SERVORVM suorum appellatione in legatis testatoris non continentur quos pignori acceperat, id est, in credito habebat testator, *l. seruos,* §. *eos, ff. de legat.* 3. *l. legata,* §. *fin. ff. de supellect. legata*, vbi supellectili sua omni legata argentum pignori acceptum non continetur; Item nec continentur serui, quos testator habet venales, nisi euidens voluntas testatoris sit de his sensisse, *d. l. seruos, in fin. ff. de legat.* 3. *Paul. de Castro in l.* 1. *n.* 2. *C. de verb. signif.* 3

SERVIENTIVM appellatione veniunt verè & actualiter seruientes continuò, non ex arbitrio, quia isti non sunt simpliciter seruientes, *Ægid. Bellem. cons.* 6. *n.* 10. *& seq.* quem refert *Cardin. Tusch. pract. conclus. tom.* 8. *lit. V, conclus.* 92. *n.* 3. 4

SERVITORVM appellatione veniunt etiam illi, qui præsunt viridariis, & ea colunt, qui serui viridarij vulgò dicuntur, *Rebuff. in l. impensæ* 79. §. *voluptarias, col.* 2. *in princip. vers. vnde viridarios, ff. de verb. signif. Steph. Gratian. discept. forens. tom.* 3. *cap.* 533. *n.* 28. *per tex. in l. instrumenta, ff. de fundo instr.* 5

SERVITORVM appellatione venit etiam seruitor nobilis ex generali consuetudine Magnatum, qui tales solent penes se habere, *Seraph. decis.* 1409. *num.* 1. 6

SVMMARIVM.

1 *Filij, nepotes, & pronepotes, ac descendentes omnes continentur appellatione sobolis.*
2 *Fœminæ & descendentes ab eis veniunt appellatione sobolis.*
3 *Sobolis appellatione naturales quoque continentur.*

Soboles.

APPELL. CCXLIV.

1 SOBOLIS appellatione continentur non solùm filij, sed & nepotes, & pronepotes, & descendentes omnes, vt in *auth.* quibus modis naturales efficiantur sui, §. *si quis autem defunctus*, *Alex. in l. etiam filios*, *num.* 3. *ff. soluto matr. Brun. in tract. cession. bonor. q.* 26. *quarta princ. num.* 6. *Gironda de priuilegiorum, seu exempt. explicatione*, *num.* 1241. latè *Rustic. in l. cum auus*, *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 14. *ff. de condit. & demonstr. Fusar. de substit. q.* 334. *n.* 1.

2 SOBOLIS appellatione fœminæ & descendentes ab eis veniunt, *l.* 1 *ff. soluto matrim.* ibi, propter sobolem procreandam, *l.* 3. *C. de naturalib. liber. l. cum satis, in princ. & §. fin. C. de agricol. & cens. lib.* 11. *Laurent. de Pallat. super stat. quod stantibus masculis, n.* 192. *vers. nunc autem quæro*, *Rustic. d. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 15. *Fusar. d. q.* 334. *n.* 2.

3 SOBOLIS appellatione, licèt propriè veniant solùm nati ex iustis nuptiis, vt tangit *Rustic. citato loco*, tamen & naturales comprehenduntur, vt deduci videtur ex *tex. in l.* 2. *C. de infantib. expos.* dum ibi dicitur, sobolem alendam, non exponendam, intelligit ibidem glos. non solùm legitimam & naturalem, sed naturalem tantùm per *tex. in auth. licèt, C. de naturalib. liber.*

Solutio.

APPELL. CCXLV.

1 SOLVTIONIS appellatione venit satisfactio quocunque modo facta, per quam tollitur primæua obligatio, *l. prout quisque, & l. solutionis, ff. de solutionib. l. si rem. §. omnes, ff. de pignorat. act. Alex. cons.* 115. *num.* 1. *lib.* 7. *Abb. cons.* 24. *num.* 2. *vers. præsuppositio*, *lib.* 2. *Surd. cons.* 22. *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit. S, concl.* 341. *num.* 1. vbi *num.* 5. post *Alex. cons.* 95. *in fine*, *num.* 8. *lib.* 3. limitat quando adiicitur, pecuniæ, quia tunc restringitur ad solutionem in pecunia, *Coccin. decis.* 84. *n.* 6.

2 SOLVTIONIS appellatione non venit fideiussio, secundùm *Socin. Sen. cons.* 90. *n.* 22. *lib.* 4. *Tiraq. de retr. actu lig. §.* 3. *glos.* 3. *n.* 14. *cum seqq.*

Sponsa.

APPELL. CCXLVI.

1 SPONSÆ appellatione quoties de ea in aliqua lege, aut alia quauis parte fit mentio, venit sola de futuro, nisi aliud suadeat communis, ac frequens loquendi vsus, eiúsve intentio, qui legem condidit, aut contractum, vel testamentum fecit, ita docent *Paris. cons.* 62. *col.* 3. *vol.* 4. *Butr. in rub. de sponsalib. num.* 4. & ibi *Præpos. num.* 6. *Cou. de sponsalib. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 16. *in fine*, *Perez l.* 1. *vers. item apud, & vers. quæro vtrum, tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 4. *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disp.* 1. *num.* 2. *Seraphin. decis.* 519. *num.* 1.

2 Vnde vbi de sponsa, in dubio fit mentio censeri sponsalia, matrimonium verò vbi de vxore loquitur, asserit *Franc. Aretin. cons.* 13. *Viso diligenter, n.* 5. quem refert, *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 7. *lit.* 5. *concl.* 399. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Bona ecclesiasticarum personarum sine licentia Sedis Apostol. de eis disponentium,*
2 *Acquisita ob illicitam negotiationem,*
3 *Illegitimis relicta,*
4 *Vacantia,*
5 *Fructus ante litterarum Apost. expeditionem, aut aliàs malè percepti,*
6 *Bona Regularium extra claustrum decedentium,*
7 *Clericorum bona extra residentiam morientium,*
7 *Fructus beneficiorum Italiæ Sedi Apost. reseruatorum, vel affectorum dum vacant,*
} *Spoliorum appellatione continentur.*

9 *Ornamenta, & paramenta Ecclesiarum,*
10 *Supellectilia domestica,*
11 *Bona clericorum, qui beneficia, aut pensiones non excedentes summam ducatorum 30. habuerunt,*
} *Spoliorum appellatione non continentur.*

Spolia.

APPELL. CCXLVII.

SPOLIORVM ad R. Cameram Apost. spectantium nomine continentur bona ecclesiasticarum personarum, sine licentia Sedis Apost. de eis disponentium, iuxta *Constit.* 29. *& 46. Pauli III. in Bullario nouo Laërty Cherubini, tom.* 1. *pag.* 658 *& 686. ac Pij IV. constit.* 8. *in eod. Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 8. 1

Acquisita ob illicitam negotiationem veniunt spoliorum appellatione, iuxta *Constit.* 19. *Pij IV. in eod. Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 29. 2

Illegitimis relicta, & vacantia bona, nec non fructus ante litterarum Apostol. expeditionem, aut aliàs malè percepti, vt in *Constit. Sixti V. incip. In conferendis* 100. *in ordine in eodem Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 670. & in alia *Constit.* 14. *Pauli V. incip. Eminenti, in eodem Bullario nouo, tom.* 3. *pag.* 199. 3 4 5

Regularium bona extra claustra decedentium, veniunt quoque spoliorum appellatione, iuxta *Constit.* 43. *Gregorij XIII. in Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 411. 6

Clericorum bona extra residentiam morientium, spoliorum nomine veniunt, iuxta *Constitutionem* 91. *Pij IV. in eod. Bullario nouo, tom.* 2 *pag.* 132. 7

Fructus beneficiorum Italiæ Sedi Apostol. reseruatorum, vel affectorum dum vacant, spoliorum appellatione continentur, iuxta *Constitutionem* 32. *Pij IV. in eodem Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 46. 8

SPOLIORVM nomine ad R. Cameram Apost. spectantium non veniunt ornamenta & paramenta Ecclesiarum, nec supellectilia domestica, nec bona clericorum, qui beneficia, aut pensiones non excedentes summam ducatorum triginta habuerunt, ex *Constit. Pij V. incip. Romani Pont. prouidentia, sub Dat. Romæ Kalendis Septembris* 1567. *in eodem Bullario nouo, tom.* 2. *pag.* 238. 9 10 11

SVM

SVMMARIVM.

1 *Spurij appellatione lato sumpto vocabulo venit ille, qui patrem certum non habet, strictè verò qui natus est ex iis parentibus inter quos contrahere lex vetat.*

2 *Spurij in duplici sunt differentia.*

3 *Filij nati ex vxorato, & soluta ex damnato coitu procreati non sunt.*

4 *Filij nati ex consanguinea, vxorata, moniali, & clerico, dicuntur ex punibili & damnato coitu procreati.*

5 *Declaratur* text. in cap. quia circa, de bigamis.

6 *Filij simpliciter spurij matri non illustri sunt successibiles, & è contra non ita si ex damnato coitu sint procreati.*

7 *Naturalis vt quis dicatur, sufficit quod inter parentes potuerit esse Matrimonium tempore natiuitatis, licèt non ita tempore conceptionis.*

8 *Spurij appellatione in materia fauorabili venit spurius, etiamsi sit incestuosus, secus in odiosa.*

9 *Spuriorum appellatione lato sumpto vocabulo, veniunt omnes nati extra Matrimonium.*

Spurius.

APPELL. CCXLVIII.

1 SPVRII appellatione lato sumpto vocabulo venit ille, qui patrem certum non habet, *l. vulgò concep. i. ff. de statu homin. Alex. cons. 174. num. 5. lib.* 5. vbi quod non est coitus accusabilis, sed tamen non dicitur naturalis, sed spurius, refert *Card. Tusch. practic. conclus. 7. lit. S, concl. 409. num. 25. Ludou. de Sardis de legitimat. per Matrim. verum quæst. 8. num.* 21. strictè verò & propriè venit ille, qui natus est ex iis parentibus inter quos Matrimonium contrahere lex vetat, veluti ex consanguineis, aut vxoratis, vel solemni voto adstrictis, vt docent *Cou. de sponsa. lib. p. 2. cap. 8. §. 5. à princip. Mench. quæst. illustr. cap. 102. num. 7. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 10. num. 30. cum seq. Peregr. de iure fisci, lib. 3. tit. 18. num. 32. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quæst. 21. num. 13. Sebast. de Orozco* en el thesoro de la lengua Castellana, *verbo Espurio, fol. mihi* 380. *verso. Cephal. cons. 390. num. 7. Card. Tusch. d. lit. S, concl. 409. num. 23.*

2 SPVRII autem huiusmodi in duplici sunt differentia, vel enim sunt spurij simpliciter, vel ex damnato coitu procreati, illi dicuntur omnes, qui nascuntur ex coniunctione quàm leges humanæ nulla exteriori pœna coërcent: hi verò quando lex humana aliquam pœnam præscribit, qui omnes spuriorum appellatione veniunt, ex adductis per
3 *Surd. decis. 249. num. 5.* Exemplum spuriorum simpliciter Doctores adducunt de filio vxorato & soluta, nulla enim pœna hic coitus punitur, *l. 1. C. ad leg. Iuliam, de adulter.* ac ideò Doctores magis communiter inferunt filios sic natos ex damnato coitu procreatos non esse, vt ex *Castr. Alex.* & aliis resoluit *Cou. d. §. 5. num. 16.* & post *Anton. Gom. l. 9. Tauri num. 14.* testatur *Valasc. cons. 29. num. 6. & 13.* quicquid dubitent *Cranet. cons. 166. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 167. concl. 4.* & hos nothos dici asserat *Sanctarel. vari. resol. p. 1. quæst. 24. nu. 14.* Exemplum autem spuriorum ex damnato & punibili coitu procreatorum ponunt Doctores in natis ex consanguinea, vxorata, vel moniali, de quibus agit *text. in au.* quibus modis naturales efficiantur sui, *§. vltim. & Barz. in tract. de fil. non legit. num. 1. in fine, Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 409. num. 21.* & de natis ex adulterio, quod dicantur spurij ex damnato & punibili coitu procreati, tradunt *Alex. cons. 60. Visa legitimatione, num. 8. vers. nam præsuppono, & num. 16. vers. sed ita est, Cardin. Tusch. d. conclus. 409. num. 4.* Et idem de natis ex incestu asserit *Abb. cons. 50. Videtur primo, in princip. lib. 2.* Et de filiis clericorum in Sacris, 4
quod etiam dicantur ex damnato & punibili coitu procreati, agnoscunt *Gam. Lusit. decis. 136. Bolognin. in cons. Ioan. de Anania 95. in fine, Cephal. cons. 409. nu. 26. Molin. de Iustit. tract. 2. disp. 167. concl. 4. Gutier. sibi contrarius, practic. lib. 2. quæst. 102. Ioan. Baptist. Costa in tract. de rata port. quæst. 40. num. 5. Sanctarel. vari. resolut. p. 1. quæst. 24. num. 11. Cardin. Tusch. d. concl. 409. num. 5.* quicquid contrarium minus benè existimauerint *Feder. de Senis, Imol. Cardin. & alij*, quos refert & sequitur *Paleoth. de nothis & spuriis, cap. 16. nu. 14. & Cald. Pereira d. quæst. 21. nu. 51.* & magis communiter receptam sententiam asserat *Auendan. l. 9. Tauri glos. 10. num. 7. & 10.* ducti auctoritate *text. in* 5
cap. quia circa, ibi, simplici fornicatione notatos, de bigamis; sed facilis est solutio, nam licèt non satis perceperit *Abb. ibi num. 5.* & Host. dicat quod Pontifex potius dicere debuisset, triplici fornicatione notatos, & non simplici, sciendum est quod simplex fornicatio ibi dicitur ad differentiam bigamiæ, & irregularitatis ex ea contractæ, de qua principaliter dubitabatur, an scilicet eâ incurrerit Presbyter plures habens concubinas, & merito negat Pontifex, quia tanquam vxores ductæ non sunt, vt requirit *text. in cap. nuper eod. tit. de bigamis*, atque ita sentit *Bellam. in cod. cap. quia circa, num. 1. quæst. 1.*

Huius differentiæ inter alios notabilis ille effe- 6
ctus est, quod filij simpliciter spurij matri non illustri sunt successibiles, & è contrà, *l. si spurius, l. hac parte, ff. vnde cognati, l. si qua illustris, C. ad Offician.* non ita si ex damnato coitu sint procreati, vt notant Doctores per *text. ibi in auth. ex complexu, C. de incestis nupt. & prolant Duen. reg. 366. limit. 8. Alex. cons. 174. lib. 5. Valasc. d. cons. 29. num. 9. Cardin. Tusch. d. conclus. 409. in fine.*

Illud aduertere oportet quod vt quis non dica- 7
tur spurius, sed tantùm naturalis, sufficit quod inter parentes potuerit esse Matrimonium tempore natiuitatis, licèt non ita tempore conceptionis, quia fauor filiorum postulat vt tempus illud attendatur quod ipsis fauorabilius est, *§. 1. vers. sufficit, cum seqq. Instit. de ingen. l. nuper, in fine, C. de naturalib. liber.* cum similibus, ex quibus notauit *glos. verbo concepti, in cap.* 2. qui filij sint legitimi recepta ex multis, de quibus *Cou. d. cap. 8. §. 2. num. 2. Duen. reg. 350. ampl. 19. Spin. in speculo testam. glos. 15. in princ. nu. 118. Molin. d. tract. 2. disp. 172. vers. filius naturalis, Sanctarel. vari. resolut. p. 1. quæst. 23. per totam*, hinc resoluentes naturalem esse filium conceptum ex consanguineis ante obtentam dispensationem, si post eam expeditam natus sit, & vltra præcitatos, resoluit *Greg. Lopez l. 2. verbo* si no el hijo, *quæst. 9. tit. 15. part. 2. & plures*, quos refert & sequitur *Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 7. num. 19.* Quamuis contrarium neruosè defendat *Sarmien. lib. 1. selectar. c. 5. num. 10.* pro quo non facit *l. Paulus, ff. de statu homin. cui consonat l. eos, ff. de ritu nupt.* nam licèt fundamentum Sarmienti con-

cludere possit attentis regulis Iuris antiqui Digestorum, nihilominus attenta noua decisione *Iustiniani in d.l. nuper*, in fauorem prolis generaliter fuit constitutum, vt quoad filiorum statum, & legitimationem attendatur tempus conceptionis, vel natiuitatis, secundùm quod filiis vtiliùs fuerit, patet ex §. *fin.* ibi, *generaliter definimus*, &c. ex quo apparet quod licèt tempore conceptionis vitium reperiatur quod impediat filios legitimos esse, si iam cessat tempore natiuitatis hoc sufficit, vt in fauorem filij iudicetur.

8 SPVRII appellatione in materia fauorabili venit spurius, etiamsi sit incestuosus, secus in materia odiosa, vt per *Ioan. de Anania cons. 95. in fine*, quem refert *Cardin. Tusch. d. lit. S, conclus. 409. num. 16.*

9 SPVRIORVM appellatione largo modo, & lato sumpto vocabulo veniunt omnes nati extra Matrimonium, & sic extra puritatem naturæ, & non ex iustis nuptiis, *cap. cùm pridem, de renunciat. glos. in Clem. 1. de baptismo*, *Bald. cons. 129. Factum proponitur, num. 3. vers. vna, secundùm lib. 2. Cruet. cons. 138. num. 5. vers. quarto probatur, Bart. in tract. de filiis non legit. in princip. Capr. cons. 1. num. 14. & seq.* vbi quod generaliter natus extra Matrimonium hodie dicitur spurius, *Cephal. cons. 390. num. 7.* vbi ait quod vbicunque quis nascitur ex illis inter quos Matrimonium esse non potest sine dispensatione dicitur spurius, *Rot. decis. 547. num. 5. p. 1. diuers.* vbi quod natus ex quocunque illicito coïtu dicitur spurius, *Cardin. Tusch. d. lit. S, concl. 409. num. 19. 23. 31. 32. & 33.*

Statutum.

APPELL. CCXLIX.

1 STATVTI appellatione venit consuetudo, vt per *Ias. in l. omnes populi in 1. lect. ff. de Iustit. & iure*, *Alex. cons. 190. col. 2. lib. 2. Cruet. cons. 251. num. 3. Cardin. Tusch. practic. concl. tom. 7. lit. S, concl. 426. nu. 4.* A pari enim procedunt statutum, & consuetudo, quia valet argumentum ab vno ad alium, vt dixi *in tract. de locis communib. Argum. Iuris loco 105. num. 3. & è contra vt loco 25. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Stirpis appellatione veniunt descendentes, non autem collaterales.*

2 *Transuersales veniunt appellatione Stirpis, si testator vocauit omnes de stirpe, & non extant descendentes, aut si in descendentibus verificari dispositio non potuit.*

3 *Fœminæ veniunt appellatione Stirpis.*

Stirps.

APPELL. CCL.

1 STIRPIS appellatione veniunt solùm descendentes, non autem Collaterales, *l. si quis in suo, in princip. ff. de inoffic. testam. Imol. in l. ex facto, §. si quis rogatus, num. 5. ff. ad Trebell. Franc. in cap. si pater, num. 227. de testam. lib. 6. Socin. Sen. cons. 104. num. 3. lib. 3. Bald. cons. 295. Paterfam. in princip. lib. 3. Paris. cons. 87. num. 24. & cons. 35. col. 1. & cons. 81. num. 24. lib. 3. Alciat. cons. 546. col. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 88. num. 9. & cons. 317. num. 31. & cons. 376. num. 33. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 23. Intrigl. de substitut. cent. 3. quæst. 81. num. 8. Fusar. de substitut. quæst. 337. num. 1. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 7. lit. S, conclus. 704. num. 1.*

Limita si testator vocauit omnes de stirpe, & 2
non extant descendentes, quia tunc transuersales venirent, vt scribunt *Peregr. d. art. 22. num. 23. & Fusar. d. quæst. 337. num. 2.* vbi *num. 3.* subdit transuersales etiam comprehendi si in descendentibus verificari dispositio non potuit.

STIRPIS appellatione fœminæ dicuntur vo- 3
catæ, *Paris. cons. 35. num. 5. lib. 3. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol. 293. num. 63. & fol. 327. num. 10. Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præs. 88. num. 3. Intrigl. d. cent. 3. quæst. 83. num. 3. Fusar. d. quæst. 337. num. 4. Molin. de primog. lib. 3. cap. 4. num. 10. Rot. in* Placentina Capellaniæ 16. Martij 1620. coram R. P. D. meo Pirouano, impressa per Viuian. post praxim iurispatron. *decis. 69. num. 8. in vlt. impress.* Intelligendo tamen iuxta ea quæ dixi in quæstione filiorum appellatione, an & quando veniant fœminæ sub appellatione.

STIRPS est nomen collectiuum plurium per- 4
sonarum diuersorum graduum, *Surd. cons. 362. num. 3. Fusar. d. tract. de substitution. quæst. 310. num. 40.*

Substantia.

APPELL. CCLI.

SVBSTANTIÆ suæ appellatione, vbi testator 1
reliquerit, venit hæreditas ipsius testatoris, vt per *text. in l. Iulianus, ff. qui & à quibus*, & in *l. in testamentis, C. de testament.* tradit *Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. lib. 3. interp. 1. dub. 1. col. 2. num. 3.*

Substitutus.

APPELL. CCLII.

SVBSTITVTVS appellatione in dubio venit 1
vulgaris, non fideicommissarius: nam si quis aliquem instituat, & aliquem sibi substituat, videtur substituisse vulgariter, non per fideicommissum, ita ex *text. l. Iam hoc iure*, ibi, *in vulgarem tantùm, ff. de vulg. & pupil. & in l. Gallus, §. 1. ff. de liberis, & post* colligunt *Castren. in auth. hoc amplius, num. 5. C. de fideicommiss. & Bursat. cons. 127. num. 44. & 45.* Vnde verba, *substitutionis directæ, vel fideicommissariæ*, in dubio de directa intelliguntur, quia prior directa magis fauorabilis est, tum quia continet prouisionem, posterior verò fideicommissaria continet onus, ita *Bart. cons. 243. Fuit quidam, num. 6. lib. 1.* quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, conclus. 101. num. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Supellectilis appellatione continentur mensæ, trapezophora, delphicæ, subsellica, scamna, lecti, culcitræ toralia, Trulla, &c.*

2 *Vasa Murrhina & cristalina continentur supellectilis appellatione.*

3 *Delphica vasa sunt, quæ labrefacta ita erunt vt duplici facie diuersis vsibus inseruirent.*

4 *Trulla fuit vasis genus, quo aqua, ac etiam vinum traiiciebatur ex vno vase in aliud.*

5 *Rheda*

5 *Rhedæ & ſedularia veniunt appellatione ſupellectilis.*

6 *Tapeta, ſtragulæ, & toralia continentur ſupellectilis appellatione.*

7 *Animalia,*
8 *Veſtes,*
9 *Lintea,*
10 *Pugillares, & cordices,*
11 *Argentum eſcarium, & penulæ,*
12 *Argentum potorium,*
13 *Vaſa ænea ſalientis aquæ,*
} *Supellectilis appellatione non veniunt.*

14 *Mobilium domus appellatione non continetur baltheum argentum, nec argentum infectum.*

Supellex.

APPELL. CCLIII.

1 SVPELLECTILIS appellatione continentur menſæ, trapezophora, delphicæ, ſubſellica, ſcamna, lecti etiam inargentati, culcitræ; toralia, impelia, vaſa aquaria; pelues, candelabra, lucernæ, trulla, *l.3.ff.de ſupellect.leg.* vbi *in §.1.* habetur capſas & armaria, niſi ſint veſtium, vel librorum, ſupellectilis nomine contineri, & in *§.de murrhinis*, aſſeritur vaſa murrhina & criſtalina, ſupellectilis appellatione venire, refert *Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.*
2 *160.num.6.cum ſeqq.* qui prædictorum nominum ſignificationes explicat, & in primis ex *Alex.ab Alexand. lib.1. dierum genialium, cap.19. in fine*, dicit
3 Delphica vaſa eſſe, quæ ita erant labrefacta vt duplici facie diuerſis vſibus inſeruirent, putà, vt poculorum vicem præſtarent, & clypeorum loco vſui eſſent. Trullam verò ex *Alciat.lib.7.Parerg.cap.3.& lib.1.præterm. in verbo Trulla*, ſubdit fuiſſe vaſis genus, quo aqua, ac etiam vinum traiiciebatur ex
4 vno vaſe in aliud.

5 SVPELLECTILIS appellatione veniunt rhedæ, & ſedularia *l.4.ff.de ſupellect.leg.Menoch.d.lib.4.præſ.160.num.16.* vbi ex *Anton.Auguſt.lib.1. emendat.Iuris cap.4.* ſubiungit ſedularia eſſe, quæ in rheda ſedenti ſubiiciebantur, *Hotthom.verò in comment. verborum Iuris in verbo ſedularia*, intellexit ſedularia eſſe ſedes in quibus geſtamur.

6 SVPELLECTILIS appellatione continentur tapeta, ſtragulæ, & toralia, *l. de tapetis, ff. de ſupell.leg. Menoch.d.præſ.160.num.17.* Item Aulea nomine ſupellectilis continetur, cùm & hæc ſint domus fulcimenta, & ornamenta, *Alciat.lib.12.Parerg. cap.10.* Sicuti ſcamna, cathedræ, capſæ, & ſimilia, immo & ligna illa, quibus appenduntur ipſę auleæ, vulgo appellata *le corniſe*, nomine ſupellectilis continentur, *Cephal.conſ.92. Menoch.d.præſ.160.nu.19.*

7 SVPELLECTILIS appellatione non continentur animalia, *l.2. ff. de ſupell. leg. Menoch. d. præſ.*
8 *160. num.20.* Nec pariter veniunt veſtes, *l. qui veſtem, ff. eod.tit. l.ſi quis in fundi vocabulo, ff. de legat.1.*
9 vbi *Alex.num.7. Iaſ.num.27. & Rip.num.14.* Sic pariter non comprehenduntur tapeta, & lintea, quibus inſternunt vehicula, ſicuti, nec pelles, quibus inuoluuntur veſtimenta, cùm hæc ſint potius inſtrumenti viatorij, *l.de tapetis, §.1.ff.de ſupell.leg.Menoch.*
10 *d.præſ.160.num.23.* Non etiam pugillares, & codices ſupellectilis nomine continentur, *l. ſupellectilis, in fine, ff.eod.tit.Menoch.d.præſ.160.nu.24.* vbi *nu.25.* ſubdit pugillares eſſe tabellas quaſdam in quibus ſcribebatur.

SVPELLECTILIS appellatione non ve- 11
niunt argentum eſcarium, penulæ, & togæ, *l.labeo, §. ſeruus, ff.de ſupellect.leg.Menoch.d. præſ.160. num.26. Natt.conſ.117.num.7.* nec pariter continetur argen- 12
tum potorium, *l cùm quidam ff.de ſupell. leg. Menoch. d. præſ.160. num.27.* nec vaſa ænea ſalientis aquæ 13
poſita, *l.vaſa, ff.de ſupell.leg.Menoch.d.præſ.160. num.29.* Nec habitatio in qua ſupellex ipſa eſt, *l. pen. ff.eod.*

SVPELLECTILIS, ſeu mobilium domus 14
appellatione non continetur baltheum argentum, nec argentum infectum, *Natt.d.conſ.117.n.5.in fine, Menoch.d.præſ.160.n.28.* nam ſupellectilia aliquando appellantur mobilia domus, *Natt.d.conſ.117.n.6.* vbi ſubdit quod appellantur, etiam vtenſibilia, *Pinel.in l.1.p.2.num.50. C. de bonis mater. Petr. Pech. in tract.de teſtam.coniug. lib.5. cap.15.num.1.* nonnunquam vero maſſariciæ domus, vt dixi ſub verbo Maſſariciæ appellatione.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſoris appellatione venit ſolùm vniuerſalis, non autem ſingularis.*
2 *Succeſſor ſingularis venit appellatione ſucceſſoris vbi ſubiecta materia patitur.*
3 *Succeſſor ſingularis venit vbi teſtator vocaſſet quoſcunque ſucceſſores, vel acciperet aliquid pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcunque.*
4 *Succeſſorum appellatione veniunt omnes in infinitum.*

Succeſſor.

APPELL. CCLIV.

SVCCESSORIS appellatione venit ſolùm 1
vniuerſalis, non autem ſingularis, *l. quædam, §. his autem, ff. de edendo*, vbi *Iaſ.in §.nihil intereſt, num.2.& 3.* idem *Iaſ.conſ.89.num.2.& 4.lib.3. Bald.in l. emptorem, col.3.C.locati, Math. Brun. conſ.164. num.17. Pereg.de fideicom.art.23.num.84. Fuſar. in tract.de ſubſtitut.quæſt.341.num.4.*

Limita primò, vbi ſubiecta materia patitur, venire etiam ſingularem, ex *text.in l.fluminum, §. adiciturff.ne quid in flumine publ. Menoch.remed.2. adipiſcendæ, num.16. Pute.deciſ.331.num.1.lib.3. in correctis*, Vel ex circunſtantiis appareat ſingularem ſucceſſorem contineri ex *Imol.in l.emptor 12.num.1.ff.de aqua pluu. arc.*

Limita ſecundò, quando teſtator vocaſſet quoſ- 3
cunque ſucceſſores, vel acciperet aliquid pro ſe & ſucceſſoribus quibuſcunque, quia tunc veniret ſucceſſor etiam ſingularis, iuxta tradita in *cap. quia G, num.11.de indic. Dec.conſ.171. num.5. verſ. vel pro ſucceſſore, Alex.conſ.193.num.1. lib.2.* quos refert & ſequitur *Mantic.deciſ.18.num.5.* & per plures citatos à *Fuſar.d.quæſt.341. num.7.* Nam hæc verba, *& ſucceſſoribus quibuſcunque*, habent eundem intellectum, quem habent & alia verba, videlicet, *Et quibus dederit, Rip. reſp.23.num.24.& 25.lib.2.*

SVCCESSORVM appellatione veniunt om- 4
nes in infinitum, vt per *Menoch.conſil.1098 num.25.* & latè probat *Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.343. à num.1.* ſucceſſores in infinitum ſignificantur etiam vltra decimum gradum, *Menoch.conſ.399.num.8.* Et

tinentur quoque extranei, *Socin.Sen. conſ.266.num. 36.lib.2. Menoch. conſ.514.num.7.* Propriè verò ſucceſſor dicitur qui eſt ſucceſſor ſanguinis, & ita continentur filij & deſcendentes, *l.cum acutiſſimi,C. de fideicom.Socin.Sen.conſ.249.num. 12. lib. 2. & conſ. 26.n.4.lib.4.Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ. 89.n.57. & conſ.958.num.11.*

SVMMARIVM.

1 *Superſtites, aut ſuperuiuentes vocans ad fideicommiſſum dicitur nominatim illos vocare.*
2 *Superſtites vocans ſimpliciter, cenſetur vocare ſuperuiuentes ex nominatis.*
3 *Superſtites, ſeu ſuperuiuentes filios vocans, non cenſetur vocare nepotes.*
4 *Teſtator vbi ſubſtituiſſet his verbis, & ſi aliquis dictorum filiorum, & hæredum deceſſerit ſubſtituo alios ſuperſtites, ſolùm veniunt filij primi gradus iam nominati.*

Superſtes.

APPELL. CCLV.

1 SVPERSTITVM, aut ſuperuiuentium appellatione (ſuperſtes enim ſignificat ſuperuiuẽtem, ex *Menoch.conſ.324.num.1.*) cenſentur illi in fideicommiſſo nominatim vocati, §.1. *Inſtit. de excuſat. tutor.§.hoc autem, Inſtit.de legit.agnat.ſucceſſ.l.vlt.ff.ad Trebel. Dec.conſ.69.in princip.,Pariſ.conſ.9.num. 24. & conſ.37.num. 53. lib. 2.* quos referunt & ſequuntur *Ruſtic.in l.cùm auus,lib.6.cap.14.num.72. ff. de condit. & demonſtrat.& Fuſar.in tract.de ſubſtitut. quæſt.321.*
2 *num.73.* Vbi autem ſimpliciter ponuntur, important ſuperuiuentes ex nominatis,& ideò ſi ſunt inſtituti plures cùm ſubſtitutione, quod aliquo præmoriente ſine filiis deueniat in ſuperſtites, intelligi debet de ſuperuiuentibus, qui fuerunt inſtituti, vt per *Cuman.conſ.13.Titius inſtituit, in princip. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.7. lit. S, concluſ.900. num.1.*

3 SVPERSTITVM, ſeu ſuperuiuentium filiorum appellatione, vbi teſtator illos vocauit, non veniunt nepotes, vt ſcribunt *Corn. conſ.290. lib. 4. Hieron.Gabr.conſ.121.num.24.lib.1. Ruſtic.in d. l. cùm auus,lib.6.cap.14.num.77.Fuſar.d.quæſt.321. num.77.*
4 Vbi enim teſtator his verbis ſubſtituiſſet, *& ſi aliquis dictorum filiorum & hæredum deceſſerit, ſubſtituo alios ſuperſtites, vel ſuperuiuentes*; nam tunc ſolùm venirent filij primi gradus iam nominati, non verò nepotes, iuxta ea quæ latè tradunt *Natt. conſ.551. num.29.cum ſeqq. Pariſ.conſ.33.num.51. cum ſeqq. lib. 2.& conſ.63.num.4.lib.3.Rimin.Iun.conſ.690. num.16. & 17.lib.6.Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib. 8.tit.8.num.8.Anton.Gabr.commun.lib.6. tit.de verb.ſignif.concl.1.num.86.Hieron.Gabr.d.conſ.121. num.22. cum ſeqq.lib.1.Menoch.de præſumpt.lib.4. præſ.94.num. 5.in fine, Ruſtic.in d.l.cùm auus,lib.6.cap. 14.num. 69. cum ſeqq. Fuſar. d. quæſt. 321. num. 71. cum ſeqq.* vbi *num.* 79. ampliat vt procedat etiam quod in numero plurali verbum, *ſuperſtites*, ſit prolatum, nam verificari etiam poterit in numero ſingulari ſi contingat vnum tantùm ſupereſſe,*& num.*80. declarat, vt non procedat ſi appareat in contrarium mentem teſtatoris fuiſſe.

5 SVPERSTITVM appellatione, vbi teſtator illos vocat, veniunt filij præmortuorum, ſecundùm *Menoch. conſ.1005.num.8.& 18.*

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſionis appellatione in dubio continetur ſuſpenſio Ordinum.*
2 *Suſpenſus ab officio non dicitur ſuſpenſus à beneficio.*

Suſpenſio.

APPELL. CCLVI.

SVSPENSIONIS appellatione in dubio intelligitur de ſuſpenſione Ordinum, vt notat *Philip. Franc. in cap. 1. verſ. ſexto nota. de tempor. ordinat.lib.6.* 2

SVSPENSIONIS ab officio appellatione non comprehenditur ſuſpenſio à beneficio, niſi expreſsè id declaretur, ita *gloſ.verbo ſuſtendatur, il 1. in cap. presbyter ſi à plebe 2.quæſt. 4. Bonifac. in Clem. fin. num.48. de pœnis,Nau.conſ.41.num.2. de homicid. Perez l.1.verſ.in oppoſitum,tit.1.lib.5. Ordinam. pag. 31. Sanch.de Matrim.lib.3. diſp. 51. num. 12.* Probatur quia in Iure nonnunquam ponitur ſuſpenſio ab officio, vt in *cap.quia in omnibus, in fine, de vſuris, cap. fin.§.fin.de clandeſt. deſponſat.*quandoque à beneficio, vt in *cap.cùm in cunctis, §. fin. de elect.* interdum exprimitur ab officio & benificio, *cap. tam litteris, in fine*, ibi, ab officio, & beneficio denuncietis eſſe ſuſpenſos, *de teſtib. & in cap.1.de ſecund.nupt.* ibi, ab officio, beneficióque ſuſpenſum, & in *cap.tuarum, de priuileg.* ibi, ab officio, beneficióque ſuſpendas, ergo ſuſpenſio ab officio non inducit ſuſpenſionem à beneficio, & dum non exprimitur, vt ſuſpenſus ſit ab officio, & beneficio, ſuſpenſus ab officio non cenſebitur à beneficio ſuſpenſus.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentes veniunt appellatione ſuorum.*
2 *Venientes abinteſtato ſecundùm gradus prærogatiuam veniunt ſuorum appellatione.*
3 *Fœminæ veniunt ſuorum appellatione.*
4 *Conſanguinei omnes vſque ad ſeptimum gradum comprehenduntur ſuorum appellatione.*
5 *Hæredes extranei veniunt etiam ſuorum appellatione.*

Sui.

APPELL. CCLVII.

SVORVM appellatione veniunt deſcendentes, qui etiam omnibus præferuntur, vt ſcribunt *Cardin.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.8.tit. 14. nu. 19.Sim.de Prettis de interpret. vltim. volunt. fol. 238. num.43.Cranet.conſ.12.col.1.Dec.conſ.217.circa fin.& conſ.228.col.1.& conſ.253.col.2.* quos refert & ſequitur *Fuſar.in tract.de ſubſtitut.quæſt.338.num.1.*quibus adde *Rebuff.ad l.220.propè fin.verſ.vltimo dicendum ff. de verbor.ſignif.pag.696.in fine.* 1

SVORVM appellatione ſecundùm gradus prærogatiuam comprehenduntur venientes abinteſtato, *Brun.conſ.43.col.2.Rub. Alexand.conſ.141.num.4. Simon. de Prettis, & Cardin. Mantic. citatis locis,* 2

Pereg.

Pereg.de fideicom. art. 22. num.38. Fusar.d.quæst.338. num.2.

SVORVM appellatione veniunt fœminæ, *Dec.* 3 *cons.253.num.4. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt.fol.293.num.67.Fusar.d.quæst.318.num.5.*

SVORVM appellatione comprehenduntur con- 4 sanguinei omnes vsque ad septimum gradum, vt per *Alex.cons.32.Viso processu, num. 3. vers. & verbum sui, lib. 6.* vbi quod is, qui promittit dotare extraneam,si sui non dotabunt, intelligitur de suis consanguineis vsque ad septimum gradum, referunt *Fusar.d.quæst.318.num.3.& Cardin.Tusch.practic.conclus.tom.7.lit.S, conclus.923. num. 5.* vbi *num. 6.* post *Bald.cons.76.vers.istud autem vocabulum, lib.4.* declarat quod,suus,adaptatur ad substantiuum ei datum, vt suus hæres,suus filius, suus descendens,& sic de singulis.

SVORVM appellatione veniunt etiam hæ- 5 redes extranei,vt per *Alex.cons.26. num. 5. lib. 5. Dec. cons.216.num.6.Sim.de Prettis de interpr vltim volunt. fol.238.num.45.Peregr.de fideicom.art.22.num. 38.Fusar.d.quæst.318.num.4.*

SVORVM hæredum appellatione qui veniant, vide suprà Hæredum suorum appellatione.

SVORVM appellatione veniunt etiam omnes 7 qui in eadem domo habitant, *l.pen.in fine*,ibi habitator suam, suorúmque culpam præstare debet, *ff. de his,qui dent.vel effud.l.inter,§.non omnia.ff. mandati,* refert *Rebuff.ad l.239.propè fin.vers. suorum nomine,ff. de verbor.signif.pag.765.*

SVMMARIVM.

1 *Tabernæ appellatione propriè venit locus in quo venditur panis, vinum, & caro cocta.*

2 *Tabernarij sunt illi, qui recipiunt comedentes non, qui hospitantur.*

3 *Hospes, & tabernarius pro eodem quandoque ponuntur.*

Taberna.

APPELL. CCLVIII.

1 TABERNÆ appellatione propriè venit locus, in quo venditur panis,& vinum,& caro cocta, ita *glos. verbo tabernariorum, in Clem.1. de vita & honest. cleric. Bald.cons.197. Statuto cauetur,in fine,lib.2. Rebuff. ad l. tabernæ appellatione 183. ff. de verb.signif. pag.596.& seq.Cardin.Tusch. practic. concl.tom.8.lit.V, concl.1.*

2 Tabernarij igitur sunt illi qui recipiunt comedentes, non qui hospitantur, secundùm *Menoch. cons.798. num.28. & 33. Stephan. Gratian. discept. forens. tom.5. cap.898.num.2.* vbi *num.4.* post *Bertachin. in verbo hospes, il 1. & Carpan. super consuetud. Me-*
3 *diolanen cap. 197. in verbo hospes, p. 2.* subdit quod hospes, & tabernarius pro eodem quandoque ponuntur.

Tectum.

APPELL. CCLIX.

1 TECTI appellatione venit omne id, per quod domus, seu ædificium tegitur, & aqua stillat, vt per *Cæpol. de seruitut. vrban. prad. cap. 91. de stillicidio, seu tecto, num.1.* At verò regularum appellatione continetur omne id per quod ædificium tegitur, putà incrustatio, & plumbum, sicuti per *l. si vitem, §. pen. & l.fin. ff. de seruitut.* tradunt *Cæpola dicto tract. cap 41. vers. sed potest dubitari, & vers. quæro secundo, Mari. Antonin.vari.resolut.lib.2.resolut. 20.n.10.*

SVMMARIVM.

1 *Terræ appellatione non venit terra vineata, nec plantata.*

2 *Terrarum appellatione veniunt castra.*

Terra.

APPELL. CCLX.

TERRÆ appellatione non venit terra vinea- 1 nec plantata, vt *probat l. nulla, & ibi Bald. C. de acquir. possess. Auenda. de exequend. mand. part.1. cap.12. num.23.Collantes super pragmat. in fauorem rei frumentariæ, lib.1. cap.4. in fine.*

TERRARVM appellatione veniunt castra, 2 *cap. cùm in partibus, de verb. signif. Guid. Papa cons. 71. num. 4. Ias. cons. 224. col.1. lib.2. Alex.cons.114. in causa, num.10. & 11. vers. nec ad hoc obstat,* quos refert, & sequitur *Cardin.Tusch. practic.conclus.tom.8. lit. T, concl.46. n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Territorij appellatione venit quicquid est intra fines vniuersitatis.*

2 *Territorij appellatione continentur omnes nationes, & Magnates,qui circumscribuntur sub finibus designatis.*

3 *Ciuitas continetur territorij appellatione cùm dispositio fauorabilis est.*

4 *Territorij,& districtus appellatione veniunt proprietates.*

Territorium.

APPELL. CCLXI.

TERRITORII appellatione venit quic- 1 quid est intra fines vniuersitatis, ita quod nulla persona, & nullus locus excipiatur, vt per *Bald. cons.326. Rex Romanorum,num.8.vers.item certum,lib. 1.& cons.333. Ad intelligentiam, circa princip.vers.nam si Imper. eod.lib.1.* vbi quod appellatione territorij 2 continentur omnes nationes, & Magnates qui circumscribuntur sub finibus designatis, *Ruin.cons.22. num.5.& seq.l.b.1. Cardin.Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. T,concl.48. num. 5.* vbi *num. 6.* post *Bald. cons. 306. Punctus, & cons. 307. lib. 4.* extendit in tantùm appellatione territorij venire omnia iura tanquam ad vniuersitatem applicata, vt si Papa concedat castrum cum territorio, & iuribus Cameræ alicui, veniant etiam iura,& confiscationes præteritæ factæ à concedente.

TERRITORII appellatione continetur ci- 3 uitas cùm dispositio fauorabilis est,secundùm *Menoch.cons.140.num.12.& 19.*

TERRITORII & districtus appellatione 4 veniunt proprietates, quia prima verba sonant in superioritatem coërtionis,proprietas verò importat

nudum dominium à formali vsufructu coniunctum, vel separatum, ita *Oldrad. cons.* 176. *Factum tale est. vers. ad secundam, Card. Tusch. d. lit. T, concl.* 48. *nu.* 1. *Contra Menoch. cons.* 437. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Testamenti appellatione venit quælibet vltima voluntas.*
2 *Codicilli largè sumpto vocabulo continentur appellatione testamenti.*
3 *Contractus non venit appellatione testamenti, nisi impropriè, & large modo.*

Testamentum.

APPELL. CCLXII.

1 TESTAMENTI appellatione venit quælibet vltima voluntas, *glos. verbo ita omnes, in l.* 2. *C. de constit. pecun.* sicut & vltimæ voluntatis appellatione comprehenditur omnis testamentorum species, siue sit militare, vel priuatum, solemne, vel nuncupatiuum, vt docet additio ad *glos. verbo, cuiuslibet, in Clem. vnic. de testam.* adiiciens ex Zenzilino quod venit quælibet vltima voluntas, siue sit testamentum, siue codicillus, siue donatio causa mortis, & quamuis plus extendatur vltima voluntas quàm testamentum, tamen testa-
2 menti appellatione largè sumpto vocabulo continentur codicilli, *l. fideicommissum, ff. de legat.* 3. *l. Marcellus, §.* 1. *ff. de donat. causa mortis, glos. verbo personales in l.* 2. *C. commun. de legat. Ias. in l. si idem num.* 3. *C. de codicill. Sim. de Prettis de interpret. vltim volunt. lib.* 2. *solut.* 4. *num.* 64. *fol.* 86. *Magon. Lucensi decis.* 32. *num.* 39. *Surd. cons.* 258. *num.* 6. *&* 28. *Sanch. in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 14.

3 TESTAMENTI verò appellatione non venit contractus, nisi impropriè, & largo modo, *l. verba contraxerunt*, vbi *glos. ff. de verb. signif. Bald. & Doctores in l. testamentum non ideo. C. de testament. Stephan. Rar. chin. concl.* 216. *p.* 2. *Cravet. cons.* 307. *num.* 5. *&* 6. vbi dicit quod prohibitus alienare testando, vel codicillando, non prohibitur alienare testando, vel codicillando, non prohibetur per contractum, nec per donationem inter viuos. Testamentum enim contractus non est, vt tradunt *Rebuff. ad l.* 29. *ff. de verb. signif. pag.* 420. *D. Barbos. in l. diuortio, §. si vir. n.* 36. *ff. soluto matr.*

Testes.

APPELL. CCLXIII.

1 TESTIVM appellatione continentur instrumenta, vt dicit *Ias. in repet. l. admonendi, num.* 226. *ff. de iureiur.* Sicut & appellatione instrumentorum contineri testes supra probauimus sub verbo instrumentum, *appell.* 118. *num.* 4. Paria enim sunt aliquid probari per scripturam, vel per testes, *l. in exercendis* 15. *C. de fide instrum.* vbi late *Gilchen. Mascard. de probat. in proœm. quæst.* 6. *& concl.* 1095. *num.* 3. *& concl.* 1041. *num.* 8. *Flaxin. Pariss. de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst.* 2. *num.* 6. *Surd. decis.* 277. *num.* 1. *Cardos. in praxi Iudicum, verbo instrumentum, num.* 11. *& verbo probatio, num.* 7. *Morel. in emporio Iuris p.* 1. *tit.* 11. *in prælud num.* 4. *Soar. de Pace in practic. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 8. *num.* 7. *&* alij per me suprà citati *Axiom.* 161. *num.* 3. Intellige in iis, quæ non excedunt hominum memoriam, secus verò si excedant, quia tunc probatio per testes non habet eandem vim quàm per instrumentum, vt probat *text.* sic intelligendus *in l. census, ff. de probation.*

SVMMARIVM.

1 *Triticum in specie sumptum distat ab aliis speciebus, etiam aristata contineantur.*
2 *Tritico legato solùm continetur ipsam in specie, non autem hordeum, nec alia, quæ aristam continent.*
3 *Tritici mentio quando fit in stipulationibus, & contractibus, debet intelligi secundùm communem loquendi vsum de tritico in specie.*
4 *Tritici appellatione si in re sumatur, & secundùm latiorem significationem venit quicquid in area teritur, & propterea continetur non solùm hordeum, far, & saligo, sed etiam milium.*

Triticum.

APPELL. CCLXIV.

TRITICI appellatione (si in specie sumatur, 1
sicuti communis ipse loquendi vsus accipit) non veniunt aliæ species, etiamsi aristata contineantur, vt hordeum, siligo, & similia, prout sumitur in *l. si quis vinum §.* 1. *ff. de tritico, & oleo leg. & in l. triticum, ff. de verb. oblig. ita Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 151. *num.* 3. *sub vers. hic constat.*

Vnde legato tritico non hordeum, non siligo, 2
non alia, quæ aristata continentur, sed triticum ipsum in specie, vt communis ipse loquendi vsus significat, continetur, & sic solùm accipitur pro eo, quod sui nobilitate omnes aliàs fruges excedit, ita *Abb. in cap. ex multiplici in* 2. *notab. de decim. Forcatul. in pentu Iuris cap.* 6. *Mantu. sing.* 676. *Steph. Gratian. Marchiæ decis.* 184. *num.* 3. *Menoch. d. lib.* 4. *præs.* 151. *num.* 4. vbi 3
subdit quod quando in stipulationibus & contractibus fit mentio de tritico, intelligi debet secundùm communem loquendi vsum de tritico in specie.

TRITICI appellatione (si in genere sumatur, 4
& secundùm latiorem significationem) venit quicquid in area teritur, & propterea continetur non solum hordeum, far, & saligo, sed etiam milium, *l. triticum*, vbi *glos. verbo triticum, ff. de verb. oblig. &* ibi *Bart.* & alij maximè *Ias. num.* 5. *glos. verbo frumenti, in l.* 1. *§. de eo opere. ff. de aqua pluuiarc. Rebuff. ad l.* 77. *ff. de verb. signif. prope fin. vers. triticum pag.* 360. *Menoch. d. lib.* 4 *præs.* 151. *num.* 3. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 8. *lit. V, concl.* 392. *num.* 1. *Stephan. Gratian. Marchiæ decis.* 184. *num.* 1.

Turris.

APPELL. CCLXV.

TVRRIS appellatione venit ædificium sursum 1
leuatum sua constans substantia, *l. turres. C. de operib. publ. Bald. cons.* 125. *domus construitur, lib.* 3. vbi subdit quod circulus, siue grilanda, quæ conficitur super ædificato non dicitur esse turris, neque de turri, quia non est coniuncta per eandem materiam, nisi fortè esset turris lignea, refert *Cardin. Tusch. practic. concl. tom.* 8. *lit. T, concl.* 406. *num.* 1. *&* 2.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Vacationis appellatione venit omnis vacatio, seu vacationis casus.*
2 *Beneficium dicitur vacare non solùm per mortem, sed per renunciationem, aut depositionem.*
3 *Vacationis appellatione vbi nullus vacationis modus exprimitur in dispositione, comprehenditur omnis vacationis casus, etiam in materia pœnali, & odiosis.*
4 *Beneficium impetrans vt vacans, illud obtinet quocunque modo vacet.*
5 *Expectatiua de beneficio vacaturo comprehendit omnem vacandi modum.*

Vacatio.

APPELL. CCLXVI.

1 VACATIONIS appellatione venit omnis vacatio, seu vacandi casus, *glos. verbo vacabunt, in cap. si propter, de rescript. lib. 6. glos. verbo vacantibus in cap. cupientes, & verbo vacat, in cap. quia sæpe, de prabend. eod. lib. 6. Felin. in cap. licèt vndique sub num. 2. de officio deleg. & in cap. ad petitionem sub notab. 1. de accusat.* Doctores per me citati suprà *clauſ. 172. num. 1.*

2 Et ideo vacare dicitur beneficium non solùm per mortem, sed etiam per resignationem, vt dixi *d. clauſ. 172. num. 6.* quia vacatio per mortem, & per resignationem æquiparantur, *Flamin. de resignat. lib. 1. quæst. 5. num. 4. & quæst. 6. num. 15. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. § 5. proœm. num. 25.* & per priuationem *Flamin. de resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 136.* quia per priuationem beneficium, seu officium dicitur vacare, *cap. si Papa 46. dist. cap. ex gestis, de cleric. non resid. cap. ex litteris & cap. grauem, de excess. Prælat. cap. 1. de schism. lib. 6. cum similibus, Rebuff. in praxi benef. tit. requisita ad collat. bonam, num. 11. Lambert. de iurepatron. in prima p. 2. libri in 8. art. quæst. 6. princip.*

3 Amplia etiam in materia pœnali, sicuti docent *Staphil. de litteris gratia, tit. de var. mod. vacan. num. 6. Selu. de benefic. p. 3. quæst. 12. num. 21. Menoch. de arbitr. casu 201. num. 100. Flamin. de resignat. lib. 12. quæst. 14. num. 24.* Et in odiosis, qualia sunt rescripta ad beneficia propter ambitionem, vt tradunt *Dec. in cap. super litteris, de rescript. Menoch. d. casu 201. num. 6. Nicol. Garc. de benefic. p. 11. cap. 1. num. 84.*

4 Vnde si in supplicatione fiat mentio de vacatione simpliciter, non expresso vacandi modo, comprehenditur omnis casus vacandi, & ideò impetrans beneficium vt vacans, illud obtinet quocunque modo vacet, vt notabiliter tradit *Bald. in l. si quis, sic stipulatus, ff. soluto matrim.* à quo non audet, licet inuitus, recedere, *Barbat. cons. 82. col. fin. vers. non obstat, vol. 4. Mandos. ad Lap. alleg. 6. num. 5. lit. K.*

5 Sic etiam expectatiua de beneficio vacaturo comprehendit omnem vacandi modum, vt censuit *Mobedan. decis. 10. de prabend.* quem refert & sequitur *Nicol. Garc. de benefic. p. 11. cap. 1. num. 3. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Venditionis appellatione venit cessio, datio in solutum, & omnis contractus per quem dominium transfertur.*
2 *Venditione prohibita prohibetur datio in solutum, & permutatio, ac donatio, nisi verbum venditio, & proferatur in materia stricta.*
3 *Venditionis appellatione si fiat mentio de pretio, non venit alius contractus.*
4 *Datio in solutum certo pretio propriè est venditio, & in ea habet locum,* l. curabit, C. de action. empti.
5 *Venditio in dubio iudicatur vbi de pretio facta est mentio.*
6 *Venditionis appellatione non veniunt aliæ alienationes quando prohibita est venditio sine licentia tutoris.*
7 *Venditionis appellatione in materia statuti de illa loquentis venit venditio, valida, &c.*

Venditio.

APPELL. CCLXVII.

VENDITIONIS appellatione venit cessio, datio in solutum, & omnis contractus per quem dominium transfertur, *l. sicut, §. venditionis ff. quibus modis pign.* vel *hypoth.* vbi *Bart. glos. in l. 2. C. de vsucap. Paris. cons. 82. num. 9. lib. 3. & cons. 83. num. 19. & seq. eod. lib. Roman. cons. 86. Viso quæstionis themate, in princip. Alex. cons. 63. In causa, in princ. lib. 7. Natt. cons. 528. n. 4. Tiraq. de retractu lignag. § 1. glos. 2. in princip. Rebuff. ad l. 28. vers. generaliter, ff. de verb. significat. pag. 163.* vbi intelligit quando est eadem ratio in aliis contractibus, & alienationibus, *Surd. cons. 394. num. 26.* 1

Vnde dicit *Felin. in cap. fin. num. 5. de accusation.* quod prohibita venditione prohiberur datio in solutum, & permutatio, ac donatio, vbi *num. 6. & 7.* limitat quando venditionis verbum profertur in materia stricta, seu in materia in qua datur certa forma, vt refert *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, concl. 42.* 2

Si verò fiat mentio de pretio appellatione venditionis non venit alius contractus, cùm tunc propriè, & strictè debeat intelligi, vt de permutatione agentes scribunt *Marsil. sing. 105. Vbicunque fit mentio, Felin. in d. cap. fin. num. 5. vers. fallit primo, Bald. cons. 433. in fine lib. 5. Cardin. Tusch. d. lit. V, concl. 42. num. 12.* Et in datione in solutum certo pretio quod propriè sit venditio, & in ea locum habeat *l. curabit, C. de actionib. empti, tradit Ruin. cons. 66. num. 6. lib. 4.* quem refert *Cardin. Tusch. d. conclus. 42. num. 8.* Venditio enim in dubio iudicatur vbi de pretio facta est mentio, *Roman. d. cons. 86. num. 5.* 3 4 5

VENDITIONIS appellatione non veniunt aliæ alienationes quando prohibita est venditio sine licentia tutoris, vt per *Surd. consil. 394. n. 10.* 6

VENDITIONIS appellatione in materia statuti de illa loquentis, vt vicinus possit rem venditam retrahere, venit venditio valida, ex qua dominium transfertur de venditore in emptorem, non simulata: ita *Castrens. cons. 24. In causa mota, in princip. lib. 2. Tiraq. de retractu lignag. § 1. glos. 2. sub num. 5. vers. cum appellatione venditionis, & num. 6. post princip. vers. quia verbum, Carpan. ad statuta Mediolanen. cap. 417. num. 135. tom. 1. Vincent. de Franch. decis. 242. num. 1. cum seqq. Seraphin. decis. 834. num. 9. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 8. lit. V, concl. 100. num. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 526. num. 15. Rot. in Bo-* 7

nonien. retractus 21. Maij 1627. coram R. P. D. Duran. in vers. verum.

SVMMARIVM.

1 *Vestium appellatione veniunt tam lineæ, & bombicinæ, quàm lanæ, item sericæ, & aureæ, si eiusmodi testator habebat, nisi statuto prohibitum esset illi, cui vestes relinquuntur, eas deferre aureas, vt num. 2.*

3 *Tapeta, fasciæ, crurales, & impilia,*
4 *Calcitræ,*
5 *Calcimenta,*
6 *Birretum, seu capellum,*
} *Vestium appellatione continentur.*

7 *Vestium appellatione continetur tela, quæ in pectine adhuc est, si modo prætexta est.*

8 *Vestis scissa, & nondum consuta venit appellatione vestium.*

9 *Vestium appellatione venit quicquid disponens pro veste reputabat.*

10 *Vestium appellatione veniunt etiam festiua, si dignitas personæ, & mos regionis id postulet.*

Vestis.

APPELL. CCLXVIII.

1 VESTIVM appellatione veniunt tam lineæ, & bombicinæ, quàm lanæ, *l. vestis, §. 1. ff. de auro & arg. leg. Sim. de Prettis de interpret. vltim. volunt. lib. 4. interp. 1. dub. 11 num. 42. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 161. num. 15. Surd. de alimentis tit. 4. quæst. 2. num. 8.*

2 Item continentur sericæ, & aureæ, si eiusmodi testator habebat, *d. l. vestis, §. 1. Menoch. d. præs. 161. num. 23.* nisi statuto prohibitum esset illi, cui vestes relinquuntur, illas ferre aureas, & holosericas, sicuti declarant *Socin. Sen. con. 10. col. 2. lib. 1. Cremen. sing. 65. Petr. Pechi. de testament. coniug. lib. 5. cap. 14. num. 3. in fine, & num. 7.* quos refert & sequitur *Menoch. d. præs. 161. num. 24.* vbi *num. 26. ex Bald. & Cremen.* subdit tunc huic deberi æstimationem illarum vestium; quas ferre prohibetur. Ratio autem principalis resolutionis est, quia præsumitur testatorem voluisse suam voluntatem conformem esse dispositioni legis & statuti, *l. hæredes mei, §. cùm ita, ff. ad Trebell.* vbi latè *Rip. num. 74.* tum quia omnis delicti præsumptio euitanda est *l. meritò, ff. pro socio*, præsumeretur autem testatorem delinquere voluisse si legando has vestes occasionem daret legatario faciendi aduersus statutum.

3 VESTIVM appellatione continentur tapeta, fasciæ, crurales, impilia, & ceruicalia, *l. argumento, §. tapeta, ff. de auro, & arg. leg. Sim. de Prettis d. dub. 11. num. 42. Menoch. d. lib. 4. præs. 161. num. 15.* vbi *nu. 16.* post *Hotoman. in comment. verb. Iuris in verbo Impilia*, subdit huiusmodi impilia esse fasciolas, quibus mulierum crines alligantur.

4 VESTIVM appellatione veniunt culcitræ, *d. l. argumento, §. culcitræ, ff. de auro & arg. leg. Menoch. d. lib. 4. præs. 161. num. 17.* vbi etiam *per l. quamuis. ff. illo tit.* subiungit contineri & vestes, quæ magis deferuntur ornatus gratia, quàm quod corpus tegant.

5 VESTIVM appellatione veniunt calciamenta, cum hæc sint pedum vestes quædam, *d. l. argumento, §. 1. Cravet. cons. 199. num. 3. Cordub. de Lara in l. si quis ex liberis, §. non tantùm num. 39. ff. de liberis agnosc. Bapt. Pontan. de aliment. cap. 17 num. 20. Roland. cons. 22. num. 5. lib. 1. Sim. de Prettis d. lib. 4. interp. 1. dub. 11. num. 39. Menoch. de arbitrar. casu 170. num. 3. & d. lib. 4. præs. 157 num. 19. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 2. num. 3.*

VESTIS appellatione venit quod tegendi capitis causa paratum est, *Surd. d. quæst. 2. num. 9.* & sic birretum, vt respondit *Alex. cons. 5. col. vlt. lib. 1.* quem referunt & sequuntur *Rip. in l. si quis in fundi vocabulo. num. 15. ff. de legat. 1. Menoch. d. lib. 4. præs. 161. num. 19.*

6

VESTIVM appellatione continetur tela, quæ 7
in pectine adhuc est, si modo prætexta est, nempe si telæ formam habet, secus verò si adhuc non est prætexta, cum tunc dicatur stamen, non autem tela, *l. vestimentum. ff. de auro & arg. leg. Menoch. d. lib. 4. præs. 161. n. 22.* vbi declarat etiamsi tela ipsa adhuc tota prætexta non sit, sed cœpta tantum.

VESTIVM appellatione venit vestis scissa, & 8
nondum consuta, existens adhuc apud sartorem, hanc igitur præsumi legatam à testatore, qui vestes legauit, colligitur *ex tex. in d. l. vestimentum*, & sentiunt *Felin in cap. cùm adeò, num. 5. de rescript. Franc. Cremen. in sing. 64 Testator legauit, Petr. Pechi. in tract. de testam. coniug. lib. 5. cap. 14. num. 5. Menoch. d. lib. 4. præs. 161. num. 10. vbi cum Bart. in d. l. vestimentum*, hoc intelligit quando vestis scissa est apud sartorem, eo animo vt confecta domi reportetur, non autem vt vendatur, quia tunc legatis vestibus non comprehenderetur.

Et demum vestium appellatione venit quicquid 9
disponens pro veste reputabat, *l. inter vestem*, vbi *Bart. ff. de auro & arg. legat. Bellon. cons. 30. num. 11. Surd. de aliment. tit. 4. quæst. 2. num. 5.*

VESTIVM appellatione veniunt etiam festi- 10
ua si dignitas personæ & mos regionis id postulet, *Bart. in l. liberorum. §. vlt. de legat. 3. & in l. vlt. §. vxori, C. de legatis, Angel. Aretin. in tract. de testament. glos. 49. Pech. Pechi. d. cap. 14. num. 6. vers. etsi marius*, quos refert & sequitur *Menoch. d. lib. 4. præs. 161. num. 31. Surd. decis. 150. num. 9.*

Via.

APPELL. CCLXIX.

VIÆ publicæ appellatione venit pons quando 1
per illum vulgo iter fit, ideo statutum loquens de maleficiis in via publica commissis, vel incatur in commissis super ponte publico, *Capol. de seruitut. vrban. præd. tit. de ponte, num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Victualium appellatione in legato testatoris, continentur, quæ esui, & potui necessaria sunt.*

2 *Vestis non venit victualium appellatione.*

3 *Victualium appellatione, quæ præstanda sunt visitatoribus, veniunt tantum illa, quæ consistunt in victu.*

4 *Equorum vecturæ non veniunt visitatoribus appellatione victualium.*

Victualia.

APPELL. CCLXX.

1 VICTVALIVM appellatione in legato testatoris continentur, quæ esui, & potui necessaria sunt, ac si legata essent cibaria, ita *Sim. de Prettis de interp. vltim. volunt. lib. 4. interp. 1. dub. 11. num. 43.* Sola in suis comment. decret. Sabaudiæ, *tit. de cens. glos. 2. prima partis, num. 5.* Vnde victualium nomine non venit vestis, *l. præsenti, in fine princip. C. de his, qui ad Eccles. confug. Rebuff. ad l. verbo victus 43.* paulò pòst *princip. vers. ex his sumite, in fine, ff. de verb. signif. pag. mihi 235.*

3 VICTVALIVM igitur appellatione in terminis, *Concilij Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3.* mandantis illa præstari visitatoribus, veniunt tantum illa, quæ consistunt in victu, non tamen ea, quæ concernunt alia necessaria personæ, vt per *Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo visitatio, §. 6. dub. 1.* quem refero Ego ipse de officio, & potestate Episcopi, *p. 3. alleg. 73. n. 57.*

5 *In criminalibus quando agitur ciuiliter valet argumentum à Communiter contingentibus.*
6 *Argumentum à Communiter contingentibus valet etiam negatiuè.*
7 *Pro coniecturanda voluntate disponentis valet hoc argumentum.*
8 *Argumentum à Communiter contingentibus non procedit vbicunque contingens foret multum rarum.*

à Communiter contingentibus.

Loc. XX.

1 A COMMVNITER CONTINGENTIBVS, seu accidentibus validum est argumentum, *l. certi condictio, §. si nummos*, ibi, *cum quotidie, ff. si certum pet. l. ideóque*, vbi *glos. ff. de legib. l. quædam, §. nummularios, ff. de edendo, glos. fin. in l. neque natales, C. de probat. cap.* 1. *de cleric. non resid. Bald. cons.* 390. *Tam profundè, n.* 3. *lib.* 2. *Marsil. sing.* 1. *Castren. cons.* 466. *n.* 5. *lib* 1. *Socin. cons.* 93. *Circa princ. vers. porrò, lib.* 1. *Corn. cons.* 21. *Visa dicta repudiatione col. pen. vers. & argumentum à communiter contingentibus, lib.* 2. *& cons.* 48. *Videtur primo, n.* 3. *vers. non obstant contraria, lib.* 2. *Alex. cons.* 80. *Viso processu, n.* 3. *lib.* 4. *& cons.* 190. *Plura, n.* 11. *lib.* 6. *Everard. in topicis legalib. loco* 56. *Petr. Andr. Gammar. in dialect. legal. lib.* 1. *loco* 20. *Paris. cons.* 87. *n.* 24. *vol.* 3. *Mascard. de probat. concl.* 144. *n.* 20. *& concl.* 445. *n.* 6. *Hippol. Rimin. cons.* 165. *n.* 42. *& cons.* 168. *n.* 23. *& cons.* 209. *n.* 36. *& cons.* 217. *n.* 23. *vol.* 2. *& cons.* 242. *n.* 147. *& cons.* 244. *n.*

232. & *conſ.* 261. *n.* 40. & *conſ.* 292. *nu.* 27. *vol.* 3. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſ.* 19. *num.* 5. & *conſ.* 5. *num.* 2. & *conſ.* 10. *num.* 7. & *conſ.* 670. *num.* 7. *Cephal. conſ.* 278. *nu.* 92. *tom.* 2. & *conſ.* 546. *num.* 12. *tom.* 4. *Decian. conſ.* 1. *nu.* 182. *vol.* 2. & *conſ.* 49. *num.* 24. *eod. vol.* 2. & *conſ.* 41. *nu.* 5. & *conſ.* 76. *num.* 26. *vol.* 3. & *conſ.* 6. *num.* 21. *vol.* 4. & *conſ.* 54. *num.* 7. *vol.* 5. *Eugen. conſ.* 28. *num.* 78. *vol.* 1. *Brunor. à Sole in locis communib. verbo argumentum* 1. *Surd. deciſ.* 231. *num.* 18. & *de aliment. tit.* 7. *quæſt.* 9. *num.* 15. & *conſ.* 132. *num.* 22. & *conſ.* 135. *num.* 30. & *conſ.* 452. *num.* 46. & *conſ.* 540. *num.* 26. *Petr. Enriq. conſ.* 27. *num.* 27. *num.* 16. *Honded. conſ.* 83. *num.* 32. *tom.* 1. *Sim. de Prettis conſ.* 132. *num.* 57. & *conſ.* 133. *nu.* 9. & *conſ.* 137. *num.* 11. *lib.* 1. & *conſ.* 153. *num.* 5. *eod. lib.* 1. *Sfort. Odd. conſ.* 20. *num.* 6. *lib.* 1. *Pacian. conſ.* 31. *num.* 25. *Magon. Lucent. deciſ.* 44. *num.* 11. *vbi loquitur in materia probatoria, Cardin. Tuſch. practic. concl. tom.* 1. *lit. A, concl.* 493 *Aldouin. conſ.* 44. *num.* 5. *Ioſeph. Seſſe Aragoniæ deciſ.* 121. *num.* 23. *Mari. Muta deciſ.* 81. *num.* 36. *Caſ. Argel. de legitimo contradict. quæſt.* 16. *num.* 36. *Garc. Maſtrill. Siciliæ deciſ.* 245. *num.* 18. *Marc. Anton. de Ainatis Ferrariæ deciſ.* 58. *num.* 21. *Borgnin. Caualcan. Finizana deciſ.* 44. *num.* 116. *p.* 1. *Monald. conſ.* 1. *num.* 64. & *conſ.* 6. *num.* 15. & *conſ.* 24. *num.* 5. & *conſ.* 31. *num.* 21. & *conſ.* 43. *num.* 8. & *conſ.* 50. *num.* 11. & *conſ.* 55. *num.* 36. & *conſ.* 63. *num.* 26. *tom.* 1. & *conſ.* 1. *num.* 52. *tom.* 2. & *conſ.* 36. *num.* 44. *eod. tom.* 2. *A Ponte conſ.* 138. *num.* 35. *tom.* 2. *Valenz. conſ.* 77. *num.* 52. *Ioan. de Monte Sper. conſ.* 1. *num.* 16. *vol.* 1. *Laurent. de Pinu conſ.* 168. *nu.* 10. *Hieron. Gabr. conſ.* 167. *num.* 34. *vol.* 2. *plures*, quos refert *Franc. Viui. deciſ.* 255. *num.* 15. *lib.* 2.

2 Primò amplia multum valere huiuſmodi argumentum ad probationem honeſtatis ad excludendam copulam carnalem, vt reſoluit *Farin. in praxi crimin. v.* 5. *quæſt.* 136. *num.* 192.

3 Secundò amplia frequenter admitti ad probandam meretriciam, ſeu turpem vitam, quia luxuriosa vita probatur per locum à communiter contingentibus ſi fœmina paſſim admittat iuuenes ad ſe ingredi, *Bald. conſ.* 253. *Filiaſamil. in princip. lib.* 2. *Euerard. d. loco* 56. *Maſcard. de probat. concl.* 103. *num.* 20. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 493. *num.* 6. *Viui. deciſ.* 255. *nu.* 16. *lib.* 2.

4 Tertiò amplia in probationibus, & materia probatoria, vt per *Corn. conſil.* 194. *Circa præſentem, col.* 3. *verſ. & argumentum à communiter accidentibus, lib.* 2. *Caſtren. conſ.* 282. *col.* 2. *in princip. verſ. item releuatur lib.* 1. & *conſ.* 283. *Super iſto negotio, num.* 4. *eod. lib.* 1. *Aym. conſ.* 151. & *conſ.* 234. *col.* 3. *verſ. tertio valet argumentum, & in tract. de antiquit. temporum, p.* 4. *num.* 229. *Hippol. Rimin. conſ.* 26. *num.* 43. *lib.* 1. & *conſ.* 292. *num.* 27. *vol.* 3. *Decian. conſ.* 49. *num.* 24. *vol.* 2. *Franc. Viui. deciſ.* 255. *num.* 16. *poſt princip. lib.* 2. *Magon. Lucenſi deciſ.* 44. *num.* 11. *Garc. Maſtrill. Siciliæ deciſ.* 245. *num.* 18. *Cardin. Tuſch. d. concl.* 493. *num.* 11. *Rot. deciſ.* 341. *nu.* 3. *apud Farin. p.* 2. *recent.*

5 Quartò amplia etiam in criminalibus quando agitur ciuiliter, *Abb. conſ.* 113. *col.* 3. *lib.* 2. *Aym. conſ.* 40. *num.* 3. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 493. *num.* 16. *Paſeth. conſ.* 111. *num.* 29. *cum ſeqq. Viui. d. deciſ.* 255. *num.* 17.

6 Quintò amplia, quia valet argumentum hoc à communiter contingentibus negatiuè, hoc modo, videlicet, fieri non ſolet hoc, ergo non eſt veriſimile quod ſit factum; quia communiter contrarium contingit, vt per *Alex. conſ.* 80. *Viſo proceſſu, num.* 2. & 3. *verſ. nec etiam eſt veriſimile lib.* 4. *Aym. conſ.* 40. *num.* 3. *verſ. tertio reſpondeo, Cardin. Tuſch. d. concl.* 493. *num.* 22.

7 Sextò amplia valere pro coniecturanda voluntate diſponentis, vt cenſuit *Rot. deciſ.* 75. *num.* 2. *apud Farinac. par.* 2. *recent.*

Limita vbicunque communiter contingens foret multum rarum, vt per *Cagnol. in l. emancipati, nu.* 18. *C. de collation. Proſp. Paſeth. conſ.* 152. *Pro reſolutione, num.* 2. quos refert *Franc. Viui. deciſ.* 255. *num.* 18. *lib.* 2. 8

à Connexis.

Loc. XXI.

A CONNEXIS valet argumentum, vt latè probant *Petr. Andr. Gammar. in Dialect. legali lib.* 2. *loco* 2. *Cantiunc. in topicis legalib. loco* 15. *vbi loco* 14. argumentum deſumit ab adiunctis. Connexorum enim idem eſt iudicium, vt dixi *Axiom.* 51. *num.* 1. 1

à Coniunctione.

Loc. XXII.

A CONIVNCTIONE plurium legum, ſeu ſtatutorum valet argumentum, vt per *Angel. Aretin. conſ.* 76. *In his dubitationibus, num.* 15. *verſ. ſed his non obſtantibus, Euerard. in topicis legalib. loco* 15. *Dionyſ. Paul. de vera quatuor Patriarchal. Sedium erect. cap.* 20. *num.* 26. *Octau. Cacheran. conſ.* 41. *num.* 27. *Cardin. Tuſch. practic. concl. tom. lit. A, concluſ.* 503. *num.* 1. & 2. *Eugen. conſ.* 47. *num.* 65. *vol.* 1. 1

à Conſequenti.

Loc. XXIII.

A CONSEQVENTIS conceſſione ad ANTECEDENS validum eſt argumentum, vt latè tradunt *Euerard. in topicis legalib. loco* 95. *Coniunc. in ſimili tract. loco* 17. *Petr. Andr. Gammar. in dialectica legali lib.* 2. *loco* 6. *Ludou. de Caſanate conſ.* 45. *num.* 178. Nam conſequens qui vult, vult & antecedens, vt dixi *Axiom.* 1

Limita vbi conſequens, & antecedens ad contrarios tendunt effectus, ſicuti ſcribunt *Ioſeph. de Ruſticis in tract. an & quando liberi in conditione poſiti, lib.* 4. *cap.* 2. *p.* 1. *num.* 8. *Ludou. de Caſanate d. conſ.* 45 *num.* 179. 2

à Conſtitutione.

Loc. XXIV.

A CONSTITVTIONE municipali & ſtatuto ad RESCRIPTA valet argumentum, quia pariter interpretantur, vt reducantur conformia Iuri communi, ita *Roman. conſ.* 399. *Vt præſens conſultatio in princip. verſ. ſecundo probatur*, quem refert *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 1. *lit. A, concl.* 496. *num.* 1. 1

SVMMARIVM.

1 *A Conſuetudine ad Pactum,*
2 *A Conſuetudine ad Priuilegium,*
3 *A Conſuetudine ad Statutum,*

} *Argumentum valet.*

à Consuetudine.

Loc. XXV.

1 A CONSVETVDINE ad PACTVM valet argumentum saltem negatiuè, secundùm *Decian. cons.7.num.73.vol.3.& cons.19.num.42.eod.vol.3. & cons.21.num.73.vol.1.Franc.Viui.decis.255.num.7. lib.2.* & alios citatos infrà loco. Consuetudo enim habet vim pacti, immò est fortior pacto, sicuti tradunt *Farinac.in praxi,crimin.p.6.quæst.175.Gonzal.ad reg.8.Cancel.glos.33.num.4.* & facere potest quicquid potest pactum, *Afflict. Neapol. decis. 91.num.19. & decis.258.num.2.Cardin.Tusch.practic.conclus. tom.2.lit. C, conc. 807. vbi declarat.* sic etiam valet argumentum è contrà à Pacto ad consuetudinem, vt dixi *loc.81.num.3.*

2 A CONSVETVDINE ad PRIVILEGIVM valet argumentum, *cap.cùm contingat de foro compet. Flamin.Paris.de consident.quæst.38.num.* 17. Consuetudine enim introduci potest, quicquid per priuilegium concedi valet, *Cardin. Tusch. d. tom. 2. lit.C, concl.* 808. Sic è contrà valet argumentum à priuilegio ad consuetudinem,vt dixi *loco* 88.*num.*1.

3 A CONSVETVDINE ad STATVTVM valet argumentum,quia quod non potest consuetudo, neque potest statutum, & è contrà,vt per *Lap. alleg.43.in fine, Federic. de Senis cons.* 17. *num.* 3. *vers. præterea consuetudines, Surd.de aliment. tit.8.priuil.* 56. *num.27.& cons.& cons.2.num.29. Mari. Antonin.vari. resolut.lib.1.resol.1.num.3.Cardin. Tusch.practic.conclus. tom.1.lit. A, concl.* 507. *num.* 20. Sic è contrà valet argumentum à Statuto ad consuetudinem, vt dixi *loco* 105.*num.*3.

SVMMARIVM.

1 *A Contractibus ad Iudicia,*
2 *A Contractibus ad Sententiam,*
3 *A Contractibus ad vltimas voluntates,*
4 *Nisi diuersa esset ratio,*
5 *Vel nisi loqueretur de solemnitatibus adhibendis in contractibus, vel quasi,* } *Argumentum valet.*
6 *A Contractibus ad legatum,*
7 *A Contractibus ad Fideicommissa,*
8 *A Contractibus ad Delicta,*
9 *A Contractu mutui ad Contractum census,*
10 *A Contractu ad quasi contractum,*
11 *A Contractu ad distractum,*
12 *Contractus, & distractus à pari procedunt.*

à Contractibus.

Loc. XXVI.

1 A CONTRACTIBVS ad IVDICIA valet argumentum,*l.si quis seruum,& l.si quis cum filio, ff. de pecul. l. omnem, ff. de iudic. glos. verbo contractus,in auth.Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.Gutier.de iuram.confirmat.p.1. cap. 1. num.* 35. *Melch.Phœbos Lusit.decis.62.num.5.tom. 1. Henriq. in tract.de fideiussorib.cap.7.num.* 171. Sic è contrà valet argumentum à iudiciis ad contractus, vt dixi *loco* 57.*num.*1.

2 A CONTRACTIBVS ad SENTENTIAM & è contrà valet argumentum, vt refert decisum *Mari. Muta decis.70.num.3.*

3 A CONTRACTIBVS ad VLTIMAS VOLVNTATES, & è contrà validum est argumentum, *l.pactum inter hæredem,ff.de pact.l.quæ de legatis, l.seruum filij* 46.*§.eum qui chyrographum.ff. de legat.1.l. eum qui ita,in princ.ff.de verb.obligat.l. fin. C. de legat. Federic.de Senis cons.3.num.5.vers.nam licèt, Euerard. in topicis legalib.loco* 17.*Cantiunc.in simili tract.in septima specie loci à simili, Dec.cons.69.num.8. Ias. in l. quæ de legato ff.de legat.1. Paul.Fusc. lit. A, sing.* 85. *Soar. Iun.cons.126.num.28.vol.1. & cons.* 99. *num.* 7. *vol.3. Curt.Iun.cons.171.num.3.lib.2.& cons.341. num.8.lib. 3.Hippol.Riminald.cons.112.num.18.vol.2.& cons.269. num.18.vol.3.* vbi intelligit quando militat eadem ratio, *& cons.509.num.88.vol.5.Menoch.cons.58.num. 23.& cons.89.num.36.& cons.97.num.27. & cons.162. num.8.& cons.374.nu.7.& de præsumpt.lib.4. præs.127. num.9.Fulu.Pacian.cons.134.num.80.Cephal.cons.156. num.39.tom.2. Neuizan.cons. 2. num.* 34. vbi limitat quando diuersa reperiretur ratio, *Laurent. de Pina cons.76.num.21.Hieron. Gabr. cons.85. num.* 9. *vol.* 2. *Franc.Viui.decis.255.num.9.& 10.lib.2. Card.Mantic. de coniect.vltim.volunt.lib.3.tit.18.num.1.Sim.de Prætis cons.112.num.4.& cons.142.num.31.lib.1.Mascard. de general.stat.interp.concl.7.num.28.Ioseph.Ludou.Lucensis decis.29.num.3.Surd.de alimentis tit. 2. quæst. 10. num.7.& tit.5.quæst.1.num.15.& tit.9. quæst.18.num. 8.& 9.& cons.235.num.2.& cons.470. num.* 14. *Honded.cons.29.num.86.tom.1. Brunor. à Sole in locis communib.verbo argumentum 2. Camill. Gallin.in commentar.ad tit.verb.significat.lib.5.cap.16.num.74. Pichard. ad §.ex conditionalib.num.2.Instit.de verb.obligat. & in tract. de mora, num.* 203. *Adrian. Neguzant.in sylua responsor.quæst.92.num.3.& quæst.503.num.* 5. *Marta voto* 77.*num.*34.*Camill. de Laratha cons.* 7. *num.* 52. *& cons.14.num.7.A Ponte cons.46.num.96. tom. 2. Fusar. de substitut.quæst.379.num.14.Franc.Molin.de ritu nupt. lib.3.quæst.* 18. *num.* 14. *Cardin. Mantic. de tacitis, & ambig.conuent.tom.1.lib.2. tit.15.num.* 1. *vbi num.*16. intelligit subsistente eadem ratione, *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.1. lit. A, conclus.945.num.1.& 2.* vbi post *Dyn.cons.7. Quæstio talis est,num.4. vers.præterea, & Alex.cons.61.Super eo,n.2.lib.1.* asserit valere argumentum de cõtractibus ad vltimas voluntates affirmatiuè, tanquam de minori ad maius, non verò negatiuè, quia in contractibus fit stricta interpretatio, in vltimis verò voluntatibus fit lata. Sic è contrà valet argumentum ab vltimis voluntatibus ad contractus, vt dixi *loco* 123.*num.*1.

Limita vbi est diuersa ratio, quia tunc non valet 4
argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, contrà, *Alex.d.cons.61.num.2. vers.non obstat ultimis lib.1. Castren. cons.* 101. *col.* 2. *vers. quantum verò,lib.* 1. *Card. Tusch.d. concl.495.num.12. Cardin.Mantic.d.tom.1.lib.2.tit.15.num.17. Monet.de distribut.quotid.p.3.quæst.4.num.14.*

Limita etiam in legibus loquentibus de solem- 5
nitatibus adhibendis in contractibus,vel quasi,quia non extenduntur ad vltimas voluntates,nec è contrà, *Peralta in l.cùm pater,§.à filia,num.*58.*ff. de legat.* 2.quem refert *Armendar.in proœmio addit. ad ... pil. legum Nauarræ num.175.*

A CONTRACTIBVS ad LEGATA vali- 6
dum

dum eſt argumentum, *l quæ de legato*, vbi *Doct. ff. de legat. 1. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſ. 144. num. 10. & præſ. 199. num. 5.*

7 A CONTRACTIBVS ad FIDEICOMMISSA valet argumentum, ex *Menoch. conſ. 97. nu. 71.* vbi citat *Socin. Iun. conſ. 99. num. 7. lib. 3.*

8 A CONTRACTIBVS ad DELICTA, validum eſt argumentum, *l. omnem, ff. de iudic. l. abſentem, ff. de pœnis. l. 2. §. fin. ff. de cuſtod. reorum, auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oporteat, cap. fin. de foro compet. Florian. conſ. 11. in fine, num. 9. & 10. Petr. de Anchar. conſ. 28. num 3. verſ. de delictis, Euerard. in locis legalibus loco 20. Cantiunc. in ſimili tract. in decima ſpecie loci à ſimili, Hippol. Riminald. conſ. 196. num. 34. vol. 2. Cardin. Tuſch. d. tom. 1. lit. A, concl. 495. num. 8. & concl. 507. num. 26. Buccaron. de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 80. num. 7.* Sic è contrà valet argumentum à delictis ad contractus, vt dixi *loco* 35.

9 A CONTRACTV MVTVI ad contractum CENSVS valet argumentum, *Menoch. conſ. 49. num. 16.*

10 A CONTRACTV ad QVASI CONTRACTVM validum eſt argumentum, *l. ſi pupilli, §. ſi quis ita, ff. le negot. geſtis, l. apud Iulianum, §. fin. cum l. ſeq ff. ex quibus cauſis in poſſeſſ. eatur, l. ait prætor in princip. iuncto, §. non ſolùm, & ſeq. ff. de minorib. Euerard. in topicis legalib. loco 18. Cantiuncul. in ſimili tract. in octaua ſpecie loci à ſimili Socin. Iun. conſ. 147. num. 7. vol. 2. Caſ. Argel. de contradict. legit. quæſt. 3. num. 30. Ioſeph. Seſſe de inhibitionib. cap. 9. §. 3. num. 13.* vbi ſubdit non valere in præiudicium tertij, *Ioan. Griuel. Dolana deciſ. 14. num. 14.*

11 A CONTRACTV ad DISTRACTVM valet argumentum, *l. Pomponius, §. præterea, ff. de acquir. poſſeſſ. l. item veniunt, in princip. iuncto §. 1. ff. de petit. hæred. cap. de illis 1. in princip. ff. de deſponſ. impub. cap. vnic. §. idem quoque cod. vt. lib. 6. Euerard. in topicis legalib. loco 19. Cantiunc. in ſimili tract. in nona ſpecie loci à ſimili, Sebaſt. Naui. ad l. nihil tam naturale 36. num. 3. cum ſeqq. & ad l. fere 195. ff. de regul. Iuris, D. Barboſa in l. hæres abſens, §. proinde, num. 13. ff. de iudic.*

12 Contractus enim, & diſtractus à pari procedunt, & ſunt eiuſdem naturæ, *d. §. præterea, l. ab emptione 59. ff. de pactis, l. de tutela, C. de in integ. reſtit. minor. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 6. Pichard. in diſput. de mora, num. 141. Cald. Pereira de poteſtate eligendi cap. 7. num. 15. Eſcob. de ratiocin. cap. 14. num. 42. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 1. tit. 2. à num. 15. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. quæſt. 897. num. 886. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 168. num. 7. & num. 10. cum ſeqq.*

SVMMARIVM.

1 *A Contrario ſenſu validum eſt argumentum.*
2 *Argumentum à Contrario ſenſu vt procedat debet ſumi à contrarietate cauſæ finalis.*
3 *Accipitur ſtrictè, & ad limites verborum.*
4 *Sumitur à tota oratione cum ſuis qualitatibus.*
5 *Procedit quando contrarium non eſt in Iure expreſſum.*
6 *Et habet locum de Iure Canonico fauore piæ cauſæ, licèt caſus ſit prohibitus de Iure Ciuili.*
7 *In contractibus,*
8 *In contractibus conditionalibus,* } *Amplia.*
9 *In conuentionibus,*
10 *In ſtatutis,*
11 *Intellige quando in ſtatutis contrarius ſenſus non eſt repugnans iuri communi.*
12 *Reſtringe in caſu à Iure communi prouiſo.*
13 *In arbitramentis,*
14 *In pactis,*
15 *In pactis conuentionalibus,*
16 *In Reſcriptis,* } *Amplia.*
17 *In feudo,*
18 *In Sententia,*
19 *In vltimis voluntatibus,*
20 *Ex gloſſis,*
21 *Ex deciſionibus,*
22 *Ex dictis Doctorum,*
23 *In priuilegiis,*
25 *In diſpoſitione concepta negatiuè,* } *Limita.*
26 *Vbi eſſet inducenda Trebellianicæ detractio.*
27 *Quando in caſu contrario militat eadem, vel diuerſa ratio,*
28 *In irregularitate,*
29 *Vbi fieret correctio Iuris,*
30 *Etiam in ſtatutis,*
31 *Et teſtamentis,*
32 *Ac legibus feudalibus,*
33 *Niſi diſpoſitio redderetur inutilis,*
34 *Quando ſequeretur abſurdum,*
35 *Quando reſultaret abſonus intellectus,* } *Limita.*
36 *Quando ſumeretur ex verbis narratiuis legis,*
37 *Quando ſumeretur contra mentem contrahentium,*
38 *In iis quæ ſunt poſita ad cautelam,*
39 *In pœnalibus,*
40 *Quando induceretur contrarietas,*

à Contrario ſenſu.

Loc. XXVII.

A CONTRARIO SENSV validum eſt argumentum, *l. 1. §. huius rei, ff. de officio eius*, cui mandata eſt iuriſdict. *l. qui teſtamento, §. mulier*, vbi *gloſ. ff. de teſtam. l. ſi procuratorem, §. ſi ignorantes, ff. mandati, l. ſi quis locuples 57. ff. de manumiſſ. teſtam. l. conuenticula*, & ibi *Cyn. à princip. C. de Epiſcop. & cleric. l. apud antiquos 21. C. de furtis, cap. qualis 25. diſt. cap. cùm Apoſtolica. de iis quæ fiunt à Præl. cap. quamquam*, vbi *Doct. de cenſib. lib. 6. Roman. conſ. 399. in princip. Dec. conſ. 183. num. 1. & 2. Caſtren. conſ. 175. num. 3. lib. 1. Iaſ. in l. 1. num. 36. & ſeq. ff. de officio eius*, vbi ponit ampliationes, & limitationes, *Socin. reg. 28. Euerard. in topicis* 1

topicis legal. loco 4. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legali lib. 2. in loco à contrario sensu, Pichard. in disput. de mora, num. 132. Mascard. de probat. concl. 1146. num. 3. Pute. decis. 189. num. 8. lib. 1. in correctis, Cephal. cons. 51. num. 14. & cons. 136. num. 10. lib. 1. & cons. 308. nu. 55. & cons. 545. num. 3. vol. 4. Castillion. cons. 19. In facto num. 2. vbi ait quod est casus legis argumentum à contrario sensu, Hippol. Riminald. cons. 110. num. 49. & seq. lib. 1. vbi quod dicitur textus expressus, mens legis, & statuti, & cons. 485. num. 25. vol. 5. vbi quod est fortissimum, & cons. 487. num. 58. vbi quod renuntiari non potest, sicut nec legi, & cons. 538. num. 13. vol. 5. Paul. Fusc. lit. A, sing. 86. Brunor. à Sole in locis communib. verbo argumentum 3. Vivi. opin. 71. Surd. de aliment. tit. 1. quæst 42. num. 40. & tit. 6. quæst. 11. num. 2. & 3. Honded. cons. 48. num. 35. tom. 1. Hieron. Gabr. cons. 55. num. 21. cum seqq. tom. 1. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quæst. 12. num. 26. Farinac. in praxi crimin. p. 4. cons. 30. num. 219. vbi quod est fortissimum, Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 10. num. 15. Garc. Mastrill. Siciliæ decis. 207. num. 19. & decis. 254. num. 28. & 29. Monter à Cueua Aragoniæ decis. 39. num. 51. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, concl. 498. per totum. Cas. Argel. de contradict. legit. quæst. 7. num. 3. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resolut. lib. 1. resolut. 1. num. 4. Monald. cons. 148. num. 7. & cons. 168. num. 9. vol. 2. Valenzuela cons. 11. num. 68. & cons. 36. num. 29. & cons. 44. num. 18. Stephan. Gratian. disept. forens. cap. 995. num. 1. Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 2. cap. 23. num. 5.

2 Argumentum hoc à contrario sensu, vt procedat debet sumi à contrarietate causæ finalis, l. tale pactum, §. fin. ff. de pactis. Bald. cons. 477. in fine vers. ego dixi lib. 4. Card. Tusch. d. concl. 498. num. 33. Et in sensu directo, Dec. cons. 386. licèt in controversiis, num. 4. vbi si prohibetur alienatio vsque ad certum tempus, non prohibetur post illud tempus; sed non sequitur, ergo post tempus permissa est alienatio, quia non esset argumentum à sensu directo, Castr. cons. 106. Incipiendo secundo, in princip. lib. 2. vbi quod solemnitas seruãda à statuto in minore 18. annis non debet seruari in maiori 18. annis, sed non sequitur ergo maior 18. annis efficitur maior 25. quia non est arguere à sensu directo, refert Cardin Tusch. d. con-
3 clus. 498. num. 34. & 36. Item accipitur strictè, & ad limites verborum, Surd. cons. 224. num. 2. Gregor. decis. 297. num. 8. Rot. decis. 709. num. 6. apud Farin. p. 2. re-
4 cent. vbi fuit dictum argumentum à contrario sensu strictè accipi respectu eius quod dicitur in sensu directo. Denique sumi debet à tota oratione cum suis qualitatibus, Seraphin. de priuileg. Iuram. priuil. 1. num. 10. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 14. num. 2.

5 Primò amplia & intellige validum esse hoc argumentum quando contrarium non est in iure expressum, l. 2. C. de condit. insertis, cap. cùm virum de Regularib. cap. à nobis 2. de sent. excom. Euerard. d. loco 4. Garc. Faluon. reg. 45. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præs. 93. num. 5. & lib. 4. præs. 83. num. 55. Fachin. controuers. Iuris lib. 13. cap. 3. cum seqq. Gam. Lusit. decis. 167. num. 8. Valasc. cons. 136. num. 7. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 15. num. 13. & tit. 17. num. 1. & 7. & de tacitis, & ambig. conuent. tom. 1. lib. 2. tit. 14. Brunor. à Sole in locis commun. b. verbo Argumentum 3. Gutier. practic. lib. 3. quæst. 44. num. 4. Surd. decis. 75. num. 7. & cons. 15. num. 37. Ioseph. Aldrete de relig. disciplinenda lib. 2. cap. 28. num. 32. Morla in emporio Iuris p. 1. tit. 1. quæst. 3. in fine, & tit. 5. quæst. 1. num. 41. Sanch. de Matrim. lib. 6. disp. 21. num. 9. Seraphin. d. priuil. 1. num. 6. Ignat. del Villar. in sylua responsor. resp. 16. cap. 3. nu. 10. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 146. num. 13. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ glos. 4. num. 304. Anton. Monach. Rotomen. decis. 67. num. 38. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 18. num. 18. Hieron. Fernendez de Ostero in interp. cap. fin. de pactis num. 62.

Secundò amplia vt procedat etiam de Iure Ca- 6
nonico fauore piæ causæ, licèt casus sit prohibitus de Iure Ciuili, cap. licèt, de sepultur. lib. 6. Feder. de Senis cons. 294. Cardin. Tusch. d. concl. 498. n. 7.

Tertiò amplia in contractibus, secundùm Alex. 7
cons. 129. in princip. lib. 2. & cons. 46. num. 5. & cons. 119. num. 8. lib. 2. Surd. decis. 302. num. 11. Roland. à Valle in tract. de lucro dotis, quæst. 43. num. 1. Vivi. opin. 1. num. 8. Ioseph. de Rusticis in tract. an & quando filij positi in conditione, lib. 1. cap. 4 num. 8. D. Barbos. in l. si cum dotem, num. 28. cum seq. ff. soluto Matrim. Franc. Veg. cons. 11. num. 4. Sim. de Prettis cons. 77. num. 13. & cons. 192. num. 12. lib. 1. Anton. Monach. Lucen. decis. 55. num. 22. & 23. Franc. Molin. de rtu nupt. lib. 3. quæst. 51. num. 9. vbi num. 10. resoluit procedere in contractibus tam bonæ fidei, quàm stricti Iuris, & à num. 17. totus est in respondendo fundamentis, Hieron. Gabr. cons. 58. n. 22. & 23. tom. 1. existimantis in contractibus argumentum à contrario sensu desumi non posse.

Quartò amplia etiam in contractibus conditio- 8
nalibus, Bald. cons. 273. Factum dicitur esse tale, num. 2. vers. aliquando lib. 1. & cons. 122. Quidam lib. 5.

Quintò amplia in conuentionibus, Roman. cons. 9
399. vers. tertio, Dec. cons. 316. num. 8. Alexand. cons. 46. Ponderatis verbis num. 5. vers. tertio in conuentionibus.

Sextò amplia in statutis, sicuti docent Bald. cons. 10
201. In prouincia, num. 2. vers. in contrarium lib. 1. Castren. cons. 98. In causa appellationis lib. 2. vbi ait quod statutum in quo disponitur quod filiusfamil. non possit obligari, nisi gerat publicè negotia domus, intelligitur à contrario quod si gerat negotia domus potest obligari, idem Castren. 106. in princip. lib. 2. vbi dicit statutum quod minor viginti annis adhibeat certam solemnitatem statuti, Angel. cons. 210. Statutum supradictum, num. 4. vers. contrarium, vbi quod statutum vocans ad successionem defuncti, certas personas certo casu censetur disponere contrarium à contrario sensu, Alex. cons. 142. Viso processu, num. 2. vers. nam statutum, num. 6. vbi ait statutum quod Archidiaconus possit absente Presbytero installare includere argumentum à contrario quod installatio spectet ad Archipresbyterum præsentem, Corn. cons. 146. In hac consultatione, in princip. lib. 2. vbi quod si statutum excludat fœminas filias stantibus masculis à contrario sensu non stantibus vocat fœminas, prout Ius commune disponit, Ruin. cons. 37. Pro decisione lib. 3. Socin. cons. 207. n. 11. lib. 2. vbi dicunt statutum quod non stantibus certis masculis succedunt fœminæ, operari vt à contrario sensu si extant tales masculi, fœminæ excludantur etiam ad correctionem Iuris communis, quando aliàs statutum nihil operaretur, Paris. cons. 47. col. 2. lib. 3. Rimin. Iun. cons. 249. num. 34. & seq. lib. 3. vbi resoluunt quod stante statuto quod donec extabunt masculi fœminæ non succedant, illæ succedunt à contrario sensu quandocunque masculi desinunt. Dec. cons. 183. num. 1. & 2. vbi ait hoc argumentum in statutis procedere vt statutorum verba aliquid operentur, Portol. de consortib. cap. 36. num. 17. Decian. cons. 17. nu. 6. vol. 1. vbi intelligit quando per illud reducimur ad Ius commune, & cons. 46. num. 8. vol. 2. & cons. 27. num. 13. vol. 5. vbi declarat si sumatur ad limites verborum, quæ habentur in directo sensu, Hippol. Riminald. cons. 320. num. 25. lib. 3. & cons. 369. num. 6. & cons. 391. num. 17. & cons. 426. num. 19. & cons. 452. num. 12.

num.12.& conſ.473.num.9.& conſ.476.num.41. lib.4. & conſ.551.num.18.vol.5. Borgn. Caualcan. deciſ. 24. num.20.21.& 29.p.3. Viui.opin.71.num.5. vbi num.6. intelligit, niſi ſint correctorij, Honded.conſ. 16. num. 60. tom.1.& conſ.16.n.12.tom.2.Hieron.Gabri.conſ.16.n.3. tom.1. Iacob. Gall. conſ.34.n. 13. Pereg. conſ.144.n.5. vol.5. Ceuall. commun. contra commun.q. 336. n.2. cum ſeq. Cardin.Tuſch. d.concl.498.num.19.cum ſeqq. Rot. deciſ.185.nu.7.apud Farin.p.1.recent. vbi fuit dictum argumentum à contrario ſenſu validiſſimum eſſe in ſtatutis, præſertim quando ſtatutum diſponit in caſu à Iure non prouiſo, *& deciſ.709.num.4.p.2.recent.* & coram R^mo D. meo Coccino Rotæ Decano, *deciſ.111.num.11.& 12.* vbi quod hoc argumentum à contrario ſenſu valet in ſtatutis quando non plus prouenit ex interpretatione quam verbis.

11 Intellige ampliationem quando in ſtatutis contrarius ſenſus non eſt repugnans Iuri communi, ſecundùm *Roman.conſ.399.num.5.& 6. laſ.in l.1.num. 4.ff. de officio eius, Bald.conſ.443. Statuimus, lib.2. Cardin.Tuſch.d.concluſ.498.num.39.& 123. Decian. conſ. 32.num.11.vol.2.*

12 Declara eandem quartam ampliat. vt non procedat in ſtatutis, argumentum à contrario ſenſu in caſu à Iure communi prouiſo, ſicuti docent *Roman. conſ.11.in princip. Apoſtil.ad eundem conſ. 399. num. 6. in verbo veriorem*, niſi quando ſtatutum nihil operaretur, *Ruin.conſ.37.in princip.lib.1. Alex.conſ. 95. Et ſi vt puto, num.4.& ſeq. verſ. nec obſtat lib. 4. & conſ. 142.num.2. & 3.lib.6. Anchar. conſ.213. num.4.Crauet.conſ.92.num.5.& conſ.201.num.13.*

13 Septimò amplia in arbitramentis, quia in eis ſumitur argumentum à contrario ſenſu, veluti ſi laudum faciat exemptum aliquem, donec duret deſcriptio facta, quia poſt deſcriptionem cenſetur denegata exemptio, ita *Bald.conſ.142. Quidam dominus, num.2. verſ.ſubſequenter præmittendum, lib. 2. Cardin. Tuſch.d.concluſ.498. num. 46.* vbi *num.47. cum Fulgoſ. conſ.144.Syndici, num.2.* extendit in correctione laudi, ſeu arbitramenti facta in vna parte, quia aliam partem non tangit, tunc enim valet argumentum circa hoc.

14 Octauò amplia in pactis, quia argumentum à contrario ſenſu habet vim pacti expreſſi, ita *Angel. conſ.210.num.4.verſ.contrarium, Bald.conſ.390. Factum tale eſt, in fine lib.4. Anchar.conſ.213. num. 5. Borgnin. Caualcan.deciſ.37.num.11.& 12.p.2. Cardin.Tuſch. d. concl.498.num.49.*

15 Vnde in pactis conditionalibus ſub conditione datum contraria conditione ademptum cenſetur, quia & in iis validum eſt argumentum à contrario ſenſu, *l.pecuniam, ff. de rebus credit. Riminald.in l.1.ff. de officio eius, num.473. Surd.deciſ.202.num. 11. ad finem.* hinc vulgaris regula deſcendit datum ſub conditione affirmatiua contraria exiſtente relictum non videri, *l.ſi legatum purè, ff. de adimend.leg. l. aliquando, ff. de condit.& demonſt. l.quod purè. ff. quando dies leg.cedat, Surd.d.deciſ.202.num.7.*

16 Nonò amplia in reſcriptis *Hippol. Riminald. conſ. 474.num.16.vol.4. Pelacz. de maioratu, p.1.quæſt.4.num. 14. Decian.conſ.36. num.7.vol.3.* ideò ſi ex reſcripto mandantur taxari expenſæ de Iure debitæ, à contrario ſenſu mandatur non taxari expenſas de Iure non debitas, *Signorol.de Homod.conſ.36. In quæſtione vertente, num.7.verſ.decimo præmitto. Roman.conſ.399.in princip.verſ.ſecundo, Cardin.Tuſch.d.concl.498.num.51.*

17 Decimò amplia in feudo, quia inueſtitura vocans certas perſonas ſi talis decellerit ſine filiis operatur excluſionem à contrario ſenſu ſi cum filiis deceſſerit, ſicuti docet *Fulgoſ.conſ. 4. Ad id de quo quæritur, in princip.* quem refert *Card.Tuſch.d.concl.498.n.55.*

Vndecimò amplia in ſententia, vt reſoluunt *Fulgoſ.conſ.144.num.2.Hippol.Riminald.conſ.304.num.27. & 28. Alexand.Raudenſ.deciſ.3.num.2.p.1.Card.Tuſch. d.concl.498.num.61.* vbi *nu.62.* poſt *Roman. conſ.399. & Anchar.conſ.272.num.6.* extendit etiamſi ſententia habeat dictionem taxatiuam, putà ſi dicat malè iudicatum quoad certum caput, quia cenſetur confirmare in aliis. Secus eſt autem in abſolutione ſententiæ, putà in qua dicitur, condemno te ad ſortem principalem, quia non ſequitur, ergo abſoluo te ab vſuris, ſecundùm *Bart.& gloſ.in l.4. C. de depoſitis & Card.Tuſch.d.concl.498. n.120.* 18

Duodecimò amplia in vltimis voluntatibus, vt per *Alex.conſ.130. Attentis verbis, num. 6. verſ. nam in vltimis voluntatibus, lib.2. Hippol. Rimin.conſ.110.num. 47.vol.1.& conſ.381. num. 1. vol.4. Viui.opin.71.num. 9. Decian. conſ. 57.num. 50. vol. 1. & conſ.27.num.20. vol.3.* vbi ampliat etiam in modalibus, & conditionalibus, *& conſ.34.num.34.eod.vol.3.* vbi quod in interpretatio teſtamentorum & ſubſtitutionum valet, *& conſ.77.num.20.& conſ.316.num.22.vol.4. Pereg.de fideicom.art.28.num.18. Caualcan.deciſ.1. num. 30.p.3. Card.Tuſch.d.concl.498.num.58. Stephan. Gratian. diſcept.forenſ.cap.954.num.35.* Niſi veriſimilis mens teſtatoris repugnet, ſecundùm *Alex.conſ.93. Alias conſultus, num.11.verſ.& pro hoc lib.3.* quem refert *Card. Tuſch.d.concl.498.num.83.* 19

Limita primò vt non valeat argumentum à contrario ſenſu gloſſæ, quamuis admittatur à contrario ſenſu textus, ita *Calderin.conſ.89.* quod eſt *9. circa fin. de officio legat.* & duplicatur *conſ. 424. aliàs 3. de præbend.* quem refert *Card.Tuſch.d.concl.498.n.66.* 20

Limita ſecundò, vt nec etiam admittatur ex deciſionibus Rotæ ex *Card.Seraphin.deciſ.1342.n.1.* 21

Limita tertiò, vt multo minus admittatur ex dictis Doctorum, ſecundùm *Alex. conſ. 25. Viſo teſtamento num.6.in fine verſ.nec debet lib.3.Card.Seraphin. deciſ.822.num.6.Garc.Maſtrill.Sicilia deciſ.293. n. 63. Molfeſ.conſ.27.num.36.tom.2.Stephan. Gratian.diſcept. forenſ.cap.689.num. 42. quicquid dicant Hippol. Rimin. conſ.71.num.27.& 28.& conſ.86.nu.13.vol.1. & conſ. 389.num.46.& conſ.415.num.48.& conſ.450.num.61. & conſ.466.num.20.vol.4.Card.Tuſch.d.concl. 498. nu. 68.& 69. Ludou. Rodolphin.poſt tract.de ſuprema ſeu abſoluta Principis poteſt.concl.5.n.7. Viui.opin.71.n.10.* 22

Limita quartò in priuilegiis, *gloſ. in cap. licèt, de priuileg.in 6. Euerard.d.loco 4. Socin.conſ.246. num. 11. lib.2.Cardin.Tuſch.d.concluſ.498.num.80.* vbi *num.50.* poſt *Angel. Aretin.conſ.72. In caſu ſupradicto, num.14. verſ.& potiſſimè*, ait in priuilegiis admitti hoc argumentum, maximè vt reducantur ad Ius commune. 23

Limita quintò, quando inducta ad vnum finem contrarium operarentur effectum, *Crauet.conſ.39.n. 8. Purpurat.in l.1.n.682.ff. de officio eius, Cacheran. Pedemont.deciſ.178.n.7.& conſ 40.num.14. Cardin.Tuſch.d. concl.498.num.118. Franc.Molin.d.q.51.n.7.* 24

Limita ſextò, in diſpoſitione concepta negatiuè, ex qua non deducitur argumentũ affirmatiuè, quia verba negatiua ſemper negant, & nunquam affirmant, *Bald.in l.2.C. de condit. inſert. Euerard.in topicis legalib.loco 4.verſ ſecundo iſtud limitatur, Garc. Falcon. reg.45.num.1. Fachin.controuerſ.lib.13.cap.8. Alex.conſ. 150. In cauſa & lite, n.20.verſ.verba negatiua lib.5. Cacheran. Pedemont.deciſ.69.n.28. Fului. Pacian. de probationib.lib.1.cap.35.nu.53. Hippol. Rimin.conſ.413.n.15. vol.4. Surd.de aliment.tit.6.q 15.n.7.& deciſ.185.n.24. Card.Tuſch.d.concl.498.n.121. Franc. Molin.d.q.51.n.5. Ruſtic.in l.cum autus lib.4.c 7.n.16.ff. de cond.& demõſt.* 25

Limita septimò quando per illud esset inducenda trebellianicæ, vel falcidiæ detractio, vt per *Ferrer. in constit. Cathaloniæ glos. 4. num. 303.*

27 Limita octauò quando in casu contrario militat eadem, vel diuersa ratio, *glos. verbo Videtur, in l. cùm prætor. ff. de iudic. Nauis. consil. 126. num. 14. Surd. decis. 18. num. 24. Cardin. Tusch. d. concl. 498. num. 108. Sanch. de Matrimon. lib. 9. disput. 32. num. 11. Franch. Molin. d. quæst. 51. num. 8.*

28 Limita nonò in materia irregularitatis, cùm hæc non incurratur, nisi in casibus à Iure expressis, vt per *Sayr. de censuris lib. 7. cap. 5. num. 16.*

29 Limita decimò quando fieret ex tali argumento correctio Iuris communis, *cap. significasti, de foro compet. glos. verbo obseruare in Clem. 1. de sent. excom. Ioan. de Imola cons. 57. in fine, & cons. 100. in fine, Abb. cons. 75. num. 2. vers. nec obstat lib. 1. Castren. cons. 175. Casus præsens, num. 3. vers. responderi poterit, lib. 1. & cons. 184. Videtur. col. 2. vers. nam contrarium eod. lib. 1. Euerard. d. loco 4. Roman. cons. 392. Circa primum, num. 25. Hippol. Riminald. cons. 419. num. 8. vol. 4. & cons. 582. num. 8. vol. 5. Cephal. cons. 299. num. 28. tom. 2. & cons. 422. num. 4. tom. 3.* vbi ait quod sumitur vbi limitatum est tempus, *Decian. cons. 1. num. 126. vol. 2. & cons. 32. nu. 14. vol. 4. Sim. de Prettis cons. 138. num. 53. lib. 1. Borgnin. Caualcan. decis. 5. num. 21. & decis. 45. num. 64. p. 1. Cardin. Tusch. d. concl. 498. num. 86. & 87. Pereg. cons. 144. num. 4. vol. 5. Fachin. cons. 32. num. 19. lib. 3. Ioseph. de Rustic. in l. cùm auus, ff. de condit. & demonst. lib. 2. cap. 18. num. 5. & lib. 5. cap. 8. num. 6. Mastrill. Siciliæ decis. 261. num. 101. Gregor. decis. 297. num. 5. Hieron. Fernandez de Ottero in interp. cap. vlt. de pactis, nu. 61. Rot. decis. 491. num. 9. apud Farinac. p. 1. recent.*

30 Limitationem huiusmodi extende ad statuta, vel Constitutiones, itaut in eis etiam non sumatur argumentum à contrario sensu quando ex tali argumento induceretur correctio Iuris, ita *Abb. cons. 75. Primo est videndum, col. 1. in fine, & col. 2. in princip. lib. 1. Alexand. cons. 17. Visis & oportune, num. 2. vers. sed ita est, & cons. 69. Visa facti in fine lib. 2. Roman. d. cons. 399. num. 9. vers. quinto, Cardin. Tusch. d. concl. 498. num. 103.* Vel alterius statuti, secundùm *Gozadin. cons. 37. Prima facie, num. 6. Card. Tusch. d. concl. 498. n. 101. seu Constitutionis, Decian. cons. 32. num. 35. vol. 2. Card. Tusch. d. concl. 498. n. 94.*

31 Extende pariter in testamentis, itaut huiusmodi argumentum non procedat quando induceretur correctio alterius partis testamenti, *Alciat. cons. 78. num. 3. lib. 9. Mogon. Florent. decis. 149. num. 28. Fusar. de substitut. quæst. 720. num. 11.*

32 Extende etiam ad leges feudales, quia in feudalibus seruatur Ius commune, nisi in casibus in quibus reperitur expressè statutum contrarium, & argumentum à contrario sensu non dicitur expressè statutum, sed tacitum, *Alex. cons. 25. Attentis, num. 11. & seq. vers. sed tale argumentum lib. 5. Card. Tusch. d. concl. 498. num. 93.*

33 Sublimita, nisi dispositio redderetur inutilis, quia tunc argumentum à contrario sensu valet etiam ad correctionem Iuris, *Alex. cons. 17. Visis, num. 4. vers. & procedunt prædicta lib. 2. & cons. 116. Animaduersis, num. 17. vers. vbi ergo statutum, eod. lib. 2. Roman. d. cons. 399. num. 6. Anchar. cons. 213. num. 4. vers. & vltra rationes, Rain. cons. 37. in princip. lib. 1. Pichard. in disp. de mora, num. 132. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ gl. 3. num. 44. Cardin. Tusch. d. conclus. 498. num. 89.* vbi *num. 90.* post *Roman.* citatò loco subdit valere argumentum à contrario sensu ad correctionem Iuris antiqui, quando non esset alicuius effectus lex vltima, *& num. 112.* dicit etiam valere quando constat de mente & coniecturis, *& num. 113.* post *Castrens. cons. 455. num. 5. lib. 2.* vbi agitur de bono publico ne quis decipiatur.

Limita vndecimò quando sequeretur absurdum, 34
Rain. cons. 71. num. 18. lib. 2. & cons. 84. num. 2. lib. 3. Pute. decis. 69. num. 3. lib. 2. in correctis, Ioseph. de Rusticis in l. cùm auus, ff. de condit. & demonst. lib. 4. cap. 13. num. 14. & lib. 5. cap. 1. num. 116. Gasp. Anton. Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst. 87. num. 5. Cardin. Tusch. d. concl. 498. num. 119. & num. 84. vbi *num. 85.* post *Ægid. Bellem. cons. 34. num. 21. vers. ad tertium*, idem dicit quando resultaret iniquitas, vt quia tollitur ius tertij.

Limita duodecimò quando ex huiusmodi argu- 35
mento resultaret absonus intellectus, vt per *Hippol. Riminald. cons. 292. num. 30. vol. 3. Menoch. cons. 120. num. 31. Petr. Etrig. cons. 13. num. 11. Porrol. de consortib. cap. 1. num. 18. Cacheran. cons. 40. num. 10. Peregrin. cons. 38. num. 11. lib. 3. Hieron. Fernandez de Ottero in interp. cap. vlt. de pactis, num. 60. Ioseph. Sesse Aragoniæ decis. 146. num. 13. à Ponte cons. 30. num. 15. vol. 2. Fusar. de substitut. quæst. 736. num. 6. Rot. decis. 135. num. 14. p. 2. diuers.*

Limita decimotertiò quando sumeretur ex ver- 36
bis narratiuis legis, *glos. in l. 1. quando non per partes, Euerard. d. loco 4. Brunor. à Sole in locis communib. verbo argumentum 3. Decian. cons. 32. num. 12. vol. 2.*

Limita decimoquartò quando sumeretur contra 37
mentem contrahentium verbis expressam, etiamsi ex procœmio tantùm colligi possit, vt per *Hippol. Riminald. cons. 448. num. 60. cum seq. Alex. cons. 93. num. 10. & 11. lib. 3. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 5. lit. M, conclus. 199. num. 50. Cardin. Mantic. decis. 137. num. 7.*

Limita decimoquintò in iis, quæ sunt posita ad 38
cautelam causa dubitationis tollendæ, *Riminald. Iun. in l. 1. num. 435. ff. de officio eius*, & ideò in confirmatione Papæ facta pro potiori cautela non valet argumentum à contrario sensu, *Grat. cons. 7. num. 21. & 22. lib. 1.* refert *Card. Tusch. d. concl. 498. num. 115.*

Limita decimosextò in pœnalibus, *Ioan. Griuel.* 39
Dolana decis. 143. num. 10. & in materia stricti Iuris, *Card. Seraphin. decis. 1466. num. 3.*

Limita decimoseptimò quando induceretur con- 40
trarietas cum alia parte disponentis, vt resoluunt *Roman. cons. 399. num. 7. Rimin. Iun. in l. 1. num. 412. ff. de officio eius, Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 2. tit. 14. in fine, Rot.* in Imolen. bonorum 25. Maij 1620. coram bonæ mem. Buratto, & in Romana officij Militis S. Petri 23. Maij 1625. coram eodem.

A CONTRARIIS validum est argumen- 41
tum, vt per *Euerard. in topicis legalib. loco 75. Petr. Andr. Gammar. in Dialect. leg. lib. 2.* loco à contrarietate, *Cantiunc. in topic. loco 13.* vbi loco 18. agit de argumento à repugnantibus, *Ioan. Appell. de ratione explicandi Dialect. cap. 6. Menoch. cons. 89. num. 54.*

à Conuentione.

LOC. XXVIII.

A CONVENTIONE ad STATVTVM va- 1
let argumentum affirmatiuè, vt per *Roman. cons. 399. num. 3.* vbi *Apostil. in verbo affirmatiuè*, quem refert *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, concl. 496. num. 3.*

à Corre

à Correlatiuis.

Loc. XXIX.

A CORRELATIVIS validum eſt argumentum, *l.1.C.ne liceat potent. l.fin.C. de indicta vid.tollenda, Bald.conſ.14.* Super legitimatione, *num. 2.lib.4. Euerard. in topicis legalib. loco 76. Cantiunc. in ſimili tract.loco 19. Petr. Andr. Gammar. in Dialect. legali lib.2.loco* à correlatiuis, *Menoch.conſ.32. num. 18. Sim.de Prettis conſ.39.num. 14. lib. 1. Franc. Viui. deciſ.255.num.46.lib.2. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 19.num.4. Pereg.conſ.99.num.142.vol.6. Cardin.Tuſch. practic. concluſ.com.2. lit. C,concl.1041.num.4.* Correlatiuorum enim eſt iudicium, & de vno diſpoſitum trahitur ad alterum, vt dixi *Axiom.*

2 Intellige quando militat eadem ratio in vtroque correlatiuorum, vt tenet *Farinac.in praxi crimin.p.4. conſ.85. num.74.* quia ſi diuerſa ratio detur non valet argumentum, *l. curatorem, C. de interd. Matrim. Euerard.d.loco.76.Felin.in proœm. Decretal.in verſ.Gregorius,num.10. Dec.in l.1. num. 9. C.de in ius vocando, Anton.Gabr.commun.lib 6.tit.de legib.concl.3. num.51. verſ.primo limita, Henric. à Roſenth. de feudis cap. 10. concl.19.in gloſ.lit.M, Surd.d.quæſt.16.num.3.& num. 10.& quæſt.41.num.4.& tit.4.quæſt.44.num.28. & deciſ.47.num.7.& conſ.52.num. 62. Menoch. conſ. 1192. num.15. cum ſeqq.& num. 21. Cardin. Seraphin. deciſ. 1442.num.12. Anton.Monach.Bononien. deciſ.51.num. 14.Sanch.de Matrimon.lib.6.diſp.21.num. 9. Stephan. Gratian.diſcept.forenſ.cap.26.num. 5.Card. Tuſch. d.lit. C, concl.1042.num. 2. Octau. Glorit. reſp. 5. num.55. Franc.à Souſa in repet.l.fœmina,ff. de regulis Iuris p. 1. num.143.*

3 Amplia etiam in pœnalibs, ſecundùm *Surd. d. quæſt.19.num.4.Franc.del Caſtillo deciſ.175.num.14.*

à Crimine.

Loc. XXX.

1 A CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS ad crimen HÆRESIS argumentari licèt, ſicuti ſcribunt *Menoch.conſ.808.num.1. Fulu. Pacian. conſ.19.num.70.Roland.à Valle conſ.73.num. 16. vol.3.* vbi dicit valere huiuſmodi argumentum de crimine læſæ maieſtatis humanæ ad crimen diuinæ, non è contrà, *& conſ.73.num.17.vol. 4.* ait quod non valet, niſi in caſibus à Iure expreſſis, quicquid dicat *Sanch.in præcepta Decalogi tom.1.lib.2.cap.28.num.5.*

à Debitore.

Loc. XXXI.

1 A DEBITORE ad CREDITOREM arguitur, quia ſunt correlatiua, *l.fin.* vbi *Bart.ff. de acceptilat. Alex.conſil.106. Viſis, num. 7. & 8. verſ. tertio, verba lib.5.Card.Tuſch.pract.concluſ.tom.2.lit.C, concluſ.1055.num.10.*

à Decimis.

Loc. XXXII.

1 A DECIMIS ad OBLATIONES factas Eccleſiæ valet argumentum, vt per *Decian. conſ.16.num.5.vol.2.* In quo autem differant decimæ ab oblationibus tradit breuiter *Monet. in tract. de decimis,cap.2.quæſt.3.num.10.*

à Definitione.

Loc. XXXIII.

A DEFINITIONE validum eſt argumen- 1
tum, *l.1.§.dolum,* vbi *Bart.notat.ff.de dolo, l.fin. iuncta gloſ.ff.de verbor.ſignif. cap. dudum 2.poſt princip. de elect. Euerard. in topicis legalib.loco 44. Cantiunc. in ſimili tract. loco 2. Ioan. Appell. de ratione explicandi Dialecticam cap.1.à definitione vocis, Petr.Andr.Gammar.in Dialect.legali lib.1.loco 1.Thob.Non.ad Princip. Inſtit.de teſtament.num.25.Decian. conſ. 17. num.4. & conſ.18.num.1.& conſ.19.num.1.& conſ.66. num. 68. vol.3.& conſ.2.num.23.vol.4.& conſ.62.num.1. vol. 5. Sim.de Prettis conſ.86.num.16.lib.1.Surd.conſ.304.nu. 5.Monet.de diſtribut.quotidian.p.1.quæſt.4.num.4.*

à Delegato.

Loc. XXXIV.

A DELEGATO ad ARBITRVM, & è 1
contrà valet argumentum, *Fulgoſ. conſ. 217. Viſo exemplo, in princip.* quem refert *Cardin. Tuſch. practic.concl. tom.1.lit. A, concl.507.num.11.*

A DELEGATO à ſubdelegato ad PROCV- 2
RATOREM, vel ſubſtitutum valet argumentum, quia mortuo ſubſtituto procuratore, qui cœpit litem, facultas non reuertitur ad ſubſtituentem totaliter vices ſuas, ſed ad dominum principalem, prout mortuo ſubdelegato, qui cœpit cognoſcere, iuriſdictio reuertitur ad fontem, non ad delegatum, *Oldrad.conſ.130.num.5.verſ. & ſi dicatur, Card.Tuſch. d. lit.A, concl.507.num.7.*

à Delictis.

Loc. XXXV.

A DELICTIS ad CONTRACTVS va- 1
let argumentum, *l.omnes, l.tam ex contractibus, ff.de iudic. Petr.de Anchar.conſ.28.num. 3. verſ. de delictis, Menoch.conſ.466.num.10. Cardin.Tuſch.practic. concl.tom.1.lit.A, concluſ.507.num.26.* cum aliis citatis ſuprà *loco 26.num.8.*

SVMMARIVM.

1 *A Diſpoſitione tacita ad expreſſam,*
2 *A Diſpoſitione legis ad diſpoſitionem teſtatoris,*
3 *A Diſpoſitione ſtatuti ad diſpoſitionem teſtamenti,*
4 *A diſpoſitione in teſtamento ad codicillorum declarationem,*

} *Argumentum valet.*

à Diſpoſitione.

Loc. XXXVI.

A DISPOSITIONE TACITA ad EX- 1
PRESSAM valet argumentum quando in vtraque eſt eadem ratio, *l.cùm quid,* vbi omnes, *ff. ſi certum pet. Menoch.de præſumpt.lib.4.præſ.189.num.97.* nam taciti & expreſſi idem eſt iudicium, vt dixi *Axiom.218.*

A DISPOSITIONE LEGIS ad diſpoſi- 2
tionem TESTATORIS validum eſt argumen-

tum, *l. non impossibile, ff. de pactis, l. servus hac lege, ff. de manum. l. si ita fuerit servus, in fine, ff. de manumiss. testam. l. cùm quidam vers. quemadmodum enim, ff. de verb. signif. Everard. in topicis legalib. loco 52. Cantiunc. in simili tract. in 29. specie loci à simili, Decian. cons. 62. num. 10. vol. 2.* vbi subdit quod valet etiam è contrà, *Menoch. cons. 97. num. 24. & cons. 204. num. 39. Franc. decis. 255. num. 5. lib. 2. Laderch. Imola cons. 24. num. 23. Surd. cons. 278. num. 9.* Voluntas enim testatoris pro lege obseruatur, *l. 3. C. communia de legat.* cùm aliis citatis à *Pichard. in rub. Instit. de lege Falcid. nu. 15. & in disput. de mora, num. 202.*

3 A DISPOSITIONE STATVTI ad dispositionem TESTAMENTI valet argumentum, vt per *Decian. cons. 13. num. 13. & cons. 16. num. 40. vol. 1. & cons. 1. num. 10. vol. 2. & cons. 87. num. 17. eod. vol. 2.* vbi subdit ita procedere vbi amborum verba vnico modo interpretentur, *Menoch. cons. 50. num. 21.* vbi subdit quod etiam è contra valet argumentum à dispositione testatoris ad dispositionem Statuti, *& cons. 95. num. 84. & cons. 150. num. 46. & consil. 500. num. 21. & cons. 633. num. 4. & 9. & cons. 695. num. 14. & cons. 1083. num. 17. & de præsumpt. lib. 4. præs. 83. nu. 24.* vbi *num. 25.* subdit secus esse vbi non est eadem ratio; quamuis contrarium teneat *Sened. practic. & Canonic. quæst. lib. 1. quæst. 35. num. 18.* existimans de statuto ad testamentum non valere argumentum.

4 A DISPOSITIS in testamento ad codicillorum declarationem, valet argumentum secundùm *Menoch. cons. 333. num. 3.* vbi citat *Alex. cons. 204. num. 7. lib. 6.*

à Diuersis.

Loc. XXXVII.

1 A DIVERSIS ad DIVERSA valet argumentum, vbi est eadem ratio, *Dec. cons. 35. num. 16. vers. nec obstant plura, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, concl. 510. num. 3.* aliàs secus, vt per *l. Papinianus exuli, ff. de minorib.* tradunt *Abb. cons. 10. In causa, & quæstione, in princip. lib. 1. Socin. Iun. cons. 1. nu. 46. & cons. 4. num. 10. & cons. 12. num. 5. & cons. 42. num. 4. cons. 57. num. 12. & cons. 64. num. 17. & cons. 116. num. 11. & cons. 134. num. 28. vol. 3. Imbrian. de primo, & secundo benefic. seu restitut. ad pinguius probandum, consid. 3. num. 89. Cardin. Tusch. d. lit. A, conclus. 510. num. 2.* A Diuersis enim non fit illatio, vt dixi *suprà Axiom.*

à Diuisibilibus.

Loc. XXXVIII.

1 A DIVISIBILIBVS ad INDIVISIBILIA non valet argumentum, *Oldrad. cons. 231. in fine vers. præterea, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, concl. 510. num. 8.* Valet tamen à diuisione secundùm *Ioan. Appell. de ratione explicandi Dialecticam, cap. 2. Petr. Andr. Gammar. in Dialect. legali lib. 2 loco 8.*

SVMMARIVM.

1 *A Dote ad Piam causam,*
2 *A Dote ad Alimenta,*
3 *Dos enim & alimenta æquiparatur,*
4 *A Dote ad Legitimam,*
} *Argumentum valet.*

5 *A Dote carnali ad dotem spiritualem,*
6 *A Dote ad Studium,*
} *à Dote.*

Loc. XXXIX.

A DOTE ad PIAM CAVSAM, *cap. vnic. §. donare,* qualiter olim poterat *feud. alien. Everard. in topicis legalib. loco à dote ad piam causam, Perez. de Lara de anniuers. & capellan. lib. 1. cap. 3. num. 3.* 1

A DOTE ad ALIMENTA valet argumentum, saltem affirmatiuè, sicuti docent *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 4. 191. num. 2. Camill. Larath. cons. 8. num. 13. Decian. cons. 16. num. 85. vol. 1. & cons. 15. num. 7. vol. 2. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 6. num. 16. Carpan. in rub. ad statut. Mediolanen. 312. num. 6. & in eod. statuto, num. 65. Baptist. Costa de remed. subsidiar. remed. 65. nu. 2. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 46. num. 10. Cardin. Mantic. de tacitis & ambig. conuention. lib. 12. tit. 16. num. 16, Coler. de alimentis lib. 2. cap. 10. num. 9. Monter à Cueua Aragoniz, decis. 16. num. 16.* vbi intelligit cum eadem casus est ratio, *Giurb. decis. 5. num. 12. & decis. 10. num. 12. & 42.* Sicut è contrà valet ab alimentis ad dotem, vt dixi *suprà loco 7. num. 1.* 2

Dos enim & alimenta æquiparantur, *glos. in l. ob as, C. de prad. minor. Bart. in l. vlt. num. 7. ff. quibus vt indign. Xuar. in l. quoniam, limit. 2. C. de inoffic. testam. Tiraq. de iure primog. quæst. 62. num. 4. cum seqq. Corduba de Lara in l. si quis à liberis, §. idem index, num. 24. cum seqq. ff. de liberis agnosc. Brunor. à Sole in locis communib. verbo dos 12. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 1. num. 14.* vbi ait quod dos succedit loco alimentorum. 3

A DOTE ad LEGITIMAM validum est argumentum, *auth. ves quæ, C. communia de legat. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero, in fine, ff. de condit. & demonstrat. Franc. Vegg. cons. 72. num. 28. Menoch. cons. 206. num. 89. & cons. 533. num. 14. Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 96. C. de integ. restit. minor. Greg. decis. 489. num. 17.* Sic è contrà valet argumentum à legitima ad dotem, vt dixi *loco 61. n. 3.* 4

A DOTE CARNALI ad DOTEM SPIRITVALEM beneficij dotati valet argumentum, vt per *Abb. cons. 89. Ex themate, num. 2. vers. moueor. lib. 2. Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. A, concl. 506. num. 4.* A dote verò carnali ad dotem spiritualis Matrimonij, ratione quantitatis non bene arguitur, vt fuit dictum in Romana dotis 21. Iunij 1601. coram Gregorio XV. quæ reperitur inter eius decisiones impressas, *decis. 63. num. 21.* & apud *Farin. decis. 60. num. 4. p. 2. recent.* 5

A DOTE ad STVDIVM valet argumentum, vt per *Decian. cons. 38. num. 7. vol. 2.* quicquid dicat *Cardin. Mantic. de tacitis & ambiguis conuent. tom. 2. lib. 13. tit. 14. num. 5.* nam causa studij æquiparatur causæ dotis, ex adductis per *D. Barbos. in l. 1. ff. soluto matrim. p. 7. num. 20. 23. 49. 50. & 53.* 6

SVMMARIVM.

1 *Ab Ecclesia ad Hospitalem,*
2 *Ab Ecclesia ad Minorem,*
3 *Ecclesia enim fungitur iure minoris,*
4 *Ab Ecclesia ad fiscum,*
5 *Ab Ecclesia ad Feudum,*
} *Argumentum valet.*

ab Eccleſia.

Loc. XL.

1 AB ECCLESIA ad HOSPITALE validum eſt argumentum, *Euerard. in topicis legalib.* in loco ab Eccleſia ad pia loca, *Roman.conſ.407. & conſ. 477. Ruin. conſ.7. num.17. vol.3. Imbrian. de reſtitut. ad pinguis probandum, conſid.4. num. 15.* cum aliis adductis per *Alexand. Trentaſinq. vari. reſolut. lib.1.tit.de reſcript.& priuil.reſol.4.*

2 AB ECCLESIA ad MINOREM valet argumentum, *Menoch. conſ. 1199. num.5. cum ſeqq.* licèt aliquatenus dubius, *Gail. lib. 1. obſerv. 30. num.16.*

3 Eccleſia enim fungitur iure, ſeu vice minorum, *cap.1.cap.auditis, de reſtit.in integ. Bernard.Diaz reg. 219.Garc.Falcon.reg.316. Sfort. Odd. de in integ.reſtitut.p.1.q.3. art.4. Cald. Pereira in l. ſi curatorem,verbo minoribus, num.60.C.de in integ. reſtitut.minor.Cardoſ. in praxi Iudicum verbo Eccleſia, num.35. Menoch.conſ. 270. vol. 2. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt. reſol. 88. num.3. in 2.edit.* Sic è contra valet arg. de minore ad Eccleſiam, vt dixi loco 72.*num.*1.vbi declaratur.

4 AB ECCLESIA ad FISCVM valet argumentum cùm è pari procedant, ſecundùm *Menoch. conſ. 39. num.* 4 Sic è contra valet argumentum à fiſco ad Eccleſiam, vt dixi loco 49.*n.*1.

5 AB ECCLESIA ad FEVDVM valet argumentum, imò ex maioritate rationis, vt per *Iacob. Gall.conſil.96 n.*1.

ab Effectu.

Loc. XLI.

1 AB EFFECTV ad CAVSAM valet argumentum, *l. non codicillum, C. de teſtament. cap. at ſi clerici, in princip. de indic. cap. cum ceſſante,de appellationib. Euerard. in topicis leg.lib.loco 77.Cantiunc. in ſimili tract. loco 21. Ioan.Apell.de ratione explicandi dialecticam,cap.4.de effectu, ſine officio.*

ab Emancipatione.

Loc. XLII.

1 AB EMANCIPATIONE ad LEGITIMATIONEM valet argumentum, *Curt.Sen. conſ.19. col.2.& conſ.65. col.3.Iaſ.conſ.184.col.2.vol.2. & conſ.40. col 4. vol.3. Ruin.conſ.71. num.4. vol.3.Roland. à Valle conſ.61. num.5. vol.1.& conſ.12.num.22. vol.4.*

SVMMARIVM.

1 *Ab Emphyteuſi ad locationem longi temporis,*
2 *Locatio longi temporis æquiparatur emphyteuſi,*
3 *Ab Emphyteuſi ad feudum,*
4 *Ab Emphyteuſi ad Maioratum,*
5 *Ab Emphyteuſi ad vſumfructum,*

Argumentum valet.

ab Emphyteuſi.

Loc. XLIII.

AB EMPHYTEVSI ad LOCATIONEM longi temporis, valet argumentum data rationis paritate, vt docet *Benedict. Ægid. in repet. l. ex hoc iure, ff.de Iuſtit.& iure, p.1. cap.9. num.8.* Locatio 2 enim longi temporis æquiparatur emphyteuſi, ſicuti ſcribunt *Barthol. Perett. ad extrauag. ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienan. cap.2. num.38. Pinel. in l.2. C.de bonis matern. p.3. num.64. Sarmient. ſelect. lib.3. cap.2. num.31.Valaſc.de iure emphyt. queſt.29. num.6. Cardin.Mantic.de tacitis,& ambig.conuent.lib.22.tit.2. num.55. Molin. de Iuſtit. tract.2. diſp. 445. verſ. hinc oritur, Leonard. Leſſi. in ſimili tract. lib.2. cap. 24. dub.1. num.4. Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib. 1. q.10. num.8.*

AB EMPHYTEVSI ad FEVDVM, *Hippol.* 3 *Riminald. conſ.38. num.37.lib.1. Cephal. conſ.29. n.3. lib.1. Menoch. conſ.16. num.2.& conſ.503. num.1. & conſ.855. num.1.& conſ.889. num.11.Iacob.Gall.conſ. 29.num.2. & deciſ.96. num.4.& 25. Bellon. Iun. conſ. 30. num.42. Borgmin. Caualcan. deciſ. 36. num. 446. p.2.*vbi ſubdit non bene procedere ſtante diuerſitate rationis. *Henric. à Roſenthal. de feudis, cap.6. concl. 66.num.3.* vbi quod non procedit quoad releuium. Sic è contra valet argum. de feudo ad emphyteuſim, vt dixi loco 47.*n.*2.

AB EMPHYTEVSI ad MAIORATVM 4 valet argumentum, niſi detur diuerſa ratio, ſicuti tradunt *Molin. de Primog. lib.1.cap.7. num.7.Molin. Theolog. de Iuſtit.tract.2. diſp.631.num.1. Matienſ.l.5. gloſ.6. num.3. tit.7. lib.5. noua Recopil. Melch.Phœbos Luſit. deciſ. 96. num.8. tom. 1. Valenzuela conſ. 69. num.167.*

AB EMPHYTEVSI ad VSVMFRVCTVM 5 validum eſt argumentum, vt per *Cald. Pereira de renouat. emphyt.q.18.n.15. D.Barboſ.in l.diuortio, §.fin. p.2.n.49.ff.ſoluto matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Ab Ethymologia vocabuli argumentum validum eſt in Iure.*
2 *Ethymologiam nomi. s magni faciunt ipſi Pontifices,& p. iſci Iureconſult.*
3 *Ethymologia,& alluſio vocabuli i.ter ſe differunt.*
4 *Ethymologia, origines verborum perquirit, eorúmque veritatem notificat.*
5 *Alluſio non ad originem verborum reſpicit, ſed ad ſolius vocis ſonum, ſeu ſimilitudinem.*

ab Ethymologia.

Loc. XLIV.

AB ETHYMOLOGIA vocabuli argumen- 1 tum validum eſt in Iure, & multum frequens, vt colligitur ex *l.2. §. appellata.ff. ſi certum pet.l.1.ff. de furtis, l.1. ff. de acquir. poſſeſſ. l.1.ff.de Iuſtit.& iure,l.1.ff. de teſtament.l.1.ff.de nouationib.l.1.ff.de pactis, Princip.Inſtit.quibus modis re contrahitur oblig.Princip. Inſtit. de teſtament. Abb.conſ.82. Quamquam,num.2. verſ.2.lib.1.* vbi quod feudum dicitur à fide, & fidelitate propter ethymologiam, *Alex. conſ. 153. Viſo*

themate, num. 3. verſ. hoc etiam patet, lib. 7. vbi ait quod valet argumentum ab alluſione, ſeu ethymologia vocabuli, quando non contradicit propriæ ſignificationi, & ideo ibi vult quod conſobrini propriè ſunt filij ſororum, quia etiam alluſio vocabuli concurrit quaſi conſororij, *Euerard. in topicis legalib. loco 6. Cantiunc. in ſimili tract. loco 3. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legali, lib. 1. loco 3. Garc. Falcon. reg. 46. Tobi. Noni. ad princip. Inſtit. de teſtament. num. 31. Sfort. Odd. conſ. 78. num. 26. lib. 1.* vbi quod valet negatiuè, idem dicit *Decian. conſ. 43. num. 18. vol. 5. Flamin. Pariſ. de conſident. quæſt. 26. num. 8. Pichard. in diſput. de mora, num. 5. Cephal. conſ. 608. num. 48. vol. 4. Monet. de diſtribut. quotid. p. 1. q. 7. num. 7. & 8. Borgnin. Canalcan. deciſ. 41. p. 3. Canagnol. deciſionum conſultat. lib. 1. pag. 431. num. 21. cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſ. 9. §. 1. num. 5. Benedict. Ægid. in repet. l. 1. C. de ſacroſ. Eccleſ. p. 1. in initio, num. 14. Anton. Monach. Lucenſi deciſ. 13. num. 5.* 3. vbi limitat ſi repugnat communis vſus loquendi, *Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. lit. A, concl. 500. Valenzuela conſ. 4. n. 142.*

2 In omnibus ferè Iuris articulis non ſolùm Doctores noſtri, verùm etiam ipſi Pontifices, & priſci illi Iureconſulti, qui veram Iuriſprudentiam coluerunt, nominis ethymologiam magni faciunt, & ab illis in omnibus & ſingulis ſuis tractatibus exordiuntur, vt in Iuribus ſuprà citatis, & per integrum tractatum proſequitur Iſidorus relatus in *cap. forus, de verb. ſignificat.* tum quia inter alios argumentorum locos, hunc ab ethymologia ponit Ariſtoteles, Cicero, Quintilianus, & poſt eos reliqui omnes philoſophiæ profeſſores, & veriloquium ethymologiam appellauit, Cicero in topicis, Agricola dialecticæ inuentionis, *lib. 1. cap. 23. Fonſeca, lib. 5. inſtitut. dialectic. cap. 2.*

3 Ethymologia, & alluſio vocabuli licet ſimilia, & valde affinia videantur, ideóque illis abutantur paſſim Doctores noſtri vtrumque confundentes, & vnum pro altero vſurpantes, vt per *gloſ. 1. in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.* quam ſequuntur ibidem, *Bart. n. 4. Iaſ. à num. 15. & Alex. num. 2.* ideo vt ſynonima eſſe hæc quatuor ethymologia, alluſio, deriuatio, & deſcriptio ſcribunt, *Angel. & Ioan. de Imola*, & alij, quos ſequitur *Euerard. d. loco 6. verſ. verius tamen eſt*, longè tamen inter ſe hæc quatuor differre poſt *Zaz. bene explicat Rip. in proximè citata, l. 1. num. 18. &*

4 omiſſa deriuatione & deſcriptione oſtenditur quia ethymologia verborum origines perquirit, eorúmque veritatem notificat, & ob id ſecundùm Cicer. & alios, de quibus ſuprà, veriloquium appellatur, ab ethymon quod Græcè verum dicitur, vt optimis exemplis oſtendit Fonſeca citato loco, de conſule, qui ſic dicitur, quia conſulit Reipublicæ, de abſte-

5 mio, quia abſtinet à temeto, id eſt vino. Alluſio verò non ad originem verborum reſpicit, ſed ad ſolius vocis ſonum, ſeu ſimilitudinem, vt optimo exemplo ſic Iuſtinianum vendicans à morſu, ſeu potius calumniæ Laurentij Vallæ circa appellationem teſtamenti, quod Iuſtinianus dixit teſtationem mentis, *in princip. Inſtit. de teſtament. aduertit Alciat. de verb. ſignificat. lib. 4. num. 21.* quem laudat *Couar. p. 1. rub. de teſtament. num. 2. Aurel. Dauid de verbor. ſignificat. cap. 6. à num. 33. iuncto num. 36.* optimè *Cantiunc. d. loco 3. poſt princip.* Eadem etiam ratione à reprehenſione, *Alph. de Mendoça, quæſt. 4. ſcholaſt. §. 6.* liberauimus aliquando, *gloſ. verbo gens ſancta, in cap. fundamenta, de elect. lib. 6.* dum Romam appellari aiebat quaſi rodat manus, quæ nunc in emendatioribus codicibus non reperitur. Vnde inter ethymologiam & alluſionem illud conſequitur diſcrimen quod ethymologia, quoad originem vocabuli veritatem præ ſe fert, & ideò in definitionibus ei locus aſſignatur, & ab ea ſaltem negatiuè valet argumentum, vt nos docet *Iureconſ. in l. 2. §. appellata, ff. ſi certum petatur*; ex alluſione autem cum veram originem vocabuli non reſpiciat, minimè neceſſarium eſt argumentum, imò alluſionem damnant antiqui omnes, vt oſtendit *Ripa, d. n. 18. & ex Cicer. contra Stoicos Cuiac. lib. 11. obſeru. 37.*

ab Experientia.

Loc. XLV.

AB EXPERIENTIA validum eſt argumen- 1
tum, vt per *Hippol. Riminald. conſ. 657. num. 8. vol. 6. Franc. Becc. conſ. 44. num. 6. Surd. conſ. 132. n. 23.* Experientia enim eſt omnium rerum mater, & magiſtra, vt dixi Axiom.

SVMMARIVM.

1 *A Falcidia ad Trebellianicam, & è contra.*
2 *A Falcidia, & Trebellianica ad legitimam,*
} *Argumentum valet.*

à Falcidia.

Loc. XLVI.

A FALCIDIA ad TREBELLIANICAM, 1
& è contra in Iure admittitur argumentum, *l. Marcellus verſ. quod autem, ff. ad Trebell. l. iubemus, C. eod. tit. l. 1. ff. de legat. 1. Euerard. in topicis legalib. loco 16. Cantiunc. in ſexta ſpecie loci à ſimili, Curt. Iun. conſ. 70. num. 17. lib. 1. Ferrer. in conſtitut. Cathaloniæ gloſ. 4. num. 31.* Secus verò quoad confectionem inuentarium, quia inter vnum & alterum remedium militat diuerſa ratio, ſecundùm *Laurent. de Pinu, conſ. 5. num. 14.*

A FALCIDIA, & Trebellianica ad LEGI- 1
TIMAM valet argumentum, vt per *Comen. in l. coheredi, §. cum filiæ, num. 2. ff. de vulgari, & pupil. ſubſtit. Pereg. de fideicom. art. 36. num. 62. ad med. Marta voto 112. num. 8. & voto 113. num. 8. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 296. num. 67.* Sicut è contra valet argum. à legitima ad Trebelleanicam, vt dixi loco 61. *n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *A Feudo ad Maioratum, ſeu primogenituram,*
2 *A Feudo ad Emphyteuſim,*
3 *A Feudo ad Regnum,*
4 *A Feudo ad Officium,*
5 *A Feudo ad Iuſpatronatus,*
6 *A Feudo ad Fideicommiſſum,*
7 *A Feudo ad vltimas voluntates,*
} *Argumentum valet.*

Loc. XLVII.

à Feudo.

A FEVDO ad MAIORATVM, ſeu primo- 1
genituram confici poteſt argumentum, quan-

do

do id, quod in feudis deciditur, Iuris communis regulis non repugnat, *Cou. lib. 2. vari. cap. 18. num. 1. Gam. Luſit. deciſ. 51. num. 5. Dec. conſ. 16. num. 5. vol. 4. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 7. in princip. & præcipuè, num. 5. Peguera deciſ. 114. num. 12. Iacob. Gall. conſ. 30. num. 46. Ludouic. de Caſanea, conſ. 57. num. 61.* vbi intelligit non reſpectu tituli, & qualitatis feudalis, ſed reſpectu tantùm graduum, & formæ ſuccedendi; maioratus enim ſimilis eſt feudo, & eiſdem ferè regulis comparatur, *Roland. conſ. 58. num. 69. & 70. lib. 3. Cephal. conſ. 251. num. 40. & conſ. 252. n. 18. Surd. conſ. 241. num. 4.* Sic è contrà valet argum. de maioratu ad feudum, vt dixi loco 66. n. 2.

2 A FEVDO ad EMPHYTEVSIM valet argumentum quando datur eadem ratio, & Iuris regulæ non repugnant, *l. 1. §. fin. iuncta gloſ. ff. ſi ager vect. p. cap. 1. §. rei autem, de inueſtit. de re alien. faciend. in vſibus Feud. Alex. conſ. 44. Viſa facti, in princip. lib. 3. Euerard. in topicis legalib. loco 12. Cantiunc. in ſimili tract.* in ſecunda ſpecie loci à ſimili, *Tiraquel. in tract. le mots, p. 4. declarat. 6. num. 2. Cou. var. lib. 2. cap. 18. num. 1. Petra de fideicom. quæſt. 10. n. 45. & 47. Laurent. de Pina conſ. 117. num. 6. Camill. Lauath conſ. 33. num. 9. Bruhor. à Sole in locis communib. verba arguere 1. Hippol. Riminald. conſ. 257. num. 109. & conſ. 444. num. 4. Valaſc. de iure emphyt. q. 39. n. 19. Sim. de Preti. conſ. 9. num. 7. lib. 1.* vbi intelligit quando eſt eadem ratio, *Vuiſ. opin. 73. num. 1. & 2.* vbi intelligit ſi in vtroque appareat eadem ratio, & *num. 3.* limitat in exorbitantibus, *Henric. à Roſenth. de feudis, cap. 1. concl. 10. num. 5.* vbi *num. 6.* intelligit ſi ſit præter ius, & viua ratio in vtroque militet, & in *gloſ. lit. G.* limitatur in pœnalibus, *Honded. conſ. 36. num. 4. tom. 1. Hieron. Gabr. conſ. 70. num. 1. tom. 2. Borgnin. Caualcan. deciſ. 44. num. 22. p. 1. & deciſ. 18. num. 75. p. 3. Decian. conſ. 4. num. 28. vol. 1. & conſ. 123. num. 7. vol. 3. & conſ. 2. num. 5. & 51. vol. 4. Menoch. conſ. 111. num. 59. & conſ. 129. num. 2. & conſ. 587. num. 17. Surd. deciſ. 188. num. 5. & deciſ. 290. num. 15. & conſ. 75. num. 13. & conſ. 208. num. 9. & conſ. 338. n. 33. & conſ. 402. n. 24. & de aliment. tit. 4. q. 10. num. 15. Perez. de Lara de anniuerſar. & capellan. lib. 1. cap. 19. num. 7.* vt ait procedere quando deciſio feudalis non repugnat Iuri communi, *Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 1. reſolut. 56. ſub num. 2. Adrian. Neguſant. in ſylua reſponſor. q. 132. n. 18. Fulu. Pacian. de probationib. lib. 1. cap. 19. num. 36.* vbi limitat in pœnalibus, *Cald. Pereira de poteſt. eligendi, cap. 11. num. 43. & de nominat. emphyt. q. 17. num. 28. & de renou. emphyt. q. 9. num. 17. & de extinctione emphyt. cap. 3. num. 1. Anton. Monach. Florent. deciſ. 61. num. 3. Cæſ. Argel. de contradictore legit. q. 16. num. 18. Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. lit. A. concl. 507. num. 34. Melch. Phœbos Luſit. deciſ. 13. n. 7. tom. 1. Ioſeph. Ludou. Lucen. deciſ. 48. num. 37. Ror. in Lauretana, ſeu Recanaten. emphyteuſi 17. Februarij 1625. coram bonæ mem. Buratto.* Sic è contrà valet argum. ab emphyteuſi ad feudum, vt dixi loco 43. *num. 2.*

3 A FEVDO ad REGNVM valet argumentum, ſecundùm *Anchar. conſ. 339. col. 8. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 7. num. 1. Alexand. Raudenſ. de ſucceſſ. Regni Portugaliæ reſp. 2. num. 96. & Piſana deciſ. 48. n. 18. part. 1.*

4 A FEVDO ad OFFICIVM valet argumentum, *Boër. deciſ. 350. num. 4. Frecc. lib. 2. q. 51. & 56. à Ponte conſ. 16. num. 5. tom. 2.*

5 A FEVDO ad IVSPATRONATVS validum eſt argumentum quoad modum recedendi, vt per *Lambertin. de iurepatron. lib. 1. art. 8. q. 3. princip. prima part. Decian. conſ. 32. num. 12. lib. 1. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccleſiaſt. deciſ. 199. num. 223. & deciſ. 220. num. 319. in 1. edit.* alias *reſolut. 181. num. 4. in 2. edit. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 521. num. 32. Iulian. Viuian. in praxi Iuriſpatron. lib. 14. cap. 2. n. 30. Ror. in Præneſtin. Iuriſpatronatus 10. Iunij 1602. coram bonæ mem. Litta, verſ. ſed non ad omnes, in fine,* impreſſa per *Mari. Antonin. vari. reſolut. lib. 1. reſol. 82. in fine.*

A FEVDO ad FIDEICOMMISSVM valet argumentum, *Menoch. conſ. 89. num. 65. & conſ. 116. num. 29. & conſ. 124. num. 39. & conſ. 161. n. 40. & conſ. 315. num. 38.* vbi limitat, *& conſ. 400. num. 42. & conſ. 415. num. 38. & conſ. 1036. num. 3. Peregrin. de fideicom. art. 27. num. 4. Decian. conſ. 21. num. 8. vol. 3. & conſ. 41. num. 163. vol. 1. & conſ. 14. num. 6. vol. 5.* vbi ait quod valet argumentum de feudo paterno ad fideicommiſſum relictum fœminæ, vel agnatis, & è contra quoad ſucceſſionem, *Cephal. conſ. 313. num. 31. vol. 3. & conſ. 606. num. 18. vol. 4. Ioan. Gall. conſ. 20. n. 12. Manent. deciſ. 2. num. 19. Garc. Maſtrill. Siciliæ deciſ. 122. n. 15. Giurba ad conſuetud. Meſſanenſes, cap. 13. gloſ. 4. num. 9. Fuſar. de ſubſtitution. q. 379. num. 14.* 6

A FEVDO ad VLTIMAS VOLVNTATES valet argumentum, vt per *Decian. conſ. 100. num. 7. vol. 3.* 7

SVMMARIVM.

1 *A Fideicommiſſo ad Regnum,*
2 *A Fideicommiſſo ad Feudum,*
3 *A Fideicommiſſo ad Maioratum,*

} *Argumentum valet.*

à Fideicommiſſo.

Loc. XLVIII.

A FIDEICOMMISSO ad REGNVM, vel aliam ſucceſſionem debitam ex cauſa neceſſaria valet argumentum, vt per *Alexand. Raudenſ. de ſucceſſ. Regni Portugaliæ, reſp. 2. n. 36.* 1

A FIDEICOMMISSO ad FEVDVM validum eſt argumentum, ſicuti ſcribunt *Afflict. deciſ. 112. num. 4. Ruin. conſ. 38. num. 16. vol. 1. Decian. conſil. 2. num. 212. & conſ. 83. num. 12. vol. 4. Henric. à Roſenth. de feudis, cap. 9. concl. 41. num. 9. Menoch. conſ. 16. num. 3. & conſ. 89. num. 65. & conſ. 104. num. 60. & conſ. 400. num. 42. & conſ. 689. num. 9. & conſ. 701. num. 107. Surd. conſ. 427. num. 37. Manent. conſ. 106. num. 8.* 2

A FIDEICOMMISSO ad MAIORATVM valet argumentum, *Peralta in l. 3. §. qui fideicommiſſa, num. 91. ad fin. ff. de hæredib. inſtit. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 1. num. 9. Valaſc. de iure emphyt. q. 50. n. 29.* Fideicommiſſum enim familiæ relictum in omnibus ferè aſſimilatur maioratui, iuxta ea quæ tradunt *Molin. citato loco, & Ioan. Garc. de expenſis, cap. 16. num. 3. in fine.* 3

à Fiſco.

Loc. XLIX.

A FISCO ad ECCLESIAM valet argumentum, vt tradunt *Cephal. conſ. 255. num. 49. vol. 2. Pereg. de iure fiſci, lib. 6. tit. 2. num. 5.* vbi *n. 6.* ſubdit quod valet à fiſco ad dotem, *Gaſp. Antoni.* 1

Thesaur. quæst. forens. lib. 3. quæst. 93. num. 3. Ista enim æquiparantur, *l. fin. C. de sacros. Eccles. Abb. cons. 108. in fine*, intelligendo tamen, vt per *Sfort. de restitut. in integrum, quæst. 3. art. 13. & 14. & Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo minoribus, num. 62. C. de in integ. restit. minor.* Sic è contrà valet argum. ab Ecclesia ad fiscum, vt dixi suprà loco 40. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *A Foro exteriori ad forum interius, & è conuerso valet argumentum.*
2 *Forus Pœnitentialis non sequitur naturam fori contentiosi.*
3 *Absolutio, concessio, seu priuilegium pro foro Conscientiæ, minimè prodest in foro exteriori.*
4 *Referuntur aliqui contrarium tenentes.*
5 *Sed prior sententia recipitur.*
6 *Absoluendi facultas alicui simpliciter concessa, vtrum de vtroque foro, an verò de solo interiori sit intelligenda, ostenditur, & num. 7.*
8 *Argumentum à contrario sensu quando non concludat.*
9 *Absoluendi, vel dispensandi in foro Conscientiæ vbi conceditur facultas in aliquo priuilegio, vel Bulla, an necessario sit præmittenda Confessio Sacramentalis, an verò extra Pœnitentiæ Sacramentum possit expediri, ostenditur.*

à Foro.

Loc. L.

1 A FORO exteriori ad FORVM interius, & è conuerso valet argumentum, sicuti docent *glos. verbo permittimus, in cap. fin. de Pœnitent. & remiss. glos. verbo, vel ligare, in cap. omnis vtriusque sexus, eod. tit. glos. verbo pacto, propè fin. in cap. si diligendi, de foro compet. Sot. in 4. dist. 20. q. 2. art. 2. & lib. 4. de Iustit. q. 5. art. 3. vers. quinto arguitur, & q. 6. art. 3. vers. neque vero, Petr. à Nauarra de restitut. tom. 1. lib. 2. cap. 1. num. 67.*

2 Verùm quia de hoc dubitat, *Flamin. Paris. de consideut. q. 14. num. 26.* & dicit *Franch. in cap. 2. de Pœnitent. & remiss. lib. 6.* quod forus pœnitentialis non sequitur naturam fori contentiosi, & *glos. verbo replicari, in fine, in cap. de his, de accusationib.* docet absolutum quoad Deum per veram pœnitentiam, quoad Ecclesiam, & in foro iudiciali liberum non esse quominus accusari & puniri valeat, ideò plures huius argumenti fallentias collegerunt, *Card. Tusch. practic. conclus. tom. 4. lit. F. concl. 443. & concl. 446. n. 10. cum seqq. Petr. Gregor. syntagm. Iuris. p. 3. lib. 30. cap. 11. n. 17. & Ioan. Valerius per integrum tract. de different. inter vtrumque forum.*

3 Illa autem præcipua est differentia quod concessio, absolutio, seu priuilegium pro foro Conscientiæ minimè prodest in foro exteriori, sicuti resoluunt, *Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 61. art. 10. & Soar. de legibus, lib. 8. cap. 6. à num. 11.* vbi *num. 16.* testatur hunc esse communem vsum & verborum sensum, & ante eos explicauit, *Nau. in man. cap. 27. num. 178. ad fin. & cons. 5. de priuileg. in antiq.* aliàs *cons. 4. à num. 8. de iudic. in nouis*, & alij de quibus plenè *Sayr. de censur. lib. 2. cap. 20. num. 31.* & in spurio legitimato, seu dispensato pro foro Conscientiæ, disputat latè *Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 34. à n. 43. & 49.*

Verùm non defuerunt Doctores grauissimi qui 4
constanter tenent priuilegium, seu facultatem factam pro foro Conscientiæ in exteriori suos operari effectus, vt in casu frequentissimo exemplum ponentes de absolutione censurarum, vel dispensationibus irregularitatum factis virtute priuilegiorum Mendicantibus competentium, & aliis Religionibus, de quibus *Fr. Emman. d. q. 61. art. 2. cum seqq.* aut quæ fiunt ab Episcopo, auctoritate *Concilij Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6.* vel per Bullas Cruciatæ, aut similes, quæ facultatem faciunt limitatam ad forum Conscientiæ, norat *Henriq. in sum. lib. 7. cap. 13. §. 2. lit. V. & lib. 14. cap. 20. §. 1.* contendens sic absolutos à benigno Iudice mittendos esse vt legitimè absolutos etiam pro foro exteriori, & de æquitate ex auctoritate Parisij & Decij, quos refert, verùm asserit *Fr. Emman. d. art. 10. ad fin. vers. loquendo tamen*, vnde contra Nau. vbi proximè contendit idem *Henriq. d. §. 1. lit. E.*, dispensatum in sacra Pœnitentiaria pro foro Conscientiæ ad Matrimonium contrahendum, non debere ab Episcopo inquietari, & verùm fatetur *Sanch. de Matrimon. lib. 3. disput. 15. num. 14.* quando nullus denunciat impedimentum, vel *Matrimonium accusat.* Nec efficaci ratione destruitur hæc pars, nam absolutio censurarum etiam limitata pro foro Conscientiæ tollit verè, & re ipsa censuram, sicut dispensatio verè tollit dispensationem, aliàs enim non posset in foro Conscientiæ dispensatus Matrimonium in eodem contrahere, neque absolutus in eodem haberi posset pro non excommunicato, & consequenter quocunque modo constiterit de absolutione, vel dispensatione debet haberi vt liber & immunis à tali censura, & impedimento, & sequitur intentum quod effectus fori interioris ab effectu exterioris separabilis non est. Cui difficultati nititur respondere, *Soar. tom. 5. de censur. disput. 7. sect. 5. à num. 22.* & postquam retulit opinionem eorum, qui dicunt hanc absolutionem pro foro Conscientiæ permanentem non esse, sed fieri ad certum effectum, vt eo finito absolutus in eam coincidat; deinde *num. 24.* concludit sic absolutum etiam in foro exteriori pro non excommunicato se gerere posse, dummodo in eo foro de absolutione constet, sicque fateri videtur cogendum non esse aliam petere absolutione pro exteriori, licèt contingat casum ad illum deduci, & ante eum expressius docuit *Vgolin. de irregularit. cap. 33. §. 4. num. 5.* ex quibus non adeo plena res est, vt existimat *Gutier. Canon. lib. 1. cap. 2. n. 10.* cuius verba alij inconsideratè transcribunt.

Sed nihilominus recedere non oportet à priori 6
resolutione, quæ procul dubio communis est, ex *Cou. in cap. alma mater, p. 1. §. 11. num. 16. & lib. 2. var. cap. 10. num. 3. Nau. citato loco, Sanch. d. lib. 3. disp. 15. num. 17. vers. ad quartum*, resoluentibus absolutum quoad forum Conscientiæ, licèt de absolutione constet, indigere alia absolutione pro exteriori, vt scilicet ab aliis pro absoluto habeatur, & dispensatum indigere alia dispensatione ne in exteriori foro separari cogatur, quod expressius tenuit *Ioan. Bapt. Anton.* relatus ab Vgolino vbi proximè. Ad difficultatem verò suprà adductam responderi poterit fatendo illam absolutionem verè & realiter tollere censuram; & dispensationem, re ipsa remo-

uere

uere impedimentum, & Matrimonium validum efficere; sed cùm hoc stare quod in foro exteriori non iudicetur, nec habeatur tanquam validum Matrimonium, quod re vera, & in conscientia validum est, nec admittatur, vt absolutus in exteriori foro is, qui re vera, & in conscientia ab excommunicatione liber est, vt bene aduertit additio ad *Nauar. d. cons. 4. de iudic. in fine, & Sanch. d. disp. 15. n. 17. in princip.*

6 Procedit autem hæc resolutio quando expressè facultas limitatur ad forum conscientiæ, vbi verò simpliciter datur grauis est inter scribentes controuersia vtrum de vtroque foro an de solo interiori sit intelligendam? quæstionem formant Doctores in potestate absoluendi à censuris data per Iubilæum, seu Bullam Cruciatæ, & resoluunt multi quoad vtrumque forum datam videri; ita *Barthol. de Medina in instruct. Confessor. lib. 2. cap. 12. in fine*, quem constanter sequitur *Fr. Emman. in sum. verbo descommunion, cap. 83. num. 5. & quæst. Regular. tom. 1. quæst. 61. art. 6. vers. secundò colligitur, Henriq. d. lib. 7. cap. 13. §. 2. lit. V, in fine, Soar. d. sect. 5. num. 20.* quorum fundamentum est, quia verba simpliciter prolata in vtroque foro æquè verificantur, vnde succedit *reg. l. 1. §. quod autem, ff. de aleator. iuncta reg. l. beneficium, ff. de constitut. Princip.* cum vulgaribus; deinde præcipuè mouentur ex verbis Motus proprij Pij V. in Iubilæo concesso anno 1568. vbi in perpetuum declarauit concessiones datas, vel dandas in futurum virtute Iubilæi non suffragari in foro exteriori nisi satisfacta parte, ergo inferunt prodesse, & suffragari parte satisfacta.

7 Quorum resolutio licèt defendi possit, vbi alias datur potestas simpliciter & absolutè ad absoluendum à censuris, vbi tamen datur per Cruciatam, vel Iubilæum falsum, manifestissimè docent, & melius contrarium probarunt *Cou. d. §. 11. num. 16.* & sine dubio verum esse scribit *Ledesma 2. 4. quæst. 26. art. 1. col. pen. vers. illud tamen*, & ex professo *Gutier. d. cap. 2. à num. 10.* & per totum, *Sayr. d. cap. 20. num. 31.* & apertè deducitur ex *Nau. cons. 48. num. 1. de sentent. excom. in nouis*, & tandem sic concludit, *Sebast. à Costa de Indulgent, quæst. 50.* Et pro hac parte plura faciunt fundamenta. Primò, quia finis concedendi has Bullas & Iubilæa, præcipuus est bonum spirituale animæ, & remouere impedimenta salutis æternæ, qui satis obtinetur per absolutionem quoad forum Conscientiæ, ex doctrina *glos. in d. cap. de his, de accusat.* & omnibus suprà adductis, ideóque vsum Romanæ Curiæ esse, vt huiusmodi potestas Confessariis committatur, notat idem *Nauar. in man. cap. 26. num. 31.* Facit secundò, quia si huiusmodi absolutiones prodessent in foro exteriori, nimium detraheretur iurisdictioni fori exterioris, & in graue cederet Ordinariorum præiudicium, contra *reg. tex. in cap. super eo, de offic. deleg. & contra reg. tex. in cap. seruetur 11. q. 3.* & quæ notantur in *cap. cùm ab Ecclesiarum, & in cap. ad reprimendam, de officio Ordin.* Vrget tertiò quia in aliquibus Bullis, & Iubilæis specialiter exprimitur quod possit dari absolutio à censuris quoad vtrumque forum, ergo quando non exprimitur est dicendum contrarium, quia si voluisset dixisset, iuxta *rex. tex. in cap. ad audientiam, de decim. cum similibus.* Facit tandem, quod me præcipuè mouet, quod post Pium V. Gregorius XIII. in Cruciata pro Regno Portugaliæ, expressit quod nullatenus etiam parte satisfacta prosit absolutio, virtute illius Bullæ in foro iudiciali, refert *Gutier. d. cap. 2. num. 18. in fine*; & hoc ipsum expressit Gregorius XIV. in Bulla Cruciatæ, quam pro eodem Regno Portugaliæ indulsit anno 1591. quam integram refert *Sebastian. à Costa in principio dicti tract. de Indulgent.* quæ verba reperiuntur in Bulla Cruciatæ, qua hodie fruuntur Lusitani, ex quibus iam desinant contra Couar. & Gutier. obmurmurare Fr. Emman. & qui eum sequuntur.

Ad declarationem verò Pij V. omissa solutione 8
Gutier. qui d. cap. 2. à num. 19. vsque ad finem, nititur ostendere solum agere de absolutione ad reincidentiam, quam interpretatur parte satisfacta prodesse vtroque foro in quo deceptus est, & ideò meritò in hoc carpitur à Fr. Emman. Faciliùs igitur respondetur argumentum illud deduci à contrario sensu, quod in proposito non concludit ex multiplici ratione, primò quia communiter receptum est ex verbis negatiuis non deduci argumentum affirmatiuum, vt resoluunt Doctores per me citati *suprà loco 27. num. 25.* secundò quia pariter non valet quando contrarium expressum reperitur in sensu directo, vt notant omnes, per tex. ibi, in *l. conuenticula, C. de Episcop. & cleric. glos. verbo petere, in cap. cupientes, de elect. lib. 6.* recepta ex *Nau. in cap. 1. §. liberet, num. 22. de Pœnit. dist. 6.* & aliis de quibus *Ceuall. communium contra commun. q. 336. à num. 2.* Constat autem ex Bullis nouissimis sæpius Pontifices declarasse absolutionem virtute Iubilæi, vel Cruciatæ, etiam satisfacta parte non prodesse in foro exteriori; quod si replicetur secundùm omnes proximè citatos argumentum à contrario sensu efficax, licèt contrarium sit expressum, quando aliàs verba dispositionis manerent otiosa, & inutilia; respondetur enim satis esse quod aliquid operentur, licèt minimum, vt optimè probat *tex. in cap. cum virum, in fine, de Regularib.* verba autem illa, *nisi satisfacta parte*, illud maximè operantur, vt aliquo casu, si satisfactio parti præmittatur, prodesse possit absolutio in foro exteriori, is erit quando expressè ad vtrumque forum concessa fuerit absoluendi facultas, non enim proderit parte non satisfacta in foro exteriori, & idem declarauit Pius V. in sensu directo, ibi, quomodolibet concessas, vel in futurum concedendas.

Tandem illud in hoc propositum restat dubium 9
non dissimulandum, vtrum quando priuilegium, vel Bullæ faciunt facultatem absoluendi, vel dispensandi in foro conscientiæ, supponant necessariò præmittendam esse Confessionem Sacramentalem, an verò extra Pœnitentiæ Sacramentum possit expediri? in quo articulo vt breuiter comprehendamus multa, quæ Doctores scripserunt, aduertere oportet forum conscientiæ, & forum pœnitentiale inter se differre tanquam genus & speciem; forus enim conscientiæ latiùs patet, quia multi sunt effectus ad forũ conscientię pertinẽtes, qui extra Sacramentũ Pœnitentię possunt expediri, vt est absolutio à censuris, & dispensatio irregularitatum, quando Iure communi, aut speciali simpliciter aliquibus conceditur, vt in *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 6.* certum est non posse fieri etiam à non Sacerdote, & continentur extra Pœnitentiæ Sacramentum, vt agens de intellectu, *tex. in cap. canonica, de sentent. excom. explicat Cou. d. §. 11. n. 10.* & post Vgolin. Henriq. & alios nouiores, *Sayr. de censur. lib. 2. cap. 21. num. 1. Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 34. à n. 28.* quibus adde *Nauar. cons. 11. n. 21. de priuileg.* Alij verò sunt effectus necessario supponentes Sacramentum Pœnitentiæ, & Sacramentalem absolutionem, vt est remissio peccatorum quoad culpam; huiusmodi etiam sunt facultates, quæ virtute Iubilæi, vel

Cruciatæ fiunt, Confessoribus, quos quis elegerit, vt eum absoluat; tum quia semper adiici solet clausula, *eorum Confessione audita*, vt patet ex Bullis nouissimis, & iis, quibus fruimur nos Lusitani; tum quia hæc facultas absoluendi à censuris in Bullis Indulgentiarum conceditur, veluti quoddam præludium ad absolutionem peccatorum, vt bene considerat *Nauarr. d. cap. 26. num. 31.* & post eum, & *Cou. num. 16. Fr. Emman. super Bullam Cruciatæ, §. 9. num. 54.* & sic declarasse Pium V. testatur, *Sebast. à Costa in tract. de Indulgent. q. 50. in fine*, licet inconsideratè alij affirment indistinctè contrarium esse praxi receptum. Ex quibus omnibus meritò hanc subdiuisionem fori Conscientiæ in Pœnitentiale, & non Pœnitentiale notauit, post *Nau. d. cap. 27. num. 41. Fr. Emman. d. tom. 1. quæst. 61. art. 10. vers. scito etiam*, & sequitur, *Soar. de legib. lib. 8. cap. 6. num. 13.*

à Fructuario.

Loc. LI.

1 A FRVCTVARIO ad EMPHYTEVTAM validum est argumentum, vt per *Cald. Pereira de renouat. emphyt. quæst. 18. num. 15. Valasc. de partition. cap. 31. num. 8. & 9. D. Barbos. in l. diuortio, in princ. p. 2. num. 19. ff. soluto Matrimon. Vide infrà loco 125. num. 2.*

à Gabella.

Loc. LII.

1 A GABELLA ad LAVDEMIVM valet argumentum, sicuti docent Doctores in *l. ab emptione, ff. de pactis, Cauet. cons. 332. num. 7. & 20. Sa. d. decis. 31. num. 10. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 180. n. 10.*

à Genere.

Loc. LIII.

1 A GENERE ad SPECIEM validum est argumentum, *l. 1. ff. si certum pet. Euerard. in topicis legalib. loco 6. Cantiunc. loco 7. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legali, lib. 1. loco 7. Thob. Noni. ad Princip. Instit. de testament. num. 32. Adrian. Negusant. in sylua respons. quæst. 100. num. 57. Ludou. Rodolphin. vari. quæst. lib. 2. q. 51. num. 22.* vbi ait quod valet affirmatiuè prædicamentaliter, non illatiuè. Sic è contrà valet argumentum à Specie ad genus, vt dixi loco 104.

ab Impossibili.

Loc. LIV.

1 AB IMPOSSIBILI validum est argumentum, *l. si decesserit, ff. qui satisdare cog.* vbi *glos. Bald. in l. conuenticula, col. vltim. C. de Episcopis, & cleric. Euerard. in topicis legalib. loco 78. Petr. Andr. Gammar. in dialectica legali, lib. 1. loco 16. Menoch. cons. 332. num. 10. & cons. 339. n. 8.*

ab Inclusione.

Loc. LV.

AB INCLVSIONE vnius ad exclusionem alterius valet argumentum, *Menoch. cons. 14. num. 14. & cons. 98. num. 76. & cons. 82. num. 49.* vbi ait argumentum hoc non procedere vt absurdum euitetur, *& consil. 149. num. 14. & cons. 250. num. 58. & 59. & cons. 406. num. 44. & 47. & de præsumpt. lib. 4. præs. 38. num. 24.* vbi post *Dec. in l. 1. in 1. lect. num. 84. ff. si certum petatur, & cons. 11. num. 8.* limitat quando illud quod excluſum videtur alia dispositione includitur, quod idem repetit, *cons. 141. num. 22. & cons. 181. num. 82. Pelaez. de maioratu, p. 1. quæst. 1. num. 91.* vbi ait quod non procedit quando illud quod videtur excluſum alia legis dispositione includitur. Declara tamen diuersimodè iuxta ea quæ latè congessi Axiom. 1

ab Inuentario.

Loc. LVI.

AB INVENTARIO tutoris ad inuentarium, seu descriptionem faciendam per hæredem causa manifestandi res hæreditatis valet argumentum, vt per *Phanuc. de iureiur. in litem ante, n. 25. vers. nec obstat, Alexand. Raudens. Pisana, decis. 19. num. 73. p. 1.* 1

SVMMARIVM.

1 *A Iudiciis ad Contractus,*
2 *A Iudiciis ad vltimas voluntates,*
3 *A Iudiciis ad Arbitria,*
} *Argumentum valet.*

à Iudiciis.

Loc. LVII.

A IVDICIIS ad CONTRACTVS valet argumentum, sicuti docent *Roman. cons. 186. in princip. num. 3. Hering. in tract. de fideiussor. cap. 7. num. 171. Cærdin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. A, conclus. 507. num. 6.* Sic è contra valet argum. à contractibus ad iudicia, vt dixi loco 26. *n. 1.* 1

A IVDICIIS ad VLTIMAS VOLVNTATES validum est argumentum, *l. qui testamento, §. quæcunque, vers. in omnibus, ff. de testament. Cantiunc. in topicis legalib. in vndecima specie loci à simili, Menoch. cons. 162. num. 10. Cald. Pereira de empt. & vendit. cap. 9. num. 14.* Sic è contra valet argum. ab vltimis voluntatibus ad iudicia, vt dixi loco 123. *n. 2.* 2

A IVDICIIS ad ARBITRIA valet argumentum, *l. 1. ff. de arbitr. Euerard. in topicis legalib.* in loco à iudiciis ad arbitria, *Cantiunc. in simili tract.* in prima specie loci à simili. Intellige tamen & declara, iuxta ea quæ dixi *appellatiuo 121. versic. nec obst.* 3

à Iurepatronatus.

Loc. LVIII.

A IVREPATRONATVS ad PRIMOGENITVRAM valet argumentum, secundùm *Menoch. cons. 211. n. 75.* 1

A IVRE

2 A IVREPATRONATVS libertorum ad FEVDVM validum est argumentum, sicuti docent *Bart. in l. vt iusiurandi, §. si liberi, num. 1. ff. de operis libert. Menoch. cons. 161. num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *A Legato ad donationem,*
2 *A Legato libertatis ad legatum piæ causæ,*
3 *A Legato ad beneficium,*
} *Argumentum valet.*

à Legato.

Loc. LIX.

1 A LEGATO ad DONATIONEM validum est argumentum, quia legatum est quædam donatio, *l. legatum 119. ff. de legat. 1. §. 1. Instit. de legat. Petr. de Anchar. cons. 102. Quæstio est talis, num. 5. Oldrad. cons. 58. num. 2. Gilbert Costan. lib. 1. quæst. cap. 14. à princip. Anton. Gom. vari. tom. 1. cap. 12. num. 3. Socin. Iun. cons. 130. num. 18. vol. 2. Donel. comment. Iuris Ciuilis, lib. 8. cap. 1. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 1. resol. 59. num. 5. Cardin. Tusch. practicar. conclus. tom. 1. lit. A, concl. 495. num. 3. & concl. 511. num. 4.*

2 A LEGATO libertatis ad legatum piæ causæ validum est argumentum, vt per *Roman. cons. 235. num. 5. vers. secundo, Tiraquel. de priuilegiis piæ causæ, priuil. 66.* quos refert, & sequitur *Menoch. de præsumptionib. lib. 4. præs. 116. n. 31.*

3 A LEGATO ad BENEFICIVM valet argumentum, *l. legatum, ff. de legat. 2. cap. quia diuersitatem, de conces. præbend. Oldrad. cons. 58. num. 2. vers. & propriè*, vbi in fine subdit secus in hærede, quia non valet argumentum de hæreditate ad beneficium, refert *Cardin. Tusch. d. tom. 1. lit. A, conel. 506. n. 3. & concl. 507. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *A Lege ad pactum,*
2 *A Lege ad testatoris voluntatem,*
3 *A Lege animata ad inanimatam,*
4 *A Legibus communibus Romanorum ad Ordinationem successionis Regnorum,*
} *Argumentum valet.*

à Lege.

Loc. LX.

1 A LEGE ad PACTVM valet argumentum, *l. 1. §. si conueniat, ff. depositi, l. contractus, ff. de regulis Iuris, cap. contractus, eod. tit. lib. 6. Cauagnol. decisionum consultatiuarum, tom. 2. pag. 149. num. 18.* Quicquid enim potest fieri per legem, potest etiam fieri per pactum, *l. fin.* vbi *Bart. & Bald. C. de fideiussor. glos. verbo officiali in fine, in cap. 2. de consuetud. lib. 6. cum aliis citatis Axiom.*

2 A LEGE ad TESTATORIS VOLVNTATEM valet argumentum, sicuti docent *Hippol. Riminald. cons. 46. num. 41. vol. 1. & cons. 540. num. 4. vol. 5. Decian. cons. 10. num. 8. vol. 2. & cons. 114. n. 8. vol. 3. Cephal. cons. 541. n. 23. lib. 4. Cranet. cons. 291. num. 5. lib. 2. Honded. cons. 57. num. 15. tom. 1. Gregor. decis. 219. num. 2.*

A LEGE ANIMATA ad INANIMATAM valet argumentum, vt per *Hieron. Gabr. cons. 21. num. 16. tom. 1.* 3

A LEGIBVS communibus Romanorum ad Ordinationem successionis Regnorum valet argumentum, sicuti docet *Alexand. Raudens. de succes. Regni Portugaliæ, resp. 2. n. 63. & 64.* 4

SVMMARIVM.

1 *A Legitima ad debitum ex statuto, vel quodcunque aliud necessarium,*
2 *A Legitima ad Trebellea-nicam,*
3 *A Legitima ad dotem,*
4 *A Legitima ad alimenta,*
} *Argumentum valet.*

à Legitima.

Loc. LXI.

A LEGITIMA ad DEBITVM ex statuto 1 validum est argumentum, vt per *Surd. decis. 19. num. 7.* seu ad aliud quodcunque debitum necessarium, secundùm *Hieron. Gabr. cons. 59. n. 12. tom. 2.*

A LEGITIMA ad TREBELLEANI- 2 CAM valet argumentum, arguendo de minori ad maius, putà si Trebelleanicæ quantitas, quæ minus debetur, non restringitur ad quantitatem successionis abinteslato, multo ergo minus debet restringi legitima, quæ fortiori iure debetur, sicuti docet *Dec. cons. 480. num. 18.* dum respondet ad *decis. Guid. Papæ*, dicens hoc argumentum non procedere, non potest filius priuari Trebelleanica, quia non potest priuari legitima; esset enim arguere à maiori ad minus, cùm magis debeatur legitima quam Trebelleanica; sed bene potest argui è contrà de minori ad maius, vt si non debetur Trebelleanica, ergo multo minus legitima, refert *Decian. cons. 49. num. 17. vol. 4.* Sic è contrà valet argum. à Trebelleanica ad legitimam, vt dixi loco 46. *n. 2.*

A LEGITIMA ad DOTEM valet argu- 3 mentum, vt tradunt *Cald. Pereira in l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 96. C. de in integ. restitut. minor. Menoch. de arbitr. casu 149. num. 9. & cons. 3. num. 12. Decian. cons. 54. num. 11. lib. 1. Eugen. cons. 9. num. 29. & cons. 14. n. 9. vol. 1. Fusar. de substitutionib. q. 296. n. 68.*

A LEGITIMA ad ALIMENTA valet ar- 4 gumentum, vt dixi suprà loco 7. *num. 2.*

à Legitimatione.

Loc. LXII.

A LEGITIMATIONE ad ADOPTIONEM 1 valet argumentum, vt notatur in *l. in adoptionem, la 1. C. de adoptionib. & in l. 1. ff. ad municip.* tradunt *Anton. Gom. l. 9. Tauri, num. 62. vers. secundo, Surd. cons. 317. num. 33. D. Barbos. in l. quæ dotis, num. 164. ff. soluto matrim. Ioseph. de Rustic. ad l. cum aum, ff. de condit. & demonstrat. lib. 2. cap. 15. n. 29.*

A LEGITIMATIONE ad INGENVITA- 2 TEM valet argumentum, *Cæs. Manent. cons. 138. n. 19. & 65.*

SVMMARIVM.

1 *A Libertate ad legitimationem,*
2 *A Libertate ad pias causas, & è contra,*
} *Argumentum valet.*

à Libertate.

Loc. LXIII.

1 A LIBERTATE ad LEGITIMATIONEM validum est argumentum, vt per *Tiraq. in l. si vnquam, verbo donatione largitus, n. 287. C. de reuocand. donat.*

2 A LIBERTATE ad PIAS CAVSAS, & è contrà valet argumentum, *l. 1. §. fin autem, C. commun. seru. man. l. contra, C. de testam. man. l. cùm inter, C. de fideicom. libert. l. 2. tit. 22. part. 4. & l. 3. vers. ratio, tit. 12. part. 5. Roman. cons. 235. Quoad primum, num. 5.* vbi *Apostil. in verbo argumentum Euerard. in topicis legalibus loco 23. Cantiunc. in simili tract. in 13. specie loci à simili, Tiraq. de iure mariti, glos. 8. num. 166. & de priuileg. piæ causæ in præfat. vers. item legatum libertatis, & priuil. 9. ad fin. & in l. si vnquam, verbo donatione largitus, num. 269. & 329. C. de reuocand. donat. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. num. 10. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 17. num. 4. Benedict. Ægid. in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. p. 3. §. 2. num. 16. & p. 5. §. 3. n. 2. vers. cuius textus, Peregr. de fideicom. art. 16. num. 240. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 603. num. 6. Sanctarel. vari. resolut. lib. 1. quæst. 65. num. 7.* Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 82.* post *num. 31. vers. nunc verò, in fine, pag. 263.* secundùm Lugdunen. impress. & censuit *Rota decis. 647. num. 1. p. 1. diuers.* vbi fuit dictum, quod vt procedat huiusmodi argumentum debent eædem rationes irreuocabilitatis, & inæstimabilitatis, quæ militant in libertate procedere in causa pia.

à Liberto.

Loc. LXIV.

1 A LIBERTO ad VASSALVM valet argumentum, vt per *Euerard. in topicis legalib. loco 59. Georg. Euerard. cons. 39. num. 3. tom. 2. Menoch. cons. 226. num. 142. Henric. à Rosenth. de feudis, cap. 8. concl. 25. num. 13. & cap. 10. concl. 14. num. 14. & 17.* Sic è contra valet argum. de Vassalo ad libertum, vt dixi loco 118.

à Loco.

Loc. LXV.

1 A LOCO, vel re ad PERSONAM, & è conuerso valet argumentum, quia ista sunt similia, locus, tempus, & persona, *l. 1. §. Offilius, ff. ne quis eum qui in Ius, cap. peruenit, cap. cùm Ecclesia, de immunit. Eccles. Petr. de Anchar. cons. 11. n. 7. vers. & quinto arguitur sic, Euerard. in topicis legalib. loco 41. Cantiunc. in 18. specie loci à simili, Card. Tusch. practic. concl. tom. 1. lit. A, conclus. 502. n. 3.* Sic è contra valet argum. à persona ad locum, vt dixi loco 83. *n. 2.*

2 A LOCO ad TEMPVS, & è conuerso valet argumentum, *l. vinum,* vbi *Bart. n. 2. ff. si certum petat. id. Bart. cons. 13. Ex facto, in princ. vers. hoc probat, lib. 1. Iaf. in l. admonendi, num. 201. ff. de iureiur. Euerard. in topicis legalib. loco 48. Menoch. cons. 132. n. 12. Decian. cons. 11. num. 11. vol. 3.* vbi quod valet etiam in mora, *Cauagnol. decisionum consult. tom. 1. pag. 21. num. 22. Ferrer. in constitut. Cathaloniæ, glos. 2. num. 148. D. Barbos. in l. hæres absens, in princip. num. 169. ff. de iudic. à Ponte cons. 137. num. 59. tom. 2. Cardin. Tusch. d. lit. A, concl. 505. num. 1. Mari. Antonin. vari. resolut. lib. 2. resol. 40. num. 8. & lib. 3. resol. fin. num. 6.* vbi *num. 7.* limitat quando subest ratio diuersitatis. Idem enim operatur temporis protentio, quod operatur loci longinquitas, *Bart. d. cons. 13. vers. hoc probat.* Sic è contra valet argum. de tempore ad locum, vt dixi loco 110. *num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *A Maioratu ad Regnum,*
2 *A Maioratu ad feudum,*
3 *A Maioratu ad vsumfructum,*
} *Argumentum valet.*

à Maioratu.

Loc. LXVI.

1 A MAIORATV ad REGNVM validum est argumentum, vt per *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 7. num. 17. Alexand. Raudens. de succes. Regni Portugaliæ, resp. 2. nu. 114.*

2 A MAIORATV ad FEVDVM valet argumentum, vbi militat eadem ratio, sicuti tradit à *Ponte cons. 5. num. 26. vol. 2.* Sic etiam è contra valet argum. *de feudo ad maioratum, vt dixi sup. loco 47. num. 1.*

3 A MAIORATV ad VSVMFRVCTVM valet argumentum, *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 7. n. 1. Gam. Lusitan. decis. 350. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *A Maiori ad minus valet argumentum.*
2 *Intellige quando sumitur negatiuè.*
3 *Sed contrarium tenent aliqui.*
4 *Conciliantur huiusmodi cõtrariæ opiniones.*
5 *A Maiori ad minus valet argumentum in statutis, & correctoriis.*
6 *A Maiori ad minus non valet argumentum in dispensationibus, & priuilegiis.*
7 *Declaratur cap. per venerabilem, qui filij sint leg.*
8 *A Maiori ad minus non valet argumentum in mandatis, nec iurisdictionalibus, vt n. 9.*

à Maiori.

Loc. LXVII.

1 A MAIORI ad MINVS validum est argumentum, *l. in suis, in fine. ff. de liber. & posthum. l. nec in ea 22. ff. de adulter. auth. multo magis, C. de sacros. Eccles. cap. si ergo 8. q. 1. cap. si Paulus,* & ibi *glos. 32. q. 5. cap. per venerabilem, qui filij sint leg. Euerard. in topicis legalib. loco 66. Petr. Andr. Gammar. in dialect. legali, lib. 2. loco à maiori ad minus, Roland. cons. 15. num. 41. vol. 1. Aym. cons. 290. n. 7. & cons. 326. num. 10. Cephal. cons. 280. n. 17. tom. 2. Gail lib. 2. obseru. 84. n. 6. Decian. cons. 49. n. 55. vol. 2. & cons. 22. num. 48. vol. 4.* vbi quod valet affirmatiuè, *Flamin. Paris. de resignation. benefic. lib. 1. q. 13. num. 19. & de confident. q. 20. n. 4. Ceuall.*

commun. contra communes, quæſt. 780. *num.* 205. *Farinac. in praxi crimin. p.* 4. *conſ.* 60. *num.* 109. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 2. *num.* 24. *Sanch. de Matrimon. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 21. *Leo deciſ.* 41. *num.* 12.

2 Intellige quando ſumitur negatiuè non verò affirmatiuè, ſicuti docent *Iaſ. in l. quæ de legato, num.* 4. *ff. de legat.* 1. *Thom. de Thomaſſ. in floribus legum reg.* 53. *Curt. Iun. conſ.* 134. *num.* 4. *& conſ.* 339. *num.* 59. *& 60. lib.* 3. vbi declarat naturali ratione hoc modo, ſequeretur quod quicquid poteſt Imperator poteſt priuatus, *Surd. de alimentis tit.* 9. *quæſt.* 1. *num.* 11. *Ignat. del Villar in ſylua reſponſor. reſp.* 16. *cap.* 4. *num.* 4.

3 Contrarium verò quod immò valeat argumentum affirmatiuum de maiori ad minus tenent *Gozadin. conſ.* 6. *num.* 52. vbi extendit etiam in materia odioſa, ſequitur *Roland. à Valle conſ.* 61. *num.* 49. *lib.* 1. loquentes in poteſtate, quia ſi poteſt quod maius eſt, ergo poteſt etiam quod minus eſt, *Alex. in d. l. in ſuis in princip.* vbi *Iaſ. num.* 2. *& num.* 24. *verſ. quarto*, vbi ſic arguunt, poſſum occidere bannitum, ergo & vulnerare, idem *Alex. conſ.* 187. *Videretur, num.* 9. *verſ. tertio probatur lib.* 5. vbi ſic arguit, qui poteſt quod plus eſt, poteſt etiam quod minus eſt, *Menoch. conſ.* 210. *num.* 11. vbi ſic arguit, qui poteſt alienare inter viuos, multo magis poterit in vltima voluntate per hæredis inſtitutionem, quæ eſt magis fauorabilis, *Decian. conſ.* 49. *num.* 55. *lib.* 2. vbi ita ſumit argumentum quod magis videtur ineſſe, non ineſt, ergo quod eſt minus non ineſt.

4 Quas contrarias opiniones fœdere diſtinctionis conciliat *Cardin. Tuſch. pract. concl. tom.* 1. *lit. A, concl.* 501. *num.* 8. vt ſcilicet prima procedat in terminis diuerſis, putà imperator poteſt multa, ergo priuatus, qui minor eſt, multo magis poterit, ſecunda verò contraria opinio loquatur in eodem termino & ſubiecto, ſcilicet poſſum interficere bannitum, ergo poſſum vulnerare quod minus eſt, & ſic vtraque opinio verior eſt in prædictis terminis. Item idem *Tuſch. citato, concl.* 501. *num.* 10. declarat eandem ſecundam opinionem, vt ſcilicet valeat argumentum affirmatiuum de maiori ad minus, quando maius, & minus ſunt eiuſdem qualitatis, ideò approbatus ad maiorem dignitatem cenſetur approbatus etiam ad minorem, quando minor eſt eiuſdem qualitatis, aliàs ſecus, & citat *Reſignet. deciſ.* 19. *de præbend. quæ duplicatur in antiq. deciſ.* 4. *de reſcript. aliàs* 582.

5 Amplia huiuſmodi argumentum de maiori ad minus valere in ſtatutis, & in correctoriis, quando verba poſſunt trahi ad caſum in quo concludit maioritas, vel paritas rationis, *Anton. Monach. Lucen. deciſ.* 64. *num.* 26. *&* 27. *Flamin. Pariſ. de conſident. quæſt.* 20. *num.* 6. vbi *num.* 5. ait habere etiam locum in materia odioſa, contra *Menoch. conſ.* 629. *num.* 5.

authenticam formam, si in ea legatur hæc clausula, debet Iudex mandare vt in authenticam formam redigatur, etiamsi subscriptio, & signum deficiant, *Paul. de Castro in l. contractus num.* 5. *C. de fideicommiss. instit. Matt. cons.* 46. *num.* 4. *Neuiz. consil.* 26. *num.* 42. *Menoch. cons.* 47. *num.* 16. *Curt. Iun. cons.* 162. *num.* 1. *vers. cùm igitur in proposito, Beroi. cons.* 1. *num.* 51. *vol.* 2. qui omnes loquuntur de scriptura reperta in prothocollis, vel inter rogationes Notarij demortui, *Grammat. decis.* 106. *num.* 15. *&* 16. loquens de scriptura in fasciculis, vbi cætera instrumenta asseruabantur, *Ruin. cons.* 159. *num.* 13. *lib.* 4. *Seraph. decis.* 902. *num.* 5. asserentes idem de filciis Notarij secundum regionis consuetudinem, de qua etiam loquitur *Menoch. de arbitrar. cas.* 187. *num.* 24. *cum seqq.* refert, & sequitur *Rot. d. decis.* 628. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

Vnde similiter hæc clausula in fine testamenti de- 5
notat perfectionem ipsius, quando illud fuerit lectũ coram testatore, qui non contradixit, *Burfat. cons.* 15. *num.* 11. *& seq. vol.* 1. *Honded. cons.* 33. *num.* 46. *vol.* 1. & ita importat rem perfectam, quoad voluntatem testantis, *l. fin. C. famil. hercisc.* vbi *gloss. Zabarel. cons.* 133. *num.* 3. *vers. obijcitur, Card. Tusch. tom.* 1. *litt. C. concl.* 302. *num.* 20.

Deficiente verò hac clausula in instrumento, vt 6
suprà, illud dicitur imperfectum, cùm non constat à partibus fuisse rogatum Notarium, *Seraphin. decis.* 949. *n.* 1. *Stephan. Gratian. d. cap.* 899. *n.* 15. ac proinde deficit stipulatio, idem *Seraph. d. decis.* 949. *num.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Gratia facta* ad beneplacitum *concedentis durat donec ille eam reuocauerit, vel moriatur.*

3 *Magistratus* ad beneplacitum *creatus expirat morte constituentis.*

4 *Iurisdictio Ordinaria non expirat, si re integra moriatur concedens.*

5 *Gratia* ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, *aut*, interim dum Sedes Apostolica voluerit, *non expirat morte Papæ concedentis.*

6 *Gratia si fieret ad beneplacitum personæ & dignitatis, quæ perpetua est, an expiret morte concedentis, ostenditur.*

7 *Gratia quando dicatur facta ad beneplacitum personæ, seu dignitatis, ostenditur.*

8 *Clausula*, Ad beneplacitum & voluntatem,

tem, *importat liberam voluntatem, ſecus, ſi fuerit dictum, ad beneplacitum tantum, quia tunc importat arbitrium boni viri.*

9 *Reſeruationis beneplaciti clauſula appoſita in contractu, illum reddit conditionalem.*

10 *Fructus, qui percipiuntur ex re deducta in contractum, reſtituendi ſunt domino, donec conditio exiſtat.*

11 *Praxim ſolemnitatis aſſenſus ſeu beneplaciti Apoſtolici quis ponat, oſtenditur.*

12 *Beneplacitum Apoſtolicum ſupplet omnes alias ſolemnitates.*

13 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ſpatio 30. annorum.*

14 *Beneplacito Apoſt. obtento pœnitentiæ locus amplius non eſt.*

Ad beneplacitum, &c.

CLAVSVLA III.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide DD. per textum ibi *in c. ſi gratioſè, de reſcript. in 6. Celſ. Vgon. in tract. clauſ. pag. 495. col. 1. Mart. de clauſul. part. 2. clauſ. 1. in vlt. impreſſ. Eraſm. à Cochier de Iuriſdict. Ordinaria in exemptos p. 3. quæſt. 5.* remiſſiuè *Nicol. Gare. de benef. part. 5. cap. 1. num. 539.* & ſignificat, id eſt arbitrio noſtro, ſeu donec nobis placuerit, *Fel. in c. ex literis, num. 10. de Conſtit. Mandoſ. in gloſſ. facult. §. volentes, in verſ. ad beneplacitum, pag. 169. Cened. poſt lib. canon. quæſt. ſing. 49. num. 13.*

2 Gratia facta ad beneplacitum concedentis durat donec ille eam reuocauerit, quia iſtud beneplacitum nulli legi ſubiacet, ad not. *in l. fideicommiſſa. §. quamquam, ff. de leg. 3.* vbi *gloſſ. verbo voluerit, Natt. conſ. 608. num. 5. vol. 3. Eraſm. à Cochier d. q. 5. num. 3.* aut donec ipſe concedens moriatur, quia morte voluntas ſoluitur, & extinguitur, *d. c. ſi gratioſè, ibi Franc. & DD. l. mandatum, C. mandati, l. vxorem, §. pen. ff. de leg. 3.* in ſpecie *Nau. conſ. 2. in antiq. alias 3. in nou. de priuileg. Caroc. de locato. p. 2. tit. de beneplacito. Io. Bapt. Coſta de clauſ. conuent. clauſ. 26. Sayr. in floribus deciſ. ſub eod. tit. deciſ. 2. Cened. d. ſing. 49. num. 14. Gozadin. conſ. 22. num. 18. Eraſm. à Cochier d. quæſt. 5. num. 4. Sanch. de matrim. lib. 8. diſp. 28. num. 50.*

3 Vnde magiſtratum ad beneplacitum creatum expirare morte conſtituentis, niſi à Principe creatus fuerit, tenet *Molin. de primog. lib. 1. cap. 25. num. 5.*

4 Iuriſdictio autem Ordinaria non expirat, etſi re integra moriatur concedens, quia ita poſtulat fauor publicus, vtilitáſque publica, quæ in iuriſdictione Ordinaria conſeruanda verſantur; ita *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 69. num. 9. Gab. commun. lib. 6. tit. de præb. concluſ. 1. num. 32.* quos refert, & ſequitur *Sanch. d. diſput. 28. num. 5.*

5 Si verò dicatur, *Ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ,* aut, *interim dum Apoſtolica Sedes voluerit,* tunc non expirat morte, ſed opus eſt expreſſa reuocatione, *d. c. ſi gratioſè,* quia Sedes Apoſtolica nunquam moritur, *Card. in Clem. 1. num. 1. & 4. de prob.* latè *Mandoſ. in gloſſ. facult. §. volentes, in verſ. à nobis ad beneplacitum noſtrum, fol. 43. Molin. de Iuſt. & iure, tract. 2. diſput. 298. Eraſm. à Cochier d. q. 5. num. 5. Cened. d. ſing. 49. num. 14.*

6 Sed ſi gratia fieret ad beneplacitum perſonæ & dignitatis, quæ perpetua eſt, quid dicendum non bene conſtat inter DD. quidam enim cenſent præponderare dignitatem, & ſic illam gratiam minimè extingui concedentis morte; ita *Ioan. And. in d. c. ſi gratioſè, num. 6. in fin.* aliis verò placet nomen, quod præcedit, præponderare, & ita non perire ſi præcedat nomen dignitatis, vt, ad beneplacitum Sedis & noſtrum; ſic tenet *Imol. in d. c. ſi gratioſè,* vt eum referunt *Domin. ibi n. 16. & Franc. in fin.* nonnulli ſic diſtinguunt; aut exprimitur vtrumque nomen alternatiuè, vt, ad beneplacitum noſtrum, vel Sedis; & tunc expirat gratia morte concedentis, & quod in alternatiuis ſufficiat alteram partem impleri, ex *reg. in alternatiuis, de reg. Iur. in 6.* aut copulatiuè, vt, ad beneplacitum noſtrum & Sedis, & tunc aut expreſſio fit in materia, quæ conſueuit in ſucceſſorem tranſire, vel eſt indifferens, & tunc ſi gratia ſit Motu proprio conceſſa, non expirat propter ampliſſimam eius interpretationem faciendam; ſi autem non ſit Motu proprio conceſſa, attendendum eſt vtrum ex eis nominibus præcedat, ſicut diſtinxit ſecunda opinio nuper recitata; ſic *Domin. eod. cap. ſi gratioſè, num. 16. verſ. poſſit in hac materia.* At *Franc. ibi in fine,* relatis his ſententiis nil definit, quas omnes opiniones probabiles, vltimam verò Dominici præ cæteris ſibi magis placere aſſerit *Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 28. num. 60.*

Demum reſtat videre an dicatur gratia facta ad beneplacitum perſonæ, ac proinde eius morte extincta, quando fit mentio ſolius nominis dignitatis non in abſtracto, videlicet, ad beneplacitum Sedis, vel Pontificis, ſed in concreto, vt, ad Romani Pontificis beneplacitum, vel Regis. Sed quia hæc eſt controuerſa inter Doctores diſputatio, & altiorem petit indaginem, ideo remitto lectorem ad *Henriq. in Summa lib. 7. cap. 21. num. 5. Molin. d. diſput. 298. Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 34. num. 7. Menoch. de arbitrar. quæſt. 69. per totam, & conſ. 1033. num. 25. & 26. Gutier. pract. lib. 3. quæſt. 11. num. 19. Maſcard. de prob. concl. 188. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 1. proœm. num. 9. cum ſeqq. & gloſſ. 12. à princip. Farinac. fragment. crimin. verbo bannum, num. 103. cum ſeqq. Bernard. Græue. ad practicam Cameræ Imperialis lib. 2. concl. 60. conſid. 3. num. 2. Aloyſ. Ricc. deciſ. 68. num. 8. Eraſm. à Cochier d. q. 5. n. 6. Sanch. d. diſput. 28. num. 61. cum ſeqq.* 7

Illud tamen aduertere oportet, quod ſi dictum fuerit, ad beneplacitum & voluntatem, tunc hæc clauſula importabit liberam voluntatem, ſecus ſi fuerit dictum, ad beneplacitum tantùm, quia tunc importat arbitrium boni viri, vt docent *Menoch. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 8. num. 10. Mart. d. clauſ. 1. num. 12.* 8

Clauſulam reſeruationis beneplaciti appoſitam in contractu, illum reddere conditionalem reſoluunt *Cephal. conſ. 118. num. 9. Pancirol. conſ. 35. num. 5. Borrell. conſ. 47. num. 17. Ioannes Baptiſta Coſta d. clauſ. 26. num. 2.* vbi ſubdit quod propterea fructus, qui percipiuntur ex re deducta in contractum cum beneplacito alicuius, reſtituendi ſunt domino, donec conditio exiſtat, quia conditio interim nihil ponit in eſſe, *l. neceſſario. §. quod ſi pendente ff. de peric. & comm. rei vend. & num. 2. poſt Gabr. conſ. 82. num. 19. 22. & 27. vol. 2.* addit, quod ſi contractus emphyteuſis ineatur cum clauſula, ſi & quatenus conſenſus Sedis Apoſtolicæ interueniat, intelligitur quando conſenſus eſſet neceſſarius; vnde concordiam initam ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ dici conditionalem poſt *gloſſ. in l. item Labeo, in verſ. ſi prece. ff. famil. herciſc. Paul. conſ. 288. ad med. & col. 2. verſ. modo ita eſt, lib. 3. Verall. deciſ. 12. part. 3.* cenſuit *Rota* 9 10 11 12

in Verdunen. Abbatiæ 5. Maij 1614. coram Buratto,
13 impressa per *Farin. decis. 542. num. 7. p. 2. recent.* Praxim solemnitatis assensus, seu beneplaciti Apost. ponit *Aloys. Ricc. in praxi rer. fori ecclesiastici a resolut. 24. vsque ad 95. Paris. cons. 24. num. 4. lib. 4.* quos refert *Rota in vna Mediolanen. resolutionis permutationis* 1c. *Ianuarij 1597. coram Illustrissimo Card. Pamphilio,* impressa per *Marches. de Commiss. part. 1. pag. 113.* vbi etiam dictum fuit, huiusmodi beneplacitum præsumi spatio triginta annorum, maximè quando conuenta sunt seruata, etiamsi non sit enunciatum.
14 Beneplacito Apostolico obtento pœnitentiæ locus amplius non est, quamuis non sit lata sententia per exequutores ferenda, vt fuit resolutum *in Ferrarien. bonorum 28. Iunij 1613. coram bon. memor. Buratto.* At verò antequam illud obtineatur, est locus pœnitentiæ, volens tamen recidere tenetur restituere quod recepit, *Put. decis. 2. de transactionib.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*
2 *Notariorum de stylo non censetur apposita clausula,* Ad habendum.
3 *Clausula,* Ad habendum, *importat idem quod clausula,* Et quibus dederit.
4 *Emphyteusis quod sit transitoria ad extraneos operatur clausula,* Ad habendum,
5 *Declara procedere tantùm quando est posita in dispositiuis.*
6 *Clausula,* Ad habendum, *an & quando extet in executiuis vel dispositiuis, ostenditur.*
7 *Alienandi liberam facultatem importat clausula,* Ad habendum.
8 *Licentia expressa alienandi continet clausula,* Ad habendum.
9 *Alienandi quicquid eis videbitur, & successoribus, vt dicatur data licentia, operatur hæc clausula,* Ad habendum.
10 *Alienandi licentiam importat tantùm clausula,* Ad habendum, *si in parte dispositiua apponatur.*
11 *Licentia alienandi feudum sine facultate operatur clausula,* Ad habendum, *in parte dispositiua inuestituræ feudi posita.*
12 *Pactum non alienandi sine licentia quando adest, tunc non operatur clausula,* Ad habendum, *in eius præiudicium.*
13 *Venditio quod censeatur in dubio facta ad corpus, etiamsi mensura sit specificata, & contractus dubius, operatur clausula,* Ad habendum.
14 *Dominij translationem importat clausula,* Ad habendum.
15 *Dominium plenum, & plena facultas alienandi idem sunt.*
16 *Dominij translationem in vita, non autem solius vsusfructus importat clausula,* Ad habendum, tenendum, & vsufructuandum ad vitam suam.
17 *Fideicommissi remissionem in diuisione inducit clausula,* Ad habendum, *quando est in parte dispositiua.*
18 *Clausula,* Cum potestate alienandi, vendendi, &c. *quid importet ostenditur.*
19 *Allodialium bonorum, & emphyteuticorum in instrumentis diuisionis apposita clausula,* Ad habendum, *refertur ad allodialia tantùm.*
20 *Donatio facta p. æ causæ, quando est dubia an sit inter viuos, vel causa mortis, operatur clausula,* Ad habendum, *vt censeatur inter viuos.*
21 *Fideicommissi, seu alterius iuris renunciationem in executiuis non inducit clausula,* Ad habendum.
22 *Constitutum, aut traditionem possessionis fictæ non inducit clausula,* Ad habendum.
23 *Clausula,* Ad habendum, *quando est sine restrictiua, non reducitur ad terminos stipulationis.*
24 *Cæterata clausula,* Ad habendum, *& non extensa cum licentia alienandi, nihil operatur.*
25 *Clausula,* Ad habendum, *non operatur in bonis, quorum est sequuta alienatio.*
26 *Facultatem capiendi propria auctoritate non importat clausula,* Ad habendum.
27 *Clausula,* Ad habendum, *intelligitur secundum naturam contractus.*
28 *Clausula,* Ad habendum, *non operatur quando est posita in executiuis.*
29 *Inuestitos non iuuat clausula,* Ad habendum, *vbi est personalis, & restricta ad proximum acquirentem.*
30 *Verba clausulæ,* Ad habendum, *intelliguntur secundum quod iura disponunt, & subiectam materiam.*

Ad habendum, &c.

CLAVSVLA IV.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Grat.* 1 *cons. 7. num. 20. lib. 2.* prout eum refert *Put. decis. 273. num. 6. cum seqq. lib. 3. Ioan. Baptistam Costam in tract. de clausul. conuent. clausul. 7. Mart. de clausul. p. 1. clausul. 5. & p. 2. clausul. 2. in vlt. impress. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. litt. C. concl. 297.* ac cæteros in discursu citatos.

Licèt aliqui teneant hanc clausulam potiùs de 2
stylo Notariorum, quàm à partibus appositam censeri, vt per *Dec. cons. 3. num. 151. lib. 1. Pedam. decis. 164. num. 2. Rimin. Iun. cons. 80. num. 42. vers. me mouet. lib. 1.* contrarium tamen quod immo illa censeatur apposita de voluntate contrahentium, vt aliquid operetur, obseruant idem *Rimin. d. cons. 80. n. 44. & seq. Alex. cons. 1. num. 22. vers. 1. lib. 5. Menoch. cons. 87. n. 45. & seq. vers. non obstat quartum, & cons. 837. n. 59. Card. Tusch. tom. 1. litt. C. conclus. 304. num. 23. Honded. cons. 33. num. 4. tom. 1.* & ideo non paucos operatur effectus.

Primus

3 Primus igitur effectus eſt, vt importet idem, quod clauſula, Et quibus dederit, vt docent *Franc. Becc. conſ.* 88. *num.* 22. *cum ſeqq. Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 297. & fuit dictum *in Nonantulana bonorum* 14. *Iunij* 1610. *coram Cardinale Sacrato*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 294. *num.* 3. *part.* 2. *recent. & in Romana emphyteuſis* 12. *Nouembris* 1612. *coram Cardin. Caualerio*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 435. *num.* 11. *part.* 1. *recent. & in Farſen. bonorum* 19. *Decembris* 1614. *coram Buratto*, impreſſa per eundem *deciſ.* 642. *num.* 4. *ead. part.* 1. *& in Imolen. bonorum* 2. *Decembris* 1605. *coram Cardinale Sacrato*, impreſſa per eundem *deciſ.* 152. *num.* 1. *part.* 2. *recent.*

4 Secundus effectus eſt ex primo proueniens, vt operetur quod emphyteuſis ſit tranſitoria ad extraneos, vt per *Dec. conſ.* 500. *Corbul. in tract. de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. in* 3. *limit. Pedamont. deciſ.* 164. *num.* 1. *Gozad. conſ.* 9. *num.* 2. *Polan. conſ.* 55. *num.* 37. *& 42. lib.* 7. *Clar. de emphyt. quæſt.* 28. *in fin. Curt. Iun. conſ.* 40. *num.* 1. *Vincent. de Franc. deciſ.* 6. *num.* 7. *part.* 1. *Decian. conſ.* 49. *num.* 5. *col.* 5. *Manent. conſ.* 45. *num.* 82. *Ioan. Baptiſta Coſta d. clauſ.* 7. *num.* 1. *Rol. conſ.* 55. *num.* 37. *& 42. lib.* 7. *latè Becc. conſ.* 88. *num.* 20. *verſ.* 2. *cum multis ſeqq. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 504. *num.* 3. *Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 10. *num.* 25. *Rota* impreſſa per *Pacific. de Saluiano interd. deciſ.* 172. *num.* 3. & fuit dictum *in Bononien. emphyt.* 16. *Iunij coram Penia* 1597. *& in Imolen. bonorum* 2. *Decembris* 1605. *coram Cardinale Sacrato*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 152. *num.* 1. *part.* 2. *recent. & in d. Nonantulana bonorum, deciſ.* 294. *num.* 3. *part.* 2. *recent. & in Bonon. de Bouys* 19. *Nouembris* 1612. *coram Cardinale Sacrato*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 438. *num.* 2. *part.* 1. *recent. & in d. Farſen. bonorum* 19. *Decembris* 1614. *deciſ.* 642. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

5 Declara procedere tantùm, quando eſt poſita in diſpoſitiuis, *Pariſ. de Put. de feud. cap.* 25. *Ozaſc. Pedamont. deciſ.* 164. *num.* 1. *& 2. & conſ.* 16. *num.* 21. *Vincent. de Franc. d. deciſ.* 6. *num.* 7. *Becc. d. conſ.* 88. *num.* 49. & fuit tentum *in d. Bononien. de Bouys deciſ.* 438. *n.* 2. *& in d. Farſen. bonorum deciſ.* 642. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* vbi aliæ concordantes allegantur.

6 Ad cognoſcendum autem an iſta clauſula extet in executiuis, vel in diſpoſitiuis, non ſolùm attenditur conceptio verborum, ſed clauſulæ, quæ illam hinc inde concomitantur, an ſcilicet ſint executiuè, vel diſpoſitiuè, vt per *d. deciſ. Pedamont.* 164. *num.* 3. *verſ. ſi fuerint ſcriptæ, in medio*, quam refert *Rota in d. Nonantulana bonorum deciſ.* 287. *num.* 1. *in fin. part.* 1. *recent.* & dicit *Laderc. Imol. conſ.* 1. *num.* 14. quod hæc clauſula non poteſt dici in executiuis, ſi ponitur ante perfectam diſpoſitionem, refert *Rota in d. Farſen. bonorum deciſ.* 642. *num.* 7. *part.* 1. *recent.* nam ſi adficiatur ex interuallo poſt perfectam diſpoſitionem, non cenſeretur poſita in executiuis, ſecus ſi immediatè poſt, vt declarat *Pedamont. deciſ.* 164. *num.* 1. *in princ. & ſub num.* 2. *in fine*, refert *Rota in d. Nonantulana bonorum deciſ.* 294. *num.* 7. *part.* 2. *recent.* vbi etiam ex eadem *Pedamont. deciſ.* 164. *num.* 4. tenet hanc clauſulam dici eſſe in executiuis, quando eſt poſita in clauſulis loquentibus de inueſtitura, & de traditione poſſeſſionis.

7 Tertius effectus eſt, vt hæc clauſula importet liberam alienandi facultatem, vt poſt *Rolan.* dictum fuit *in Romana domus* 29. *Nouembris* 1610. *coram*
8 *Card. Marquemontio*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 261. *num.* 4. *part.* 1. *recent.* immo continet expreſſam alienandi licentiam, vt ex illa extenſa patet, & ideo de eius virtute dubitari non poteſt, quin tutè fiat alienatio, *Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres, in* 8. *quæſt. num.* 21. *ff. de verb. oblig. & ibi Angel. num.* 12. *Alex. num.* 58. *& Iaſ. num.* 72. *Crot. in repet. num.* 133. *Dec. d. conſ.* 88. *num.* 11. *& num.* 23. 24. 39. *&* 49. quos refert *Rota in d. Farſen. bonorum deciſ.* 642. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & quod operetur, vt dicatur data licentia 9
alienandi quicquid eis videbitur, & ſucceſſoribus, cenſuit *Rota* impreſſa per *Pacif. poſt tract. de Saluian. interd. deciſ.* 173. *num.* 2.

Intellige ſi in parte diſpoſitiua apponatur, tunc 10
enim tantùm importat alienandi licentiam, ita *Rota apud Pacificum dicta deciſ.* 172. *num.* 5. & poſt *dictam deciſ. Pedamont.* 164. *in princ.* obſeruat *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 297. *num.* 8. *& num.* 11. poſt *Roland. conſ.* 55. 11
num. 44. *lib.* 3. tenet hanc clauſulam in parte diſpoſitiua inueſtituræ feudi operari, ſi ſit data licentia vaſſallo alienàdi feudũ ſine facultate; vnde *Menoch. conſ.* 64. *num.* 46. tenet quod poſita in executiuis inſtrumenti diuiſionis factæ inter fratres, non dicitur ex illa data facultas alienandi. Intellige etiam, 12
quando adeſt hæc clauſula, & pactum quod ſine licentia non alienet, quia tunc non operatur clauſula in præiudicium pacti, *Corbul. in d.* 3. *limit. fol.* 248. *Dec. conſ.* 171. *num.* 3. *verſ. quarto. Curt. Iun. conſ.* 136. *n.* 6. *Card. Tuſch. d. concl.* 297. *n.* 13. *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 344. *num.* 11.

Quartus effectus eſt, vt operetur quod venditio 13
cenſeatur in dubio facta ad corpus, etiamſi menſura ſit ſpecificata, & contractus ſit dubius, vt poſt *Pariſ. conſ.* 64. incip. *Loculente. num.* 34. *verſ. ad quæ bene facit. Dec. conſ.* 500. incip. *In cauſa. num.* 4. *verſ. ſed obſtare videtur*, notat *Card. Tuſch. d. concluſ.* 297. *num.* 1. *& 2. ex eod. Decio num.* 6. *& ſeq. citato loco*, declarat hanc clauſulam inducere corpus, ita vt venditio ad corpus ſit facta, ſi eſt in parte ſubſtantiali contractus, ſecus verò ſi eſt in parte executiua, quia non ampliat contractus.

Quintus effectus eſt, vt importet tranſlationem 14
dominij, vt per *deciſ. Pedamont.* 164. *in princ. Roland. à Val. conſ.* 55. *num.* 43. *lib.* 3. *Soc. conſ.* 9. *num.* 33. *verſ.* 9. Clariſſimè *lib.* 1. *Gratian. conſ.* 7. *num.* 20. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 361. *num.* 39. *Surd. conſ.* 450. *num.* 27. *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 96. *num.* 2. *& cap.* 586. *num.* 3. *& March. deciſ.* 42. *num.* 6. *& 7. Camill. Borrell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 36. *num.* 19. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 297. *num.* 7. idem enim ſunt plenum dominium & 15
plena facultas alienandi, vt dicit *Soc. d. conſ.* 9. *num.* 34. *lib.* 1.

Vnde ſi ſit dictum, Ad habendum, tenendum, & 16
vſufructuandum ad vitam ſuam, important hæc verba tranſlationem dominij in vita, non autem ſolius vſusfructus, vt ex *Bald. conſ.* 372. incip. *Factum ſic proponitur. num.* 3. *verſ. videamus ergo. lib.* 2. notat *Card. Tuſch. d. concl.* 297. *num.* 5. vbi *num.* 6. poſt *Caſtr. conſ.* 149. *circa medium, verſ. & illa verba. lib.* 2. declarat, quod idem eſt in tranſactione filiorum cum matre indotata, quia ſi dant dotem ex bonis mariti, quæ erit reuerſura ad filios primi mariti dotantis, vel legantis, licèt dicatur ad habendum iure proprio & diſponendum, tamen operantur dicta verba tranſlationem dominij loco poſſeſſionis & vſusfructus ad vitam vxoris tantùm, quando de hæredibus mulieris non eſt facta mentio.

Sextus effectus eſt, vt inducat remiſſionem fidei- 17
commiſſi in diuiſione quando eſt in parte diſpoſitiua, *Rol. d. conſ.* 55. *n.* 42. *& ſeq. lib.* 3. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 297. *num.* 16. *Ozaſc. conſ.* 8. *num.* 80. *Laderc. conſ.* 1. *Surd. conſ.* 475. *Gallia. conſ.* 21. *num.* 21. *cum ſeq. Corbul. d. limit.* 3. *num.* 7. *Ioan. Baptiſta Coſta d. clauſ.* 7. *num.* 3.

Septimus effectus eſt, vt hæc clauſula cum pö- 18

testare, alienandi, vendendi, & disponendi prout maritus voluerit, operetur quod res assignata dicatur data irreuocabiliter & pleno iure, & iure proprio, & in perpetuum, ita post *Beroi. conf. 63. num. 11. lib. 3.* docet *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 932. num. 5.*

19 Octauus effectus est, vt apposita in instrumentis diuisionis bonorum allodialium, & emphyteuticorum referatur ad allodialia tantùm, vt docet *Honded. conf. 36. num. 32. tom. 1.*

20 Nonus effectus est, vt operetur quod donatio facta piæ causæ, quæ est dubia an sit inter viuos, vel causa mortis, censeatur inter viuos, vt post *Bald. conf. 107.* incip. *Anno Domini. col. fin. vers. & quia etiam. lib. 2.* tenet *Card. Tusch. conclus. 297. num. 4.*

21 Limita iam primò, vt hæc clausula in executiuis non inducat renunciationem fideicommissi, seu alterius iuris, quando ad aliud potest referri, *Menoch. cons. 26. num. 156.* bene *Honded. cons. 36. num. 33. tom. 1.*

22 Limita secundò, non importare constitutum, nec traditionem possessionis fictæ, ita *Alexand. conf. 28. in princip. lib. 2. Card. Tusch. d. conclus. 297. num. 20.*

23 Limita tertiò, cùm est sine restrictiua non reduci ad terminos stipulationis, vt dictum fuit *in Imolen. bonorum 8. Martij 1596. coram Cardin. Pamphilio, & in d. Farsen. bonorum decis. 642. num. 5. part. 1 recent.*

24 Limita quartò, nullum operari effectum cùm est cærerata, & non extensa cum licentia alienandi, *Grat. conf. 17. n. 49. Gabr. comm. tit. de fideicomm. concl. 1. n. 30. & seq.* & dictum fuit in *Amerina bonorum 12. Ian. 1615. corã Buratto*, impressa per *Farin. decis. 624. n. 4. in princ. part. 2 recent.* vbi pariter habetur quod *Bart.* & alij *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.* expresse loquuntur, quando in hac clausula legitur extensa prædicta facultas.

25 Limita quintò, vt non operetur in bonis, quorum non est secuta alienatio, secundum *Bart.* communiter receptum *in d. §. duo fratres. quæst. 8. num. 21. vers. si verò alienatio, Rip. num. 84. in fin. vers. limita primò, & de communi voto num. 165. & 168.* latè *Simon de Prætis de interpret. vltim. volunt. lib. 3. in fin. vers. si verò alienatio, Gabr. d. conclus. 1. num. 33. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 115. num. 48. Peregr. de fideicomm. art. 52. num. 44.* quos refert, & sequitur *Rota in d. Amerina bonorum decis. 624. num. 4 post med.*

26 Limita sextò, vt non importet facultatem capiendi propria auctoritate, vt per *Angel. Aretin. cons. 77.* incip. *In casu suprascripto. num. 30. & seq. Card. Tusch. d. conclus. 297. num. 21.* vbi *num. 25.* post *Bald. cons. 452.* incip. *Hæredi. lib. 5.* declarat, quia talis clausula intelligitur secundum naturam contractus, ex notat. per *Mart. de claus. part. 1. conclus. 5. num. 22.*

27 ideo si est facta concessio in emphyteusim duobus, cum pacto quod mortuo vno deueniat in alterum, licet adsit hæc clausula, Ad habendum, & quidquid placuerit faciendum, tamen intelligitur, Præmissa salua sint, & sic secundum naturam contractus.

28 Limita septimò, vt non operetur quando est posita in executiuis, vt in specie post *Put.* dictum fuit *in Camerinen. donum. 4. Iunij 1593. coram Giptio in d. Nonantulana bonorum decis. 294. num. 7. in princ. p. 2. recent.* de quo & quando dicatur esse in executiuis dixi supra.

29 Limita octauò, non iuuare inuestitos vbi est personalis, & restricta ad proximum acquirentem, vt dictum fuit *in sæpe citata Nonantulana bonorum decis. 294. n. 8.*

30 Illud demum aduertere oportet, quod verba huius clausulæ, Ad habendum, alienandum, &c. intelligi debent legitimè secundùm quod iura disponunt in illa materia, *Bart. cons. 72.* incip. *Ex facto. num. 6. vers. ex quibus apparet, lib. 1. Cardin. Tusch. d. conclus. 297. num. 19.* & ita secundum subiectam materiam, *Crau. cons. 20. num. 15. Signorol. cons. 10. num. 3. Ozasc. d. part. 1. claus. 5. num. 23.* cuius natura est non ampliare, nec alterare principalem dispositionem. *Ioseph. Sess. Arag. decis. 24. num. 4. Rot. decis. 183. num. 8. apud Farinac. in prima collect. nouiss.* Vnde restringitur ad ea, quæ solita sunt contineri in contractu, cui apponitur, & intelligitur secundum naturam contractus, vt inquit *Seraph. decis. 794. num. 8.* & secundum illam limitatur, ex notatis per *Marches. de Commiss. part. 1. pag. 978. num. 5. in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiarum in concessione apponi non debet clausula*, Ad instar.

2 *Priuilegio Apostolico potest apponi clausula*, Ad instar.

3 *Priuilegiorum alienorum, seu exemptionum concessa participatio ad instar, importat vt sortiatur eundem & parem effectum cum aliis ad quæ adæquatur.*

4 *Per relationem omnia quæ in priori dispositione continebantur, censentur repetita.*

5 *Tantum est in referente, quantum in relato.*

6 *Referens est in ipso relato cum omnibus suis qualitatibus.*

7 *Priuilegium de quo non apparet, si alicui communicetur, an in aliquo huiusmodi communicatio ei profit, ostenditur*

8 *Priuilegium concessum ad instar alterius, quod auctum, diminutum, vel reuocatum postea fuit, an diminutum, vel reuocatum censeri debeat in persona illius, cui communicatur, & num. 9.*

10 *Forma communicationis priuilegiorum attendenda.*

Ad instar alterius Ecclesiæ.

CLAVSVLA V.

IN concessione Indulgentiarum apponi non debet hæc clausula, nam esset contra regulam Cancellariæ 53. sed debent specificè, & specialiter exprimi ea, ad quorum formam fit concessio, vt obseruant ibi *Alphonsus glossator antiquus, & Ioannes à Cochier pag. 490. Nauarr. de Indulg. notab. 16. n. 4.* 1

Secus dicendum esset in priuilegio Apostolico, quia in eo talis prohibitio non legitur, nec ad illud extenditur illa de qua in d. reg. 53. *Felin. in c. nonnulli, col. 8. vers. 3. declara, de rescript.* Vnde concessa participatio alienorum priuilegiorum, seu exemptionum ad instar, importat vt sortiatur eundem & parem effectum cum aliis ad quæ adæquatur; ita *Fel. in d. c. nonnulli, num. 7. Abb. in c. inter dilectos, n. 9. de fide Instrum. Apostil. ad eundem in c. cùm olim, num. 5. vers. ad instar, de consuetudine, Paris. cons. 22. num. 5. vol. 4. Rom. cons. 383. num. 23. Erasm. à Cochier de Iurisdict. Ordin. in exemptos, part. 1. quæst. 17. num. 17.* per hanc 2 3 4

hanc enim relationem omnia quæ in priori diſpoſitione continebantur, cenſentur repetita, ad notata *in l. omnia. ad fin. C. de epiſcop. benef. eccleſ.* & per *Card. Tuſch. tom. 6. litt. P. concluſ. 763. Mandoſ. de priuileg. ad inſtar, quæſt. 4. Suar. de leg. lib. 8. cap. 15. num. 2.* ex
5 quo relationis effectus eſt, vt tantum ſit in referente quantum in relato, iuxta *reg. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtituend.* cum ſimilibus, de quibus *Pereg. de fideicom. art. 16. à num. 2.* & *Glorit. reſp. 1. part. 3. num. 137.* quia
6 referens eſt in ipſo relato cum omnibus ſuis qualitatibus, vt poſt *Dec. Soc. Pariſ. Tiraq.* & alios, inquit *Menoch. conſ. 847. num. 3.*

7 Vtrùm autem ſi priuilegium Petro conceſſum communicetur Antonio, & de Petri priuilegio non appareat, prodeſſe poſſit in aliquo talis communicatio Antonio? In qua quæſtione diſtinctione opus eſt; vel enim communicatio hæc priuilegij fit per verba generalia non exprimendo illud, quod primum priuilegium, ad quod refertur, continebat, & certum eſt tanquam incertum nihil omnino valere; iuxta *regul. text. in l. ſi ſic 78. §. 1. ff. de legib. 1.* melior text. *in auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo*; ſic procedunt reſoluta per *Cabed. Luſitana deciſ. 95. n. 9. part. 2.* & per Azeued. *conſ. 36. n. 2.* & per *Eraſmum à Cochier de Iuriſdict. Ordin in exemptos, part. 4. quæſt. 70. num. 6.* aut in communicatione priuilegij exprimitur quod primum continebat; quo caſu licèt primum priuilegium non appareat, eo tamen gaudere ſecundum, cui communicatum eſt, ex *Fel. & Mandoſ. d. tract. de priuileg. ad inſtar, quæſt. 5.* obſeruat bene explicans *Suar. d. cap. 15. num. 6. & 7.* aduertens ex *Bald.* hoc poſteriori caſu magis abſolutum eſſe priuilegium, & pinguius prouidere communicationem, quàm ſi priuilegium appareret, quia ſi appareat, ſecundum illud debet communicatio reſtringi ex infrà dicendis; quando verò non extat pro ſe abſolutè; intellige ſi fieret ſpecifica & certa mentio eius ad quod fit relatio ab habente poteſtatem de nouo concedendi, vt aduertit *Eraſm. à Cochier d. q. 70. num. 6.*

8 Quid autem dicendum quando priuilegium conceditur ad inſtar alterius, vel vni conceſſum alteri communicatur, ſi prius illud augeatur, minuatur, vel reuocetur; auctum etiam, diminutum, vel reuocatum cenſeri debeat in perſona illius, cui communicatur? Quam quæſtionem poſt *Abba.* & alios diſputant *Mandoſ. d. tract. quæſt. 6. Frat. Emman. quæſt. Regul. tom. 7. quæſt. 55. art. 19. Azeued. d. conſ. 36. per totum, Suar. d. cap. 15. à num. 5. & cap. 16. à num. 11.* ex quorum mente reſolue diſtinguendo, vel enim communicatio fit non per ſe, & principaliter, in quo caſu planum eſt, quod non poteſt ille, cui communicatur priuilegium, eo vti, niſi ſecundum modum iuxta quem eo vtitur ipſe principalis, ex generali regula *c. tranſlato, de conſtit. & cap. acceſſorium, de leg. iur. lib. 6.* cum ſimilibus; & ideo aucto, diminuto, vel reuocato priuilegio principali, ſequitur neceſſariò augeri, diminui, & reuocari priuilegium in perſona eorum, quibus communicatum eſt.

9 Aut verò priuilegium communicatur non ſic dependenter, ſed directè per ſe & æqualiter, ita vt perſona, cui communicatur, eo vti poſſit eodem modo, quo prior poterat, vel ipſe poſſet, ſi primò & per ſe ei fuiſſet conceſſum; quæ forma frequentiſſima eſt communicationi priuilegiorum inter Religiones, vnius ſcilicet ad alteram, vt latè proſequitur *Frat. Emman. d. quæſt. 55. à princ.* & in iis terminis regula eſt conſtituenda negatiua, quod ſcilicet aucto, vel diminuto, aut reuocato priuilegio principali, non augetur, nec diminuitur, nec reuocatur in perſona eorum, quibus communicatur; ſupponimus enim vtrumque priuilegium ſtare per ſe vt reipſa diſtinctum, ſolumque apponi particulam vel relationem ad aliud ad terminandam ſignificationem verborum, cognita autem hac ſignificatione, & modo, & qualitate priuilegij ſic conceſſi, nulla manet dependentia vnius ab altero, & conſequenter ceſſat diſtinctio *reg. acceſſorium*, & locum habet regula *l. Papinianus exuli. ff. de minor.* ac procedit quod ait *Frat. Emman. d. art. 19.* quod in communicatione priuilegiorum non communicatur non vſus, quia licèt Religio cui primò conceſſa ſunt, illis non vtatur, & propter non vſum ea amittat, adhuc tamen alia Religio vtitur, cui independenter communicata ſunt.

Procedit autem hæc regula, niſi contrarium ex 10
forma communicationis colligatur, quia ſcilicet facta eſt per modum cauſæ fiendæ, id eſt, in futurum, vt loquitur *Azeued. d. conſ. 36. num. 4.* quia ſcilicet verba referuntur ad modum ſecundum quem prima Religio in futurum vtetur priuilegio, veluti quia conceditur ſub illa forma, concedo Societati IESV priuilegia, quibus ſeu prout mendicantes vtentur: conceſſio enim ſeu gratia huiuſmodi dependet ab vſu mendicantium, iuxta *regulam text. in l. in delictis. § ſi extraneus. ff. de noxalib. action.* de qua poſt alios *Menoch. remed. 16. recuper. num. 19.*

Cætera autem ad hanc clauſulam pertinentia vide apud *Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 206. ſecundum vltimam impreſſionem*, & aliqua tetigi *in tract. de dictionibus.*

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium liberum, & abſolutum, non Iuris regulis limitatum importat clauſula,* Ad libitum, &c.

2 *Arbitrio boni viri locus eſt ſtante clauſula,* Ad libitum, &c.

3 *Libertatem magis operatur clauſula*, Ad libitum, &c. *ſi iungatur cum dictione* liberè.

4 *Conditionem ſub beneplacito denotat clauſula,* Ad libitum, &c.

5 *Voluntas ſtante clauſula*, Ad libitum, &c. *tamdiu durat quamdiu concedens illam reuocauerit.*

Ad libitum ſuum, vel pro libito ſuæ voluntatis.

CLAVSVLA VI.

HÆc clauſula importat liberum, & abſolutum 1
arbitrium, non Iuris regulis limitatum, vt docent *Bart. & Alex. in l. ſi ſic 78. ff. de leg. 1. Abb. in c. 2. n. 4. in 3. notab. de ſequeſt. poſſeſſ. Card. Tuſch. tom. 2. litt. D. concluſ. 307. num. 1. Baptiſta Coſta de clauſ. conuent. clauſ. 26. num. 6. Surd. deciſ. 72. num. 15.* vbi ait 2
quod ſtante hac clauſula non eſt locus arbitrio boni viri, & *deciſ. 272. num. 14. cum ſeqq. & conſ. 357. num. 10. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 58. num. 21. & ſeq.* & dictum fuit *in Romana bonorum 14. Martij 1580. coram Cantuccio. Marta de clauſul. part. 3. clauſ. 1. 2. num. 3.* ex *Guid. Pap. deciſ. 475.* aduertit hanc clauſulam aliquando importare liberam voluntatem,

tem, aliquando verò arbitrium boni viri; si verò iungatur cum verbo *liberè*, tanquam geminata magis operatur libertatem, vt post *Soc. cons.*170.*num.*8. *lib.*2.aduertit *Card. Tusch. d. conclus.*307. *num.*2. Vide quæ dixi in clausula, Ad beneplacitum,3.

4 Denotat conditionem sub beneplacito, & talis voluntas ex facto venit declaranda, ex *Seraph. decis.*
5 821. *num.*2. & tamdiu durat donec concedens illam reuocauerit, vt per *Erasmum à Cochier de Iurisd. Ord. in exemptos. p.*3. *q.*5. *num.*3.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Possessionis coloratæ expressionis vim habet clausula*, Amoto,&c.

3 *Vitium taciturnitatis coloratæ possessionis alienæ tollit clausula*, Amoto,&c. *si est posita in dispositiua gratiæ, secus si in executiua.*

4 *Executor debet cognoscere de colore tituli stante clausula*, Amoto,&c.

5 *Clausula*, Amoto,&c. *intelligitur Iuris ordine seruato, & citatis citandis.*

6 *Executor gratiæ cum clausula*, Amoto,&c. *habet solùm iurisdictionem contra eos, qui de facto, & non de iure contradicunt, nisi dicatur*, sine vitio spolij & attentatorum, &c.

7 *Executorem mixtum facit clausula*, Amoto, &c. *appositа in literis beneficialibus, quando nulla res iudicata præcesserit, nec fuit negotium discussum.*

8 *Appellare licet à sententia mixti executoris.*

9 *Possessor quando non adesset clausula*, Amoto, &c. *non facit executorem mixtum.*

10 *Executio literarum Apostolicarum non retardatur per appellationem à sententia mixti executoris cum clausula*, Amoto, &c. *quando in beneficialibus gratia legitimè est iustificata, & literæ non sunt expeditæ sub intrusione.*

11 *Executor merus censetur vbi simul cum clausula*, Amoto, &c. *iuncta est illa*, Citra vitium spolij & attentatorum.

12 *Clausula*, Amotis quibuscunque detentoribus, & intrusis posteriorem gratiam habentibus, *tollit gratiam Ordinarij posteriorem.*

Amoto quolibet illicito detentore.

CLAVSVLA VII.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide Doctores per *textum ibi in c. cum noueris, de conces. prebend. Cels. Ugon. in tract. clausul. pag.*483. *col.*2. *Rebuff. in praxi benef. tit. form. & declarat. nouæ prouisionis, vers. Amoto exinde quolibet illicito detentore, Ant. Gab. communium lib.*5. *tit. de acquir. possess. conclus.* 3. *num.*16. *Lancell. de attent. part.*2. *cap.*4. *in præfat. num.* 477. *cum seqq. Mart. de clausul. part.*1. *clausul.*9. *in vlt. impress. Brunor. à Sole in locis communib. verbo clausula* 3. *Aloys. Ricc. in collect. decis. part.*4. *collect.* 826. *& in praxi aurea resolut.* 330. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.*9. §. 1. *in annot. num.*236. *Card. Tusch. tom.*1. *litt. C. concl.*319. *Marches. de Commiss. part.*1. *pag.* 327. *&* 328. *in* 2. *impress. Campanil. in diuersorio Iuris canonici rub.* 11. *cap.*13. *n.*280. *cum seqq. Monet. de commut. vlt. voluntat. cap.* 11. *num.* 467. *& seq. Vivian. in praxi Iurisp. lib.*13. *cap.*8. *num.*39. *cum seqq. in vlt. impress.*

Habet hæc clausula vim expressionis coloratæ 2
possessionis, de qua erat facienda mentio, iuxta *cap. cum noueris, de conces. præb.* ita *Calderin. cons.*246. aliàs 25. *de præb. Zab. cons.*31. *in fin. Rebuff. d. vers. Amoto exinde quolibet illicito detentore, in princip. Mart. d. part.*1. *clausul.*10. *num.*1. *Card. Tusch. d. conclus.*19. *n.*9. *Massob. in praxi habendi concursum, prælud.* 7. *dub.*20. *num.* 165. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellariæ, gloss.*15. §. 1. *num.*68. *Monet. d. c.*11. *num.*468. *Marches. de Commiss. part.*1. *cap.* 1. *pag.* 328. *num.*135. *in vlt. impress.* vbi 3
*num.*24. ex *Paris. cons.*120. *num.*14. *vol.*4. *Lap. alleg* 15. asserit subreptionis vitium non tollere. Intellige hãc clausulam tollere vitium taciturnitatis coloratæ possessionis alienæ, si est posita in dispositiua gratiæ, secus tamen si in executiua, & in clausulis executiuis gratiæ; ita per *Clem. primam in fine, de præbend. Abb. in c. in nostra, num.*32. *de refeript. Gemin. cons.*86. *num.*6. *vers. nec obstat, & cons.*92. *num.*5. *in fin. & seq. & cons.* 117. *num.* 12. *in fine*, resoluit *Cardin. Tusch. d. conclus.*319. *num.*2. *&* num. 10. & post illum *Aloys. Ricc. d. collect.*826. *effect.*1. *in limit. & d. resolut.* 330. *num.*2. *Monet. d. cap.*11. *num.*468 Et quod exe- 4
cutor debeat cognoscere de colore tituli stante hac clausula, tenet *Achil. decis.*5. *vt lit. pend. Greg. decis.* 335. *num.*12.

Intelligitur hæc clausula Iuris ordine seruato ac 5
citatis citandis, *Fel. in c. d. catero, num.*9. *de sent. & re iud. Rebuff. d. vers. Amoto exinde. Achil. decis.*6. *num.* 2. *super reg. de trienn. Mohed. decis.*7. *num.*5. *de restit. spoliat. & Staphyl. de lit. gratia in c. de clausula, Amoto, n.*3. *Nicol. Gare. de benef. part.*6. *cap.*3. *num.* 50. vbi intelligit procedere, quando non adest clausula, *sine vitio spolij*, & dictum fuit *in Aquilana beneficiorum* 26. *Iunij* 1606. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per *Farinac. decis.* 147. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* Executor gratiæ cum hac clausula habet so- 6
lùm iurisdictionẽ contra eos, qui de facto, & non de iure contradicunt, vt docent *Flores variarum quæst. lib.*1. *quæst.*4. *num.*44. *Marches. de Commiss. part.*1. *pag.* 328. *num.*131. *in* 2. *impress. Card. Tusch. d. conclus.* 319. *num.*7. quod intelligere oportet, quando Papa vlterius non procedit dicendo, *sine vitio spoly & attentatorum*, quia tunc videtur voluisse quod dato quod ille esset detentor iuris, tamen quod executor posset illum spoliare, & detentor non posset agere; ita *Put. decis.*14. *in correct. lib.*1. *Mandos. de monit. quæst.* 60. *num.* 67. *Salust. Tiber. in formular. Instrum. lib.* 3. *cap.*6. *num.* 29. *vers. & insuper, Nicol. Gare. d. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 51. *&* 52. *Aloys. Ricc. d. resolut.* 330. *num.* 4.

Hæc clausula apposita in literis beneficialibus, 7
quando nulla res iudicata præcessit, nec fuit negotium discussum, facit executorem mixtum, & requirit ordinem iudiciarium; ita post *Abbatem* & alios *in cap. de catero*, maximè *Fel. num.*9. *& seq. de sent. & re iud. Mohed. decis.*7. *num.*5. *de restit. spoliat.* aliàs 97. *num.*5. *Achil. decis.*6. *num.*5. *super regul. Cancell. de trienn. Marches. de Commiss. part.*2. *cap.*3. *num.*35. *in* 1. *impress. Lancell. de attent. part.*2. *cap.*4. *in præfat. num.*470. *&* 514. *Nicol. Gare. d. part.*6. *cap.*1. *à n.* 48.

Gonzal.

Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 9. §. 1. in annot. contra nullitates, num. 236. Monet. d. c. 11. num. 467. & fuit dictum *in Rauennaten. Iurispatronat. 27. Ianuarij 1606. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 159. num. 3. part. 2. recent.* & *in Tiraſſonen. eleemoſynaria 28. Ianuarij 602. coram Cardin. Lancell.* impreſſa per eundem *Farinac. deciſ. 52.*

8 *num. 2. part. 2. recent.* quod quidem in tantum verum eſt, vt à dicti mixti executoris ſententia liceat appellare, ex traditis per *Mantic. deciſ. 324. num. 3.* & *Sigiſm. Scacc. de Appellat. q. 12. limit. 11. num. 11. Seraphin. deciſ. 156.* vbi ait non ſolùm appellationem eſſe permiſſam in hoc caſu, verùm etiam eſſe locum reuocationi attentatorum & innouatorum tali appellatione pendente.

9 Supradicta autem reſtringenda ſunt, quando non adeſſet poſſeſſor, vt notant *Rebuff. vbi ſuprà, verſ. nec virtute huius clauſulæ, Gonz. d. gloſſ. 9. num. 226. Nicol. Gare. d. part. 6. cap. 2. num. 141.* & fuit dictum *in Vercellen. Coadiutoriæ 23. Ianuarij 1608. coram Cardinale Lancellotto*, & *in Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram Illuſtriſſimo Manzanedo.*

10 Item reſtringenda ſunt, quando hæc clauſula apposita eſt in literis beneficialibus, & gratia eſt iuſtificata legitimè, & literæ non ſunt expeditæ ſub intruſione, tunc enim non retardaretur executio literarum Apoſtolicarum; ita poſt *Ferret. conſ. 7. num. 12. in fin. & num. 13.* docent *Gonzal. vbi ſuprà num. 237. & Monet. d. cap. 11. num. 467.* vbi etiam poſt *Caputaq. deciſ. 180. Lancell. d. c. 4. num. 275. cum*

11 *ſeq. & Gonzal. d. loco num. 268.* ſubdit cenſeri pariter merum executorem, vbi ſimul cum hac clauſula, *Amoto, &c.* iuncta eſt illa, *citra vitium ſpolij & attentatorum*; quod etiam poſt alios docent *Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. cap. 1. num. 139. pag. 229. in vlt. impreſſ.* dum ait hanc clauſulam habere locum tantùm, quando Breue eſt ſimpliciter conceſſum cum illa, non autem quando adeſt alia clauſula, ſcilicet, *ſine vitio ſpolij & attentatorum, Nicol. Gare. d. cap. 3. n. 45. 46. 47. & 50. cum duobus ſeqq.* hoc tamen intelligens, niſi ſimul adſit etiam clauſula, *conſtito de intruſione*, aut ſimilis, quia tunc ante executionem intruſus eſt citandus.

12 Clauſula, *Amotis quibuſcunque detentoribus, & intruſis poſteriorem gratiam habentibus*, tollit gratiam Ordinarij poſteriorem, vt dictum fuit *in Toletana benefic. 5. Aprilis 1593. coram Orano*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. pag. 381.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectu huius clauſulæ agentes.*

2 *Priores in data non præcedunt illum ad cuius fauorem clauſula*, Anteferri, *appoſita eſt.*

3 *Reſeruatio ſpecialis & clauſula*, Anteferri, *æquiparantur.*

4 *Clauſula*, Anteferri, *in pluribus gratijs diuerſorum compenſatur.*

5 *Clauſula*, Anteferri, *quomodo extendatur, oſtenditur.*

6 *Prior qui eſt tempore in gratijs & beneficijs, potior eſt iure, niſi de contraria Principis voluntate conſtet.*

7 *Decretum irritans in contrarium acta quæcunque annullat, aliòſque etiam ignorantes ligat.*

8 *Reſeruationes & expectatiuæ tam generales quàm ſpeciales tolluntur per hanc clauſulam.*

9 *Ius omne ad rem quouis modo quæſitum ſublatum cenſetur per clauſulam*, Anteferri.

10 *Reſeruationem continet clauſula*, Anteferri.

11 *Clauſula*, Anteferri, *nihil operatur, niſi is, cui conceſſa eſt, voluerit anteferri.*

12 *Ordinarius ſi conferat beneficium intra menſem, quod fuit ſpecialiter impetratum cum clauſula decreti & inſtitutionis, ſubſiſtet collatio ſi impetrans ſua non vtatur gratia.*

13 *Clauſula*, Anteferri, *eſt odioſa, & non extendit vim ſuam niſi ad ſibi ſimiles.*

14 *Clauſula*, Anteferri, *ſi eſt appoſita quoad prælationem gratiarum præteritarum, quæ etiam poteſt referri ad gratias futuras, reſtringitur tantùm ad præteritas.*

15 *Clauſula*, Anteferri, *non ſe extendit in præiudicium ſpecialiter prouiſi à Papa.*

16 *Gratia*, Anteferri, *non præiudicat habenti gratiam*, Motu proprio.

17 *Clauſula*, Anteferri, *non tollit effectum gratiæ præcedentis, cuius vigore iam fuit facta liquidatio, & proceſſus, niſi de hoc fiat ſpecialis mentio.*

18 *Mandatum per ſecundum ad alicuius fauorem factum etiam cum clauſula*, Anteferri, *non tollitur primum, niſi Papa derogauerit regulæ de non tollendo iure quæſito.*

19 *Gratia conditionalis cum clauſula*, Anteferri, *facit etiam clauſulam conditionalem.*

Anteferri.

CLAVSVLA VIII.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Verall. deciſ. 337. num. 5. part. 1. Mar. Anton. variar. reſolut. lib. 1. reſol. 9. num. 13. Mart. de clauſul. part. 1. clauſ. 212. in vlt. impreſſ. Cardin. Tuſch. tom. 1. litt. C. concluſ. 314. Monet. de commut. vlt. volun. cap. 11. num. 487. cum ſeqq. Ioan. à Cochier ad preces primarias Imperatoris ſect. 5. §. 1. prope fin. pag. 95. Viuian. in pract. Iurispat. lib. 13. cap. 8. num. 97. cum ſeqq. in 2. impreſſ.* & cæteros in diſcurſu citatos, ex quibus ſequentes colligo effectus. 1

Primus igitur effectus eſt, vt etiam priores in data eum ad cuius fauorē talis clauſula eſt adiecta, non præcedant, ſed immo contra hic illos præcedat, iiſque præferatur; ita *Ægid. Bellam. conſ. 33. num. 20. in fin. verſ. 3. hoc probatur*, vbi dicit quod facit de poſteriore priorem, *Mart. d. clauſ. 212. num. 1. Card. Tuſch. d. concluſ. 314. num. 1.* vbi *num. 2.* ſubdit 2

huiuſmodi clauſulam, *Anteferri*, & reſeruationem 3

specialem æquiparari, quia sicut præfertur habens clausulam, *Anteferri*, ita præfertur is, qui nititur gratiæ cum reseruatione speciali, *Monet. d. c. 11. num.* 4 457. in pluribus autem gratiis diuersorum compensatur, ita vt gratiæ reducantur ad naturam suam, & ille præferatur, qui habet vel gratiam cum data anteriori, vel qui habet specialem, *Zab. conf. 136. præmitto ante solutionem, num. 5. & seq. Card. Tusch. d. conclus. 314. num. 11.*

5 Qualiter autem extendatur hæc clausula paucis ostendit *Felin. in c. capitulum sanctæ Crucis, num. 5. in fin. de rescript.* in hæc verba. *non obstante quod pro aliis scripserimus, quibus & volumus anteferri*; integra verò, prout in rescriptis prouisionum, de stylo Curiæ apponitur, vt refert *Rebuff. in praxi benefic. part. prima, in forma nouæ prouisionis, vers. non obstantibus piæ memoriæ*, in hunc modum; *aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi, vel aliis beneficijs ecclesiasticis in illis partibus generales, vel speciales d. Sedis, vel Legatorum reseruationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus volumus te in* 6 *assecutione dictæ Ecclesiæ anteferri.* Hactenus *Rebuff.* nã quamuis regulare sit in gratiis ad beneficia, vt qui prior est tẽpore, potior sit iure, *cap. sic qui. c. cum quis de præb. in 6.* fallit tamen vbi de contraria Principis voluntate constet, qui pro sua summa potestate potest posteriorem anteponere priori, *Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 32. vers. nonò quæritur, Mamesf. conf. 263. num. 3. de præb.* & dum anteponit expresè id declarando, non censetur priorem gratiam penitus abolere, vel reuocare, quin patitur illam manere saluam, vt illius vigore qui tempore prior fuit, possit acceptare aliud beneficium gratia sua comprehensum, ex *Staphyl. de literis gratiæ, tit. de vi & efficacia clauſ. §. deinde sequitur*, quæ quidem Pontificis voluntas vt certiorem habeat exitum, solet communiter huic clausulæ, *Anteferri*, adiici alia 7 clausula, *decreti irritantis*, quæ in contrarium acta quæcunque annullat, aliósque etiam ignorantes ligat; ne quoquo modo tali voluntati, vel dispositioni possit contrauenire, & vbi contrauenerit nihil egisse censeatur, ex traditis per memetipsum in d. clausula, *Motu proprio*, & in specie notat *Mart. d. clauſ. 212. num. 3.* post *Zabarell. conf. 136. col. 3. & 4. vers. & ex hoc infertur*, ac *Ferret. conf. 3. num. 12. vers. 3. principaliter, vol. 1.*

8 Secundus effectus est, vt per eam tollantur reseruationes & expectatiuæ tam generales quàm speciales; nam licèt expectanti deberetur beneficium, tamen Papa vult vt impetrans præferatur, vt docent *Monet. d. cap. 11. num. 459. Card. Tusch. d. conclus. 314. num. 18.* vbi post *Oldrad. conf. 136. in princ. num. 2.* & *Lap. alleg. 80. num. 1. vers. ad prædicta*, ait hanc clausulam operari quod is, qui habet eam, præferatur aliis expectantibus etiam Apostolicis.

9 Tertius effectus est, vt per illam sublatum censeatur omne ius ad rem quouis modo quæsitum, *cap. pen. de præbend. in 6. Rebuff. in praxi benefic. rub. form. nouæ prouisionis, vers. aut si aliqui, Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decis. 195. num. 207. in 1. edit. aliàs resolut. 174. num. 4. in 2. edit. Monet. d. cap. 11. num. 459.* licèt ex *Felin. in cap. causam quæ, num. 26. de rescript.* referat Rotam contrarium non semel sensisse, dum excipit solum casum iuris ad rem acquisiti per acceptationem vacantis beneficij, ex eo quia gratia expectantis omnino non perit, cùm non sit exclusus à gratia pro alia vice sequente, prout iam suprà commemorauimus.

10 Quartus effectus est, vt reseruationem contineat, ex traditis per *Rebuff. in concordatis, tit. de mandatis Apostolicis. §. 1. pag. 680.* & præseruationem iurium aliarum personarum operetur, vt per *Gonzal. ad reg. 8. Cancellaria, gloss. 54. num. 16.* vnde post *Ægid. Bellam. conf. 43. num. 3. in fin. cum seq. vers. quod dummodo*, obseruat *Card. Tusch. d. conclus. 314. num. 22.* quod quando sumus in vacaturis gratia conualidans primam, vel extendens cum hac clausula, *Anteferri*, vel æquipollenter, semper præfertur ei, qui habet gratiam medio tempore ad vacaturum, quando tempore vltimæ gratiæ extendentis nondum venit vacatio.

Limita primò hanc clausulam nihil operari, nisi 11 is, cui concessa est, voluerit anteferri, *Calder. conf. 56. quod est 1. de translat. prælat. num. 2. vers. ad idem facit*, prout illum refert *Mart. d. clauſ. 212. num. 10. Card. Tusch. d. conclus. 314. num. 19. Ioan. Monac. in c. 2. de præb. in 6.* vbi si Ordinarius conferat benefi- 12 cium intra mensem, quod fuit specialiter impetratum cum clausula decreti & institutionis, subsistet collatio si impetrans sua non vtatur gratia, & si habens clausulam, *Anteferri*, ei renunciet, valebit collatio priùs facta, quia eo repulso sublatum est impedimentum quoad primum.

Limita secundò vt hæc clausula, cùm sit odiosa 13 & iuri repugnans, non extendat vim suam nisi ad sibi similes, & in literis Apostolicis non operetur in præiudicium illorum, quibus ius est quæsitum in re, vt per *Gemin. conf. 138. Brunor. à Sole in locis communibus verbo clauſ. 4. Aloys. Ricc. in decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapol. decis. 41. num. 9. part. 2. Cardin. Tusch. d. conclus. 314. num. 3.* vbi refert *Oldrad. conf. 198. num. 5. vers. secundò pro intellectu*, hanc appellare iniuriosam clausulam.

Ex qua secunda limitatione iam infertur, hanc 14 clausulam, *Anteferri*, si est apposita quoad prælationem gratiarum præteritarum, quæ etiam potest referri ad gratias futuras, restringi tantùm ad præteritas, vt docent *Oldrad. conf. 198. in princ. num. 3. vers. tertia clausula, Anteferri, Bellam. conf. 33. num. 22. vers. modo clauſ. Mart. d. clauſ. 212. num. 6. Card. Tusch. d. conclus. 314. num. 3.*

Deinde infertur, hanc clausulam, *Anteferri*, adeò 15 restringi vt non operetur contra morem & consuetudinem concedentis; ideo se non extendit in præiudicium specialiter prouisi à Papa, quia habens gratiam priorem cum clausula, *Anteferri*, non præfertur habenti gratiam prouisionis specialem, licèt posteriorem, vt per *Oldrad. conf. 198.* incip. *Circa primum, vers. circa secundum*, quem referunt, & sequuntur *Zabarel. conf. 136. num. 4. Mart. d. clauſ. 212. num. 6. Card. Tusch. d. concl. 314. num. 4.*

Limita tertiò gratiam, *Anteferri*, non præiudi- 16 care habenti gratiã, *Motu proprio*, quæ gratiosa est, illa verò odiosa; & quando odium & fauor sunt in conflictu, præfertur fauor, vt post *Ægid. Bellam. conf. 33. num. 21. & seq. vers. 8. conclus.* resoluit *Tusch. d. conclus. 314. num. 13.*

Limita quartò hanc clausulam, *Anteferri*, non 17 tollere effectum gratiæ præcedentis, cuius vigore iam fuit facta liquidatio & processus, nisi de hoc fiat specialis mentio; ita ex *Zabarell. d. num. 5. vers. vnde notat, Card. Tusch. d. conclus. 314. num. 17.*

Limita quintò, vt per secundum mandatum ad 18 alicuius fauorem factum etiam cum clausula, *Anteferri*, non tollatur primum, nisi Papa derogauerit *reg. Cancell. de non toll. iur. quæsit.* vt post *Cardin. conf. 136.* obseruant *Rebuff. in praxi benefic. part. prima, ad reg. de non tollend. iur. quæsit. gloss. 4. Monet. d. c. 11. num. 462.*

Limita sextò, vt gratia conditionalis cum clau- 19 sula,

sula, *Anteferri*, faciat etiam clausulam conditionalem, ita vt non operetur, nisi purificata conditione, *Card. cons.* 18. *in principio, vers. puram intelligo, Card. Tusch. d. concl.* 314. *num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*
2 *Princeps inferior non potest vti clausula*, Appellatione remota.
3 *Legatus à Latere non potest vti clausula*, Appellatione remota.
4 *Causa omnis tam principalis quàm incidens comprehenditur sub clausula*, Appellatione remota.
5 *Litigantes inter partes operatur clausula*, Appellatione remota, *non quoad tertium.*
6 *Onerosa est clausula*, Appellatione remota, *ac proinde restringenda.*
7 *Delegati personæ concessa clausula*, Appellatione remota, *non transit ad subdelegatum.*
8 *Attentata ne reuocentur per viam attentatorum, operatur clausula*, Appellatione remota.
9 *Iudex non tenetur deferre appellationi stante clausula*, Appellatione remota.
10 *Attentata cessant, quando Princeps appellationem remouet.*
11 *Iudex datus cum clausula*, Appellatione remota, *facit vt sententia ab eo lata suspendatur.*
12 *Iudex datus cum clausula*, Appellatione remota, *si suam exequatur sententiam tali appellatione pendente, non attentabit.*
13 *Excommunicatio lata post appellationem, vt teneat operatur clausula*, Appellatione remota.
14 *Iudex quando procedit seruata forma commissionis, & partem non grauat, tunc habet locum clausula*, Appellatione remota.
15 *Clausula*, Appellatione remota, *non de legitima, sed de friuola est intelligenda.*
16 *Resistentes de facto; non de iure comprehendit clausula*, Appellatione remota, *in contradictis, & literis executiuis appositis.*
17 *Cardinali facta commissio per Papam*, Appellatione remota, *tunc censetur exclusa qualibet appellatio etiã non friuola.*
18 *Appellationem omnem tam legitimam, quàm friuolam excludit clausula*, Appellatione remota, *apposita in priuilegiis Religionibus à Summo Pontifice concessis.*
19 *Sententiam definitiuam, non autem interlocutoriam, quando simpliciter profertur, comprehendit clausula.*, Appellatione remota.
20 *Grauamen notorium vbi apparet, nihil operatur clausula*, Appellatione remota.
21 *Iudex si dolo malo, vel lata culpa sententiauit, non tollit appellationem clausula*, Appellatione remota.
22 *Appellatione remota à sententijs generaliter, non intelligitur de illa, in qua Iudex se competentem pronunciauit.*
23 *Appellationem non tollit clausula*, Appellatione remota, *quotiescunque quis incontinenti paratus est docere de iusta & legitima causa appellandi.*
24 *Iudicis à facto quin prouocetur non tollit clausula*, Appellatione remota.
25 *Deuolutiuum quoad effectum non operatur clausula*, Appellatione remota.
26 *Appellationis causa commissa cum clausula*, Appellatione remota, *non prohibetur tertius appellare.*
27 *Supplicationem ad Superiorem non tollit clausula*, Appellatione remota.
28 *Appellationem, per quam appellans docet se innocentem, non tollit clausula*, Appellatione remota.
29 *Restitutionem in integrum non tollit clausula*, Appellatione remota.
30 *Recusatio non intelligitur sublata, ex eo quod sit delegata alicui Iudici causa à Principe cum clausula*, Appellatione remota.
31 *Appellationes omnes intelliguntur sublatæ per clausulam*, Omni & quacunque appellatione remota.

Appellatione remota.

CLAVSVLA IX.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide DD. 1 per textum ibi *inc.* 1. *de rescript. & in cap. pastoralis, de appellat. Couar. pract. cap.* 23. *num.* 6. & 7. & *cap.* 15. *num.* 5. *Cels. Ugon. in tract. clausul. pag.* 421. *Vital. de Cambanis in simili tract. pag.* 14. *Pinel. in rub. de rescind. vend. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 22. *Marant. de ord. Iudic. part.* 6. *tit. & quandoque appellatur, num.* 338. *Hippol. de Marsil. sing.* 647. *Corset. sing.* 33. *Lucer. Inquis. verbo appellatio, à num.* 3. *Hieronym. Portol in scholijs ad Molin. §. disputati, à num.* 24. *Perez l.* 8. *gloss. prima, tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin. Seraphin. de Priuileg. iuram. priuil.* 74. *num.* 46. & alios plures, quos refert *Cened. ad decretal. collect.* 128. *num.* 1. *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 12. *limit.* 8. *num.* 40. *Menoch. de arbit. casu* 197. *Flamin. de resignat. benefic. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 163. *Rendin. in promptuario recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 16. *num.* 4. *Aloys. Ricc. in collect. decis. collect.* 135. & 1081. *Mart. de clausulis part. prima, clausul.* 12. *in vlt. impress. Fr. Emmanuel quæst. Regul. tom.* 1. *quæst.* 8. *art.* 13. *Sigismund. Scacc. de Appellat. quæst.* 16. *limit.* 1. *num.* 93. *cum seqq. Marches. de Commiss. part.* 1. *cap.* 8. *à princip. cap.* 29. *cum seqq. & pag.* 47. *part.* 2. *num.* 57. *cum seqq. in vlt. impress. Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 1. *litt. A. concl.* 400. *cum seqq. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloss.* 9. §. 1.

in annot. num. 244. cum seqq. Bernard. Graua. ad praticam Cameræ Imperialis lib. 1. conclus. 135. num. 2. Farinac. fragment. crimin. part. 2. verbo Iudex, num. 956. cum seqq. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 41. num. 17. & 18. Ioseph. Sesse de Inhibit. cap. 8. §. 2. num. 10. cum seqq. Mendez, à Castro in praxi Lusitana, lib. 2. cap. 11. §. 5. num. 18. Viuian. in praxi Iurisp. lib. 13. cap. 18. num. 39. cum seqq. in 2. edit.

2 Nullus inferior à Principe hac clausula vti potest, ex notatis per *Marant. de ordine Iudic. part. 6. tit. & quandoque appellatur, num. 337. Marches. de Commiss. part. 1. cap. 8. num. 12. pag. 297. in vlt. impress. & part. 2. pag. 47. Roland. à Valle cons. 29. num. 15. &* 3 *16.* qui ampliant procedere in inferioribus Principibus, superiorem non recognoscentibus, *Menoch. de succes. tit. de test. potent. lib. 1. §. 6. num. 7.* etiamsi esset Legatus de Latere, qui cum illa rescribere non potest, vt tenet *Sigismund. Scacc. de Appellat. quæst. 16. limit. 1. num. 106. & 109.* nisi id specialiter in facultatibus clarè habeat, vt declarat *Marches. d. c. 1. pag. 302. num. 77.*

4 Operatur hæc clausula in omni causa tam principali, quàm incidenti, ex resolutis per *Ceuall. comm. contra comm. tom. 4. quæst. 1. num. 933.* vnde habere locum in causa reconuentionis, notant *Parlad. rer. quotid. part. 5. lib. 2. c. fin. §. 10. num. 14. & Scacc. de Appell. quæst. 17. limit. 17. num. 23. Marches. de Commiss. part. 1. pag. 301. num. 60. in secunda impress.* vbi *num. 72.* ait quod comprehendit omnes appellationes ab incidentibus & accessoriis, vbi eadem ratio militat.

5 Item operatur tantùm inter partes litigantes, non quoad tertium, vt per *Couarr. pract. cap. 15. n. 5. Put. decis. 147. lib. 2. in correct. Pacif. de Saluian. interdict. Insbect. 4. cap. 2. num. 93.* & ob id dicit *Bald. in* 6 *cap. ap sit. num. 2. vers. item nota.* quem refert *Marches. d. p. 1. pag. 298. num. 24.* quod ista clausula est onerosa, ac proinde restringenda; & addit *Marches.* 7 *d. p. 1. pag. 303. num. 94.* quod concessa personæ delegati, non transit ad subdelegatum.

8 Item operatur ne attentata reuocentur per viam attentatorum, quia licèt appellatione pendente nihil possit innouari, *in toto tit. ff. nil nouari appellat. pend.* hoc tamen fallit, si est commissa causa *Appellatione remota*; nam hoc casu non obstante appellatione, poterit per Iudicem à quo appellatum est innouari, & sententia executioni mandari, secundum *Innocent.* & *Host.* quos refert, & sequitur *Fr. Emm. quæst. Regul. tom. 1. q. 8. art. 13. in fine, Marches. de Commiss. part. 1. cap. 8. pag. 33. num. 82. in vlt. impress.* & faciunt quæ tradunt *Flamin. de resignat. lib. 8. quæst. 7. num. 163.* & *Scacc. de Appell. quæst. 16. limit. 1. sub* 9 *num. 94. &* 105. *cas. 4.* Ratio est, quia Iudex non tenetur deferre appellationi; si tamen pars appellauerit, & tali causa, quæ si esset vera deberet legitima reputari, potest adire Principem, qui poterit appellationem admittere, si sibi visum fuerit; ita *Fr. Emman. d. art. 13.* & *Stephan. Grat. Marchia decis. 51.* quem refert *Aloys. Ricc. part. 1. collect. 135. post med.*

10 Et quod attentata cessant quando Princeps appellationem remouet, notant *Guid. Pap. decis. 23. n. 3. Vant. de nullit. tit. quando & intra quod tempus. num. 48. & tit. de nullit. ex defectu Iurisd. num. 142. Paris. cons. 208. num. 16. vol. 1.* & alij plures, quos refert *Marchesp. 2. pag. 48 num. 61.*

11 Vnum tamen singulare aduertere oportet in hac materia, quod Iudex datus etiam cum hac clausula, deferendo appellationi ex ignorantia Iuris, vel ex propria voluntate, facit vt sententia ab eo lata suspendatur; pro quo sunt consulendi *Gemin. in c. cum appell. §. si verò. num. 2. de appell. in 6. Franc. in c. pastoralis. num. 6. vers. quarto quæritur,* & ibi *Imol. num. 6.* & *Ioan. Anton. de Sancto Georgio num. 39. eod. tit. in antiq. Anton. Gomez var. tom. 3. de delict. cap. 13. n. 32. Marches. d. p. prima, pag. 303. num. 82. in vlt. impress.* vbi addit, quod si suam sententiam exequatur tali 12 pendente appellatione non attentabit.

Operatur denique, vt excommunicatio lata post 13 appellationem teneat, vt resoluit *Scacc. de Appell. quæst. 17. limit. 22. num. 56.*

Intelligitur, quando Iudex seruata forma com- 14 missionis procedit, & partem non grauat, vt fuit dictum *in Cremon. Iurisp. 26. Februarij 1603. coram Gregorio XV.* impressa per *Farin. decis. 79. num. 3. part. 2. recent.* & per *Bertram. inter decisiones impressas eiusdem Gregorij XV. decis. 91. num. 10.* & per *Marches. de Commiss. part. 1. pag. 1068. n. 5.*

Vnde solummodo de friuola appellatione, non 15 verò de legitima esse intelligendam, ideóque parum, aut nihil operari quando non est apposita præuia causæ cognitione, tenent *gl. verb. ante sententiam, in fin. in cap. vt debitus honos, de appell. gl. 2. in c. ex parte 13. de offic. deleg. Lancell. d. c. 12. limit. 8. n. 42. cum seqq. Menoch. de arbit. casu 197. num. 2. cum seq. Brunor à Sole d. verbo clausula, n. 5. Seraph. de Priuil. iuram. priuil. 74. num. 46. Cardos. in praxi Iud. verbo clausula 2. Franc. Leo in thes. for. Eccles. part. 2. cap. 2. num. 36. Marches. de Commiss. part. 1. cap. 10. num. 18. in prima impress.* & *Scacc. d. quæst. 16. limit. prima, n. 93. & 94. Ioseph. Sesse de Inhibit. cap. 8. §. 2. num. 10. Stephan. Grat. d. c. 41. num. 18. Cened. pract. & canonic. quæst. lib. 1. quæst. 45. num. 42. &* 43. Et ideo in contradictis & 16 literis executiuis appositam intelligi contra resistentes de facto, non de iure, censuit *Rot. in Calaguritana benef. 18. Aprilis 1603. coram Card. Lancell.* impressa per *Marches. d. p. 1. pag. 311. in vlt. impress.*

Restringe tamen distinctam proximam resolu- 17 tionem, casu quo per Papam alicui Cardinali sit commissa causa, *Appellatione remota*, tunc enim conferetur excluſa quælibet appellatio etiam non friuola, & iusta, vt dignitas Cardinalitia aliquid operetur; ita *Bald. in l. 1. ante fin. ff. de offic. Præf. Prat. Afflict. in rub. quæ sint regalia, num. 4. Gomez in compendio vtriusque sign. num. 49. Mandos. ad Rom. cons. 211. in addit. litt. C.* quos refert, & sequitur *Farin. fragm. crim. part. 2. verbo Iudex, in num. 963. Cardin. Tusch. d. conclus. 400. num. 11.* vbi dicit speciale in commissione facta Cardinali. Restringe pariter in 18 priuilegiis Religionibus à Summis Pontificibus concessis, quod scilicet ad executionem illorum procedatur, *Appellatione remota*; quo casu remotam esse omnem appellationem tam legitimam, quàm friuolam obseruat *Fr. Emman. d. quæst. 8. art. 13.*

Intelligitur etiam de definitiua, non autem de 19 interlocutoria, quando simpliciter profertur; ita *Gemin. in c. vt inquisitionis, num. 8. &* 9. vbi *Franc. num. 4. de heret. lib. 6. Fel. in c. causam quæ, num. 27. de rescript. Cardin. Tusch. d. concl. 400. num. 17. Brunor à Sole d. verbo clausula 5. Cened. d. quæst. 45. num. 42. Mart. d. claus. 12. num. 10.* vbi ait quod solùm refertur ad appellationem à definitiua in negotio principali, non autem ad illam, quæ interponitur ab incidentibus & accessoriis.

Nihil etiam operari si constat de grauamine no- 20 torio, resoluunt *Lancell. d. c. 12. limit. 8. num. 28. cum seqq. Seraph. d. priuil. 64. num. 46.* & *Scacc. d. quæst. 16. limit. prima, num. 54. Marches. de Commiss. part. prima, pag. 302. num. 79. in 2. impress.* & *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 41. num. 17. & tom. 3. cap. 494. num. 2. Cardin. Tusch. d. litt. A. conclus. 400. à num. 5.*

Gonzal.

Gonza. d. gloſſ. 9. num. 245. Cened. d. quæſt. 45. num. 44. Mart. d. clau. 12. num. 7. vbi *n. ſeq.* hoc ampliat, vt procedat etiamſi dictum eſſet, *Omni & quacunque appellatione remota.*

21 Vnde non tollere appellationem, ſi Iudex dolo malo, vel lata culpa ſententiauit, tradit *Scacc. d. limit. prima, num.* 83. nec quando iniuſtitia ſententiæ eſt detecta, & notoria, *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 400. *num.* 21. *& num.* 15. idem reſoluit quando proceditur abſque parte, & extra iudicium, & aduertit *Marcheſ. de Commiſſ. part. prima, pag.* 303. *num.* 83. *in vlt.*

22 *impreſſ.* poſt *Ruin. conſ.* 1. *num.* 4. *vol.* 1. quod appellatione remota à ſententiis generaliter, non intelligitur de illa, in qua Iudex ſe competentem pronunciat.

23 Non tollit appellationem, quotieſcunque incontinenti quis eſt paratus docere de iuſta & legitima cauſa appellandi, *Rip. cap. primo, ſub num.* 3. *verſ. ſed ſi remaneatur, de reſcript. Contard. de moment. poſſeſſ. limit.* 12. *num.* 3. *& quæſt.* 16. *num.* 6. *Pacif. de Salu. interd. Inſpect.* 4. *cap.* 2. *num.* 96. vbi etiam quod ſimiliter non tollit appellationem, ſi appellans vult oſtendere repugnantiam, vel perplexitatem ſententiæ.

24 Deinde non tollere quin à facto Iudicis prouocetur, dictum fuit *in Calaguritana de Branteuilla* 5. *Iulij* 1604. *coram Cardinale Sacrato*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part. prima, pag.* 304. *in vltim. impreſſ.*

25 Nonò operatur quoad effectum deuolutiuum quin negotium principale deuoluatur ad Superiorem, per quem poterit grauamen emendari & reparari; ita *Contard. d. quæſt.* 16. *num.* 6. & *Pacif. d. c.* 2. *num.* 97. quicquid dicant *Rol. conſ.* 27. *n.* 17. *vol.* 2. *Marcheſ. part.* 1. *pag.* 303. *n.* 84. *in* 2. *impreſſ.*

26 Item nec operatur contra tertium, nam commiſſa cauſa appellationis cum hac clauſula, non prohibetur tertius appellare pro eo, quod ſua intereſſe putauerit; ita *Bald. in cap. ſuper eo, notab.* 2. *de offic. deleg.* vbi *Panorm. num.* 4. *Barbat. col.* 1. *n.* 2. *Felin. n.* 1. & *Dec. num.* 4. *Corſet. in ſuis ſingul. verbo clauſula, Marant. d. tit. & quandoque appellatur, num.* 339. *Lancell. d. c.* 12. *ampl.* 14. *n.* 8. *& 9. Bart. in l.* 1. *§. interdum, n.* 4. *ff. à quibus appellare non licet, Rebuff. tom.* 1. *ad leges Galliæ, tit. de literis oblig. art.* 1. *gloſſ.* 10. *num.* 10. *Vant. de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullitate, n.* 15. *& 16. Menoch. remed.* 4. *adipiſcen. num.* 845. *de arbit. lib.* 1. *quæſt.* 9. *à num.* 92. *cum ſeqq. Brunor à Sole d. verbo clauſula ſexta, Gutier. in repet. l. nemo poteſt, num.* 388. *ff. de leg.* 1. *& pract. quæſt. lib.* 1. *q.* 118. *n.* 2. *Valdeſ. ad Suar. ad leges Regni, limit.* 2. *litt. B. pag.* 124. *Mich. Graſſ. tom.* 2. *comm. opin. lib.* 7. *tit.* 24. *num.* 29. *pag.* 323. *Bernard. Graua. d. lib.* 1. *concluſ.* 122. *num.* 4. & *Scacc. d. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 78. *& quæſt.* 17. *limit.* 6. *mem.* 4. *num.* 42. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 400. *n.* 16. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 298. *num.* 25. *& pag.* 667. *num.* 90. *in* 2. *impreſſ. & part.* 2. *pag.* 48. *num.* 62. *Rendin. in prompt. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 16. *num.* 4. *Marta d. clauſ.* 12. *num.* 6. vbi *num.* 11. reſoluit quod hæc clauſula appoſita in gratia directa executori literarum Apoſtolicarum, intelligitur de contradictoribus de facto; & *num.* 12. quod poſita in perſona delegati, non tranſit ad ſubdelegatum, & quod hæc clauſula eſt odioſa, & reſpicit præiudicium tertij.

27 Non tollere ſupplicationem ad Superiorem aduertunt *Scacc. d. quæſt.* 17. *limit.* 15. *n.* 8. *Marcheſ. d. part.* 1. *pag.* 297. *à num.* 38. & *Card. Tuſch. d. quæſt.* 400. *num.* 24. vbi *num.* 12. poſt *Lap. alleg.* 123. *num.* 3. *in fin.* ait hanc clauſulam in reſcripto nihil operari, ſi literæ ſunt nullæ, quamdiu durat nullitas ſuper literis; & *n.* 13. poſt *Alex. conſ.* 113. *n.* 7. *verſ. nunc ſolum. lib.* 3. ſubdit non tollere appellationem, per quam appellans dicit ſe innocentem; & *n.* 15. poſt 28
Lap. d. alleg. 123. *num.* 4. extendit clauſulam noſtram non habere locum, ſi procedatur abſque parte, & extra iudicium; & *num.* 18. notat quod licèt ſtante hac clauſula non poſſit appellari, tamen poteſt de nullitate dici, quod *num.* 19. extendit, vt procedat etiam ſi eſſet dictum, *dico ſententiam nullam, ſi qua eſt, appello*, quia valet talis dictio nullitatis, ad notata per *Alex. conſ.* 2. *à n.* 13. *lib.* 3.

Non tollere reſtitutionem in integrum cenſuit 29
Rota in Bononien. cẽſus 11. *Decemb.* 1602. *coram Iuſto*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 309. *n.* 3. *in vlt. impreſſ.* & apud *Cened. poſt tractatum de Cenſibus, deciſ.* 109. *n.* 5.

Delegata alicui Iudici cauſa à Principe cum hac 30
clauſula, *Appellatione remota*, non intelligitur ſublata recuſatio illius; textus eſt clarus *in cap. poſtremo, in fine, de appell.* vbi *Franc. n.* 2. dicit illum notabilem, clarum, & apertum, & notant cæteri ſcribentes, *Grat. conſ.* 134. *n.* 9. *lib.* 2. *Mandoſ. in addit. ad Lap. alleg.* 1. *verbo appellatio, litt. B. Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. *Iacob. Laur. in tract. de Iud. ſuſpect. cap.* 2. *n.* 20. & *Scacc. d. quæſt.* 16. *limit.* 1. *n.* 89. *& ſeq. Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 301. *num.* 89. *in* 2. *impreſſ. Farinac. fragment. criminal. part.* 2. *verbo Iudex. n.* 956. vbi *n.* 957. cum *Iacobo Laurent. d. cap.* 2. *num.* 22. & *Scacc. d. num.* 90. ampliat hoc procedere non ſolum de Iure canonico, ſed etiam de Iure ciuili.

De clauſula autem, *Omni & quacunque appellatione remota*, vide *Scacc. d. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 96. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 301. *& 302. à n.* 56. vbi ait ex his verbis omnes appellationes eſſe ſublatas, & *num.* 73. *& 74.* quod prohibita appellatione in cauſa principali, ſtante hac clauſula, cenſetur etiam prohibita in cauſa acceſſoria, & è contrà. 31

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Arbitrium regulatur à Iure.*

3 *Arbitrium lectum in commiſſione emanata à ſignatura Iuſtitiæ, non facit reſcripta gratioſa.*

4 *Arbitrium dat facultatem aliquid relaxandi de Iuris rigore.*

5 *Arbitrium operatur, vt relicto extremo rigoroſo ſeruetur æquitas.*

6 *Æquitas vbi concurrit, eſt ſatis ampla clauſula,* Arbitrio Rotæ.

7 *Penſionis validitatem examinandi licentia data cenſetur per clauſulam,* Arbitrio Rotæ, *iuncta clauſulæ,* Sine retardatione ſolutionis penſionis.

8 *Arbitrium intrat ad effectum ſeruandi reſtitutionem fructuum in fine litis, ſtante paupertate.*

9 *Attentata ſtante clauſula,* Arbitrio Rotæ, *nunquam Rota reijcere conſueuit, niſi clarè conſtito de bono iure.*

10 *Poſſeſſorium reintegrandæ reijcere non valet clauſula,* Arbitrio Rotæ, *vt ſolum ſuper petitorio cognoſcatur.*

11 *Possessorium ante petitorium terminandum est etiam à Iudice habente arbitrium.*

12 *Ius partis offendendi, vel lædendi non dat facultatem clausula,* Arbitrio Rotæ.

13 *Rem iudicatam non potest impedire clausula,* Arbitrio Rotæ.

14 *Manutentionem non impedit clausula,* Arbitrio Rotæ.

15 *Citationis defectum non supplet clausula,* Arbitrio Rotæ.

16 *Executio iam facta non potest reuocari vigore clausulæ,* Arbitrio Rotæ.

17 *Recursum ad Iudicem sæcularem habens non iuuatur clausula,* Arbitrio Rotæ.

18 *Rigorem verborum*, Parito Breui, *temperat aliquatenus clausula*, Arbitrio Rotæ.

19 *Arbitrium Rotæ retardatur ex calumnia manifesta.*

20 *Nullitas ex tribus vbi adest, cessat clausula,* Arbitrio Rotæ.

21 *Decimarum in causa inter Ecclesias vigente, apposita clausula,* Arbitrio Rotæ, *appellatione interposita suspendit iudicatum.*

Arbitrio Rotæ.

CLAVSVLA X.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ, vide *Mart. de claus. part. 1. claus. 13. in vlt. impress. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1604. & collect. 1297. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. num. 285. cum seqq. Seraph. decis. 448. n. 1. & 4.* & cæteros in discursu citatos.

2 Arbitrium regulatur à Iure, vt pluries censuit *Rota*, & signanter *decis. 179. num. 1. & decis. 235. n. 1. & decis. 547. num. 1. apud Farinac. part. 1. recent. & decis. 587. num. 1. part. 2. recent. & apud Pacificum post tract. de Saluiano interdict. decis. 11. num. 3. & apud Cened. post tract. de Censib. decis. 236. n. 1. & apud Zach. post tract. de oblig. Camer. decis. 119. num. 1. Gregor. decis. 11. num. 3.* & nouissimè *in Barchinonen. fructuum 16. Iunij 1625. coram Domino Duran, & in Firmana pensionis 23.*

3 *Ianuarij 1627. coram eodem.* Et hoc tanto magis procedit, quando arbitrium legitur in commissione emanata à signatura Iustitiæ, quæ non facit rescripta gratiosa, seu aberrantia ab ordine Iuris, vt dicitur *in decis. 558. n. 1. part. 1. recent.*

4 Verum tamen est quod arbitrium dat facultatem aliquid relaxandi de Iuris rigore, vt censuit eadem *Rot. decis. 85. num. 4. & decis. 179. num. 2. apud Farinac. part. 1. recent. & decis. 284. num. 5. & decis. 440. num. 8. & decis. 587. num. 1. apud eundem part. 2. etiam recent. Seraph. decis. 1154. num. 1. Marchesc. de Commiss. part. 1. pag. 331. num. 156. & pag. 401. num. 36. in vlt. impress. & part. 3. pag. 3.* vbi refert decisionem *in vna*

5 *Auersana Capellaniæ coram Cardinale Sacrato*; & operatur, vt relicto extremo rigoroso seruetur æquitas, *Rota decis. 462. num. 3. p. 1. recent. & decis. 506. num. 1. part. 2. etiam recent.*

6 Est satis ampla hæc clausula, vbi concurrit æquitas, vt fuit dictum post *Crescent. decis. 4. num. 3. de testibus, in Cæsaraugustana dismembrationis 3. Decembris 1601. coram Cardinale Sacrato*, impressa per *Farinac. decis. 363. num. 1. part. 2. recent.* Item quando rescribitur Iudici aliàs Iurisdictionem habenti, ne si aliàs reducatur ad meros terminos Iuris, commissio reddatur inanis, vt post *Fel. Dec.* & alios fuit dictum *in Romana Cottigij 6. Martij 1606. coram Cardinale Sacrato*, cuius mentio fit *in d. decis. 363. n. 1. in fine.*

Iuncta clausulæ, *Sine retardatione solutionis pensio-* 7
nis, operatur vt videatur data facultas examinandi validitatem, vt tentum fuit *in Rota apud Farinac. decis. 567. n. 1. part. 2. recent.*

Arbitrium intrat ad effectum reseruandi restitu- 8
tionem fructuum in fine litis, stante paupertate, vt tenet *Maresc. variar. resolut. lib. 1. cap. 86. num. 83.* & dictum fuit *in Cesanaten. de Aluinis 9. Decembris 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, & *in Elnen. præceptoriæ 5. Iunij eiusdem anni 1609. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.*

Stante hac clausula, licèt aliquando Rota con- 9
stito de bono iure reiecerit attentata, hoc tamen nunquam facere consueuit, nisi de bono iure constet clarè, & concludenter per partis confessionem, vel rem iudicatam; ita *Rot. decis. 2. de restit. spoliat. in nouis*, latè *Lancellot. de attent. part. 3. cap. 4. quæst. 1. num. 64. cum seqq.* & fuit dictum *in Cæsaraugustana dismembrationis 25. Ianuarij 1610. coram Cardinale Sacrato*, & *in decis. 465. num. 3. & 9. coram Gregorio XV.* & *in Ferrarien. dotis 13. Maij 1616. coram Buratto*, & *in Leoden. dominij de Hollonia 5. Maij 1625. coram Domino Merlino.*

Non habet tamen locum ad reiiciendum pos- 10
sessorium reintegrandæ, vt solum super petitorio cognoscatur, vt fuit dictum *in Verdunen. Abbatiæ 20. Februarij 1615. coram Buratto*, impressa per *Farinac. decis. 652. n. 1. part. 2. recent.* Possessorium enim 11
ante petitorium terminandum est etiam à Iudice habente arbitrium, vt habetur *eadem decis. 652. n. 2.* nam hæc clausula non dat facultatem offendendi, 12
vel lædendi ius partis, *ad l. 2. §. mentio. & §. si quis à Principe, ne quid in loco publico*, *Bart. in Lambit. n. 12. ff. de decretis ab ordine facien. & in Extrauag. ad reprimendum, in verbo videtur. num. 13. vers. quæro item, Menoch. de arbitrar lib. 1. quæst. 84. in princip.*

Non potest hæc clausula impedire rem iudica- 13
tam, vt dictum fuit *in Romana pretij 4. Martij 1613. coram Vbaldo Seniori*, impressa per *Farinac. decis. 434. num. 3. part. 2. recent.*

Non impedit manutentionem, vt fuit dictum 14
in Aurien. parochialis 17. Aprilis 1600. coram Cardinale Lancellotto, impressa per *Marchesc. de Commiss. part. 1. pag. 436. n. 3. in 2. impress.*

Nec defectum citationis supplet, est enim insa- 15
nabilis etiam stante hac clausula, *Marchesc. d. part. 3. pag. 8. num. 3. Gregor. decis. 416. num. 2.* & dictum fuit *in Mantuana bonorum 1. Decembris 1611. coram Vbaldo*, impressa per *Marchesc. d. part. 3. pag. 80. num. 3.* & *in Zamoren. pecuniariæ 20. Martij 1609. coram Cardinale Caualerio*, impressa per eundem *Marchesc. d. part. 2. pag. 98.*

Huic clausulæ non est locus ad reuocandam exe- 16
cutionem iam factam, prout ex multis Rotæ decisionibus obseruat *Mart. d. claus. 13. num. 11.* & *n. 12.* ait quod stante hac clausula, appositio sequestro arbitrio Rotæ, non est locus arbitrio, si possessio sit legitimè capta, seruatis seruandis; & *num. 13.* quod stante hac nostra clausula, iuncta cum illa, *Sine retardatione solutionis pensionis*, ad fauorem translatarij non suspenditur solutio, si adsint literæ; & *num. 16. ex vna Tuden. parochialis 3. Decembris 1601. coram Cardinale Sacrato*, colligit hanc nostram clau- 17
sulam non iuuare illum, qui habuit recursum ad

Iudicem

Iudicem ſæcularem; & *num.*18. poſt *Ceſar.de Graſſ. deciſ.*12. *num.*4. *de prob.* aſſerit quod ſi hæc noſtra clauſula adiecta fuerit alteri, *Sine præiudicio legitimæ executionis literarum Apoſtolicarum*, eſt locus arbitrio ad ſuperſedendum, vbi literæ non ſint iuſtificatæ.

18 De clauſula, *Parito Breui arbitrio Rotæ*, vide *in cauſa Aſtoricen. Prioratus* 9. *Nouembris* 1596. *coram Litta*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 448. vbi habetur quòd hæc clauſula temperat aliqualiter rigorem verborum, *Parito Breui*, & *in Barchinonen. beneficij* 23. *Ianuarij* 1620. *coram Cardinale Pamphilio*, & *in Aurien. parochialis* 27. *April.* 1598. *coram Lancellotto*, & *in Tudertina parochialis* 4. *Iunij*, & 3. *Decembris* 1605. *coram Cardinale Sacrato*, & *in Leodien. parochialis* 16. *Nouembris* 1594. *coram Litta*, & *in Gerunden. beneficij* 10. *Aprilis* 1602. *coram eodem*, & *in Gerunden. Canonicatus ſeu officij Pœnitentiariæ* 11. *Februarij* 1588. *coram Orano.*

19 Arbitrium Rotæ retardatur ex calumnia manifeſta, vt fuit dictum *in Bononien. cenſus* 10. *Decembris* 1602. *coram Iuſto*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part.*2. *pag.*61. *n.*4. *in vlt. impreſſ.*

20 Ceſſat vbi adeſt nullitas ex tribus, *Rota in Fauentina* 22. *Iunij* 1607. *coram Penia*, impreſſa per *Marcheſ. d. part.*2. *pag.*146. *n.*8.

21 In cauſa decimarum inter Eccleſias poſita hæc clauſula, *Appellatione interpoſita*, ſuſpendit iudicatum, vt fuit dictum *in Corduben. decimarum* 2. *Decembris* 1605. *coram Cardinale Pamphilio*, impreſſa per *Marcheſ. part.*1. *pag.*685.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium boni viri importat clauſula*, Arbitrio ſuo.

2 *Arbitrium boni viri intelligitur, quod faceret ita ac vellet fieri in rebus ſuis.*

3 *Teſtator quando ſuam voluntatem non bene explicauit, vel declarationem ſuæ voluntatis alteri commiſit, recurritur ad arbitrium boni viri.*

4 *Voluntatem liberam, & non regulatam aliquando importat clauſula*, Arbitrio ſuo, *& quando, oſtenditur.*

5 *Arbitrium expirat morte illius, qui illud habebat.*

Arbitrio ſuo.

CLAVSVLA XI.

1 IMportat hæc clauſula arbitrium boni viri, vt docent *Bart. in l. alio. n.* 8. *ff. de alim. & cibar. leg. Corn. conſ.*173. *col.*3. *verſ. ſed dubium facit, vol.* 3. *Menoch. de arbitrar. lib.*1. *quæſt.*8. *num.*29. *cum duobus ſeqq. Mart. de clauſul. part.*3. *clauſ.*2. *in vlt. Romana impreſſ. Gonzal. ad reg.*8. *Cancellariæ, gloſſ.*9. *in annot. à n.* 285. *& præſertim num.*295. *& gloſſ.*15. §. 1. *num.*93. *Monet. de commut. vlt. volunt. cap.* 7. *num.*141. & huiuſmodi arbitrium intelligendum, quod faceret ita ac vellet fieri in rebus ſuis, *Dec. in l. in perſonam §. generaliter.* vbi *Cagnol. ff. de reg. Iur. Bart. in l.* 1. *col.* *ff. de ſolut. Roman. in rub. de arbit. col.*2. *verſ. item quinto*, quos refert *Mart. d. clauſ.*2. *n.*4. *in fine.*

2

3 In vltimis etiam voluntatibus recurritur ad arbitrium boni viri, quando teſtator vel ſuam voluntatem non bene explicauit, vel declarationem ſuæ voluntatis alteri commiſit, *l.*1. *ff. de legat.*2. *l. fin. §. ſed & ſi quis. C. comm. de leg. Socin. conſ.*92. *num.*11. *& ſeq. vol.*1. *Afflict. deciſ.*371. *num.* 10. quos refert, & ſequitur *Marta d. clauſ.*2. *num.* 7. vbi *num.*8. idem eſſe dicendum affirmat, ſi legauerit Titio centum eroganda prout ſibi in ſecreto dixit.

Aliquando tamen hanc noſtram clauſulam libe- 4
ram voluntatem importare, & non regulatam, ſicut illud verbum, *pro libito*, tenent *Surd. deciſ.*10. *n.*50. *Mar. Anton. variar. reſolut. lib.* 1. *reſolut.*74. *num.* 8. *Mareſc. etiam variarum reſolut. lib.*1. *cap.* 22. *num.*30. præcipuè quando eſſet dictum, *libero ſuo arbitrio committimus*, ex *Dec. in d. l. in perſonam. §. generaliter, num.* 2. *ff. de regul. Iur.* & *Menoch. d. lib.* 1. *quæſt.*7. *a num.*33. & *Monet. d. cap.* 1. *num.*143. *in fin.* vel quando arbitrium ei committitur, qui aliàs illud habebat, tunc enim libera & abſoluta facultas tributa dicitur, vt verba aliquid operentur, ex *Menoch. d. lib.*1. *quæſt.*8. *num.*35. & *Monet. d. cap.*7. *num.*144. *in princip.*

Arbitrium expirat morte illius, qui illud habe- 5
bat, *Bart. in l. centeſimus. §. fin. num.*9. *& ſeq. ff. de verb. oblig. Gozadin. conſ.* 22. *num.*10. & fuit dictum *in Mediolanen. penſionis* 30. *Februarij* 1615. *coram Vbaldo Senori*, impreſſa per *Farin. deciſ.* 651. *num.*2. *part.*2. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem Ordinariam non importat clauſula*, Auctoritate noſtra, *ſed delegatam.*

2 *Iuriſdictio Ordinaria excitari videtur, cùm Iudici aliàs Ordinario à lege, vel à Principe Iuriſdictio committitur, circa illa tamen quæ ſemota commiſſione ad illius ſpectabant poteſtatem.*

3 *Iuriſdictionem Ordinariam inferioris mutat ſuperior in delegatam, quoties in commiſſione adiecta fuerit clauſula*, Auctoritate noſtra, *vel*, Tanquam delegatus à nobis.

4 *Quando adijcitur clauſulæ particula*, Etiam, *vtramque, Ordinariam ſcilicet, & delegatam Iudex habere dicitur.*

Auctoritate, ſeu vice noſtra.

CLAVSVLA XII.

1 HAnc clauſulam non importare Iuriſdictionem Ordinariam, ſed delegatam, reſoluunt *Menoch. de præſumpt. lib.*2. *præſ.* 16. *num.* 28. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.*64. *num.*226. *& pag.*802. *n.* 325. *& pag.*416. *num.*204. *in vlt. impreſſ. D. Barboſ. in l. cum Prætor* 12. *in princip. num.*33. *ff. de iudic. Monet. de commutat. vlt. volunt. cap.*7. *n.*141.

Licèt quando Iudici aliàs Ordinario à lege, ſeu 2
Principe Iuriſdictio committitur, circa illa tamen quæ ſemota commiſſione ad illius ſpectabant poteſtatem, non delegata Iuriſdictio de nouo tribui, ſed Ordinaria, quam iam habebat, excitari videatur, vt in ſpecie probat *text. in cap. licèt, de offic. Ordin.* ibi, *ſuæ Iuriſdictioni ſubiectos*, &c. *Iaſ. in l. Ius ciuile, n.*2. *ff. de Iuſtit. & iure, Cened. ad Decretal. collect.*

157. *num.1. Menoch.de præsumpt. lib.2.præs.16.num.24.*

3 Tamen quoties in commissione adiecta fuerit hæc clausula, *Auctoritate nostra*, vel, *Tanquam delegatus à nobis*, aut similis, tunc iuxta *reg. text. in l.1.§. si quis simpliciter, vers. cum adycitur. ff. de verb. oblig.* videtur superior Iurisdictionem Ordinariam inferioris mutare in delegatam, dum vult vt ipse non iam suo nomine, sed delegantis cognoscat, quod proprium est delegatorum, succeditque *reg. l.1.vers. omnia enim. C. de veteri Iure enucle. iuncta l.1. qui mandatam. l.3. ff. de officio eius*, probat in specie *text. in c. cum aliquibus, vers. nisi, de rescript. lib.6.* ex quo in terminis post *Bart.* & alios, quos citant, tradunt *Menoch. de arbit. quæst.12. à num.4. Azeued. in rub. tit. 9. num.17. & 18. lib.3. nouæ Recopil. Molin.de Iust.tom.6. tract.5. disput.14. n.1. vers. quando verò.*

4 Si verò in tali commissione adiiciatur particula, *Etiam*, veluti, dum dicitur, *Etiam auctoritate nostra*, vel, *Tanquam Apostolicæ Sedis delegatus*, tunc vtramque potestatem, Ordinariam scilicet, & delegatam Iudex Ordinarius habere dicitur, prout in specie resolui *de offic. & potest. Episcopi part. 3. alleg. 92. n. 11.* iuxta particulam, *Etiam*, quæ vnum casum exprimit, & alium includit, *gloss. verbo Ecclesiæ, iuncto text. in Clem.2. de hæret.* cum citatis per me *dub. 95. num.4.* vnde si ab eodem Iudice aliàs Ordinario appelletur, non ad Summum Pontificem, sed ad Metropolitanum Ordinarium erit appellandum, per ea quæ dixi *d.allegatione 92. num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Quantitas nisi fuerit expressa, non suffragatur clausula,* Augendi,&c.

2 *Valor rei vt possit exprimi vsque ad tertiam partem, operatur clausula,* Augendi,&c. *vbi est simpliciter posita.*

3 *Clausula,* Augendi, &c. *operatur vt gratia ob non expressum verum valorem sustineatur, donec impetrans deliberet.*

4 *Augere amplius non poterit, si habens clausulam,* Augendi,&c. *semel expresserit.*

5 *Clausula,* Augendi & minuendi vsque ad verum valorem etiam in secunda expeditione, *non operatur, si post factam primam expeditionem beneficium per alium ob malâ expressionem fuerit impetratum.*

Augendi, &c.

CLAVSVLA XIII.

1 CVm hæc clausula sit facultatiua, non suffragatur nisi quantitas fuerit expressa, vt fuit tentum *in Rota in Tuden. beneficij 11. Aprilis 1578. coram Cardinale Blanchetto*, & *in Spoletana beneficiorum 22. Iunij 1594. coram Cardinale Mantica, inter eius decisiones impressas, decis.290. num.5.*

2 Vbi est simpliciter posita, operatur vt valor rei possit exprimi vsque ad tertiam partem, quod si dicatur, *Augendi quantum opus fuerit*, tunc potest vsque ad quamcunque summã actus exprimi; & ita seruare Rotam affirmat *Mart.de clauſ. part.1. clauſ.16. n.1.* vbi *num.4.* post *Fabi. decis. 14. lib.2. in nouiss.* subdit hanc
3 clausulam operari, vt gratia ob non expressum verum valorem sustineatur, donec impetrans deliberet quid in expeditione literarum velit exprimere, ampliatque vt procedat etiamsi ante expeditionem literarum resignauerit, quia poterit in literis exprimi verus valor per resignationem.

Limita tamen quod hæc clausula non procedat, 4 si habens clausulam, *Augendi*, semel expresserit, nam amplius augere non poterit, vt per *Fel. in cap. ad aures. col. 3. de rescript. Verall. decis. 331. part. tertia, Mart. d. clauſ.16. num. 6.* quæ limitatio locum sibi 5 vendicat quamuis adsit clausula, *Augendi & minuendi vsque ad verum valorem, etiam in secunda expeditione*, si post factam primam expeditionem beneficium per alium ob malam expressionem fuerit impetratum, quia primus impetrans tenebatur inquirere verum valorem ante primam expeditionem, & ex quo malè expresserat, quod præsumatur dolosus, nisi ipse doceret, quod ex aliqua causa esset motus ad exprimendum minorem valorem; ita *Put. decis. 94. lib.3. in vtraque editione*, vbi subdit non obstare illam clausulam, *Etiam in secunda expeditione*, quia intelligitur quando ex alia causa ad minorem valorem expediuisset, cùm tunc in dolo diceretur esse, ne priuilegium censeretur esse concessum dolosо, & in præiudicium officialium, qui ex prima expeditione fraudati erant, secundo expedire non poterat, & tanto magis stante impetrante in medio, per ea quæ *Fel. in cap. in nostra. col. 3. circa princip. vers. & hanc limitationem, de rescript.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Extensione indiget clausula cæterata.*

3 *Extensio antequam fiat Iudice authorante, clausula cæterata non debet haberi pro extensa.*

4 *Cæterata clausula continet omnia, quæ de stylo Notarij in Instrumento consueuerunt extendi.*

5 *Omnia, quæ solent sequi postea, & subintelligi quoquo modo possunt, ad perficiendam orationem, complectitur clausula cæterata.*

6 *Cæterata clausula continet ea, quæ sunt de natura actus, vel rei, super qua interponitur.*

7 *Omnia, quæ sunt de natura subiectæ materiæ, stylo, aut consuetudine, virtualiter includit clausula cæterata.*

8 *Notarius quando dixit in Instrumento,* præsentibus talibus, &c. *tunc clausula illa,* & cætera, *est extendenda, quod scilicet testes fuerunt rogati.*

9 *Post verbum* acceptantibus *apposita clausula,* & cætera, *extenditur pro se, hæredibus & successoribus.*

10 *Clausula,* & cætera, *posita post relationem partis alicuius dispositionis, comprehendit sequentia in illo actu.*

11 *Cæterata clausula non comprehendit ea, quæ sunt de substantia, & forma.*

12 *Extendi non potest clausula cæterata in con-*

tractibus

tractibus de neceſsitate requirentibus ſcripturam.

13 *Procuræ in mandato poſita clauſula cæterata non poteſt extendi niſi ad ea, quæ ſunt de natura actus, vel quæ ſunt cœpta exprimi.*

14 *Iuramentum non continetur ſub clauſula cæterata, niſi expreſsè ſit dictum.*

15 *Cæterata clauſula non extenditur ad clauſulas ſubſtantiales non ſolitas apponi.*

16 *Cæterata clauſula extenditur ad ea, quæ ſunt ſolita apponi.*

17 *Inſtrumenti ſolemnitas non ſuppletur per clauſulam cæteratam.*

18 *Notarius ſi ſcripſit obligationem mulieris pro alio cum clauſula*, renunciauit, &c. *non comprehenditur renunciatio Velleiani.*

19 *Clauſula*, conſtituens, &c. *non comprehendit clauſulam ſeparatam*, accipiendi, &c.

Cæterata.

CLAVSVLA XIV.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *formulæ rium Inſtrumentorum, ſeu Notariorum nouiter reimpreſſum*, in quo deſcriptæ ſunt omnes eorum clauſulæ, & quomodo extendendæ, *Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 276. in vlt. impreſſ. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concl. 302.*

2 Hæc clauſula indiget extenſione, vt firmauit *Rot. apud Zach. poſt tract. de oblig. Camerali. deciſ. 83. num. 13.* quæ debet fieri per Notarium, qui de Inſtrumento rogatus fuit, vt poſt *Bald. & Gratian.* firmauit *Rot. in Romana hæreditatis & Paragij dotis 12. Iunij 1615. coram Buratto*, impreſſa per *Farinac.*

3 *deciſ. 723. n. 6. part. 2. recent.* & ideo antequam extenſio fiat Iudice authorante, non debet haberi pro extenſa, *Gratian. conſ. 9. num. 123. vol. 1. Surd. conſ. 350. num. 29. vol. 3. Rot. apud Pacific. poſt tract. de Saluiano interdicto, deciſ. 141. num. 5. & inter recentiores impreſſas per Farinac. d. deciſ. 723. num. 5. part. 2.*

4 Continet omnia, quæ de ſtylo Notarij in Inſtrumento conſueuerunt extendi, *Bald. in conſ. 384.* incip. *Duo Inſtrumenta, in princip. lib. 3. Zabarell. conſ. 133. in princ. col. 2. verſ. aliter reſpondemus, Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 302. lib. 1. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. n. 19.* vbi ait quod ſi de more Notarij defuncti non appareat, recurrendum eſt ad generalem conſuetudinem, & ſtylum tabellionis eiuſdem regionis.

5 Item complectitur omnia, quæ ſolent ſequi poſtea, & ſubintelligi quoquo modo poſſunt, ad perficiendam orationem, *Seraph. de Priuileg. iuram. priuileg. 74. num. 174. Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 140. n. 13. & 14. Card. Tuſch. tom. 2. litt. D. concluſ. 277. Rot. apud Cene. de Cenſib. deciſ. 84. num. 8.* eadem *Rot. apud Pacificum poſt tractatum de Saluiano interdicto, deciſ. 137. num. 3.*

6 Includit ea, quæ ſunt de natura actus, vel rei ſuper qua interponitur, *l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiur. l. ſi ita quis, cum l. ſeq. ff. de euict. Corn. conſ. 82. num. 6. lib. 1. & conſ. 297. num. 8. lib. 3. Ruin. conſ. 154. num. 8. & 13. vol. 3. Pariſ. conſ. 76. n. 7. lib. 3. Bertazol. in repet. l. ſi quis maior. C. de tranſact. num. 531. Surd. conſ. 350. num. 28. Mar. Anton. lib. 2. var. reſolut. 39. num. 1. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 10. num. 23. Gonzal. ad reg. 8. Cancellariæ, gloſſ. vlt. num. 3. Card. Tuſch. d. concluſ. 307. n. 17. Rota apud Cene. de Cenſib. deciſ. 84. num. 7.* & fuit dictum *in Ianuen. pecuniaria 17. Martij 1612. coram Vbaldo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 393. n. 13. part. 1. recent.*

Item includit virtualiter omnia, quæ ſunt de 7
natura ſubiectæ materiæ, ſtylo, aut conſuetudine, *Cranet. conſ. 512. Burſat. conſ. 150. num. 85. & ſeq. Card. Tuſch. d. concluſ. 312. num. 2. Rot. apud Pacificum poſt tract. de Saluian. interdicto, deciſ. 137. num. 2.* vbi quod habet in ſe omnia, quæ ſolent ſequi ſecundum conſuetudinem, *Petrus Henriq. reſp. opuſcul. 2. litt. E. num. 17.* vbi poſt *Grammat. deciſ. 106. n. 12. & 13.* ait quod ſi fuerit appoſita in principio Inſtrumenti, operatur vt videantur omnia, quæ tam de iure quàm conſuetudine requiruntur, appoſita, *Gonzal. d. gloſſ. vlt. num. 4.* vbi *num. 7.* notat quod 8
quando in Inſtrumento dicit Notarius, *præſentibus talibus, &c.* tunc clauſula illa, *& cætera*, eſt extendenda, quod ſcilicet teſtes fuerunt rogati, *Cardin. Mantic. d. tit. 10. num. 19.* vbi quod complectitur omnia quæcunque ſolent ſequi ſecundum conſuetudinem, & ſtylum Notarij rogati, ſi illa probari poſſint.

Hæc clauſula appoſita poſt verbum, *acceptanti-* 9
bus, &c. extenditur pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, *Rot. deciſ. 393. in princ. part. 1. diuerſ.* & fuit dictum *in Viterbien. bonorum 2. Maij 1614. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Farin. deciſ. 597. n. 3. part. 1. recent.*

Poſita poſt relationem partis alicuius diſpoſitio- 10
nis, comprehendit ſequentia in illo actu, *Rot. apud Pacificum poſt ſuum tract. de Saluian. interd. deciſ. 137. num. 4.* vbi *num. 1.* quod habet in ſe ſolùm ea, quæ deficiunt in ſermone, & in ea parte vbi apponitur, eadem *Rot. apud Zach. poſt tract. de oblig. Camer. deciſ. 16. à principio.*

Non comprehendit tamen ea, quæ ſunt de ſub- 11
ſtantia & forma, vt per *Rot. deciſ. 352. alias 1. de verb. ſignificat. in antiq. Grat. conſ. 140. num. 7. vol. 1. Card. Mant. d. tit. 10. num. 2. & lib. 14. tit. 10. num. 44. in fin. & num. 45.* & fuit dictum *in Romana hæreditatis 12. Iunij 1615. coram Buratto*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 723. n. 4. part. 2. recent.*

Item non poteſt extendi hæc clauſula in contra- 12
ctibus de neceſſitate requirentibus ſcripturam, ex *Iaſ. in l. Gallus. §. idem credendum, num. 13.* vbi *Aret. & Ruin. num. 27. ff. de liber. & poſth.* concludit *Card. Tuſch. d. concluſ. 302. n. 28.* vbi *n. 31.* reſtringit, niſi eſſet conſuetudo extendendi.

In mandato procuræ poſita non poteſt extendi 13
niſi ad ea, quæ ſunt de natura actus, vel ad ea, quæ ſunt cœpta exprimi, non autem ad ea, quorum ſaltem principium non eſt expreſſum, *Caſtr. conſ. 18. num. 5. lib. 1.* & fuit dictum *in Anchonitana cenſuum 24. Maij 1613. coram Vbaldo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 492. n. 4. part. 1. recent.*

Item, nec ſub tali clauſula continetur iuramen- 14
tum, niſi expreſsè ſit dictum de iuramento, vt ex *Bald. conſ. 436.* incip. *Quæritur, in fin. lib. 1. Hippolyt. ſing. 123. in fine*, tradit *Tuſch. concluſ. 302. num. 32.* vbi *num. 35.* cum *Imola conſ. 36. in princip.* aduertit quod ſi dicatur, *iurauit, &c.* bene præſumitur iuraſſe verbo, & tactis ſcripturis.

Item non extenditur ad clauſulas ſubſtantiales 15
non ſolitas apponi, vt ex *Rot. deciſ. 1. de verb. ſignif. in antiq.* tenet *Gonzal. d. gloſſ. vlt. num. 10.* non enim

potest Notarius sub clausula cæterata extendere substantialia omissa, prout dies, indictio, *Ruin. in d. l, Gallus. §. item credendum, num. 21. & 22. Tusch. d. conclus. 302. n. 43.*

16 Item non extenditur ad vltra dicta, & disdicta, sed ad ea, quæ solita sunt apponi, *Tiraq. de Constituto, part. 3. limit. 31. num. 10. Roman. cons. 346. num. 6. Gonzal. d. gloss. vlt. n. 3.*

17 Item non est potens vt per illam suppleatur solemnitas Instrumenti; ita *Cald. Pereira de empt. & vend. cap. 4. num. 7.*

18 Item si Notarius scripsit obligationem mulieris pro alio cum clausula, *renunciauit, &c.* non comprehenditur renunciatio Velleiani, quia breuis locutio non potest ista beneficia & certiorationes continere, ex *Bald. cons. 305. incip. Passus difficilis, lib. 3.* notat *Card. Tusch. d. conclus. 302. n. 36.* vbi *num. 37.* extendit, vt procedat etiamsi extet statutum in loco, quod omnia, quæ sunt de natura contractus, præsumantur interuenisse, quia adhuc ex clausula, *renuncians, &c.* non potest extendi certioratio mulieris renunciantis.

19 Item hæc clausula cùm contineat extensionem clausulæ inceptæ, non autem alterius separatæ, ideo licèt post clausulam constituti soleat sequi clausula, *accipiendi propria auctoritate*, si tamen reperitur sola clausula, *constituens, &c.* non veniat alia clausula separata, quàm *accipiendi, &c.* ita *Castr. cons. 10. sub num. 3. lib. 1. Crau. cons. 34. n. 1. Card. Tusch. d. conclus. 302. n. 39.*

Casu quo, &c.

CLAVSVLA XV.

1 HÆc clausula facit actum conditionalem, vt per *Surd. cons. 268. num. 8. & cons. 495. num. 15. & cons. 452. num. 39.*

2 Expressam conditionem importat in fideicommisso facto casu quo talis moriatur sine filiis, & idem est in legatis factis casu quo hæreditas deueniat ad talem; ita *Bald. cons. 241. incip. Casus talis est, lib. 1. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 2. litt. C. concl. 583. num. 10.* vbi *n. 15.* post *Bald. cons. 150. n. 7. lib. 5.* subdit pariter conditionem importare si dicatur, *si & casu quo, &c.*

3 Vnde hanc clausulam facere conditionalem institutionem tradunt *Bald. consil. 241. vol. 1. & Crau. cons. 268. in princ. Becc. cons. 39. num. 20. Surd. cons. 548. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Cautio bancharia quomodo soleat in Romana Curia præstari ad fauorem pensionarij, ostenditur.*

2 *Debitor non tenetur dare nouum fideiussorem, si primus ex conuentione datus & acceptatus facultatibus lapsus sit.*

3 *Verba,* ad sexennium duraturam, *inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante.*

4 *Obligatione annua non sufficit semel cauisse, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio.*

5 *Verba importantia tractum successiuum vbi adsunt, non sufficit semel adimplere, sed requiritur adimplementum vsque ad finem.*

6 *Verbum,* duraturam, *inducit perseuerantiam actus.*

7 *Promittens simpliciter fideiubere, satisfacit suæ obligationi semel fideiubendo.*

8 *Debitoris nomen in solutum dans sufficit si nomen sit exigibile de tempore cessionis, secus si promittat illud esse bonum, & exigibile.*

Cautionem banchariam præstare teneatur, &c.

CLAVSVLA XVI.

1 HÆc cautio solet in hac Curia præstari ad fauorem pensionarij, cui se obligat aliquis idoneus mercator de soluendo pensionem, & durabat olim per triennium cum obligatione illam renouandi de triennio in triennium, quod certè exigit consensum Papæ, aliàs pactum foret simoniacum, iuxta tradita per *Less. de Instit. lib. 2. cap. 35. num. 93.* quem refert *D. Lotter. in suo tract. de re benef. lib. 1. quæst. 39. n. 58.* nisi tamen resignaret titularis, quia tunc cùm ille non tenetur ad solutionem pensionis, nec ad solutionem & renouationem bancharia cautionis tenebatur, ad notata per *Mandos. Mohed.* & alios; firmant *Flamin. de resign. lib. 6. quæst. 2. n. 149. & 150. Ioan. Baptista Costa in tract. de clausi. consuet. clausi. 96.* Hodie verò præstatur cautio ad sexennium, & obligatur titularis his verbis: *Ac cautionem bancharium ad beneplacitum tuum sufficientem & idoneam ad sexennium duraturam, & sexto quoque anno, & per sex menses ante finem cuiuslibet sexenny renouandam præstare teneatur, & ad id censuris Ecclesiasticis & executiuè procedendo cogi possit,* vt habeo in literis Apostolicis cuiusdam annuæ pensionis ducentorum ducatorum auri de Camera ad mei fauorem Apostolica auctoritate reseruatæ super fructibus certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis Thesaurariæ insignis Ecclesiæ S. Mariæ Dolueira Vimaranensis.

Verùm mihi accidit, quod cùm transacto bien- 2
nio mercator, qui dedit cautionem banchariam, defecerit per decoctionem, agitaui contra titularem, vt aliam loco deficientis præstaret, ille licèt se defenderet vulgari doctrina, quod non tenetur debitor nouum dare fideiussorem, si primus ex conuentione datus & acceptatus facultatibus lapsus sit, ex adductis à *Guidobon. decis. 64.* & latè *Surd. cons. 18. à num. 7.* tamen condemnatus fuit ad aliam loco deficientis præstandam ex seqq.

Primò, quia verba illa, *ad sexennium duraturam,* 3
de quibus in Apostolicis literis reseruationis pensionis, inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante, *l. cùm in singulos, & l. cùm in annos. ff. de annuis legat. l. nec semel. ff. quando dies legati cedat,* cum aliis infra allegandis.

Vbi autem versamur in obligatione annua, non 4
sufficit semel cauisse, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio, *d. l. nec semel. l. pater Seuerinum. 6. fin. ff. de condit. & demonstrat. l. Senatus, §. fin. ff. de donat. causa mortis. Castr. in l. si Stichum. §. stipulatio, sub num. 1. vers.*

verſ. & ſic de ſingulis. ff. de verb. oblig. Soccin. conſ. 81. *num.* 5. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 543. *num.* 5. *Pariſ. conſ.* 95. *num.* 44. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 223. *num.* 5. *& in tract. de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 6. *num.* 3. *& deciſ.* 273. *num.* 10. *Anton. Gomez var. tom.* 2. *cap.* 11. *num.* 44. *Rota in Ianuen. legati* 20. *Iunij* 1622. *coram Buratto.*

5 Secundò, quia quatenus non importaret obligationem annuam, ſufficit quod verba illa, *ad ſexennium duraturam*, importent tractum ſucceſſiuum, ad hoc ne ſufficiat fuiſſe ſemel præſtitam, *Cyn. in l. ſi quis haredem, num.* 2. *C. de inſtit. & ſubſtit. & ibi Dec. num.* 3. *Angel. conſ.* 34. *num.* 9. *Iaſ. in l. ſi ab arbitrio, ſub num.* 13. *verſ. ſecundo*, & fortiùs *ff. qui ſatisdare cog. Fel. in c.* 2. *ſub num.* 5. *de treuga & pace, Rot. deciſ.* 677. *n.* 2. *part.* 1. *diuerſ.*

6 Quod autem verba, *duraturam ad ſexennium*, importent tractum ſucceſſiuum eſt indubitatum, tum quia inducunt nouam obligationem quolibet anno, ex doctrinis allegatis, tum etiam quia propria ſignificatio huius verbi, eſt vt inducat perſeuerantiam actus, *Caſtrenſ. l. fin. num.* 3. *C. de indicta viduit. toll.*

7 Non obſtat quod qui tenetur ex pacto dare fideiuſſorem, ſatisfacit ſuæ obligationi ſemel fideiubendo, nec iterum tenetur fideiubere ſi primus ſit decoctus, vel factus ſit non ſoluendo, *Bart. in l. prætoria, la ſecunda. ff. de prætor. ſtipulat.* cum aliis per *Surd. conſ.* 18. *per totum*, quia hoc procedit in eo, qui promiſit ſimpliciter fideiubere, vt in ſpecie declarat *Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 527. *num.* 16. *&* 17. & ſic non applicantur caſui noſtro, in quo cùm verba promiſſionis importent tractum ſucceſſiuum, legem accipiunt ex conuentione partium, *l.* 1. §. *& ſi conueniat. ff. depoſiti, Natt. conſ.* 384. *num.* 11.

8 Hinc licèt is, qui dat in ſolutum nomen debitoris, ſufficit ſi nomen ſit exigibile de tempore ceſſionis, *l. ſi mandato meo.* §. *vlt. ff. mandati, Surd. deciſ.* 326. *num.* 42. nihilominus quando vlteriùs proceſſerit, & promiſerit illud eſſe bonum & exigibile, tenetur illud manutenere exigibile, etiam in futurum, *l. ſi venditor* 39. *in princip. ff. de actionib. empt. Fulgoſ. in l. ſi nomen. ff. de hæred. vel act. vend. Eugen. conſ.* 73. *num.* 1. *&* 2. *Surd. conſ.* 441. *num.* 7. *poſt medium, & n.* 15. *cum ſeqq.*

9 Pari ergo ratione, licèt promittens ſimpliciter dare cedulam, liberetur ſemel dando, nec teneatur in caſu decoctionis eam renouare, tamen vbi, prout in caſu noſtro, promiſit dare cautionem bancharium duraturam ad ſexennium, tenetur prima deficiente aliam ſubrogare, aliàs eſſet dare cautionem ſimpliciter, & non bancharium, nec manuteneret qualitatem durationis, quam manutenere tenetur, *d. l. ſi venditor* 30. *ff. de act. empt. Gratian. loco citato, num.* 1. cum aliis allegatis.

10 Circa hanc cedulam (cuius vſus frequentiſſimus eſt in Vrbe) aduertendum duxi cum *D. Lotter. in ſuo doctiſſimo tract. de re beneficiaria lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 155. campſorem per eam ſe obligare ſtatis temporibus per tot annos, vel ad penſionarij & titularis vitam ſe ſoluturum, ſub iuramento & obligatione Camerali abſque vlla prorſus exceptione, excepto caſu mortis beneficiati, illáque ita conſcriptâ eam conſueuiſſe tradi ipſimet penſionario: aduenientе ergo tempore ſolutionis oſtenſa ſibi per ipſum penſionarium, vel eius legitimum procuratorem cedula, campſorem, vt ſoluit, conſueuiſſe à tergo ipſius cedulæ ſcribere & adnotare quantitatem ſolutam cum die & anno, vt ſemper ex eadem ſcriptura iuſtificetur obligatio campſoris erga penſionarium, ſimúlque conſtet de illius diminutione per dictas annotationes ad commodum ipſius campſoris, cùm non poſſint fieri aliter quàm de ipſius creditoris conſenſu, quo ſtante vtrimque inſurgit probatio pro, & contra, iuxta *l. Publia.* §. *vlt.* vbi *gloſſ. vlt. ff. depoſiti.*

Plura circa hanc materiam doctiſſimè pertractat *D. Lotter. d. quæſt.* 38. *per totam*, & præcipuè *à num.* 155. *cum multis ſeqq.* & latiſſimè deducta fuerunt *in vna Cremonen. penſionis ſiue Prioratus* 25. *Februarij, &* 2. *Maij* 1622. *&* 23. *Iunij* 1623. *coram bonæ memoriæ Vbaldo.*

Citra aliquam innouationem.

CLAVSVLA XVII.

PEr hanc clauſulam præſeruari antiquam hypothecam obſeruant *Gozad. conſ.* 38. *num.* 2. *Gab. commun. tit. de nouation. concluſ.* 1. *num.* 56. *in* 3. *ſublimitatione*, & fuit dictum *in Romana anterioritatis hypothecæ* 28. *Nouembris* 1597. *coram Cardinale Pamphilio.* 1

Item præſeruat iura, & priores contractus, vt nouatio non fiat; ita *Iaſ. in l. lecta, num.* 9. *in fin. ff. ſi cert. petat. Grat. conſ.* 126. *num.* 8. *lib.* 1. *Natt. conſ.* 527. *num.* 2. *Gozad. conſ.* 28. *num.* 2. *Theſaur. Pedam. deciſ.* 126. *num.* 5. nam aliàs de nouationis natura erat extinguere præcedentem obligationem, eámque in ſequentem transfundere, *l.* 1. *ff. de nouat. Surd. conſ.* 298. *num.* 44. & fuit dictum *in Romana pecuniaria* 28. *Ianuarij* 1608. *coram Ortembergo*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 149. *num.* 6. *part. prima recent.* 2

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Citra vitium ſpolij, & attentatorum, *quando in Curia vtamur, oſtenditur.*

2 *Literæ in forma Breuis cum clauſula*, Citra vitium ſpolij, &c. *poſſunt impetrari etiam poſtquam commiſſa fuerit cauſa ſuper poſſeſſione & pertinentia illius beneficij.*

3 *Clauſula*, Citra vitium ſpolij, &c. *appoſita in Breui, tanquam acceſſoria recipit conditionem Breuis, & intelligitur quatenus Breue ſit iuſtificatum,*

4 *Sententia Auditoris Cameræ ſuper executione Breuis lata ſine iuſtificatione, eſt nulla.*

Citra vitium ſpolij, & attentatorum.

CLAVSVLA XVIII.

IN Curia vtimur hac clauſula, illam potiſſimùm inferendo in Breuibus de capienda poſſeſſione nomine Cameræ beneficij litigioſi, ac aliàs quomodocunque collationi Apoſtolicæ Sedis reſeruati vacantis per mortem alterius ex colliitigantibus, vel in Curia, aut per obitum Curialium, vel familiarium Cardinalium, Collectorum, vel Subcollectorum, 1

aut Prothonotariorum, & similium, & operatur, quod licèt adsit lis, tamen non attentet possessionem capiens illius vigore, vt per *Staphyl. de literis gratiæ, in vltim. col. de referu. in form. Breuis*, & per *Sarnen. in tract. Breuium, num. 14. vers. Breue etiam frequenter*, vbi *n.* 15. subdit se id sæpius vidisse.

2 Possunt huiusmodi literæ in forma Breuis cum hac clausula impetrari etiam postquam commissa fuerit causa super possessione, & pertinentia illius beneficij, non obstante inhibitione desuper emanata, iuxta allegata per *Lancell. de attent. in præfat. part. 2. cap. 4. num. 415. & seq.*

3 Recipit tamen in Breui apposita tanquam accessoria conditiones Breuis, & intelligitur quatenus Breue sit iustificatum, *Put. decis. 1. lib. 1.* impressa per *Marches. part. 1. pag. 428. Rota in Vicen. beneficij Sancti Martini*, 20. *Februarij* 1600. *coram Cardinale Pamphilio*, & *in Celsonen. præceptoriæ* 4. *Februarij* 1605. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino*, impressa per *Marches. de Commiss. part. 2. pag. 64. n. 6. & 7.*

4 Vnde sententiam Auditoris Cameræ super executione Breuis latam non præcedente illius iustificatione, esse nullam & spoliatiuam, censuit *Rota in Maioricen. Sacristiæ* 16. *Decembris* 1602. *coram Cardinale Pamphilio.*

Citra aliquam liberationem fideiussorum.

CLAVSVLA XIX.

1 NOuationem respectu etiam fideiussorum excludit hæc clausula, iuxta tradita per *Ias. in l. non solum. §. morte, num.* 48. *ff. de noui oper. nunciat. Grat. cons.* 126. *num.* 7. *& 8. lib.* 1. *Rot. in Romana confignationis depositi* 3. *Iunij* 1600. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.*

2 Clausula, *Citra præiudicium iuris mei*, quid importet, vide *Soccin. Iun. cons.* 89. *num.* 8. *vol.* 3. quem refert *Cene. post lib. pract. & canonic. quæst. sing.* 43. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Comparitio coram Iudice si fiat simpliciter, & sine clausula*, Citra consensum in iurisdictionem, &c. *tunc per quemcunque actum consentitur in iurisdictionem illius Iudicis.*

Citra consensum in iurisdictionem, &c.

CLAVSVLA XX.

1 QVicquid contra vtentes hac clausula dixerint *Innocen. in cap. Cumana, num.* 4. *de elect. Alex. in l. non solum. §. morte, in fin. num.* 52. *ff. de noui oper. nunciat. & Felin. in c. eum. M. Ferrarien. num.* 66. *de Constit.* tamen valde suffragari experientia docet, cum contingit dubitari an fuerit consensum in iurisdictionem illius Iudicis; nam si comparitio fiat simpliciter, & sine hac protestatione, non est dubium fuisse in iurisdictionem consensum Iudicis illius per quemcunque actum; ita *Felin. in cap. inter monasterium, sub n.* 10. ibi, *sed faciendo aliud actum, &c. de re iud. & ibi gloss. verbo subeundo iudic. vers. super hac dicunt quidam*, vbi *Abb. num.* 8. *& 9. Rot. decis.* 563. *num.* 4. *part.* 1. *diuers.* & fuit dictum *in Elboren. iuris conferendi* 18. *Martij* 1613. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula* Codicillaris *est inuenta ad conseruandas vltimas voluntates.*

3 *Testatoris ex voluntate præsumitur potiùs, quàm ex capite Notarij apposita clausula* Codicillaris.

4 *Intellige si testamentum publicè coram testatore legatur, vel consuetudo, seu stylus sit illam apponi à Notarijs.*

5 *Testamentis inter liberos conditis tacitè præsumitur inesse clausula* Codicillaris, *licèt non reperiatur continuata.*

6 Codicillaris *clausula quando est tacitè intellecta, non est paris potentiæ cum expressa.*

7 *Testamentum si non potest valere tanquam testamentum, vt valeat tanquam Codicillus, & omnia legata & fideicommissa sustineantur, operatur clausula* Codicillaris.

8 *Legatis in particularibus operatur clausula* Codicillaris, *vt licèt testamentum reddatur nullum præteritione filiorum, vel posthumi, nihilominus debeantur legata.*

9 *Legata, quæ conseruantur per auth. ex causa. C. de liberis præterit. qua actione petantur, remissiuè.*

10 *Testamenti caducatio vt impediatur, operatur clausula* Codicillaris.

11 *Testamentum quando est nullum exhæredatione, aut mala filij præteritione, tunc operatur clausula* Codicillaris *repetitionem fideicommissi venientibus ab intestato.*

12 *Testamento rupto ex causa præteritionis filij iam nati, an operetur clausula* Codicillaris, *vt bona per fideicommissum hæredi scripto sint restituenda, remissiuè.*

13 *Testamento rupto per querelam, operatur clausula* Codicillaris.

14 *Testamento apposita clausula* Codicillaris, *operatur vt hæredes ab intestato censeantur grauati disposita in testamento adimplere.*

15 *Testamentum si est nullum, vt purè intelligatur relictum esse fideicommissum, operatur clausula* Codicillaris.

16 *Legati repetitionem venientibus ab intestato operatur clausula* Codicillaris.

17 *Voluntas testatoris vbi deficit, operatur clausula* Codicillaris.

18 *Substitutionem directam fideicommissi facit valere*

valere clauſula Codicillaris, *adiecta teſtamento matris.*

19 *Reſtituere in grauato operatur clauſula* Codicillaris, *quod non detrahatur Trebellianica.*

20 *Verba directa vt obliquentur, operatur clauſula* Codicillaris.

21 *Defuncti voluntatem ſuſtinet, ſeu confirmat clauſula* Codicillaris, *quando deficit ſimpliciter ob defectum ſolemnitatis, non autem eam alterat.*

22 *Iuramenti ad reuocationem teſtamento inſerti, operatur clauſula* Codicillaris, *vt debeat fieri in alio teſtamento ſpecialis mentio.*

23 *Teſtamentum valere facit clauſula* Codicillaris, *eo caſu, quo hæres moritur in vita teſtatoris.*

24 *Teſtamentis appoſita clauſula* Codicillaris, *facit directam ſubſtitutionem flecti in fideicommiſſariam.*

25 *Venientes ab inteſtato quod cenſeantur tacitè vocati, operatur clauſula* Codicillaris.

26 *Caſu eueniente diſpoſito à teſtatore, operatur clauſula* Codicillaris.

27 *Teſtator ac ſi rogaſſet venientes ab inteſtato reſtitui hæreditatem hæredi ſcripto, operatur clauſula* Codicillaris.

28 Codicillaris *clauſula non habet vim contra voluntatem teſtatoris, nec aliquid operatur in teſtamento, quod non valet propter defectum voluntatis.*

29 *Hæreditas licèt non poſsit in Codicillis dari, nec adimi, tamen ſi daretur etiam per verba directa, operatur clauſula* Codicillaris, *vt debeat hæreditas per fideicommiſſum reſtitui.*

30 *Hæreditas vt debeatur ex clauſula* Codicillari *ab inteſtato, ipſa clauſula operatur, excepta legitima etiam quoad partem præteriti rumpentis.*

31 *Hæres inſtitutus ſi præmoriatur teſtatori, operatur clauſula* Codicillaris, *vt hæredes ab inteſtato teneantur ex fideicommiſſo reſtituere ſubſtituto.*

32 *Subſtitutio pupillaris vt teſtamento rupto natiuitate poſthumi, vel præteritione filij ſuſtineatur, operatur clauſula* Codicillaris.

33 *Subſtitutionis pupillaris conſeruationem ad fauorem non impugnantis teſtamentum operatur clauſula* Codicillaris.

34 *Hæres datus in ſolidum licèt ſi repudiet hæreditatem priuetur etiam commodo legatorum, tamen ſi in teſtamento adeſt clauſula* Codicillaris, *poteſt repudiare hæreditatem, & conſequi legata ab inteſtato.*

35 *Teſtamentum quando eſt nullum, quia ſpurius incapax eſt ſubſtitutus, ſuſtinen-*

tur ex clauſula Codicillari *legata etiam facta concubinæ.*

36 *Teſtatoris voluntas vt omni meliori modo valeat, operatur clauſula* Codicillaris.

37 *Fratres S. Franciſci incapaces ſi in teſtamento inſtituti ſint cum clauſula* Codicillari, *poſſunt habere vt vendant, & pretium pro neceſsitatibus conſequantur.*

38 *Legatum factum hæredi coniunctim cum tertio, valet ſi in teſtamento eſt clauſula* Codicillaris.

39 *Poſthumi quando ſunt inſtituti, & vltimo morienti ſunt aliqui ſubſtituti, quomodo operetur clauſula* Codicillaris, *oſtenditur.*

40 *Solemnitatis defectum vt ſuppleat, non voluntatis, operatur clauſula* Codicillaris.

41 *Quoad legitimam debitam filijs, vel alijs grauatis reſtituere ex clauſula* Codicillari, *nihil illa operatur.*

42 *Immiſsionem hæredi ſcripto non dari, nec retardari immiſsionem hæredis ab inteſtato, operatur clauſula* Codicillaris.

43 *Inſtitutus in re certa, vt trahi poſsit ad vniuerſum ex fideicommiſſo, licèt non adſit alius hæres vniuerſalis ex teſtamento, operatur clauſula* Codicillaris.

44 *Teſtamentum quando eſt nullum præteritione filij, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

45 *In teſtamento in quo turpis perſona inſtituitur à fratre, vel ſorore, & cæteri fratres, vel ſorores ſunt præteriti, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

46 *Subſtitutio reciproca quod contineat fideicommiſſariam, non operatur clauſula* Codicillaris.

47 *Cæci in teſtamento non facto ſecundum ſolemnitatem requiſitam, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

48 *Teſtamentum ſecundum ad impediendum quin reuocetur primum, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

49 *Teſtamentum vbi poteſt valere vt teſtamentum, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

50 *Teſtamento de inofficioſo vbi agitur, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

51 *Teſtamento in inualido reuocatorio primi validi, nihil operatur clauſula* Codicillaris.

52 *Teſtamenti in fine quando ponitur clauſula* Codicillaris, *nihil operatur.*

53 *Remedium l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat. non tollit clauſula* Codicillaris.

54 *Teſtamentum valere facere quoad pœnam appoſitam hæredi ſi contraueniat, non operatur clauſula* Codicillaris.

55 *Matrem ſi quis inſtituat in re certa præteritis filijs cum clauſula* Codicillari, *non ope-*

ratur nisi quoad rem particularem.

56 Codicillaris *clausula multis modis ponitur.*

57 *Testamentum nullum ob præteritionem posthumi, an sustineat clausula* Codicillaris, *remissiuè.*

Codicillaris.

CLAVSVLA XXI.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide latè *Turret. in speciali tract. de hac clausula edito, Hippol. cons.* 118. *num.*6. *vol.*2. *Anton. Gomez l.*3. *Tauri, n.*71. *cum seqq. Menoch. cons.*326. *n.*39. *cum seq. & cons.* 882. *num.*14. *& cons.* 979. *n.*2. *Mascard. de probat. conclus.* 300. *Perez. ad l.*1. *vers. sexta solemnitas. tit.*2. *lib.*3. *Ordinam. pag.*108. *Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib.*1. *tit.*9. *Ioseph. Ludou. Peruf. decis.*2. *n.*31. *Surd. cons.* 129. *n.* 38. *cum seq. & cons.*232. *Molin. de Iust. disput.* 132. *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 1. *litt. C. conclus.* 292. *& conclus.* 304. *num.*16. *cum seqq. Mart. d. claus. part.* 3. *claus.* 11. *Ceuall. commun. contra commun. quæst.* 180. *& quæst.* 185. *cum seqq. Cardos. in praxi Iudic. & Aduocatorum, verbo claus.* 21. *Honded. cons.* 74. *tom.* 1. *Bernard. Graue. ad pract. Camera Imperialis lib.*2. *concl.* 114. *Aloys. Ricc. in collect. decis. part.*1. *collect.*59. *& part.* 4. *collect.*1186. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.*48. *num.*4. *cum seqq.* latè *Fusar. de substit. quæst.*245. *n.*38. *cum seqq.*

2 Hæc clausula est inuenta ad conseruandas vltimas voluntates, *Bald. in l. vltima, col.*4. *vers. nunc aliqua, de Codicill. Dec. cons.*287. *n.*3. *&* 4. *Fusar. d. quæst.* 245. *n.*40.

3 Præsumitur ex voluntate testatoris potiùs, quàm ex capite Notarij apposita, *Aloys. Ricc. d. collect.*59. *post med. Honded. cons.* 33. *n.* 44. *tom.*1. *Menoch. cons.*
4 87. *num.*50. *& cons.*37. *n.*143. quod intellige si testamentum publicè coram testatore legatur, ex adductis per *Honded. d. cons.* 33. *num.* 46. *& cons.* 74. *n.*43. *tom.*1. & *Gab. commun. tit. de consuetud. conclus.* 4. *n.*7. nam bonum est de ea testatorem certiorari, *Angel. cons.*364. *num.*6. *col. pen. vers. quapropter*, quem refert *Card. Tusch. d. conclus.*292. *num.*158 vel consuetudo seu stylus sit illam apponi à Notarij, vt per *Mascard. d. conclus.* 300. *n.*2. quia censetur apposita ex tacita voluntate testatoris, cùm consuetum sit quod apponatur, secundum *Farinac. in praxi crimin. part.* 6. *de falsitate & simul. quæst.*157. *n.*48. aliter enim illa omissa non debet subintelligi, ex *Brunor. à Sole in locis communibus, verbo clausula* 7. *Card. Tusch. d. conclus.* 292. *n.*185.

5 In testamentis inter liberos conditis tacitè præsumitur inesse, licèt non reperiatur continuata, *gloss. verbo non voluit, in fin. in l. coheredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. Couarr. in cap. Raynutius. §.* 1. *num.* 4. *de testam. Anton. Gamez leg.*3. *Tauri, num.*62. *&* 74. *Costa in cap. si pater, verbo interdum, num.*8. *eodem tit. lib.*6. *Cephal. cons.* 420. *num.*17. *Mench. de succes. progressu lib.* 2. *§.* 18. *num.*82. *vers. item multum, Prat. de interpretat. vlt. volunt. fol.* 100. *num.* 38. *Card. Mant. de coniectur. vlt. volunt. lib.*1. *tit.* 9. *num.* 5. *& lib.*6. *tit.*2. *num.*21. *&* 25. *Clar. in §. testamentum, quæst.*8. *n.*7. *Ferrer. in Constitut. Cathaloniæ, gloss.*7. *num.*38. *Matien. ad l.*1. *gloss.*10. *n.*59. *tit.*4. *lib.*5. *nouæ Recopil. & d. l.*2. *gloss.*2. *num.*9. *Gutier. in repetit. l. nemo potest, num.* 241. *ff. de leg.* 1. *& pract. lib.*3. *quæst.* 50. *num.*3. *Surd. cons.*232. *num.* 14. *Ceuall. commun. contra communes quæst.*186. *cum seq. & Stephan. Gratian. d. cap.* 48. *num.*18. *& cap.* 369. *num.*1. *Fusar. de substit. quæst.* 245. *num.*48. vbi *num.* 49. *&* 52. declarat procedere quoad solemnitatem, non quoad substantiam.

Quando verò est tacitè intellecta, non est paris 6
potentiæ cum expressa, ex notatis per *Surd. cons.*232. *num.*28.

Primò operatur hæc clausula in testamento, vt 7
si testamentum non possit valere tanquam testamentum, valeat tanquam Codicillus, & omnia legata & fideicommissa sustineantur, *l.*1. vbi *Bart.....*3. *ff. de iure Codicill. Clar. in §. testamentum, quæst.*46. *n.*1. *Matien. ad l.*2. *gloss.* 2. *num.*9. *& gloss.*10. *num.*4. *tit.*4. *lib.*5. *nouæ Recop. Surd. d. cons.*231. *n.*17. *Gama Lusitan. decis.*136. *n.*3. *Card. Tusch. d. conclus.*292. *à princip. Cardos. d. verbo clausula* 21. *Aloys. Ricc. d. collect.* 1186. *vers. quinto*, & tunc sustinetur testamentum iure Codicillorum, in quibus sufficiunt quinque testes etiam non rogati, *Mench. de succes. creat. lib.*2. *§.*15. *n.*43. *Paris. cons.*32. *n.*39. *lib.*2. *Steph. Gratian. discept. forens. cap.*633. *n.* 6. Operatur etiam in legatis particularibus, vt licèt testamentum reddatur nullum 8
per præteritione filiorum, vel posthumi, nihilominus deueantur legata, *Castr. cons.* 200. incip. *Clarum est. lib.*1. *Card. Tusch. d. conclus.*292. *n.*72. vbi *num.*73. *cum Oldrado cons.*149. *vers. super tertia*, & *Bald. cons.* 159. *in principio, lib.* 2. & aliis, subdit hanc clausulam 9
respicere validitatem legatorum, etiam quod testamentum licèt solemne sit, rumpatur per natiuitatem posthumi, quando non habet verba, *& si non valet*, vel, *in futurum non valeret*, quia tunc non potest restringi hæc clausula ad solemnitatem, quæ non respicit futura; & qua actione petantur legata, quæ conseruantur per *auth. ex causa. C. de liberis præterit.* vide *Rendin. in prompt. recept. sentent. tom.* 1. *tit. de legat. n.*36.

Secundò operatur, vt testamenti caducatio im- 10
pediatur, *Menoch. cons.* 106. *num.*395. & quod substitutus succedat non obstante quod institutio fuerit caduca, tradit *Vincent. de Franc. decis.*156. *n.*1.

Tertiò, quando testamentum est nullum præte- 11
ritione, aut mala filij exhæredatione, tunc operatur repetitionem fideicommissi venientibus ab intestato; ita *Crau. in §. Codicillum, quæst.*22. *num.* 21. *Mart. d. claus.*11. *n.*19. *Put. decis.*7. *de testam. Gutier. pract. lib.*3. *quæst.*50. *n.*7. *Gabr. cons.*109. *n.*5. *& cons.*113. *n.*12. *lib.*1. & fuit dictum *in Ariminen. legati* 10. *Decembris* 1594. *coram Lita*; & *in Sutrina successionis* 15. *Martij* 1604. *coram Cardinale Sacrato*; & *in Viterbien. seu Romana pecuniaria* 28. *Februarij* 1624. *coram Vbaldo*, impressa per *Farinac. decis.*568. *num.*3. *part.* 1. *recent.* An autem rupto testamento ex causa præteri- 12
tionis filij iam nati, operetur hæc clausula, vt bona per fideicommissum hæredi scripto sint restituenda? vide latè *Fusar. quæst.*569. An verò rupto testamento ex causa præteritionis posthumi, operetur bona deberi in vim fideicommissi hæredi scripto? vide latè *Fusar. d. quæst.*569. *num.*8. *cum seqq.*

Quartò operatur rupto testamento per querelam; 13
ita ex *Bart. in auth. ex causa, num.*33. *Cod. de liber. præteritis*, tradunt *Ceual. d. quæst.*185. *Mart. d. claus.*11. *n.*40. *& Stephan. Gratian. d. cap.*48. *n.*8.

Quintò, posita in testamento operatur, vt hæ- 14
des ab intestato censeantur grauati quasi per fideicommissum disposita in testamento adimplere; *l. fin. vers. illud. C. de Codicillis, Bellacomb. tom.* 2. *commun. opinion. lib.*6. *tit.*13. *n.*256. *vers. nec enim, pag.* 60. *Valasc. cons.*68. *n.*2.

Sextò operatur, si testamentum est nullum, vt 15
purè intelligatur relictum esse fideicommissum, quo casu legitima tantùm, non tamen Trebellianica deduci potest, *Gutier. d. quæst.*50. *n.*9.

Septi

16 Septimò operatur repetitionem legati venientibus ab inteſtato, vt per *Vincent. de Franch. deciſ.* 1. *num.* 13. *&* 15. *Gregor. deciſ.* 271. *num.*8. *&* *num.* 12.

17 ſubdit quod non operatur vbi deficit voluntas teſtatoris; & *num.*20. quærit an ſuſtineat teſtamentum, in quo frater eſt præteritus inſtituta turpi perſona.

18 Octauò, in teſtamento matris adiecta facit valere ſuam ſubſtitutionem directam iure fideicommiſſi, vt per *Ferrer. in Conſtit. Cathalon. gloſſ.*1. *n.*165.

19 Nonò operatur in grauato reſtituere, quod non detrahatur Trebellianica, ex *Canalcan. de vſufruct. mulieri relicto, n.*80.

20 Decimò, quod verba directa obliquentur, *Matien. l.*2. *gloſſ.*2. *num.*9. *tit.*4. *lib.*5. *noua Recopilat. Surd. conſ.* 232. *num.* 19. *&* 23. *Seraph. de Priuileg. iuram. priuileg.* 97. *num.*4. *Ferrer. in Conſtit. Cathalon. gloſſ.* 7. *num.*135. *Gratian. cap.*774. *num.*32.

21 Vndecimò ſuſtinet, ſeu confirmat voluntatem defuncti, quando deficit ſimpliciter ob defectum ſolemnitatis, non autem eam alterat, vel extendit, iuxta reſoluta per *Valaſc. conſ.* 183. *num.*12. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 369. *num.* 20. & fuit dictum *in Auximana fideicommiſſi* 26. *Nouembris* 1611. *coram Ubaldo*, impreſſa per *Farinac. deciſ.*357. *num.*9. *part.* 1. *recent.* vbi habetur quod hæc clauſula confirmat tantùm & corroborat voluntatem teſtatoris, non autem eam alterat, & extendit.

22 Duodecimò, ex præſumpta teſtatoris mente operatur, vt ad reuocationem iuramenti teſtamento inſerti, debeat fieri ſpecialis mentio in alio teſtamento; ita *Gabr. commun. lib.*4. *tit de teſtam. concluſ.*5. *num.*10. *Menoch. de præſumpt. lib.*4. *præſumpt.*31. *n.*13. *Ceuall. commun. contra communes, quæſt.* 211. *num.* 21. *Stephan. Gratian. d. cap.* 48. *num.*19. *Bernard. Græu. ad practicam Camer. Imperialis, lib.*2. *concluſ.*114. *conſiderat.* 1.

23 Decimotertiò facit valere teſtamentum eo caſu, quo hæres moritur in vita teſtatoris; ita *Vincent de Franch. deciſ.* 156. *num.* 1. *Marſil. ſingular.* 544. *Rol. conſ.*51. *n.*57. *vol.*2. *Pariſ. conſ.*60. *n.*20. *& conſ.*61. *n.*22. *& conſ.*64. *n.* 13. *vol.*2. *Bellacomb. tom.*2. *com. opinion. lib.*6. *tit.*13. *n.*259. *pag.*62. *Menoch. conſ.* 106. *n.* 395. *& conſ.*500. *n.* 4.

24 Decimoquartò, appoſita in teſtamentis facit directam ſubſtitutionem flecti in fideicommiſſariam; ita *Ferrer. in Conſtitut. Cathaloniæ, gloſſ.* 1. *num.* 176. quia trahit ſecum ſubſtitutionem fideicommiſſariam, quando de interitu teſtatoris appareat ſic voluiſſe, vt dictum fuit *in Romana fideicommiſſi de Urſinis* 9. *Maij* 1611. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 344. *n.*10. *part.*2. *recent.*

25 Decimoquintò operatur quod cenſeantur venientes ab inteſtato tacitè vocati, *Gregor. deciſ.* 446. *num.*5. vbi *num.* 6. *&* 7. ſubdit operari, vt reuocatio teſtamenti teneat, abſque eo quod ſequatur declaratio voluntatis decedendi ab inteſtato, præſertim quando eſt adiecta clauſula, *omni meliori modo, &c.*

26 Decimoſextò operatur eueniente caſu diſpoſito à teſtatore, *Soc. Se.*1. *conſ.*76. *in fin. lib.*3. *Alciat. reſp.* 492. *n.* 27. *Menoch. conſ.* 226. *n.*40. quicquid dicant *Alex. conſ.*17. *num.*19. *lib.*2. *Pariſ. conſ.*62. *num.*15. *& conſ.*64. *n.*14. *lib.*2. *Decian. reſp.*1. *n.* 132. *lib.* 1. *Menoch. ſibi contrarius conſ.*43. *à n.*15. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*456. *n.* 141. *& quæſt.* 469. *num.*83. ſequitur primam opinionem.

27 Decimotertiò operatur ac ſi teſtator rogaſſet venientes ab inteſtato reſtitui hæreditatem hæredi ſcripto, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.*69. *n.*2.

Clauſula hæc Codicillaris non habet vim, & effectum contra voluntatem teſtatoris, nec aliquid operatur in teſtamento, quod non valet propter defectum voluntatis, *Tiraquel. in l. ſi vnquam, verbo donatione largitus, n.*166. *C. de reuocand. donat. Seraph. de Priuileg. iuram. priuileg.*84. *n.*5. *Curt. Iun. conſ.*114. *num.*10. *Card. Mant. de coniect. lib.*6. *tit.*4. *n.*15. *Turret. de effectu clauſulæ Codicillaris quæſt.* 22. *la* 1. *num.* 2. *Surd. deciſ.* 37. *n.*7. *& conſ.*211. *n.*20. *& conſ.*232. *n.*36. *& conſ.* 258. *n.* 25. *Cald. Pereira quæſt. forenſ. lib.* 2. *quæſt.* 26. *& Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*774. *num.* 36. 28

Decimooctauò operatur, vt licèt hæreditas non poteſt in Codicillis dari, nec adimi, tamen ſi daretur etiam per verba directa, debeat hæreditas per fideicommiſſum reſtitui, *l. Scæuola. ff. ad Trebellian. Calder. conſ.*364. *alias* 35. *de teſtamentis, Caſtro conſ.*97. incip. *Super primo, num.*1. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 200. *in princip. etiam lib.*1. *Tuſch. d. concluſ.*292. *n.*45. vbi *n.*46. extendit vt procedat etiam in teſtamento in ſcriptis, licèt non ſit ſcripta, dummodo probetur à teſtatore dicta, quia ſi non valet vt teſtamentum in ſcriptis, valet vt Codicillus, ex dicta clauſula. 29

Decimononò operatur, vt hæreditas debeatur ex clauſula Codicillari ab inteſtato, excepta legitima etiam quoad partem præteriti rumpentis; ita ex *Bart. conſ.*20. *num.*6. *verſ.*2. incip. *Eſt videndum, lib.*1. concludit *Card. Tuſch. d. concluſ.*2[illegible] *n.*47. 30

Vigeſimò, quod hæres inſtitutus ſi præmoriatur teſtatori, hæredes ab inteſtato tenentur ex fideicommiſſo reſtituere ſubſtituto, vt per *Bald. conſ.* 129. *in fin. verſ. diceremus. lib.*1. *& conſ.*170. *lib.*5. *Card. Tuſch. d. concluſ.*292. *n.*49. vbi *n.*50. extendit, vt imò ſi hæredes ab inteſtato ſunt prohibiti aliquid petere, reſtituant ſine retentione Trebellianicæ. 31

Vigeſimoprimò operatur, vt ſubſtitutio pupillaris in teſtamento rupto natiuitate poſthumi, vel præteritione filij, ſuſtineatur; ita *Bart. conſ.* 44. *in fin. lib.*5. *Oldrad. conſ.*171. *in fin. verſ. alij dicunt, Angel. conſ.*99. *num.*5. *verſ. reſtat igitur, Bald. conſ.*286. incip. *Factum. lib.*1. *& conſ.*167. incip. *Thema. n.*4. *lib.*2. *Card. Tuſch. d. concluſ.*292. *n.*53. vbi *num.*54. cum *Alex. conſ.* 26. *num.*5. *lib.*1. extendit, etiamſi ignorauerit teſtator natos filios, vel nepotes, & *num.*56. extendit, vt procedat etiamſi ex eadem ſubſtitutione vocaretur frater ex latere patris coniunctus, & excluderetur poſthumus vtrinque coniunctus, qui erat præteritus, quando pater ſciuit natum poſthumum, & non mutauit teſtamentum, & *num.* 57. pariter extendit habere locum in ſubſtitutione pupillari non expreſſa. 32

Vigeſimoſecundò operatur conſeruationem ſubſtitutionis pupillaris ad fauorem non impugnantis teſtamentum; ita ex *Rom. conſ.*516. incip. *In caſu propoſitæ conſultationis, in fine*, tradit *Card. Tuſch. d. concluſ.* 292. *n.*69. vbi *n.*70. cum cod. *Rom. conſ.*181. incip. *Pro deciſione*, *num.* 3. reſtringit conſeruari pupillarem ſubſtitutionem in portione eius, cui facta eſt ſubſtitutio, prout legata conſeruantur ab eo, qui eſt grauatus, non tamen in portione præteriti; & *n.*71. ſimiliter reſtringit, quia non ſuſtinetur ſubſtitutio pupillaris facta ad fauorem præteriti, quando impugnat teſtamentum. 33

Vigeſimotertiò operatur, quod licèt hæres datus inſolidum ſi repudiet hæreditatem, priuetur etiam commodo legatorum, tamen ſi in teſtamento adeſt hæc clauſula, poteſt repudiare hæreditatem, & conſequi legata ab inteſtato vigore huius clauſulæ; ita *Bald. conſ.*328. incip. *Factum tale, verſ. ſed poſito. lib.*1. *Card. Tuſch. d. concluſ.*292. *n.*80. 34

Vige

35 Vigesimoquartò operatur quando testamentum est nullum, quia spurius incapax est institutus, sed vt possit nubere & viuere honestè, *Anton. de Butrio cons.*14. *Card. Tusch. d. conclus.*292. *num.*86. vbi *num.*87. asserit operari etiamsi defectus sit ex parte disponentis, prout si filiusfamilias, qui non potest testari, sed potest donare causa mortis, vt quia pater consensisset, testaretur, quia testamentum per hanc clausulam valebit vt donatio causa mortis, & *num.*88. subdit operari quoque etiamsi ex defectu capere debentis testamentum esset nullum, prout in Mendicantibus, qui non possent habere hæreditatem titulo institutionis, sed iure relicti, vel donationis.

36 Vigesimoquintò operatur quod voluntas testatoris omni meliori modo valeat, idec si in testa-
37 mento instituti sunt Fratres Sancti Francisci incapaces, illi possunt habere vt vendant, & pretium pro necessitatibus consequantur; ita *Bertr., tract. Minorum. lib.*1. *distinct.* 2. *cap.*2. *Ex prædictis. num.*15. *Card. Tusch. d. conclus.* 292. *num.* 89. contra *Bald. in auth. ingressi, n.*16. *C. de Sacrosanct. Eccles.*

38 Vigesimosextò operatur quod licèt non valeat legatum factum hæredi coniunctim cum tertio, quia tertius totum legatum habebit, tamen secus est; si in testamento esset clausula Codicillaris, quia hæredi fiet restitutio, *Angel. cons.*295. *n.*99. vbi *num.*100. subdit operari quod fideicommissum vniuersale sustineatur, & *num.*101. imò quod faciat valere in vim fideicommissi vniuersalis, non autem particularis.

39 Vigesimoseptimò operatur etiam quando sunt instituti posthumi, & vltimo morienti sunt aliqui substituti, quod nonnulli posthumi nascantur, testamentum est nullum, & substitutio nulla, & vocantur venientes ab intestato, qui tenentur restituere ex clausula Codicillari substitutis retenta Trebellianica, *Cast. cons.*395. incip. *Videndum, num.*4. *vers. sed quæro. lib.*7. *Card. Tusch. d. conclus.*292. *num.* 112. vbi *n.* 113. asserit etiam operari, quod licèt nascatur posthumus, nihilominus tenetur ex fideicommisso restituere aliis hæredibus scriptis, quando clausula est per verba etiam de futuro, videlicet, *si non valet*, vel *non valebit*, & *num.*114. subdit pariter operari, quando posthumus natus fuit agnitus, & testator de eo habuit scientiam, & tempus mutandi voluntatem, sed non mutauit, & refert *Castr. cons.* 200. *num.* 3, *lib.* 1. *& cons.* 15. *lib.*2. *Alex. cons.* 142. *num.*6. *lib.*2. *& cons.*30. *lib.*3. declarando tamen quod si testator ignorasset habere filios, vel posthumos, fortè clausula hæc non operaretur ex defectu voluntatis, vel etiamsi sciuisset posthumum, sed non habuit tempus mutandi voluntatem, quia tunc non operaretur in præiudicium præteritorum, & restitueretur extraneis, vt per *Card. Tusch. d. clauf.* 292. *num.*115. vbi *num.*121. declarat, seu restringit, vt non procedat, quando pater etiam ignorauerit, vel non cogitauerit de posthumo, si tamen constat de mente, quod si sciuisset nihilominus disposuisset, & substituisset, veluti si substituit causam piam filio suo masculo, quando moreretur in ætate pupillari, quia si mortuus est vino testatore, & alius masculus præteritus posthumus natus fuit, & mortuus in pupillari ætate, tunc clausula Codicillaris saluat substitutionem, quia constat de mente, & citat *Angelum cons.* 51. incip. *Simon Notarius, num.* 4. *vers. solùm igitur.*

40 Vigesimooctauò operatur de sui natura, vt quod ex testamento inualido non debetur, ab intestato debeatur, & solemnitatis defectum suppleat, non voluntatis, *Pereg. de fideicom. art.*18. *num.*8. *Gab. cons.* 129. *num.* 12. *& 16. lib.*3. *Menoch. cons.* 326. *num.* 40. & fuit dictum *in Narnien. fideicommissi* 8. *Nouemb.* 1613. *coram Card. Verospio*, impressa per *Farin. decis.* 519. *n.*6. *part.*1. *recent.*

Limita tamen primò, quod nihil operatur quoad 41
legitimam, filiis, vel aliis grauatis restituere ex tali clausula, *Bald. cons.*387. *in fin. lib.*5. *Card. Tusch. d. conclus.*292. *n.*151.

Limita secundò, per hanc clausulam non dari 42
immissionem hæredi scripto, nec retardari immissionem hæredis ab intestato, *Bero. cons.* 118. *n.* 38. *lib.*2. *Roland. cons.*78. *num.* 14. *&* 15. *lib.*3. *Gabr. cons.* 45. *num.* 12. *lib.*1. & fuit dictum *in Romana de Marescottis* 20. *Nouembris* 1613. *coram Cardinale Sacrato*, impressa per *Farinac. decis.* 526. *num.* 3. *part.* 1. *recent.*

Limita tertiò, non operari vt institutus in re 43
certa, trahi possit ad vniuersum ex fideicommisso, licèt non adsit alius hæres vniuersalis ex testamento; ita ex *Bald. cons.* 179. incip. *Quædam Domina, in fin. lib.*1. tradit *Card. Tusch. d. conclus.*292. *n.*150.

Limita quartò, nihil operari quando testamen- 44
tum est nullum præteritione filij, & in testamento sunt legata, quæ debentur ex testamento nullo, quia non potest conualescere testamentum ex clausula, ex quo nihil operatur quoad legata, vnde non potest operari tanquam nullum & conualidatum, *Signar. cons.* 153. incip. *Quæsito talis est, num.*3. *in fine, & num.*4. *vers. circa quartum, Cardin. Tusch. d. conclus.* 292. *num.* 152. & quod clausula Codicillaris non operetur, vbi filius iam natus ignoranter fuit præteritus, per *Bart. in l.* 1. *num.* 10. *ff. de Iure Codicill.* censuit *Rot. in Romana de Marescottis* 22. *Ianuarij, &* 21. *Maij* 1618. *coram Cardinale Sacrato, & in Romana hæreditatis de Matthæis* 21. *Maij* 1627. *coram Domino Virili.*

Limita quintò, nihil operari in testamento in 45
quo turpis persona instituitur à patre, vel sorore, & cæteri fratres, vel sorores sunt præteriti, quia in hoc ius antiquum non est mutatum, tum quia à turpi aufertur omne lictum, ideo restitui sibi non debet, *Fulgos. cons.* 71. incip. *Mulier maritum, num.*4. *vers. ad secundum, Castren. cons.*269. incip. *Ad primum, num.*2. *vers. in diuersum, lib.* 1. *Cardin. Tusch. conclus.* 292. *num.* 153. *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 95. *num.*3. *Fusar. de substitut. quæst.* 570. *num.* 2. *cum seqq.*

Limita sextò, non operari quod reciproca substi- 46
tutio non contineat fideicommissariam, *Surd. cons.* 232. *num.* 13. *&* 16. *Mart. d. clauf.* 11. *num.* 15. *cum seqq.*

Limita septimò, hanc clausulam nihil operari in 47
testamento cæci, non facto secundum solemnitatem requisitam, *Fulgos. cons.*90. *col. fin. vers. nec me mouet, Card. Tusch. d. conclus.*292. *n.*161.

Limita octauò, nihil operari quoad impedien- 48
dum secundum testamentum, quin reuocetur primum, *Angel. cons.*258. incip. *Testator fecit, col. fin. Card. Tusch. d. conclus.*292. *n.*162.

Limita nonò, non operari vbi testamentum po- 49
test valere vt testamentum, *l. vlt. §. illud. C. de Iure Codicill. Cephal. in l. centurio, num.* 600. *&* 611. *ff. de vulgari. Simon de Prattis de interpretat. vltim. volunt. fol.* 103. *folat.*11. *n.*1. *Fusar. de substit. quæst.*245. *n.*38. *Surd. cons.*232. *n.*38.

Limita decimò, nihil operari quando agitur de 50
inofficioso testamento, *Fulgos. cons.* 71. *num.*6. *Card. Tusch. d. conclus.*292. *n.*163.

Limita vndecimò, nihil operari in testamento 51
inualido

inualido reuocatorio primi validi, quia ex quo procedit teſtamentum validum, ſecundum inualidum non operatur, quia non conſentur rogati venientes ab inteſtato, cùm ſucceſſio deferatur ex teſtamento, *Fulgoſ. conſ.* 90. incip. *Super eo, in fin. Card. Tuſch. d. concl.* 292. *num.* 168.

52 Limita duodecimò, non operari quando ponitur in fine teſtamenti, ſed tantùm quando ponitur in diſpoſitione, quia dicit teſtator quod omni meliori modo valeat; ita *Couarr. in cap. relatum il* 2. *num.* 4. *in fin. de teſtam. Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 292. *num.* 169, vbi *num.* 170. ſubdit quod plus operatur clauſula, *Omni meliori modo*, in diſpoſitiua, quàm Codicillaris.

53 Limita decimotertiò, non tollere remedium *l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat.* vt per *Tiraq. in præfat. eiuſdem l. num.* 82, *verbo libertis, n.* 105. qui videtur ſibi contrarius.

54 Limita decimoquartò, non facere valere teſtamentum quoad pœnam appoſitam hæredi ſi contraueniat, quia cùm non poſſit valere directò, ſed per obliquum vigore huius clauſulæ Codicillaris, vel confirmationis, in Codicillis pœna non habebit locum, vt per *Oldrad. conſ.* 138. incip. *Thema tale eſt, n.* 5. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 292. *n.* 147.

55 Limita decimoquintò, non operari, ſi quis inſtituat matrem in re certa prætentis filiis cum hac clauſula, niſi quoad rem particularem, quia non habet locum in tota hæreditate per ius accreſcendi, *Bald. conſ.* 387. incip. *Quædam Domina, in fin. verſ. quid ſi dicta mater, lib.* 5. duplicatur *lib.* 1. *conſ.* 179. *Card. Tuſch. d. concl.* 292. *n.* 149.

56 Multis modis ponitur hæc clauſula, quandoque conditionaliter, aliquando copulatiuè, interdum diſiunctiuè, aliquoties alternatiuè, nonnunquam de præſenti, & de futuro, & demum pleniſſimè, de quibus omnibus modis agit *Card. Tuſch. d. concl.* 292. *n.* 175. *cum multis ſeqq.*

57 Pugna ingens eſt, an hæc clauſula ſuſtineat teſtamentum nullum ob præteritionem poſthumi; quia verò excultiſſimi optiméque de Iuriſprudentia meriti quæſtionis huius reſolutionem ſumma induſtria inueſtigarunt, ſuóque cum inſtructiſſimo apparatu propoſuerunt, eò omninò remittendus erit ſtudioſus, adeat proinde *Ant. Gabr. commun. lib.* 6. *tit. de clauſul. concluſ.* 7. *&* 8. *Clar. §. teſtamentum, quæſt.* 46. *num.* 1. *Hippolyt. conſ.* 118. *num.* 7. *vol.* 2. *Franc. Viu. Neapol. deciſ.* 29, *num.* 7. *&* 22. *lib.* 4. *Surd. Mantuæ deciſ.* 54. *num.* 10. *& conſ.* 55. *num.* 13, *& conſ.* 232. *n.* 39. *Vinc. Honded. conſ.* 74. *vol.* 1. *Marc. Anton. de Amathis Marchiæ deciſ.* 10. *Gilch. in auth. ex cauſa, num.* 10. *cum ſeqq. C. de liberis præterit. Azeued. l.* 1. *n.* 70. *tit.* 8. *lib.* 5. *nouæ Recopilat. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 32. *Brunor. à Sole in locis communibus, verbo clauſ.* 8. *Mart. d. clauſ.* 11. *num.* 24. *&* 25. *Fachin. controuerſ. lib.* 4. *cap.* 12. *cum duobus ſeqq. Paul. Montan. de tutel. cap.* 12. *num.* 25. *Ceual. communium contra communes, quæſt.* 180. *&* 181. *& Stephan. Gratian. d. cap.* 48. *n.* 9. *cum ſeq.*

Coniunctim & diuiſim.

CLAVSVLA XXII.

1 HÆc clauſula poſita circa plures modos importat, vt vnuſquiſque modus cenſeatur de per ſe propoſitis, & ideo reus negans poſitiones coniunctim, debet ſeparatim interrogari per hanc clauſulam; ita *Lap. alleg.* 51. *n.* 2. *verſ. ad ſecundum, circa finem, Card. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 322. *n.* 1. *Mart. de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 231. *n.* 1. *in vlt. impreſſ.* vbi *num.* 2. poſt 2 *Ybarel. conſ.* 54. *num.* 2. *verſ. ad quartum*, ſubdit, quod poſt dationem executorum appoſita fuerit hæc clauſula, tunc ſi vnus incepit procedere, alter proſequi non impeditur, præſertim ſi ille fuiſſet impeditus, & dicitur impedimentum ſi abſens, vel infirmus fuerit, de quo etiam *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 321. *n.* 1. vbi *n.* 2. ampliat quod ſi vnus proceſſit nulliter, putà quia dedit poſſeſſionem non citato poſſeſſore, poterit alius iuridicè procedere faciendo renunciare poſſeſſioni nullæ, & de nouo dando poſſeſſionem legitimam.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* Compareas, &c. *operatur, vt perſona non dicatur habilis ad comparendum, nec audiri debeat, niſi conſtet de ſuo intereſſe.*

2 *Citare faciens aduerſarium ſuum ad iudicium, videtur eius perſonam approbare.*

3 *Facultatem comparendi in abſolutam citati voluntatem confert clauſula,* Compareas, &c. *facitque reum voluntarium, non neceſſarium.*

Compareas, ſi tua putaueris intereſſe.

CLAVSVLA XXIII.

HÆc clauſula operatur, vt perſona non dicatur habilis ad comparendum, nec audiri debeat, niſi conſtet de ſuo intereſſe, hoc eſt ſe ius aliquod in cauſa habere, vt probat *text. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.* reſoluunt *Menoch. remed.* 4. *adipiſc. num.* 616. *cum ſeqq. Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 13. *& deciſ.* 120, *num.* 11. *& deciſ.* 260. *n.* 3. *Bernard. Grœuus ad practicam Camera Imperialis lib.* 1. *concluſ.* 69, *num.* 1. *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.* 302, *num.* 30. *& cap.* 387. & qui fecit citare aduerſarium ſuum ad iudicium, videtur eius perſonam approbare, adeò quod non poteſt poſtea illum reprobare, *Hippol. in l. ſi quis ne queſtum* 39. *ff. de quæſtion.* 1 2

Facultatem comparendi in abſolutam citati voluntatem confert hæc clauſula, facitque reum voluntarium, non neceſſarium, *Surd. deciſ.* 26. *num.* 5. *Seraphin. deciſ.* 512. *num.* 3. *Cæſar Angel. de Contradictore legitimo, quæſt.* 3. *num.* 78. 3

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* Conſcientiam tuam oneramus, *operatur, vt arbitrio boni viri negotium remiſſum cenſeatur.*

2 *Monitionem potius denotat, quàm conditionem clauſula,* Conſcientiam tuam oneramus,

3 *Iuris Ciuilis rigor videtur remiſſus per clauſulam,* Conſcientiam tuam oneramus, *in reſcripto Papæ appoſitam.*

4 *Clauſula,* Conſcientiam tuam oneramus,

non operatur nisi respectu contrauentionum de facto.

5 *Conscientia est iudicium menti consonum, in quodam naturali Iure consistens.*

6 *Iudex secundum allegata & probata, non secundum conscientiam iudicare debet.*

7 *Appellatio non datur à sententia Iudicis, cùm causa est commissa cum clausula,* Conscientiam tuam oneramus.

8 *Delegatus cum clausula,* Conscientiam tuam oneramus, *non potest subdelegare.*

9 *Arbitrium boni viri denotat clausula,* Conscientiæ, seu prudentiæ tuæ committimus.

10 *Commissarius cum clausula,* Conscientiam tuam oneramus, *sequi debet non priuatam conscientiam, sed communem & publicam.*

Conscientiam tuam oneramus.

CLAVSVLA XXIV.

1 REscribere aliquando Papa solet Episcopis, ac aliis cum hac clausula, quæ operatur, vt arbitrio boni viri negotium remissum censeatur, *cap. non solùm, de reg. iur. in 6.* ibi, *vt conscientiæ puritati, Marches. de Commiss. part. 1. cap. 6. de commission. appell. extra Roman. Curiam, n. 85. pag. 256. in vlt. impress.*

2 Non mutat hæc clausula naturam negotij, & potiùs denotat monitionem, quàm conditionem, vt per *Stephan. Gratian. Marchia decis. 157. n. 9.*

3 Per hanc clausulam in rescripto Papæ videtur remissus rigor Iuris Ciuilis, sicut per clausulam, *Arbitrio Rotæ*, ita *Seraph. decis. 448. n. 1.*

4 Non operatur nisi respectu contrauentionum de facto, & vbi non adest possessor, idem *Seraph. decis. 1176. n. 5.*

5 Quia conscientia est iudicium menti consonum, in quodam naturali Iure consistens, ideo non ob hanc clausulam sequi conscientiam Iudex simpliciter debet, sed institiam communi & publica lege munitam; debet enim secundum allegata & proba-

6 ta, non verò secundum illam iudicare, *l. illicitas. §. veritas, ff. de offic. Præsid. Ordin. Regia Lusit. lib. 3. tit. 63. in princip. & tit. 66. etiam in princip. Vin. in Neapol. decis. 178. Clar. §. fin. quæst. 66. n. 2. Decian. tract. crimin. lib. 2. cap. 14. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 8. n. 40. & seq. & cons. 92. n. 80. cum seqq. & cons. 786. n. vlt. Caualcan. decis. 25. n. 5. part. 1. & decis. 19. n. 61. & decis. 23. n. 10. part. 3. Mascard. de prob. conclus. 948. Farin. in praxi crimin. part. 1. quæst. 21. n. 163. cum seq. Seraph. de Priuileg. iuram. priuileg. 2. in princip. Marches. d. cap. 6. n. 87. & 88. Cened. ad Decret. collect. 101. num. 11. Ludouic. Mirand. de ord. iudic. quæst. 28. art. 3. Sayr. in claui Regia, lib. 12. cap. 8. n. 6. cum seqq. Leff. de Iustit. lib. 2. cap. 29. num. 10. & num. 84.*

7 A sententia Iudicis, cùm causa est commissa cum hac clausula, non datur appellatio, vt per *Sigismund. Scacc. de Appellat. quæst. 16. conc. 15. n. 3.* vbi *n. 5.* asserit tunc posse recurri ad superiorem per viam supplicationis.

8 Delegatus cum hac clausula, non potest subdelegare, quia videtur electa industria, *l. nulli*, ibi, *pro sua conscientia*, vbi *Bald. n. 4. & Iaf. n. 12. vers. 5. limita. C. de Episcop. & Cleric. Menoch. n. 12. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici, part. 1. cap. 15. num. 49. & part. 2. cap. 2. num. 16. Sanch. de Matrim. lib. 8. disput. 27. num. 43. Sigism. à Bonon. de elect. dub. 14. num. 14.* Verùm quod subdelegare possit tenet *Angel. in auth. ad hæc, num. 2. C. de Iudic. Rot. decis. 18. de conces. præb. in nou. Nauar. cons. 2. in antiq. alias 6. in nouis, de offic. deleg. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 119. art. fin. vers. vlt.* quas contrarias opiniones nititur concordare *Marches. d. cap. 6. n. 9.* vt apud illum videri potest.

Verba (*Conscientiæ, seu prudentiæ tuæ committimus*) 9 denotare quoque arbitrium boni viri, obseruant *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 8. n. 40. Mascard. de probat. conclus. 414. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 7. num. 146.* vbi cum *Menoch. proximè citato loco, n. 44.* declarat, vt is Iudex, seu Commissarius cum tali 10 clausula sequi debeat non priuatam conscientiam, sed communem & publicam; nam, vt inquit *Marches. de Commiss. part. 1. pag. 202. num. 77. in vlt. impress.* non debet Iudex, cui commissa fuit causa cum hac clausula, secundum suam conscientiam iudicare, sed bene secundum illam prudentiam, quæ à sacris Canonibus, & à Iure Cæsareo regulatur, sicque prudentia non erit attendenda, si Iuri contradicat.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalis est clausula,* Constito, *& formam inducit.*

2 *Conditione non probata ob clausulam,* Constito, *concessio locum non habet.*

3 *Iurisdictionem non dat clausula,* Constito, *nisi prius verificetur conditio.*

4 *Iurisdictio vbi datur sub conditione, quicquid fit ante eam purificatam est nullum.*

5 *Iudicialem indagationem, & causæ cognitionem requirit clausula,* Constito, &c.

6 *Probationes veras, & concludentes, non præsumptiuas requirit clausula,* Constito.

7 *Rescriptum cum clausula,* Constito, *iurisdictionem non tribuit, nisi liquidè constet, excepto quando iustificaretur ex præsumptione Iuris.*

8 *Iustificatio clausulæ,* Constito, *absque iustificatione aliorum narratorum sufficit, ne dicatur Iudex de facto procedere.*

9 *Executor vt debeat assumere partes Iudicis, ritè rectèque procedere facit clausula,* Constito.

10 *Executor merus vt non sumat informationem extraiudicialem non obstat clausula,* Constito.

Constito.

CLAVSVLA XXV.

1 HÆc clausula est conditionalis, & formam inducit, vt per *Aloys. Ric. in collect. decis. part. 5. collect. 1675. in princip. Marches. de Commiss. part. 1. pag 320. n. 57. & pag. 1123. n. 81. in vlt. impress. Campanil. in diuersorio Iuris Can. tit. 11. cap. 13. n. 215. Mart. de clausul. p. 1. clausul. 19. à princip. Rot. in Interamnen. pecuniaria 23. Iunij 1603. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano,* impressa per *Marches. de Commiss. p. 2. pag. 544. n. 3. & in vna nullius Canonicatus 4. Decemb. 1600. coram Greg. XV.* impressa per *Farin. decis. 40. n. 1. p. 1. recent.* vbi etiã dictum 2 fuit, quod cõditione nõ probata, concessio locũ non habet,

habet, *Rot. etiam apud Cenei. poſt tract. de Cenſib. deciſ. 137. n. 2. Nicol. Garc. de benef. part. 6. cap. 3. n. 36.*

3 Non dat iuriſdictionem, niſi priùs verificetur conditio, vt reſoluit *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 869. n. 25. & cap. 991. n. 11.* & dictum fuit *in Firmana Altaris 11. Ianuarij 1616. coram Andrea*, impreſſa per *Farin. deciſ. 701. num. 4. part. prima recent.* nihil enim poteſt executor niſi iuſtificatis narratis, *Pariſ. conſ. 15. n. 14. lib. 4. Roland. conſ. 65. num. 20. cum ſeqq. lib. 3. Put. deciſ. 275. n. 1. lib. 2.* & fuit dictum *in Meleuitana bonorum 7. Maij 1627. coram D. Duran*; generale

4 enim eſt, quod vbi iuriſdictio datur ſub conditione, quicquid fit ante eam purificatam eſt nullum, *gloſſ. final. in cap. cum plures, de offic. deleg. in 6. Soc. conſ. 99. num. 10. lib. 3. Pariſ. conſ. 41. num. 14. & conſ. 94. num. 5. & 8. lib. 4. Vant. de nullit. ex defectu iuriſd. delegata, n. 92. Verall. deciſ. 150. n. 3. part. 1.*

5 Requirit hæc clauſula iudicialem indagationem, & cauſæ cognitionem, vt reſoluit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 961. n. 9. Rot. apud Cenei. poſt ſuum tract. de Cenſ. deciſ. 8. num. 8. & deciſ. 36. num. 3. 4. & 10.* & dictum fuit *in Celſon. præceptoriæ 14. Maij 1604. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Marchef. d. part. 1. pag. 433. n. 4. in vlt. impreſſ.*

6 Deinde requirit hæc clauſula veras & concludentes probationes, nec præſumptiuas admittit, *Aloyſ. Ricc. collect. 1675. Nicol. Garc. de benef. part. 6. cap. 2. num. 38. & cap. 3. num. 64.* & fuit dictum *in Pacen. puritatis 11. Decembris 1609. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, & *in Romana Grani 11. Aprilis 1614. coram Buratto*, impreſſa per *Farin. deciſ. 532. n. 1. part. 2. recent.* & *in Oſcen. portionis 17. Decemb. 1617. coram Dunozetto, Greg. deciſ. 53. n. 1.* & fuit reſolutum *in d. Meleuitana bonorum coram Domino*

7 *Duran*, vbi etiam quod hæc probatio debet fieri cum partis citatione; liquidè enim conſtare debet, vbi fuerit hæc clauſula iniuncta, aliàs reſcriptum cum ea iuriſdictionem non tribuit, *l. Lutius 82. ff. de condit. & demonſtrat.* & fuit dictum *in Pampilonen. beneficij 17. Martij 1577. coram Blanchetto*, & *in Romana Grani 11. Aprilis 1614. coram Buratto*, excepto quando iuſtificaretur ex præſumptione Iuris, vt fuit dictum *in Eluen. beneficij 1. Iulij 1615. coram Danozetto*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 756. n. 4. part. 2. recent.* & iuſtificari hanc clauſulam ex ſola Iuris præſumptione, cùm dicatur liquidiſſima probatio, ait *Beltram. in*

8 *annot. ad deciſ. 53. Gregor. XV.* ſufficere tamen iuſtificationem huius clauſulæ abſque iuſtificatione aliorum narratorum, ne dicatur Iudex de facto procedere, & ne exinde ſpolij actio competat, dicit *Anchar. conſ. 297. n. 8.* & dictum fuit *in Celſonen. præceptoriæ 4. Februarij 1605. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, & *in Tudentina monaſterij 17. Maij 1613. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo.* deinde *Rot. in Vrgellen. Abbatia 23. Nouembris 1613. coram eodem D. Decano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 484. n. 1. part. 2. recent.* cenſuit Breue eſſe exequendum, cùm pro illius verificatione ſufficeret iuſtificare hanc clauſulam; ſic etiam *in alia Papien. præpoſitura 30. Maij 1611. coram Reuerendiſſimo Attrebaten.* impreſſa per *Marchef. part. 2. pag. 530.* dictum fuit verificata clauſula, *Conſtito*, non requiri aliam iuſtificationem narratiuæ, nec eſſe cognoſcendum de exceptionibus aliunde petitis, ibique multæ aliæ concordantes deciſiones citantur.

9 Facit deinde, vt executor debeat aſſumere partes Iudicis, ritè rectéque procedere, vt dictum fuit *in Vrgellen. Canonicatus 30. Octobris 1582. coram Cardinale Blanchetto*, impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. part. 1. pag. 277. n. 4.* non enim eſt merus, ſed mixtus executor, vt fuit reſolutum *in Cremonen. Iuriſpat. 26. Ianuarij 1603. coram Gregorio XV.* impreſſa per *Farin. deciſ. 79. n. 1. part. 2. recent.* & *in Celſonen. præceptoriæ coram Decano*, impreſſa per *Marchef. part. 2. pag. 63.* & *in Syracuſana parochialis 13. Aprilis 1619. coram Cardinale Caualerio*, & demum *in d. Meleuitana bonorum coram Domino Duran.* Non obſtat tamen hæc clau- 10
ſula, vt executor merus non ſumat informationem extraiudicialem, vt reſoluit *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 766. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ad effectum deuolutiuum admittitur ab electione Epiſcopi in concurſu ad parochiales.*

2 *Electio per Epiſcopum facta in concurſu, non reuocatur niſi quando conſtiterit dolosè, & euidenter irrationabiliter iudicaſſe.*

3 *Electione facta per Epiſcopum in concurſu, eſt interpretatio ad eius fauorem facienda, quod omnia conſiderauerit, & magis idoneum arbitrio ſuo elegerit.*

4 *Approbatus ab Examinatoribus Synodalibus, non poterit ab irrationabili iudicio Epiſcopi appellare, ſi alius ſimiliter approbatus eligatur.*

5 *Clauſula*, Conſtito de irrationabilitate, &c. *non verificatur niſi per ſententias, & rem iudicatam, ex eiſdem ſententijs reſultantem.*

6 *Irrationabilitas electionis in concurſu, ſi non ſit euidens & manifeſta, contra illam opponentem eſt iudicandum.*

Conſtito de irrationabilitate, &c.

CLAVSVLA XXVI.

LIcèt admittenda non videretur appellatio ab 1
Epiſcopi electione in concurſu ad parochiales, tanquam facta in executionem decretorum Sacri Concilij Tridentini, quod eſt munitum decreto irritante, & clauſula, *Sublata, &c.* tamen ad effectum deuolutiuum conceditur, ſed cum hac clauſula, *Conſtito de irrationabilitate*; ita ex *eod. Concil. ſeſſ. 24. de Reformat. cap. 18. & Conſtit. ſanctæ memor. Pij V.* obſeruant *Vgolin. de poteſtate Epiſcopi cap. 50. §. 13. n. 1. Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici. rub. 7. cap. 6. num. 75. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 138. Maſſob. in praxi habendi concurſum, requiſito 5. dub. 2. num. 42. Rot. deciſ. 535. num. 11. & deciſ. 656. num. 1. apud Farin. part. 1. recent.* & fuit dictum *in vna Pampilonen. Abbatiæ de Areſſo 22. Aprilis 1622. coram Reuerendiſſimo Domino meo Nauarro*; nec reuocatur electio per Epi- 2
ſcopum facta, niſi quando conſtiterit dolosè, & euidenter irrationabiliter iudicaſſe, vt colligitur ex verbis d. Conſtitutionis Pij V. ſuper collatione parochialium, *ſub dat. 15. Kal. Aprilis 1566. cora Cardinale Arigonio*, & ex deductis *in Rauennaten. parochialis 2. Octob. 1594.* & apud *Greg. XV. deciſ. 538. n. 5. & inter recent. deciſ. 40. ſub n. 1. p. 1. & deciſ. 654. n. 4. p. 4. in nouiſſ. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 1. c. 52. n. 23. & 24.* Nã facta 3
electione per Epiſcopum, eſt interpretatio ad eius fauoré facienda, quod omnia cõſiderauerit, & magis

idoneum arbitrio suo elegerit, ex notatis per *Gonzal. d. gloss. 6. n. 132.* & per *Massob. d. requis. 5. dub. 2. num. 31. cum seqq.* ac proinde approbatus ab Examinatoribus Synodalibus non poterit ab irrationabili iudicio Episcopi appellare, si alius similiter approbatus eligatur, quia in hoc casu locus est gratificationi, *Lambertin. de Iurepat. part. 3. lib. 2. n. 1. Seraph. decis. 152. in fin.* & fuit dictum *in Calaguritana beneficij 13. Nouembris 1620. coram Vbaldo Seniori, & in dicta Pampilonen. Abbatiæ coram Reuerendissimo Domino meo Nauarro.*

5 Non verificatur hæc clausula nisi per sententias, & rem iudicatam, ex eisdem sententiis resultantem, latis super irrationabilitate, ad *text. & gloss. in l. furti. ff. qui notantur infamia, in verbo inter famosos, Ægid. decis. 103.* ideo donec per sententias cognoscatur de tali irrationabilitate Examinatorum, vel electoris, immissio & possessio erit concedenda, vt fuit dictum *in Barchinonen. parochialis 29. Nouembris 1613. coram Buratto*, impressa per *Farin. decis. 537. p. 1. recent.* nam donec de tali irrationabilitate ita non constiterit, semper præsumptio erit in contrarium, & pro iudicio ipsius Ordinarij, *arg. cap. in præsentia, de renunciat.* & illorum, quæ supra diximus, in
6 tantum, vt si talis irrationabilitas non sit euidens & manifesta, contra illam opponentem sit iudicandum, vt factum fuit *in causis Rauennaten. parochialis 29. Nouembris 1609. coram Ortembergo, & in Barchinonen. parochialis 29. Nouembris 1609. coram Buratto, & in Tud. parochialis 28. Aprilis 1603. coram Cardinale Sacrato.*

Quis autem dicatur dignior ad concursum parochialium, & quis minùs digne & irrationabiliter electus per Episcopum, dixi latè *de offic. & potest. Episcop. part. 3. alleg. 60. n. 101. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionem denotat clausula*, Constito de assertis, *posita in rescripto.*

2 *Iurisdictionem conditionalem facit clausula*, Constito de assertis.

3 *Vnum verificari non sufficit ex pluribus narratis, si adsit clausula*, Constito de assertis.

4 *Clausula*, Constito de assertis, *posita à Regente in commissione, quid operetur, ostenditur.*

Constito de assertis.

CLAVSVLA XXVII.

1 HÆc clausula in rescripto conditionem denotat, & inducit, vt per *Verall. decis. 228. num. 3. part. 2. Marches. de Commiss. part. 2. §. 3. de commiss. resti. in integrum, num. 167. pag. 186.* & fuit dictum *in Orolen. decimarum 26. February 1590.* impressa per eundem *Marches. part. 1. cap. 3. pag. 175. num. 4. in vlt. impress.*

2 Facit iurisdictionem conditionalem, ita vt Iudex nihil possit nisi iustificatis narratis, secundum *Socin. cons. 93. num. 10. lib. 3. Paris. cons. 41. num. 14. & cons. 45. num. 5. cum seq. lib. 4. Rol. cons. 65. num. 20. cum seqq. lib. 3. Put. decis. 275. num. 1. lib. 2. in correct.* & quidem per veras probationes, *l. Lutius 82. ff. de condit. & demonstrat. Bellam. decis. 471. Fel. in rub. de probat. sub num. 3.* & iis relatis dictum fuit *in Romana domorum de Roncionibus 14. Iuny 1625. coram Buratto*, impressa per *Farinac. decis. 725. num. 10. part. 2. recent.*

Item facit quod ex pluribus narratis non sufficiat 3
vnum verificari, *Seraph. decis. 637. n. 4.*

Posita tamen à Regente in commissione, non re- 4
fertur ad narrata, sed ad ea, quæ habentur in clausula, *Constito*, posita in dispositione commissionis, & sic non reddit rescriptum conditionale, quando signatura Papæ, vel Cardinalis est pura & simplex, quia Regens non potest alterare signaturam Papæ, vel Cardinalis, quæ est illa, quæ disponit, & attenditur, *Cassad. decis. 17. n. 14. de rescript.* & fuit tentum *in Trolien. decimarum 26. February 1590. coram Orano*, vt refert *Mart. de clauf. part. 1. clausul. 19. n. 10. in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Constito de tribus conformibus, *intelligitur de tribus sententijs validis.*

2 *Clausula*, Constito de tribus conformibus, moderetur inhibitionem, *facit vt illa moderata causa ad partes remittatur.*

3 *Executorem mixtum facit clausula*, Constito de re iudicata exequatur.

4 *Conditionem cognitionis importat clausula*, Constito de re iudicata, &c.

5 *Conditionem importat clausula*, Constito de re iudicata, &c. *ita vt nisi constet de re iudicata, non censeatur data iurisdictio.*

6 *Negotium quando redditur dubium, sic rescribere solet signatura*, Constito de re iudicata, seu quod aliàs exequutioni locus sit, exequatur.

Constito de tribus conformibus.

CLAVSVLA XXVIII.

INtelligitur de tribus sententiis validis, ad *l. 4. §.* 1
condemnatum, cum ibi not. de re iud. Rot. in Lauden. pecuniaria 1. Iulij 1588. coram Orano, impressa per *Marches. de Commiss. part. 2. pag. 144. num. 2.* & resoluunt idem *Marches. part. 3. pag. 141. num. 29.* vbi alias refert decisiones, & *Mart. de clauf. part. 1. clauf. 19. n. 11.* vbi plures refert decisiones.

Quando ita rescribitur, *Constito de tribus conformi-* 2
bus, moderetur inhibitionem, illa moderata ad partes causa remittitur; ita *Marches. d. part. 2. pag. 116. n. 184. in ver. impress.*

Clausula, *Constito de re iudicata exequatur*, facit 3
executorem mixtum, adeò quod partes vocare debet, ac diffinitiuè, vel tacitè procedendo ad vlteriora, vel expresse pronunciare tenetur, *Felin. in cap. de cætero, num. 10. de sent. & re iud. gloss. & Doctores in Clem. præsenti, in verbo constiterit de censib.* Importat 4
enim cognitionem conditionis, *Rot. decis. 21. de rescript. in antiq. Staphyl. de literis gratiæ, part. 2. vers. citatio personalis, num. 4. Lancell. de attent. part. 2. cap. 2. ampl. 11. num. 22.* & ideo illa dictio, *De*, substantiam ita denotat, vt commissioni locus esse nequeat, nisi

de

de re iudicata conſtet, *Corn. conſ. 167. num. 14. vol. 2.* refert *Marchef. part. 2. §. 3. de commiſſ. reſtit. in integr.*
5 *n. 165. pag. 186. in vlt. impreſſ.* Et ſic denotat conditionem, vt niſi conſtet de re iudicata, non cenſeatur data iuriſdictio; ita ex *Pariſ. conſ. 41. num. 14. lib. 4. Rol. à Valle conſ. 65. num. 25. lib. 5. Natt. conſ. 430. num. 16. lib. 2.* concludit *Cardin. Tuſch. tom. 1. litt. C. concluſ. 567. num. 4.* in tantum vt debeat verificatio præcedere, aliàs nihil ponit in eſſe, *Pariſ. conſ. 45. num. 6. lib. 4. Rol. d. conſ. 65. n. 21. lib. 3. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 567. n. 5.*

6 Quando negotium redditur dubium, reſcribere ſolet ſignatura, *Conſtito de re iudicata, ſeu quod aliàs exequutioni locus ſit, exequatur, ſin minus cauſam appellationis cognoſcat*, vt aſſerit *Marchef. part. 1. pag. 1233. num. 75.* vbi obſeruat, quod procuratores vltra clauſulam, *Conſtito*, ſatagant aliam addere, videlicet, *vel quod aliàs exequutioni locus ſit, exequatur.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Conſtito de bono iure, *quid importet, oſtenditur.*

2 *Clauſula*, Conſtito de literis, *non intelligitur de literis iuſtificatis.*

Conſtito de bono iure. Conſtito de literis.

CLAVSVLA XXIX.

1 HÆc clauſula, *Conſtito de bono iure*, dat formam, adeò quod parte citata cauſæ cognitio venit adhibenda, *Lancell. de attent. poſt inhibit. limit. 11. num. 23. Vant. de nullit. tit. quot & intra quod tempus, num. 4. verſ. idcirco. Marchef. de Commiſſ. part. 3. §. 1. de commiſſ. nullit. ſanat. num. 114. pag. 17. in vlt. impreſſ.* de quo bono iure commiſſionem obtinentis ſufficit in aliqua parte, licèt non plenè, guſtare de negotio principali, *Veſtr. in ſua praxi lib. 8. cap. 3. n. 9. in fine.*

2 Clauſula, *Conſtito de literis*, non intelligitur de literis iuſtificatis, ſed ſimpliciter de literis, nudáque earum exiſtentia, vt per *Put. deciſ. 225. n. 1. lib. 1. in correct.* nouiſſimè *D. Lotter. in doctiſſimo tract. de re benefic. lib. 1. q. 38. n. 86.*

SVMMARIVM.

1 *Signatura quando vtatur clauſula*, Conſtito de paupertate, &c. *oſtenditur.*

2 *Clauſula*, Conſtito de paupertate, *quomodo iuſtificanda, oſtenditur.*

3 *Clauſula*, Conſtito de paupertate, *excuſat ab expenſis, & fructibus, ſed non à dimiſſione poſſeſſionis.*

4 *Conditionalis dicitur commiſſio data ad cap. Odoardus, de ſolut. cum clauſula*, Conſtito de paupertate.

5 *Paupertas probanda eſt in ſpecie habito reſpectu ad id, quod petitur, ſtante clauſula*, Conſtito de paupertate, &c.

6 *Paupertas vbi ad certum aliquem effectum deſideratur, illam in genere dicere, vel probare non ſufficit.*

7 *Pauper quis dicatur diſcretioni Iudicis committitur, attenta perſonarum, & circumſtantiarum qualitate.*

8 *Pauperes dicuntur non ſolùm Mendicantes, ſed etiam habentes congruam ſuſtentationem, qui tamen attento ſtatu perſonæ, & dignitate videntur indigere.*

9 *Pauper dicitur qui habet multas filias nobiles.*

10 *Pauper an dicatur qui poteſt viuere ex laboribus?*

11 *Pauperem qui ſe dicit, probare debet.*

Conſtito de paupertate.

CLAVSVLA XXX.

SIgnatura interdum ſolet non ſolùm alimenta, 1
ſed etiam ſumptus litis illa durante præſtari iubere ſimpliciter, vel cum hac clauſula, quando pro ſententia viget præſumptio, ac pauper adeò litibus defatigatur, vt ad finem perducere minimè valeat, iuxta tradita per *Marchef. de Commiſſ. part. 1. tit. 1. de commiſſ. appell. in cauſa alimentorum, num. 188. pag. 1167.* vbi *num. 190.* tradit quod cum hæc clauſula condi- 2
tionalis ſit, licèt ſummariè purificanda venit etiam ex adunatis teſtibus vicinis, vel aliis, qui veriſimiliter ſtatum petentis notum habere poſſint, & iudiciario ordine omiſſo, tam ex officio quàm ad partis inſtantiam, aliis ſeruatis de iure ſeruandis interrogare Iudex poterit, & citat *Felin. in cap. cum Ioannes, num. 11. verſ. ita intelligantur de fide Inſtrum. Marant. de ordine iudic. part. 4. diſtinct. 9. num. 3.* Ratio eſt, quia cum iſta probatio non ſit finalis, nec magni præiudicij, eodem modo facta ſufficit, *Bart. in l. ſi conſtante, num. 8. & 9. ff. ſoluto matrim. Alex. conſ. 45. n. 5. vol. 1.*

Hæc clauſula excuſat ab expenſis, & fructibus, 3
ſed non à dimiſſione poſſeſſionis, vt per *Veſtr. in praxi lib. 3. cap. 3. n. 3. Sfort. de reſtit. in integ. quæſt. 40. num. 27. & Pacif. de Saluiano interdict. Inſpect. 4. cap. 4. à num. 48. Marchef. d. part. 1. tit. 1. de commiſſ. appellat. in poſſeſſ. Saluiani, n. 185. pag. 904.*

Commiſſio data ad *cap. Odoardus, de ſolut.* cum iſta 4
clauſula, dicitur conditionalis; ita *Soc. conſ. 99. n. 10. lib. 3. Pariſ. conſ. 41. num. 14. lib. 4.* & ideo citationem partis, & hanc cauſæ cognitionem, & dictam paupertatis probationem requirit, aliàs nullam tribuit iuriſdictionem, ſecundum *Guid. Pap. deciſ. 70. in princip. Afflict. deciſ. 355. num. 3. & ſeq. Ægid. deciſ. 68. 85. & 667.* & fuit dictum *in Placentina parochialis de Malpartita 20. Octobris 1585. coram Litta*; & operatur vt illa ſit probanda in ſpecie habito reſpe- 5
ctu ad id, quod petitur, vt per *Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. c. 660. num. 17.* nam quando ad certum effectum de alicuius paupertate quæritur, illam in genere dicere, vel probare non ſufficit, *Bald. in authent. præterea, num. 4. C. vnde vir & vxor. Afflict. deciſ. 157. num. 3. Mandel. conſ. 69. num. 6. verſ. & ait*; & ſaltem in genere ad effectum de quo agitur, ve- 6
nit probanda ex communi reputatione, *Verall. deciſ. 293. part. 3. Rot. deciſ. 573. n. 3. part. 1. recent.*

Quomodo autem paupertas probetur, vide *Ce-* 7
ned. ad Decret. collect. 27. num. 12. 13. & Scacc. de Appellat. quæſt. 17. limit. 8. ſub num. 9. Gonzal. ad reg. 8.

Cancellariæ, gloss. 2. num. 44. Marchesi. d. part. 1. pag. 1168. num. 191. & demum discretioni Iudicis committi quis pauper dicatur, attenta personarum, & circumstantiarum qualitate, resoluunt *Menoch de arbitrar. casu 65. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 25. Perez l. 1. vers. ex qualitate, tit. 1. lib. 3. Ordinament. pag. 461. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 16. num. 46. Mascard. de probat. conclus. 1154. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 9. num. 10. Seraph. de Priuileg. iuram. priuileg. 4. num. 98. D. Barbosa in l. maritum, num. 6. ff. soluto matrim. Farinac. in praxi crimin. quæst. 57. num. 93. & seq. Gonzal. d. gloss. 2. num. 43. Flores variar. lib. 2. quæst. 21. n. 130. & Scacc. d. quæst. 17. limit. 40. n. 11.*

8 Pauperes dicuntur non solùm Mendicantes, sed etiam habentes congruam sustentationem, qui tamen attento statu personæ, & dignitate videntur indigere; ita *Bart. in l. 1. num. 35. C. de Sacrosanct. Eccles. l. si quis è liberis. §. sed si filius, num. 44. ff. de liber. agnos. Tiraquell. de pia causa, in præfat. num. 10. Spin. in speculo testam. gloss. 6. num. 10. Mascard. d. conclus. 1184. num. 14. D. Barbosa in l. maritum, num. 6. Bernard. Græue. ad practicam Cameræ Imperialis lib. 1. conclus. 42. consid. 1. num. 2. Surd. decis. 61. num. 3. & de aliment. tit. 7. quæst. 9. num. 27. cum seqq. & tit. 1. quæst.*

9 *93. num. 30.* vbi *num. 33.* resoluit, pauperem dici illum, qui habet multas filias nubiles, *Mexia in tract. taxæ panis, conclus. 1. n. 46.*

10 Pauper an dicatur, qui potest viuere ex laboribus? Affirmat *Azeued. l. 2. num. 46. tit. 18. lib. 4. nouæ Recopilat.* Negant tamen *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 7. num. 9. Rot. decis. 249. num. 1. & decis. 250. apud Farin. in 1. collect. nouissimarum.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Possessio vera vt transferatur in emptorem, licèt non sit facta actualis traditio, operatur clausula,* Constituti.

3 *Possessio transfertur per clausulam,* Constituti, *quoties is, in cuius fauorem fit constitutum, est præsens, vel eius ratihabitio sequitur.*

4 *Possessio tam ciuilis, quàm naturalis censetur translata in constitutarium per clausulam,* Constituti.

5 *Dominij translationem operatur clausula,* Constituti.

6 *Possessionis traditionis vim habet clausula,* Constituti, *non solùm in stabilibus, verùm etiam in rebus corporalibus.*

7 *Cessionarius vigore cessionis potest in incorporalibus experiri Interdicto vti possidetis, probata possessione cedentis.*

8 *Probationem concludentis possessionis contra constituentem, & causam ab ipso habentem, operatur clausula,* Constituti.

9 *Possessionem venditoris contra emptorem probat clausula,* Constituti, *apposita in Instrumento venditionis.*

10 *Possessionem constituentis contra tertium non probat Constitutum.*

11 *Fructuum acquisitionem operatur clausula,* Constituti.

12 *Possessionem capiendi absque auctoritate Iudicis, vel citatione partis, tribuit facultatem clausula,* Constituti.

13 *Possessionis translationem in donatione denotat clausula,* Constituti.

14 *Clausula,* Constituti, *dicitur vnus ex modis fictis, in quibus transfertur possessio & dominium sine traditione.*

15 *Venditor licèt per clausulam,* Constituti, *liberetur à traditione iuris, non tamen liberatur à traditione facti.*

16 *Possessionem etiam in hæredes constitutarij transfert clausula,* Constituti.

17 *Possidens prior per Constitutum præfertur secundo habenti actualem possessionem.*

18 *Attentatorum absque vitio, vt possit quis possessionem habitam vigore clausulæ,* Constituti, *continuare, ipsa clausula operatur.*

19 *Interdictum Vnde vi vt competat habenti possessionem vigore huius clausulæ,* Constituti, *ipsa eadem operatur.*

20 *Spolij remedium competit pro recuperatione possessionis vigore Constituti acquisitæ.*

21 *Condictio ex l. fin. C. de acquir. possess. vt competat contra tertium possessorem, operatur clausula,* Constituti.

22 *Constituentis post mortem operatur etiam clausula,* Constituti.

23 *Creditor quod possit agere ad bona obligata nulla facta priùs excussione, operatur clausula,* Constituti.

24 *Possessori vt detur mandatum de associando etiam mortuo constituente, operatur clausula,* Constituti, *in Instrumento apposita.*

25 *Mandatum de manutenendo vt non detur contra illum, cuius nomine quis se constituit possidere, operatur clausula,* Constituti.

26 *Clausula,* Constituti, *habet suam vim in emphyteusi.*

27 *Incursionis pœnæ effectum non operatur clausula,* Constituti, *nisi aliter facta sit traditio.*

28 *Emphyteuta si donet, vel alienet rem emphyteuticam per clausulam,* Constituti, *deinde eandem rem vendat alteri cum consensu directi Domini, illámque tradat realiter, & corporaliter, præferri debet iste inuestitus à Domino directo.*

29 *Possessio quando tempore Constituti non erat penes constituentem, nihil operatur clausula,* Constituti.

30 *Possessionis translationem non operatur clausula,* Constituti, *quando apposita fuit in contractu nullo, & reprobato.*

31 *Exceptiones omnes, quæ competunt contra principalem contractum, competunt etiam*

contra

contra Conſtitutum.

32 *In contractu de cuius validitate diſputatur, ſi apponatur clauſula,* Conſtituti, *nihil operatur.*

33 *Conditionali in caſu non operatur clauſula,* Conſtituti, *conditione non purificata.*

34 *In contractu alienationis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, nihil operatur clauſula,* Conſtituti, *niſi data validitate ipſius alienationis.*

35 *Poſſeſsionis tranſlationis effectum non operatur clauſula,* Conſtituti, *appoſita in alienatione rei incertæ per verbum numerale.*

36 *Statuto ſtante veram ac corporalem requirente traditionem, non operatur clauſula,* Conſtituti.

37 *Statutum ſi loquatur ſimpliciter de poſſeſsione, habet locum in poſſeſsione tranſlata per Conſtitutum.*

38 *Poſſeſsionem in abſentem non transfert clauſula,* Conſtituti.

39 *Ad futura non extenditur clauſula,* Conſtituti.

40 *Cenſus in contractu nihil operatur clauſula,* Conſtituti.

41 *Spatio 30. annorum durat virtus clauſulæ,* Conſtituti, *etiam in tertij præiudicium.*

Conſtituti.

CLAVSVLA XXXI.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide Doctores per *text. ibi in l. quod meo, & in l. interdum ff. de acquir. poſſeſſ.* latè *Tiraq. in tract. de Iure Conſtituti poſſeſſorij, Greg. Lopez l. 9. tit. 30. part. 3. Mart. de clauſul. part. 1. clauſ. 20. in vlt. impreſſ. Menoch. conſ. 139. Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. part. 1. collect. 55. & part. 2. collect. 449. Carpan. ad ſtatuta Mediolanen. tom. 1. cap. 462.* & cæteros in diſcurſu citatos.

2 Primus effectus eſt, vt vigore huius clauſulæ vera transferatur in emptorem poſſeſſio, licèt non ſit facta actualis traditio; *l. quidam 76. ff. de rei vendit. Pariſ. conſ. 128. num. 11. lib. 1. & conſ. 33. num. 30. lib. 3. Tiraq. de Iure Conſtituti, part. 1. num. 2. & part. 2. ampliat. 1. num. 2. Menoch. conſ. 104. num. 72. & conſ. 139. num. 24. & conſ. 944. num. 18. Ioſeph. Ludou. Peruſina deciſ. 50. cap. 6. num. 25. & 29. & de empt. cap. 25. num. 10. Anton. Gomez l. 45. Tauri, num. 78.*

3 vbi *num.* 82. tenet quod per hanc clauſulam transfertur poſſeſſio, quoties is, in cuius fauorem fit Conſtitutum, eſt præſens, vel eius ratihabitio ſequitur, & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 175. num. 3. Amic. de Iure emphyt. quæſt. 2. num. 2. Pacific. de Saluiano interd. Inſpect. 2. cap. 2. num. 224. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 718. num. 32.* & ſæpe ſæpius in Rota dictum fuit, & ſignanter *in Romana Saluian. interd. 5. Decembris 1601. coram Iuſto, in Bononien. immiſſionis 26. Octobris 1592. coram Cardinale Lancellotto*, & apud *zach. poſt tractat. de oblig. Camer. deciſ. 31. num. 3. & deciſ. 64. num. 4. & inter recentior. deciſ. 83. num. 1. & deciſ. 277. num. 1. apud Farinac. part. 1. recent.*

4 Secundus effectus eſt, vt operetur quod poſſeſſio tam ciuilis, quàm naturalis cenſeatur tranſlata in conſtitutarium, ex adductis per *Viuium tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. num. 67. verſ. & tanto, Menoch. conſ. 239. num. 11. & conſ. 954. num. 2. Caputaq. deciſ. 14. num. 8. Tiraq. de Iure Conſtit. part. 1. num 2. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 13. num. 14. Rot. apud Pacific. poſt d. tract. de Saluian. interdict. deciſ. 184. num.* 8. & fuit dictum *in Terracinen. Saluiani 21. May 1614. coram Illuſtriſſimo Manzanedo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 551. num. 4. part. 1. recent.*

Tertius effectus eſt, vt non ſolùm tranſlationem 5 veræ poſſeſſionis operetur, ſed etiam dominij, vt per *Abb. in cap. 2. num. 13. verſ. quartum exemplum de Conſuetud. Guid. Pap. quæſt. 147. Afflict. deciſ. 298. num. 18. Bero. conſ. 41. num. 12. & 13. vol. 3. Menoch. conſ. 792. num. 21. & conſ. 1089. num. 23.* & fuit dictum *in Sutrina bonorum 23. Octobris 1595. coram Cardinale Pamphilio*; quam quidem poſſeſſionis & dominij tranſlationem operatur ad quoſcunque effectus, *Rot. in d. Sutrina bonorum, & in Aſſiſien. cenſu 22. Iunij 1603. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.*

Quartus effectus eſt, vt non ſolùm habeat vim 6 traditionis poſſeſſionis in ſtabilibus, ſed etiam in rebus incorporalibus, prout in iuribus, actionibus, quaſi poſſeſſione exigendi, vel decimandi, vel præſentandi, ac ſimilibus, dummodo concurrat iurium ceſſio, *l. fin. in princip.* vbi *Bart. num. 1. ff. de donat.* & ibi *Roman. num. 3.* & fuit dictum *in Tudentina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1598. coram Cardinale Lancellotto*, & *in Veneta donationis 16. Nouembris 1615. coram Buratto*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 764. num. 2. part. 2. recent.* vbi allegatur *Tiraq. de Conſtit. ampliat. 34. & part. 3. declarat. 7.* Ceſſio enim in incorporalibus habet vim traditionis, *Bart. in l. ad eum, num. 3.* & ibi *Imol. ff. de donat. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 7. num. 12. verſ. & ceſſio.* Et ceſſionarius vigore ceſſionis poteſt in incorporalibus experiri interdicto vti poſſidetis, probata poſſeſſione cedentis, *gloſſ. in l. 2. §. idem Nerua. ff. ne quid in loco publico, Natt. conſ. 398. num. 38. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 310. num. 3.* & fuit dictum *in Romana cenſus 4. Martij & 2. Iunij 1611. coram Penia*, vt refertur *in d. Veneta donationis.* 7

Quintus effectus eſt, vt operetur probationem 8 concludentis poſſeſſionis contra conſtituentem, & cauſam ab ipſo habentem, vt per *Ruin. conſ. 46. num. 13. lib. 4. Tiraq. de Iure Conſtituti, part. 3. limit. 1. num. 20. & in princ. num. 2. Rot. deciſ. 549. part. 1. diuerſ.* & fuit dictum *in Bononien. actorum 26. Octob. 1588. coram Cardinale Mant. inter eius deciſiones impreſſ. deciſ. 33. num. 16.* & *in Mediolanen. bonorum de Perris 4. Iunij 1600. coram Cardinale Pamphilio*; & *in Romana pecuniaria 20. Iulij 1614. coram R. P. D. meo Pirouano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 634. num. 3. part. 1. recent.* Vnde appoſita in Inſtrumento vendi- 9 tionis, probat poſſeſſionem venditoris contra emptorem, *Greg. deciſ. 662. num. 1.* probat etiam poſſeſſionem conſtituentis, ad præiudicium ipſiuſmet conſtitutarij, *Rot. apud Cenci. poſt tract. de Cenſ. deciſ. 150. num. 5. part. 1. diuerſ. deciſ. 766. num. 11.* ac fuit dictum *in Romana ſpolij 10. Decembris 1618. coram Cardin. Caualerio*; non tamen probat per ſe ſo- 10 lùm poſſeſſionem conſtituentis contra tertium, *gl. verbo tradita in l. 2. C. de ſeq. poſſ. Tiraq de Conſtit. lim. 1. n. 20. & ſeq. Seraph. deciſ. 32. n. 6. Rot. apud Farinac. deciſ. 768. n. 4. part. 2. recent.*

Sextus effectus eſt, vt operetur acquiſitionem 11 fructuum, ita vt conſtitutario debeantur, niſi aliter

aliter expresè sit conuentum, vt fuit dictum *in Rom. pratorum* 22. *Martij* 1610. *coram R. P. D. Pirouano*, contra *Surd. cons.* 13. *n.* 13. *lib.* 1.

12 Septimus effectus est, vt tribuat facultatem capiendi possessionem absque authoritate Iudicis, vel citatione partis, etiam sine vitio spolij, vt per *Gozad. d. cons.* 42. *num.* 26. *& seq. Ioseph. Ludou. decis.* 29. *sub num.* 6. *vers. quod quidem constitutum, Farinac.*

13 *in praxi crimin. q.* 175. *num.* 275. *cum seqq.* & signanter quod denotet translationem possessionis in donatione, resoluit *Menoch. cons.* 606. *n.* 5.

14 Nam hæc clausula dicitur vnus ex modis fictis, in quibus transfertur possessio, & dominium sine traditione, *gloss. verbo animo, in l.* 3. *ff. de acq. possess. gloss. verbo signum, in cap.* 2. *de consuetudine, Bald. cons.* 482. *num.* 11. *lib.* 2. *Cardin. Tusch. tom.* 2. *litt. C. conclus.* 785. *à princ. Grat. discept. for. c.* 134. *num.* 30. *&* 31.

15 *Amic. de Iure emphyteut. in prælud. num.* 12. & licèt per illam liberetur venditor à traditione iuris, non tamen liberatur à traditione facti, scilicet ab actuali, siue reali possessione, quam tradere tenetur, vt per *Tiraq. de Iure Constituti in princ. num.* 10. *Alex. cons.* 28. *num.* 7. *lib.* 2, *Ruin. cons.* 94. *num.* 1. *lib.* 1. *Card. Tusch. d. conclus.* 785. *n.* 17. *Amic. loco proximè citato.*

16 Octauus effectus est, vt transferat possessionem etiam in hæredes constitutarij, ex resolutis per *Gorn. ad l.* 40. *Tauri, n.* 20. *Menoch. d. concl.* 139. *n.* 30.

17 Nonus effectus est, vt possidens prior per Constitutum, præferatur secundo habenti actualem possessionem, quia possessio est vera, licèt modus sit fictus, vt per *Iaf. & Doctores in l. quoties. C. de rei vend. Mozium de contract. tit. de natura empt. num.* 33. *&* 34. *Vivian. commun. opinion. tom.* 2, *lib.* 7. *tit.* 1, *n.* 67. *Gutier. de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 30. *num.* 5, *Cald. Pereir. de potest. eligendi cap.* 8. *num.* 4. *& de resolut. emphyt. cap.* 10. *num.* 23, *Cardos. in praxi Iud. & Aduoc. verbo emptio, n.* 18.

18 Decimus effectus est, vt operetur quod absque vitio attentatorum possit quis possessionem habitam vigore huius clausulæ continuare, vt per *Paris. cons.* 172. *sub num.* 12. *lib.* 4. *Lancell. de attent. p.* 2. *cap.* 4, *limit.* 1. *num.* 13, *&* 14, *& cap.* 20. *limit.* 9, *num.* 4. vbi hunc effectum declarat non procedere, quando lis esset super validitate, seu inualiditate contractus, in quo erat appositum Constitutum, tunc enim post factam inhibitionem quis sub prætextu d. Constituti non potest sine vitio attentatorum possessionem continuare, prout refert *Farinac. fragment. crim. p.* 2. *litt. I. num.* 329.

19 Vndecimus effectus est, vt operetur quod interdictum Vnde vi competat habenti possessionem vigore huius clausulæ, vt tenent *Tiraq. d. tract. de Iure Constit. p.* 1. *num.* 69. *& p.* 2. *ampl.* 11. *& tract. le mort. p.* 6. *declar.* 4. *num.* 5. *Valasc. consult.* 106, *n.* 11.

20 Vnde spolij remedium competere pro recuperatione possessionis vigore d. Constituti acquisitæ, tradunt *Grat. resp.* 61. *num.* 33. *& seq. part.* 2. *Cucheran. Pedam. decis.* 133. *num.* 7. & fuit dictum *in Auinionen. separationis thori* 1. *Iulij* 1606. *coram Cardin. Marquemontio*; ac proinde constitutarium sua possessione spoliatum, posse intentare remedium recuperandæ possessionis, obseruant *Menoch. cons.* 139. *num.* 22. & *Valasc. d. consult.* 106. *num.* 3.

21 Duodecimus effectus est, vt illius vigore competat contra tertium possessorem condictio ex *l. fin. C. de acquir. possess.* vt per *Afflict. decis.* 139. *num.* 5. *Ozasc. decis.* 35. *num.* 5. *Pacif. de Saluian. interd. Inspect.* 3. *cap.* 2. *n.* 218. *Rot. apud eundem decis.* 300. *n.* 10.

22 Decimustertius effectus est, vt operetur etiam post mortem constituentis, ita vt constitutarius non priuetur sua possessione, vt censuit *Rot. apud Pacific. post tract. de Saluian. interdict. decis.* 170. *n.* 11. vbi *num.* 12. limitat non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa, & postmodum constitutarius neglexit apprehendere possessionem naturalem, tunc enim amisit possessionem, quam priùs habebat.

Decimusquartus effectus est, vt operetur quod 23
creditor possit agere ad bona obligata nulla facta priùs excussione, vt per *Stephan. Grat. discept. forens. tom.* 1. *cap.* 78. *n.* 8. vbi *n.* 9. subdit, hoc procedere etiam vbi res agitur inter duos crediteres.

Decimusquintus effectus est, vt apposita hæc 24
clausula in Instrumento, operetur quod possessori detur mandatum de associando etiam mortuo constituente, vt post *Tiraq.* dictum fuit *in Esina bonorum* 23. *Iunij* 1614, *coram Cardinale Verospio*, impressa per *Farinac. decis.* 694. *n.* 8. *part.* 1. *recent.* vbi hoc tamen limitatur non procedere, quando post mortem constituentis ipsa res fuit ab eius hærede apprehensa, & postmodum constitutarius neglexit apprehendere possessionem naturalem, tunc enim amisit possessionem, quam priùs habebat, vt infrà dicetur.

Decimussextus effectus est, vt non detur man- 25
datum de manutenendo contra illum, cuius nomine se quis constituit possidere, vt per *Steph. Grat. discept. forens. cap.* 113. *n.* 71.

Decimusseptimus effectus est, vt operetur & ha- 26
beat suam vim in emphyteusi, eò quod idem operatur fictio in casu ficto, quod veritas in casu vero; ita resoluunt *Tiraq. d. tract. de Iure Constit. p.* 3. *lim.* 26. *num.* 5. *& 6. Corbul. de Iure emphyt. tit. de cauf. priu. ob alien. irrequisito Domino. ampliat.* 30. *num.* 1. *in fin. Rol. cons.* 51 [illegible] 17. *lib.* 2. *Suar. in thesaur. recept. sent. verbo emphyteusis, num.* 76. *Valasc. de Iure emphyt. q.* 18. *num.* 18. *cum seqq. Card. Tusch. tom.* 3. *litt. E. conclus.* 207. *num.* 82. *Molin. de Iust. tract.* 2. *disput.* 459. *num.* 9. non tamen operari effectum incursionis pœ- 27
næ, nisi aliter facta sit traditio ex benigniori & æquiori, post multos, quos plena manu refert *Cened. ad Decret. collect.* 144. *num.* 10. resoluunt *Corbul. d. tract. de Iure emphyt. tit. de cauf. caducit. ob alienat. ampliat.* 30. *num.* 3. *vers. quin immò per multa, Anton. Gom. l.* 45. *Tauri, num.* 48. *Gam. Lusit. decis.* 116. *num.* 1. *Clar. §. emphyteusis, q.* 13. *num.* 4. *Aloys. Ric. coll.* 55. *in fin. Cald. Pereira de extinct. emphyt. cap.* 5. *num.* 82. *cum seqq. & cap.* 6. *num.* 23. *cum seqq. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 33. *Rebell. de oblig. Iust. p.* 2. *lib.* 13. *q.* 4. *num.* 7. *Amic. de Iur. emphyt. q.* 2. *num.* 3. *cum seqq. Fusar. de substit. quæst.* 718. *n.* 33.

Vnde si emphyteuta donet, vel alienet rem em- 28
phyteuticam per hanc clausulam, deinde eandem rem vendat alteri cum consensu directi Domini, illámque tradat realiter & corporaliter, præferri debet iste inuestitus à Domino directo, vt tenent *Valasc. d. q.* 14. *num.* 16. & *Amic. de Iur. emphyt. q.* 49. *num.* 14.

Limita iam primò, hanc nostram clausulam non 29
operari, nec suffragari quando possessio tempore Constituti erat penes constituentem, vt per *Tiraq. d. tract. de Iure Constit. p.* 3, *lim.* 1. *princ. Hippol. sing.* 521. *Menoch. cons.* 612. *num.* 3. *& cons.* 701. *num.* 76. *Gom. l.* 45. *Tauri, num.* 84. *Ioseph. Ludou. Perus. decis.* 68. *n.* 1. *p.* 2. *Mascard. de prob. concl.* 422. *& concl.* 1189. *n.* 3. *& conclus.* 1211. *num.* 2. *cum seqq. Valasc. d. consult.* 106. *num.* 11. & fuit dictum *in Romana partis domus* 13. *Iunij* 1603, *coram Card. Sacrato*, impressa per *Farinac. decis.* 63. *n.* 5. *p.* 1. *recent.*

Limita secundò, non operari translationem pos- 30
sessionis,

ſeſſionis, quando hæc clauſula appoſita fuerit in cõtractu nullo, & Iure reprobato, vt per *Tiraq. d. tract. de Iur. Conſtit. p. 3. lim. 7. num 16. Menoch. conſ. 465. n. 2. Valaſc. d. conſult. 106. num. 7.* & dictum fuit *in Mediolanen. bonorum 4. Iunij 1600. coram Cardinale Pamphilio*, & *in Romana domus 4. Decembris 1615. coram Vbaldo*, impreſſa per *Far. dec. 644. num. 9. part. 1. recent.* tunc enim eſt neceſſaria actualis traditio, latè *Tiraq. citato loco, lim. 7 num. 1. Aym. conſ. 299. num. 3. Rot. deciſ. 224. n. 1. p. 2. diuerſ.* & fuit dictum *in Mediolanen. donationis 12. Febr. 1599. coram Orano*, vbi quod omnes
31 exceptiones, quæ competunt contra principalem contractum, competunt etiam contra conſtitutum, & quod nullius ſit momenti, & nihil operetur ſi apponatur in contractu nullo, tradunt *Ioſeph. Seſſe Aragonia deciſ. 29. num. 19. Cald. Pereira q. forenſ. conſ. 19. num. 43.* & cenſuit *Rota apud Pacific. poſt tract. de Salu. interd. deciſ. 170. num. 13.* & *apud Cenci. poſt tract. de Cenſ. deciſ. 2503. num. 14.* & *apud Marcheſ. de Comm. p. 3. pag. 227. in vlt. imp.*

32 Limita tertiò, vt nihil operetur ſi apponatur in contractu, de cuius validitate diſputatur, quia interim, nec hoc caſu ſuum effectum operari poteſt, imò ſuſpenſa remanet, vt fuit reſolutum *in Placentina Caſtri 4. Iulij 1601. coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Millino.*

33 Limita quartò, vt nõ operetur in caſu conditionali cõditione non purificata, vt fuit dictum *in Romana retractus Palatij admontem Iordanũ 19. Nouembris 1604. coram Cardinale Pamphilio*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. pag. 1096. num. 6.*

34 Limita quintò, nihil operari in contractu alienationis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, niſi data validitate ipſius alienationis, quæ non poteſt eſſe, niſi facta fuerit pro exoluendis debitis, aut legatis, factis à teſtatore, vt *in l. fin. §. ſin autem, & in auth. res quæ. Cod. commun. de legat.* & fuit dictum *in Sutrina bonorum 23. Octobris 1595. coram Card. Pamphilio.*

35 Limita ſextò, non operari ſuum effectum tranſlationis poſſeſſionis appoſita in alienatione rei incertæ per verbum numerale, vt per *Tiraq. de Iure Conſtituti, p. 3. lim. 19. Gam. Luſit. deciſ. 55. per tot. Brun. à Sole in locis com. verbo clauſula, nu[illegible]. 10. Menoch. conſ. 222. num. 50.*

36 Limita ſeptimò, vt non operetur ſtante ſtatuto veram ac corporalem requirente traditionem, vt
37 per *Stephan. Grat. March. deciſ. 238. dub. 2.* quem refert *Aloyſ. Ricc. d. collect. 55. poſt princ.* ſi verò ſtatutum ſimpliciter loquatur de poſſeſſione, habere locum in poſſeſſione tranſlata per Conſtitutum, tenẽt *Petr. de fideicom. q. 8. num. 28. Fuſar. de ſubſtit. q. 718. num. 32.*

38 Limita octauò, vt non transferat poſſeſſionem in abſentem, ex notatis per *Tiraq. d. tract. de Iure Conſtit. part. 3. limit. 30. num. 52. cum ſeqq. Gam. Luſit. deciſ. 383. num. 2. Valaſc. conſult. 55. num. 3.*

39 Limita nonò, non extendi ad futura, vt per *Vrſil. ad Afflict. deciſ. 139. num. 5.* & *6. Tiraq. d. tract. de Iure Conſtitut. part. 2. ampliat. 32. Menoch. conſ. 122. n. 36.* & *num. 55.*

40 Limita decimò, nihil operari in contractu cenſus, in quo eſt inepta, vt per *Nauar. de vſur. num. 132.* & *Stephan. Gratian. March. deciſ. 20. num. 8. Cenci. de Cenſ. part. 2. c. 2. quæſt. 5. art. 9. num. 25.*

41 Durat autem virtus huius clauſulæ ſpatio triginta annorum etiam in tertij præiudicium, *Afflict. deciſ. 139. in fin. Cremen. ſing. 62. Hippol. ſing. 158. Menoch. remed. 14. recup. num. 70. Theſaur. Pedam. deciſ. 215. num. 61.* quod tamen intellige verum quoad effectum agendi hypothecaria, quæ ſpatio decem annorum præſcribitur, *l. pact. 2. C. ſi aduerſ. cred.* ſed remedio *l. fin. C. de acquirenda poſſeſſ. Rot. in Romana Saluiani 22. Iunij 1616. coram Vbaldo*, de cuius tamen articuli veritate vide *Tiraq. de Iure Conſtituti, part. 3. limit. 21. Anton. Fabr. in ſuo Codice, ſub tit. de acquirend. poſſeſſ. definit. 10. Aloyſ. Ric. d. collect. 449. limit. 1. Menoch. d. conſ. 139. num. 7.* & *28. Rot. in Romana pecuniaria 20. Iunij 1614. coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 634. num. 5. cum ſeqq. part. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Conſueta apponi de ſtylo Curiæ, cenſentur appoſita, ac ſubintelliguntur, quamuis non apponantur.*

2 *Conſuetudo apponendi aliquam clauſulam, ſi generalis ſit, probatione non indiget.*

3 *Conſuetudini nunquam derogatum cenſetur, niſi id ſpecialiter dicatur.*

4 *Notarius præſumitur rogatus apponere in Inſtrumento omnes clauſulas conſuetas, niſi partes hanc conſuetudinem ignorauerint.*

5 *Conſueta quamuis omittantur, nunquam cenſentur omiſſa, imò habentur pro expreſſis.*

6 *Conſueta clauſula cenſetur potiùs appoſita in Inſtrumento, quàm inſolita.*

7 *Subſtantialia, & ea, quæ ſunt facti, licèt conſueta ſint exprimi, non ſubintelliguntur, ſi non exprimantur.*

8 *Conſueta clauſula cenſetur de ſtylo appoſita, quando conſueuit communiter, & vt plurimùm, non autem rarò apponi.*

9 *Latinitas falſa vbi in reſcripto ſequeretur, clauſula conſueta non cenſetur de ſtylo appoſita.*

Conſueta.

CLAVSVLA XXXII.

CLauſulam conſuetam apponi de ſtylo Curiæ, 1
cenſeri appoſitam, ac ſubintelligi, quamuis non apponatur, obſeruant *Abb. in c. cum M. Ferrarienſ. num. 50. de conſtit.* vbi *Felin. in 6. Rip. num. 29. & ſeq.* & *Dec. num. 6. & 7. Molin. de primog. lib. 4. cap. 7. num. 3. Matien. l. 8. gloſ. 14. num. 11. lib. 5. noua Recopil. Seraphin. de Priuileg. iuram. priuil. 22. num. 93. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 4. gloſ. 34. Surd. conſ. 223. num. 9. Valaſc. de partit. cap. 6. num. 45. & conſultat. 146. num. 6. in fin. & num. 15. Cald. Pereira de poteſt. eligendi, cap. 6. num. 3. Card. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 2. tit. 9. num. 10. & lib. 3. tit. 9. num. 33. Sanch. de Matrimon. lib. 8. diſput. 25. num. 19. Cardoſ. in praxi Iudicum, verbo clauſula, n. 31. Farin. in praxi crim. p. 6. tit. de falſitate & ſimulat. q. 157. n. 39. Fr. Anton. à Souſa in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ. cap. 23. diſp. 99. n. 7. Monet. de commut. vltimar. volunt. cap. 7. num. 62.* vbi 2
num. 65. ait talem conſuetudinem apponendi aliquam clauſulam, ſi generalis ſit, probatione non egere; & *num. 66.* cum *Decio d. num. 7.* reſoluit huic 3
conſuetudini nunquam derogatum videri, niſi id ſpecialiter dicatur.

4 Vnde Notarius præsumitur rogatus apponere in Instrumẽto omnes clausulas consuetas, vt per *Gabr. com. lib. 6. tit. de consuetud. conclus. 3. Matien. d. glos. 14. num. 11. Bertaz. d. glos. 34. Card. Mantic. d. lib. 2. tit. 9. num. 10. Flor. de Mena var. lib. 1. q. 11. n. 6. Monet. d. cap. 7. num. 63.* etiam de expressa voluntate partiũ, ex *Molin. d. lib. 4. cap. 2. num. 51. Guttier. in repet. authen. Sacramenta puberum, num. 102. C. si aduersus vendit. Brunor. à Sole in locis communib. verbo clausula, n. 55.* nisi partes hanc consuetudinem ignorauerint, *Menoch. cons. 37. num. 77.*

5 Consueta enim quamuis omittatur, nunquam censetur omissa, *Valasc. d. cap. 6. num. 43. & d. consult. 193. num. 3.* imò habetur pro expressa, *Afflict. decis. 265. num. 85. Grammat. decis. 62. num. 20. Rot. decis.* 6 *207. p. 2. diuers. Marta p. 4. clausul. 13.* & præsumitur potiùs apposita in Instrumento, quàm insolita, ex *Mascard. de probat. concl. 299. num. 3.*

7 Limita tunc primò, vt substantialia, & ea, quæ sunt facti, licèt consueta sint exprimi, non tamen subintelligantur si non exprimantur, vt per *Gabr. d. concl. 3. num. 27. & seqq. Mascard. d. conclus. 299. num. 12. & Monet. d. cap. 7. num. 67.*

8 Limita secundò, vt procedat quoad eam clausulam, quæ consueuit communiter, & vt plurimùm, non autem raro apponi, vt per *Gabr. d. concl. 3. num. 29. Mascard. d. concl. 299. num. 14. Monet. d. cap. 7. num. 68.*

9 Limita tertiò, vbi falsa Latinitas in rescripto sequeretur, vt per *Roman. cons. 377. in cap. omnipotentis, alias quæstio est nunquid, in fin. Dec. in cap. cum M. num. 7. ad fin. Monet. d. num. 68. in med.* quicquid dicant *Rip. in d. c. cum M. & Gabr. d. concl. 3. num. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Contradicentes de iure non comprehẽdit clausula,* Contradictores, &c. *sed solum refertur ad contradicentes de facto.*

3 *Contradictor de iure, non autem de facto dicitur, qui agit coram Iudice.*

4 *Exequutores virtute clausulæ,* Contradictores, &c. *possunt excommunicare contradicentes sine causa de facto.*

5 *Iudicialiter procedendi concessa facultas dicitur per clausulam,* Contradictores, &c.

6 *Appellatio postea interposita, vt non faciat quid censeri attentatum, operatur clausula,* Contradictores, &c.

7 *Iudex non obstante appellatione potest deuenire ad executionem absque vitio nullitatis attẽtatorum, stante clausula,* Contradictores, &c.

8 *Clausula,* Contradictores, &c. *operatur vt contra tertios etiam procedi possit.*

9 *Deligata Iurisdictio extenditur ad extraneos illam impedientes.*

10 *Delegatus virtute clausulæ,* Contradictores, &c. *non potest alia pœna punire, quàm per viam excommunicationis, vel interdicti.*

Contradictores appellatione postposita compescendo.

CLAVSVLA XXXIII.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Martam de clausulis, p. 1. clausul. 21. in vlt. impress. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 391. cum seqq. Marches. de Commiss. p. 1. cap. 5. à num. 191. pag. 214. in vlt. impress. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 320.* 1

appellationis ab articulo grauaminis cum toto negotio principali, acceſſoriè venire negotium, ita vt deſerta appellatione reuertatur negotium ad primum Iudicem, ſecus ſi æquè principaliter committitur appellatio à grauamine, & negotio principali, quia vtrumque principaliter cenſetur commiſſum; ita *Ruin. conſ.* 114. incip. *Pro reſponſ. lib.* 4. quem refert *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. litt. D. concluſ. 258. num.* 6.

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.

2 Decretum irritans annullat omnia, quæ in contrarium fiunt.

3 Actus contra decretum irritans factus est nullus ipso Iure, etiam parte non opponente.

4 Nullitatem actus ab initio operatur decretum irritans.

5 Gesta retrò inficit decretum irritans, quandocunque de eo opponatur.

6 Actum ante decreti irritantis interpositionem plenè perfectum, non irritat ipsummet decretum.

7 Ignorantes ligat decretum irritans.

8 Scientia præsumpta non solùm non sufficit, verùm etiam nec probabilis, ac iusta ignorantia excusat, quia decretum irritans ligat ignorantes.

9 Decretum irritans operatur effectum suum à die datæ, etiam ante scientiam priuilegiati, vel prouisi, seu Constitutionis publicationem.

10 Decretum irritans ligat etiam Papam, nisi faciat contra illud Motu proprio, vel cum clausula ipsius derogatoria.

11 Executorem Apostolicum ligat etiam decretum irritans.

12 Ignorantes ligat decretum irritans, siue iustè, siue iniustè, aut etiam causa non cognita emanauerit.

13 Ignorantes non ligat decretum irritans respectu aliarum pœnarum, vltra nullitatem actus.

14 Decretum irritans ab inferiore, etiam legato Papæ positum non ligat ignorantes etiam quoad nullitatem actus.

15 Possessionis captæ ab ignorante contra decretum irritans, non est faciendamentio ab impetrante.

16 Ignorantes non ligat decretum irritans, quando est super incerto corpore beneficij, & non est adiectum tempus.

17 Decretum irritans tunc ligat ignorantes, quando dispositio, cui adijcitur, est certa, & determinata, secus si dubia.

18 Reseruationibus beneficiorum, atque etiam affectionibus appositum decretum irritans non solum inficit titulum, sed etiam possessionem.

19 Intellige quando intrat Constitutio, cui adhæret tanquam accessorium.

20 Priuilegus decretum irritans appositum tanquam accessorium, non operatur effectum, nisi postquam cognitum fuit priuilegia intrare.

21 Decretum irritans appositum in Constit. Gregorij XIII. de modo publicandi resignationes, non intrat interim dum non fuerit doctum de publicatione.

22 Amplia siue reseruatio sit generalis, siue specialis.

23 Possessionem inficit decretum irritans, de quo in cap. fin. vt lite pendente, lib. 6.

24 Possessionem, aut titulum an inficiat decretum irritans in alijs casibus præterquàm in beneficijs reseruatis, & litigiosis.

25 Decretum irritans etiam ante factam iustificationem narratorum, non tollit detentionem, seu insistentiam facti.

26 Dominium inficit decretum irritans.

27 Possessionem facti simplicis & nudi, non inficit decretum irritans.

28 Possessionem non inficit decretum irritans, quando non est appositum super certo corpore beneficij.

29 Decretum irritans inficit possessionem, & titulum, literis tamen in quibus illud insertum est, iustificatis, & non aliter.

30 Possessor anterior quando continuauit in vnaquaque possessione, etiam non inficit decretum irritans.

31 Decretum irritans non inficit possessionem & titulum, quando Papa concedens noluit concedere, nisi verificatis verbis.

32 Formam inducit decretum irritans, qua non seruata actus ipso Iure corruit.

33 Dispositioni, cui adiectum est decretum irritans, an possit pars renunciare, ostenditur.

34 Præscriptionem tollit decretum irritans.

35 Consuetudinem nedum in præteritum, sed etiam in futurum tollit decretum irritans.

36 Sententiæ vires tollit, eiusque executionem impedit decretum irritans.

37 Decretum irritans appositum in gratia, operatur etiam ante præsentationem literarum.

38 Possessorio dimisso, potest pronunciari in petitorio stante decreto irritanti.

39 Decernentes irritum, &c.
40 Aliter non valeat, &c.
41 Nullius sit momenti, &c.
42 Nullius roboris sit, &c.
43 Nullatenus, &c.
44 Alioquin, &c.
45 Nullo modo, &c.
} Decretum irritans importat

46 Lex vbi aliquid prohibet simpliciter, intelligitur apponere clausulam annullatiuam, si contrà fiat.

47 Decretum irritans non ampliat dispositionem principalem, sed tanquam accessorium illius naturam sequitur.

48 Decretum irritans appositum in gratia Papæ concurrente cum collatione Ordinarij sub eadem die, nihil operatur quando prouisus ab Ordinario habet possessionem, in

terminis cap. ſi à Sede, de præben. in 6.

49 *Decretum irritans non operatur, quando eſt interpoſitum ex falſa cauſa.*

50 *Decretum irritans appoſitum in fauorem vnius, non operatur in fauorem alterius.*

51 *Decretum irritans appoſitum in gratia de aliquo beneficio obtenta, vti de reſeruato, non afficit manus Ordinarij, ſi non ſit reſeruatum.*

52 *Decretum irritans nihil operatur ad hoc, vt expreſſo vno modo vacandi veniat alius non expreſſus.*

53 *Subreptitium decretum irritans dicitur appoſitum in gratia ſubreptitia.*

54 *Gratia principali non ſubſiſtente, cui cohæret decretum irritans, & ipſum decretum deficit.*

55 *Conditionali diſpoſitioni adiectum decretum irritans, etiam ipſum conditionale redditur, & ſuſpenditur eius effectus in euentum conditionis.*

Decretum irritans.

CLAVSVLA XL.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mandoſ. ad reg. 7. Cancel. q. 4. Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. p. 4. collect. 1302. Anton. Gabr. communium lib. 6. tit. de clauſulis, concl. 3. VVames conſ. 256. à n. 14. vol. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. vlt. num. 11. cum ſeqq. Nicol. Garciam de benef. p. 5. cap. 1. §. 9. Cald. Pereir. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 6. num. 29. cum ſeq. Ioan. Cochier ad preces primarias Imperatoris, in §. 2. ſectionis 5. ſuper verb. Irritum ac inane, pag. 107. Sigiſmun. à Bononia de elect. dub. 3. num. 6. Monet. de commutat. vlt. volunt. cap. 7. num. 230. cum ſeq. Mart. de clauſulis, p. 1. clauſ. 191. alias 255. Rot. deciſ. 41. num. 9. part. 1. recent. & deciſ. 516. n. 4. & deciſ. 570. num. 6. & 7. & deciſ. 613. num. 3. & deciſ. 652. num. 3. & deciſ. 752. num. 6. p. 2. etiam recent.*

2 Primus effectus huius clauſulæ decreti irritantis eſt, vt irritet, ſeu annullet omnia, quæ in contrarium fiunt, *cap. ſi eo tempore, de elect. lib. 6. cap. 1. verſ. adijcebatur, de conceſſ. prabend. eodem lib. Caſſad. deciſ. 1. num. 7. de reſtit. ſpoliat. & deciſ. 12. num. 6. ſuper regul. Gom. ſuper reg. de triennali, q. 49. verſ. nam decretum, & in reg. de annali, quæſt. 4. verſ. nam decretum, Cou. practic. cap. 9. num. 7. Anton. Gabr. commun. lib. 6. tit. de clauſulis, concluſ. 3. num. 56. & 57. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 67. à num. 12. Salas de legib. q. 96. tract. 14. dub. 16. ſect. 8. ſub num. 27. poſt princip. verſ. addito autem, Flamin. de reſig. benef. lib. 4. quæſt. 9. n. 29. Mart. d. clauſ. 191. num. 6. Menoch. conſ. 83. num. 7. & conſ. 322. num. 40. Aloyſ. Ric. in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. part. 2. deciſ. 75. num. 3. Ferrer. in Conſtit. Cathalonia, gloſſ. 1. num. 151. Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 38. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 283. num. 3. & cap. 574. num. 5. & 9. & cap. 791. num. 13. Nicol. Garc. de benefic. p. 5. cap. 1. à num. 27. Monet. de commutat. vlt. volunt. cap. 7. n. 230. Farinac. fragment. crimin. p. 2. litt. L. n. 97.*

3 Amplia hunc primum effectum, vt actus contra decretum irritans factus ſit nullus ipſo Iure, etiam parte non opponente, *Gabr. d. concluſ. 3. n. 57. Mart. d. clauſ. 191. num. 6. aliàs clauſ. 255. in vltim. impreſſ. Monet. d. num. 130. prope finem, Gomez in tract. de gratijs expect. num. 18. & 19. Burſat. conſ. 82. num. 21. vol. 1.* Deſtruit enim & inficit ipſo Iure omnia contra aliquem attentata, ad not. per *Cald. Pereir. d. quæſt. 6. num. 29.* ita vt omnia facta contra decretum habeantur pro infectis, *Gabr. d. concluſ. 3. num. 56. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. litt. D. concluſ. 115.* Intellige, vt operetur nullitatem actus ab 4 initio illius, cùm dicatur habere oculos retrò, *Sarnen. ſuper reg. de annali, quæſt. 5. in fin. Caſſad. ſuper reg. deciſ. 12. num. 4. & 5. Rot. in Ipporigien. Canonicatus 17. Iunij 1605. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 142. num. 4. p. 2. recent.* & retrò geſta inficit, quandocunque de 5 eo opponatur, *Gemin. in cap. ſtatutum, ſub num. 12. prope finem, de priuil. in 6. Gabr. d. concluſ. 3. num. 52. in 9. effectu, Rot. in Meten. Monaſterij 5. Iulij 1621. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano.* Etiamſi partes millies conſentiant, *Menoch. conſ. 398. n. 48.* de quo infrà latiùs.

Limita tamen hunc effectum, vt ſcilicet decre- 6 tum irritans non infirmet actum ante illius interpoſitionem plenè perfectum, vt per *Franch. in d. cap. ſi eo tempore, not. 2. Gabr. d. concluſ. 3. num. 78. Petr. Henriq. conſ. 75. n. 22. Monet. d. cap. 7. num. 230. verſ. limitatur.*

Secundus effectus eſt, quia decretum irritans 7 ligat etiam ignorantes, non ſolùm ſi adſint ea verba, *vel ignoranter contigerit attentari*, vt in caſu *d. cap. ſi eo tempore*, verùm etiam ſi non adſint, vt probat *text. in cap. ſi poſtquam, & in cap. dudum, & in cap. ſi beneficia, de præben. lib. 6.* obſeruant *Felin. in cap. caterùm, num. 37. de reſcript. Caſſad. deciſ. 12. num. 5. ſuper reg. Gabr. d. concl. 3. num. 2. Conarr. in cap. alma mater, p. 1. §. 10. num. 8. & ſeq. Simon. de reſeruat. benefic. quæſt. 96. Bonacoſ. comm. opinionum lib. 1. tit. 18. num. 5. Flamin. d. lib. 5. quæſt. 6. num. 210. cum ſeq. & lib. 11. quæſt. 4. num. 44. & quæſt. 13. n. 86. Franciſ. Gallet. in margarita caſuum Conſcient. verbo clauſula, Frat. Emman. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 73. art. 2. Eraſ. à Cochier de Iuriſd. Ordin. in exemptos, lib. 2. quæſt. 5. num. 16. & quæſt. 15. num. 3. Farinac. fragment. crimin. part. 1. litt. C. num. 672. Ceual. comm. contra communes, q. 903. num. 13. Mart. d. clauſula 191. num. 12. & de Iuriſd. part. 4. cent. 1. caſu 94. num. 32. Mantic. deciſ. 76. num. 4. & 5. Sigiſmund. à Bononia de elect. dub. 3. num. 6. Cald. Pereira quæſt. forenſ. libro 1. quæſt. 6. num. 30. Monet. d. cap. 7. num. 231. Rot. in Dertuſen. parochialis de Sorita 12. Februarij 1593. coram Penia, & deciſ. 578. num. 3. p. 1. diuerſ.*

Amplia primò, vt non ſolùm ſufficiat præſump- 8 ta ſcientia, verùm etiam probabilis ac iuſta ignorantia non excuſet, *cap. ſi beneficia, de præben. in 6. Biſig. deciſ. 1. num. 6. verſ. & eſto, de reſtitut. ſpoliat. Put. deciſ. 387. lib. 3. Rot. in Verdunen. parochialis 13. Ianuarij 1586. coram Gipſio*; ſtatim enim operatur 9 effectum ſuum decretum huiuſmodi à die datæ, etiam ante ſcientiam ipſius priuilegiati ſeu prouiſi, & etiam ante conſtitutionis publicationem, quæ non requiritur ad huiuſmodi effectum, per ea quæ poſt *Innoc.* & *Hoſtien.* tradunt *Ioannes Andr. in cap. 1. num. 3. verſ. dicit Innoc.* vbi *Anan. num. 6. verſ. quoad primum, de conceſſ. præben. Gabr. d. concl. 3. n. 45. & tit. de legibus, concluſ. 4. num 9. Monet. d. c. 7. n. 246. Rot. in Papien. deuolutionis bonorum 16. Ianuarij 1598. coram Card. Pamphilio.*

Amplia ſecundò etiam quoad Papam, niſi fa- 10 ciat contra decretum Motu proprio, vel ad inſtantiam partis ex certa ſcientia, cum clauſula de-

rogatoria ipsius decreti, prout aliis relatis tradit *Gabr. d. concluſ. 3. num. 4. & 5.* quem refert, & ſequitur *Monet. d. cap. 7, num. 232, Put. deciſ. 138. lib. 2. in correctis*, licèt non adſint verba ea, *etiamſi per nos, &c.* vt poſt *Caſſad. deciſ. 5. de conceſſ. præben.* & *Pariſ. conſ. 37. vol. 4.* obſeruat *Gabr. d. concluſ. 3. n. 74.* quicquid dicant *Marta d. clauſ. 191. aliàs 255. n. 1. cum ſeqq. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 67. num. 24. Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 1. à num. 19. vſque ad 30. Menoch. conſ. 83, num. 23. Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1596.*

11 Amplia tertiò, vt hic ſecundus effectus locum habeat etiam quoad executorem Apoſtolicum, vt ex *Gemin. per illum ſext. in c. quodam, notab. 4.* & ibi *Anchar. not. 3.* & *Franch, not. 2. de præben. lib. 6.* reſoluunt *Gabr. d. concl. 3. num. 3. Monet. d. cap. 7. ante num. 232.*

12 Amplia quartò, vt procedat, ſiue decretum emanauerit Motu proprio, ſiue ad inſtantiam partis, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, atque etiam ſiue cauſa non cognita, vt poſt alios tradunt *Gabr. d. concluſ. 3. num. 7. Monet. d. cap. 7. n. 233.*

13 Limita nunc primò hunc ſecundum effectum, vt reſpectu aliarum pœnarum decretum irritans non liget ignorantes, vt per *gloſſ. verb. ex nunc, in cap. nolentes, de hæret. lib. 6. Felin. in cap. caterum 3. col. 14. verſ. ſecunda reſtrictio, num. 19. de reſcript. Mareſcot. var. reſolut. lib. 2. cap. 39. num. 1. & 13. Sanch. de Matrim. lib. 3. diſput. 17. num. 10. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 631. num. 14. Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 19. Gabr. d. concl. 3. num. 8, Monet. d. cap. 7. num. 234. Sigiſmund. de Bononia d. dub. 3. num. 7. Put. deciſ. 274. num. 2. in fin. lib. 1. in correctis*; vbi etiam dicitur, quod licèt decretum irritans afficiat ignorantes, non tamen afficit ante publicationem, vel ante conditionis euentum.

14 Limita ſecundò, quod hoc decretum ab inferiori tamen, etiam legato Papæ poſitum non ligat ignorantes etiam quoad nullitatem actus, prout obſeruant *Mandoſ. in tract. de inhibit. quæſt. 36. num. 4. & 5. Leonel. de ſubrept. reſcript. q. 3. art. 4, in fin. fol. 13. col. 4. Gabr. d. concluſ. 3. num. 9. & 11.* licèt *num. 12.* multos quoque recenſeat contrarium in hoc ſentientes, *Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 21.* ex *Caſſad. Mart. vbi ſup. num. 12. Caputaq. deciſ. 1. in fin. p. 2. Eraſm. à Cochier de Iuriſd. Ordin. in exemptos, lib. 2. q. 5. n. 16. Monet. d. cap. 7. n. 235.*

15 Limita tertiò, vt poſſeſſionis captæ ab ignorante contra decretum irritans, facienda non ſit mentio ab impetrante, licèt ſecus ſit in ſciente, vt poſt alios limitat *Gab. d. concl. 3. num. 13.* quem refert *Monet. d. cap. 7. n. 236.*

16 Limita quartò, vt decretum irritans non liget ignorantes, quando eſt ſuper incerto corpore beneficij, & non eſt adiectum tempus, vt per *Gabr. d. concluſ. 3. n. 14. Monet. d. c. 7. num. 237. Rot. deciſ. 56. lib. 2. p. 3. diuerſ. & deciſ. 423. num. 5. in princ. apud Farinac. p. 2. recent.* Idem in reſeruatione tradit *Gabr. d. loco, num. 15.* & in manus appoſitione facta à Papa, *num. 16.* & in decreto appoſito in alternatiua Epiſcopi, *num. 17.* licèt quoad hæc duo vltima contrarium contendat *Hier. Gonzal. d. gloſſ. 67. à n. 29.*

17 Nam decretum irritans tunc demum ligat ignorantes, quando diſpoſitio, cui adiicitur, eſt certa, & determinata, ſecus ſi dubia, *Rot. deciſ. 608. num. 13. p. 2. recent.*

18 Tertius effectus eſt decreti irritantis, vt appoſitum reſeruationibus beneficiorum tam vigore regulæ 8. de menſibus Apoſtolicis, quàm aliis, non ſolùm inficiat titulum, ſed etiam poſſeſſionem, vt per *Caſſad. deciſ. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & deciſ. 1. ſub num. 7. de reſtit. ſpoliat. Simon. de reſeruat. q. 40. in princ. Sarnen. in reg. de triennali, q. 49. num. 3. Gabr. d. tit. de clauſul. concl. 3. num. 56. Flamin. d. q. 9. num. 30. Mart. d. clauſ. 191. alias 255. num. 8. Put. deciſ. 48. n. 3. & deciſ. 94. num. 2. & 4. & deciſ. 386. p. 1. in correctis, Aloyſ. Ric. in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. p. 2. deciſ. 75. num. 4. Ægid. deciſ. 533. Sarnen. ſuper reg. de annali, q. 23. num. 4. & de triennali q. 49. num. 3. Anton. Fab. in Codic. lib. 1. art. 2. definit. 21. Ioan. à Cochier in reg. 1. Cancell. num. 20. Verall. deciſ. 15. num. 1. p. 3. Monet. d. cap. 7. num. 238. Rot. deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat. in nouis, & in Merden. Canonicatus 7. Maij 1593. coram Cardin. Pamphilio, & in Beneuentan. beneficiorum 14. Decembris 1601. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano, & in Ipporigien. Canonicatus & prebenda 17. Iunij 1605. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo,* impreſſa per *Farinac. deciſ. 142. num. 4. p. 2. recent.* & *in Caſſalen. Canonicatus 24. Aprilis 1613. coram Ortembergo*; & *in Baren. ſeu nullius Archipreſbyteratus 18. Martij 1613. coram Card. Sacrato*, & *in alia ciuitatis Caſtelli parochialis 2. Iunij 1614. coram D. Dunozetto,* impreſſa per *Farin. deciſ. 613. num. 7. p. 1. recent.* & *in Cæſarauguſtana præeminentiarum 10. Nouembris 1623. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, & *in Meten. Monaſterij 5. Iulij 1621. coram eodem*, & *in Dertuſen. Vicaria 22. Aprilis 1624. coram R. P. D. meo Merlino*, & *in Barchinonen. Vicaria 9. Decembris 1626. coram bon. mem. Buratto.*

Amplia primò, & intellige huiuſmodi decretum 19
irritans inficere titulum, & poſſeſſionem, quando intrat Conſtitutio, cui adhæret, tanquam acceſſorium, vt per *Gemin.* & *Franc. in cap. præſenti, in princ. de offic. deleg. lib. 6. Rot. in Vmbriaticen. parochialis 1. Iulij 1613. coram Cardin. Sacrato*, & *in Caſtren. beneficij 27. Iunij 1614. coram Illuſtriſſimo Cardin. Veroſpio,* impreſſa per *Farin. deciſ. 652. n. 3. p. 1. recent.* vbi etiam fuit dictum, decretum irritans non operari niſi clarè pateat beneficium ſub reg. 8. comprehendi. Vnde 20
etiam *in vna Tiraſſonen. decimarum 17. Iunij 1611. coram R. P. D. meo Pirouano,* impreſſa per *Farinac. deciſ. 341. num. 3. p. 1. recent.* fuit dictum, hanc clauſulam in priuilegiis tanquam acceſſorium non operari effectum, niſi poſtquam cognita fuerint priuilegia intrare: & *in alia Acerrana Canonicatus 1. Iulij 1613. coram Illuſtriſſimo Domino Patriarcha Manzanedo,* impreſſa etiam apud *Farin. deciſ. 516. num. 4. p. 1. recent.* fuit pariter dictum, decretum irritans appoſitum in 21
Conſtitit. Gregor. XIII. de modo & forma publicandi reſignationes, non intrare interim dum non fuerit doctum de publicatione; & ſic quod intret diſtincta Conſtitutio, nihil operari, & non impedire manutentionem, & *citat. deciſ. 122. lib. 2. p. 3. diuerſ.* & demum *Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 39.* cum liis à ſe relatis declarat, hunc tertium effectum procedere, quando conſtat de tali reſeruatione, affectione, vel lite, vt obſeruat *Monet. d. cap. 7. num. 240.* Et quod decretum irritans tunc inficiat poſſeſſionem, quando certum eſt illud intrare, & quod, donec dubium eſt, an intret, vel non, interim poſſeſſor ſit manutenendus ratione ſaltem ſuæ detentationis, tenent *Lancellot. de attent. p. 3. cap. 24. q. 1. num. 80. Seraphin. deciſ. 1471. num. 5. & 7.* & fuit reſolutum *in Salernitana præben. 10. Nouembris 1617. coram D. Vbaldo Seniori*, & *in Ananigna beneficij 15. Martij 1627. coram D. Vbaldo Iuniori.*

Amplia ſecundò, ſiue reſeruatio ſit generalis, ſiue 22
ſpecialis; ita ex *Caſſad. deciſ. 1. num. 1. de cauſa poſſeſſ. & prop.* ac *Mandoſ. ad Lapum alleg. 127. ſub litt. B. in fin.* & *in proœm. reg. Cancell. q. 2. num. 2.* tradunt

Gonzal.

Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 36. & Monet. d. cap. 7. num. 239. in fine.

23 Amplia tertiò, vt etiam decretum irritans, de quo in *cap. fin. vt lite pendente, lib. 6.* contra prouidentes de beneficiis litigioſis, inficiat poſſeſſionem, vt ex *Rota deciſ. 17. num. 1. & 2. de reſtit. ſpoliat. in antiq.* ac *Lancellot. de attent. p. 1. cap. 3. num. 111.* notant *Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 37. & 38. & Monet.*

24 *d. cap. 7. num. 240. in princ.* An autem decretum irritans inficiat poſſeſſionem, aut titulum in aliis caſibus, præterquàm in beneficiis reſeruatis ac litigioſis? vide *Achil. de Graſſis deciſ. 8. num. 4. de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ. 27. lib. 2. & deciſ. 180. num. 2. lib. 3. Gonzal. d. gloſſ. 67. à num. 4. vſque ad 49. Nicol. Garc. d. cap. 1. à n. 412. vſque ad 437. Monet. d. c. 7. n. 240. prope finem.*

25 Amplia quartò, & declara, vt ſupradictum decretum etiam ante factam iuſtificationem narratorum, non tollat detentionem, ſeu inſiſtentiam facti, vt per *Lancellot. de attent. p. 3. cap. 24. tit. de reo, q. 1. num. 77.* & fuit reſolutum *in Parmen. Prioratus 16. Ianuarij, & 26. Februarij 1598. coram bonæ memoriæ Orano, & in Cuſentina Capellaniæ 26. Octobris 1602. coram Illuſtriſſimo Domino meo D. Cardin. Millino, & in Meliten. parochialis 27. Iunij 1603. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano, & in Tudertina Aſſignæ 18. Iunij 1607. coram eodem, & in Rauennaten. notariatus 11. Iulij 1615. coram Buratto*, impreſſa per *Farin. deciſ. 752. n. 6. p. 2. recent.*

26 Amplia quintò, vt non ſolùm titulum, & poſſeſſionem inficiat, ſed etiam dominium, & omnes affectus ex illis reſultantes, vt per *Sarnen. ſuper reg. de triennali, q. 49. prope princip. verſ. nam decretum irritans, Gabr. d. concluſ. 3. num. 50. Put. deciſ. 50. in fin. lib. 1. & deciſ. 197. num. 3. lib. 3. Rot. deciſ. 89. num. 4. p. 2. diuerſ. & in vna Interamnen. Caſtri Pediſlucci 12. Februarij 1601. coram R. P. D. Creſcentio A. C. Clerico*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 41. num. 9. p. 1. recent.* vbi fuit dictum, decretum irritans afficere & deſtruere omnia, & operari nullitatem ab initio, ita vt nec effectum, nec Iuris fomentum, nec executionem habeat.

27 Limita primò, procedere tantùm in poſſeſſione iuris, non autem facti ſimplicis, & nudi, vt per *Alex. in l. 1. num. 11. & ſeq. ff. de acquir. poſſeſſ.* & fuit dictum *in Lucien. beneficiorum 4. Iunij 1607. coram Card. Caualerio.*

28 Limita ſecundò, non inficere poſſeſſionem, quando non eſt ſuper certo corpore beneficij, *Caſſad. deciſ. 1. num. 1. de reſtit. ſpoliat. Put. deciſ. 48. num. 2. & deciſ. 94. num. 2. lib. 1. & deciſ. 26. num. 1. lib. 3. in correctis*, & fuit dictum *in Mediolanen. beneficij 10. Martij 1614. coram Martino Andrea*, impreſſa per *Farin. deciſ. 525. num. 6.* quicquid dicant *Anaſt. Germon. de indultis Cardin. §. volentes, n. 30. & 31. Gonzal. d. gloſſ. 67. n. 32. & Monet. d. c. 7. n. 239.*

29 Limita tertiò, id ſolùm locum habere, literis in quibus iſta clauſula inſerta eſt, iuſtificatis, & non antea; nam reus poſſeſſor poteſt illi ſe opponere, dicens contra prouiſum quoad ſe, *liberas ædes habeo*, iuxta *text. in l. fin. C. de rei vendic. Rot. deciſ. 6. de reiud. in antiq. & deciſ. 4. eodem tit. in nouis, & in illa Liuen. ſupra allegata, & in d. Tudertina, & in Leodien. Canonicatus 22. Aprilis 1611. coram R. P. D. meo Pirouano.*

30 Limita quartò, id locum non habere quando anterior poſſeſſor continuauit in vnaquaque poſſeſſione, vt fuit dictum *in Anconitana S. Primiani 6. Iunij 1561. coram Rubeo.*

31 Limita quintò, non habere locum, nec effectum, quando Papa concedens noluit concedere niſi veriſicatis narratis, ac illis veris exiſtentibus, vt per *Gemin. in cap. præſenti, in princ. verſ. nota, & ibi Franc. num. 3. verſ. nota, de officio leg. in 6. Gabr. d. concluſ. 3. n. 82. Rot. in Romana pecuniaria 23. Iunij 1570. coram Cotta.*

Quartus effectus eſt, quod clauſula decreti irri- 32
tantis indè in formam, vt per *Felin. in cap. cum acceſſiſſent, ſub num. 8. verſ. & vbi apponitur clauſula*, & ibi *Dec. verſ. & ad hoc etiam facit, de conſtit. Albert. Brun. in tract. de form. rub. quando aliq. cenſ. trad. pro forma. Socin. Iun. conſ. 71. num. 23. lib. 1. Gabr. d. concl. 31. num. 70. Pariſ. conſ. 19. num. 185. lib. 2. Grat. reſp. 16. in princ. lib. 1. Matien. l. 1. gloſſ. 4. num. 19. lib. 5. nouæ Recopil. Guttier. practic. lib. 3. q. 15. à num. 40. Elam. de reſignat. benef. lib. 5. q. 6. num. 226. Mart. de Iuriſd. p. 4. cent. 1. caſu 49. n. 19. Ioan. Garc. de nobilit. gloſſ. 15. n. 9. Ceuall. comm. contra communes, tom. 4. q. 900. n. 13. Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 50. Sigiſmund. à Bononia d. dub. 3. num. 3. Monet. d. cap. 7. num. 242. Rot. deciſ. 215. num. 7. p. 1. diuerſ.* & fuit dictum *in Verdunen. parochialis 23. Ianuarij 1586. coram Gipſio, & in Valentina Baronia 10. Martij 1603. coram Attrebaten. & in Peruſitana fideicommiſſi de Alphanis 10. Nouembris 1608. coram Greg. XV.* impreſſa per *Farinac. 225. n. 5. p. 2. recent.* Adeò vt illa non ſeruata actus ipſo iure corruat, *Bald. conſ. 351. num. 9. lib. 5. Dec. conſ. 532. num. 4.* & fuit dictum *in Romana Societatis officij 14. Ianuarij 1613. coram Domino Pamphilio.*

Quintus effectus eſt ſecundum aliquos, vt diſpo- 33
ſitioni, cui adiectum eſt hoc decretum, licèt facta ſit ad commodum partis, non poſſit pars renunciare, ſiue expreſsè, vt voluit *gloſſ. verbo proceſſus, in cap. diſpendia, de reſcript. in 6.* & ibi *Archid. Ioan. Andr.* ac *Gemin. Iaſon in l. non dubium. C. de legib. Alderan. Maſcard. concl. 9. num. 15. cum ſeqq. & præcipuè, n. 29. Virgil. Baccac. in conſtit. Piceni gloſſ. 6. num. 139. cum ſeqq.* & plerique, quos refert *Gabr. d. concl. 3. num. 18. 19. & 21.* ſiue tacitè non vtendo, vt alij cenſuerunt, quos ibidem refert *num. 20. & 22.* Verùm contrarium, quod nimirum pars poſſit renunciare diſpoſitioni habenti decretum irritans in fauorem partium, tenet *Gabr. d. concl. 3. à num. 25. Marta d. loco num. 5. Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 52. Cald. Pereira, d. q. 6. num. 32.* & cenſuit *Rota apud Cenci. de Cenſib. deciſ. 59. num. 15.* Reiectis pluribus conciliationibus, quas ad has contrarias opiniones adducunt *Hieron. Gabr. conſ. 162. num. 10. vol. 1. Gabr. d. concl. 3. num. 32. cum ſeqq. Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 53.* illa mihi videtur vera, vt ſcilicet prima procedat, quando quis incepit vti diſpoſitione, cui adiectum eſt decretum irritans; poſterior verò antequam huiuſmodi diſpoſitione vti incipiat, refert *Monet. d. cap. 7. num. 241. in med.* actus enim nullus, quia iam contra decretum irritans factus, conſenſu partium ſuſtineri nequit; vt poſt *Menoch. conſ. 348. num. 48.* tradit *Marta loco cit. num. 10.* & faciunt multa, quæ congeſſit *Farin. fragm. crimin. p. 2. litt. L. à num. 182.*

Sextus effectus eſt, quia decretum irritans tollit 34
præſcriptionem, vt per *Rebuff. ad leges. Gallia, tit. de fir. & irreu. concord. ſtabil. verſ. plus dicit Gabr. d. concluſ. 3. num. 44. Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 50. Monet. d. cap. 7. num. 244.* vbi *num. 248.* id intelligit de præſcriptione futura, non autem præterita, per quam acquiſitum eſt ius tertio, cui non cenſetur Princeps velle præiudicare, niſi exprimat.

Septimus effectus huius decreti eſt, vt tollat 35
etiam conſuetudinem nedum in præteritum, ſed etiam in futurum, vt per *Gabr. d. concluſ. 3. num. 40. Gonzal. d. gloſſ. 67. num. 50. Farinac. in tract. de immu-*

nitate, num. 15. Mar. d. loco, num. 9. vbi ait contra decretum irritans allegari non posse non vsum, contrariúmve vsum, & quoad contrarium vsum admittit, negans quoad non vsum, Hier. Gabr. d. cons. 162. à num. 10. lib. 1. Anton. verò Gabr. eandem priorem opinionem tanquam communem limitat ex Ruin. cons. 13. num. 30. vol. 2. vt non habeat locum in consuetudine immemoriali, refert Monet. d. cap. 7. num. 243.

36 Octauus effectus decreti irritantis est, vt tollat vires sententiæ, eiusque executionem impediat; ita post Cassad. decis. 12. num. 5. 6. & 7. de reg. Cancell. & Sarnen. in reg. de annali, q. 5. tradit Gabr. d. conclus. 3. num. 51. quem sequitur Gonzal. d. gloss. 67. num. 50. in id etiam allegans Rot. decis. 24. n. 5. & decis. 149. n. 2. p. 2. diuers. & refert Monet. d. cap. 7. n. 248.

37 Nonus effectus est, quod decretum irritans appositum in gratia, operatur etiam ante præsentationem literarum, vt per Gonzal. d. num. 50. post Gabr. d. concl. 3. num. 52. qui num. 53. hinc refert, per istud decretum reuocari Iudicis processum, etiam ante præsentatas literas reuocatorias, refert, & sequitur Monet. d. cap. 7. n. 249.

38 Decimus effectus est, quod licèt suspendatur petitorium, vt agatur de possessorio, tamen stante hoc decreto irritante potest pronuntiari in petitorio dimisso possessorio, vt tradit Gonzal. d. gloss. 67. num. 64. vbi asserit ita fuisse resolutum in vna Syracusana quarta 24. Maij 1585. coram Blanchetto, & in eadem 20. Iunij 1586. coram Robusterio, refert Monet. d. cap. 7. num. 250.

39 Hi sunt huius clausulæ principaliores effectus, quos operatur non modò si est integra, & extensa, nimirum, Decernentes irritum, & inane, si secus à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari; sed etiam si dicatur, Irritum, & inane, &c. prout in fine reg. 8. Cancell. hodie 9. iuxta ea quæ tradunt Gonzal. d. gloss. 67. à num. 2. & Monet. d. cap. 7. num. 252.

40 Idem est, si fuerit adiecta clausula, Aliter non valeant, & obseruentur, quæ æquiparantur decreto irritanti, vt post Castren. cons. 82. num. 11. vol. 1. tradit Mart. d. loco, num. 7.

41 Idem quoque si dicatur, Nullius sit momenti, ex congestis à Gonzal. d. gloss. 57. & à Monet. d. cap. 7. num. 253. in princip. & à memetipso de dictionibus, dict. 253.

42 Idem est de dict. Nullius roboris sit, vel, Roboris non obtineat firmitatem, vt per Gonzal. vbi suprà, num. 8.

43 & Monet. d. num. 253. & de dictione, Nullatenus, ex gloss. verb. nullatenus, & ibi Imol. n. 20. de sequest. possess. Sanch. lib. 6. de Matrimon. disp. 32. num. 7. Gonzal. d. gloss. 67. num. 65. & aliis per me citatis dict. 192. n. 4.

44 & 5. & de dict. Omnino, dict. 206. ac de dict. Aliquin, Gonzal. d. gloss. 67. num. 66.

45 Idem denique de dictione, Nullo modo, sentit Stephan. Gratian. Marchia decis. 51. num. 18.

46 Et denique vbi lex aliquid prohibet simpliciter, intelligitur tacitè apponere clausulam annullatiuam, si contra fiat, de quo vide Doctores per text. ibi, in l. non dubium. C. de legib. & in cap. dilecta, de rescriptis, Cosm. in pragm. sanct. tit. de elect. cap. sicut. §. similiter, verb. ne. pag. 113. Tiraq. in l. si vnquam, verb. reuertatur, à num. 58. C. de reuocand. donat. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 7. in princip. num. 1. Suar. de legib. lib. 5. cap. 27. num. 4. cum seqq. latissimè cum multis ampliationibus, & declarationibus exornat Farinac. fragm. crimin. p. 2. litt. L. num. 169. cum multis seqq.

47 Tria circa hanc clausulam à nobis restant adnotanda. Primum, quod decretum irritans non ampliat dispositionem principalem, sed tanquam accessorium illius naturam sequitur; ita Gabr. d. concl. 3. num. 54. vers. contrarium, Gonzal. d. gloss. 67. n. 55. Put. decis. 1. num. 2. & decis. 301. num. 3. lib. 1. in correctis, & fuit dictum in Baren. seu nullius Prioratus 20. Iunij 1614. coram Card. Sacrato, impressa per Farin. decis. 569. num. 8. in fin. Vnde infert Gonzal. d. gloss. 67. num. 56. & seq. quod decretum irritans in gratia Papæ concurrente cum collatione Ordinarij sub eadem die, nihil operatur quando prouisus ab Ordinario habet possessionem, in terminis cap. si à Sede, de præben. in 6. quoniam decretum irritans tanquam accessorium non causat anterioritatem. 48

Infertur secundò, quod decretum irritans non operatur, quando est ex falsa causa interpositum, vt per Roman. cons. 335. num. 11. & 60. Gabr. d. conclus. 3. num. 79. Gonzal. d. gloss. 67. num. 59. 49

Infertur tertiò, quod decretum irritãs appositum in fauorem vnius non operatur in fauorem alterius, vt post Ruin. cons. 70. num. 17. vol. 5. tradunt Gabr. d. conclus. 3. num. 81. & Gonzal. d. gloss. 67. num. 61. 50

Infertur quartò, vt decretum irritans appositum in gratia de aliquo beneficio obtenta, vti de reseruato, non afficiat manus Ordinarij, si non sit reseruatum, vt per Gonzal. d. gloss. 67. num. 62. 51

Infertur quintò, vt decretum irritans nihil operetur ad hoc, vt expresso vno modo vacandi veniat alius non expressus, vt per Gabr. d. conclus. 3. num. 80. & Gonzal. d. gloss. 67. num. 63. 52

Infertur sextò, quod decretum irritans appositum in gratia subreptitia, & nulla, pariter subreptitium sit, & nullum, tanquam dependens ab illa; ita Gonzal. d. gloss. 67. num. 64. post Cassad. decis. 10. num. 4. de reg. Cancell. Mohed. decis. 11. num. 1. de conces. præben. 53

Secundum est, vt non subsistente gratia principali, cui cohæret decretum irritans, & ipsum decretum deficiat, vt per Gemin. in cap. præsenti, in princip. vers. nota quod, vbi Franc. in 3. not. de offic. leg. lib. 6. Put. decis. 108. lib. 3. in correctis, Gabr. d. concl. 3. num. 82. Rot. in Oxomen. Archidiaconatus 10. May 1614. coram bon. mem. Buratto, impressa per Farinac. decis. 570. n. 7. p. 1. recent. 54

Tertium est, quod decretum irritans adiectum conditionali dispositioni, etiam ipsum conditionale redditur, & suspenditur eius effectus in euentum conditionis, vt notant Doctores per text. ibi in Clem. 1. vbi gloss. verb. per Ordinarium, de conces. præbend. & ibi Card. opposit. 1. vers. ex hoc infertur, & quæst. 15. vers. secus esset, Imol. not. 3. & Anchar. n. 5. Mart. d. loco, num. 11. Gabr. d. conclus. 3. n. 46. Gonzal. d. gloss. 67. num. 51. Monet. d. cap. 7. num. 254. Non operatur enim in concessione conditionali conditione non verificata, Rot. apud Farinac. decis. 516. n. 4. p. 1. recent. 55

SVMMARIVM.

1 Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.

2 Plenitudo potestatis est illa, cuius causæ non est ratio exquirenda in Principe, eur ita faciat.

3 Plenitudo potestatis in Principe, idem est cum eiusdem absoluta potestate.

4 Princeps in rescriptis, & concessionibus, in dubio præsumitur non vti plenitudine potestatis

teſtatis, ſed reſcribere, & concedere ſecundum Ius commune.

5 *Odioſa cenſetur clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

6 *Princeps quando apponit clauſulam*, Non obſtante, &c. *præſumitur vſus plenitudine poteſtatis, vel quando apponit clauſulam*, Ex certa ſcientia.

7 *Princeps præſumitur vti plenitudine poteſtatis, quando actus non valeret.*

8 *Clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *idem importat quod clauſula*, Ex certa ſcientia.

9 *Derogatoriæ ad omnem legem contrariam vim habet clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

10 *Contraria vt cenſeantur ſublata abſque alia derogatione operatur clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *maximè quando adeſt clauſula*, Ex certa ſcientia.

11 *Princeps in legibus humanis etiam ex leui cauſa diſpenſare cenſetur ſtante clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

12 *Princeps per clauſulam*, De plenitudine poteſtatis, *cenſetur diſpenſare in Iure diuino & naturali cum iuſta cauſa, in caſibus, quibus hoc ei licet.*

13 *Princeps ex iuſta cauſa poteſt priuilegium, ſeu contractum à ſe cum ſubdito celebratum limitare.*

14 *Intellige modò cauſa publicam reſpiciat vtilitatem.*

15 *Priuilegijs derogari poteſt ratione publicæ neceſſitatis, quando conſtat, quod talis viget neceſſitas, quæ non poteſt euitari.*

16 *Princeps per clauſulam*, De plenitudine poteſtatis, *derogat Iuri ſaltem humano, etiam ſine cauſa.*

17 *Defectus omnes ſolemnitatis non prouenientes à natura, tollit clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

18 *Citationem reijcit clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

19 *Obreptionem, & ſubreptionem tollit clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

20 *Princeps vbi ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt, quod gratiam annullet.*

21 *Clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *operatur vt non poſſit aliquid opponi contra priuilegium.*

22 *Exceptio nulla obijci poteſt facta mentione plenitudinis poteſtatis.*

23 *Papa præſumitur motus ex cauſa rationabili.*

24 *Princeps abſque iuſta cauſa non poteſt de plenitudine poteſtatis quemquam dominio rei ſuæ priuare.*

25 *Facta de plenitudine poteſtatis, dicuntur per alluſionem fieri de plenitudine tempeſtatis.*

26 *Contractui inito cum ſubdito, non poteſt Princeps contrauenire etiam de plenitudine poteſtatis.*

27 *In contractibus nihil operatur clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

28 *Quæſita per contractum non tollit clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

29 *Princeps non poteſt priuilegia, ſeu conceſſiones illas reuocare, quæ in naturam, & vim contractus tranſeunt; vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompenſationem meritorum.*

30 *Priuilegia præcipuè cauſa meritorum ſunt irreuocabilia, etiam de plenitudine poteſtatis.*

31 *Papa ſine cauſa non poteſt beneficiatum ſuo beneficio priuare, & num. 32. referuntur contrarium tenentes.*

33 *Clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *nihil operatur, quando apponitur ſuper illicito.*

34 *Princeps quando aliquid facit, aut concedit de plenitudine poteſtatis, præſumitur actum fuiſſe cum cauſæ cognitione.*

35 *Clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *non niſi cauſa cognita à Principe apponi poteſt.*

36 *Clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *nihil operatur, vbi ex vtens plenè de negotio informatus non eſt.*

37 *Legitimatio facta de ſpurio ſub aſſertione, quod ſpurius ſit, cum clauſula*, Non obſtante, *& clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *non valet, ſi eſt ſpurius duplici ſpuritate non expreſſa.*

38 *Dolum partis impetrantis non ſupplet clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

39 *Clauſula*, De plenitudine poteſtatis, *non operatur contra non ſubditum à natura, & in alterius præiudicium, vt num. 30.*

31 *Status cauſæ ſi non fuerit Papæ narratus, nihil operatur clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

32 *Regulæ de iure quæſito non tollendo, non derogat clauſula*, De plenitudine poteſtatis.

De plenitudine poteſtatis.

CLAVSVLA XLI.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Cen.* 1 *Vgon. in tract. clauſ. pag. 490. Menoch. conſ. 1. num. 384. & 423. cum ſeqq. & conſ. 103. num. 82. & conſ. 181. num. 35. Menoch. de ſuccеſſ. lib. 1. §. 6. n. 11. Henriq. in ſum. part. 1. lib. 7. cap. 27. §. 4. litt. C. Surd. conſ. 303. num. 17. Azeued. l. 1. num. 25. & l. 2. num. 55. tit. 4. lib. 4. nouæ Recopil. Marcheſ. de Commiſſ. p. 2. §. vnico, num. 99. cum ſeqq. pag. 421. Mart. de clauſ. p. 2. clauſ. 259. in vltima impreſſ. Ludou. Rodolphin. in tract.*

de

de suprema, seu absolutæ Principis potestate, cap. 5. & 6. Cardin. Tusch. pract. conclus. tom. 7. litt. C. conclus. 342. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 7. n. 115. cum seqq. Bernard. Graue. ad pract. Cam. Imper. lib. 2. conclus. 56. consid. 3. in fin.

2 Plenitudo potestatis est illa, cuius causæ non est ratio exquirenda in Principe, cur ita faciat. *Bald. in l. 2. C. de seru. & aq. & in l. impetratam. C. quæ sententiæ rescindi non possint, & in cap. si quis autem, de pace Constantiæ*, resoluit *Mart. d. clausul. 259. num. 1.*

3 Quæ quidem plenitudo potestatis in Principe, idem est cum eiusdem absoluta potestate, ex traditis per *Natt. cons. 512. num. 19.* dum ait, si aliquid etiam leue Principem moueat, eum posse de plenitudine potestatis facere quidquid libet; quod intelligit de legibus humanis. Tum etiam ex *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 12. num. 2. iuncto num. 3.* dum eam, quam ibi vocat absolutam potestatem, hic plenitudinem potestatis appellat, refert, & sequitur *Monet. d. cap. 7. num. 115.* & ante illum *Sanchez de Matrimon. lib. 2. disp. 15. num. 3. in princip.*

4 In dubio præsumitur Princeps in rescriptis, & concessionibus non vti plenitudine potestatis, sed rescribere & concedere secundum ius commune, vt ex *cap. innotuit, de elect. & in cap. proposuit, §. licet autem, de conces. præbend.* tradunt post multos à se relatos *Mandos. ad reg. 16. Cancell. quæst. 7. num. 6. Menoch. d. præsumpt. 12. num. 1. Mench. illust. cap. 26. num. 8. Surd. decis. 2. num. 20. Bernard. Graue. d. lib. 2. conclus. 56. consid. 3. num. 6. & 7. Ludou. Rodolphin. de suprema, seu absolutæ Principis potestate, cap. 3. n. 1. Monet. d. cap. 7. num. 116. Sigismund. Scaccia de appellat. q. 19. rem. 1. conclus. 2. num. 30. & 31.* Ratio est, quia odiosa censetur hæc clausula, vt docet *Rodolphin. d. cap. 5. num. 20.* vbi *num. 19.* resoluit, quod si sola hæc clausula apponatur in concessione, concessio ipsa strictè interpretari debet; quia absoluta Principis potestas dicitur odiosa, ac proinde ea vti non præsumitur Princeps, præcipuè quando ex ea resultaret iniquitas, *Menoch. consil. 2. num. 146.* Limitant tamen dicti Doctores, quando euidenter de voluntate eius constet, vel quando defectus esset expressus, quamuis actus aliàs esset nullus, vel quando actus peccaret in totum quoad formã Iuris. Limitarem etiam, hanc præsumptionem locum non habere, quando

6 Princeps apponit clausulam, *Non obstante*, cùm tunc præsumatur vsus plenitudine potestatis; ita *Menoch. d. præsum. 12. num. 3.* ex *Gallian. in l. Centurio, n. 140. ff. de vulg. & pupillari*, ac multis aliis, *Rodolphin. d. cap. 3. num. 3.* aut quando apponit clausulam, *Ex certa scientia*, vt post *Gallian. vbi suprà n. 141.* docet *Menoch. d. præsumpt. 22. num. 4.* & tradunt *Mandos. d. quæst. 7. num. 3. Monet. d. cap. 7. num. 117. Rodolphin. in d. cap. 3. num. 4. & 5.* id declarans *num. 6. & 7.* vt in facto non proprio, aut notorio debeat exprimi; & *n. 8.* idem alios sequutus docet de clausula *Motus proprij*, & *num. 11.* quando interuenit secunda iussio Principis.

7 Ac denique locum non habet, quando aliàs actus non valeret, tunc enim Princeps præsumitur vti voluisse plenitudine potestatis; ita per *Galliaulam d. l. Centuria, n. 143. Mandos. d. quæst. 7. num. 6.* & *Menoch. d. præsumpt. 12. n. 3.* resoluunt *Monet. d. cap. 7. n. 117. in med. Rodolph. d. cap. 3. num. 13.* inferens post alios *num. 14.* ad Principem remittendum damna subditorum illata pro obtinenda pace, & *n. 15.* de suburbiorum ciuitatis destructione tempore belli, & *n. 16.* de concessione tertiæ appellationis; *n.* autem *17. cum multis seqq.* ipsum limitat multis modis declarans. Quibus hic præhabitis, aliquos effectus, & non paucos huius clausulæ breuiter recensere oportet.

Primus igitur effectus est, vt importet idem 8
quod clausula, *Ex certa scientia*, vt præter ibi citatos voluerunt multi, quos refert, & sequitur *Gabr. comm. lib. 6. de clausul. conclus. 1. num. 6. Menoch. cons. 1. num. 427. Rodolphin. d. cap. 5. num. 14.* imò plus operari hanc clausulam, quàm illam, *Ex certa scientia*, post *Felin. in cap. nonnulli, in princ. vers. tertiò contra istam quartam fallentiam, de rescript. Grammat. cons. ciuil. 100. num. 24.* concludit *Gabr. ad conclus. 1. num. 7.* imò hanc nostram clausulam tantam vim habere, quantam habent duæ illæ simul, *Ex certa scientia*, & *Motu proprio*, notant *Mandos. d. reg. 16. quæst. 7. num. 5. Menoch. d. cons. 1. num. 386. Ioann. a Cochier ad reg. 16. Cancell. num. 23. & ad reg. 20. num. 26. Monet. d. cap. 7. n. 12.*

Secundus effectus est, quod habet vim derogato- 9
riæ ad omnem legem contrariam, etiam habentem clausulam derogatoriam, vt per *Matien. l. 3. gloss. 12. num. 4. & 5. noua Recopil.* & *Rodolphin. d. cap. 5. num. 4.*

Tertius effectus est, vt operetur quod contraria 10
censeantur sublata absque alia derogatione, & clausula, *Non obstante*, maximè quando adest clausula, *Ex certa scientia*, ita post *Bald. cons. 253. Illustris. d. n. 4. vers. præterea in donatione, lib. 1.* tradit *Card. Tusch. d. litt. C. conclus. 42. num. 1.*

Quartus effectus est, vt per eam dispenset Prin- 11
ceps in legibus humanis, etiam ex leui causa, ad tradita per *Anchar. in cap. 1. num. 30. de constit.* vbi ait, Principem de potestate ordinaria non posse dispensare in lege humana sine magna causa, quasi velit de absoluta posse ex leui causa, & apertiùs *Natta cons. 512. num. 19.* dum de humanis legibus loquens scripsit, quod si aliquid etiam leue Principem moueat, poterit is de plenitudine potestatis facere quidquid libet, prout eos refert *Monet. d. cap. 7. num. 119. vers. secundus.*

Quintus effectus est, vt per eam dispensare cen- 12
seatur in Iure diuino, & naturali cum iusta causa, in casibus, quibus hoc ei licet, vt docent plures, quos refert, & sequitur *Gabr. com. lib. 3. tit. de iure quæsito non tollendo, conclus. 1. num. 1. iuncta conclus. 2. num. 1.* dum asserunt, Principem posse de plenitudine potestatis auferre alicui cum causa ius ei quæsitum, etiam de Iure gentium, refert, & sequitur *Monet. d. cap. 7. num. 120.*

Vnde data iusta causa, non solùm posse Princi- 13
pem priuilegium, seu contractum à se cum subdito celebratum limitare, eique modum, & conditionem præscribere, docent *Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. num. 17. Pelaez de maioratu, q. 44. num. 11. Matien. l. 11. gloss. 8. num. 4. tit. 7. lib. 5. noua Recopil. Peregr. de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 67. Cabed. decis. 19. num. 10. & decis. 68. part. 2.* sed etiam reuocare tenent *Ias. cons. 227. vers. 13. & 14. & num. 41. & 49. vol. 2. Abb. cons. 94. col. 3. vers. quoad 3. vol. 2. Rimin. Iun. cons. 601. num. 114. vol. 6. Afflict. decis. 361. num. 6. Rol. cons. 66. n. 24. Tiraq. de pœnis temper. in præfat. num. 41. Pinel. ad l. 1. C. de bon. mater. p. 3. num. 62. illat. 16. vers. ego. Afflict. decis. 631. num. 6. Gabr. d. tit. de iure quæsit. conclus. 5. num. 42. Nauar. in cap. si quando, de rescript. except. 13. vers. ad 4. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 10. num. 49. Burg. de Pace, cons. 25. à num. 48. Peregr. d. tit. 3. num. 67. & lib. 6. tit. 1. num. 6. Cabed. decis. 19. n. 8. & decis. 75. p. 2. Rodolphin. de absoluta Principis potestate, cap. 6. num. 199.*

Intellige, dummodo huiusmodi causa publicam 14
respiciat vtilitatem, ex traditis per *Menoch. cons. 351. num. 21. Cæsar. Barz. decis. 118. num. 10. Surd. cons. 193. num. 26. Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 2. sub n. 49. Dec. cons. 3. sub num. 50. Crau. cons. 276. sub num. 7.*

Roland.

Roland. conſ. 80. *num.* 29. *vol.* 3. *Decian. conſ.* 51. *n.* 31.

15 *vol.* 3. qui voluit tunc ratione publicæ neceſſitatis poſſe derogari priuilegiis, quando conſtat, quod talis viget neceſſitas, quæ non poteſt euitari, niſi priuilegiati ſoluant, *Burſat. conſ.* 16. *num.* 71. *vol.* 3. qui hoc intelligit in caſu valde inſolito, & omnino raro. Quod autem ſine cauſa non poſſit Princeps de plenitudine poteſtatis quemquam dominio rei ſuæ priuare, aut contractum cum eo celebratum infringere, nec Papa beneficiatum ſuo iure priuare, dicemus *infrà limit.* 1.

16 Sextus effectus eſt, vt per hanc clauſulam Princeps deroget Iuri ſaltem humano, etiam ſine cauſa, vt ſatis conſtat ex *Rodolphin. d. tract. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate, cap.* 1. *num.* 1. dum poſt alios tradit plenitudinem poteſtatis nihil aliud eſſe, niſi derogationem Iuris communis, ſeu ordinarij, & *num.* 2. ait eſſe plenitudinem arbitrij nulli neceſſitati ſubiectam, nulliſque Iuris publici regulis limitatam, atque abſolutam poteſtatem non ſubiacere legibus, nimirum humanis, ſequitur *Monet. d. cap.* 7. *n.* 121.

17 Septimus effectus eſt, vt tollat omnes defectus ſolemnitatis non prouenientes à natura, vt poſt *Alex. conſil.* 195. *Aſſumo, num.* 3. & 17. *lib.* 2. & *conſ.* 111. *Perſpectis, num.* 3. *verſ. tamen iſtis, lib.* 6. reſoluit *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 342. *num.* 4. Vnde licèt non valeat donatio patris in filium exiſtentem in patria poteſtate, tamen ſi Princeps donat filio exiſtenti in patria poteſtate, & dicat facere Regia poteſtate, valebit, quia clauſula noſtra, *De plenitudine poteſtatis*, tollit omnes defectus, & ſupplet omnes ſolemnitates, *Alex. d. conſ.* 111. *num.* 4. *lib.* 6. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 342. *n.* 8.

18 Octauus effectus eſt, vt hæc clauſula eximat à citatione; ita *Alex. conſ.* 92. *vol.* 6. & *conſ.* 11. *vol.* 7. *Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum, de conſtit. Brunor à Sole in locis commun. verb. citatio* 9. *Gabr. d. tit. de clauſulis, concluſ.* 1. *num.* 12. & *lib.* 2. *tit. de citat. concluſ.* 1. *n.* 13. vbi vſque ad *num.* 22. hanc opinionem multipliciter, & *num.* 24. non paucos refert in contrariam ſententiam abeuntes, quam limitat *num.* 25. poſt alios, vt non procedat in beneficialibus, in quibus Papa poteſt de plenitudine poteſtatis procedendo, etiam contra partem non citatam diſponere, & pronunciare, propter ſummam poteſtatem, quam in iis habet, de quo tamen vide quæ limitatione 1. dicemus. Illud ad propoſitum huius effectus aduertere oportet, quod hæc clauſula in legitimatione à Rege conceſſa, excludit citationem hæredum ab inteſtato venientium, vt reſoluit *Gam. Luſitania deciſ.* 278.

19 Nonus effectus eſt, vt tollat obreptionem, & ſubreptionem, ex traditis per *Ludouic. Rodolphin. in tract. de ſuprema, & abſoluta Principis poteſtate, cap.* 5. *num.* 15.

20 Decimus effectus eſt, quod vbi Princeps ſcribit de plenitudine poteſtatis, nihil opponi poteſt, quod gratiam annullet, vt poſt *Mandoſ. d. quæſt.* 7. *n.* 6.

21 docet *Monet. d. cap.* 7. *num.* 124. ac proinde operari, vt non poſſit aliquid opponi contra priuilegium, ex *Angel. conſ.* 368. *Sereniſſimus Princeps, num.* 2. *in verſ.* 4. *idem dominus*, colligit *Card. Tuſch. d. concluſ.*

22 342. *num.* 2. ſicut etiam facta mentione talis poteſtatis, nulla exceptio obiici valet, nihilque opponi poteſt, nec dici, cur ita facis? vt poſt *Bald. in l.* 2. *n.* 39. *C. de ſeruit. & aqua, Abb. conſ.* 84. *lib.* 1. & alios obſeruat *Sanch. de Matrimon. lib.* 2. *diſp.* 15. *num.* 3. *in*

23 *principio*, quia Papa præſumitur motus ex cauſa rationabili, *Abb. in c. cum veniſſent, ſub num.* 8. *de indic. Rot. in Aſſiſien. Canonicatus* 5. *Iunij* 1595. *coram Iuſto, apud Marcheſ. p.* 2. *pag.* 221.

Limita primò hanc clauſulam, & præcipuè ſu- 24
praſcriptum quintum eius effectum, vt abſque iuſta cauſa non poſſit Princeps de plenitudine poteſtatis quenquam dominio rei ſuæ priuare; ſed quia hæc inſpectio altiorem petit indaginem, qui de ea plura ſcire cupit, videat *Tiraquel. de pœn. temper. in præfat. num.* 38. *cum ſeqq. Pinel. in rubr. C. de reſcind. vend. p.* 1. *cap.* 2. *num.* 12. *Mench. vſufrequentium lib.* 1. *cap.* 1. *à num.* 5. *Boſſi. tract. de Principe.* §. *Princeps ſolum poteſt auferre dominium, verſ. de plenitudine verò poteſtatis, Anton. Gabr. d. lib.* 3. *tit. de iure quæſito, concluſ.* 1. *num.* 1. *verſ. contrarium tamen, Brunor. à Sole in locis communibus, verbo Princeps* 30. *Menoch. conſ.* 1. *à n.* 424. & *conſ.* 103. *num.* 68. & *conſ.* 307. *num.* 51. *Honded. conſ.* 86. *num.* 14. *vol.* 1. *Fachin. controuerſ. lib.* 8. *cap.* 63. *verſ. contrarium docuerunt multi, Peregr. de fideicommiſ. art.* 52. *ſub num.* 127. *verſ. verum hæc, Azeued. ad leg.* 1. *n.* 23. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ Recopil. Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 928. *Rodolphin. d. cap.* 6. *num.* 167. *Bobadil. in ſua politica, lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 162. *Cenall. comm. contra communes, tom.* 4. *quæſt.* 906. *num.* 255. *Cabed. Luſitan. deciſ.* 18. *num.* 12. *p.* 2. *Guid. Pancirol. in theſauro var. lect. lib.* 1. *cap.* 23. *Mart. de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 259. *n.* 9. *in vltim. impreſſ. & de Iuriſd. p.* 4. *cent.* 2. *conſ.* 195. *Bernard. Grauæ. d. concluſ.* 56. *Caſtil. quotidianarum quæſtionum lib.* 2. *cap.* 28. & *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Nam quæ 25
ſine cauſa fiunt de plenitudine poteſtatis, dicuntur per alluſionem fieri de plenitudine tempeſtatis, vt obſeruant *Mench. illuſtr. cap.* 5. *num.* 17. *Henriq. in ſumma, lib.* 14. *cap.* 17. *num.* 5. *in commento, litt. Z. Peregr. de Iure fiſci, lib.* 1. *tract.* 3. *n.* 65.

Extende, vt nec etiam de plenitudine poteſtatis 26
poſſit Princeps contrauenire contractui inito cum ſubdito, vt docent *Socin. conſ.* 86. *num.* 14. *vol.* 4. *Cephal. conſ.* 549. *num.* 46. *vol.* 4. *Bero. conſ.* 138. *n.* 1. & 9. *vol.* 3. *Burſat. conſ.* 160. *n.* 36. *vol.* 2. *Gram. deciſ.* 65. *num.* 27. *Peregr. de Iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 44. & *conſ.* 7. *num.* 1. *vol.* 3. *Gabr. d. tit. de iure quæſito, concluſ.* 5. *num.* 18. *Rodolphin. d. cap.* 6. *num.* 170. Nam in con- 27
tractibus nulla eſt hæc clauſula, ex reſolutis per *Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ.* 187. *num.* 3. tum quia quæ- 28
ſita per contractum non tollit, vt docent *Menoch. conſ.* 2. *n.* 145. *Valaſc. conſult.* 129. *n.* 9.

Vnde euenit, vt nec poſſit Princeps priuilegia, 29
ſeu conceſſiones illas reuocare, quæ in naturam, & vim contractus tranſeunt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompenſationem meritorum; vt reſoluunt *Roderic. Suarez alleg.* 9. *Mohed. deciſ.* 6. *num.* 2. *de priuileg. Roland. conſ.* 76. *n.* 13. & *ſeq. vol.* 2. & *conſ.* 13. *num.* 21. & *ſeq. vol.* 3. *Pinel. ad d. rubr. C. de reſcind. vend. p.* 1. *cap.* 2. *col. penult. & vlt. Petra de poteſtate Principis, cap.* 32. *dub.* 2. *num.* 154. *Valaſc. conſult.* 72. *n.* 5. & *conſult.* 120. *num.* 9. *Molin. de primog. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 18. *cum ſeq. Aloyſ. Ric. p.* 4. *collect.* 862. *Camill. Borell. de præſtantia Regis Catholici, cap.* 53. *num.* 6. *cum ſeqq. Suar. de legib. lib.* 8. *cap.* 37. *num.* 4. & 10. *Peregr. de Iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 28. *Sanctarell. var. reſolut. lib.* 1. *quæſt.* 17. *num.* 3. Talia 30
enim priuilegia, præcipuè ex cauſa meritorum, ſunt irreuocabilia etiam de plenitudine poteſtatis, *Aret. in cap. nouit, de Iudic. num.* 28. vbi *Felin. num.* 12. *Afflict. deciſ.* 128. *num.* 10. *Tiraq. l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num.* 11. *C. de reuocand. donat. Natt. conſ.* 122. *num.* 20. quod vendicat ſibi locum, etiamſi tale priuilegium ſit ſubdito conceſſum, *Burſat. conſ.* 16. *num.* 44. & *ſeq. vol.* 1. *Natt. conſ.* 268. *n.* 5. *Surd. citat. loco, Bardel. conſ.* 22. *n.* 20.

Ex quibus iam infertur, non poſſe Papam ſine 31

causa beneficiatum suo beneficio priuare; patet, si expendas in tali ablatione lædi simul legem, & rationem naturalem. Probant illationem *Abb. in cap. vlt. num.10. de confirm. vtili, Card. cons.142. Nauar. in cap. si quando, de rescript. except. 13. Rom. cons. 345. Selu. de benef. p.2. quæst.7. Soto de Iust. lib.3.q.6. art.2. Staph. de literis gratia, tit. de modis prouis. n.11. Gomez in proœm. regularum, quæst.2. & in reg. de non tollendo iure quæsito, gloss.6. num.13. Vsu. tom.1. comm. opinion. lib.1. tit.9. num.5. Cott. in memorabil. verb. beneficium, pag.73. & verbo Papa, pag.647. Menoch. rem. 15. recuperan. num.43. cum seq. & cons.1. num.422. & cons.83. n.1. & 15. & cons.181. num.49. & de præsumpt. lib.2. præsumpt. 10. n.18. Mench. vsufrequentium cap.2. à princ. Peregr. de Iure fisci, lib.1. tit. de haben. iura fiscalia, n.24. Ceual. com. contra communes, q.528. Farin. fragment. crimin. part.1. litt. C. à num.83. Cabed. Lusitan. decis.18. num.13. & decis.36. n.2. p.2. Azor. instit. moral. to.2. lib.6. cap.1. quæst.4. vers. quod autem*, plures apud *Cened. p.3. collectan.21. num.1. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum, verbo Electio, different.5.* vbi refert Sixtum V. dum ipse esset Romæ, contulisse quandam dignitatem cuidam nobili Doctori Cæsaraugustano, & postea precibus Oratoris Regis Catholici, & ob eius gratiam dignitatem dictam abstulisse à prouiso iam in Hispania agente, & cùm anceps esset Papa quomodo id facere posset, concessit antidatam in fauorem illius, in quem Rex Catholicus conferri cupiebat; quod cùm præfatus Doctor Cæsaraugustæ cognouisset, rediit citus Romam, cui postea alia dignitas fuit data in recompensationem, & satisfactionem ablatæ: & meritò, quia in beneficiis ius & dominium reperitur, iuxta *text. in cap. si tibi absenti, de præben. lib.6.* & ex supradictis constat, Principem sine causa ius & dominium alicuius auferre non posse, quinimò si auferat æstimationem soluere obligatur, ex *text. in l. item verberatum 15. §. 1. in fin. ff. de rei vendic.* iuuat *reg. l. id quod nostrum, de regulis, lib.6.*

32 Quamuis Papam etiam sine causa posse clericum suo beneficio priuare, teneant *Rip. lib.2. resp.19. n.5. & 6. Aym. de antiquit. tempor. p.1. verbo non omitto, à num.33. Gig. de pension. quæst.10. num.6. & 7. Simonet. de reseruat. q.2. num.6.* latè *Anton. Gabr. d. tit. de iure quæsito, concluf.1. Hoied. de incompatibil. benef. cap.13. num.58. Mohed. decis.4. de restitut. spoliat. Rot. decis. 136. n.1. p.1. diuers.* & alij plures, quos refert, & sequitur *Nicol. Garc. de benefic. p.5. cap.1. num.2.*

33 Limita secundò, nihil operari hanc nostram clausulam, *De plenitudine potestatis*, quando apponitur super illicito, quia intelligitur de potestate bona & laudabili, vt post *Bald. cons.345. Ad euidentiam, in princip. lib.1.* resoluit *Cardin. Tusch. d. litt. C. concluf. 342. num.9.* subdens cum eodem *Bald.* quod nec aliquid operatur, licèt adsit simul clausula, *Ex certa scientia.*

34 Limita tertiò, vt non operetur, quando fuit processum sine causæ cognitione, vt per *Rodolphin. de suprema, & absoluta Principis potestate, cap.6. num.7.* vbi *num.3.* subdit, in dubio vbi Princeps aliquid facit, aut concedit de plenitudine potestatis, præsumi
53 actum fecisse cum causæ cognitione. Quia non nisi causa cognita à Principe apponi potest, ex traditis per *Molin. de primogen. lib.3. cap.3. n.12.*

36 Limita quartò, vt nihil operetur, vbi ea vtens plenè de negotio ob quod ea vtitur, informatus non est, vt per *Menoch. cons.1. num.426. & cons.103. n.78. Rodolphin. d. cap. 6. n.2. Mart. d. clausula 259. num.14.*

37 Limita quintò, vt non operetur circa non expressa, ideo legitimatio facta de spurio sub assertione quod spurius sit, cum clausula, *Non obstante*, & clausula, *De plenitudine potestatis*, non valet, si est spurius duplici spurietate non expressa, vt quia ex coniugato, & coniugata, vt post *Alex. cons.195. lib.2.* docet *Card. Tusch. d. concluf.342. num.10.*

Limita sextò, vt non suppleat dolum partis im- 38
petrantis, ex traditis per *Fr. Emman. quæst. Regular. tom.1. quæst.8. art.15.*

Limita septimò, non operari contra non subdi- 39
tum à natura, vt docet *Menoch. cons.2. num.144.*

Limita octauò, non operari in alterius præiudi- 40
cium, vt per *Burg. de Pace, cons.25. num.45. Rodolphin. d. cap.6. n.11. Marchef. de Commiss. p.2. §.2. cap. vnic. num.100. pag.421. Ioseph. Sesse de Inhibit. cap.4. §.3. num.14. Seraphin. decis.1082. n.8.*

Limita nonò, vt non operetur si causæ status 41
Papæ non fuerit narratus, vt per *Anastas. Germon. de indultis Cardinal. verbo Nos itaque, num.40. cum seqq. Ioan. Cochier ad reg.20. Cancell. de non impetr. benefic. viuentium, num.27.*

Limita decimò, non derogare regulæ de iure 42
quæsito non tollendo, vt fuit dictum *in Cæsaraugustana exemptionis 13. Iunij 1594. coram Card. Seraphino*, impressa per *Marchef. de Commiss. p.2. pag.125. n.7. in vltima impress.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 Depositaria *clausula importat, vt non audiatur debitor priusquàm deponat in iudicio certam pecuniæ quantitatem.*

3 *Contractus principalis quando est nullus, & ageretur de illius nullitate, clausula*, Depositaria, *non est licita.*

4 Depositaria *clausula hodie non apponitur in contractibus, nisi sit super quantitate receptæ pecuniæ, super qua audientia postulatur.*

Depositaria.

CLAVSVLA XLI.

DE vi, & effectibus huius clausulæ agunt no- 1
stri Lusitani *in Ordinatione Regia, lib.4. tit.72.* vbi *Parens meus, Cabed. p.7. decis.37. Card. in praxi Iudicum, & Aduocatorum, verbo clausula, num.26. cum seq. Mendez. à Castr. in praxi Lusitana, lib.3. cap.22. n.39. cum seqq.*

Hæc clausula, quæ importat, vt non audiatur de- 2
bitor priusquàm deponat in iudicio certam pecuniæ quantitatem, plenissimè in Senatu Regni Lusitaniæ, & aliis iudiciis obseruatur, vt testantur *Gam. decis.369. Vallasc. consult.85. num.6. & consult.173. num.4. D. Barbosa in l. alia. §. eleganter, num.47. ff. soluto matrimon. Thom. Valasc. tom.1. alleg. Iuris, alleg. 100. num.1.* vbi limitat quando contractus princi- 3
palis esset nullus, quia tunc si ageretur de illius nullitate, clausula, *Depositaria*, non est licita.

Quia verò ex appositione huius clausulæ plures 4
lites & dissensiones cum fraudibus oriebantur, per specialem pragmaticam à Rege Catholico Philippo III. constitutum est, ne in posterum à tabellionibus sub pœna amissionis officiorũ, huiusmodi clausula in cõtractibus apponeretur, nisi sit intra quãtitatem receptæ pecuniæ, super qua audientia postulatur.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Derogatoria clauſula tollit ea, de quibus debebat fieri mentio ſpecialis.*

3 *Derogatoria clauſula reuocat, & derogat eatenus, quatenus reperit repugnantiam ſuæ diſpoſitioni.*

4 *Gratiam principalem ampliare non poſſunt clauſulæ derogatoriæ, bene tamen valent illam declarare.*

5 *Teſtamenti primi derogationem, etiam habentis clauſulam,* quod ei non cenſeretur derogatum, niſi in ſecundo apponerentur quædam verba, &c. *operatur clauſula,* Non obſtantibus quibuſcunque aliis teſtamentis, &c.

6 *Teſtamentum primum vt tollatur, non ſufficit generalis derogatio, nec indiuidua, ſed requiritur ſpecialis ad clauſulam derogatoriam primi teſtamenti.*

7 *Iuramentum habet in ſe clauſulam derogatoriam.*

8 *Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam, cenſetur per ſecundum reuocatum, ſi tranſacti ſint decem anni.*

9 *Teſtator vbi appoſuit clauſulam,* quod promittebat teſtamentum non reuocare, & ſi illud reuocaret, talis reuocatio non valeret, niſi in illo certa verba apponantur, *tunc non cenſetur per ſecundum reuocatum, niſi verba illa ſint in eo inſerta, aut ſit expreſſa mentio facta de illa clauſula.*

10 *Verba,* caſſans, & irritans omne aliud teſtamentum, *non derogant primo habenti clauſulam,* quod non poſſit derogari, niſi ſub certa forma, *niſi addatur,* etiamſi contineat clauſulam derogatoriam.

11 *Derogatoriæ clauſulæ regulantur ab ipſa diſpoſitione principali.*

12 *Derogatoriæ clauſulæ contentæ in reg. 8. Cancell. an referantur ad omnes alias regulas præcedentes, remiſſiuè.*

13 *Derogatoriæ clauſulæ generales an comprehendant priuilegium* l. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. *remiſſiuè.*

14 *Derogatoria clauſula an requiratur in conceſſione exemptionis, remiſſiuè.*

15 *Derogatoriæ clauſulæ appoſitæ in conceſſione ſubſidij, quid operentur.*

16 *Derogatoriæ clauſulæ ampliſſimæ nihil operantur contra perſonas priuilegiatas, vbi in Papa non datur ſcientia præiudicij.*

17 *Derogatoriæ derogatoriarum ſatis cenſentur ſublatæ per clauſulam,* etiamſi de illis, illorúmque totis tenoribus, &c.

18 *Priuilegium ſecundum habens clauſulam derogatoriam cum illis verbis,* etiamſi talia forent, &c. *reuocat primum habens clauſulam derogatoriam.*

19 *Derogatoria clauſula, etiamſi ampliſſimis verbis concepta, non extenditur vt comprehendat ius ignoratum à Papa.*

20 *Clauſula, quod prouiſiones non poſſint fieri ſine conſenſu patroni, quod operetur, oſtenditur.*

Derogatoria.

CLAVSVLA XLIII.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide Doctores per *text. 161. in l. ſi quis. ff. de legat. 3. Cel. Vgo. in tract. clauſ. pag. 476. Clar. §. teſtamentum, q. 99. Anton. Gom. l. 3. Tauri, num. 92. cum ſeqq. Tiraq. de iure mariti. gloſſ. 7. n. 66. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 166. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. cap. 6. num. 8. Mart. de clauſ. p. 4. clauſ. 14. Gonzal. ad regul. Cancel. gloſſ. 36. n. 3. Rendin. in promptuario recept. ſentent. tom. 1. tit. 16. num. 10. Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 51. n. 22. & lib. 2. cap. 35. n. 10. Ceual. comm. contra communes, quæſt. 211. & Stephan. Grat. diſcept. forenſ. cap. 48. num. 21. cum ſeq. & cap. 673. n. 24. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 346.* 1

Hæc clauſula tollit ea, de quibus ſpecialis fieri debebat mentio, vt per *Menoch. conſ. 1096. n. 15.* ac proinde reuocat, & derogat eatenus, quatenus reperit repugnantiam ſuæ diſpoſitioni, *Alex. conſ. 7. n. 17. lib. 7. Petr. Henriq. conſ. 75. n. 23.* 2 3

Licèt derogatoriæ clauſulæ ampliare non poſſint principalem gratiam, bene tamen valent illam declarare, vt per *Caſt. in l. in ijs 14. ſub n. 14. in fin. de legib. Mandel. conſ. 585. n. 20. & ſeq. vol. 3. Seraphin. deciſ. 570. n. 4. & deciſ. 716. n. 3. & deciſ. 1321. n. 5. Rot. deciſ. 532. n. 7. p. 1. diuerſ. & in Caſarauguſtana penſionis 17. Decembris 1611. coram Card. Marquemontio,* impreſſa per *Farin. deciſ. 367. ſub n. 5. p. 1. recent. & in Papien. bonorum 5. Iunij 1606. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo,* impreſſa per eundem *Farin. deciſ. 177. n. 1. p. 2.* quia ad limites illius appoſitæ cenſentur, ad not. per *Abb. in cap. ciem in noſtro, col. fin. in fin. de conceſſ. prebend. Felin. in cap. nonnulli, de reſcript. Calderin. conſ. 25. de conceſſ. præben.* & fuit dictum *in Oriolen. decimarum 9. Iunij 1606. coram Orano, & in Romana domus 22. Iunij 1611. coram Card. Marquemontio.* 4

Clauſula derogatoria generalis, *Non obſtantibus quibuſcunque aliis teſtamentis,* appoſita in ſecundo teſtamento, operatur derogationem primi, etiamſi haberet clauſulam, *quod ei non cenſeretur derogatum, niſi in ſecundo apponerentur quædam verba præciſa,* quia licèt verba non apponantur, tamen ſufficit ſi dicatur, *Non obſtante quacunque verborum forma, quibus derogauit, &c.* ita *Feder. de Senis conſ. 47.* incip. *Habita. n. 1. in fin. Io. de Anan. conſ. 56. Card. Tuſch. d. concluſ. 346. n. 1.* Verùm ad tollendum primum teſtamentum derogatio generalis non ſufficit, nec indiuidua eſt neceſſaria, ſed requiritur ſpecialis ad clauſulam derogatoriam prioris teſtamenti; ita *Corn. conſ. 86. num. 3. vol. 3. Alex. conſ. 134. num. 2. lib. 1. Con. in rub. de teſtam. p. 2. num. 19. verſ. tertia concluſio, Clar. §. teſtamentum, quæſt. 99. verſ. & hæc quidem concluſio,* quos ſequuta eſt *Rota in Romana hæreditatis 12. Iunij 1615. coram Reuerendiſſimo Domino Pirouano,* impreſſa per *Farinac. deciſ. 721. num. 1. part. 2. recent.* vbi *num. 2.* ſubdit, 5 6

subdit, quod tunc dicitur fieri specialis mentio primi testamenti, quando testator facit mentionem de clausula derogatoria in ipso testamento inserta, putà quia dictum sit, *Non obstante alio testamento habente clausulam derogatoriam.*

7 Amplia, iuramentum habere in se clausulam derogatoriam, ita vt secundum testamentum iuratum reuocet primum, in quo adest clausula reuocatoria secundi, licèt in secundo non fiat mentio dicti primi testamenti; ita *Clar. d. quæst. 99. num. 10. Tiraq. d. gloss. 7. num. 153. Gom. d. l. 3. Tauri, n. 96. Menoch. d. præsumpt. 166. n. 33. Ceual. d. quæst. 211, n. 1. Guttier. de iuramento confir. p. 2. cap. 1. n. 7.*

8 Amplia deinde, si post primum conditum testamentum habens clausulam derogatoriam, transacti sint decem anni, quia cùm per illud tempus clausulæ inducatur obliuio, censetur tacitè primum per secundum reuocatum; ita *Couar. in rubr. de testam. part. 2. num. 20. vers. 9. Clar. §. testamentum, q. 91. num. 3. & quæst. 99. num. 9. Vinc. de Franch. decis. 287. n. 1. Menoch. de arbitr. cas. 276. n. 27. & de præsum. lib. 4. præsumpt. 166. num. 44. & cons. 45. num. 41. & cons. 176. num. 7. Mascard. de prob. conclus. 1122. n. 4. & conclus. 1136. n. 20.*

9 Restringe tamen, vbi testator apposuit clausulam, *quod promittebat testamentum non reuocare, & si illud reuocaret, talis reuocatio non valeret in secundo testamento facta, nisi in illo verba certa apponantur*, veluti, nisi in eo scribantur Articuli Fidei, aut oratio Dominica; quia tum non rumpitur per secundum, seu aliud vltimum, nisi verba illa in eo vltimo sint inserta, aut sit expressa mentio facta de illa clausula derogatoria, quia mentio generalis non sufficit; vide *Bursatt. cons. 47. n. 1. vol. 1. Couar. d. p. 2. num. 89. vers. secundum, Crass. verbo testamentum, q. 89. Menoch. d. præsum. 166. num. 13. Molin. de Iust. tract. 2. disput. 152. vers. porro, Cardos. in praxi Iudicum, verb. testament. n. 69.*

10 Restringe etiam, si in secundo testamento adessent solùm verba, *cassans omne aliud testamentum*, quia per hac verba non esset primo testamento derogatum, si in primo adessent verba, *quod non posset derogari nisi sub certa forma*, quia saltem debent apponi verba generalia derogatoria quibuscunque formis, aliàs secundum non valet; ita *Feder. de Senis cons. 47. in princ. Card. Tusch. d. conclus. 346. num. 11.* si tamen post illa verba, *cassans, & irritans omne aliud testamentum*, addatur, *etiamsi contineat clausulam derogatoriam*, tunc dicitur fieri specialis mentio dicti testamenti, vt censuit *Rota d. decis. 721. num. 2. part. 2. recent.*

11 Clausulæ derogatoriæ regulantur ab ipsa dispositione principali, & non egrediuntur limites illius, vt post *Anton. de Butr. cons. 29. post princ. Dec. cons. 195. col. 3. vers. secundo diligenter, Ruin. cons. 137. num. 10. lib. Achill. decis. 3. num. 4. qui filij sint legitimi*, fuit resolutum *in Monasterien. capellæ 10. Martij 1604. coram Gregorio XV.* impressa per *Farinac. decis. 767. n. 3. cum seqq. p. 2. recent.*

12 Vtrùm autem clausulæ derogatoriæ contentæ in reg. 8. Cancellariæ, referantur ad omnes alias regulas præcedentes? vide *Rotam in Eugubina Canonicatus 20. Decembris 1615. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per *Farinac. decis. 767. num. 3. cum seqq. p. 2. recent.* vbi *à num. 8.* disputat, an clausulæ derogatoriæ generales derogent reseruationibus in corpore Iuris clausis.

13 Clausulæ derogatoriæ generales an comprehendant priuilegium *l. vnica. C. quando Imperator inter pupill. & viduam*? vide *Rot. apud Zachiam post tract. de oblig. Camer. decis. 93. num. 4. & 13.*

An etiam clausula derogatoria requiratur in concessione exemptionum? vide *Erasmum à Cochier de Iurisd. Ord. in exemptos, lib. 1. quæst. 11.* 14

Clausulæ derogatoriæ appositæ in concessione subsidij, respiciunt tantùm fauorem Regis, nec per eas censentur sublati contractus, ex quibus Regi nullum præiudicium infertur, vt dictum fuit *in Valentina subsidy 22. May 1615. coram Pamphilio*, impressa per *Farin. decis. 702. n. 6. p. 2. recent.* 15

Clausulæ derogatoriæ amplissimæ nihil operantur contra personas priuilegiatas, vbi in Papa non datur scientia præiudicij, vt fuit dictum *in Romana fideicommissi de Veccys 28. Iunij 1614. coram Litta*, impressa per *Farinac. decis. 128. num. 4. part. 2. recent.* 16

Clausulæ derogatoriæ derogatoriarum satis subtilè censentur per clausulas subsequutæ constitutionis, videlicet, *etiamsi de illis, illorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua mentio, ac de verbo ad verbum facta fuisset*; ita *Feder. de Senis cons. 47. sub num. 1. vers. ac hoc intelligo verum, Alex. cons. 7. num. 7. lib. 4. Iaf. cons. 184. col. 3. vers. ita præfata fortius, lib. 2.* & fuit dictum *in Interamnen. bonorum 5. May 1603. coram Gregor. XV. inter eius decisiones impressas decis. 109.* quæ reperitur etiam impressa per *Farinac. decis. 87. n. 4. p. 2. recent.* vbi etiam post *Anton. de Butr. cons. 2. & Mohed. decis. 1. de rescript.* hoc intelligit verum, præsertim accedente etiam clausula, *Pro expressis.* 17

Quotiescunque igitur priuilegium secundum habet clausulam derogatoriam cum illis verbis, *etiamsi talia forent de quibus mentionem fieri oporteret, de verbo ad verbum*, semper per hoc censetur primum reuocatum; ita *Gabr. com. lib. 6. tit. de clausul. conclus. 5. num. 12. Crau. cons. 126. num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 41. num. 22. Ceual. com. contra com. q. 611. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 26. n. 23. Erasm. à Cochier de Iurisd. Ordin. in exemptos, p. 3. q. 9. n. 6. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 8. n. 539.* 18

Clausula derogatoria, etiamsi amplissimis verbis concepta, non extenditur vt comprehendat ius particulare à Papa ignoratum, cuius ad effectum derogationis facienda erat specialis & expressa mentio, vt per *Curt. Iun. cons. 170. num. 31. lib. 2. Petr. Henriq. cons. 75. n. 26.* non extenditur enim ad ea quibus à Principe verisimiliter non fuisset derogatum, *Mar. Anton. var. resolut. lib. 1, resol. 46. n. 10.* 19

Clausulæ, quod derogationis literæ debeant præsentari patronis per trinas diuersas literas; & item quod prouisiones non possint fieri, nisi de consensu patroni, sine quo non posset derogari, & si derogentur, derogatio non sufficiat, sed in pristinum statum reponatur, non impediunt quominus intret reg. de mensibus, si beneficium vacet in mense reseruato: nam illæ clausulæ habent locum duntaxat, vbi vacatio contingit in mense ordinario, vel certè vbi concurrit cum ipso Ordinario, vt fuit dictum *in Compsan. Iurispatronatus 3. Decemb. 1604. coram Litta*, impressa apud *Farinac. decis. 58. p. 1. recent.* & apud *Massob. in praxi habendi concursum, prælud. 7. dub. 3. n. 27. cum seqq.* 20

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula*, Dummodò tempore datæ, &c.

semper

ſemper habetur pro appoſita, ſiue Papa conferat, ſiue alius ipſius authoritate.

3 *Ius quæſitum in re, non ſolùm præſeruat clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c. *ſed quæſitum ad rem.*

4 *Ius ad rem reſultans ex electione, vel præſentatione, conſiderabile eſt ad effectum regulæ de iure quæſito, & clauſulæ*, Dummodò tempore datæ, &c.

5 *Ius ad rem, quod acquiritur collatario abſenti, ante acceptationem eſt conſiderabile.*

6 *Ius ad rem, quod acquiritur poſt receptionem in Canonicum cum expectatione præbendæ, eſt conſiderabile.*

7 *Ius ad rem quæſitum per reſeruationem factam pro aliquo de certo beneficio, vel per optionem, eſt conſiderabile.*

8 *Oppoſitio ſola non tribuit ius in re, neque ad rem.*

9 *Ius ad rem conſiderabile acquiritur ex ſola oppoſitione, quotieſcunque ex fundatione, & ordinatione teſtatoris conſtat, voluiſſe proximiorem de ſuo genere præſentari.*

10 *Clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c. *intelligitur de iure valido, & conſiderabili.*

11 *Gratiam conditionalem ſuſpenſiuam non facit clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c. *ſed ſolùm præſeruat ius.*

12 *Executorem mixtum facit clauſulam*, Dummodo tempore datæ, &c.

13 *Executio facta pendente appellatione, vel intra terminum ad appellandum, per executorem, ſtante clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c. *eſt nulla, & attentata.*

14 *Gratia à vitio ſubreptionis excuſatur per clauſulam*, Dummodò tempore datæ, &c.

15 *Clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c. *operatur quod non poſsit dari de ſubreptione gratiæ.*

16 *Ius conditionale, non autem purum alteri quæſitum tollit clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c.

17 *Clauſula*, Dummodò tempore datæ, &c. *apponenda eſt etiam in beneficijs vacantibus in Curia.*

18 *Ius ad rem quouis modo quæſitum cenſetur ſublatum per clauſulam*, Anteferri.

Dummodò tempore datæ præſentium alteri non ſit ius quæſitum.

CLAVSVLA XLIV.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mart. de clauſul. part. 1. clauſ. 35. in 2. impreſſ. Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. part. 4. collect. 814. & in praxi rerum fori Eccl. deciſ. 195. à num. 204. in prima edit. alias reſolut. 177. in 2. edit. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 329. Ioann. à Cochier in regul. de non tollendo iure quæſito, à num. 6. cum ſeqq. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 11. num. 463. cum ſeqq.*

Hæc clauſula (quæ ſemper habetur pro appoſita, 2 ſiue Papa conferat, ſiue alius ipſius authoritate, *cap. ſi poſtquam, de præben. in 6. Zabarel. conſ. 92. n. 3. Ioann. à Cochier vbi proximè, num. 15. & 16. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 329. num. 27.*) ne dum præſeruat ius 3 quæſitum in re, vt voluerunt *Sarnen. in d. reg. de iure quæſit. quæſt. 1. Calder. conſ. 8. in fin. de reſcript. Caputaq. deciſ. 337. num. 6. p. 1. & Staphil. de liter. gratiæ, tit. forma mandati de prouidendo, num. 4. Mar. Anton. lib. 1. reſol. 9. num. 3. Rot. in Catucen. hoſpitalis 19. Martij 1610. coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano*; verùm etiam ius quæſitum ad rem, quod eſt ad hunc effectum conſiderabile, *Caſſad. deciſ. 3. num. 2. & deciſ. 18. num. 2. de præbend. Aloyſ. Ric. in praxi rerum fori Eccleſ. reſol. 177. Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. pag. 404. num. 61. & 62. in 2. impreſſ. Mart. d. clauſ. 35. num. 1. Card. Tuſch. d. concluſ. 329. num. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 4. cap. 3. num. 19. cum ſeq. Stephan. Grat. diſcept. forenſ. cap. 780. num. 17. & 18. Mareſcot. var. reſol. lib. 2. cap. 1. num. 172. & 173. Monet. d. cap. 11. num. 463. Maſſob. in praxi habendi concurſum, prælud. 7. dub. 21. num. 149.* Vnde ad effectum huius clauſulæ, ſicut & regulæ 4 de iure quæſito non tollendo, conſiderabile eſt ius ad rem reſultans ex electione, vel præſentatione, vt docent *Felin. in cap. cauſam quæ, num. 26. verſ. ſed. Rot. de reſcript. Aloyſ. Ric. d. deciſ. 195. num. 204.* & fuit dictum *in Tyraſſonen. Eleemoſynaria 28. Ianuarij 1602. coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 52. num. 3. p. 2. recent.* Sic etiam eſt 5 conſiderabile ius ad rem, quod acquiritur collatario abſenti ante acceptationem, vt poſt alios tenet *Garc. d. cap. 3. num. 25. & 39. cum ſeqq.* Necnon illud, 6 quod acquiritur per receptionem in Canonicum cum expectatione præbendæ, *Bellamer. conſ. 331. n. 9. verſ. 5. concluſ.* quem refert *Card. Tuſch. d. concluſ. 329. num. 8. Garc. d. cap. 3. à num. 26.* vbi *num. 43. iuncto num. ſeq.* hoc ipſum poſt alios docet de iure ad rem, 7 quod eſt quæſitum per reſeruationem factam pro aliquo de certo beneficio, & *num. 45. cum ſeq.* de iure ad rem, quod acquiritur per optionem, ſeu ius optandi, & *à num. 47. vſque ad 52.* idem probat de regreſſu, vel acceſſu, quem habet penſionarius ad beneficium penſione grauatum, poſt magnam proteruiam beneficiati in ſoluenda penſione, & declarationem penſionarij, quod velit eſſe locum regreſſui, vel acceſſui, & *n. 55. cum tribus ſeqq.* de regreſſu, vel acceſſu ob aliam cauſam, idque ſiue ante, ſiue poſt vacationem; *num.* verò *59. cum ſeq.* idem tradit de iure ad rem, quod acquiritur ex mandato de prouidendo in forma dignum.

Quid autem dicendum ſit de iure ad beneficium, 8 quod acquiritur per oppoſitionem (de quo agit latè *Garc. d. cap. 3. à n. 61. vſque ad 80.*) non immeritò dubitatur à Doctoribus: nam quamuis regulariter ſola oppoſitio non tribuat ius in re, nec ad rem, ex traditis per *Sarnen. in reg. de iure quæſito, quæſt. 1. n. 10. Caſſad. deciſ. 18. num. 5. de præben. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 9. §. 1. n. 89.* & fuit dictum *in Barchinon. beneficij 15. Ianuarij 1625. coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano*; tamen hoc fallit, quotieſcunque ex 9 fundatione, & ordinatione teſtatoris conſtat, voluiſſe proximiorem de ſuo genere præſentari; tali enim caſu ex ſola oppoſitione acquiritur ius ad rem conſiderabile, adeò quod per hanc clauſulam cenſeatur præſeruatum, *Sarnen. d. quæſt. 1. num. 11. Rot. in Barchinonen. tertij beneficij S. Tecla 27. Ianu. 1623. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo.*

Intelligitur hæc clauſula de iure valido, & conſi- 10

derabili, vt per *Mart. d. clausula 35. num. 11. Sarnen. super reg. de publicandis, quæst. 17. Monet. d. cap. 11. num. 464. in fin.* & fuit dictum *in Salamantina dimidiæ portionis 27. May 1609. coram Card. Marquemontio*, impressa per *Farinac. decis. 254. num. 1. part. 2. recent.* & *in Calaguritana beneficij 10. Martij 1614. coram Remboldo*, pariter impressa per *Farin. decis. 572. p. 1. recent.* & *in Pistorien. beneficij 23. Ianuary 1615. coram Card. Caualerio*, similiter impressa per eundem *Farin. decis. 634. n. 1. p. 2. recent.*

11 Hæc clausula cùm non faciat gratiam conditionalem suspensiuam, sed solùm præseruet ius, ita vt constito de iure alterius, gratia reddatur nulla, vt per *Mart. d. claus. 35. num. 9. Maresc. var. resolut. lib. 2. c. 1. n. 172. Achil. decis. 18. n. 2. in fin. de probat.* ideo non est iustificanda per impetrantem, *Maresc. d. cap. 1. n. 273. Rot. in Colonien. Canonicatus 20. May 1602. coram Cardin. Pamphilio*, impressa per *Nicol. Garc. de benefic. p. 10. cap. 2. n. 74. Gregor. decis. 350.*

12 Executorem mixtum facit hæc clausula, *Gregor. decis. 91.* & ab eo tunc dabitur appellatio, *Staphil. de literis gratiæ, tit. de noua forma mandati, num. 3. Mantic. decis. 324. num. 3. Scacc. de appellat. quæst. 12. limit. 11.*

13 *num. 11.* & propterea executionem ab eo factam pendente appellatione, vel intra terminum ad appellandum, esse nullam, & attentatam, censuit Rota teste *Seraphin. decis. 1045. num. 4.*

14 Per hanc clausulam excusatur gratia à vitio subreptionis, *Selu. de benefic. p. 3. quæst. 11. num. 103. Card. consil. 92. num. 4. vers. item in concessione, Mart. d. clausula 35. num. 12. Massob. in sua praxi habendi concursum, prælud. 7. dub. 21. num. 154. secundum Roman. impress.* & dictum fuit *in d. Colonien. Canonicatus apud Nicol.*

15 *Garc. d. num. 74.* Et operatur quod non potest dari de subreptione gratiæ, ex eo quia non sit facta mentio possessionis alienæ; ita ex *Zabar. cons. 92. num. 3.* notat *Card. Tusch. d. concl. 329. num. 21.* & ex *Felin. in cap. super literis, n. 11. de rescriptis*, aduertit *Monet. d. cap. 11. n. 465.*

16 Tollit ius conditionale, non autem ius purum alteri quæsitum, *Roman. cons. 256. Approbo, in fin.* vbi *Apostilla magna, Cardin. Tusch. d. concl. 329. n. 10. & 11.* obseruantes tollere ius perpetuò non duraturum, videlicet ad incertum tempus, veluti si alicui commendatur Ecclesia ad beneplacitum, vel simpliciter, aut ad commoditatem Ecclesiæ, & illa conferatur alicui cum hac clausula, valet collatio, & ius commendatarij ad incertum tempus non est considerabile, secus si commenda esset ad certum tempus, veluti per biennium, vel ad vitam, quia tunc est ius considerabile.

17 Hanc clausulam apponendam esse, haberéque locum etiam in beneficiis vacantibus in Curia, obseruat *Rebuff. in d. forma ac declarat. nouæ prouisionis, num. 7. cum seq.* quem refert *Monet. d. cap. 11. n. 466.* quoniam Ordinarius potest conferre huiusmodi beneficia post mensem à die vacationis, nisi Papa de iis prouideat, *cap. statutum, de præben. in 6.* sicut & parochiales Ecclesias in Curia vacantes Apostolica Sede vacante, ac de quibus Papa ante obitum non prouidit, *cap. si Apostolica, eod. tit. & libro.*

18 Prædicta autem de præseruatione iuris quæsiti ad rem, intelligenda sunt, dummodò in literis Apostolicis non esset adiecta clausula, *Anteferri*, quia per illam sublatum censetur omne ius ad rem quouis modo quæsitum, *cap. penult. de præben. in 6. Mandos. de sign. gratiæ, in rubr. de expectatiuis, vers. nulli dabatur, Lap. alleg. 79. n. 1. Verall. decis. 217. num. 5. part. 1.*

19 Latam interpretationem in præiudicium concedentis importat hæc clausula, *Rot. decis. 22. de præbend. in antiq. Massob. d. dub. 21. num. 150.* vbi subdit, habere vim supplendi defectus taciturnitatis detentionis beneficij, per *Rot. decis. 38. de rescript. in antiq.* & *Gonzal. gloss. 15. §. 1. n. 68. Felin. num. 32. in cap. in nostra, de recept.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Dummodò collatio ad nos hac vice pertineat, *solet apponi, quando Papa prouidet de reseruato.*

2 *Gratia de beneficio facta cum clausula*, Dummodò collatio ad nos hac vice pertineat, *intelligitur, si tantùm vigore iuris specialis, & sic reseruationis spectet ad Papam.*

3 *Iustificanda non est per impetrantem clausula*, Dummodò collatio ad nos hac vice pertineat, *cùm non contineat conditionem suspensiuam.*

4 *Reseruationes narratæ stante clausula*, Dummodò collatio ad nos, &c. *necessariò & concludenter sunt iustificandæ.*

5 *Clausula*, Dummodò collatio ad nos, &c. *non refertur ad vacationem expressam, sed ad alias vacationes comprehensas in clausulis generalibus.*

6 *Papa prouidens cum clausula*, Dummodò collatio ad nos, &c. *declarat nolle prouidere, nisi quatenus beneficium reseruatum existat.*

7 *Papæ intentionem præueniendi, & concurrendi cum Ordinario excludit clausula*, Dummodò collatio ad nos, &c.

8 *Papa quando vult præuenire, loco clausulæ*, Dummodò collatio ad nos, &c. *apponere solet clausulam*, Dummodò à data præsentium, &c.

9 *Clausula*, Dummodò pro alio non scripserimus, *intelligitur de eodem Papa, non si prædecessor scripsisset.*

10 *Clausula*, Dummodò resignans habeat aliunde, vt possit vitam commodè sustentare, *quid importet, ostenditur.*

Dummodò collatio ad nos hac vice pertineat.

CLAVSVLA XLV.

1 SOlet apponi, quando Papa prouidet de reseruato, *Simonet. de reseruat. quæst. 61. num. 3. Rot. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, apud Marchesc. de Commiss. p. 2. pag. 608. n. 4.*

2 Apposita verò in collatione beneficij, quod Papa asseruit reseruatum, si reseruatum non reperiatur, ita vt collatio ad Episcopum spectet, Papa non intellexit conferre, quia licèt concurrat cum omnibus Ordinariis, *cap. dudum, vers. nos igitur, cap. si à Sede*, cum similibus, *de præbend. lib. 6.* tamen intelligitur virtute huius clausulæ gratia facta, si tantùm

tùm vigore iuris ſpecialis, & reſeruationis ſpectet ad Papam, non autem ex Iuris communis conſtitutione, ita *Gemin. conſ. 92. in princ. verſ. ad primum, Pauin. de poteſt. Capituli Sede vacante, in 7. prælud. ſub num. 19. Monet. de reſeru. beneficiorum, quæſt. 61. num. 3. Card. Tuſch. tom. 1. litt. C. concluſ. 328.* & fuit reſolutum *in vna Taurinen. Cantoriæ 14. Octob. 1596. coram Oradino, & in Romana Clericatus S. Petri 27. Nouembris 1602. coram Card. Pamphilio, & in Comen. Præpoſituræ 20. Iunij 1611. coram D. Pirouano.*

3 Et licèt non ſit iuſtificanda per impetrantem, cùm non contineat conditionem ſuſpenſiuam, vt fuit dictum *in Vercellen. beneficij 16. Nouembris 1601. coram Litta*, prout ſunt idonei teſtes, *Mart. clauſ.* 4 *37. num. 4. part. 1. adden. ad deciſ. Gregorij 350.* tamen reſeruationes narratæ ſtante hac clauſula neceſſariò & concludenter ſunt iuſtificandæ, vt fuit dictum *in Ianuen. Canonicatus 14. Octobris 1596. coram Oradino, & in Abulen. beneficiorum 26. Nouembris 1599.* 5 *coram Penia*; nam hæc clauſula non refertur ad vacationem expreſſam, quia cùm vacatio ſit ſpecificè narrata, Papa bene ſcit, an diſpoſitio ad ipſum pertineat necne, ſed refertur ad alias vacationes comprehenſas in clauſulis generalibus, ſeu alio quouis modo, vt dictum fuit *in Carpentoraten. penſionis 15. Martij 1601. coram Card. Lancellotto, & in Aretina Commenda 7. Nouembris 1586. coram Cardin. Seraph.* quam refert *Nicol. Garc. de benefic. part. 5. cap. 1. num. 183.* vbi antea *num. 182.* ex *Hieron. Paulo in pract. Cancel. §. notabile ſuper vacantibus reſeruatis*, idem tradiderat, & *num. 178.* ex *Pauino d. præludio 7. col. vltim. & Simonet. de reſeruat. q. 61. num. 3.* colligit quod in prouiſionibus additur hæc clauſula, per quam reſtringuntur clauſulæ generales, quæ apponuntur in gratiis de beneficiis reſeruatis in euentum quod non eſſent reſeruata, & citato *Simonet.* dictum fuit *in Iacen. Vicariæ 20. Ianuarij 1616. coram Buratto*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 777. num. 6. part. 2. recent.*

6 Papa prouidens cum hac clauſula, declarat nolle prouidere, niſi quatenus beneficium reſeruatum exiſtat, vt fuit dictum *in d. Romana Clericatus S. Petri, &* 7 *coram Gregorio deciſ. 314. num. 3.* excludit enim intentionem Papæ præueniendi, & concurrendi cum Ordinario, *Mart. d. part. 1. clauſ. 37. num. 2.* & quan-8 do Papa vult præuenire, loco huius clauſulæ apponere ſolet clauſulam, *Dummodò à die datæ præſentium, &c.* ita fuit dictum *in Elnen. beneficij 21. Ianuarij 1604. coram Penia, & in Paterbonen. Canonicatus 29. Martij 1610. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Hiſpalen. Canonicatus 23. Iunij 1616. coram Buratto.*

9 Clauſula, *Dummodò pro alio non ſcripſerimus*, intelligitur de eodem Papa, non ſi prædeceſſor ſcripſiſſet, vt per *Gemin. conſ. 30. in fin. Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. litt. C. concl. 327. num. 2.* vide in clauſula, *Si pro aliis non ſcripſerimus.* De expectante verò cum hac clauſula, vide eundem *litt. E. concl. 613.*

10 Clauſula, *Dummodò reſignans habeat aliunde, vt poſſit vitam commodè ſuſtentare*, ſi inſit literis in forma commiſſoria, verificari debet de tempore executionis, ſi verò ſit in forma gratioſa, debet verificari de tempore datæ, vbi tamen reſignans ſit viuus, aliàs non venit verificanda; colligitur ex *Rot. in vna Iacen. Vicariæ 1590. coram bonæ mem. Card. Plato*, impreſſa per *Nicol. Garc. de beneficijs, part. 6. cap. 2. n. 279.* prout refert *Maſſob. in ſua praxi habendi concurſum, requiſ. 7. dub. 38.*

Clauſula, *Dummodò incontinentia paternæ imitator non ſit*, ſolita apponi per Signaturam, cùm à Papa conceduntur diſpenſationes illegitimis ad Ordines, & Eccleſiaſtica beneficia obtinenda, non operatur conditionem, præſertim extrinſecam, ſed potiùs ſonat in quendam modũ inſtruentem executorem, ſuper quibus inquirere debeat, ita quod ſine expreſſione ſubintelligeretur, vt per *Rot. deciſ. 849. ſiue 4. de filijs preſbyt. in antiq. Biſignet. deciſ. vnica, qui filij ſint leg. in antiq.* Cõplures enim diſpenſationes huiuſmodi irritarentur, ſi iam hæc clauſula operaretur conditionem annullantem reſcriptum, vt ait *Mandoſ. in tract. Signat. gratiæ, rub. diſpenſationes ſuper defectu natalium, verſ. ſed aduertendum*, quem refert *Campanil. in diuerſorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. n. 88.*

SVMMARIVM.

1 *Commiſſiones auocatoriæ ſæpe conceduntur in Romana Curia cum clauſula*, Dummodò cauſa non ſit inſtructa.

2 *Cauſa inſtructa quando dicatur, oſtenditur.*

3 *Sententiam nullam reddit clauſula*, Dummodò cauſa non ſit inſtructa, *ſi feratur vigore commiſſionis habentis dictam clauſulam, poſtquam cauſa fuit inſtructa.*

4 *Conditionalis eſt clauſula*, Dummodò cauſa, &c. *& reſpicit citationem, & inhibitionem.*

5 Dummodò cauſa in partibus inſtructa non ſit, &c. *à qua die ſit intelligenda, oſtenditur.*

Dummodò cauſa non ſit inſtructa.

CLAVSVLA XLVI.

COnceduntur ſæpe commiſſiones auocatoriæ 1 tam in partibus, quàm in Romana Curia cum hac clauſula, & tunc ad hunc effectum cauſam in- 2 ſtructam fore cenſeo, quando tempore auocationis iura producta erant, & termini (licèt malè, & nulliter) ſeruati, eo autem in ſtatu, inhibitione vigore vltimæ commiſſionis obtentæ emanata minimè obſtante, poterit Iudex pronuntiare, ac ad vlteriora procedere, quia non obſtat commiſſio præfata conditionalis, vt per multa iura & rationes dixit *Rot. apud Creſcen. deciſ. 1. de Iudic.* ſubdens quod bene id facere abſque attentatorum metu valet, & ideo ita reſcribit Signatura, quia iam inſtructus Iudex poſt concluſum in cauſa poteſt ſententiam proferre, quamuis non antea, *Felin. in cap. ſignificauerunt, n. 3. de teſtib.* refert, & ſequitur *Marcheſ. de Commiſſ. p. 2. cap. 7. §. 1. num. 103. cum ſeqq. pag. 287. in ſecunda impreſſ.* Vnde hanc clauſulam reddere ſententiam 3 nullam, ſi illa feratur vigore commiſſionis habentis iſtam clauſulam, poſtquam cauſa vt ſuprà fuit inſtructa coram primo Iudice, cenſuit *Rota in Venetæ legitimitatis 19. Ianuarij 1587. coram Cardinali Seraph. inter eius deciſiones impreſſas, deciſ.....* cuius meminit *Mart. de clauſulis, part. 1. clauſul. 36. num. 1.* vbi *n. 3.* ait, quod ſi huic clauſulæ addatur, *& in iuriſdictione conſenſum*, non requiritur vtrunque, ſed alterum ſufficit; & *num. 5.* ſubdit hanc clauſulam eſſe con- 4 ditionalem, & reſpicere citationem, & inhibitionem, & quod poſita in reſcripto auocatorio, ſeu commiſſorio, alicui Iudici tribuat iuriſdictionem

condi

conditionalem, ita & taliter, vt hac conditione non purificata non habeat aliquam iurisdictionem, tradunt *gloss. verbo repererit, in Clem. 1. de officio deleg. Socin. Sen. consil. 99. n. 10. vol. 3.* quod procedere ait *Crescent. decis. 1. de re iudic.* etiamsi termini malè, & nulliter fuissent seruati, dissuadendo tamen, vt per eundem *Crescent. decis. 5. de rescript.*

5 Clausula, *Dummodò causa in partibus instructa non sit, &c.* solet apponi in commissione auocationis causæ, quæ litigatur extra Curiam; vnde dubitari potest, à qua die sit intelligenda, an scilicet à die inhibitionis, vigore talis commissionis, an verò à die illius præsentationis in partibus? & attendendum esse tempus præsentationis inhibitionis, non autem impetratæ commissionis, & exinde non excusari attentata, censuit *Rot. in Vercellen. bonorum apud Mohed. decis. 1. vt lite pendente.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Probationem plenam & concludentem requirit clausula*, Dummodò remaneant centum pro Rectore.

3 *Valor licèt regulariter sufficienter probetur per publicam vocem, & famam, hoc tamen non procedit quando agitur ad effectum iustificationis clausulæ*, Dummodò remaneant centum pro Rectore.

4 *Clausula*, Dummodò remaneant centum, &c. *debet intelligi de tempore gratiæ, & reseruationis.*

5 *Iustificatio clausulæ*, Dummodò remaneant centum, &c. *necesse est quod continuò duret, ad hoc vt pensio sustineatur.*

6 *Pensio non propterea erit diminuenda, si aliquibus annis contingeret quod Rectori non remanerent centum.*

7 *Reductioni pensionis locus erit, si post illius reseruationem ita essent diminuti fructus, quod soluta pensione non posset Rector se, & onera Ecclesiæ incumbentia sustentare.*

8 *Onera arbitraria, & voluntaria non sunt detrahenda ex illis centum Rectoribus præstandis.*

9 *Onera necessaria sunt detrahenda ex illis centum Rectoribus præstandis.*

10 *Gratia reseruationis pensionis, si solum remaneant pro Rectore sexaginta, non vitiatur in totum, sed solummodò in parte excessus.*

11 *Valor beneficij quando Papæ fuit narratus, & ex reseruatione pensionis appareat illa centum pro Rectore non remanere, non operatur clausula*, Dummodò remaneant centum, &c.

12 *Possessor si per multos annos pensionem exigat, in eo præsumitur non solum titulus, sed etiam iustificatio clausulæ*, Dummodò remaneant centum pro Rectore.

13 *Petitorium respicit iustificatio clausulæ*, Dummodò remaneant centum, &c.

14 *Probandi onus remanere, vel non remanere centum pro Rectore, cui incumbat stante clausula*, Dummodò remaneant centum, &c. *ostenditur.*

15 *Probatio concludere debet etiam quod centum Rectori remaneant ex fructibus beneficij libera, hoc est, deductis oneribus, si fuerit dictum vt remaneant centum libera pro Rectore.*

16 *Intellige de oneribus ordinarijs, non autem de extraordinarijs.*

Dummodò remaneant centum pro Rectore.

CLAVSVLA XLVII.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Mart.* 1 *de clauſ. p. 1. clauſ. 42. in vlt. impreſſ. Nicol. Garc. de benef. p. 1. cap. 5. num. 373. cum ſeqq. Rot. in Cremonen. penſionis 10. Decembr. 1612. coram Card. Caualerio*, impreſſa per *Farin. deciſ. 417. part. 2. recent. Flam. de reſign. lib. 6. quæſt. 2. num. 26. cum ſeq. Campan. in diuerſ. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 89.* & alios in diſcurſu citatos.

Requirit hæc clauſula plenam, & concludentem 2 probationem, vt reſoluunt *Flam. de reſig. lib. 6. q. 2. num. 25, Mart. d. clauſ. 42. num. 1. Seraph. deciſ. 1222. num. 2.* nouiſſimè *D. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. num. 40. & quæſt. 43. num. 4.* & fuit dictum *in Cuſentina parochialis*, impreſſa per *Marcheſ. de Comm. tom. 1. pag. 629. in vltima impreſſ.* adeò vt non poſſit iuſtificari ex ſemiplena probatione, *Seraph. d. deciſ. 1122. num. 2. verſ. & hoc caſu non ſufficit, adden. ad Greg. deciſ. 245. num. 11. D. Lotter. d. quæſt. 38. num. 44.* nec ex ſolo conſenſu titularis, *adden. ad Greg. deciſ. 57. n. 12. D. Lotter. d. q. 38. n. 47.*

Et licèt regulariter valor probetur ſufficienter 3 per publicam vocem, & famam, tamen non procedit quando agitur ad effectum iuſtificationis huius clauſulæ, vt cenſuit *Rot. deciſ. 444. ſub num. 1. & 4. p. 2. recent.*

Et quamuis huiuſmodi clauſula debeat intelligi 4 de tempore gratiæ, & reſeruationis, vt ex multis concludit *Nicol. Garc. d. p. 1. cap. 5. num. 398.* tamen 5 eſt neceſſe quod continuò duret illius iuſtificatio, ad hoc vt penſio ſuſtineatur, *Seraph. deciſ. 951. num. 4.* Verùm ſi aliquibus annis contingeret quod Recto- 6 ri non remaneant centum, non propterea erit diminuenda penſio, iuxta opinionem *Garc. d. cap. 5. num. 399.* qui tamen ſub *num. 440.* admittit, quod ſi 7 poſt reſeruationem penſionis ita eſſent diminuti fructus, quod ſoluta penſione non poſſet Rector ſe & onera Eccleſiæ incumbentia ſuſtentare, tunc ſit locus reductioni.

Onus quod poteſt per ipſummet titularem ſub- 8 iri, non eſt detrahendum, *Rota deciſ. 158. num. 19. p. 1. recent. & in Rom. penſionis 6. Nouembris 1619. coram Buratto, confirmata coram eodem 6. Aprilis 1620.* Onera verò arbitraria, & voluntaria non ſunt deducenda, vt fuit dictum *in Cremonen. penſionis 28. May 1618. coram Card. Caualerio.*

Onera neceſſaria detrahenda ſunt, vt ſalarium 9

vnius

vnius clerici in minoribus conſtituti, qui inſeruiat Miſſis, & cæteris neceſſariis, vt fuit dictum *in d. Rom. penſionis*, & *in d. Cremonen. penſionis*, in qua etiam habetur, deducenda eſſe onera expenſarum pro cultu diuino, pro cera, hoſtiis, vino, oleo, pro luminaribus ſanctiſſimi Sacramenti, & ſimilibus.

10 Gratiam huiuſmodi reſeruationis penſionis, ſi ſolummodò remaneant pro Rectore ſexaginta, non vitiari in totum, ſed ſolùm in parte exceſſus, reſpondit *Rot. in Toletana penſionis* 28. *Ianuarij* 1591. *coram Giptio.*

11 Non operatur hæc clauſula ſuũ effectum, quando Papæ non fuit narratus valor beneficij, & ex reſeruatione penſionis apparebat, illa centũ pro Rectore non remanere, in quo etiam generalis derogatio ſufficit, vt quoque Concilij diſpoſitioni derogarum cenſeatur, vt tenuit *Rot. in Segolien. tertia partis fructuum* 25. *Maij* 1612. *coram D. Patriarcha Manzanedo*, vbi etiam dictum fuit quod ſi poſſeſſor per

12 multos annos penſionem exigat, in eo præſumitur non ſolùm titulus, ſed etiam præfatæ clauſulæ iuſtificatio, ita vt ad illam verificandam cogendus non ſit, cùm ex tali poſſeſſione hoc ius, poſſeſſionémque pro ſe acquiſiuiſſe videatur.

13 Diſcuſſio, ac verificatio huius clauſulæ petitorium reſpicit, ac propterea ad illud iudicium remittendus eſt, interimque manutentio poſſeſſori illius prætextu non retardatur, vt fuit dictum *in Bononien. penſionis* 8. *Iunij* 1612. *coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo.*

14 Cui autem incumbat onus probandi remanere, vel non remanere huiuſmodi centum pro Rectore, nempe an titulari aſſerenti remanere, vel potiùs penſionario affirmanti non remanere, quæſtio eſt dubia. Pro parte titularis deduci poteſt, præfatam clauſulam conditionem, vel modum importare, ita vt ipſe ad penſionem ſoluendam cogendus non ſit, niſi dicta conditione, vel modo adimpleto, & ſic probato per actorem centum remanere pro Rectore, quod pluries *Rota* cenſuit, & ſignanter *coram Mantic. deciſ.* 196. & *in Brixien. penſionis* 29. *Decembris* 1597. *coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Millino*, & *in Mileuitana penſionis* 27. *Iunij*, & 8. *Nouemb.* 1597. *coram Litta*, & *in Paduana penſionis* 28. *Iunij* 1581. *coram Rubeo*, & *in Cremonen. penſionis* 15. *Aprilis* 1611. *coram Card. Cautalerio*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſion. p.* 1. *pag.* 559. *in vlt. impreſſ.* & *in eadem coram eodem* 10. *Decembris* 1612. impreſſa per *Farinac. deciſ.* 417. *p.* 2. *recent.* vbi fuit dictum quod hoc procedit, quando huiuſmodi clauſula appoſita eſt ſimpliciter ipſi reſeruationi penſionis, de qua agitur, non verò quando non ita, ſed conſecutiuè ad modificandum & limitandum aliam clauſulam proximam antecedentem, videlicet, *Etiamſi aliæ penſiones annuæ vltra præfatas aliis perſonis aſſignatæ exiſtant*, &c. dummodò omnibus penſionibus deductis centum remaneant pro Rectore; vnde penſio erat purè & liberè reſeruata, nec poterat dici conditionalis, niſi in euentum quod probaretur, de tempore reſeruationis adfuiſſe alias penſiones; vt in his terminis fuit deciſum *in Carpentoraten. penſionis* 15. *Martij* 1602. *coram Card. Larcellotto*; & ideo cùm appareat huiuſmodi clauſulam in his terminis non eſſe poſitam ſimpliciter ad totam orationem, ſed conſequutiuè ad clauſulam, *Etiamſi aliæ*, &c. vt dictum eſt, non poteſt ad alia referri, ad notata *in l. vlt. §. Titia*, vbi *Bart. ff. de liberat. leg. Capu. deciſ.* 108. *n.* 12. quod etiam reſolutum fuit *in S. Marci penſionis* 30. *Ianuarij* 1612. impreſſa per *Marcheſ. p.* 2. *pag.* 488.

15 *num.* 8. ſi fuerit dictum, vt remaneant libera, hoc eſt, deductis oneribus, vt per *Felin. in cap. ad aures*, *ſub num.* 13. *verſ. duodecima concluſio, de reſcript. Sarnen. in reg. de valore, q. vlt.* & fuit dictum *in Foroſempronien. penſionis* 9. *Februarij* 1615. & *in Cremonen. penſionis* 28. *Maij* 1618. *coram Cardin. Caualerio*, ex eò quia dictio illa, *liberè*, idem importat quod abſque alia diminutione, vt dixi *in tract. de dictionib. dict.* 190. *vlt. impreſſ.*

Intellige de oneribus ordinariis, non autem de 16 extraordinariis, & ratò contingentibus, vt per *Gig. de penſionib. q.* 96. *num.* 2. *Rot. deciſ.* 298. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ.* & *in Cuſentina penſionis coram Litta*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. tom.* 1. *pag.* 629. & *in d. Romana penſionis* 6. *Nouembris* 1619. *coram Buratto, confirmata coram eodem* 6. *Aprilis* 1620.

SVMMARIVM.

1 *Penſio quod iuſta eſſe debeat, & talis vnde remaneat, vt penſionarius viuere poſſit, habet fundatam titularis intentionem.*

2 *Penſionum in reſeruatione ſuper menſis Epiſcopalibus ſi omittatur clauſula*, Dummodò mille remaneant pro Epiſcopo, *ſignum eſt quod Papa ſciens grauauerit talem Epiſcopum, licèt eius fructus tenues eſſent.*

3 *Concilium Trid. non indiget ſpeciali derogatione.*

4 *Penſio reſeruata cum clauſula conditionali*, Dummodò remaneant mille pro Epiſcopo, *ante purificationem conditionis non poteſt dici debita, & ante omnia verificari debet.*

5 *Iuſtificatio quod mille remaneant pro Epiſcopo, ſtante clauſula*, Dummodò mille, &c. *eſt neceſſaria etiam contra conſentientem.*

6 *Conſenſus penſionis reſeruatæ cum clauſula*, Dummodò remaneant mille, &c. *habet in ventre eandem conditionem, quam habet gratia.*

7 *Penſionarius quando eſt in caſu poſſeſſionis exigendi penſionem, tunc non retardatur ſolutio ſub prætextu quod minimè ſit probatum mille remanere pro Epiſcopo.*

8 *Iuſtificanda venit clauſula*, Dummodò mille remaneant pro Epiſcopo, *etiam in reſeruatione penſionis Motu proprio.*

9 *Famæ probatio cum adminiculis ſufficit pro iuſtificatione clauſulæ*, Dummodò remaneant mille pro Epiſcopo.

Dummodò mille remaneant pro Epiſcopo.

CLAVSVLA XLVIII.

OMnia proximè dicta clauſula præcedenti de 1 Rectore pro explicatione clauſulæ, *Dummodò remaneant centum pro Rectore*, poſſunt ad Epiſcopum applicari, quoniam vterque habet fundatam intentionem, & in Iuris communis diſpoſitione,

quod pensio iusta esse debeat, & talis vnde remaneat, vt viuere possit, ad tradita per *Gigan. de pensionib. q. 4. num. 1.*

2 Nunc verò sciendum est, quod omissio huius clausulæ apponi solitæ in reseruatione pensionum super mensis Episcopalibus, est signum euidēs quod Papa sciens, & volens grauauerit talem Episcopum, licèt eius fructus tenues essent, vt censuit *Rota in Ferantina pensionis 23. Ianuarij 1602. coram Ortembergo*, impressa per *Marchesi. p. 1. pag. 535.* vbi etiam fuit
3 dictum quod in his terminis cautè videtur ipse Papa Concilij Trid. decreto sess. 13. de reformat. cap. 13. derogare, & quod ad hoc speciali derogatione opus est, cùm eius auctoritatem idem Concil. sess. 25. de reformat. cap. 21. saluam esse voluerit.

4 Cùm sit conditionalis hæc clausula, pensio cum ea reseruata, iure merito ante verificationem conditionis quod mille remaneant pro Episcopo, non potest dici debita, *l. Thais ancilla. §. Stichus. ff. de fideicommiss. libert. Cephal. cons. 17. num. 21. Cassad. decis. 10. num. 8. de rescript.* & ideo ante omnia verifi-
5 cari debet, *Greg. decis. 57. num. 2.* & etiam contra consentientem est necessaria iustificatio, *Seraphin. decis. 1017. & decis. 1122. Rot. decis. 547. num. 3. & 4.*
6 *p. 1. recent.* vbi redditur ratio, quia consensus habet in ventre eandem conditionem, quam habet gratia, cui accedit, nempe dummodo remaneant mille pro Episcopo, & *num. 4.* post *Mohed. decis. 9. num. 1. & 2. de causa possess. Cassad. decis. 8. num. 8. vers. nisi agens,*
7 *de rescript.* limitat non habere locum, quando pensionarius est in casu possessionis exigendi pensionem, quia tunc non retardatur solutio sub prætextu quod minimè sit probatum, mille remanere pro Episcopo, & procedere etiam affirmat contra successorem illius, qui soluit, per *decis. Gidop. 629. num. 2. Pute. 151. lib. 3. Gigan. in tract. de pensionib. q. 47. num. 10. Rot. in Campanien. pensionis 20. Iunij 1611. coram Vbaldo Seniori*, docet *Nicol. Garc. d. p. 1. cap. 5. n. 464.* vbi addit, id locum habere siue agatur in petitorio, siue in possessorio executiuè.

8 Vnde hanc clausulam etiam Motu proprio reseruatam esse iustificandam censuit *Rota in Neritonen. pensionis 5. Nouembris 1601. coram Litta*, impressa per *Marchesi. de Commiss. p. 1. pag. 131.*

9 Pro iustificatione autem huius clausulæ sufficere probationem famæ cum adminiculis, fuit resolutū *in Clusina pensionis 28. Ianuarij 1575. coram Card. Blanchetto*, & in *Neritonen. pensionis 24. Nouembris 1606. coram Gregor. XV. inter eius decisiones impressas decis. 277.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionalem gratiū reddit clausula*, Dummodò omnes simul, &c. *& est verificanda per agentem ad pensionem.*

2 *Supplicatio gratiæ non est attendenda ad effectum iustificationis, sed formula literarum.*

3 *Pensio quando est imposita absque conditione, non est verificanda per pensionarium clausula*, Dummodò omnes simul, &c.

4 *Pensio si sit excessiua, non in totum vitiatur, sed reducitur.*

5 *Pensionis reseruatio quando facta fuit libera, & exempta ab omnibus oneribus, &c. tūc clausula*, Dummodò omnes simul, &c. *non intelligitur deductis oneribus.*

Dummodò omnes simul non excedant medietatem, &c.

CLAVSVLA XLIX.

HÆc clausula in literis reseruationis pensionis 1
appositæ, reddit gratiam conditionalem, & est verificanda per agentem ad pensionem, vt per *Cassad. decis. 10. num. 8. vers. secus si à principio, de rescript. Gigan. de pensionib. q. 85. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 88. in fine*, & fuit dictum *in Mileuitana pensionum 28. Octobris 1597. coram Litta*, impressa per *Marchesi. p. 1. pag. 520.* vbi etiam fuit dictum hoc locum h bere etiamsi hæc clausula in supplicatione non adsit, quia ad effectum iustifi- 2
cationis non est attendenda supplicatio, sed formula literarum, cùm literæ ipsę sint canonizandæ, vt perficiatur gratia per expeditionem literarum, & *in Carpentaraten. pensionis 15. Martij 1602. coram Card. Lancellotto*, impressa pariter per eundem *Marchesi. d. p. 1. pag. 529.* vbi etiam dicitur quod hæc clausula 3
non est iustificanda per pensionarium, quando pensio est imposita absque conditione, & ibi latiùs declaratur.

Operatur hæc clausula, quod si pensio sit excessiua, non in totum vitietur, sed reducatur, vt re- 4
maneat pro titulari ipso ante omnia fructuum medietas, *Cassad. decis. 4. num. 4. & 6. vers. & est sine præiudicio, de pension. Pute. decis. 32. num. 2. lib. 1. in correct. Mantic. decis. 153. num. 2. Rota in Salamantina pensionis 26. Martij 1593. coram Giptio*, impressa per *Marchesi. de Commiss. p. 1. pag. 525. in vlt. impress.* Verùm non parum vrget, quod hæc clausula videtur continere protestationem Papæ, quod nisi ita se res habeat, nolit gratiam aliquam fecisse, & propterea pensio sit nulla, ob defectum vnius oboli non est locus reductioni, sed in totum corruit, vt per *Gig. de pensionib. q. 35. num. 2. D. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 38. num. 54.* consideratur enim tanquam vnum integrale, quod non potest pro parte valere, & pro parte non, vt ait *Rot. decis. 626. num. 5. p. 1. diuers.*

Quando verò talis reseruatio pensionis facta fuit 5
libera, & exempta ab omnibus oneribus, &c. tunc clausula ista loquens de fructibus, non intelligitur deductis oneribus, nam obstant contraria verba dispositionis Papæ, ibi, *libera, &c.* vt fuit dictum *in Menopolitana pensionis 26. Ianuarij 1598. coram Orano*; & quia addi solent & illa verba, *omnes insimul, &c.* ideo tunc clausula ista refertur etiam ad pensiones alias antea, vel etiam eodem tempore reseruatas, & similes vltimo loco concessas, *Crescent. decis. 1. n. 2. de priuileg. Rot. in D. Menopolitana pensionis 13. Iunij 1597. coram Orano*, vbi etiam fuit dictum, verba illa referri ad omnem, quæ Religioni soluuntur.

SVMMARIVM.

1 *Executorem non merum, sed mixtum facit clausula*, Dummodò intrusus non sit.

2 *Clausula*, Dummodò intrusus non sit, *intelligitur de alia intrusione præter narratam.*

3 *Intrusus dicitur, qui ante præsentationem, &*

colla

cellationem beneficij poſſeſſionem ingreditur.

4 *Poſſeſſionem capiens literis non confectis dicitur intruſus.*

5 *Titulum non habens, ſeu habens ab eo, cui ius conferendi non competit, dicitur intruſus.*

6 *Reſignans poſt reſignationem reputatur intruſus.*

7 *Prouiſus de beneficio reſeruato ab alio quàm à Papa, dicitur intruſus.*

Dummodò intruſus non ſit.

CLAVSVLA L.

1 DE ſtylo hæc clauſula apponitur in literis Apoſtol. prouiſionum beneficiorum nõ reſeruatorum, & maximè ſi ſint litigioſa, vt per *Sarnen. de iure quæſito non tollendo, q. 1. in princip. Rot. in Aſtoricen. Capellaniæ 17. Nouembris 1600. coram Iuſto.* Quo caſu facit executorem non merum, ſed mixtum, qui propterea tenetur aſſumere partes Iudicis, & citare facere poſſeſſorem, vt in termino ſibi præfixo compareat, & de ſua poſſeſſione, vel intereſſe doceat, ſi veniat, & ſuum ius deducat, audiri debet, & contra eum procedi Iuris ordine ſeruato, vt tradunt *Butr. num. 8. Felin. num. 14. & 33. verſ. quadraginta aduerte, in cap. fin. de præſumpt. Rot. in Neapolit. S. Andreæ 14. Februarij 1569. coram Finetto, & in Piſcien. Capellaniæ 21. Februarij 1578. coram Clemente VIII. & in Bononien. parochialis 22. Iunij 1590. coram Penia, & in Vrbeuetana beneficij 28. Iunij 1591. coram Giptio.*

2 Intelligitur de alia intruſione præter narratã, vt per *Sarnen. de iure quæſito, q. 1. in fine, Creſcent. deciſ. 7. in fin. de Iurepatron. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 38. num. 1. in vlt. impreſſ. Mantic. deciſ. 71. num. 5.*

3 Quis autem dicatur intruſus, non erit abs re in præſenti inueſtigare. Dicitur igitur intruſus, qui ante præſentationem, & collationem beneficij poſſeſſionem ingreditur, *Mart. d. clauſ. 38. n. 3. Mantic. deciſ. 107. num. 3. Azor. inſtit. moral. p. 2. lib. 7. cap.*
4 *vlt. q. 10.* Vel qui literis non confectis poſſeſſionem
5 capit, *Flamin. de reſignat. lib. 10. q. 1. n. 21.* Vel qui titulũ non habet, aut habet ab eo, cui ius conferendi non competit, *Mantic. deciſ. 118. num. 11. Marta d. clauſ.*
6 *38. num. 3. poſt princip.* Item reſignans poſt reſignationem reputatur intruſus, *Flamin. de reſignat. lib. 1.*
7 *q. 6. num. 6.* Item prouiſus de beneficio reſeruato ab alio quàm à Papa, vt fuit dictum *in Verdunen. Abbatiæ 22. Iunij 1615. coram Buratto*, impreſſa per *Farin. deciſ. 741. num. 2. p. 2. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionalem, ſeu modalem gratiam facit, redditque confirmationem conditionalem clauſula*, Dummodò licita, & honeſta ſint.

2 *Confirmatio generalis etiam ex certa ſcientia, non refertur ad ſtatuta illicita.*

3 *Expreſſa non comprehendit clauſula*, Dummodò licita, & honeſta ſint, *poſita in confirmatione.*

Dummodò, ſeu quatenus licita, & honeſta ſint.

CLAVSVLA LI.

HÆc clauſula facit gratiam conditionalem, ſeu 1
modalem, redditque confirmationem conditionalem, & ideo non ſuffragatur, niſi doceatur pacta, ſeu conuentiones, aut ſtatuta ſub confirmatione contenta eſſe licita, & honeſta, per ea quæ tradunt *Deci. conſ. 149. num. 6. Borgnin. deciſ. 46. ſub num. 40. p. 1.* & fuit dictum *in cauſa Oſtien. aſſictus 23. Maij 1614. coram D. Patriarcha Pamphilio, & in Seguntina admiſſionis ad Capitulum 5. Iunij 1587. coram Giptio, confirmata coram eodem die 26. eiuſdem menſis.*

Vnde fit, vt confirmatio generalis omnium ſta- 2
tutorum, etiamſi facta eſſet ex certa ſcientia, non ſit referenda ad ſtatuta illicita, & iniuſta, per ea quæ tradunt *Alex. conſ. 59. num. 14. & ſeq. lib. 1. Roland. conſ. 29. num. 32. lib. 1.* quos citat *Rot. in Hiſpalen. Cantoria de Oſſuna 3. Decembris 1599. coram Litta*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 21. num. 3. p. 2. recent.*

Poſita hæc clauſula in confirmatione, non com- 3
prehendit expreſſa, vt cenſuit *Rot. apud Cencium poſt tract. de Cenſib. deciſ. 124. num. 2. & apud Farinac. deciſ. 339. num. 5. p. 2. recent.* vbi fuit dictum, hanc clauſulam referri ad illa ſtatuta, quorum tenor non fuit expreſſus, non verò ad ſtatutum expreſſum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Dummodò, ſeu quatenus ſint in vſu, *in fine poſita debet ad omnia referri.*

2 *Clauſula*, Dummodò ſint in vſu, *refertur ad extenſionem.*

3 *Vſus ſtatuti regulariter præſumitur, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi, non obſtante clauſula*, Dummodò ſint in vſu, *in confirmatione Principis poſita.*

4 *Clauſula*, Dummodò ſacris Canonibus, ac decretis Concilij Trid. non aduerſetur, *quid importet, oſtenditur.*

Dummodò, ſeu quatenus ſint in vſu.

CLAVSVLA LII.

IN confirmatione facta per ſuperiorem, ſtatutis in- 1
feri[illegible]rſitatum, vel locorum, & priuilegior[illegible]poni hæc clauſula, & ideo in fine poſita debet ad omnia referri, iuxta *reg. l. fin. ff. de rebus dub.* & licèt videatur reſtringere confirmationem ad vſum, cùm eſt eadem ratio in extenſione, quæ eſt in confirmatione, debet etiam referri ad 2
extenſionem, vt poſt *Ruin.* & alios firmauit *Rot. in Palentina decimarum 9. Decembris 1588. coram Card. Plato.*

Vſus ſtatuti regulariter præſumitur, & ſic etiam 3
aliarum Conſtitutionum in tantum, vt aſſerenti contrarium, onus probandi incumbat, prout cenſuit *Rot. in Amerina ſucceſſionis 24. Maij 1593. coram Penia*, vbi tentum fuit, hoc ipſum procedere non obſtante hac clauſula, *Dummodò, ſeu quatenus ſint in vſu*, in confirmatione Principis poſita, *Gozadin.*

cons. 16. *num.* 16. *Dec. cons.* 649. *n.* 9. *Crescent. decis.* 4. *n.* 2. *de priuileg.* & fuisse pluries resolutum asserit eadem *Rot. in Montis Regalis iurisdictionis* 21. *February* 1600. *coram Card. Lancellotto.*

4 Solent huic clausulæ addi alia verba, videlicet, *Et sacris Canonibus, ac decretis Concily Trid. non aduersentur*, quæ explicat *Hieron. à Sorbo in annot. ad Alphonsum à Casarubios de priuileg. Minorum, ad Bullam Clementis VII. editam sub die* 30. *May* 1526. *& ad verb. Priuilegia Fratrum*, cuius verba hic referre non pigebit. Aduertendum est, inquit ille, quod dum in hac clausula dicitur, *sacris Canonibus, & decretis*, non est intelligendum, vt aliqui malè sentiunt, de sacris Canonibus Summorum Pontificum in Decretis, & Decretalibus contentis, sed de sacris Canonibus, & decretis Concilij Trident. cùm clarè pateat, ipsum Concilium & Canonibus, & decretis constare, & illud operetur illa clausula, coniungendo Canones cum decretis Concilij Trident. Ideo malè sentire mihi videntur, qui aiunt, sub illa particula, *Canonibus*, comprehendi Decreta, & Decretalia Summorum Pontificum, & sub illa alia, *decretis Concily Trid.* ea quæ sunt in Concilio Trident. & quod proinde nulla, aut pauciſſima remaneant priuilegia; & ita esset equidem si hæc illorum valeret opinio: sed quàm sit absurdum, & à mente, verbisque Pontificum alienum, nemo sanæ mentis non videt; dixissent enim, si intelligi voluissent de Decretis, & Decretalibus quatenus sunt in vsu, & sacris Canonibus Summorum Pont. & decretis Concilij Trid. Hactenus *Hieron. à Sorbo*, prout eum refert *Erasm. à Cochier de Iurisdict. Ordinary in exemptos, part.* 4. *quæst.* 21.

Quid autem operetur in confirmationibus priuilegiorum Regularium clausula, *Quatenus decretis Concilij Trident. non aduersentur*, vide infrà sub clausula 124.

SVMMARIVM.

1 *Dietas vltra duas de Iure quis trahi non potest.*

2 *Clausula*, Dummodò non vltra tres, *adeò est restrictiua, vt si reperiatur omissa, per Dominum Referendarium sit addenda.*

3 Cap. nonnulli, de rescript. *sufficienter derogari censetur per illa verba*, Et cum derogatione regul. Bonifacij VIII.

4 *Dietæ non seruantur quoad Auditorem Cameræ.*

5 *Causæ committuntur sine clausula*, Dummodò non vltra tres, *quando adest partium consensus, & certa scientia.*

6 *Dieta est itineratio vnius diei, in quo assignantur viginti milliaria siue sex leucæ.*

7 *Dieta commensurari debet per viam vsitatam, & frequentiorem.*

8 *Dieta per mare est quinquaginta milliariorum.*

Dummodò non vltra tres dietas, &c.

CLAVSVLA LIII.

1 CVm vltra duas dietas quis trahi non valeat, vt probat *text. in cap. nonnulli, de rescript.* in quo Papa mandat, quod si illius textus dispositioni non derogatur eius expressa mentione facta, nullius vltra duas dietas ad litigandum trahitur, vt ego ibi notaui *num.* 2. & *num.* 14. rationem præsto, quare exigatur specialis illius derogatio: sed quia Signatura Iustitiæ non potest derogando supradictis vltra tres dietas causas committere, ideo additur in commissione hæc nostra clausula, *Dummodò non vltra tres*, quæ ita restrictiua, si reperiatur omissa, per 2 Dominum Referendarium erit addenda, ex *Staphil. de lit. Iustit. cap. quomodo petitur, num.* 4. *& seq.* ita *refert Marches. de Commiss. in vltim. impress. p.* 1. *cap.* 6. *de commiss. appellat. extra Rom. Curiam, num.* 97. *&* 98. *& p.* 2. §. 4. *de commiss. auocat. causarum, num.* 21. *cum seq.* vbi *num.* 23. subdit sufficienter derogari *d. cap.* 3 *nonnulli* per illa verba, seu clausulam, *& cum derogatione regulæ Bonifacij VIII. de duabus dietis; dummodò non vltra tres.*

Non intelligitur hæc clausula respectu Auditoris 4 Cameræ, quia quoad illum non seruantur dietæ, cùm aliàs sit Iudex ordinarius Romanæ Curiæ, & ita habet stylus notissimus, vt tenet *Fel. in d. cap. nonnulli, num.* 34.

Quando autem adest partium consensus, & certa 5 scientia, ille maximè in Romana Curia facit, vt non habito respectu dietarum, causæ committantur sine hac clausula, sicut quotidie fieri & seruari affirmat *Marches. d. p.* 2. §. 4. *de commiss. auocat. causarum, n.* 24. *in vlt. impress.*

Dieta verò est itineratio vnius diei, in quo assi- 6 gnantur viginti milliaria, seu sex leucæ itineranti singulo die, *cap. ex parte B.* ibi, *vltra duodecim leucas, de for. compet. Parlador. lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 19. *n.* 9. *Marches. d.* §. 4. *n.* 6. vel ad summum septem, *Mandos. ad regul.* 30. *Cancel. quæst.* 2. *num.* 2. *Henriq. in summa, lib.* 9. *cap.* 27. §. 6. *in Comment. litt. C. & lib.* 13. *cap.* 51. §. 5. *Ludou. Mirand. in Man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 39. *art.* 8. *conclus.* 3. & debet computari à fine diœcesis, *Menoch. de arbitrar. casu* 206. *num.* 5. *Escobar. de ratiocinijs computat.* 12. *num.* 12. *Cened. ad Decretal. collect.* 123. *num.* 2. commensurando per viam vsitatam, & 7 frequentiorem, iuxta resoluta per *Parlador. citato loco*, & per *Mascard. de prob. conclus.* 156. *Gabed. Lusit. decis.* 13. *n.* 4. *part.* 1.

Per mare verò dieta erit quinquaginta milliario- 8 rum, quia plus est facere per terram viginti, quàm per mare quinquaginta milliaria, *Felin. in cap. olim, n.* 7. *de except. Marches. de Commiss. d.* §. 4. *n.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutionem probare debet impetrans beneficium cum clausula*, Dummodò collatio sit deuoluta, &c.

2 *Probatio deuolutionis debet fieri concludenter cum omnibus suis qualitatibus, stante clausula*, Dummodò collatio sit deuoluta, &c.

3 *Deuolutio debet plenè, & concludenter probari stante clausula*, Etiamsi deuoluta, &c.

4 *Deuolutio quomodo fieri debeat, ac probanda veniat, remissiuè.*

5 *Causæ ad Romanam Curiam quomodo deuoluantur, remissiuè.*

Dummo

Dummodò collatio ſit deuoluta.

CLAVSVLA LIV.

1 CVm conditionali hac clauſula prouiſionem impetrans debet deuolutionem probare, quia in hoc caſu non intelligitur Papam voluiſſe prouidere, niſi collatio ad Sedem Apoſtolicam ſit deuoluta, *Caſſad. deciſ. 5. num. 3. de prabend. Caputaq. deciſ.* 2 *63. lib. 1. Mantic. deciſ. 260. num. 1.* Quæ quidem probatio debet fieri concludenter cum omnibus qualitatibus, *Caſſad. d. deciſ. 5. Rot. in Calciaten. dimidiæ portionis 7. Decembris 1582. coram Orano,* & in termi- 3 nis clauſulæ, *Etiamſi deuoluta, &c.* quod debeat deuolutio plenè, & concludenter probari, tradunt *Mohed. deciſ. 17. de prabend. Put. deciſ. 265. lib. 2. in correctis, Rot. deciſ. 186. num. 5. part. 2. recent.* & fuit dictum *in Aretina Capella 1. Iunij 1611. coram Cardinale Lancellotto,* & *in Ianuen. Abbatia 22. Iunij 1626. coram Buratto.*

4 De deuolutione quomodo fieri debeat, ac probanda veniat, multa dixi *de officio & poteſtate Epiſcopi, part. 3. alleg. 58. num. 10. cum ſeqq.* & latè *Nicol. Garc. de benef. part. 10. cap. 3. n. 41. cum ſeqq.*

5 Cauſæ autem quomodo deuoluantur ad Romanam Curiam, vide *Marchef. de Commiſſ. part. 3. cap. 1. §. 1. de commiſſ. deuolut. cauſarum, num. 6. cum ſeq. & num. 74.*

SVMMARIVM.

1 *Vacatio in Curia debet exprimi, & non tollitur per clauſulam*, Etiamſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum.

2 *Reſeruatio ſpecialis de certo beneficio, & pro certa perſona, non tollitur per clauſulam*, Etiamſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum, *nec per clauſulam*, Etiamſi deuolutum, &c. *vt n.* 4.

3 *Papa ſi in collatione dixerit*, Etiamſi deuolutum, vel reſeruatum exiſtat, *tunc cenſetur conferre ex iure deuoluto, vel reſeruato.*

Etiamſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum.

CLAVSVLA LV.

1 HÆc clauſula in prouiſionibus beneficiorum appoſita, non eſt apta tollere omnes reſeruationes, cùm non tollat reſeruationem, quia vacauit in Curia, de qua expreſſa mentio fieri debet; ita *Gemin. conſ. 12. num. 4. verſ. vnde licet, & num. 3. verſ. nec obſtat, Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 1. litt. C.* 2 *concluſ. 336. num. 1.* vbi *num. 2.* ampliat, quia nec ex illis verbis tollitur reſeruatio ſpecialis de certo beneficio, & pro certa perſona, quia Papa non præſumitur tollere ius illi particulari, ideo non ſufficit.

3 Si verò Papa in collatione dixerit, *Etiamſi deuolutum, vel reſeruatum exiſtat*, tunc cenſetur conferre ex iure deuoluto, vel reſeruato, *Gemin. conſ. 15. n. 3. in fin. verſ. item ſi ſit reſeruata, Card. Tuſch. d. concluſ. 336. num. 3. Mart. de clauſul. part. 1. clauſ. 279. num. 5.* intelligentes quando non agitur de præiudicio tertij, ſed ſolius conferentis.

4 Item per iſtam clauſulam non tollitur reſeruatio ſpecialis de certo beneficio facta ad fauorem certæ perſonæ, quia Papa non præſumitur tollere ius illius perſonæ, *Gemin. d. conſ. 12. num. 4. in fin. verſ. ſimiliter non tolleret, Mart. d. clauſ. 279. num. 4.*

Clauſula, *Etiam diſpoſitioni ſuæ, vt præfertur, reſeruauit*, quæ eſt reg. 9. Cancellariæ, non inducit nouam reſeruationem reſpectu quatuor menſium, quos Papa ſibi retinet in conceſſione alternatiuæ, & ſunt reſeruati in prima parte regulæ, vt oſtendunt illa verba, *Etiam, vt præfertur*, ſecundum vnum intellectum, & referuntur ad primam partem, ſed bene eam inducunt reſpectu duorum menſium, quos capit ex quatuor ordinariis, & non erant in prima parte comprehenſi; & idem ſecundum alium intellectum, quem tenet *Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 54. num. 1. & 5. verſ. hinc ſunt appoſita*, nempe quod illa verba, *vt præfertur, reſeruauit*, præſupponant anteriorem reſeruationem ſex menſium, quæ expreſſa non fuerat, ſed duntaxat tacita, eo ipſo quoad alij ſex menſes fuerunt ordinariis expreſſi; qui tamen ſecundus intellectus poteſt procedere quoad Martium & Septembrem, qui non fuerant expreſſi in prima parte regulæ, ſed non quoad alios quatuor in dicta prima parte expreſsè reſeruatos, & quorum reſpectu non fuit ſublatum impedimentum, vt ſunt expreſſæ deciſiones Putei, & aliæ, quæ ſe fundant in iſta expreſſa reſeruatione priore. Denique ſenſum tenuit *Rota in Salmonen. alternatiuæ 14. Maij 1610. coram Cardinale Lancellotto*, dum dicit, quod Papa in ſecunda parte conceſſionis alternatiuæ reſeruat ſibi alios ſex menſes, vt præfertur, ſcilicet modo, quo ſuprà in regula ſibi purè reſeruauit, refert *Maſſob. in ſua praxi habendi concurſum. prælud. 23. dub. 2. num. 24. ex vna Papien. beneficij 10. Aprilis 1617. coram bona memoria Martino Andrea.*

Et in euentu in quem, &c.

CLAVSVLA LVI.

NOn reſtringit caſum præcedentem, ſed illum 1 de nouo ponit, & conſtituit, nec eſt verum quod limitet, & coarctet fideicommiſſum, prout clauſula, *tunc & eo caſu*; denotat etiam potiùs conditionem, quàm reſtrictionem, cùm idem ſit dicere in euentu in quem ambo decedant, ac ſi ambo decedant, vt fuit reſolutum *in Romana fideicommiſſi domorum 19. Februarij 1607. coram Gregorio XV. inter eius deciſiones impreſſas deciſ. 296. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Alienandi facultas quod competat facit clauſula*, Et quibus dederit.

2 *Feudum omnino alienabile ſignificat clauſula*, Et quibus dederit, *dummodò tamen Ius commune minus lædatur.*

3 *Extranei vt dicantur comprehenſi operatur clauſula*, Et quibus dederit, *poſita in contractu non tranſitorio ad extraneos.*

4 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica vt ſit tranſitoria ad hæredes extraneos operatur clauſula*, Et quibus dederit.

5 *Feudi in conceſſione operatur clauſula*, Et

quibus dederit, *quod in alienatione nouus omnino consensus non requiratur.*

6 *Vasallus vt feudum alienare possit etiam inconsulto domino, operatur clausula*, Et quibus dederit.

7 *Clausula*, Et quibus dederit, *æquiparatur alteri*, Pro se, suisque hæredibus, & descendentibus quibuscunque, *& similiter clausulæ*, Ad dandum, & alienandum, &c.

8 *Emphyteusis, vel feudum quod sit concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, vel quibus dederit, à pari procedit.*

9 *Clausula*, Et quibus dederit, *restringitur ad personas habiles ad succedendum.*

10 *Vasallum in libera facultate alienandi simpliciter & absolutè, non ponit clausula*, Et quibus dederit; *sed tunc demum quando alienatio fit in personam gratam.*

Et quibus dederit.

CLAVSVLA LVII.

1 HÆc clausula facit quod competat facultas alienandi, *Seraph. decis. 253. num. 5.* significat
2 feudum omnino alienabile, *Menoch. cons. 178. n. 32. & cons. 987. num. 5.* & tunc debet intelligi, vt quanto minus fieri possit, Ius commune lædatur in alienatione facienda secundum naturam feudi, seu emphyteusis, scilicet inter masculos descendentes ab ipsis inuestitis, & vocatos in inuestitura, vt in specie respondit *Alex. cons. 106. num. 34. & 9. vol. 4.* quod est repetitum *in cons. 128. vol. 5. Dec. cons. 193. num. 6. Gozad. cons. 4. col. fin. vers. ad decimum patet, & cons. 84. num. 12. & seq. Thesaur. Pedam. decis. 164. n. 15. prope finem.*

3 Posita in contractu non transitorio ad extraneos, operatur quod etiam extranei dicantur comprehensi; ita *Curt. Iun. cons. 4. in princ. & cons. 150. num. 2. Clar. §. emphyteusis, quæst. 28. num. 10. Rol. à Valle cons. 55. num. 31. cum seqq. lib. 3. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 295. num. 1. & 5.*

4 Operatur etiam, quod emphyteusis Ecclesiastica sit transitoria ad hæredes extraneos, *Rol. à Valle d. cons. 55. num. 53. vers. & operantur, Curt. Iun. d. cons. 4. sub num. 1. vers. sed quoniam, Couar. lib. 2. var. cap. 17. sub num. 4. vers. quarta conclusio, Clar. d. quæst. 28. n. 4. & 9. Surd. cons. 551. num. 2. & 3. Card. Tusch. d. conclus. 295. num. 6.* & hanc opinionem sæpe sequuta est *Rota*, & signanter *in Mediolanen. bonorum 16. Februarij 1601. coram Cardinale Lancellotto*, & *in Papien. bonorum 10. Maij 1602. coram Cardinale Pamphilio*, & *in Cremonen. bonorum 5. Iunij 1624. coram Ubaldo Seniori.*

5 In concessione feudi operatur, quod in alienatione nouus omnino consensus non requiratur, secus si habeat adiectum verbum, *in feudum*, vel *titulo feudi*, ita *Seraph. decis. 99. num. 1.* vnde *Menoch. cons.*
6 *865. num. 7.* ait, quod hæc clausula operatur, vt vasallus feudum alienare possit etiam inconsulto Domino, quod etiam ex *Alexand. cons. 228. n. 6. lib. 6.* tradit *Card. Tusch. d. conclus. 295. n. 12.*

7 Æquipollet hæc clausula alteri, *Pro se, suisque hæredibus, & descendentibus quibuscunque*, cùm à pari procedat, quod emphyteusis, vel feudum sit con- 8
cessum pro se, & hæredibus quibuscunque, vel quibus dederit, vt per *Galli. cons. 84. num. 44. Roland. à Valle de lucro dotis, quæst. 54. Magon. Lucens. decis. 12. Ioan. Bapt. Cost. de clausul. conuent. clausul. 106. num. 1. Menoch. cons. 378.* & clausulæ, *Ad dandum, & alienandum, Rol. d. cons. 55. n. 37. lib. 3. Gozad. cons. 9. n. 2. Card. Tusch. d. conclus. 295. n. 9.*

Restringitur tamen ad personas habiles ad suc- 9
cedendum, *Menoch. cons. 987. n. 4. Gab. cons. 83. per totum, & cons. 84. num. 24. lib. 2. Card. Tusch. d. conclus. 296. num. 13. & 20.*

Deinde non reponit vasallum in libera facultate 10
alienandi simpliciter, & absolutè; sed tunc demum quando alienatio fit in personam gratam, vt in specie *Morot. cons. 46. num. 78.* quem refert *Ioan. Baptista Costa d. clausul. 106. num. 2.* vbi etiam cum *Menoch. cons. 84. num. 57.* declarat non procedere, si est posita in executiuis.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Notariorum potius ex more, & stylo, quàm ex contrahentium mente censetur apposita clausula*, Et si plus valet, donat.

3 *Verba clausulæ*, Et si plus valet, donat, *in venditione posita captiosa sunt.*

4 *Clausula*, Et si plus valet, donat, *posita in venditione, vel cessione facta per minorem, nihil operatur.*

5 *Remedium* l. 2. C. de rescind. vend. *quando excludat clausula*, Et si plus valet, donat, *apposita in instrumento venditionis.*

6 *Clausula*, Et si plus valet, donat, *apposita in instrumento venditionis, apud Lusitanos nihil operatur, etiamsi ab ignorante rei valorem apponatur.*

7 *Læsio enormissima semper censetur excepta.*

Et si plus valet, donat.

CLAVSVLA LVIII.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Cels.* 1 *Vgon. in tract. clausul. pag. 512. col. 2. Salust. Tiber. in formular. instrument. cap. 2. num. 18. Mart. de clausul. part. 1. clausul. 246. alias clausul. 363. in vlt. impress. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 398. Ioan. Bapt. Cost. de clausul. conuent. clausul. 147.*

Hæc clausula perfunctoriè, & veluti ex more & 2
stylo potius Notariorum, quàm ex mente contrahentium apponitur, vt tradunt *Alex. cons. 125. n. 10. vers. non obstat quod Notarius, lib. 1. Mart. d. clausul. 363. num. 5. Matien. l. 7. gloss. 3. num. 5. tit. 11. lib. 5. nouæ Recopil. Card. Tusch. d. tom. 1. litt. C. conclus. 304. n. 12. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 18. num. 16.* vbi post *Fabian. de Monte*, subdit arbitrio Iudicis esse relinquendum, an & quando hæc clausula potius dicatur apposita de scribarum stylo, quàm de partium mandato.

Verba huius clausulæ in venditione posita ca- 3
ptiosa sunt, & referri debent ad modicam importantiam, & non tam prodigam, ex qua dolus &

malitia

malitia argui poſſit, *Bald. conſ.* 376. incip. *Caſus talis, in fin. verſ. illa autem verba, Caſſad. deciſ. vnic. num.* 2. *circa med. de empt. Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 168. *num.* 6. *in vlt. impreſſ. Mart. d. clauſ.* 363. *num.* 6. *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 298. *num.* 1. vbi *num.* 2.

4 extendit hanc clauſulam appoſitam in venditione, vel ceſſione facta per minorem, non operari aliquid propter dolum & fraudem contrahentium pro minore, præcipuè quando in turpem cauſam faceret minor, & ſine iuramento, *Seraph. de Priuileg. iuram. priuil.* 83. *num.* 16. *&* 18.

5 Quando hæc clauſula apponitur in inſtrumento venditionis, non excludit venditorem à beneficio *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* ſi ignorans rei valorem illam appoſuit, ſecus ſi eum ſciebat; ita *Pariſ. conſ.* 128. *num.* 33. *vol.* 1. *Gab. com. ſub tit. de empt. concluſ.* 1. *n.* 56. *cum ſeqq. Couar. lib.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 2. *Menoch. de arbitrar, caſu* 144. *num.* 13. *Becc. conſ.* 223. *num.* 32. *vol.* 2. *Seraph. de Priuileg. iurament. priuil.* 83. *num.* 108. *Fachin. controuerſ. Iuris lib.* 2. *cap.* 19. *Ioan. Bapt. Coſt. de clauſ. conuent. clauſ.* 147. *num.* 1. *&* 2. *& in tract. de facti ſcientia, & ignor. cent.* 1. *diſt.* 41. *Gaſpar Roder. de ann. reddit. lib.* 1. *queſt.* 8. *num.* 10. *& quæſt.* 11. *à num.* 6. *Morla in Emporio Iur. Ciuil. part.* 1. *tit.* 9. *quæſt.* 20. *&* 24. *Ceual. commun. contra comm. quæſt.* 511. *Ioan. de Salas de contract. tract. de empt. dubit.* 27. *num.* 8. *Franc.*

6 *Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 78. *num.* 27. Verùm apud noſtros Luſitanos hæc clauſula appoſita in inſtrumento venditionis, nihil operatur, etiamſi ab ignorante rei valorem apponatur, prout ad tollendas fraudes, & obuiandas hominum malitias ſanciuit *Ordinatio Regia lib.* 4. *tit.* 16. §. 9. vbi *Parens meus.*

7 Intellige ſupradictam Doctorum ſententiam de enormi læſione, non de enormiſſima, hæc enim excepta ſemper cenſetur, vt auctoritate *Alciati, Couar. Gregor. Pinel. Soc. Dec. Curt. Iun. Rol. Burg. de Pace,* & aliorum ſcripſit *Guttier. in auth. Sacramenta puberum, num.* 92. *&* 98. *in fin.* & eo citato firmauit *Franc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 96. *à n.* 38.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 De plenitudine poteſtatis.
3 Non obſtante, &c.
4 Motu proprio.
5 Pro expreſſis.
} *Clauſula*, Ex certa ſcientia, *habet vim clauſularum,*

6 *Actum nullum, & inualidum confirmat clauſula,* Ex certa ſcientia.

7 *Ius alteri quæſitum in tollendo operatur clauſula,* Ex certa ſcientia.

8 *Citatio partis non requiritur in diſpoſitione, cui apponitur clauſula,* Ex certa ſcientia.

9 *Cauſa vt in Principe præſumatur facit clauſula,* Ex certa ſcientia.

10 *Dubitare non licet de eo quod Princeps aſſeruit ex certa ſcientia.*

11 *Delegatio Papæ facta non exiſtenti in dignitate, vt valeat operatur clauſula,* Ex certa ſcientia.

12 *Contraria vt cenſeantur ſublata abſque alia derogatione, operatur clauſula,* Ex certa ſcientia.

13 *Robur dat clauſula,* Ex certa ſcientia, *quoad ſolemnitatem, ſicut & quoad validitatem.*

14 *Conceſſio vt à Principe facta non extinguatur morte concedentis, operatur clauſula,* Ex certa ſcientia.

15 *Validitatem & ſanationem circa defectum intrinſecum operantur clauſulæ,* Ex certa ſcientia, *&*, De plenitudine poteſtatis.

16 *Cauſaliter, non verò conditionaliter adiecta cenſetur clauſula illa,* Quatenus iuſtè poſſidetis, *ſtante clauſula,* Ex certa ſcientia.

17 *Clauſula,* Ex certa ſcientia, *tollit omne Iuris obſtaculum.*

18 *Præſumptionem informationis in Principe operatur clauſula,* Ex certa ſcientia.

19 *Conceſſionis nouæ vim habet clauſula,* Ex certa ſcientia, *in confirmatione poſita, dummodò conſtet quod Papa habuerit plenam notitiam.*

20 *Confirmatio ex certa ſcientia non dicitur ſimplex confirmatio, ſed ampliatio, & noua conceſſio.*

21 *Princeps ex validitate & certa ſcientia cenſetur diſpenſare cum impetrante ſuper inhabilitate.*

22 *Nullus auditur contra factum Principis ex certa ſcientia.*

23 *Principis dicto ſtatur maximè circa cauſæ commiſſionem, & alia de quibus eſt informatus.*

24 *Remedium* l. 2. C. de reſcind. vendit. *facit ceſſare clauſula,* Ex certa ſcientia, *in alienationis contractu adhibita.*

25 *Erroris omnem præſumptionem tollit clauſula,* Ex certa ſcientia.

26 *Donationem operatur clauſula,* Ex certa ſcientia, *in ſe obligante ſine cauſa.*

27 *Condictionem indebiti tollit clauſula,* Ex certa ſcientia.

28 *Cognitionem vlteriorem etiam præcludit clauſula,* Ex certa ſcientia, *& facit præſumere quod Papa voluerit vti plenitudine poteſtatis.*

29 *Tertij in modicum præiudicium nihil operatur clauſula,* De plenitudine poteſtatis.

30 *Tertij præiudicium operatur clauſula,* Ex certa ſcientia, *in priuilegio iuncta derogatione generali.*

31 *Tertio vt præiudicet clauſula,* Ex certa ſcientia, *neceſſe eſt quod ſit adhibita cauſæ cognitio.*

32 *Cauſa cognita tantùm apponi poteſt clauſula,* Ex certa ſcientia.

33 *Cauſæ cognitio quando nulla præceſſit, nihil operatur clauſula,* Ex certa ſcientia.

34 *In iis, quæ in facto conſiſtunt, & de quibus*

Prin-

Princeps non præsumitur habuisse notitiam, non operatur clausula, Ex certa scientia.

35 *Potestas vbi in Principe deficit, non operatur clausula*, Ex certa scientia.

36 *Papa confirmans ex certa scientia, non censetur actum nullum ex inhabilitate facientis convalidare.*

37 *Defectus duplex vbi adest, non operatur clausula*, Ex certa scientia.

38 *Clausula*, Ex certa scientia, *nihil operatur quando apponitur super negotio, de quo Princeps non habet notitiam, vel in ijs, quæ Princeps non potest statuere contra æquitatem naturalem, vt num.* 39.

40 *Erroris vbi est notitia, nihil operatur clausula*, Ex certa scientia.

41 *Rem aliter se habere quando constat, non operatur clausula*, Ex certa scientia.

42 *Erroneam & falsam informationem non supplet clausula*, Ex certa scientia.

43 *Falsitatem narratorum non supplet clausula*, Ex certa scientia.

44 *Defectus substantiales non supplet clausula*, Ex certa scientia.

45 *Substantialia & solemnitates supplentur, & sanantur per clausulam*, Ex certa scientia, *quando processum fuit parte citata, & cum causæ cognitione.*

46 *Appellationem non impedit clausula*, Ex certa scientia.

47 *Princeps quando aliquid concedit ad instantiam partis, nihil operatur clausula*, Ex certa scientia.

48 *Parte absente, quæ non contradixit, non operatur clausula*, Ex certa scientia, *maximè quando adhibita fuit sine causæ cognitione.*

49 *Concedentis in præiudicium non operatur clausula*, Ex certa scientia, *quoad non expressa.*

50 *Subreptionis vitium non tollit clausula*, Ex certa scientia, *nisi Princeps informatus procedat.*

51 *In dispensationibus sine causa factis non operatur clausula*, Ex certa scientia.

52 *Confirmatio statutorum, quæ potest referri ad valida, & inualida, semper refertur ad valida, & nihil operatur quoad inualida.*

53 *Confirmatio generalis statutorum, vel priuilegiorum, seu alterius dispensationis, non confirmat aliquid illicitum.*

54 *Confirmatio ex certa scientia priuilegiorum Fratribus Minoribus concessorum, an comprehendat ea priuilegia, quæ iam in vsu non erant, ostenditur.*

55 *Dispensatio posterior, vt non facta prioris mentione minimè sit subreptitia, non operatur clausula*, Ex certa scientia.

56 *Dolum partis impetrantis non supplet clausula*, Ex certa scientia.

57 *Accessoria ad gratiam quando est clausula*, Ex certa scientia, *nihil operatur.*

58 *Princeps censetur facere ex certa scientia, si id in literis exprimat.*

59 *Princeps censetur facere ex certa scientia, si fuerit certificatus solùm de natura negotij.*

60 *Princeps si aliquid facit cum iuramento, censetur facere ex certa scientia.*

61 *Princeps si in confirmatione inserat confirmatum integrum, censetur ex certa scientia confirmare.*

62 *Confirmatio non potest dici verè ex certa scientia, non obstante appositione huius clausulæ, nisi totus tenor Papæ innotuerit, & fuerit insertus.*

63 *Princeps dicitur facere ex certa scientia, quando aliquid facit cum causæ cognitione.*

64 *Clausula*, Ex certa scientia, *si non sit expressa, sufficit de illa tacitè constare.*

65 *Collatio ex certa Pontificis scientia fieri quando dicatur, remissiuè.*

Ex certa scientia.

CLAVSVLA LIX.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Cels.* 1 *Vgon. in tract. clausul. pag.* 261. *Anton. Gab. commun. lib.* 6. *tit. de clausul. conclus.* 1. *Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 15. *cum seqq. Perez. leg.* 5. *vers. quæro* 15. *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 694. *Mench. de succes. lib.* 1. §. 6. *à num.* 10. *Menoch. cons.* 1. *num.* 431. *cum seqq. & cons.* 36. *num.* 17. *& num.* 59. *cum seq. & cons.* 156. *n.* 45. *& c.* 181. *num.* 36. *Mascard. de probat. conclus.* 1210. *num.* 7. *Azeued. ad l.* 2. *num.* 55. *tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ Recopil. & l.* 3. *num.* 5. *cum seqq. eod. tit. & lib. Marches. de Commission. part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 23. *Henriq. in summa, lib.* 7. *cap.* 27. §. 4. *litt. B. pag.* 563. *Surd. consil.* 303. *num.* 17. *& cons.* 313. *num.* 28. *Valasc. consult.* 130. *n.* 6. *& num.* 33. *Cabed. Lusit. decis.* 2. *num.* 3. *part.* 2. *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 1. *litt. C. conclus.* 340. *& seq. Suar. de legib. lib.* 8. *cap.* 18. *à num.* 4. *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 45. §. 1. *num.* 75. *& seq. Nicol. Garc. de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 225. *Bernard. Grena. ad practic. Camera Imperialis, lib.* 2. *concl.* 1. *num.* 46. *Ludou. Rodolphin. de suprema, seu absoluta Principis potest. cap.* 5. *num.* 13. *& cap.* 6. *num.* 5. *cum seqq.* late *Glorit. resp.* 1. *part.* 1. *num.* 29. *cum seqq. Mart. de clausul. part.* 1. *clausul.* 206. *in* 1. *edit. alias clausul. ..... Monet. de commun. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 94. *cum multis seqq.*

Primus effectus est, vt idem operetur huiusmodi 2 clausula quod clausula, *De plenitudine potestatis*, vt obseruant *Felin. in cap. cum inter, num.* 5. *de except. Paris. cons.* 1. *num.* 42. *lib.* 1. *Alexand. cons.* 92. incip. *Perspectis, num.* 31. *& seq. lib.* 6. *Roman. cons.* 369. *n.* 28. *in fin. Curt. Sen. cons.* 48. incip. *Memoriæ recolendæ, num.* 26. *& cons.* 65. *num.* 10. *Cott. in memorab. verbo clausula, pag.* 115. *Brunor à Sole in locis communibus, verbo clausula* 17. *Gab. d. tit. de clausul. concl.* 1. *num.* 1. *Menoch. cons.* 103. *num.* 50. *Marien. l.* 7. *gloss.* 7. *num.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5. *nouæ Recopil. Auendan. ad l.* 40. *Tauri. gloss.* 11. *num.* 28. *Marches. de Commiss. part.* 1. *pag.* 65. *num.* 152.

Ludou.

Ludou. Rodolph. de ſuprema, ſeu abſoluta Principis poteſtate, cap. 5. num. 14. Monet. d. cap. 7. num. 96. Cardin. Tuſch. d. litt. C. concluſ. 340. num. 11. & 22. vbi *n. 23.* poſt *Abb. conſ. 109. col. fin. lib. 1.* extendit idem eſſe, quando hæc clauſula habet etiam in eadem gratia clauſulam, *Non obſtante*, & *num. 24.* poſt *Dec. conſ. 655. Viſo, num. 19.* ſubdit quod non poteſt quæri à Principe, cur ita faciat, quando facit ex certa ſcientia.

3 Secundus effectus eſt, quia hæc clauſula habet vim clauſulæ, *Non obſtante, gloſſ. mag. in fin. in l. ratas. C. de reſcind. vendit. gloſſ. 1. in l. vniuerſis. C. de precib. Imper. offer. & in cap. 1. verbo noſcatur, de conſtitut. in 6. Paul. de Caſt. in l. 3. §. ſi is pro quo, num. 3. ff. quod quiſque iuris, & conſ. 101. Videndum, num. 3. verſ. tertio videndum, lib. 2. Ruin. conſ. 60. n. 5. vol. 1. Socin. conſ. 3. num. 11. vol. 3. Glorit. reſp. 1. part. 2. num. 46. Menoch. d. conſ. 1007. num. 52. & conſ. 36. num. 59. Monet. d. cap. 7. num. 101. Maſcard. concluſ. 1080. n. 40. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 340. num. 2. cum ſeqq.* vbi *num. 5.* poſt *Alexand. conſ. 111. Perſpectis, num. 9. verſ. præterea, lib. 6.* declarat hanc clauſulam operari declarationem, & habere vim clauſulæ, *Non obſtante*, per ſe ſolam, quando non agitur de præiudicio tertij, & *num. 12.* poſt *Fulgoſ. conſ. 155.* incip. *Proponitur*, extendit hoc ipſum procedere etiam in reſcripto, vel priuilegio ad fauorem Iudæorum conceſſo, & *a num. 15.* quærit an procedat, ſi agatur de derogando Canoni Conciliari.

4 Tertius effectus eſt, quia habet vim clauſulæ, *Motu proprio*, vt per *Gabr. d. concl. 1. num. 27. gloſſ. verbo literarum, in fin. in cap. ſtatutum. §. 1. de reſcript. in 6. Pariſ. conſ. 3. num. 57. vol. 4. Monet. d. cap. 7. num. 104. Glorit. reſp. 1. part. 1. num. 32. Cardin. Tuſch. d. concl. 340. num. 22.*

5 Quartus effectus eſt, quod hæc clauſula habet vim clauſulæ, *Pro expreſſis habentes*, vt per *Alex. conſ. 11. vol. 6. Gabr. d. concl. 1. num. 26. Monet. d. cap. 7. num. 103.*

6 Quintus effectus eſt, quod hæc clauſula confirmat actum nullum, & inualidum, ita poſt *Bart. in l. ſi conſtat 12. num. 2. ff. de appellat. Alex. conſ. 60. Viſo inſtrum. verſ. non obſtat, vol. 1. & conſ. 1. vol. 5. Gabr. d. concl. 1. num. 1.* concludit *Monet. d. cap. 7. num. 95.* quibus adde *Cabed. Luſitaniæ deciſ. 2. num. 3. part. 2.* Nam quod factum fuit ex certa ſcientia Principis, non poteſt in dubium reuocari, *Bart. in l. ſi conficiunzur. §. Codicil. ff. de iure Codicil. Dec. conſ. 261. num. 8.* nec ab eo Principe quæri, cur ita faciat, *Dec. d. conſ. 261. n. 8. & conſ. 655. num. 19. Decian. conſ. 18. n. 269. lib. 1.*

7 Sextus effectus eſt, vt operetur etiam in tollendo ius alteri quæſitum, vt plerique tenent ex relatis à *Gabr. d. concl. 1. num. 8.* & à *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſ. 9. num. 25.* Sed de hoc plenius *infrà limit. 1.*

8 Septimus effectus eſt, quod in diſpoſitione, cui apponitur, non requiratur partis citatio, vt voluerunt *Abb. in cap. cùm olim, de re iudic. Roman. conſ. 369. in 5. dub.* & alij, quos refert *Gabr. libro 2. commun. tit. de citation. concl. 1. n. 26. & d. tit. de clauſul. concl. 1. num. 11.* vbi alios recenſet contrarium ſentientes: ſed *num. 13. & 14.* has diſſidentes opiniones conciliat, vt prior procedat in actu, qui ex liberalitate mera Principis proficiſcitur, vt collatio beneficij, in qua citatio non requiritur, *cap. licèt, de præbend. in 6.* poſterior in actu deciſiuo Iuris contradictorij, in quo regulariter citatio requiritur, *l. de vno quoque. ff. de re iudic.* vel prior in modico præiudicio, poſterior in magno & graui; refert, & ſequitur *Monet. d. cap. 7. num. 98.* Et ex *Roman. conſ. 369. Circa primum, num. 28. verſ. non eſt dubium,* colligit *Cardin. Tuſch. d. concl. 43. num. 25.* modificationem penſionis factam etiam non citata parte valere, ſi eſt ex certa ſcientia.

Octauus effectus eſt, quia facit, vt cauſa in Prin- 9
cipe præſumatur, vt poſt *Corn. conſ. 189. vol. 4.* tradit *Gabr. d. tit. de clauſulis, concluſ. 1. num. 15.* id ampliant *num. 16.* vt procedat, etiamſi Princeps rem concedat parte non citata, quæ tamen ampliatio dubia eſt ex adductis per eundem *Gabr. lib. 3. commun. tit. de iure quæſito non tollendo, concluſ. 3. n. 9.* & ex *Maſcard. de prob. concluſ. 275. num. 20.* prout eos refert *Monet. d. cap. 7. num. 99.* & poſt *Alex. conſ. 216. num. 22. & 23. lib. 2.* tangit *Card. Tuſch. d. concl. 340. n. 26.*

Nonus effectus eſt, quod non liceat dubitare de 10
eo, quod Princeps aſſeruit, ſicut neque quod conceſſionem fecit ex certa ſcientia, vt pluribus relatis tradit *Gabr. d. concluſ. 1. num. 28. & 29.* & poſt *Dec.* ac *Decian.* concludit *Card. Tuſch. d. concluſ. 340. num. 24.* nec diſſentit *Monet. d. cap. 7. n. 105.*

Decimus effectus eſt, vt valeat delegatio Papæ 11
facta non exiſtenti in dignitate; ita poſt *Lanfranc. in cap. quoniam contra, verſ. hic tractabimus materiam de probationib.* concludunt *Gabr. d. concluſ. 1. num. 17.* & *Monet. d. cap. 7. num. 100.* ampliantes quoad qualitates requiſitas in delegato Papæ, iuxta *text. in cap. ſtatutum, in princ. de reſcript. lib. 6.*

Vndecimus effectus eſt, vt operetur quod con- 12
traria cenſeantur ſublata abſque alia derogatione, vel clauſula, *Non obſtante*, vt poſt *Bald. conſ. 253. n. 4. verſ. præterea in donatione, lib. 1. Alex. conſ. 101. Viſis inſtrum. n. 9. verſ. & præſertim, lib. 1. & conſ. 30. Ponderatis, num. 10. lib. 5.* ac alios plures concludit *Cardin. Tuſch. d. concluſ. 340. n. 1.*

Duodecimus effectus eſt, vt operetur, vt id, quod 13
confirmatur, ſi non eſt ſolemne, reddatur ſolemne, ita vt det robur quoad ſolemnitatem, ſicut & quoad validitatem, vt poſt *Guidon. conſ. 134. num. 4. verſ. præterea valet ex vnio,* reſoluit *Card. Tuſch. d. concluſ. 341. num. 9.* vbi *num. 10.* poſt *Alex. conſ. 92. Perſpectis, num. 30. & ſeq. lib. 6.* hoc extendit, idem eſſe in ſolemnitate alienationis rei Eccleſiæ non ſolemniter factæ, quia efficitur ſolemnis ſi Papa illam confirmat cum hac clauſula, vel de plenitudine poteſtatis cum clauſula, *Supplentes, &c.*

Decimustertius effectus eſt, quod operatur, vt 14
conceſſio à Principe facta non extinguatur morte concedentis, vt per *Gabr. d. concluſ. 1. n. 33.* & *Monet. d. cap. 7. n. 106.*

Decimusquartus effectus eſt, vt hæc clauſula 15
cum alia, *De plenitudine poteſtatis*, operetur validitatem, & ſanationem etiam circa defectum intrinſecum, vt poſt *Alex. d. conſ. 92. prope finem, num. 42. verſ. & per hoc etiam,* docet *Card. Tuſch. d. concluſ. 340. num. 11.*

Decimusquintus effectus eſt, quod licèt in re- 16
ſcriptis adiecta ſit clauſula illa, *quatenus iuſte poſſideatis*, aut ſimilis, non ſtat conditionaliter, ſed cauſaliter, vt poſt *Alex. conſ. 16. verſ. quinimò etiam, vol. 5.* tradunt *Gabr. d. concluſ. 1. num. 33.* & *Monet. d. cap. 7. num. 108.*

Decimusſextus effectus eſt, vt tollat omne Iu- 17
ris obſtaculum, vt per *Franciſcum Leo. in theſaur. fori Eccleſiaſtici, part. 4. cap. 1. num. 55. Monet. d. cap. 7. num. 109.* & ſequi videtur *Gabr. d. concluſ. 1. n. 37.*

Decimusſeptimus effectus eſt, vt operetur præ- 18
ſumptionem informationis in Principe, vt latè per *Alex. conſ. 15. n. 2. lib. 5.* & dictum fuit *in Brachaven.*

de Cabanas 9. Iunij 1606. coram Gregor. XV. impressa per *Farinac. decis. 180. n. 2. p. 1. recent.*

19 Decimusoctauus effectus est, vt in confirmatione posita habeat vim nouæ concessionis, dummodò constet quod Papa habuerit plenam notitiam, *cap. si Apostolicæ*, vbi *gloss. verbo confirmamus, de præben. in 6. Rot. in Baren. seu nullius Archipresbyteratus 23. Ianuarij 1615. coram Card. Sacrato*, impressa per *Farinac. decis.* 20 *666. num. 7. p. 1. recent.* tunc enim non dicitur simplex confirmatio, vel innouatio, sed ampliatio, & noua concessio, *Ruin. conf. 31. num. 5. lib. 1. Gozadin. conf. 62. num. 15. Rot. decis. 192. num. 2. apud Farinac. part. 1. recent.* quos refero ego ipse *in collect. ad cap. cum dilecta 4. num. 20. de confirm. vtili.*

21 Decimusnonus effectus est, vt operetur quod Princeps etiam censeatur dispensare cum impetrante super inhabilitate, vt post *Ang. Aret. conf. 72. num. 4. vers. & si quis defectus, & conf. 113. Quia in casu, num. 3. & seq. vers. secundo illud concessit*, maximè *num. 5. & 6.* tenet *Card. Tusch. d. concluf. 340. num. 17.* & non dissentit *Mart. de Iurisdict. part. 4. cent. 2. casu 176. n. 4.*

22 Vigesimus effectus est, vt operetur quod nullus audiatur contra factum Principis ex certa scientia, vt post *Ioan. de Anan. conf. 44. num. 3. vers. quid autem operetur*, concludit idem *Card. Tusch. sæpe citata concluf.* 23 *340. num. 18.* & reddit rationem, quia statur dicto Principis, maximè circa causæ commissionem, & alia de quibus est informatus.

24 Vigesimusprimus effectus est, vt in alienationis contractu adhibita faciat cessare remedium *l. 2. C. de rescind. vend.* ita *Menoch. conf. 1. n. 352.* & *Bald. in ead. l. 2. quæst. 7. num. 10. ad finem, Alex. conf. 42. num. 7. lib. 1. Curt. Sen. conf. 49. n. 75. Boer. decis. 142. n. 7. & 10.* quos refert, licèt non sequatur *Pinel. ad d. l. 2. p. 1. cap. 2. num. 23.*

25 Vigesimussecundus effectus est, vt tollat omnem erroris præsumptionem, ex traditis per *Ang. Alex.* & alios *in l. sed & si quis. §. item quæritur. ff. si quis caution. Soci. in conf. 72. in princ. vol. 3. & conf. 79. num. 46. vol. 4. Menoch. conf. 37. num. 145. Glorit. resp. 1. part. 1. num. 29.*

26 Vigesimustertius effectus est, vt hæc clausula, *Ex certa scientia*, operetur donationem obligantis se absque causa, aliàs non esset verum, quod soluens scienter indebitum non repetit, quia censetur donare; ita post *Alex. conf. 4. num. 9. vers. nec in isto casu, lib. 1.* docet *Cardin. Tusch. d. concluf. 340. num. 31.*

27 vnde tollere conditionem indebiti asserit *Gabr. d. concluf. 1. num. 39.*

28 Vigesimusquartus effectus est, vt viam præcludat vlteriori cognitioni, & faciat præsumere quod Papa voluerit vti plenitudine potestatis, tradunt *Monet. in tract. de decimis, cap. 9. quæst. 3. num. 134. Cardin. Tusch. d. concluf. 340. num. 25.* vbi subdit, quod hæc clausula in priuilegio, vel moderatione, per quod ius alteri aufertur, importat quod Princeps censeatur facere de plenitudine potestatis.

29 Limita primò, vt in tertij præiudicium nihil operetur; ita *Socin. Iun. conf. 77. n. 126. vol. 1. Alex. conf. 122. Viso puncto, in fin. num. 25. vers. secundò confirmo, lib. 4. Beroi. conf. 146. in fine, lib. 3. Menoch. conf. 103. num. 83. Cardin. Tusch. d. concluf. 340. n. 39. Rol. conf. 7. num. 103. vol. 3. Paris. conf. 1. num. 84. & conf. 11. num. 121. vol. 2.* & alij plures, quos referunt *Gabr. d. concluf. 1. num. 26.* & *Mart. de clauf. part. 1. clauf. 73. num. 10.* quorum opinio procedere potest in modico præiudicio, contraria verò in magno, quod signanter tradunt *Ruin. conf. 12. vol. 3.* & *Afflict.* ac *Marian. Iun.* citati à *Gabr. d. concluf. 1. num. 9.* & *Menoch. de præsum. lib. 2. præsum. 9. num. 25. & conf. 36. num. 59.* dum ait hanc clausulam habere vim specialis derogationis, cùm de leui præiudicio alterius agitur, secus si de graui; & ad hæc reducendi sunt, seu potiùs intelligendi *Gozad. conf. 5. num. 15. Roland. conf. 2. num. 164. vol. 1. Molin. d. lib. 2. cap. 7. num. 23. Menoch. conf. 1. n. 431. Burg. de Pace conf. 25. num. 45. Brunor à Sole d. verbo clausul. 15. & 25. Rendina in prompt. receptarum sententiarum, tom. 1. tit. 16. num. 11. Rodolphin. de suprema, seu absoluta Principis potestate, cap. 7. num. 14. Mart. de Iurisd. part. 4. cent. 1. casu 176. n. 5. Monet. d. cap. 7. num. 97. Rot. apud Cenc. post tractat. de Censib. decis. 72. n. 4.*

Vnde post *Corn. conf. 83. circa primum, num. 16.* 30 *& seq. lib. 4.* resoluit *Cardin. Tusch. d. concluf. 340. num. 7.* quod hæc clausula in priuilegio iuncta derogatione generali operatur præiudicium tertio, quando non est magnum præiudicium, & *num. 33. & 34.* post *Menoch. conf. 36. num. 58. & seq. & num. 61.* subdit, hanc clausulam non præiudicare tertio, quando agitur de magno præiudicio, etiamsi adsint aliæ clausulæ multiplicatæ, *Non obstante, &c.*

Intellige tamen requiri, vt hæc clausula præ- 31 iudicet tertio, iuxta distinctionem supra positam, quod fuerit adhibita causæ cognitio, & quod is, qui præiudicatur, fuerit citatus; ita post *Socin. conf. 164. num. 6. vers. ex quibus remanet, lib. 2. Curt. Iun. conf. 142. Habitæ diligent. num. 8. versic. nec obstant, Beroi. conf. 146. prope finem, num. 58. & seq. lib. 3. Cran. conf. 297. col. 5. vers. nec obstat*, resoluit *Cardin. Tusch. d. concluf. 340. num. 38.* & quod hæc 32 clausula non nisi causa cognita apponi potest, tradunt *Molin. de primog. lib. 3. cap. 3. num. 12.* & *Menoch. conf. 1. num. 433.*

Limita secundò, vt quando nulla præcessit cau- 33 sæ cognitio, nihil operetur, ita *Mil. in repetor. verbo certa scientia, Gabr. d. concluf. 1. num. 2. Mart. d. clauf. 73. n. 11. Monet. d. cap. 7. num. 122.*

Limita tertiò, non operari in iis, quæ in facto 34 consistunt, & de quibus Princeps non præsumitur habuisse notitiam, vt per *Alexand. conf. 23. Viso processu, num. 12. vers. debet intelligi, lib. 5. & conf. 122. Viso puncto, in fin. num. 26. vers. 3. hoc confirmo, lib. 4. Cott. dicto verbo clausula, pag. 113. Vinc. de Franchis decis. 192. num. 18. Menoch. conf. 1. num. 432. & conf. 103. in fin. Aloys. Ric. in collect. decis. part. 5. collect. 1592. in fin. Brunor. à Sole d. verbo clausula 18. Seraphin. decis. 268. num. 5. Sanchez de Matrimon. lib. 8. disput. 4. num. 6. Rodolphin. d. tract. de suprema, seu absoluta Principis potestate, cap. 6. num. 5. Marchesf. de Commiss. part. 2. pag. 357. num. 94. Nicol. Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 232. Card. Tusch. d. concluf. 340. num. 44. Aldret. pro omnimoda Regularium exemptione. part. 2. cap. 1. num. 11.*

Limita quartò, hanc clausulam non operari, 35 vbi in Principe deficit potestas, vt per *Couar. lib. 3. var. cap. 6. num. 9.* vnde post *Ruin. conf. 188. n. 16. & 17. lib. 1.* resoluit *Cardin. Tusch. d. concluf. 340. n. 35.* quod si Princeps aliquid confirmat ex certa scientia nullum, quia is, qui facit actum illum, qui confirmatur, non poterat ex capite inhabilitatis facere, prout si laici super re Ecclesiastica disponunt, non censetur Papa confirmans ex certa scientia, talem actum nullum ex inhabilitate facientis conualidare: sic etiam idem *Tusch. eadem concluf. 340. n. 36.* post *Alex. conf. 122. Viso puncto, num. 24. vers. quia*

respon

reſpondeo, lib. 4. extendit, vt idem ſit quando Princeps ſecularis confirmat ſtatutum laicorum, putà Collegij, quod non poteſt ſtatuere extra collegiatos, certè non operatur confirmatio, quod ſtatutum illud conualidetur contra non ſuppoſitos, & contra quos ſtatuentes non habeant facultatem.

37 Limita quintò, non operari, vbi adeſt duplex defectus, vt poſt *Ioan. Prot. in cap. 1. de conſtitutionibus, lib. 6.* & *Gabr. d. concluſ. 1. n. 39.* concludit *Monet. d. cap. 7. n. 112. verſ. 4.* vbi hoc temperat, niſi ſimul adſit clauſula, *Supplentes omnes defectus, &c.*

38 Limita ſextò, nihil operari, quando apponitur ſuper negotio, de quo Princeps non habet notitiam, vt per *Deci. conſ. 142. Et pro tenui, num. 7. Gozad. d. conſ. 5. n. 14. & 15. Alex. conſ. 23. n. 12. lib. 5. Pariſ. conſ. 1. ſub n. 81. vol. 1. Glorit. reſp. 1. p. 1. n. 3. Card. Tuſch. d. concluſ. 340. n. 41.*

39 Limita ſeptimò in iis, quæ Princeps non poteſt ſtatuere contra æquitatem naturalem, quia tunc hæc clauſula, & aliæ ſimiles nihil operantur, vt per *Menoch. conſ. 104. num. 76. & ſeq. lib. 1.* & *Alex. conſ. 52. In cauſa, num. 10. verſ. non obſtat dum dicitur, lib. 7.* quos refert, & ſequitur *Card. Tuſch. d. concluſ. 340. num. 46.*

40 Limita octauò, nihil operari, vbi conſtat de errore, vt per *Seraph. de Priuilegijs iuramenti, priuileg. 90. n. 5. Socin. conſ. 159. In præſenti conſultatione, n. 24. lib. 2.* & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 793. num. 10.* quicquid dicant relati à *Card. Tuſch. citato loco, n. 27.* & quicquid pariter aſſerant, hanc clauſulam impedire poſſe allegare errorem, *Seraph. d. priuileg. 90. n. 3.* & *Donat. à Fina tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 20. n. 122. pag. 263.*

41 Limita nonò, non operari, quando conſtat rem aliter ſe habere, vt per *Socin. conſ. 72. num. 4. vol. 3. Pariſ. conſ. 1. num. 82. vol. 1. Menoch. conſ. 2. num. 331. Glorit. reſp. 1. part. 1. num. 37. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 340. num. 28.* quo caſu contra hanc clauſulam admitti probationem in contrarium, voluit *Socin. conſ. 79. num. 46. vol. 4.* quem refert *Glorit. reſp. 10. num. 106.*

42 Limita decimò, non ſupplere erroneam, & falſam informationem, ex tradictis per *Valaſc. conſult. 130. num. 33.*

43 Limita vndecimò non purgare falſitatem narratorum, vt per *Deci. in cap. venerabilis, col. 1. de confirm. vtil.* & *Ioſephum Seſſe Aragonia deciſ. 113. num. 165.*

44 Limita duodecimò, vt non ſuppleat defectus ſubſtantiales, vt reſoluunt *Gabr. d. concluſ. 1. num. 40. Monet. d. cap. 7. n. 110.* declarantes ſi ſint defectus etiam ſubſtantiales Iuris tantùm poſitiui, ſatis ſupplerí per hanc noſtram clauſulam, quando conſtaret Principem de iis notitiam habuiſſe; hinc inferentes ſecus dicendum in defectibus naturalibus, hoc eſt, Iuris naturalis, quamuis ſimul adſit clauſula,

45 *Supplentes omnes & ſingulos defectus.* Et quod ſubſtantialia & ſolemnitates ſupplentur, & ſanantur, quando proceſſum fuit parte citata, & cum cauiæ cognitione, aliàs non, ex *Vantio* notat *Brunor à Sole d. verb. clauſula 15.*

46 Limita decimotertiò, vt hæc clauſula non impediat appellationem, vt poſt *gloſſ. verbo dignus, in cap. ſi quis ſuadente 17. quæſt. 4.* docent *Gabr. d. concluſ. 1. num. 60. Monet. d. cap. 7. num. 112. verſ. limita 5.*

47 Limita decimoquartò, quando Princeps aliquid concedit ad inſtantiam partis, vt per *Seraphin. de Priuilegijs iuramenti, priuileg. 107. n. 38.*

Limita decimoquintò, non operari parte abſente, quæ non contradixit, maximè quando fuit adhibita ſine cauſæ cognitione, vt per *Brunor. à Sole d. verb. clauſula 15.* 48

Limita decimoſextò, non operari in præiudicium concedentis quoad non expreſſa, vt poſt *Surd. conſ. 47. n. 19. & ſeq.* reſoluit *Card. Tuſch. d. concluſ. 340. n. 40.* 49

Limita decimoſeptimò, non tollere vitium ſubrepticiis, vt per *Nicolaum Garc. de benef. part. 3. cap. 2. num. 233. Rodolphin. d. cap. 5. num. 13.* hoc autem ſublimita, quando Princeps informatus proceſſit, quia tunc omne vitium ſubreptionis ceſſat, vt docent *Alex. conſ. 116. in fin. vol. 6. Corn. conſ. 313. num. 10. vol. 4. Cephal. conſ. 617. n. 27. vol. 5. Gabr. d. concluſ. 1. num. 26. Rodolphin. d. cap. 5. num. 13. Glorit. reſp. 1. part. 1. n. 30.* 50

Limita decimooctauò, non operari in diſpenſationibus ſine cauſa factis, vt per *Mart. de clauſulis, part. 1. clauſul. 73. num. 12. Monet. d. cap. 7. num. 114.* 51

Limita decimononò, quia hæc clauſula in confirmatione ſtatutorum, ſi poteſt referri ad ſtatuta valida & inualida, ſemper refertur ad valida, & nihil operatur quoad inualida, vt tenent *Surd. conſ. 47. num. 19. Cardin. Tuſch. d. concluſ. 340. num. 42.* nam confirmatio generalis ſtatutorum, vel priuilegiorum, ſeu alterius diſpoſitionis, non confirmat aliquid illicitum, ex traditis per *Felin. in cap. Eccleſ. S. Mariæ, num. 4. in fin. de conſtit. Bald. in l. omnes populi, num. 37. ff. de Iuſtitia, Socin. Iun. conſ. 32. num. 43. lib. 3. Rol. conſ. 29. num. 32. & ſeq. lib. 1. Alex. conſ. 56. num. 8. lib. 1. Pariſ. conſ. 33. num. 53. lib. 3. Corn. conſ. 9. num. 5. lib. 3. Guttier. de iur. confirm. part. 1. cap. 38. num. 6. Rot. deciſ. 780. num. 6. part. 1. diuerſ.* quos citaui *in Collectaneis ad cap. ad noſtram 5. n. 4. de confirm. vtili.* 52 53

Ex quibus, & aliis non immeritò procedit reſponſum Pontificis Iulij I I. incip. *In militantis Eccleſiæ agro*, quod refert *Fr. Emman. tom. 1. Bullarum, pag. 570.* confirmauerat enim Sixtus I V. ex certa ſcientia per illa verba, *& de nouo concedimus priuilegia Minoribus Fratribus conceſſa*; queſitum deinde fuit à Iulio I I. vtrùm huiuſmodi confirmatio comprehendat ea priuilegia, quæ iam in vſu non erant? Reſpondet Iulius negatiuè, quod ſcilicet priuilegia, quæ in vſu non ſunt, minimè confirmantur. Nam licèt Collector priuilegiorum Mendicantium, prout eum refert *Frat. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. quæſt. 8. art. 2. ad finem*, aſſerat hoc Iulij I I. reſponſum datum fuiſſe abſolutè, & generaliter propter defectum relationis, hoc eſt quod Iulius I I. ita reſpondit, quia plenè non fuit informatus de forma confirmationis, & quod in ea reperiebatur clauſula, *Ex certa ſcientia, mera voluntate, Motu proprio, & pro potiori cautela.* & quod ſi de his clauſulis plenè informatus fuiſſet, contrarium reſponderet, & poſt *Cordub.* ſequitur *Suar. d. cap. 20. num. 9.* aſſerens non videre quid aliud poſſit reſponderi. Ego tamen aduerto, confirmationem illam Sixti quarti fuiſſe generalem priuilegiorum Fratribus Minoribus conceſſorum, neque de ſingulis, & de ipſorum iuſtitia, & validitate cauſæ cognitionem præceſſiſſe; vnde cùm poſſit referri ad priuilegia valida, quæ in vſu ſunt, & ad inualida, vel quæ aliàs non ſunt in vſu; ad ea tantùm debet referri, quæ valida, & in vſu ſunt, iuxta celebrem doctrinam *Ant. de Butrio*, per *text. ibi, in d. cap. dudum, num. 15. de decimis*, multum commendantis quod bene notetur, quod alibi non reperitur; ſequuntur 54

Alex. conf. 39. num. 10. vol. 4. Auiles ad d. cap. 17. Prætorum, verbo Prouer. n. 7. & post alios *Cabed. Lusitan. decis. 3. num. 5. part. 2. Rot. decis. 11. num. 3. part. 2. recent.* & confirmari potest ex text. & quæ ibi notant *Abb.* & alij communiter *in cap. 1. vers. nec constitutione, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & in cap. 1. de iureiuran. lib. 6.* Nec obstat quod Pontifex ex certa scientia se confirmare adiecit: non enim ideo sequitur ex certa scientia fecisse, & plene de singulis informatum fecisse, imò defectus intentionis potest præsumi respectu eorum, quæ vel iniusta sunt, vel per non vsum sublata, quem defectum intentionis clausula illa, *Ex certa scientia*, non tollit, per ea, quæ Doctores resoluunt, quos refero *d. clauſ. 25. num. 5.* & ita respectu eorum, de quibus Pontifex non habuit notitiam, magis reducitur ad confirmationem in forma communi. Iuxta hanc igitur receptam traditionem respondisse Iulium II. asserere facilius & præstabilius est; quàm ab ipsius Pontificis interpretatione recedere cum Collectore priuilegiorum, & aliis, qui eum sequuntur; & ita colligendo fateor, quod si appareat Pontificem ex certa scientia certioratum, quod aliqua priuilegia non erant in vsu, ea confirmauit per illam clausulam, *Ex certa scientia innouamus, & de nouo concedimus*, aut verba similia, & nouum robur, nouámque validitatem illis tribuit: fateor etiam hæc verba, & clausulas huiusmodi satis esse, etiamsi de certa scientia aliunde non appareat, quando apponuntur in aliquo, certóque priuilegio; & sic procedit communis sententia, quam de virtute illius clausulæ adduxi *d. clauſ. 25.* negamus tamen ea verba sufficere respectu eorum, quæ inualida, aut in vsu non sunt, quod confirmatio generalis est, & refertur ad plura, quæ valida, & inualida esse possunt, iuxta doctrinam *Butrij*, quæ omni ex parte responso Iulij II. quadrat.

55 Limita vigesimò, non operari, vt posterior dispensatio non facta prioris mentione minimè sit subreptitia, ex traditis per *Sanch. de Matrim. lib. 8. disp. 22. num. 8.*

56 Limita vigesimoprimò, nunquam supplere dolum partis impetrantis, vt per *Fr. Emma. quæst. Regul. tom. 1. q. 8. art. 15.*

57 Limita vigesimosecundò, non operari, quando est accessoria ad gratiam, vt post *Alex.* tradit *Cardin. Tusch. d. conclus. 340. n. 49.*

58 His ita breuiter constitutis circa vim huius clausulæ, & non effectus illius, restat nunc inquirere, quando hæc nostra clausula inesse videatur, & qualiter probetur. In primis Princeps censetur facere ex certa scientia, si id in literis exprimat, vt docent *gloss. verbo literarum, in fin. in cap. statutũ, in princ. de rescript. lib. 6. Abb. in cap. examinatis, in fin. de confirm. vtili. Deci. in cap. porrectæ, num. 15. vers. 4. quando expresiè, eodem tit. Rom. conſ. 327. num. 7. Ruin. conſ. 31. num. 5. lib. 6.* & fuit dictum *in Toletana admissionis 17. Iunij 1609. coram D. Pamphilio apud Farinac. decis. 192. num. 3. part. 1. recen. & apud me in Collectan. ad cap. cum dilecta 4. n. 15. in fin. de confirm. vtili.*

59 Deinde censetur facere ex certa scientia, si fuit certificatus solùm de natura negotij, *cap. pastoralis. §. præterea, de offic. deleg. Oldrad. conſ. 330. num. 6. vers. facit etiam, Card. Tusch. d. litt. C. conclus. 341. num. 1.* vbi *num. 26.* post *Decian. conſ. 18. num. 269. & seq. lib. 1.* ac *Cephal. conſ. 439. num. 45. lib. 1.* extendit etiam quando Princeps ad informationem Magistratus aliquid concedit, quia censetur ex certa scientia concedere; & *num. 4.* post *Bald. conſ. 161. Proponitur, num. 4. lib. 3. vers. vltimò est etiam valde notandum, & Alex. conſ. 133. Super quæstus, num. 14. vers. ad hoc etiam accedit, lib. 5.* ampliat, vt si Princeps aliquid facit cum iuramento, 60
censeatur facere ex certa scientia, cùm iuramentum habeat vim clausulæ derogatoriæ, *Ex certa scientia.*

Sic etiam huiusmodi clausula præsumitur inesse, 61
si Princeps in confirmatione inserat confirmatum integrum: nam tunc censetur ex certa scientia confirmare; ita *Abb. conſ. 101. In quæst. quæ vertitur, n. 9. lib. 1. & in cap. 1. num. 6. & in cap. examinata, & in cap. venerabilis, num. 2. de confirm. vtili, Gabr. conſ. 22. n. 7. lib. 1. & conſ. 182. num. 13. & seq. lib. 2. Guttier. conſ. 11. num. 7. & 8. Card. Tusch. d. litt. C. conclus. 341. num. 7. Aloys. Ric. in collect. decis. part. 5. collect. 1592. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 2. cap. 33. lib. 4. Mancin. in tractat. de Iuram. part. 4. effect. 1. quæst. 4. num. 20. Octau. Glorit. resp. 1. part. 1. num. 23. Carol. de Grassis de effect. clerical. effectu 2. n. 158. Rotæ apud Farin. decis. 340. in 1. collect. nouissimarum, & decis. 339. num. 2. part. 2. recent.* Hinc est, 62
quod ait *Seraph. decis. 122.* confirmationem non posse dici verè ex certa scientia, non obstante appositione huius clausulæ, nisi totus tenor Papæ innotuerit, & fuerit insertus, sequitur *Nicol. Garc. de benefic. p. 3. cap. 2. n. 233. & Aloys. Ric. d. collect. 1592. in med.*

Extende, quod Princeps dicitur facere ex certa 63
scientia, quando aliquid facit cum causæ cognitione, vt post *Alex. conſ. 122. Viso puncto, num. 22. lib. 4.* ostendit *Card. Tusch. d. conclus. 341. num. 9.* vbi *num. 10.* hoc intelligit maximè, quando ex interuallo facit, quia magis operatur validitatem, & certam scientiam; & *n. 11.* ait sufficere, quod faciat mentionem in rescripto de processu, appellatione, & meritis; & *num. 12.* idem esse dicendum asserit, quando Princeps fuit certificatus de omnibus, vel quando inter partes contradicentes rescripsit ex certa scientia: nam si non sit expressa hæc clausula, sufficere de illa 64
tacitè constare probat *D. Barbosa in l. si quis posteà quàm, n. 126. ff. de iudicijs.*

Quando dicantur collatio & confirmatio ex certa 65
Pontificis scientia fieri, vide *Sanchez in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 144.*

SVMMARIVM.

1 *Executiuæ clausulæ non ampliant, nec alterant, aut mutant principalem dispositionem.*

2 *Clausulæ plures accessoriæ executiuæ non disponunt, & n. 4.*

3 *Executiuæ clausulæ non alterant principalem dispositionem, etiamsi remanerent superfluæ si illam non ampliarent.*

5 *Executiuæ clausulæ prolatæ à partibus disponunt.*

6 *Iuramentum, si adest clausula accessoria & executiua, ampliat dispositionem.*

7 *Executiuæ clausulæ non alterant dispositionem, quando sunt accessoriæ, secus si principales.*

8 *Executiuæ clausulæ declarant dispositionem.*

9 *Executiuæ clausulæ quæ dicantur, ostenditur.*

Executiua.

CLAVSVLA LX.

CLausulæ executiuæ non ampliant, nec alte- 1
rant, aut mutant principalem dispositionem,

Clem. 1.

Clem. 1. de præben. Dec. cons. 304. num. 6. & seq. & cons. 413. num. 8. & consil. 470. num. 4. & cons. 500. num. 9. Anton. de Butr. cons. 29. Cacheran. Pedam. decis. 164. num. 62. Couar. in rub. de testam. p. 2. num. 13. in fin. Verall. decis. 83. num. 3. p. 1. Molin. de primog. lib. 4. c. 2. num. 42. & 49. cum seq. Vincen. de Franchis decis. 213. num. 53. Menoch. consil. 84. num. 45. Surd. decis. 43. n. 18. & consil. 45. num. 24. Pereg. var. lib. 5. tit. de pactis & conuent. num. 182. Mart. de clausul. part. 4. claus. 20. n. 2. Aloys. Ric. in collect. decis. p. 4. collect. 786. Alexand. Trentasin. var. resolut. lib. 1. tit. de rescript. resol. 8. num. 2. Seraph. decis. 574. num. 2. & decis. 716. num. 3. & decis. 1231. num. 5. Sanchez de Matrim. lib. 6. disp. 29. num. 9. Cardin. Tusch. pract. concl. tom. 1. litt. C. concl. 312. n. 1. Garc. Gironda de priuilegiorum, seu exempt. explicat. num. 143. Iosephus Sesse Aragoniæ decis. 24. n. 3. Gregor. decis. 311. n. 5. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 7. num. 48. cum seqq.

2 Primò amplia, etiamsi sint plures clausulæ accessoriæ executiuæ, quia non disponunt, vt post *Dec. cons. 373. num. 14.* tradit *Cardin. Tusch. d. conclus. 312. num. 34.*

3 Secundò amplia, etiamsi clausulæ executiuæ remanerent superfluæ, si dispositionem non ampliarent, vt est casus *in d. Clem. 1. de præben. Curt. Iun. cons. 274. num. 49. vol. 3. Ruin. cons. 173. num. 2. Decian. cons. 12. num. 20. & 28. Mart. d. claus. 20. num. 3.* vbi *num. 4.* declarat hoc esse intelligendum, quando verba clausulæ executiuæ sunt conditionaliter prolata, quæ non disponunt, secus si non sunt conditionaliter prolata, sed dispositiuè.

5 Tertiò amplia, vt non solùm non ampliet, sed etiam nihil disponant, *Menoch. cons. 2. num. 58. & cons. 285. num. 35. Mart. d. claus. 20. num. 10.* Prolatæ tamen à partibus disponunt, ex deductis per *Menoch. cons. 87. num. 6. & 41.* & per *Pereg. d. tit. de pact. & conuent. num. 182.* vbi subdit, quod prolatæ in medio inter dispositiuas attendendæ sunt, & quod prolatæ à Notario non solent habere multam vim.

6 Limita, vt clausula accessoria & executiua ampliet dispositionem, si adest iuramentum, *Roland. cons. 8. n. 14. & seq. lib. 1. Card. Tusch. d. litt. C. concl. 312. num. 44.*

7 Limita deinde, seu potiùs declara, quod dicitur clausulas executiuas non alterare dispositionem, procedere quando clausula est accessoria, secus si principalis, *Crauet. cons. 25. n. 3. Dec. cons. 304.* incip. *Iuridicam, col. fin. num. 6. & seq. & cons. 194. col. antepen. & cons. 373. n. 14. & cons. 413. à num. 7. Card. Tusch. d. concl. 312. n. 50.*

8 Limita denique, seu potiùs declara, quod licèt clausulæ executiuæ non amplient, tamen declarant, *Dec. cons. 423.* incip. *Negari non potest, in fine, Curt. Sen. consil. 49. Alex. cons. 62. lib. 1. & cons. 195. num. 8. lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 312. n. 28. Iosephus Sesse d. decis. 24. num. 6.*

9 Dicuntur clausulæ executiuæ, quæ incipiunt à clausula, *de quibus, &c.* vel à clausula, *quæ omnia, &c.* quæ solent à Notariis apponi post perfectum contractum, *Mart. d. claus. 20. num. 1. Iosephus Sesse d. decis. 24. num. 5. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 609. à num. 10. Card. Tusch. d. concl. 312. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *in rescriptis Apostolicis est retrotractiua ad tempus datæ.*

3 *Relata ad futurum clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *infert actus in tempus ad quod refertur.*

4 *Conditionali in dispositione apposita clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *non operatur retrotractionem, nisi iustificata conditione.*

5 *Gratiam non suspendit clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *quando est apposita in collatione de vacanti, secus si de vacaturo.*

6 *Clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *operatur quod vnum tempus videatur alteri inesse.*

7 *Gratia expectatiuæ concessa cum clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ.*

8 *Retrotractiua ad diem datæ in præiudicium iuris alteri quæsiti medio tempore non est clausula*, Ex nunc prout ex tunc.

9 *Gratia ita dicitur perfecta, si Papa concedat expectatiuam de beneficio vacaturo, cum clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *vt non expiret morte concedentis.*

10 *Episcopus mandans clerico, vt debitum à se confessatum soluat intra tot dies, alias ex nunc prout ex tunc excommunicatus existat, talis valet excommunicatio.*

11 *Clausula*, Ex nunc, &c. *apposita in constituto collato in tempus mortis, vel post, operatur effectum suum post mortem constituentis.*

12 *Donatione cum hac clausula facta per patrem filio, iuncta clausula*, constituti, *sequuta morte patris donantis, dominium transferri facit in filium à die initi contractus prædictæ donationis.*

13 *Excommunicatio si feratur sub verbis*, Ex nunc prout ex tunc, *an sit canon latæ sententiæ, vel ferendæ, remissiuè.*

14 *Constitutio in qua adest clausula*, Ex nunc prout ex tunc, *statim ligat à tempore promulgationis illius.*

1 *Clausula*, Ex tunc cùm fuerit clericali charactere insignitus, *quid importet, ostenditur.*

Ex nunc prout ex tunc.

CLAVSVLA LXI.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Mart. de clausul. p. 1. claus. 54. in vltim. impress. Aloys. Ric. in collect. decis. p. 1. collect. 71. & part. 4. collect. 753. Maresc. var. resol. lib. 2. cap. 39. n. 28. & 29. Massob. in praxi habendi concursum, prælud. 25. dub. 13. num. 18. secundum Rom. impress. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 5. proœm. num. 86. Vinian. in praxi iurispatronatus, lib. 13. cap. 8. num. 57. cum seqq. Ioan. Bapt. Cost. de retrotract. cap. 10. effectu 1. & de clausulis conuent. clausul. 123. Cened. post lib. pract. quæst. sing. 14.* 1

2 Apposita in rescriptis Apostolicis est retrotractiua ad tempus datæ, & operatur vt rescriptum retrotrahatur, veluti si actus à principio purè factus esset, ita *Brunor à Sole in locis commun. verbo clausula 20. Camil. Borel. in summa omnium decis. tit. 20. n. 383.* habet enim hunc effectum, vt actus postea factus censeatur iam à principio factus, *gloss. verbo ex nunc, in Clem. volentes, de hæret.* & ibi *Zabarel. in prima oppos. Alex. cons. 83. post num. 8. vers. confirmatur, vol. 2. & cons. 111. à num. 26. vers. ex prædictis, vol. 6. Cassan. cons. 53. vol. 1. vers. 14. & vers. 23. & cons. 66. vol. 5. vers. ad hoc, Soc. Iun. cons. 106. num. 28. vol. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. gloss. vnic. num. 86. & de iure constituti, part. 3. limit. 2. n. 16. Rimin. Iun. cons. 678. num. 12. vol. 6. Silu. cons. 97. num. 3. Cosm. in pragm. sanct. tit. de collat. §. vt verò, in verbo prout ex tunc, Cened. d. sing. 14. n. 1. Rebuff. in comment. ad l. mulieris 23. vers. præterea. ff. de verborum signif. pag. 91.*

3 Ad futurum relata infert actus in tempus ad quod refertur, *Honded. cons. 44. num. 59. tom. 2.* vbi *num. 60.* obseruat, quod quando dicitur è conuerso, *Ex tunc prout ex nunc*, retrotrahitur ad tempus actus; de quo tamen an verum sit, vide quæ infrà dicam.

4 Apposita in dispositione conditionali non operatur retrotractionem, nisi iustificata conditione, *Put. decis. 383. lib. 1. in correct. Parif. cons. 82. n. 17. vol. 4. Gigan. resp. 23. num. 13. Cassad. decis. 3. num. 15. de præben. Cened. d. sing. 14. num. 3. Gabr. cons. 189. in fin. vol. 1. Greg. decis. 428. num. 4. Aloys. Ricc. d. collect. 753. in medio, Mart. d. claus. 54. num. 5. Honded. tom. 1. cons. 18. n. 43. & num. 64.* vbi *num. 65.* ait, quod adiecta constituto in dispositione collata in tempus mortis, interim non transfert possessionem, & ita non operatur à die datæ instrumenti, sed solùm à die purificatæ conditionis, *Paris. cons. 82. num. 17. vol. 4.* & fuit dictum *in Signina Castrorum 13. Nouembris 1623. coram R. D. meo Coccino Decano, in vers. quod verò.*

5 Quando est appositа à Papa in collatione de vacanti, non fuspendit gratiam, secus si de vacaturo, *Cassad. decis. 3. num. 15. de præben. Crescen. decis. 7. num. 13. & 19. de conces. præben. Achill. decis. 7. num. 4. de renunc.* & fuit dictum *in Illerden. Canonicatus 25. Octobris 1597. coram Card. Pamphilio*, quos referunt *Mart. d. claus. 54. num. 2.* & *Aloys. Ric. d. collect. 753. in princ.*

6 Operatur quod vnum tempus videatur alteri inesse, Doctores *in l. huiusmodi, la secunda. ff. de verbor. oblig. Neguss. de pignor. part. 2. membr. 2. num. 5. & 6. Tiraq. de retrat. tit. 2. §. 2. gloss. 1. num. 86. Staphil. de literis grat. in præfat. num. 17. & seq. Octauian. Vulpel. de præpos. signif. sub dict. ex nunc, pag. 36. Caualcan. decis. 45. num. 8. part. 1. Salust. Tiber. in formul. instrum. lib. 1. cap. 5. num. 11. Surd. decis. 113. num. 10. Mant. d. tract. de claus. part. 2. claus. 27. num. 1. Mascard. concl. 1239. num. 3. Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resol. 76. num. 3. & Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 239. num. 18. Marches. de Commiss. p. 3. pag. 352. num. 89. in vltima impress.*

7 Gratia igitur expectatiuæ concessa cum hac clausula, retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ, *Felin. in cap. licet causam, num. 6. de probat. Alex. cons. 111. num. 23. lib. 6.* vnde perinde est, ac si Papa tempore datæ primam gratiam contulisset, *Cres. decis. 14. lib. 2. alias decis. 7. num. 13. de conces. prebend. Ferret. cons. 314. num. 7. lib. 2. Rot. in Anconitana Canonicatus 9. Octobris 1592. coram Penia.*

8 Non est retrotractiua ad diem datæ in præiudicium iuris alteri quæsiti medio tempore; ita *Put. decis. 186. lib. 2. in correct. Mart. d. p. 1. claus. 54. n. 3. Camill. Borell. d. tit. 20. num. 383.*

Hincque fit, vt si Papa concedat expectatiuam de beneficio vacaturo cum hac clausula, gratia vsque adeò dicatur perfecta, vt non expiret morte concedentis, vt fuit dictum *in vna Galaguritana Canonicatus 1. Iulij 1592. coram Penia*, cuius meminerunt *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 12. nu. 42. vers. sic etiam, D. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 29. n. 34.* 9

Episcopus si mandauerit clerico, vt debitum à se confessatum soluat intra tot dies, aliàs ex nunc pro vt ex tunc excommunicatus existat, an talis valeat excommunicatio? Affirmatiuè respondet *Bald. in c. 1. de milite vasal. qui contumax est, in vsib. feudor. vers. sed pone, clericus, sub num. 14.* quem refert, & sequitur *Guidop. decis. 588. num. 2.* vbi subdit, quod dictio, *nunc*, significat perfectionem actus verbi prolati, &, *tunc*, effectum verbi consummati, & quod sic non adest aliqua perplexitas in istis sermonibus, *Aloys. Ricc. d. collect. 71. in fine.* 10

An autem hæc clausula appositа in constituto collato in tempus mortis, vel post, operetur effectum suum post mortem constituentis? Pro vtraque parte multa adducit *Thesaur. decis. 38. per totam*, & tandem refert pro negatiua fuisse factam resolutionem: possessio transfertur per clausulam, *constituti*, quando adiicitur hæc clausula, vt tradunt *Neguss. de pign. p. 2. mem. 2. num. 4. Tiraq. de iure constituti, num. 15. lim. 2. Octau. Vulpell. citato loco, num. 2.* 11

Vtrùm autem hæc clausula appositа in donatione facta per patrem filio cum clausula, *constituti*, sequuta morte patris donantis, dominium transferri efficiat in filium à die initi contractus prædictæ donationis? Affirmatiuè respondent *Tiraq. de iure constituti, p. 3. limit. 2. n. 15. Vincen. de Franch. decis. 213. n. 1.* Quid siquis donauit omnia bona sua, casu quo sine liberis moreretur, constituens se ex nunc prout ex tunc, & è contra, nomine donatarij dicta bona possidere, an sequuto casu dominium eorum transeat in donatoris hæredem, vel in donatarium? & transire in donatarium tenuere relati per *Guidop. decis. 268. n. 1.* 12

Vtrùm autem si proferatur excommunicatio sub verbis huius clausulæ, sit eo casu canon sententiæ latæ, vel ferendæ? Vide *Iason in l. ad diem, num. 3. ff. de verb. obligat. Salzed. ad Bernar. reg. 263. vers. 3. limita, Guttier. Canon. lib. 1. cap. 4. num. 20. cum seqq.* & plures alios quos citat *Cened. ad Decretales collect. 36. n. 3.* 13

Constitutio, in qua adest hæc clausula, *Ex nunc*; vel, *Ex tunc*, statim ligat à tempore promulgationis illius, *gloss. sing. in Clem. 2. vers. ex tunc, de hæret. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. gloss. 1. num. 86. Rebuff. in comment. ad d. l. mulieris appellatione, vers. idem*; vbi *in vers. ideo*, asserit quod lex trahitur ad præterita, quando adiecta fuerit illa dictio, & *in vers. 9.* tenet dictionem, *Ex nunc*, suspendere actum, & sententiam interlocutoriam Iudicis vsque ad extremum tempus Iudicis, quemadmodum dictio, *Ex tunc*, vt *in cap. licet, de probat.* quicquid dicat *Felin. in d. cap. licèt causam, nu. 6. de probat.* nulla est vis an dicatur, *Ex nunc prout ex tunc*, vel è contra, *Ex tunc prout ex nunc*, quia semper trahitur actus ad diem existentis conditionis, prout summa cum ratione tradunt *Cosm. in pragm. sanct. tit. de collat. §. vt verò, in verb. prout ex tunc, Abb. in cap. præterea, il secundo, num. 11. de appellat. Bald. in cap. 1. de milite vasallo, qui contumax est, nu. 16. & 17. Guttier. Canon. lib. 1. cap. 4. nu. 20. Cened. d. sing. 14. nu. 3. cum seqq.* 14

Clausula, *Ex tunc cùm fuerit clericali charactere insignitus*, appositа in translatione facta in laicum, operatur vt transferens licitè exigat pensionem vsque in diem initiationis, vt per *Hieron. Gabr. consil. 185. à nu. 3. & cons. 186. per totum, lib. 1. Flamin. de resignat benef.* 15

benef.lib.6.q.4.n.55.& 60.D.Lotter.in tract.de re benefic. lib.1.q.40.n.21. Nam hodie nulli permittitur facultas transferendi penſiones in laicum, præterquàm cum clauſula, *Ex nunc prout ex tunc cùm fuerit clericali charactere inſignitus*, quæ intelligitur de charactere exequibili, vt plenè deducit *Gabr. conſ.189. à n.7. & ſub nu.12.lib.1.D.Lotter.d q.40.n.131.*

SVMMARIVM.

1 *Generalis clauſula reſtringitur ad ea omnia, quæ ſpecialiter in contractu ſunt expreſſa.*
2 *Generalis clauſula refertur ad enunciata.*
3 *Generalis clauſula ſi præcedat, & ſubſequatur ſpecialis, tunc illa clauſula refertur ad omnia ſpecificata, etiam in quibus fuit ſpecialiter prouiſum.*
4 *Generalis clauſula ſubſequens poſt ſpecificationem, debet reſtringi ad ſpecificatam cauſam, quando id poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis.*
5 *Clauſula generalis poſt ſpecificationem ſpecierum in renuntiatione comprehendit ſolùm caſus ſimiles, non verò maiores.*
6 *Clauſula generalis in principio poſita, ad omnia ſequentia refertur, in fine verò poſita, ad omnia præcedentia.*
7 *Generalis clauſula in dubio non reſtringit, quando poſt expreſsionem generis ſubſequitur enumeratio ſpecierum.*
8 *Generalis clauſula, quando ineſt ratio cur ad maiora expreſsis referri debeat, ad ea referenda eſt.*
9 *Generalis clauſula excluſiua non refertur ad priuilegiatos.*
10 *Generalis clauſula incluſiua fauorabilis non refertur ad odioſos, & prohibitos.*
11 *Priuilegiorum clauſulæ generales non porriguntur ad ea, quæ præſumuntur ignorata.*
12 *Generales clauſulæ poſitæ in mandato, reſtringuntur tantùm circa contenta in mãdato.*
13 *Defectus plures non habent vim ſupplendi clauſulæ generales.*
14 *Generales clauſulæ non extenduntur ad non veriſimilia.*
15 *Conciliari diſpoſitioni non derogant clauſulæ generales.*
16 *Generales clauſulæ geminatæ important, vt nulla reſtrictio, aut nulla limitatio fieri poſsit.*
17 *Generalis clauſula an & quando referatur ad ea, quæ habent ſpecialem determinationem, remiſsiuè.*

Generalis.

CLAVSVLA LXII.

1 REſtringitur clauſula generalis ad ea omnia, quæ ſpecialiter in contractu ſunt expreſſa, vt per *Aloyſ.Ric.in collect. deciſ.p.4. collect.1100.Cardin. Mantic.de tacit.& ambig.conuent.lib.3.tit.2. num.36.& Stephan.Gratian.diſcept.forenſ.cap.795. nu.18. Rot.apud Zachi. poſt tract.de oblig.Camer. deciſ.111.n.1.*vbi dicitur quod refertur ad enunciata, & fuit dictum *in Romana ſocietatis officij 13. Ian.1600. coram Iuſto*, impreſſa per *Marcheſ.de Commiſſ.p.2.pag.583.n.2.in vlt. impreſ.* 2

Intellige primò, ſeu potiùs declara, quod ſi generalis præcedat, & ſubſequatur ſpecialis, tunc illa clauſula refertur ad omnia ſpecificata, & in quibus fuit ſpecialiter prouiſum; ita *Melch. Phæboſ.Luſitan. deciſ.57.n.4.tom.1.* nam aliàs non extenditur ad ſpecificata, *Menoch. conſ.111.n.6.* 3

Secundò declara, quod quando eſt generalis ſubſequens poſt ſpecificationem, debet reſtringi ad ſpecificatam cauſam, quando id poteſt fieri ſalua ratione recti ſermonis, *l.ſi de certa. C. de tranſact.Celſ. Vgon. in tract. clauſ.pag.474. col.2. Mart.de clauſ.p.4. clauſ.1.n.5.Card.Tuſch. pract.concluſ. tom.1. litt.C.conel.* 309. *nu.6.* vbi *n.1.* ſubdit, quod clauſula generalis poſt ſpecificationem ſpecierum in renuntiatione comprehendit ſolùm caſus ſimiles, non verò maiores, de quo etiam *Mart.d.clauſ.1. n.6.* vbi *n.7.* ampliat etiam in diſpoſitione, vbi clauſula generalis non trahitur ad maiora, vide *Aloyſ. Ric. part.4. collect.1165.* 4 5

Clauſula generalis in principio poſita, ad omnia ſequentia refertur, vt per *Azeued.l.6.n.2.tit.15.lib.4. nouæ Recopil.* In fine verò poſita, ad omnia præcedentia refertur, *gloſ.ſin.in l.ſi negotium.C.de negot.geſtis, Menoch.conſ.334.n.8.Mart.d.clauſ.1. n.9.* vbi ſubdit, hoc procedere quando clauſula generalis aliàs ſaluari non poteſt ſecundum rectitudinem ſermonis, vel ſequeretur correctio, aut repugnantia in eadem diſpoſitione, aut ex alia ſimili cauſa, & citat *Rotam deciſ.54. n.15. & ſeq. p.2. diuerſ.* 6

Deinde clauſula generalis in dubio non reſtringit, quando poſt expreſſionem generis ſubſequitur enumeratio ſpecierum; quia ſpecies dicuntur expreſsè cauſa demonſtrationis, & maioris declarationis, non autem reſtrictionis, *l. quæſitum. §. fin. ff. de fundo inſtructo, l.legata ſupellectili. ff. de ſupellectili legata, Soc.Iun. conſ.98.num.30. lib.1. Crauet.conſ.227.n.7.Rot. deciſ.338.p.3. diuerſ. Mart. d. clauſ.1. nu.13.*vbi *n.14.* intelligit præſertim, quando ſpecierum enumeratio reſpicit actum legandi, & *nu.15.* idem ait, quando genus, & ſpecies eandem perſonam reſpiciunt. 7

Prætera clauſula generalis, quando ineſt ratio cur ad maiora expreſſis referri debeat, ad ea referenda eſt, *Pariſ.conſ.50.n.17.& conſ.55. n.31.& 32. & conſ.86. n.42.& 43. vol.2. Gabr.conſ.31. vol.1. Mart.d. clauſ.1.n.6.* vbi ſubdit, quod ſi cum omnibus remotis conueniat, ſaltem ad ea, quibus conuenit, referenda eſt, & *n.7.* ait huiuſmodi clauſulas generales non capere vacationes futuras. 8

Clauſula generalis excluſiua non refertur ad priuilegiatos, vt per *Celſ. Vgo. vbi ſuprà pag.475.col.5.* vbi ſubdit, quod clauſula generalis incluſiua fauorabilis non refertur ad odioſos, & prohibitos. 9 10

Clauſulæ generales priuilegiorum, quæ aliàs ſolent habere clauſulam, *Citra ſpecialis derogationis, &c.* non porriguntur ad ea, quæ præſumuntur ignorata, *Curt.Iun.conſ.170.n.31.vol.1. Socin. Iun. conſ.77.n.106. & conſ.126.vol.1. Natt.conſ.209.nu.6. Mart.d.clauſ.1. n.8.* vbi *n.9.* ſubdit, quod clauſulæ generales poſitæ in mandato, reſtringuntur circa contenta in mandato, & vltra ea non extenduntur. 11 12

Non habent vim clauſulæ generales ſupplendi plures defectus, vt per *Stephan Gratian. diſcept.foren. cap.892. n.17.* nam ſatis eſt quod aliquem effectum 13

tribuant,

tribuant, nec opus est, illas extendere in præiudicium contrahentium, idem *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 277. *n.* 44.

14 Non extenduntur ad non verisimilia, vt per *Brunor. à Sole in locis comm. verbo clauſ.* 21. *Flam. de Resignat. tom.* 2. *lib.* 12. *q.* 14. *n.* 11.

15 Non sufficiunt ad derogandum Conciliari dispositioni, vt per *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 26. *num.* 7. & citatos in clausula, *Non obstantibus.*

16 Generales clausulæ geminatæ important, vt nulla distinctio, nulla restrictio, aut nulla limitatio fieri possit, vt per *Crau. conſ.* 135. *num.* 5. *& conſ.* 294. *& conſ.* 308. *Mart. d. part.* 4. *clauſ.* 3. *n.* 1. *num.* 1. vbi *num.* 2. subdit, quod quando sumus in geminatione actuum, verborum geminatio nihil operatur; secus verò quando versamur in geminatione & cumulatione verborum, ne alterum ipsorum stet sine virtute operandi; & *num.* 7. declarat, vt enixa voluntas importata propter virtutem verborum geminatorum, nunquam intelligatur facere tertio præiudicium.

17 An, & quando clausula generalis referatur ad ea, quæ habent specialem determinationem? vide *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 795. *num.* 18. *Rot. apud Cenc. post tract. de Cens. decis.* 54. *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij validam prouisionem præsupponere debet clausula,* Habita, vel non habita possessione.

2 *Clausula,* Habita, vel non habita possessione, *adinuenta fuit ad obuiandum malitijs illorum, qui differunt possessionem beneficij accipere, animo pensionarium eludendi.*

3 *Clausula,* Habita, &c. *nihil operatur, vbi fraus cessat, & constat per titularem non extitisse.*

4 *Clausulam,* Habita, vel non habita possessione, *vltra triennium non extendi Rota censuit, & aliquando vsque ad tres annos ampliauit, nunc denuò additur,* vt soluatur pensio, vsque quò lis terminetur per tres conformes, *vt n.* 5.

Habita, vel non habita possessione.

CLAVSVLA LXIII.

1 SOlet vt plurimùm in Hispaniis pensioni per Papam impositæ consentientibus super beneficiis illis à Sede Apost. collatis apponi hæc clausula, qui desiderio, & nimis auida voluntate illa consequendi incautè eam promittunt soluere, habita, vel non habita possessione beneficij illius super quod imponitur, & omni meliori modo, &c. cùm verò plures possessionem beneficiorum adipisci nequeant ob aliorum obtrusiones, vel quia ad Papam prouiso tunc non spectabat, non semel dubitatum fuit, an ad illam soluendam adstricti manerent. Ego in hoc dubio meam interponere sententiã non audeo; illud tamen credo à nemine ignorari, quod hæc clausula validam beneficij collationem præsupponere debet, & si nulla, seu inualida sit, in dicta clausula suam fundare intentionem pensionarius nequit, quia solutio ista præsupponit grauatum ad soluendum de beneficio litigioso super quo est imposita prouisum, & qui vnum dicit, omnia ad illud habilia præsupponit, *l. qui testamentum. ff. de testam. l. furiosum. ff. qui testamenta facere possunt, Paris. conſ.* 30. *in princ. vol.* 4. Quare cùm pensio debeatur, quæ fructuum beneficij pars est, si illos non percipit, absurdum videtur, vt eam soluat, quia huiusmodi clausula adinuenta fuit ad obuiandum malitiis illorum, qui differunt possessionem beneficiorum accipere, animo pensionarios eludendi: at vbi fraus cessat, & constat per titularem non extitisse, vel quia agitauit contra aduersarium, nec illum excludere potuit, vel quia incontinenti ostendit de nullitate gratiæ talis beneficij à Papa sibi collati, non debet adstringi ad vllam solutionem, præcipuè quando ipse gratiæ renuntiat, quia si beneficium est vtile impetranti, nullatenus debet præsumi quod ipse omiserit quidquid potuit exequi ad pensionem consequendam, tum quia hæc clausula non debet operari vltra intentionem constituentis illam, *Rot. decis.* 150. *part.* 1. *diuers. & decis.* 699. *num.* 2. nec quicquam iuramentum facit, quia regulatur secundum naturam principalis obligationis, *cap. quemadmodum, cap. peruenit, de iureiuran.* quæ si nulla est, debet & illud inualidum reputari. 2 3

Rota igitur nihil amplius hanc clausulam vltra biennium extendi posse censuit, ex *decis. Anton. August.* 305. *lib.* 3. Aliquando verò vsque ad tres annos ampliauit, vt constat ex *decis.* 699. *num.* 2. *part.* 1. *diuers. & decis.* 128. *num.* 1. *part.* 2. *etiam diuers.* quarum meminerunt hac de re agentes *Aloys. Ric. in praxi fori Ecclesiast. decis.* 429. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 366. *n.* 2. *in* 2. *edit.* latè *Marches. de Commiss. part.* 1. *pag.* 492. *num.* 54. *cum seqq. in vltim. impress.* & consuluit *Bursat. conſ.* 361. *num.* 31. & post *Cas. de Grassis decis.* 12. *n.* 3. *de præbend.* & *Seraphin. decis.* 66. *num.* 2. & 3. obseruauit *D. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 52. vbi *num.* 53. subdit, non sufficere huiusmodi lapsum temporis, & deductionem impedimenti, nisi etiam probarentur intra illud factæ omnes diligentiæ possibiles, tum in producendo literas, & instando pro earum exequutione, tum in remouendo impedimento obiecto. 4

Verùm quia aliqui, vt è tali onere se eximerent, cedebant liti, & beneficio, excogitatum fuit decretum quoddam nouum, vt soluatur pensio vsque quò lis terminetur per tres conformes in Rota; quod cùm vrgeat contra consentientem, non est iam in potestate Iudicis prætextu cuiuscunque æquitatis ab eo recedere, vt fuit dictũ *in Miranden. pensionis* 23. *Martij* 1620. *coram Illustrissimo Card. Verospio,* cuius meminit *D. Lotter. d. quæst.* 39. *num.* 57. vnde agente pensionario contra campsorem, frustra hic excipit titularem cessisse liti, aut aliàs renunciasse iuri in beneficio sibi competenti, vel intra triennium non potuisse nancisci possessionem: nam cùm tunc contra eum agatur in vim Cameralis obligationis, non potest alia exceptione iuuari quàm solutionis, aut falsitatis, iuxta *Cassad. decis. vnic. num.* 2. *de mutuis petit.* vel alia, quæ oritur ex ventre ipsius cedulæ, suæque obligationis, *Gallesf. ad form. Camer. in* 1. *quæst. ad* 4. *part. à num.* 15. & ita fuit dictum *in d. Miranden. pensionis*; refert *D. Lotter. d. quæst.* 39. *num.* 61. vbi *num.* 62. subdit, quod vt firmius sit, in decreto adiicitur, ne titulares validè possint resignare, nisi resignatarij eandem obligationem de soluendo, & dando cedulam faciant. 5

Hac

Hac tamen lege, & conditione.

CLAVSVLA LXIV.

1 COnditionem non importat hæc clauſula, ſed modum, *l. Mœuia. ff. de manumiſſ. teſtam. Bart. in l. quibus diebus. §. Termilius, num. 5. ff. de condit. & demonſt. Bero. conſ. 66. num. 5. vol. 2. Neuizan. conſ. 55. num. 1. Ruin. conſ. 127. num. 2. vol. 1. Natt. conſ. 373. num. 26. Crau. conſ. 59. num. 1. Surd. conſ. 268. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem executori dat clauſula,* Inducatis in poſſeſſionem, &c.
2 *Clauſula,* Inducatis in poſſeſſionem, &c. *non habet amplius effectum poſt annum, vel poſtquam pacificè poſſedit, quia ſi moleſtetur, via ordinaria eſt agendum.*
3 *Iudices ordinarij poſt inductionem cognoſcunt in Francia, & ideo ibi nihil operatur clauſula,* Inducatis in poſſeſſionem, & manuteneatis.
4 *Neceſſitatem non importat clauſula,* Inducatis in poſſeſſionem, &c. *vt qui eſt in poſſeſſione, & nouam obtinet prouiſionem cum illa clauſula, de nouo apprehendat poſſeſſionem de manu executoris.*
5 *Clauſula,* Inducatis in poſſeſſionem, &c. *appoſita in noua prouiſione illius, qui eſt in poſſeſſione, intelligi debet, vt ſit appoſita ad cumulandum poſſeſſionem poſſeſſioni.*

Inducatis in poſſeſſionem, & manuteneatis.

CLAVSVLA LXV.

HÆc clauſula dat iuriſdictionem executori, quia poterit manutenere inductum, donec ſit pacificus, non tamen ſemper, ne derogetur Ordinario, ideo poſt annum, vel poſtquam pacificè poſſe-
2 dit, ſi moleſtetur, via ordinaria eſt agendum, quia hæc clauſula non habet amplius effectum, vt per *Staphil. de literis gratiæ, fol. 97. pag. 2. verſ. ſequitur poſtmodum, Marcheſ. de Commiſſionib. part. 1. pag. 939. num. 177. Campan. in diuerſ. Iuris Canonici, rub. 11. cap. 13. num. 283. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concl. 218. num. 1.* vbi *num. 2.* ſubdit, *Rebuff. in forma nouæ prouiſionis, in verbo, & defendat inductum,* retuliſſe
3 quod in Francia nihil operatur, quia Iudices ordinarij poſt inductionem cognoſcunt, &c.
4 Non importat neceſſitatem, vt qui eſt in poſſeſſione, & nouam obtinet prouiſionem cum hac clauſula, de nouo apprehendat poſſeſſionem de manu executoris, acquiſitio enim nouæ poſſeſſionis de manu executoris non contradicit retentioni primæ poſſeſſionis naturalis, vt dictum fuit *in Alexandrina Archipreſbyteratus 28. Iunij 1627. coram R. P. D. Merlino*, impreſſa ſub clauſula, *Si & poſt quantum,*
5 *&c.* Intelligi etiam poteſt, vt ſit appoſita ad cumulandum poſſeſſionem poſſeſſioni, quia vtraque poſſeſſio de per ſe eſt conſiderabilis, ad traditam per *Caſſad. deciſ. 4. num. 2. & ſeqq. de veſtit. ſpoliat. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. quæſt. 43. num. 337. & ſeq. & Gabr. concl. 7. n. 6. de acquir. poſſeſſ.* quos ſequuta eſt *Rot. in d. Alexand. Archipreſbyteratus coram D. Merlino.*

SVMMARIVM.

1 *Gratia in forma dignum non eſt conditionalis.*
2 *Gratia in forma dignum in eſſe nihil ponit, donec executioni ſit demandata.*
3 *Reſignatario acquiſitum dicitur ius ad rem, & non in re per gratiam in forma dignum, ante eius executionem.*
4 *Reſignatarius quando fuit prouiſus in forma dignum, reſignans non cadit à iure ſuper beneficio, niſi donec literæ Apoſtolicæ fuerint executæ.*
5 *Ius regulariter non abdicatur à reſignante, niſi donec quæſitum fuerit reſignatario per collationem.*
6 *Beneficium collatum abſenti ante acceptationem, non poteſt alteri conferri.*
7 *Beneficium ſequuta morte prouiſi in forma dignum, antequam ille repertus, ſeu declaratus fuerit dignus, non vacat per mortem illius, ſed per mortem vltimi poſſeſſoris.*
8 *Executor fit mixtus quando adeſt clauſula,* In forma dignum.
9 *Appellare licet ab executore cum clauſula,* In forma dignum, *& poſſeſſio interim capta eſt attentata.*
10 *Intellige quando alius eſt in poſſeſſione, vel adeſt legitimus contradictor.*

In forma dignum.

CLAVSVLA LXVI.

GRatia in forma dignum non eſt conditionalis, 1
quia illa verba, *quatenus idoneus reperiatur*, reſpiciunt qualitatem idoneitatis, quæ de iure ineſt, & potiùs ſonant in monitionem, & inſtruunt executorem, vt intelligat qualis eſſe debeat ille, cui prouidet, & ſic non reddunt gratiam conditionalem quoad eius ſubſtantiam, ſed tantùm reſpectu executionis, & prouiſionis faciendæ, quæ eſt dilata in tempus poſtquam idoneus repertus fuerit: licèt enim iſta conditio impediat executionem gratiæ, donec conſtet de idoneitate impetrantis, tamen non impedit acquiſitionem, ſi in rei veritate reſignatarius ſit habilis, & ſic iſta ſuſpenſio eſt circa executionem, non circa acquiſitionem iuris, cùm qualitas identitatis ſit pura, & certa in rerum natura, licèt à nobis ignorata, antequam examinaretur, & conditio de præterito, vel præſenti non ſuſpendat, *l. cùm ad præſens. ff. ſi certum petatur, l. inſtitutio talis. ff. de condit. inſtit.* ita dictum fuit *in Burgen. Canonicatus 28. Aprilis 1597. coram Card. Pamphilio*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. pag. 142. in vlt. impreſſ. duplicata pag. 358. eadem part. 1. & in Papien. Prioratus S. Michaëlis 6. Iunij 1607. coram Card. Lancellotto.*

Item gratia in forma dignum in eſſe nihil ponit, 2
donec executioni ſit demandata, *Clem. vnic.* & ibi *Card. num. 7. & 8. & Vitalin. num. 18. & ſeq. de conceſſ. præbend. Caſſador. deciſ. 1. n. 6. vt lite pendente, Mandoſ. ſuper reg. de annali, quæſt. 55. n. 3. Seraphin. deciſ. 1446. num. 3.* & fuit dictum *in Calaguritana beneficij 30. Ian. 1606. coram Card. Marquemontio*, & *in Elboren. fru-*

ctum 20. Martij 1615. coram Martino Andrea, impressa per Farinac. decis. 665. num. 4. part. 2. recent.

3 Per gratiam in forma dignum ante eius executionem dicitur resignatario acquisitum ius ad rem, & non in re, Sarnen. ad reg. de iure quæsito, quæst. 1. vers. & ista omnia procedunt, Ægid. decis. 563. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 15. §. 2. num. 56. cum aliis allegatis per Rot. in Vercellen. Canonicatus 11. Decemb. 1613. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano; vbi etiam fuit dictum, idem operari mandatum de prouidendo, & quemlibet alium titulum de futuro, quod facit, vt illud beneficium alteri conferri non possit, cap. si postquam 13. de præbend. in 6.

4 Quando enim resignatarius fuit prouisus in forma dignum, resignans non cadit à iure super beneficio, nisi & donec literæ Apostolicæ fuerint executæ, Rot. in Abulen. & Zamoren. beneficij 17. Iunij 1594. coram Penia, vbi eleganter fit distinctio inter resignationem puram, & ad fauorem certæ personæ in forma dignum admissam, & in d. Burgen. coram Card. Pamphilio, & in Bracharen. Cantoriæ 26. Martij 1601. coram Iusto, & in Ampurien. beneficij 18. Februarij 1625.

5 coram D. Merlino; & regulariter non abdicatur ius à resignante, nisi & donec quæsitum fuerit resignatario per collationem, Put. decis. 158. num. 3. lib. 3. Achil. decis. 10. n. 4. de restit. spoliat. Mohed. decis. 36. per totam, de

6 renunc. Caputaq. decis. 82. & 86. p. 3. & facit simile de beneficio collato absenti, quod ante acceptationem non potest alteri conferri, cap. si tibi absenti 17. vbi Anchar. n. 2. & Gemin. n. 18. de præben. in 6. cum allegatis in causa Hispalen. beneficij de Toar 15. Decemb. 1589.

7 coram Rubalo. Vnde sequuta morte prouisi hoc modo antequam dignus repertus, seu declaratus fuerit, beneficium non vacat per mortem illius, sed per mortem vltimi possessoris, Felin. in cap. fin. n. 33. vers. quod si pendente, de præsumpt. Seraph. decis. 446. n. 3. & fuit resolutum in d. Ampurien. beneficij, coram D. Merlino.

8 Executor fit mixtus, quando adest hæc clausula, Seraph. decis. 817. Rot. in Panormitana Archidiaconatus 15. Iunij 1590. coram Penia, impressa per Marches. de Commiss. p. 1. pag. 960. in vlt. impress. & in Tirassonen. eleemosynaria 28. Ianuarij 1602. coram Card. Lancellotto, impressa per Farin. decis. 52. n. 2. p. 2. recent. & in Brixien. Canonicatus 21. Maij 1615. cora Card. Verospio, impressa per enudem Far. decis. 701. sub n. 2. p. 2. recent. & in Xeatina beneficiorum 2. May 1616. coram Buratto, & in Rauennaten. Iurispatronatus 27. Ianuarij 1606. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, cum alijs citatis per Nicol. Garc. de benef. p. 6. cap. 2. n. 126. & 127.

9 Vnde ab executore cum ista clausula appellare licere, & possessionem interim captam esse attentatam, sæpe fuit dictum in Rota, & signanter in vna S. Agathæ Gothorum, & Zamoren. beneficiorum, & in nullius Sacristiæ 26. Octobris 1601. coram Penia, & in Barchinon. parochialis 10. Decembris 1601. coram Card. Sacrato, & d. decis. 701. sub num. 2. part. 2. recent.

10 Intellige tamen, quando alius est in possessione, vel adest legitimus contradictor, & tunc datur appellatio propter præiudicium possessoris, Felin. & alij communiter in cap. final. de præsumpt. Rot. decis. 202. n. 1. p. 1. diuers. & fuit dictum in Conchen. Archipresbyteratus 28. Iunij 1606. & in Pistorien. parochialis 25. Iunij 1621. coram D. Pirouano, & in Leodien. Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram Vbaldo Seniori.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Relatiua est, relationémque inducit clausula,* In omnibus, & per omnia, &c.

3 *Clausula,* In omnibus, & per omnia, &c. *ob eius vniuersitatem facit, vt comprehendantur ea, quæ aliàs non cõprehenderentur.*

4 *Effectus clausulæ,* In omnibus, & per omnia, &c. *est, vt nihil omnino excludat.*

5 *Clausula,* In omnibus, & per omnia, &c. *restringitur ad præterita, non autem veniunt futura.*

6 *Conformitatem cum Iure communi respicit clausula,* In omnibus, & per omnia, &c. *ne absonus intellectus eliciatur.*

7 *Mandatum cum clausula,* In omnibus, & per omnia, &c. *dicitur esse specificum.*

8 *Priuilegij specialis vim habet clausula,* In omnibus, & per omnia, &c.

9 *Mandati specifici non habet vim clausula,* In omnibus, & per omnia, &c. *ad faciendum incidere dominum in pœnam.*

10 *Exæquata vt vnam, & eandem naturam habeant, operatur clausula,* In omnibus, & per omnia, &c.

11 *Perfectionem & integritatem dispositionis importat clausula,* In omnibus, & per omnia.

12 *Testamenti paterni approbatio vt nullo modo restringatur, operatur clausula,* In omnibus, & per omnia, &c.

13 *Fictionem & veritatem in ijs, quæ possunt verè fieri, importat clausula,* In omnibus, & per omnia, &c.

In omnibus, & per omnia.

CLAVSVLA LXVII.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide Mart. de claus. p. 1. claus. 62. & p. 3. claus. 42. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. litt. C. concl. 354. Seraph. decis. 510. n. 5. Vivian. in praxi Iurisp. lib. 13 cap. 8. n. 343. in 2. edit. 1 Hæc clausula multum operatur, ex adductis per Cephal. cons. 186. n. 12. & Surd. decis. 53. n. 5. & est relatiua, relationémque inducit absque aliqua differentia, vt dictum fuit in Clusin. Postæ Puteoli 23. Ian. 1613. coram R. D. meo Pirouano, impressa per Farin. decis. 429. n. 2. & 3. p. 2. recent. Ob eius vniuersitatem facit, vt com- 2 prehendantur ea, quæ aliàs non comprehenderentur, l. Balliста, cum ibi notatis, ff. ad Trebell. l. cùm simus. C. de agricul. & censitis, lib. 11. Ruin. cons. 32. n. 5. lib. 2. & cons. 171. n. 11. lib. 3. Rol. cons. 60. n. 21. cum seqq. lib. 1. Mart. d. claus. 62. n. 1. Caualcan. de vsufruct. multeri relicto, n. 55. Menoch. cons. 220. n. 22. vbi n. 94. subdit, quod intelligitur secundum ea, ad quæ testator relationem ha- 4 buit; & eius effectum esse, vt nihil omnino excludat, tenet Surd. cons. 412. n. 29. & operatur, atque importat omnem substantiam, & qualitatem, Cott. in memorab. verb. per omnia pag. 679. & fuit dictum in Cæsaraugustana præeminentiarum 10. Nouemb. 1623. coram R. Coccino Decano. Sed restringitur ad præterita, non 5 autem veniunt futura, l. 1. ff. de leg. 1. vbi Socin. Iun. n. 12. cum seqq. & Bolognett. n. 57. Mart. d. p. 3. claus. 42. n. 3.

Respicit tamen conformitatem cum Iure com- 6 muni, ne absonus intellectus eliciatur, vel resultet, Ias. in d. l. 1. n. 22. ff. de leg. 1. Card. Tusch. d. concluf. 354. n. 18. vbi n. 24. post Butr. cons. 19. n. 9. & seq. subdit, non operari quoad insolita, & inhonesta, & num. 25. quod non operatur vltra mentem.

Habet

7 Habet vim ſpecialis ſpecificationis, ideo mandatum cum iſta clauſula dicitur eſſe ſpecificum, *Bald. conſ.100. incip. Decreto Domini cauetur, in princ.verſ. ſecunda ratio, lib.1. Curt. Iun. conſ.74. num.3. Rimin. Iun. conſ.513. num.43. & ſeq. vol.5. Mart. d. clauſ.62. num.4. Card. Tuſch. d. concl.354. num.1.* vbi *num.2.* poſt *Butr. conſ.19. num.13. verſ. item 2. Decian. conſ.5.*
8 *num.53. lib.1.* & alios, ſubdit habere vim ſpecialis priuilegij, quibus addo *Mart.* & ab eo citatos *d.*
9 *clauſ.62. num.5.* Non habet tamen vim ſpecifici mandati ad faciendum incidere dominum in pœnam, prout ex *Bald. conſ.100. col.2. in fin. verſ. nec obſtant, lib.1.* tradit *Card. Tuſch. d. concl.354. n.21.*

10 Item habet magnam efficaciam & operatur, vt exæquata vnam, & eandem habeant naturam, & nulla ſit penitus differentia. §.1. *verſ. per omnia ferè*, vbi *Iaſ. à num.20.* & *Rip. n.1. & 2. Inſtit. de donat. d. l.1. ff. de leg.1. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ.21. num.1. Rolan. conſ.67. num.42. lib.3. Hippol. conſ.101. num.46. vol.2. Card. Tuſch. d. concl.354. num.6.* vbi *num.23.* poſt *Butr. conſ.19. num.9.* ſubdit, adæquationem in omnibus, & per omnia factam non comprehendere ea, quæ non ſunt conceſſibilia, nec ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt; & *n.27.* limitat etiam in iis, quæ non poſſunt eſſe proportionabilia, & *num.33.* reſtringit, vt priuilegia, & omnes qualitates tranſeant, quæ ſunt in eſſentia, & exiſtentia perſonæ, cui fit adæquatio, ſed non ea, quæ ſunt reſeruata.

11 Importat perfectionem, & integritatem diſpoſitionis. §. *pari ratione. verſ. per omnia. Inſtit. quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur, Bertazol. d. clauſ.21. n.1. Honded. conſ.79. n.99. tom.2.*

12 Operatur hæc clauſula, vt approbatio teſtamenti paterni nullo modo reſtringatur, ſed vniuerſaliter intelligatur, ita *Ruin. conſ.56. n.12. lib.2. Fuſar. de ſubſtitut. q.296. n.96.*

13 Importat nedum fictionem, ſed etiam veritatem in his, quæ poſſunt verè fieri, *Ang. Aret. conſ.103. num.17. Mart. d. clauſ.62. num.6. Card. Tuſch. d. concluſ.354. num.3.* & fuit dictum *in Verdunen. Canonicatus 13. Febr. 1617. coram Andrea.* Vnde ſi ſtatutum dicat, quod filia nupta per omnia habeatur prout ſui iuris, verè dicitur ſui iuris effecta, ita ex *Ang. Aret. d. conſ.107. num.20.* tradit *Card. Tuſch. d. concluſ. 354. num.4.* vbi *num.5.* idem, ſi dicat quod factum habeatur per omnia pro non facto in iis, quæ iuris ſunt, quia verè habetur, ac ſi factum non eſſet.

14 Hanc clauſulam idem operari quod clauſula, *Omnia, & ſingula*, dicit *Caualcan. de vſufructu mulieri relicto, cap.1. n.55.* quem refert *Cened. poſt lib. practi. & canon. quæſt. ſing.72. num.3.*

In principio poſita.

CLAVSVLA LXVIII.

1 OMnis clauſula in principio poſita refertur ad ſequentia, vt pro regula conſtituunt *Celſ. Vgo. in tract. clauſ. pag.475. col.1. Hipp. conſ.75. num.8. cum ſeqq. Maſcard. de prob. concl.301. n.5. Accacius Anton. in comment. ad l.3. ff. de condit. & demonſtrat. num.207.* & ad omnia, quæ ſequuntur relationem habet vſque ad finem, quando militat eadem ratio, *Mar. Alter. de cenſur. Eccleſiaſt. tom.1. lib.5. diſputat.14. cap.1. litt.B.*

2 Clauſula præcedens eſt maioris efficaciæ ad determinationem ſequentium, quàm ſequens ad determinationem præcedentium, vt per *Brunor. à Sole in locis comm. verbo clauſ.40. Mart. de clauſ. p.4. clauſ.24. n.1. Matien. l.7. gloſſ.13. num.6. tit.11. lib.5. noua Recopil. Azeued. l.1. n.5. cum ſeq. tit.11. lib.4. etiam noua Recopil. Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloſſ.32. n.29.*

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in medio poſita præcedentibus, & ſequentibus deſeruire poteſt, ſi ponatur inter plures articulos connexos, & dependentes ab vno principali.*

2 *Clauſula in medio poſita nunquam refertur ad ſequentia, quando adeſt dictio,* præmiſſa, *vel* prædicta.

3 *Clauſula in medio poſita non refertur ad præcedentia, neque ad ſequentia capitula habentia ſuam orationem perfectam, maximè inter diuerſas perſonas.*

In medio poſita.

CLAVSVLA LXIX.

CLauſula in medio poſita præcedentibus, & ſequentibus deſeruire poteſt, *l.3. §. filius ff. de liber. & poſthum. l. quiſquis. ff. de leg.3. cap. ſecundo requiris, de appell. Celſ. Vgo. in tract. clauſ. pag.475. col.2. Matien. l.2. gloſſ.2. num.8. tit.4. lib.5. noua Recopil. Burg. de Pace l.3. Tauri, part.1. concluſ.2. num.67. Ioann. Garz. de nobilitate, gloſſ.2. num.11. Brunor à Sole in locis communibus, verbo clauſula, num.39. Ceual. communium contra comm. quæſt.905. num.3. Mari. Alter. de cenſ. tom.1. diſput.13. lib.5. cap.3. litt. E. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.1. litt. C. concluſ.290. num.5.* vbi poſt *Alex. conſ.63. num.9. lib.6.* declarat procedere, quando eſt poſita inter plures articulos connexos, & dependentes ab vno principali: ſecus verò quando ponitur inter articulos diuerſos abſolutè, quia tunc non refertur ad ſequentia; & *num.8.* poſt *Abb. conſ.75. col.2. verſ.2. videtur, lib.2.* exemplificat in inſtrumento obligationis continente plura debita, & plura capitula debitorum, & in vno capitulo debiti vnius ponatur, quod teneatur fideiuſſorem dare, in aliis verò nihil dicatur, tunc non tenetur, niſi pro contentis in illo capitulo, non autem pro aliis, ex eo quia non refertur ad omnia capitula, ex quo obligatio eſt in vno capitulo. 1

Hinc clauſula in medio poſita nunquam refertur 2
ad ſequentia, quando adeſt dictio, *prædicta*, vel *præmiſſa*, quia refertur ſolùm ad præcedentia, *Alex. conſ.63.* incip. *Diligenter, num.8. in fin. lib.6. Card. Tuſch. d. concluſ.290. num.2.* vbi *num.3.* poſt *Pariſ. conſ.38. num.30. lib.2.* ſubdit, pariter clauſulam in medio 3
poſitam non referri ad præcedentia, neque ad ſequentia capitula habentia ſuam orationem perfectam, maximè inter diuerſas perſonas.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula in fine poſita regulariter refertur ad omnia præcedentia.*

2 *Præcedentia omnia reſpicit clauſula, ſi in principio, medio, vel fine ponatur.*

3 *In odioſa & exorbitanti materia, clauſula in fine poſita, etiam refertur ad præcedentia, niſi diuerſitatis ratio dari poſſit.*

4 *Clausula in fine posita ita refertur ad omnia præcedentia capitula, ac si singulis capitulis esset apposita.*

5 *Capitulorum omnium dispositionis vbi non est eadem ratio, clausula in fine posita non refertur ad præcedentia.*

6 *Materia largè interpretanda quando veniret restringenda.*

7 *Iuris correctio quando sequeretur.*

8 *Intellectus Iuri contrarius quando resultaret.*

9 *Absurditas quando sequeretur.*

10 *Contrarietas, & repugnantia quando sequeretur.*

11 *Ratio recti sermonis quando aliud postularet.*

12 *Testatoris voluntas præsumpta quando repugnaret.*

13 *Scriptura, & sensus quando non patitur.*

14 *Actus quando redderetur nullus.*

15 *Dispositio quando redderetur inutilis.*

16 *Quando non congrueret verbis, & dispositioni antecedenti.*

17 *Quando refertur ad ea, quæ habent claram, & determinatam dispositionem.*

18 *Qualitate diuersa personarum stante.*

19 *Quando non stat de per se, sed accessoriè ad aliquod capitulum.*

Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia.

20 *Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia, quæ incidenter, vel causa demonstrationis posita sunt.*

21 *Clausula in fine posita non refertur ad ea, quæ longè distant, si medient extranea.*

22 *Clausula pœnalis apposita in vno capitulo, non censetur in alijs repetita.*

23 *Clausula in fine posita non refertur ad præcedentia in casibus priuilegiatis.*

24 *Clausula illa, quæ tacitè subintelligitur in aliquo capitulo, nunquam ad alia refertur.*

25 *Clausula prima quando habet propriam, & specificam determinationem, tunc clausula in fine posita non refertur ad illam primam.*

26 *Genus quando præcedit, & clausula sequens continet speciem, tunc non potest referri ad omnia præcedentia.*

27 *Generalis clausula, & generalis approbatio non refertur ad ea, quæ specialiter fuerunt cassata, & in quibus specialis, & diuersa prouisio militat.*

28 *Clausula in fine posita non refertur ad ea, quæ habent orationem perfectam de se.*

In fine posita.

CLAVSVLA LXX.

CLausula in fine posita regulariter refertur ad omnia præcedentia, præcipuè quando principaliter per se est posita, & commodissimè potest ad omnia referri, *cap. secundò requiris, de appellat. l. 1. &* ibi *Ias. num. 4. & seq. C. de liberis præter. Felin. in cap. causam quæ, num. 4. vers. clausula refertur, de rescript. l. talis scriptura. §. fin. ff. de leg. 1. cap. secundò requiris, de appellat. Alex. cons. 101. num. 1. lib. 3. Bernard. reg. 84. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 2. verbo de tous meubles, num. 1. Cels. Vgon. in tract. clausul. pag. 475. col. 2. Socin. Sen. cons. 188. num. 5. lib. 2. Mandos. super regulas Cancellariæ, in prælud. quæst. 2. num. 2. Boër. decis. 146. num. 2. cum seq. Syluan. cons. 88. num. 24. Capic. decis. 108. num. 9. Ant. Gabr. commun. lib. 6. tit. de clausul. conclus. 9. num. 1. Marta de clausulis, part. 4. clausul. 23. Sour. tom. 2. commun. opinion. lib. 6. tit. 13. num. 266. pag. 62. Menoch. de arbitr. casu 64. num. 22. & de præsumpt. lib. 4. præs. 181. num. 4. & cons. 130. n. 5. & cons. 339. num. 1. & 2. Ioseph. Ludou. Perus. decis. 45. num. 6. part. 1. Burg. de Pace cons. 44. ex num. 13. Surd. cons. 282. num. 4. & cons. 567. num. 4. Guttier. practic. lib. 3. quæst. 29. num. 11. & 12. Honded. cons. 4. num. 34. & cons. 54. num. 28. vol. 1. Marchesan. de Commission. part. 1. pag. 626. num. 4. in 2. impress. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 291. Valasc. cons. 133. n. 3. Decian. cons. 70. ex n. 19. lib. 3. Ceuall. comm. contra communes, quæst. 828. num. 131. & quæst. 905. num. 3. Brunor à Sole in locis communibus verb. clausula 58. Cardos. in praxi Iudicum, eod. verb. n. 22. Iosephus Sesse Aragoniæ decis. 205. num. 29. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 32. num. 30. & gloss. 35. num. 26. Aldret. de omnimoda Regularium exempt. part. 1. cap. 8. num. 1. statim in princip. Lusit. Francisc. à Sousa in repet. l. fœminæ. ff. de regulis Iuris. part. 1. num. 152. Mari. Alter. de censuris, tom. 1. disp. 13. lib. 5. litt. B. & disp. 15. cap. 1. litt. E. & disp. 16. cap. 3. litt. A. Sanchez de Matrimon. lib. 3. disput. 7. num. 17. & lib. 6. disp. 22. num. 19. & lib. 8. disp. 16. in fine, & lib. 10. disp. 17. in fine, Mantic. decis. 52. num. 1. & 3. Sigism. à Bononia de electione, dub. 3. n. 4. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 135. num. 14. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 54. cum seqq. Glorit. resp. 1. part. 3. num. 128. Rota decis. 416. part. 2. diuers. & decis. 73. num. 1. & decis. 105. num. 9. part. 1. recent. & apud Zach. de oblig. Cameral. decis. 160. num. 3. & nouissimè in Anconitana pecuniaria 14. Marty 1625. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, & in Treueren. Abbatia 20. Nouemb. 1624. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano.* 1

Amplia primò, non solùm si in fine, sed etiam in principio, vel medio ponatur, vt per *Menoch. d. lib. 4. præs. 181. num. 2. Mart. d. clausul. 23. num. 2. Peregr. de fideicom. art. 16. n. 102. & 105. Sanchez de Matrimon. lib. 6. disp. 22. num. 19. & lib. 8. disp. 16. circa med. Monet. d. cap. 7. num. 55.* 2

Amplia secundò etiam in materia odiosa, & exorbitanti, vt per *Menoch. d. præs. 181. num. 4. & cons. 792. num. 11. Gabr. d. concl. 9. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 36. num. 27. & 28. Surd. cons. 379. num. 1. & cons. 565. num. 18. vers. imò etiam, Cardin. Tusch. d. concl.* 3

concl. 291. n. 30. Sanchez de Matrimon. lib. 6. diſp. 22. num. 19. Monet. d. cap. 7. num. 16. Card. Tuſch. de litt. C. concl. 291. n. 30. vbi *num. 2.* ait, clauſulam generalem in fine poſitam referri ad omnia etiam remota, de quibus non eſt ſpecialiter prouiſum, niſi ſint contraria, licèt *Capic. deciſ. 108. num. 14. & Mart. d. clauſ. 23. num. 6.* contrarium ſentiant. Et hanc ſecundam ampliationem intelliges, niſi diuerſitatis ratio dari poſſit, ex *Surd. deciſ. 88. num. 13. Cald. Pereira de poteſt. elig. cap. 11. num. 27. Card. Tuſch. d. concluſ. 291. num. 7. Rot. deciſ. 231. num. 1. part. 1. diuerſ. & deciſ. 767. n. 5. apud Farin. p. 2. recent.*

4 Amplia tertiò, in tantum clauſulam in fine poſitam referri ad omnia præcedentia capitula, vt idem ſit, ac ſi ſingulis capitulis clauſula eſſet appoſita, vt poſt *Decian. conſ. 70. num. 19. & ſeq. lib. 3.* tradit *Card. Tuſch. d. concl. 291. num. 11.* vbi *num. 13.* poſt *Alex. conſ. 212. num. 6. lib. 6.* ampliat, vt clauſula in fine poſita etiam annullatiua referatur ad omnia præcedentia, quando ſtat de per ſe, & *num. 16.* pariter ampliat, vt clauſula reſtrictiua in fine poſita, quæ poteſt referri ad omnia præcedentia, ad omnia referatur, & *num. 20.* poſt *Nat. conſ. 614. num. 2.* etiam ampliat, clauſulam poſitam in eadem oratione plura complectente, referri ad omnia, quando oratio regitur ab eodem verbo, niſi quando qualitas non conuenit primo, ſed ſecundo.

5 Limita nunc primò, vt non procedat vbi omnium capitulorum diſpoſitionis non ſit eadem ratio, vt per *Mart.* & ab eo citatos *d. clauſ. 23. num. 7.* quibus adde *Gabr. d. concl. 9. num. 3. Honded. conſ. 4. num. 41. tom. 1. Gonzal. d. gloſſ. 36. n. 27. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 14. num. 8. Menoch. d. præſ. 181. num. 2. 16. 17. & 18. Sanchez de Matrimon. lib. 8. diſp. 34. num. 30. Monet. d. cap. 7. num. 57. Cardin. Tuſch. d. concl. 291. num. 82. Rot. deciſ. 767. num. 5. p. 2. recent.*

6 Limita ſecundò, quando per hoc reſtringeretur materia largè interpretanda, vt per *Gabr. d. concl. 9. num. 14. & 30. Menoch. d. præſ. 181. num. 14. Monet. d. cap. 7. num. 57. verſ. ſecundo.* Veluti quando ſumus in beneficio Principis, *Card. Tuſch. d. concl. 291. n. 44.*

7 Limita tertiò, quando ſequeretur Iuris correctio, ſeu aliud inconueniens, *cap. Eccleſia veſtra 2.* vbi notat *Abb. de elect. Menoch. d. præſ. 181. nu. 10. Socin. conſ. 105. num. 37. Alex. conſ. 98. num. 5. lib. 1. Marta d. clauſ. 23. n. 18. Card. Tuſch. d. concl. 291. num. 38. cum ſeqq. Franc. à Souſa in repet. d. l. fœmina. ff. de regulis Iuris. p. 1. nu. 152. Monet. d. c. 7. num. 57. verſ. tertio, iuxta finem.*

8 Limita quartò, quando ex tali relatione reſultaret intellectus Iuri contrarius, *l. adoptiuus. ff. de adopt. l. ſi idem. ff. de iuriſd. omn. Iud. Marta d. clauſula 23. num. 20. Brunor à Sole d. verb. clauſula 28. in fin. Roman. conſ. 112. num. 3. verſ. non obſtat, Signarol. conſ. 181. n. 17. Card. Tuſch. d. concl. 291. num. 40. Monet. d. num. 57. verſ. tertio, in princip.* vbi cum *Gabr. d. concl. 9. nu. 5. 6. & 7.* tradit, clauſulam hanc non referri ad ea, quæ ſunt Iuri communi contraria, licèt ea clauſula expreſsè in genere ſe referret ad præcedentia, niſi omnia præcedentia eſſent contra Ius commune.

9 Limita quintò, quando ſequeretur abſurditas, vt per *Gabr. d. concl. 9. num. 28. Menoch. d. præſ. 181. n. 13. Mart. d. clauſula 23. num. 12. Monet. d. num. 57. verſ. quarto, Card. Tuſch. d. concl. 291. n. 84.*

10 Limita ſextò, quando ſequeretur contrarietas, & repugnantia in ipſa diſpoſitione, vt per *Gabr. d. concl. 9. num. 9. Menoch. d. præſ. 181. num. 9. Roman. conſ. 112. num. 3.* vbi *Mandoſ. Pariſ. conſ. 34. num. 19. vol. 1. Natt. conſ. 270. num. 5. vol. 2. Brunor à Sole d. verbo clauſula, num. 28. in fine, Mart. d. clauſ. 23. num. 10. Monet. d. num. 57. verſ. quarto.*

Limita ſeptimò, quando ratio recti ſermonis 11
aliud poſtulat, vt per *Rot. Bononien. deciſ. 150. nu. 79. Honded. conſ. 4. nu. 40. tom. 1.*

Limita octauò, quando repugnaret præſumpta 12
teſtatoris voluntas, vt per *Socin. Iun. conſ. 81. num. 19. & 20. lib. 3. Menoch. d. præſ. 181. num. 20. Monet. d. n. 57. verſ. quarto, prope finem.*

Limita nonò, quando commodè fieri non poteſt, 13
& ſcriptura, vel ſenſus non patitur, vt per *Surd. conſ. 315. num. 9. Gabr. d. concl. 9. n. 16. Monet. d. verſ. quarto, in fine, Mart. d. clauſula 23. num. 5.* vbi plures ex antiquioribus refert *Card. Tuſch. d. concl. 291. n. 59.*

Limita decimò, quando actus redderetur nullus, 14
vt per *Surd. conſ. 450. n. 48.*

Limita vndecimò, quando inutilis redderetur 15
diſpoſitio, vt per *Surd. conſ. 315. num. 8. Crauet. conſ. 70. num. 4. Mart. d. clauſula 23. num. 11. Gabr. d. concl. 9. num. 10. Menoch. d. præſumpt. 181. num. 11. Monet. d. num. 57. in fin. Rom. conſ. 112. col. 2. Card. Tuſch. d. concl. 291. n. 41. & 77.*

Limita duodecimò, quando non congrueret ver- 16
bis, & diſpoſitioni antecedenti, vt dictum fuit *in Rota Bononien. deciſ. 150. nu. 78.*

Limita decimotertiò, non referri ad ea, quæ ha- 17
bent claram, & determinatam diſpoſitionem, vt per *Honded. conſ. 36. num. 34. tom. 1. Gabr. d. concl. 9. nu. 8. Peregr. d. art. 16. num. 107. Menoch. d. præſumpt. 182. à n. 6. Mart. d. clauſula 23. num. 9. Monet. d. num. 57. verſ. quinto.* Vel ſpecialem prouiſionem à contrahentibus, *Roland. à Valle conſ. 59. num. 48. lib. 3. Roman. conſ. 503. num. 4. Card. Tuſch. d. concl. 291. n. 47.*

Limita decimoquartò, ſtante diuerſa perſonarum 18
qualitate, vt cenſuit *Rot. Bononien. deciſ. 150. n. 80.*

Limita decimoquintò, quando non ſtat de per 19
ſe, ſed acceſſoriè ad aliquod capitulum, quo caſu eius pars, conditio, modus, vel qualitas ad alia non refertur, vt per *Bero. conſ. 176. num. 53. vol. 1. Gabr. d. concl. 9. num. 11. & 20. Menoch. d. præſ. 181. num. 22. Marta d. clauſ. 23. num. 8. Monet. d. cap. 7. num. 58. verſ. ſeptimo.*

Limita decimoſextò, non procedere in iis quæ 20
incidenter, vel cauſa demonſtrationis poſita ſunt, vt per *Gabr. d. concl. 9. num. 15. Menoch. d. præſ. 181. num. 15. Mart. d. clauſula 23. num. 14. Monet. d. n. 58. in princip.* vbi ait, multo magis hoc verum eſſe, ſi clauſula hæc in medio vnius capituli ponatur, & citat *Gabr. d. concl. 9. num. 27. Mart. d. clauſ. 23. n. 21. & Peregr. d. art. 16. num. 103.* ſublimitantem, niſi aliàs ſequens capitulum eſſet inutile.

Limita decimoſeptimò, non referri ad ea, quæ 21
longè diſtant, ſi medient extranea, ad quæ clauſula hæc referri non poſſit, vt per *Gabr. d. concl. 9. nu. 12. & 14. Menoch. d. præſ. 181. n. 23. Monet. d. nu. 58. verſ. octauo*, imò etiam ſi referri poſſit, vbi ea ſint omnino ſeparata, vt ſatis probat *Sanchez de Matrim. lib. 7. diſp. 108. n. 3.*

Limita decimooctauò, in clauſula pœnali appo- 22
ſita in vno capitulo diſpoſitionis, quia in aliis non cenſetur repetita, vt per *gloſ. verbo ſanctioni, in Clem. 2. de vita & honeſt. Cleric. Ruin. conſ. 38. & 86. vol. 5. Gabr. d. concl. 9. nu. 22. Menoch. d. præſ. 181. num. 5. Mart. d. clauſula 23. num. 13.* vbi dicit, ita tentum fuiſſe *in Romana vinea de Alexijs 20. Octob. 1589. coram Penia, Monet. d. cap. 7. num. 59.* vbi ſublimitat, niſi ea clauſula pœnalis ponatur in fine diſpoſitionis cum iis verbis, *circa præmiſſa, aut aliquod præmiſſorum*, vel ſimili, & citat *Sanchez de Matrim. lib. 7. diſp. 108. n. 3. circa initium.*

23 Limita decimononò in casibus priuilegiatis, vt per *Menoch. d. præs.* 181. *num.*19. *Monet. d.c.*7.*n.*60. & huic limitationi affinis est alia quam *Gabr. d. concl.* 9. *num.* 25. affert post *Gozadin. cons.* 2. vt clausula in fine posita non referatur ad præcedentia, quando ex ea relatione ius tertij læderetur.

24 Limita vigesimò in clausula illa, quæ tacitè subintelligitur in aliquo capitulo, nunquam enim ad alia referri tradunt *Mart. d. clausula* 23. *num.*17. *Gabr. d. concl.* 9. *num.* 17. *Menoch. d. præs.* 181. *num.*21. *Monet. d. c.* 7. *num.*61.

25 Limita vigesimoprimò, quando clausula prima habet propriam, & specificam determinationem, quia tunc clausula in fine posita non refertur ad illam primam, *Alex. cons.* 48. *lib.*1. *Signarol. cons.*181. *num.* 13. & 14. *Roman. cons.* 152. *col.* 2. *num.* 3. *Card. Tusch. d. concl.* 291. *nu.* 45.

26 Limita vigesimosecundò, quando præcedit genus, & clausula sequens continet speciem, quia non potest referri, ex quo species extrahitur ex genere, *Signarol. cons.* 181. *num.*13. *vers. nec huic obstat, Card. Tusch. d. concl.* 291. *num.*50.

27 Limita vigesimotertiò, quia generalis clausula, & generalis approbatio non refertur ad ea, quæ specialiter fuerunt cassata, & in quibus specialis, & diuersa prouisio militat, *Anch. cons.*2. *a nu.*11. *Alex. cons.* 226. *num.* 5. *vers. quartò quia, lib.* 6. *Card. Tusch. d. concl.*291. *num.*71. vbi *num.* 72. post *Socin. cons.* 120. *num.* 37. *lib.* 1. & *Alex. cons.* 110. *stante statuto, num.*4. *lib.*4. subdit, quod nec refertur ad ea, in quibus est facta prouisio specialis.

28 Limita vigesimoquartò, quia clausula non refertur ad ea, quæ habent orationem perfectam de se, etiamsi adsint dictiones repetitiuæ, prout dictio, *Item, Etiam,* & similes; ita *Decian. cons.*17. *n.*34. *lib.*1. *Roman. cons.* 152. *num.* 2. *vers. prima, Card. Tusch. d. concl.* 291. *num.* 79. vbi *num.* 80. post *Paris. cons.* 38. *num.*26. *lib.* 2. & *Alex. cons.* 66. *num.*6. *lib.* 3. extendit in legatis, quia si sunt in eadem oratione, fit receptio, secus verò si in diuersa oratione.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in rem suam factus ille dicitur, qui ex mandato procuræ commodum sibi applicare debet.*

2 *Procurator in rem suam altero de tribus modis censetur constitutus.*

3 *Procurator in rem suam constitutus videtur per illa verba,* Ponens eum in locum suum, &c.

4 *Procurator in rem suam constitutus dicitur, cùm illud, quod exigit, nulli restituturus est.*

5 *Dominij translationem, & reciprocam fideicommissi remissionem importat clausula,* In rem suam, &c.

6 *Procurator in rem suam habetur loco domini, & potest pacisci.*

7 *Procurator in rem suam potest iuramentum deferre.*

8 *Procurator in rem suam post litem contestatam reuocari non potest.*

9 *Procurator in rem suam potest ante litem contestatam alium procuratorem substituere.*

10 *Procurator in rem suam constitutus ad iudicia, nequit ante litis contestationem alium substituere, nisi mandatum habeat cum speciali clausula substituendi.*

11 *Statutum disponens circa procuratores, non habet locum in procuratore in rem suam.*

12 *Procurator in rem propriam, non intelligitur reuocatus per mortem constituentis.*

13 *Procurator in rem suam quandoque fit ab homine, quandoque à lege.*

14 *Mandatum in rem suam non præsumitur in dubio, nisi præcedat causa cedendarum actionum.*

15 *Testibus potest probari aliquem fuisse constitutum procuratorem in rem suam.*

In rem suam, &c.

CLAVSVLA LXXI.

PRocurator in rem suam factus ille dicitur, qui 1
ex mandato procuræ commodum sibi applicare debet, *gloss.*2. *in princ. in l.*1. *ff. de procurat. gloss. verbo suam rem, in l. qui stipendia. C. eod. tit. Mart. de clausul. part.*1. *clausul.*188. *num.*2. *Bertaz. de clausul. instrum. clausul.* 29. *gloss.* 1. *num.* 1. vbi *num.*5. ex *Bald. in l. quæ omnia. §. fin. de procur.* & *Iaf. in d. l. qui stipendia,* asserit censeri 2
constitutum procuratorem in rem suam altero de tribus modis, quando scilicet sunt mandatæ actiones directæ, & cessæ vtiles, vel quando tantùm sunt cessæ vtiles, quo casu censetur etiam factus procurator cessionarius in rem suam, & tertiò quando solùm sunt mandatæ actiones directæ, quod minus importat concessionem.

Item in rem suam constitutus videtur per illa 3
verba, *Ponens eum in locum suum, &c.* vt per *Bart. in l.*3. *ff. famil. herciſc. & in l. qui quadraginta. ff. ad Trebell.* nam idem quod hæc clausula, *In rem suam,* importat virtualiter d. clausula, *Ponens, &c.* solita apponi in instrumentis venditionum, quæ etiam importat cessionem iurium, & vbi adest huiusmodi clausula, *Ponens, &c.* vel cessio iurium, tunc dicitur indubitanter procurator constitutus in rem suam, *Bertazol. d. tract. clausul.* 27. *gloss.* 4. *& clausul.* 28. *gloss.* 2.

Dicitur etiam tunc constitutus procurator in 4
rem suam, cùm illud, quod exigit, nulli restituturus est, ita *Aret. cons.* 124. *num.* 3. *& cons.* 125. *in princ. Bero. cons.* 187. *num.*45. *vol.*1. & fuit dictum *in Mediolanen. Capellaniæ* 5. *Martij* 1607. *coram Cardin. Marquemontio.* Sic etiam dicitur ex clausula, *quod faciat quicquid domuro viderit expedire,* vel, *quod habeat totam potestatem,* vel, *quod re vtatur tanquam sua,* ex adductis per *Cald. Pereir. de empt. cap.*15. *n.*8.

Translationem dominij, & reciprocam fideicom- 5
missi remissionem importare hanc clausulam, tenent *Alex. cons.*8. *num.*6. *vers. denique, lib.*5. *Ruin. cons.* 144. *num.*19. *vers. acto, & cons.* 152. *num.*8. *col. penult. lib.*2. *Grat. cons.* 60. *num.*19. *lib.*1. *Socin. Iun. cons.* 116. *num.*60. *vers. præterea, lib.*1. *Menoch. cons.* 361. *n.* 38. & *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.*342. *n.*11.

Procurator cum hac clausula habetur loco do- 6
mini, & potest pacisci, *l.* 1. *sed & si tantùm, l. sed & si fideiussor, l. si cum emptore. ff. de pactis, l. sicut. §. si procurator. ff. quando pignus, vel hypoth. gloss. & Doctores in l. transactionis. C. de transact.* Sic etiam potest iuramentum deferre, licèt simplex procurator ne- 7

qucat,

queat, *l. iuſiurandum quod ex conuentione. §. final. ff. de iureiurand. gloſſ. vltim. in cap. qui ad agendum, de procur. in 6. Bertazol. de clauſulis inſtrumental. clauſ. 29. gloſſ.* 10. *num.* 1.

8 Licèt re integra reuocari poſſit procurator in rem propriam, antequam ſit proceſſum ad tria contenta *in l.* 3. *C. de nouat.* vt tradit *Cald. Pereira de empt. cap.* 22. *&* 23. non ita tamen poſt litem conteſtatam, ex *l. illam. C. de donat.*

9 Sic etiam licèt procurator ante litem conteſtatam non poſſit alium procuratorem ſubſtituere, niſi id habeat in mandatis, tamen aliud eſt in hoc procuratore in rem ſuam, *cap.* 1. §. 1. *de procur. in* 6. *Bertazol. d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 10. *num.* 1. iſte enim procurator domino compararatur tam ante, quàm poſt litem conteſtatam, vt tradit *Ioan. de Graſſ. in tract. de ſubſtant. procurat. in clauſ. & quæ per quemlibet procuratorem verum, num.* 1.

10 Si verò conſtituatur ad iudicia, nequit ante litis conteſtationem alium ſubſtituere, niſi mandatum habeat cum ſpeciali clauſula ſubſtituendi; ita *Marant. de ordine iudicior. part.* 4. *diſtinct.* 16. *num.* 21. *&* 28. *Vant. de nullit. tit. ex defectu mandati, num.* 109. *Suar. de Pace in pract. tom.* 1. *in initio annot.* 4. *num.* 5. poſt litem tamen conteſtatam poterit, vt per *Boer. deciſ.* 285. *num.* 1. *D. Barboſ. in l. cùm prætor. §.* 1. *n.* 104. *cum ſeqq. ff. de iudicijs.*

11 Statutum diſponens circa procuratores, non habet locum in iſto procuratore in rem ſuam, qui propriè non eſt procurator, *Bald. in l. non ſolùm, in* 2. *lect. num.* 6. *ff. de procur. & in l.* 1. *quæſt.* 5. *num.* 14. *C. de action. & oblig. Felin. in cap. licet vndique, num.* 8. *de offic. delegat. Aret. in l.* 1. *num.* 21. *ff. ſi certum petatur, Bertazol. d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 1. *n.* 2.

12 Procurator in rem propriam non intelligitur reuocatus per mortem conſtituentis, *l.* 2. *§. in propria cauſa. ff. quando appellandum ſit, Bart. in l. ſi procurator. ff. de condict. cauſa data, Aret. conſ.* 124. *& ſeq. Caballin. Milleloq.* 247. *num.* 2. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 7. *tit.* 23. *n.* 52. *Bertazol. d. clauſ.* 29. *gloſſ.* 2. *num.* 4. *& Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 342. *num.* 1.

13 Illud pro coronide huius breuis diſcurſus ſciendum eſt cum *Bertazol. d. gloſſ.* 1. *à num.* 6. quod procurator in rem ſuam quandoque fit ab homine, quandoque à lege; ab homine, vt in caſu, quo vel fit ceſſio, vel mandantur directæ actiones per cedentes, aut ita in mandato procuræ expreſsè conſtitutus reperitur; à lege, quoties ſine ceſſione, vel expreſſo mandato tranſeunt actiones, vt *in l. penult. C. ad Trebell.* & in caſibus, de quibus *in l.* 1. *&* 2. *C. de action. & obligat.* Sic etiam procurator in rem ſuam quandoque cenſetur factus ex voluntate, vt in caſibus, in quibus voluntas vtriuſque contrahentis concurrit, ſicut in cæteris contractibus, *l. ſicut. C. de action. & obligat.* ex neceſſitate, quando alicui ſunt adiudicata nomina debitorum, *l. planè. ff. famil. herciſcundæ*, & in aliis caſibus, de quibus per *gloſſ.* & *Bart. in l. ſeruum quoque. §. final.* vbi text. loquitur de iſto procuratore in rem ſuam ex neceſſitate, *ff. de procurat.*

14 In dubio non præſumitur mandatum in rem ſuam, niſi præcedat cauſa cedendarum actionum, vt tradunt *Bald. in l.* 3. *quæſt.* 1. *C. mandati, Bertazol. d. gloſſ.* 1. *num.* 9. vbi ſubdit, quo licèt non præſumatur mandatum factum in rem ſuam, tamen ſi id ſit omiſſum, vt quia fuit ſcriptum, aliquem fuiſſe ſimpliciter procuratorem conſtitutum, poteſt teſtibus id comprobari.

15

SVMMARIVM.

1 *Obligatio regulariter non in ſolidum, ſed pro virili parte inter plures correos facta cenſetur.*

2 *Clauſula*, In ſolidum, *vbi eſt appoſita, excludit inter ſocios, vel plures cohæredes, aut plures reos debendi, beneficium diuiſionis.*

3 *Debitores principales vt omnes cenſeantur, operatur clauſula*, In ſolidum, *erga principalem debitorem.*

4 *Emphyteuticæ rei conceſſio, quando eſt facta duobus cum clauſula*, In ſolidum, *vel ſi ſtipuletur*, pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, & pro quolibet ipſorum in ſolidum, *operatur vt ad ſuperſtitem portio deficiens accreſcat per ius non decreſcendi,*

5 *Clauſula*, In ſolidum, *importat in emphyteuſi, quod nullus alteri ſuccedat, quando dictio diſtributiua*, quolibet, *eſt appoſita ſtipulantibus.*

6 *Fideiuſſores quando plures ſunt dati in ſolidum, quilibet eorum tenetur ad ſolutionem totius debiti.*

7 *Creditor poteſt fideiuſſores in ſolidum obligatos inſimul conuenire, cum proteſtatione quod vnica fiat ſolutio.*

8 *Fideiuſſor vnus ſoluendo totum, an habeat recurſum contra alium confideiuſſorem, remiſſiuè.*

9 *Integritatem reiecta omni diminutione ſignificat clauſula*, In ſolidum.

10 *Contrahentes arctiùs ligat clauſula*, In ſolidum, *non verò auget obligationem.*

11 *Clauſula*, In ſolidum, *non continetur ſub obligatione Camerali, niſi expreſsè ponatur.*

12 *Clauſula*, In ſolidum, *in obligatione Camerali annotata operatur, vt renunciatum cenſeatur omni, & cuicumque Iuris auxilio.*

13 *Clauſula*, In ſolidum, *facit vt quilibet ad totum teneatur.*

14 *Totũ vnicuique attribuit clauſula*, In ſolidum.

In ſolidum.

CLAVSVLA LXXII.

QVia obligatio regulariter non in ſolidum, ſed pro virili parte inter plures correos facta cenſetur, *l. reos.* 11. §. *cùm in tabulis. ff. de duob. reis, Rota in Romana pecudum* 26. *Iunij* 1592. *coram Penia*; operatur igitur hæc clauſula, vbi eſt appoſita, vt excludatur inter ſocios, vel plures cohæredes, aut plures reos debendi, beneficium diuiſionis, ita vt quilibet pro toto debito, vel integra ſumma, aut omni interesſe conueniri poſſit, vt latè declarat *Ronchegal. in tract. de duobus reis, ſiue in repetit. l. penult. ff. eod. tit. n.* 8. *&* 9. & erga principalem debitorem operatur, vt omnes cum hac clauſula cenſeantur principales debitores, & nullus alterius fideiuſſor, *Aym conſ.* 77. *nu.* 3. *verſ. hoc itaque, Iaſ. conſ.* 58. *num.* 4. *lib.* 3. *Rota deciſ.*

1

2

3

4

5

6

7

decis. 112. num. 6. par. 1. diuers. & in Romana restitutionis in integrum 18. May 1611. coram Card. Lancellotto.

4 Quando duobus est facta concessio rei emphyteuticę cum hac clausula, *In solidum*, vèl si stipuletur, *pro se, & filijs, & descendentibus, & pro quolibet ipsorum in solidum*, operatur vt ad superstitem portio deficiens accrescat per ius non decrescendi; ita *Bald. in l. vnica. C. quando non petentium partes, num. 36. vers. ex quibus concluditur, Corbol. de iure emphyt. tit. de caus. priuat. ob lineam finitam, cap. 12. causa, à nu. 86. Alex. cons. 30. num. 9. lib. 1. Curt. Sen. cons. 49. nu. 54. Paris. cons. 6. num. 13. lib. 1. Cotta in memorabilib. verb. emphyteusis concessa Petro, Mandos. ad cons. 315. Romani, verbo in feudo, vers. item si dictum esset, Card. Tusch. tom. 3. litt. E. conclus. 176. num. 42. & tom. 4. litt. I. conclus.*

5 *567. num. 23.* vbi *conclus. 201. num. 12.* dicit quod hæc clausula, *In solidum*, importat quod nullus alteri succedat, quod intelligendum venit, quando dictio distributiua, *quolibet*, est apposita stipulantibus, hoc modo, *Titio, & Sempronio concedimus pro ipsis, & quolibet ipsorum in solidum*, tunc habet locum ius accrescendi, vt dicit *Socin. Sen. cons. 50. num. 10. & 2. lib. 1.* secus verò si illa dictio distributiua esset apposita in personam filiorum, vt putà si dictum esset, *concedo Titio, & Sempronio pro cuiuslibet eorum filijs, & descendentibus*; nam tunc vno decedente emphyteusis redit ad Ecclesiam, & non ad superstitem, *Cephal. cons. 345. num. 19. lib. 3. Corbol. citato loco à num. 88. Gabr. cons. 87. à num. 2. lib. 1. Card. Tusc. d. litt. E. conclus. 176. num. 43. & 51.*

6 Sic etiam quando plures fideiussores sunt dati in solidum, quilibet eorum tenetur ad solutionem totius debiti, vt per *Guttier. de iuram. confirmat. p. 1. cap. 25. num. 8. Ranchin. p. 4. conclus. 416. Molin. de Iust. tract. 2. disput. 542. D. Barbosa in l. si constante, in princ. num. 115. ad fin. ff. soluto matr. Cald. Pereir. de empt. cap. 33. num. 49. Valasc. consul. 127. à nu. 7. Rebell. de oblig. Iustit. p. 2. lib. 16. q. vni. de fideiussor. à nu. 18.* & statutum est apud Lusitanos *in Ordin. Regia, lib. 4. tit. 59. §. vlt.* & apud Castellanos *l. 8. tit. 12. par. 5.* vbi *Gregor. verbo cada vno, & l. 1. tit. 16. lib. 5.*

7 *noua Recop.* vbi *Matien. glos. 2. cum seqq.* Poterit tamen creditor eos insimul conuenire in solidum, cum protestatione quod vnica solutio fiat, ex traditis per *Viu. tom. 1. com. opin. pag. 288. n. 152. Vinc. de Franchis decis. 305. Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. p. 3. §. 11. nu. 19.* Et an vnus fideiussor soluendo totum, habeat recursum contra alium confideiussorem? vide *Surdum decis. 308. n. 20. & Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 281. à principio, Rebell. d. q. vnic. num. 19.*

8 Significat hæc clausula integritatem reiecta omni diminutione, *l. 1. auth. itaque. C. de duob. reis, Menoch. cons. 272. num. 79. Mart. d. part. 1. clauf. 288. n. 1. Mar. Ant. var. resol. lib. 2. resol. 8. nu. 30.*

9 Ligat arctiùs contrahentes, non autem auget obligationem, vt per *Gallesf. de oblig. Cameral. p. 3. q. 3. num. 2. Gabr. cons. 173. num. 2. lib. 2.* & fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis 27. Febr. 1612. coram Reuerendissimo D. meo Pironano*, impressa per *Farinac. decis. 392. num. 6. par. 1. recen.*

10 Sub obligatione Camerali non continetur, nisi expresè ponatur, vt per *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 553. num. 20. & cap. 682. num. 1. & 2. Rot. d.*

11 *decis. 392. num. 6.* In obligatione verò Camerali annotata operatur, vt censeatur renunciatum omni, & cuicumque Iuris auxilio, *Alex. cons. 133. in princ. vol. 5. Corn. cons. 128. num. 6. vol. 3.* cum aliis allegatis *in Rom. nullitatis obligationis 24. Nouembris 1617. coram Buratto*; vbi etiam fuit responsum, id intelligi procedere, & restringi solùm ad ius competens de præsenti, non autem de futuro.

Facit vt quilibet ad totum tencatur, *Rota apud Zach. post tract. de oblig. Cam. decis. 22. nu. 1. & decis. 23. num. 3.* vbi fuit dictum, hanc clausulam importare, ac si dictum esset, *quilibet eorum*, de quo *Mart. d. clauf. 288. à num. 2.* 12

Attribuit totum vnicuique, *l. 3. C. de fideiuss. l. si non singula. C. si cert. pet. l. si diuisa. C. locat. Bertazol. de clauf. instrum. clauf. 39. glos. 7. num. 1.* vbi subdit, quod propriè conuenit promittentibus, non autem vendentibus rem suam. 14

SVMMARIVM.

1 *Insolitæ clausulæ rescriptorum, & instrumentorum, illa suspecta de fraude, & dolo reddunt.*

2 *Simulationis coniecturam faciunt clausulæ insolitæ, quando nimia est cautela.*

3 *Insolitæ clausulæ si sint plures, simulationis coniecturam faciunt, secus si vna.*

4 *Vsurarum contractum arguunt clausulæ insolitæ.*

5 *Suspectum actum reddunt clausulæ insolitæ.*

6 *Insolita clausula illa dicitur, quæ contra naturam contractus est, vel contra stylum, aut consuetudinem.*

7 *Insolita clausula non præsumitur, & alleganti eam esse insolitam, incumbit onus probandi.*

8 *Insolita clausula non præsumitur de voluntate partium scripta, sed potiùs à Notario apposita.*

9 *Testatoris de mente clausula insolita non videtur scripta in testamentis.*

Insolitæ.

CLAVSVLA LXXIII.

CLausulas omnino insolitas rescriptorum, & instrumentorum, reddere illa suspecta de fraude, & dolo, resoluunt *Socin. Iun. cons. 77. num. 47. Neuiz. cons. 8. num. 63. Alciat. resp. 462. nu. 10. Crauet. cons. 862. num. 6. & cons. 969. num. 14. Decian. cons. 32. nu. 64. & cons. 67. num. 15. lib. 3. Tiraq. de retractu conuent. in præfat. num. 32. & seqq. Cou. lib. 3. vari. c. 8. num. 6. in fin. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 103. & cons. 1. num. 338. & 341. & cons. 685. nu. 29. Mascard. de probat. concl. 299. num. 18. Capol. de simulat. contractus, præs. 9. casu 31. Azeued. l. 4. num. 39. tit. 6. lib. 8. nouæ Recop. Card. Tusch. practic. conclus. litt. C. concl. 306. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 36. nu. 86. Mart. de clausul. p. 4. clauf. 18. num. 3. Farina. de delictis, p. 4. decis. 42. in addit. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 69.* 1

Simulationis coniecturam faciunt quando nimia est cautela, *l. si quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edicto*, Doctores *in cap. illo vos, de pignorib. Viu. decis. 182. Mascard. de probat. concl. 299. in fine. Rota Bononien. diuers. decis. 145. num. 48. Mart. d. clauf. 18. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 36. nu. 86. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 35. n. 13. Stephan.* 2

Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 255. nu. 21. & 23. Farina. in praxi crimin. p. 6. de falſitate, & ſimulat. q. 162. num. 155. & 163.

3 Intellige ſi clauſulæ ſint plures, ſecus verò ſi ſit vna, *gloſ. & DD. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de condit. inſtit. Cardin. Mantic. d. tit. 35. num. 14. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. litt. S. concl. 262. num. 25. Farina. d. q. 162. num. 162.*

4 Vſurarum contractum arguunt, vt per *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 122. num. 67. Mart. d. clauſ. 18. num. 4. Monet. d. c. 7. num. 70.*

5 Suſpectum actum reddunt, vt per *Coit. in memorabilib. verbo clauſula, pag. mihi 109.*

6 Clauſula inſolita illa dicitur, quæ contra naturam contractus eſt, vel contra ſtylum, & conſuetudinem, ita *Menoch. conſ. 422. num. 114. & d. conſil. 1. num. 341.* remiſſiuè *Monet. d. cap. 7. num. 71.*

7 Non præſumitur, & alleganti eam eſſe inſolitam, incumbit onus probandi, latè *Farin. d. q. 162. num. 160.* & *Maſcard. d. concl. 299. num. 1.* vbi *num. 2.* reſoluit, illam probari debere ex inſpectione multorum inſtrumentorum.

8 Scripta non præſumitur de voluntate partium, ſed potiùs à Notario appoſita, ex *Pariſ. conſ. 100. nu. 107. lib. 1. Maſcard. de probat. concl. 1099. num. 18.*

9 *Mart. d. clauſ. 18. num. 1.* Vnde in teſtamentis non videri ſcriptam de mente teſtatoris, voluit *Valaſc. conſult. 174. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Interpretanda eſt clauſula ſecundum vſum loquendi ipſius diſponentis.*

2 *Communis vſus loquendi eſt attendendus, qui erat tempore diſpoſitionis, non autem poſt.*

3 *Intellectus plures habens clauſula, ita eſt interpretanda, vt minus quàm ſit poſſibile lædat actum, in quo apponitur.*

4 *Clauſula vna declarat aliam.*

5 *Clauſularum vis, & efficacia non tantùm eſt conſideranda, quantùm mens Papæ concedentis.*

6 *Expreſſio clauſulæ, quæ ſubintelligitur à Iure, non dat nouam formam mandato, nec facit actum conditionalem.*

7 *Clauſula nulla debet eſſe ſuperflua.*

Interpretanda.

CLAVSVLA LXXIV.

1 INterpretanda eſt clauſula ſecundum vſum loquendi ipſius diſponentis, *l. cùm alimenta, in princ.* vbi *Bart. ff. de alim. & cibar. legatis, Corn. conſ. 69. num. 5. in fin. vol. 1. Surd. conſ. 319. num. 7. Mart. de clauſ. part. 4. clauſ. 29. num. 4.* vbi *num. 2.* ſub-
2 dit, quod eius verba pariter intelligi debent ſecundum communem vſum loquendi, & quod communis vſus loquendi attendendus eſt, qui erat tempore diſpoſitionis, non autem poſt, & citat *Ruin. conſ. 88. num. 12. vol. 2. Cardin. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 8. num. 6. Menoch. conſil. 266. num. 63.*

Plures habens intellectus, ita eſt interpretanda, 3 vt minus quàm ſit poſſibile natura rei alteretur, & lædat actum, in quo apponitur, ita *Menoch. conſ. 62. n. 27. Mart. d. clauſ. 29. n. 1.*

Clauſula vna declarat aliam, *l. qui filiabus. §. ſi* 4 *ſeruus plurium, & §. vlt. ff. de leg. 1. l. quæſitum. §. Papinianus quoque. ff. de fundo inſtructo, l. quamuis. C. de fideicom. Ceual. commun. contra comm. quæſt. 905. num. 20.*

Clauſularum vis, & efficacia non tantùm eſt 5 conſideranda, quantùm mens Papæ concedentis, & intentio illius, ac contrahentium, quæ præſumitur talis, qualis de Iure eſſe debet, vt fuit dictum *in Leodien. Canonicatus 21. Maij 1607. coram Cardin. Marquemontio.*

Expreſſio clauſulæ, quæ ſubintelligitur à Iure, 6 non dat nouam formam mandato, nec facit actum conditionalem, *l. conditionem quæ extrinſecus. ff. de condit. & demonſtrat. l. 3. ff. de leg. 1. cap. ſignificaſti, de elect. Alex. Trentacin. var. reſol. lib. 1. tit. de reſcript. reſol. 7. n. 11. verſ. 3.*

Clauſula nulla debet eſſe ſuperflua, *Surd. conſ.* 7 *453. num. 26.* imò debet aliquid operari, *Celſ. Vgo. in tract. clauſ. pag. 475. col. 1.* maximè in contractibus, *Saluſt. Tiber. in formul. inſtrum. lib. 1. cap. 5. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Expoſitiua eſt præcedentium ad mentem proferentis clauſula,* Ita quod, &c. *& regulat præcedentes diſpoſitiones.*

2 *Præcedentia declarat, auget, ampliat, & extendit clauſula,* Ita quod, &c.

3 *Clauſula,* Ita quod, &c. *& ſimiles, quando præcedit certa determinatio, vel verba præcedentia, ſtant augmentatiuè, & extenſiuè.*

4 *Clauſula,* Ita quod, &c. *ſecundum ſupradicta eſt intelligenda.*

5 *Clauſula,* Ita quod, &c. *aliquando ſtat illatiuè.*

Ita quod, &c.

CLAVSVLA LXXV.

HÆc clauſula eſt declaratoria mentis proferen- 1 tis in præcedentibus, & ſic præcedentium expoſitiua ad mentem proferentis, & regulat præcedentes diſpoſitiones, *Soci. Sen. conſ. 49. n. 2. verſ. dicemus autem, & n. 5. verſ. ad propoſitum, Decian. conſ. 33. n. 44. lib. 7. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 64. n. 1.* vbi *n. 2.* poſt *Soci.* & *Dec. citatis locis*, ac *Pariſ. conſ. 90. nu. 26. & 27. lib. 2.* ampliat, vt non ſolùm declaret 2 præcedentia, ſed illa etiam augeat, ampliet, & extendat.

Quando præcedit certa determinatio, vel verba 3 præcedẽtia, hæc clauſula, & ſimiles, *Ita vt*, & ſic quæ habent certam, propriamque ſignificationem, ſtant augmentatiuè, & extenſiuè, alioquin ſtant declaratiuè, & aliquando reſtrictiuè, ſeu taxatiuè, prout diſtinguunt *Bero. conſ. 77. n. 16. vol. 2. Dec. conſ. 227. num. 6. Alciat. conſ. 127. num. 10. lib. 9. Ruin. conſ. 25. num. 22. vol. 1. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 29.*

gloss. 3. Menoch. cons. 539. num. 33. qui loquitur de clausula, Ita vt, Rimin. Iun. cons. 263. num. 40.

4 vbi subdit, hanc clausulam esse referendam ad superiora, & secundum supradicta esse intelligendam.

5 Aliquando stat illatiuè, Gabr. conc. 111. n. 22. cum seq. vol. 1. Surd. cons. 315. n. 25. cum seqq. Honded. cons. 69. n. 45. vol. 2. Peregr. de fideicom. art. 14. nu. 17. & cons. 38. n. 30. vol. 1.

6 Et latiùs de hac clausula, sicut & de aliis, scilicet, Ita tamen, &, Ita vt, dixi in tract. de dictionibus, dict. 183. & 184.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Remedium magis vtile ipsi petenti vt censeatur intentatum, operatur clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

3 *Actio omnis quod dicatur intentata, operatur clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

4 *Iudex vt possit condemnare secundum modum probandi, per quem declaratur intentio libellantis, operatur clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

5 *Remedium quod sufficit ad victoriam, vt intentatum intelligatur, operatur clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

6 *Remedium illud, quod libellanti competere posset, vt quis videatur intentare, importat hæc clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

7 *Libellus licèt sit ineptus, tamen vigore clausulæ,* Ius, & iustitiam ministrari, &c. *potest Iudex iudicare secundum quod erat petendum.*

8 *Iudex actore non petente potest condemnare reum conuentum in fructibus, interesse, vsuris, & expensis, si actor petierit,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

9 *Iudex vt possit super non petitis officium suum impertiri, operatur hæc clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

10 *Possessorio agens, & concludens, quando possit virtute clausulæ,* Ius, & iustitiam ministrari, &c. *obtinere in petitorio, ostenditur.*

11 *Libellus vt sustineatur ex causa apta, licèt super inepta sit conclusum, operatur hæc clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

12 *Verba libelli vt improprientur ad deseruiendum intentioni libellantis, operatur clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

13 *Libelli conclusio licèt regulariter attendatur, vt actio intentata cognoscatur, non autem narratiua, tamen secus est quando adest hæc clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

14 *Iudex vt debeat deferre iuramentum, quamuis expressè petitum non sit, operatur hæc clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

15 *Modos non narratos minimè comprehendit clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c.

16 *Remedia contraria quando intentata fuissent, non procedit hæc clausula.*

17 *Libellum non sustinet clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c. *quando vna res petitur, & alia probatur.*

18 *Circa libellum generalem non operatur aliquid clausula,* Ius, & iustitiam ministrari, &c. *quando de generalitate fuit oppositum.*

Ius, & iustitiam ministrari, &c.

CLAVSVLA LXXVI.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Capic. decis. 96. Anton. Gabr. comm. lib. 6. tit. de clauf. conclus. 4. Menoch. consil. 314. nu. 5. Ioseph. Ludouic. Perus. decis. 117. Perez ad l. 11. vers. oppono 2. tit. 1. libro 3. Ordinam. pag. 484. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. cap. 3. n. 29. Gam. Lusit. decis. 300. num. 3. Surd. cons. 273. n. 5. & n. 23. cum seqq. Valasc. de iure emphyt. q. 6. n. 15. & consult. 119. n. 15. Mart. de clauf. p. 1. clauf. 65. Rot. Ianuen. decis. 65. & decis. 91. n. 12. Ludou. Rodolph. post tractat. de absoluta Principis potestate, voto vnico, n. 11. cum seqq. Cardos. in prax. Iudic. & Aduoc. verb. clauf. 11. Mend. à Castro in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 2. n. 4. Card. Tusc. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 359.* 1

Operatur hæc clausula, vt censeatur intentatum remedium magis vtile ipsi petenti, vt per *Grau. cons. 201. n. 45. Rol. cons. 79. nu. 38. vol. 1. Pinel. d. cap. 3. n. 29. Perez d. lib. 3. vers. oppono secundò, pag. 484. Gam. Lusitan. decis. 300. nu. 3. Valasc. de iure emphyt. quæst. 6. num. 15. Menoch. cons. 314. num. 5. Surd. cons. 273. num. 5. Mar. Antonin. var. resol. lib. 2. resol. 15. num. 17.* 2

Item operatur, quod omnis actio dicatur intentata, quæ colligi potest ex narratis, ita *Corn. cons. 46. n. 4. & cons. 301. n. 3. lib. 3. Aret. cons. 17. Alex. cons. 42. & cons. 61. incip. Viso, nu. 10. & cons. 117. & cons. 192. n. 9. & cons. 200. n. 7. lib. 2. & cons. 6. nu. 8. & cons. 34. n. 4. lib. 3. Butr. cons. 63. Grau. cons. 151. n. 4. Mart. d. p. 1. clauf. 65. n. 2. Card. Tusch. d. conclus. 359. nu. 1.* vbi *nu. 2.* extendit, etiamsi concluderetur in actione inepta, quia adhuc si ex narratis apta colligi potest, admittitur. 3

Item operatur, vt secundum modum probandi, per quem declaratur intentio libellantis, Iudex possit condemnare, *Corn. cons. 302. incip. Visa petitione, lib. 1. Gemin. cons. 118. incip. Ne super deductis, n. 3. Card. Tusch. d. conclus. 359. n. 4.* 4

Item operatur, vt intentatum remedium intelligatur, quod sufficit ad victoriam, ita *Rodolphin. d. voto vnico, n. 11.* 5

Item importat, vt quis videatur intentare illud remedium, & illam viam, quæ libellanti competere posset, & æquè actori magis sit proficua, vt per *Pacif. de Salu. interd. Inspect. 1. cap. 3. n. 7.* 6

Item

7 Item operatur, quod licet libellus ſit ineptus, Iudex poſſit iudicare ſecundum Iuris diſpoſitionem, & quod erat petendum, *Ceual. commun. contra comm. q.* 763. *n.* 64.

8 Item operatur, vt Iudex actore non petente poſſit condemnare reum conuentum in fructibus, intereſſe, & vſuris, ac victum in expenſis, ſi actor petierit ius, & iuſtitiam miniſtrari; ita *Viu. tom.* 1. *com. opin. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 95. *verſ. & earn, pag.* 365. *Bernar. Graue. ad pract. Cam. Imperial. lib.* 1. *concluſ.* 61. *conſid.* 3. *num.* 4.

9 Item operatur, vt poſſit Iudex ſuper non petitis officium ſuum impertiri, ſecundum *Abb. in cap. fin. in fin. de iureiuran. Alex. conſ.* 41. *ſub n.* 2. *verſ. & quando, vol.* 5. *Cotta in memorabil. verb. iuramentum in ſupplementum, in fine, Capic. deciſ.* 10. *n.* 22. & dicit *Alciat. conſ.* 116. *in fin.* quod poteſt actor obtinere in actione perſonali, licèt intentauerit realem, ſi fuerit vſus hac clauſula, de quo etiam *Cephal. conſ.* 400. *num.* 1. *vol.* 3. *Afflictus deciſ.* 95. *n.* 7. & 8. & ait *Ioſeph. Ludou. Lucen. deciſ.* 46. *n.* 5. *& ſeq.* quod ſi petita fuerint ſolùm quinque, & probatum in decem, condemnatio in decẽ probatis fieri poteſt virtute huius clauſulæ.

10 Item operatur, quod agens, & concludens in poſſeſſorio, poteſt obtinere in petitorio, dummodo ex narratis poſſit elici actio ad petitorium, aliàs ſecus, *Corn. conſ.* 91. incip. *In cauſa vertente, in princ. lib.* 4. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 359. *n.* 5. *Gram. deciſ.* 19. *n.* 16. *Crau. conſ.* 299. *n.* 2. & ita importat, vt intelligatur propoſitum petitorium, & poſſeſſorium, prout erit vtilius actori, vt per *Hond. conſ.* 24. *n.* 28. *tom.* 2. vbi *n.* 29. declarat, niſi narratiua, & concluſio reſpiceret merum petitorium.

11 Item operatur, vt libellus ſuſtineatur ex cauſa apta, licèt ſuper inepta ſit concluſum, & ita ſaluat libellum ab omni ineptitudine; ita *Capic. deciſ.* 10. *n.* 22. *Marant. de ordin. iudicior. p.* 6. *tit. de libel. oblat. n.* 15. *Rota Ianuen. deciſ.* 1. *n.* 7. *Brunor à Sole in locis comm. verbo clauſula* 35. *Ludou. Rodol. d. voto vnic. nu.* 11. *Hippol. ſing.* 36. incip. *Clauſula, Card. Tuſch. d. concl.* 359. *n.* 28.

12 Item operatur, vt improprientur verba libelli ad deſeruiendum intentioni libellantis, ita *Socin. in cap.* 2. *n.* 84. & 85. *de libelli oblat. Alex. conſ.* 121. *lib.* 1. & alij citati à *Card. Tuſch. d. concluſ.* 359. *n.* 9.

13 Item operatur, quod licèt regulariter attendatur concluſio libelli, vt actio intentata cognoſcatur, non autem narratiua, tamen ſecus eſt, quando adeſt hæc clauſula; ita *Alex. conſ.* 111. *lib.* 1. & *conſ.* 117. & *conſ.* 192. *lib.* 2. & *conſ.* 32. *lib.* 3. & *conſ.* 124. *lib.* 5. *col.* 3. *Butr. conſ.* 63. *Soci. conſ.* 160. *ad fin. lib.* 2. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 359. *n.* 14.

14 Item operatur, vt Iudex debeat deferre iuramentum, quamuis expreſsè petitum non ſit, quia virtualiter ſub hac clauſula petitio continetur, *Cott. in memor. verb. iuramentum in ſupplementum, Gabr. d. concl.* 4. *n.* 25. *Maſcard. de probat. concl.* 954. *n.* 48.

15 Limita primò, non comprehendere modos non narratos, *Gabr. com. lib.* 6. *ſub tit. de clauſ. concluſ.* 4. *n.* 11. & 16. *Aret. conſ.* 17. incip. *Conſideratis, col.* 3. *vol.* 5. *verſ. vnde ſicut iſta clauſula, Corn. conſ.* 301. incip. *In præſenti, nu.* 3. *lib.* 5. *Hippol. conſ.* 75. *nu.* 22. *vol.* 1. *Brunor à Sole d. verb. clauſula* 49. *Surd. conſ.* 273. *nu.* 24. *Honded. conſ.* 24. *n.* 30. *tom.* 2. *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 359. *n.* 25. & 40.

16 Limita ſecundò, vt non procedat quando remedia contraria intentata fuiſſent, vt per *Alex. conſ.* 96. *n.* 7. & *conſ.* 110. *col.* 2. *vol.* 5. *Pariſ. conſ. vlt. n.* 12. *vol.* 1. *Ferret. conſ.* 204. *nu.* 10. *vol.* 1. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 359. *nu.* 30. *Mart. d. clauſ.* 65. *nu.* 16. *Surd. d. conſ.* 273. *nu.* 3. *Bernar. Graua. ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concluſ.* 61. *conſid.* 3. *n.* 6. *Honded. conſ.* 83. *n.* 66. *tom.* 1. & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 24. *n.* 4. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 359. *n.* 30. *Pacif. de Salu. interd. Inſpect.* 1. *cap.* 3. *n.* 22. vbi *n.* 23. ſubdit, quod non ſaluat libellum à vitio contrarietatis, & *n.* 24. quod non ſuſtinet libellum in iudicio recuperandæ, ſi fuit intentatum retinendæ. Sublimita tamen quando fuit facta probatio in vno plus quàm in alio ex contrariis, quia tunc ſuſtinetur libellus continens contraria; ita *Grat. conſ.* 70. incip. *Ex multitudine, n.* 32. *& ſeq. Mart. d. clauſ.* 65. *num.* 18. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 159. *num.* 32. vbi *num.* 33. poſt *Grat. d. conſ.* 70. *nu.* 28. & *Alex. conſ.* 121. incip. *Viſo, num.* 12. *lib.* 1. ſublimitat pariter; ſi adeſt clauſula, *Omni meliori modo*, quia illa tollit defectum contrarietatis, & addit *Pacif. d. cap.* 5. *num.* 42. quod non obſtante contrarietate, operatur hæc clauſula, vt actor obtinere debeat in eo, in quo iuſtitiam habet. Et quod hæc clauſula trahatur etiam ad remedium diuerſum, vbi nulla certa actio fuit propoſita, ex *Surd. conſ.* 273. *num.* 24. tradit *Steph. Gratian. Marchia deciſ.* 193. *num.* 9.

Limita tertiò, non ſuſtinere libellum, quando vna res petitur, & alia probatur, *Surd. conſ.* 24. *num.* 19. 17

Limita quartò, clauſulam noſtram non operari aliquid circa libellum generalem, quando de generalitate fuit oppoſitum, vt ex *Ruin. conſ.* 19. incip. *Viſa petitione, num.* 9. *lib.* 4. tradit *Card. Tuſch. d. concl.* 359. *num.* 26. 18

SVMMARIVM.

1 *Litis mentio ſufficienter facta dicitur per clauſulam*, Cuius litis ſtatum, &c. *inſertam in commiſſione ad lites, ſeu ſupplicatione ad beneficia.*

2 *Attentatorum abſque vitio quod capi poſſit poſſeſſio, non operatur clauſula*, Cuius litis ſtatum, &c.

3 *Res iudicata requirit ſpecificam, & indiuiduam mentionem, ita vt non operetur effectum clauſula*, Litis ſtatum, &c. *quando adeſt res iudicata.*

4 *Res iudicata quando eſt deducta in controuerſiam, ſufficit facere mentionem de lite per clauſulam*, Litis ſtatum, &c.

5 *Litis mentio an ſufficiat in commiſſione ad lites, ſeu ſupplicatione ad beneficia, vbi plures ſunt, oſtenditur.*

Litis ſtatum, &c.

CLAVSVLA LXXVII.

IN commiſſione ad lites, ſeu ſupplicatione ad beneficia, hæc clauſula inſerta inter alias clauſulas generales, operatur vt dicatur ſufficienter mentio facta litis; ita tradunt *Felin. in cap. ex literis* 29. *de offic. delegat. Gemm. conſ.* 120. *num.* 6. *Achil. deciſ.* 9. *de reſcript.* vbi dicit, quod propterea non remanet ſubreptitium reſcriptum, *Rebuff. in praxi, p.* 3. *Signatura, in verſ. quatenus litigioſum lites ſtatum, n.* 4. *Mant. deciſ.* 213. *num.* 8. *Marcheſ. de Commiſſion. par.* 1. *pag.* 481. *num.* 11. *in vltima impreſſione, Monet.* 1

de commut. vlt. volunt. cap.7.num.330. & fuit dictum *in Zamoren. fructuum 12. Nouemb. 1584.coram Card. Seraph. inter eius decisiones impress. decis. ... & in Militen. pensionis 13. Octob. 1595. coram Illustrissimo Domino meo Card. Millino,& in Tamarina parochialis 16.Iunij 1600. coram Gregorio XV. inter eius decisiones impressas decis.2. num.6.* quæ etiam est impressa per *Farin. decis. 29. num.2.p.2. recent.* & *in Pampilonen.de Ianst 19. Decembris 1605. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano,& in Cremonen. pensionis 5.Decemb. 1614. coram Andrea,* impressa per *Farin. decis.605. nu. 11. p. 2.recent.*

2 Licèt autem hæc clausula præseruet gratiam à subreptione ob non factam mentionem de lite,non operatur tamẽ,quod capi possit possessio absque vitio attentatorũ,vt fuit dictum *in Cardonen.Iurispatronatus 13. Maij 1610.coram D.Patriarcha Pamphilio,& in Conchen.beneficij de Triesti 20. Decembris 1609.coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano.*

3 Non operatur etiam effectum hæc clausula, quãdo adest res iudicata,quia res iudicata requirit specificam, & individuam mentionem, vt fuit dictum *in Abulen.Capellaniæ 21. Aprilis coram Card.Lancellotto Iuniori,& in Toletana beneficij 14. Nouembris 1605. coram Iusto,* impressa per *Marchesf. de Commiss.p.1.pag.* 385.vbi subditur, quod idem est in quocumque casu, vbi adsunt executoriales, quæ perimunt litem, cùm dentur vigore sententiæ, & rei iudicatæ: hoc
4 tamen non procedit si res iudicata esset iam deducta in controuersiam,quia tunc sufficit facere mentionem de lite per hanc clausulam, vt fuit dictum *in Burgen. præeminentiarum 3. Martij 1608. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano.*

5 Vtrùm autem litis mentio sufficiat, vbi plures sunt lites ? Resp. quoad hunc effectum sufficere, maximè quando facta fuit mentio litis indefinitè sine aliqua restrictiua, vt fuit dictum *in d. Ternisina parochialis coram Greg.XV.* impressa per *Farinac. d.decis.29. num.4.p.2. recent.* vbi respondsum fuit *ad decisionem Cæsaris de Graff.* non facere in contrarium,quia nihil firmat, sed relinquit particulariter dubitandum; tum etiam, quia ibi erat expressa lis super beneficio, vnde nil mirum, si non comprehendat litem super fructibus.

SVMMARIVM.

1 *Conuentiones omnes antiquitus à Regis manu procedebant.*

2 *Manus Regia etiam hodie in Principibus durat.*

3 *Clausula,* Manu Regia, *operatur, vt quis procedat quasi Princeps.*

4 *Iudex vt possit procedere de facto, & sine vllo Iuris ordine, operatur clausula,* Manu Regia.

5 *Appellationis remedia tollit clausula,* Manu Regia, *posita in rescriptis.*

6 *Solemnitates Iuris Ciuilis, non tamen substantialia iudicij tollit clausula,* Manu Regia.

7 *Manutentionem non impedit clausula,* Manu Regia, *& alia,* Sola facti veritate inspecta.

Manu Regia.

CLAVSVLA LXXVIII.

ANtiquitus omnes conuentiones etiam pacto 1
nudo à Regis manu procedebant, si quidem antequam Magistratus creati fuissent, & populus à Romulo in triginta Curias diuisus esset, ipse cõtrouersiis præerat, illásque manu sua decidebat, prout Reges heroicis temporibus faciebant, vt ait *Aristoteles lib.3. Politic.* Verùm cùm Romulus populum auctum in Curias triginta diuiserit, Magistratus creati ius dicere cœperunt, & ita successiuis temporibus factum est; sed non ideo manus Regia extincta fuit, quoniam etiam hodie in Principibus 2
durat, vt ex *Ant. de Butr. in cap. qua in Ecclesiarum, num.26. & seq. de constitut.* refert *Maria de clauss. p.1. clauss.70. aliàs 71. num.2. in vlt.impres.*

Operatur igitur hæc clausula, vt quis procedat 3
quasi Princeps,ex notatis per *Stephan. Gratian. Marchia decis. 68. num.5.*

Operatur etiam, vt Iudex possit procedere de fa- 4
cto, & sine vllo Iuris ordine, vt per *Natt. in Clemen. sape. §. non sic tamen, vers. visis suprascriptis, num.95. Marant. de ord. iudicior.p.4. distinct.9. num.8.* & fuit dictum *in Miranden. pensionis 27.Martij 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano,* impressa per *Farinac. decis. 446. num.1. p.2. recent.*

Positam in rescriptis tollere remedia appellatio- 5
nis, tradunt *Dec. in cap. pastoralis, num.17. & 18. de appell. Marchesf. de Commiss. p.2. pag.421. num.101. in vltima impress.*

Tollere solemnitates Iuris Ciuilis, non tamen 6
substantialia iudicij, resoluit *Stephan. Gratianus discept. forens. tom.3. cap. 569. num. 30. & 31.* vbi *num.* 32. subdit, non tollere ineptitudinem libelli, parte opponente, nec beneficium excussionis.

Hæc clausula, & illa alia, *Sola facti veritate inspecta,* non impedit manutentionem, vt fuit dictum *in* 7
Bononien. de Carnalibus 21.Ianuarij 1602.coram Card. Pamphilio, impressa per *Marchesf. de Commiss. p.2. pag.546. num.11. in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Motu proprio illud dicitur concessum, quod sponte, & nemine petente conceditur.*

3 *Gratia Motu proprio concessa dicetur, quando Pontifex expresit in literis se Motu proprio concedere.*

4 *Clausula,* Motu proprio, *debet esse scripta manu propria Principis concedentis.*

5 *Inferior non potest vti clausula,* Motu proprio.

6 *Princeps quando explicat se Motu proprio concedere, dicitur Motu proprio concessisse, quamuis constet huiusmodi gratiam fuisse ab impetrante petitam.*

7 *Motus proprius concessus ad instantiam partis, idem operatur quod Motus proprius ex mera liberalitate Principis.*

8 *Probare volens ad partis petitionem concessã fuisse gratiam Motu proprio,nõ admittitur.*

9 *Clauſula*, Motu proprio, *nunquam præſumitur.*

10 *Motus proprius teſtibus non poteſt probari.*

11 *Scriptura ſi amittatur, poteſt per teſtes probari, in ea fuiſſe clauſulam* Motus proprij.

12 *Facultas per clauſulam* Motus proprij *conceſſa, quando expiret per obitum Papæ concedentis, oſtenditur.*

13 Non obſtantibus, &c. } *Clauſula* Motus
14 Ex certa ſcientia. } proprij, *habet*
15 Specialis expreſſionis. } *vim clauſ.*

16 *Subreptionis vitium tollit clauſula* Motus proprij.

17 *Legatus à latere ſi apponat clauſulam* Motus proprij, *illa tollit vitium ſubreptionis.*

18 *Subreptionem in tacenda inhabilitate perſonæ, non tollit clauſula* Motus proprij.

19 *Tertij in præiudicium non operatur clauſula* Motus proprij.

20 *Gratia* Motus proprij *non valet, ſi qualitas intrinſeca beneficio taceatur.*

21 *Subreptio, quæ procedit ex re ipſa, non tollitur per clauſulam* Motus proprij.

22 *Motus proprius quando eſt ad ſuggeſtionem partis, tunc poteſt dari de ſubreptione, quæ procedit ex parte impetrantis.*

23 *Obreptio non ſuppletur à clauſula* Motus proprij.

24 *Conceſſio facta Motu proprio, eſt intelligenda prout iacet, & ſonat.*

25 *Clauſula* Motus proprij *reddit diſpoſitionem fauorabilem.*

26 *Priuilegium conceſſum Motu proprio, latè eſt interpretandum.*

27 *Impetranti cum clauſula* Motus proprij, *in terminis* Clem. 1. de conceſſ. præbendæ, *non currit tempus à die notæ vacationis in loco, ſed tantùm à die ſuæ ſcientiæ.*

28 *Titul.* quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur, *non habet locum ſtante clauſula* Motus proprij.

29 *Probata ea omnia videntur, quæ Princeps aſſerit in ſuis literis, ſtante clauſula* Motus proprij.

30 *Diligentiam proceſſus ab aduerſario adhibitam tollit clauſula* Motus proprij.

31 *Poſſeſſionem paris in data non tollit clauſula* Motus proprij.

32 *Cauſa præſumitur in Principe reſcribente Motu proprio.*

33 *Conceſſio vt non præſumatur propter importunitatem facta, operatur clauſula* Motus proprij.

34 *Papa ſi Motu proprio mandet conferri, vel conferat præbendam, ſi vacat, tunc ſatis eſt quod vacet tempore collationis, vel receptionis, licèt non vacaret tempore datæ.*

35 *Impetrationem tollit clauſula* Motus proprij, *& omnes eius effectus, qui ex impetratione oriri poſſunt.*

36 *Gratiæ viuificationem cùm operetur gratia Motus proprij, non poteſt ad illius deſtructionem allegari.*

37 *Clauſula* Motus proprij *operatur circa omnes qualitates extrinſecas.*

38 *Clauſula* Motus proprij *ad cauſas pendentes refertur.*

39 *Gratiam non ampliat clauſula* Motus proprij *circa expreſſa, & ea, quæ non ſunt contra mentem diſponentis, aut contra Ius commune.*

40 *Actum iuratum comprehendit clauſula* Motus proprij.

41 *Clauſula* Motus proprij *appoſita poſterioribus literis, reuocat proceſſum factum in vim primarum, etiam ante earum præſentationem.*

42 *Tertij in præiudicium non operatur clauſulæ* Motus proprij.

43 *Princeps præſumitur priuilegio ſuo, in quo eſt inſerta clauſula* Motus proprij, *tollere ſtatuta Ciuitatis.*

44 *Clauſula* Motus proprij *non operatur in ijs, quæ non iuris, ſed facti ſunt.*

45 *Priuilegium lite pendente obtentum cum clauſula* Motus proprij, *nulla litis pendentis in eo facta mentione, non fit validum vigore clauſulæ* Motus proprij.

46 *Priuilegium contra ius alterius non firmat clauſula* Motus proprij.

47 *Intentionis defectum non tollit clauſula* Motus proprij.

48 *Ius in re, vel ad rem quæſitum alteri non adimit clauſula* Motus proprij.

49 *Defenſiones, & exceptiones competentes de Iure, non aufert clauſula* Motus proprij.

50 *Gratiam contra mentem concedentis non firmat clauſula* Motus proprij.

51 *Diſpenſationem aliquam non inducit clauſula* Motus proprij, *nec tollit impedimentum perſonæ.*

52 *Diſpenſatio poſterior non facta prioris mentione, vt minimè ſit ſubreptitia non operatur clauſula* Motus proprij.

53 *Clauſula* Motus proprij *non operatur vltra expreſſa, ſed ad ſpecialiter ſpecificata, & nominatim dicta reſtringitur.*

54 *Beneficiorum incompatibilitatem non aufert clauſula* Motus proprij.

55 *Defectus ſubſtantiales non ſupplet, nec inhabilitatem remouet clauſula* Motus proprij.

56 *Illegitimitatis, ætatis, ordinis, & irregularitatis defectus non ſupplet clauſula* Motus proprij.

57 *Bigamiæ defectum non aufert clauſula* Motus proprij.

58 *Collationem factam excommunicato non validat clausula* Motus proprij, *si in ea adsit.*

Motu proprio.

CLAVSVLA LXXIX.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide Doctores per *text. ibi in cap. si Motu proprio, de prabend. in 6. Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. 12. col. 1. Cels. Vgon. in simili tract. verb. Motu proprio non tollit, pag. 482. col. 2. cum seqq. Bertachin. in repert. verb. clausula Motu proprio, Mil. etiam in repertor. verb. Motus proprius, Gig. de pension. quæst. 9. à num. 4, Haied. de incompatib. benefic. cap. 20. num. 7. Selu. de benefic. part. 3. quæst. 12. à num. 2. Gambar. de officio, & potest. Legati de latere, lib. 3. à num. 44. Anton. Gabr. lib. 6. commun. tit. de clausulis, concl. 2. Menoch. de arbitr. casu 201. à n. 78. & cons. 1. num. 387. & cons. 103. num. 79. cum seqq. & cons. 378. num. 20. & de præsumpt. lib. 1. præs. 9. num. 26. & 27. Rebuff. in concord. in forma mand. Apost. in gloss. Motu proprio, Mascard. de probationib. concl. 1075. Matien. ad l. 7. gloss. 7. num. 4. tit. 7. lib. 5. nouæ Recopil. Surd. cons. 303. num. 17. Henriq. in sum. lib. 7. cap. 27. num. 4. litt. C. Flamin. de resignationib. tom. 1. lib. 6. quæst. 2. n. 92. & tom. 2. lib. 8. quæst. 9. num. 74. D. Barbosa ad l. 2. §. legatis, num. 99. ff. de iudicijs, Card. Tusch. practic. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 340. cum seqq. Seraph. decis. 365. à num. 3. Bernard. Græua. ad practicam Camera Imperialis, lib. 2. concl. 58. consid. 1. Ludouic. Rodolphin. in tractat. de suprema, seu absoluta Principis potestate cap. 5. num. 15. Aloys. Ric. in collectan. decis. part. 2. collect. 400. & part. 4. collect. 959. D. Marta de clausulis, p. 1. clausf. 32. Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 5. num. 510. Viuian. in praxi Iurisp. atr. lib. 13. cap. 8. n. 20. cum seqq. in 2. edit. Ricciul. de iure personar. extra gremium Eccles. existentium, lib. 4. cap. 6. num. 6. cum seqq. Monet. de decim. cap. 9. quæst. 3. num. 133. & latius de commutationib. vltim. volunt. cap. 7. num. 77. cum seqq. Rot. apud Farin. decis. 656. à princip. p. 2. recens.*

2 Motu proprio illud dicitur concessum, quod sponte, & nemine petente conceditur, *d. cap. si Motu proprio, Gram. decis. 605. num. 31. Menoch. cons. 255. num. 40. Glorit. resp. 1. part. 2. num. 36.*

3 Tunc autem solùm dicetur gratia Motu proprio concessa, quando Pontifex expressit in literis, se proprio Motu concedere, vt expresse habetur *in d. cap. si Motu proprio*, & resoluunt *Sanchez de Matrim. lib. 8. disp. 1. num. 6. in princip. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 6. num. 168.* vbi post *Gabr. d. conclus. 2.*

4 *num. 102.* obseruat, huiusmodi clausulam debere esse scriptam manu propria Principis, seu concedentis,

5 qui non potest esse inferior, vt multis probat *Mench. de succes. tit. de testat. potent. lib. 1. §. 6. num. 13.*

6 Et adeò verum est, Principem, quando explicat se proprio Motu concedere, dici Motu proprio concessisse, vt procedat, quamuis constet huiusmodi gratiam Motu proprio fuisse ab impetrante petitam, quia hæc non repugnant, sed significant, Pontificem illis verbis non illa petitione, sed proprio Motu ductum, ita tenent *Dec. in cap. 2. num. 23. de rescript. & cons. 51. n. 3. vol. 1. & cons. 602. n. 2. vol. 5. Rebuff. in concord. in forma mandati Apostolici, super verb. Motu proprio, vers. notandum quod hæc clausula, & in praxi beneficiali, tit. de mandatis Apostol. in clausulis mandator. num. 21. Anastas. Germ. de Indult. Card. §. nostaque, num. 5. Menoch. de arbitr. casu 201. n. 79.*

7 Idem enim operatur Motus proprius concessus ad instantiam partis, quod Motus proprius ex mera liberalitate Principis, vt ex sententia Rotæ probat *Gambar. de offic. Legati, lib. 8. num. 61. cum seqq.* quem refert, & sequitur *Seraphin. decis. 365. num. 1. & 2.* & illis citatis *Rot. in Asten. pensionis 11. Martij 1615. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, impressa per *Farinac. decis. 656. n. 1. p. 2. recen.* Quamuis contrarium velint *Paris. cons. 1. num. 76. lib. 1. Apostil. ad Alexand. cons. 112. in verbo inserta, lib. 7. Bellam. cons. 33. n. 22. & 23.* quos meritò reprehendit *Rota in d. Asten. pensionis*, firmans in isto conflictu sufficere, quod ipsa sequatur illam opinionem, quod idem operetur Motus proprius ad suggestionem partis, quod Motus proprius ex mera voluntate Principis; & quotidianam practicam Rom. Curiæ ita seruare contendit, quicquid dicat *Ioan. à Cochier de permut. benefic. p. 4. cap. 4. n. 6. fol. 115.*

Vnde bene infert *Rebuff. in dictis clausulis mandatorum, num. 23. cum gloss. ab omnibus recepta, verbo expresiè, in d. cap. si Motu proprio*, tunc non admitti volentem probare ad partis petitionem concessam esse gratiam Motu proprio, quia esset Pontificem mendacij redarguere velle: tum etiam quia id nihil emolumenti afferret, & vt bene docet idem *Rebuff. loco proximè citato*, eosdem prorsus tunc operabitur effectus clausula *Motus proprij*, perinde, ac si pars non petiisset. 8

Circa probationem huius clausulæ (cùm illa nunquam præsumatur, vt ex *d. cap. si Motu proprio*, & *Bart.* tradit *Mascard. de prob. conclus. 1075.*) illud est aduertendum, Motum proprium testibus non posse probari, vt docent *Vital. de Camban. citato loco, num. 2. Cels. Vgon. pag. 483. col. 1. Gabr. d. conclus. 2. num. 103. Sanchez d. lib. 8. disput. 1. n. 6. Monet. de commutat. vlt. volunt. cap. 6. n. 168.* 9 10

Cum hoc tamen stat, quod si scriptura amittatur, possit per testes probari in ea fuisse hanc clausulam, vt declarant *Gabr. d. conclus. 2. n. 105. Sanchez d. lib. 8. disput. 1. num. 6. ad finem, Monet. d. cap. 6. num. 168.* 11

Illud obseruandum est, facultatem per hanc clausulam concessam, per obitum Papæ concedentis expirare, si ille, cui fuit concessa, ante eius obitum non vtatur; secus est, si sit concessa per viam contractus, quia tunc durat etiam post obitum concedentis: vel si sit facta per viam legis, quia tunc pariter perpetuò durat, vt per *Seraphin. decis. 731. n. 1.* Quamplures tamen operatur effectus ex seqq. 12

Primus effectus est, quod clausula *Motus proprij* habet vim clausulæ, *Non obstantibus, &c.* vt per *Bald. in l. omnes. C. de quadriennij præscript. Socin. cons. 117. in fin. vers. nam etiam, vol. 3. Curt. Sen. cons. 66. num. 65. Ruin. cons. 21. vol. 5. d. conclus. num. 58. Glorit. resp. 1. p. 2. num. 44. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 78.* quicquid de hoc dubitauerit *Alexand. Trentacin. var. resol. lib. 1. tit. de rescript. resol. 6. n. 8.* 13

Secundus effectus est, vt habeat vim clausulæ, *Ex certa scientia*, vt post *Crauet. cons. 241. num. 20.* tradit *Marta de claus. p. 1. clausf. 72. alias 73. num. 7.* & illis citatis *Monet. d. cap. 7. num. 78. in fin.* & hæ geminatæ sunt efficaciores, vt refert *Marches. de Commiss. part. 2. pag. 356. num. 71. in 2. impress.* 14

Tertius effectus est, vt habeat vim specialis expressionis, ita post *Ang. in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis caution.* & *Dec. in l. certum. ff. si cert. pet.* docent *Gabr. d. conclus. 2. num. 93. Monet. d. cap. 7. num. 93.* 15

Quartus effectus est, vt tollat vitium subreptionis, ex *d. cap. si Motu proprio*, & ex *Clem. si Romanus, de præben.* resoluunt *Mil. in repert. verb. Certa scien-* 16

tia,

tia, Pariſ. conſ. 3. num. 71. & ſeq. lib. 4. Gabr. d. tit. de clauſ. concluſ. 1. num. 21. & concluſ. 2. num. 24. Curt. Sen. conſ. 66. col. 6. verſ. confirmatur, Lanar. conſ. 21. num. 8. Gaſp. de Peraſ. de reſeruat. benef. §. quis ſit effectus, num. 5. Iacob. Simonet. in ſimili tract. q. 5. num. 26. Put. deciſ. 367. num. 1. lib. 1. in correctis, Menoch. conſ. 1. n. 429. & conſ. 378. num. 22. & de arbitr. caſu 201. num. 8. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 13. num. 11. Rodolph. d. cap. 5. num. 15. Aloyſ. Ric. d. collect. 400. verſ. 4. Flam. d. lib. 3. q. 9. num. 74. Marchef. de Commiſſ. p. 2. pag. 356. num. 85. in 2. impreſſ. Soar. de legib. lib. 8. cap. 12. n. 11. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 21. num. 47. cum ſeqq. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 6. num. 157. Alex. Trentacin. var. reſol. tom. 1. lib. 1. de reſcript. reſol. 5. n. 30. cum ſeqq. Franc. Leo in Theſ. fori Eccl. par. 3. cap. 17. num. 172. Aloyſ. Ric. in praxi aurea, reſol. 390. n. 1. & fuit dictum in Auellina vnionis 15. Decembris 1595. coram Giptio.

17 Amplia hunc quartum effectū procedere, etiam ſi hæc clauſula apponatur à Legato, vt docet *gloſ. communiter recepta, verbo mentio, in cap. vlt. de offic. Leg. in 6. Rebuff. in concord. in forma mandati Apoſtol. ſuper clauſula, Motu proprio, effectu 29. Sanchez d. diſput. 21. num. 48. in prin. Monet. d. cap. 6. num. 158.* Amplia deinde hunc effectum habere huiuſmodi clauſulam non modò in beneficialibus, ſed etiam in omnibus conceſſionibus gratioſis, vt declarant *Gabr. d. concl. 2. num. 7. & Monet. d. num. 158.*

18 Limita primò eundem quartum effectum, vt hæc clauſula non tollat ſubreptionem in tacenda inhabilitate perſonæ, vt tradunt *Menoch. d. caſu 201. num. 81. & ſeq. Gabr. d. concluſ. 2. num. 40. & 44. cum ſeqq. Sanchez d. diſp. 21. num. 49. Monet. d. cap. 6. num. 159.*

19 Limita ſecundò, vt hæc clauſula non operetur in præiudicium iuris tertij, ex traditis per *Gabr. d. concluſ. 2. num. 8. Menoch. d. conſ. 1. num. 429. Sanchez d. diſput. 21. num. 50. Monet. d. cap. 6. num. 160.* non ſolùm habentis ius in re, ſed etiam ad rem, vt declarant *Rota Bononien. diuerſor. deciſ. 30. num. 118. Sanchez d. num. 50. Monet. d. num. 160.* Imò & procedit hæc limitatio, etiam ſi hoc præiudicium tertij verſaretur in ſola poſſeſſione, cuius notitiam non haberet Princeps, vt pluribus relatis tradit *Gabr. d. concl. 2. n. 10. & 11.* vbi hoc extendit ad impetrationes Motu proprio factas à Legatis, vel Ordinariis, *& num. 12.* ex *Sarnen. ad regul. de annali, q. 9.* Hanc eandem ſecundam limitationem poſt alios ſublimitat, primò vbi cum clauſula, *Motu proprio*, concurreret etiam clauſula, *Non obſtante*, nimirum ſpecialis: ſecundò vbi verba expreſſa importarent tertij præiudicium: tertiò in modico præiudicio.

20 Limita tertiò, niſi qualitas intrinſeca beneficio taceatur, tunc enim non valet gratia, non ob vitium ſubreptionis, ſed quia non apparet de concedentis voluntate, vt per *Rebuff. vbi ſupra, in 5. effectu*, quem non operatur clauſula, *Motu proprio, Menoch. de arbitr. caſu 201. num. 80. Sanchez diſp. 21. num. 51.*

21 Limita quartò in ſubreptione, quæ procedit ex re ipſa, quia Motus proprius non tollit quominus poſſit dari de illa, vt per *Ægid. deciſ. 392. & 475. & Seraph. deciſ. 398. num. 5. Rot. deciſ. 656. num. 4. in prin. par. 2. recent.*

22 Limita quintò, quando Motus proprius eſt ad ſuggeſſionem partis, nam tunc poteſt dari de ſubreptione, quæ procedit ex parte impetrantis, vt docent *Socin. Iun. conſ. 77. num. 98. lib. 1. Rot. d. deciſ. 656. num. 4.*

23 Limita ſextò, quoties ſubreptio contingit in falſa cauſæ expreſſione, quæ obreptio dicitur; eam enim non ſuppleri à clauſula *Motus proprij*, poſt *Abb. in cap. quia circa, num. 7. de conſang. & affinit.* & ibi *Alex. de Nauo num. 8. Præpoſit. num. 4. & Felin. in cap. aure. num. 9.* & ibi *Dec. num. 32. in nouis, Bero. n. 39. de reſcript.* & alios, tradunt *Soar. de legib. lib. 8. c. 12. num. 11. cum ſeqq. Sanchez d. diſp. 21. num. 52. Monet. d. cap. 6. num. 166.* vbi rationem diuerſitatis afferunt quoad hoc inter taciturnitatem veri, & expreſſionem falſi; quia quando tacetur veritas, ignoratur an Princeps bene, vel malè informatus gratiam Motu proprio conceſſerit, & ideò non poteſt dici conceſſa contra eius intentionem, & mentem. At cùm falſa cauſa exprimitur, cognoſcitur animus concedentis, & vltra eius intentionem in gratia obtinetur, cùm tamen Motus proprius non firmet gratiam contra concedentis intentionem, vt infrà dicetur.

Quintus effectus eſt, vt conceſſio facta Motu proprio, intelligenda ſit prout iacet, & ſonat; & 24
hic non debet reſtringi ad differentiam illius, quod conceditur ad petitionem partis, ex reſolutis per *Surd. conſ. 140. num. 59. cum ſeqq. Grammat. deciſ. 59. num. 55. Felin. in cap. cauſam quæ, num. 14. in fin. de reſcript. Glorit. reſp. 1. p. 2. num. 71. in princip.* & dictum fuit *in vna Romana Menſa nummulariæ 3. Iunij 1614. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 663. num. 24. par. 1. recent.*

Sextus effectus eſt, vt hæc clauſula reddat diſpo- 25
ſitionem fauorabilem, vt probat *text. in c. pluribus, de præbend. lib. 6.* vbi Romanus Pont. loquens de collatione beneficij, quæ alioquin ſtrictè erat interpretanda, iuxta *d. cap. ſi pluribus, & cap. non poteſt, eodem tit. & lib.* ait, *gratiam huiuſmodi ſi Motu proprio eam fecerimus, vt tunc fiat interpretatio pleniſſima in eadem, referri volumus ad dignitatem, vel prabendam, quæ inter illas eſſet maioris valoris*; vt adnotant *Maria d. loco num. 7. Gabr. d. concluſ. 2. num. 601. 603. 607. & 77. Monet. d. cap. 7. num. 79.* ampliantes ad diſpenſationem, quæ pariter ſtrictè venit interpretanda, *cap. 1. §. vlt. de filijs preſbyter. lib. 6.* de quo etiam meminit *Sanchez d. lib. 8. diſp. 1. num. 5.* Vnde priuile- 26
gium conceſſum Motu proprio, latè eſſe interpretandum reſoluunt *Natt. conſ. 340. num. 5. Surd. conſ. 140. num. 59. cum ſeq. Camill. Borel. de præſtantia Regis Catholici, cap. 33. num. 19.* quos refert, & ſequitur *Glorit. reſp. 1. p. 2. num. 71.* Intellige in præiudicium concedentis, non autem in præiudicium tertij, *Simonet. in tract. de reſeruat. q. 5. num. 20. & 21. Bellam. de permut. benefic. p. 3. q. 1. in fine.*

Septimus effectus eſt, quia impetranti cum clau- 27
ſula, *Motu proprio*, in terminis *Clem. 1. de conceſſ. præben.* non currit tempus à die notæ vacationis in loco, ſed tantùm à die ſuæ ſcientiæ, cùm aliàs ſufficeret notitia vacationis in loco, vt ibi dicitur; ita ſentit *Gabr. d. concluſ. 2. num. 92.* quem refert *Monet. d. cap. 7. num. 92.*

Octauus effectus eſt, quia ſtante hac clauſula, 28
non habet locum titulus, *quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vt ipſe eodem iure vtatur*, vt per *text. in l. 3. in princ. ff. illo titulo*, docet *Gabr. d. concluſ. 2. num. 66.* vbi *num. ſeq.* limitat, quando priuilegium impetratum Motu proprio, reſpiceret ordinatoria iudicij, & illius proceſſum, & *num. 68.* vbi tale priuilegium Motu proprio conceſſum, ſit in ea materia, quæ alteri parificetur per viam correlatiui, vel neceſſariæ conſequentiæ; refert, & ſequitur *Moneta d. cap. 7. num. 80.*

Nonus effectus eſt, vt ſtante hac clauſula videan- 29
tur probata ea omnia, quæ Princeps aſſerit in ſuis literis, vt docet *Gabr. d. concluſ. 2. num. 89.* quem ſequitur

quitur *Moneta d. cap. 7. num. 90.* vbi cum eodem *Gabr.* ampliat, etiam si atteſtetur de facto alieno. Et ideo non indigent iuſtificatione, *Seraph. deciſ. 1498. num. 1. Rot. deciſ. 656. n. 1. & 2. p. 2. recent.* & fuit dictum *in Ianuen. Abbatiæ 22. Iunij 1626. coram Buratto.*

30 Decimus effectus eſt, quia tollit diligentiam proceſſus ab aduerſario adhibitam, vt pluribus relatis docet *Gabr. d. concl. 2. num. 69.* declarans *num.*
31 *70.* non ideo tollere poſſeſſionem paris in data; refert *Moneta d. cap. 7. num. 81.* vbi addit, minus tollere ius ad rem ab alio priùs quæſitum.

32 Vndecimus effectus eſt, vt cauſa præſumatur in Principe reſcribente Motu proprio, ita *Gabriel d. concluſ. 2. num. 88. & tit. de iure quæſito non tollendo, concluſ. 3. num. 12. Maſcard. de probation. concluſ. 275. n. 1. 11. 12. & 25. Menoch. d. præſumpt. lib. 2. præſum. 10. num. 32. Sanchez de Matrim. lib. 8. diſput. 17. num. 14. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 6. num. 54.* cùm tamen regulariter cauſa etiam in Principe concedente non præſumatur, vt probat *Sanchez d. n. 14.* & *Monet. d. cap. 6. num. 42. cum ſeqq.* & plures alij, quos ipſi referunt.

33 Duodecimus effectus eſt, vt non præſumatur conceſſio facta propter importunitatem; ita poſt *Gom. ad regul. Cancel. de annal. q. 10. num. 3.* & alios docent *Gabr. d. tit. de claus. concluſ. 2. n. 82.* & *Monet. d. cap. 7. num. 86.*

34 Decimustertius effectus eſt, quod ſi Papa Motu proprio mandet conferri, vel conferat præbendam, ſi vacat, ſatis eſt quod vacet tempore collationis, vel receptionis, licèt non vacaret tempore datæ, vt poſt *Ioan. And.* & *Staph.* tradunt *Gabr. concl. 2. n. 91.* & *Monet. d. cap. 7. num. 91.*

35 Decimusquartus effectus eſt, vt impetrationem tollat, & omnes eius effectus, qui ex impetratione
36 oriri poſſunt, *Seraph. deciſ. 365. n. 4.* vbi *n. 3.* ſubdit, quod cùm operetur viuificationem gratiæ, non poteſt allegari ad illius deſtructionem.

37 Decimusquintus effectus eſt, vt operetur circa omnes qualitates extrinſecas, ita ex *deciſ. Rotæ* docent *Gabr. d. concluſ. 2. num. 71.* & *Monet. d. cap. 7. num. 82.*

38 Decimusſextus effectus eſt, vt ad cauſas pendentes referatur, vt obſeruat *Dominus meus Doctor Petr. Barboſa in l. 2. §. legatis, num. 97. cum ſeqq. ff. de iudicijs.*

39 Decimusſeptimus effectus eſt, vt ampliet gratiam circa expreſſa, & quæ non ſunt contra mentem diſponentis, aut contra Ius commune, vt conſtat ex adductis à *Gabr. d. concluſ. 2. num. 72. cum ſeqq.* vbi ſic conciliat diuerſas, vel aduerſas circa hunc effectum Doctorum opiniones, refert, & ſequitur *Monet. d. cap. 7. num. 83.*

40 Decimusoctauus effectus eſt, vt actum iuratum comprehendat, prout docet *Seraphin. de Priuilegijs iuramen. priuileg. 22. num. 25.*

41 Decimusnonus effectus eſt, vt ea clauſula [illegible] poſita poſterioribus literis, reuocetur proceſſus [illegible]tus in vim primarum etiam ante earū præſentationem, vt pluribus citatis docet *Gabr. d. concluſ. 2. num. 78. cum ſeqq.* ſic concordans contrarias hac in re Doctorum ſententias, prout refert *Monet. d. cap. 7. num. 84.* Ij ſunt principaliores huius clauſulæ effectus, nunc verò reſtat, vt caſus aliquos enumeremus, in quibus illa nihil operatur.

42 I. In præiudicium tertij non operatur, vt per *Vital. de Camban. vbi ſuprà num. 1. Put. deciſ. 377. lib. 1. in correctis, Gig. de penſ. q. 29. num. 4. & q. 79. num. 3. Brunor. à Sole in locis communib. verb. clauſula 25. Menoch. conſ. 36. num. 65. & conſ. 103. num. 80. cum ſeqq. Aloyſ. Ric. d. collect. 959. & in praxi aurea, reſolut. 390. num. 2. Mart. d. p. 1. clauſ. 73. num. 3. & 8. Rot. apud Cencium poſt. ſuum tractat. de Cenſib. deciſ. 72. num. 4.* vbi *num. 5.* intelligit maximè quando non præceſſit cauſæ cognitio, quod antea obſeruarunt *Alex. conſ. 215. num. 5. & 59. lib. 7. Gozadin. conſ. 5. n. 16.*

II. Non operatur, vt Princeps præſumatur priuilegio ſuo, in quo inſerta eſt hæc clauſula, tollere ſtatuta Ciuitatis, vt reſoluit *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſum. 39. num. 5. & 7.* 43

III. Non operatur in iis, quæ non iuris, ſed facti ſunt, vt per *Crau. conſ. 241. col. 9. in princ. Rolan. conſ. 7. num. 105. vol. 3. Pariſ. conſ. 1. num. 81. vol. 1. & conſ. 4. num. 28. & conſ. 74. n. 19. vol. 4.* & alios citatos à *Marta d. clauſ. 73. num. 11.* quibus addè *Seraph. deciſ. 365. num. 6.* 44

IV. Non operatur, vt priuilegium lite pendente obtentum cum hac clauſula, nulla de lite pendente in eo facta mentione, validum ſit, vt per *Gabr. d. tit. de clauſ. concl. 2. num. 3.* & plures citatos à *Cened. ad Decretal. collectan. 53. num. 2.* 45

V. Priuilegium non firmat contra ius alterius, vt tenuit *Rota apud Seraph. deciſ. 398. num. 6.*

VI. Intentionis defectum non tollit, vt per *Abb. in cap. quia circa, verſ. ſed quartò, de conſanguinit. & affin. Lap. alleg. 7. in fin. Cardoſ. conſ. 96. ſub num. 1. verſ. & ſi dicatur, Gabr. d. concl. 2. ſub num. 8. & 34. Vinc. de Franchis Neapol. deciſ. 192. num. 8. Flam. de reſign. lib. 3. q. 1. num. 127. Ioann. à Cochier in regul. 20. Cancel. de non impetran. benefic. viuentium, num. 18. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 32. num. 5. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 6. num. 162. Seraph. deciſ. 398. num. 1.* & fuit dictum *in Pacen. penſionis 15. Martij, & 25. Octobris 1593. coram Card. Pamphilio*, & *in Aſten. penſionis 11. Martij 1615. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farin. deciſ. 656. num. 7. p. 2. recent.* 46

VII. Ius in re, vel ad rem quæſitum alteri non adimit, vt docent *Menoch. d. conſ. 1. num. 428. Sanchez d. lib. 8. diſput. 21. num. 50.* Vnde dicit *Æne. de Falconib. in tract. de reſeruat. benefic. q. 4. effectu 4. num. 2.* quod collatio facta Motu proprio à Papa de beneficio reſeruato certæ perſonæ, non facta mentione reſeruationis, nulla eſt, quia non præſumitur Papam velle per clauſulam, *Motu proprio*, tollere ius quæſitum. 47

VIII. Defenſiones, & exceptiones competentes de Iure non aufert, vt ait *Seraph. deciſ. 280. num. 1.* 48

IX. Gratiam contra mentem concedentis non firmat, ex traditis per *Gig. de penſion. q. 22. num. 15. & q. 29. num. 4. Suar. alleg. 12. num. 40. Menoch. de arbitr. caſ. 201. num. 80. Maſcard. de prob. concluſ. 887. num. 93.* Nec illam ampliat plus quàm ſit de ſua natura, vt per *Æne. de Falconib. d. tract. de reſeruat. benefic. q. 4. effectu 5. num. 2.* 50

X. Diſpenſationem aliquam non inducit, nec tollit impedimentum perſonæ; ita *gloſ. communiter recepta, in d. cap. ſi Motu proprio, Lap. allegat. 7. num. 8. Anchar. conſ. 20. poſt princ. Gabr. d. tit. de clauſul. concluſ. 2. num. 12. Pariſ. conſ. 1. num. 79. lib. 1. & conſ. 74. num. 37. lib. 4. Couar. in cap. alma mater, p. 1. §. 7. n. 2. Nauarr. conſ. 66. num. vlt. ſub tit. de ſent. excommunicat. in antiq. Mart. d. clauſ. 73. n. 15. Ricciul. de iure perſonarum, lib. 4. cap. 6. num. 7. Ioan. à Cochier loco proximè citato, num. 19.* 51

XI. Non operatur, vt poſterior diſpenſatio non facta prioris mentione, minimè ſit ſubreptitia, vt reſoluit *Sanchez d. lib. 8. diſput. 22. num. 8.* 52

XII. Non

53 XII. Non operatur vltra expreſſa, ſed ad ſpecialiter ſpecificata, & nominatim dicta reſtringitur, vt dictum fuit *in Oximen. penſionis 20. Maij 1598. coram Litta.*

54 XIII. Incompatibilitatem beneficiorũ nõ aufert.

55 XIV. Defectus ſubſtantiales non ſupplet, nec inhabilitatem remouet, *Mart. d. clauſ. 73. n. 15. Rot. deciſ. 71. de reſcript. in antiq. aliàs deciſ. 6. de præben. in nouis, Roderic. Suarez d. alleg. 12. num. 42. Riccíul. d. lib. 4. cap. 6. num. 8.* Vnde vitium illegitimitatis non ſupplere, reſoluit *Gabr. d. concluſ. 2. num. 45.* vbi *num. 46.* dicit, defectum ætatis pariter non ſupplere, & *num. 52.* idem ait de defectu ordinis, & *num. 44.* de defectu irregularitatis.

56

57 XV. Defectum bigamiæ non adimit, vt per *Ioan. And. in d. cap. ſi Motu proprio*, vbi *Gemin. col. 2. Gabr. d. concluſ. 2. num. 49. Riccíul. d. cap. 6. num. 8. in fine.*

58 XVI. Non validat collationem factam excommunicato, ſi in ea adſit, vt tenet *Couar. in cap. alma mater, p. 1. §. 7. num. 2. Rebuff. ad cap. poſtulaſtis, num. 47. de Clerico excommun. miniſtran. Nicol. Garc. de benefic. par. 7. cap. 2. verſ. ſimiliter eadem ratio eſt, Gabr. d. concluſ. 2. num. 43. Riccíul. d. cap. 6. num. 6.*

59 XVII. Non operatur vbi fuerit appoſita in cõtractu, ſeu ſententia nulla; nam ea reſoluta, eáque nulla declarata, reſoluitur quoque Motus proprius, vt per *Seraphin. deciſ. 965. num. 12.* quem refert nouiſſimè *Bartol. Gipt. in Conſtitut. S. D. N. Vrbani VIII. ſuper prohibitione inueſtiturarum rerum iurisdictionalium ad Eccleſiaſticas inferiores ſpectantium, p. 2. gloſ. 1. num. 16.*

Nemine diſcrepante.

CLAVSVLA LXXX.

HÆc clauſula indicat liberiorem conſenſum, *Anton. Monach. Bonon. deciſ. 28. num. 46.* Et in omni diſpoſitione, in qua aliquid per plures concorditer fieri debet, intelligitur nemine diſcrepante, maximè in materia contractus, & ſtricti Iuris; ita *Octau. Vulpel. de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. commodè, pag. 17. Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom. 2. litt. D. concl. 253.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Verba clauſulæ*, Non aliàs, &c. *regulantur tanquam geminata, & ſunt multum præciſa, & non recipiunt aliquam modificationem.*

3 *Contrahentium præciſam mentem arguit clauſula*, Non aliàs, &c.

4 *Veritatem præciſam indicat clauſula*, Non aliàs, &c.

5 *Conſenſum ab actu adimit clauſula*, Non aliàs, &c.

6 *Neceſſitatem facit clauſula*, Non aliàs, &c.

7 *Voluntatem omnino abeſſe denotat clauſula*, Non aliàs, &c.

8 *Naturam præciſam habet, ac formam inducit clauſula*, Non aliàs, &c.

9 *Actus contra clauſulam*, Non aliàs, &c. *facti, ipſo Iure ſunt nulli.*

10 *Actus geſtus, ſi ſe compatitur cum forma inducta à clauſula*, Non aliàs, &c. *in tali caſu non operatur illius reſolutionem.*

11 *Conditionem importat clauſula*, Non aliàs, &c. *qua deficiente perinde eſt, ac ſi nihil actum eſſet.*

12 *Venditionis principium reſpicit tantùm clauſula*, Non aliàs, &c. *poſita in venditione facta cum pacto de retrouendendo.*

13 *Penſionis in reſeruatione cum regreſſu, facit clauſula*, Non aliàs, &c. *totam gratiam corruere, ſi regreſſus non tenet.*

14 *Reſolutionis contractus habet vim clauſula*, Non aliàs, &c. *& excludit purgationem moræ.*

15 *Voluntatis eſt limitatiua clauſula*, Non aliàs, &c. *& præſeruatiua ſui iuris in caſu contrario.*

16 *Beneplacitum Apoſtolicum eſt neceſſarium, quando fuit reſeruatum cum clauſula*, Non aliàs, &c. *etiam ſi aliàs de Iure non eſſet neceſſarium. Si verò reſeruatũ ſit ſimpliciter ſine hac clauſula, & non ſit de Iure neceſſarium, tunc poteſt omitti.*

17 *Clauſula*, Non aliàs, &c. *operatur, vt per eam proteſtans defendatur à priuatione iuris ſui, quam aliàs incurreret.*

18 *Emphyteuta vẽdens, ſeu alienans irrequiſito domino, adhibita tamen proteſtatione*, ſaluo conſenſu domini, non aliàs, aliter, nec alio modo, *euitat pœnam caducitatis.*

19 *Limita, niſi res emphyteutica, quæ cum ijs clauſulis alienatur, & traditur, eſſet difficilis recuperationis.*

Non aliàs, aliter, neque alio modo.

CLAVSVLA LXXXI.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Tiraq. de retract. tit. 1. §. 8. gloſ. 6. num. 3. Menoch. conſ. 38. num. 21. & 22. & conſ. 369. num. 25. cum ſeqq. Bertazol. de clauſ. inſtrum. clauſ. 14. gloſ. 6. Flamin. de reſign. lib. 7. q. 1. num. 64. & 65. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 25. num. 53. cum ſeqq. Surd. conſ. 246. num. 20. & conſ. 322. num. 23. Octau. Vulpel. de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Non aliter, pag. 65. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 311. Cald. Pereir. de reſol. emphyt. cap. 6. num. 35. Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. collect. 526. & 868. Cened. poſt lib. pract. & canon. quæſt ſing. 65.* 1

Verba huius clauſulæ regulantur tanquam geminata, vt ex *Tiraq. de retract. tit. 1. gloſ. 9. num. 171.* & aliis notatis, *Surd. deciſ. 124. num. 2.* & ſunt multum præciſa, & non recipiunt aliquam modificationem, vel intellectum, *Alex. conſ. 3. incip. Viſo inſtrumento, num. 4. lib. 1. Iaſ. in l. ſtipulatus ſum. ff. de verb. oblig. Bertazol d. gloſ. 6. num. 1. Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ. 311. num. 3. Natt. conſ. 372. num. 5. Cened. d. ſing. 65. num. 2.* & fuit dictum *in Placentina dotis 6. Iunij 1614. coram Patriarcha Pamphilio*, impreſſa per *Farin. deciſ. 619. num. 2. p. 1. recent.* quicquid dicant 2

Dec. conſ. 281. *col. fin.* & *Rolan. conſ.* 61. *num.* 57. *vol.* 2.

3 Arguit hæc clauſula præciſam contrahentium mentem, ex *Farin. in praxi crim. p.* 4. *deciſ.* 10. *num.* 5. & tanquam reſolutiua operatur perinde, ac ſi nihil fuiſſet actum, *Alex. conſ.* 3. *num.* 4. *lib.* 1. *Clar.* §. *emphyteuſis, q.* 13. *num.* 11. *Caputaq. deciſ.* 82. *num.* 4. *p.* 3. & fuit dictum *in Theatina Iuriſdictionis* 10. *Maij* 1621. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.*

4 Indicat præciſam neceſſitatem, vt cenſuit *Rota apud Cenc. poſt tract. de Cenſib. deciſ.* 117. *num.* 4. *Natt. conſ.* 372. *num.* 5. *vol.* 2.

5 Conſenſum ab actu adimit, quo non ſequuto operatur perinde, ac ſi nihil actum fuiſſet, *gloſ. Bald.* & alij *in l. ſi quidem, de except. Neuiſ. conſ.* 87. *num.* 13. *Grat. conſ.* 128. *num.* 13. *Alex. conſ.* 3. *num.* 4. *verſ. in tantum, vol.* 1. vbi ait, quod hæc clauſula importat, quod ſi non valet, vt agitur, non intelligatur contractus celebratus, neque etiam ex parte, qua valere poſſit, *Beneuent. de aſſecurat. gloſ.* 35. *num.* 2. *fol.* 136. *Caputaq. deciſ.* 82. *num.* 4. *p.* 3. *Intrigliolo Siciliæ deciſ.* 21. *num.* 12. *Cened. d. ſingul.* 65. *num.* 4. & 5. & *Stephan. Gratian. diſcept. foren. cap.* 748. *num.* 12. & 13. & fuit dictum *in Romana de Capuzucchis* 10. *Aprilis* 1603. *coram Illuſtriſſimo Card. Lancellotto,* impreſſa per *Farin. deciſ.* 115. *num.* 6. *p.* 1. *recen.*

6 Neceſſitatem facit, vt dictum fuit *in Bononien. bonor. de Bouys* 20. *Feb.* 1598. *coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Millino,* impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. p.* 1. *pag.* 117. *num.* 4.

7 Denotat omnino abeſſe voluntatem, *Alex. conſ.* 3. *num.* 5. *verſ. & licet, lib.* 1. & fuit dictum *in Auximana Societatis* 3. *Martij* 1595. *coram Iuſto,* impreſſa per *Marcheſ. d. p.* 1. *pag.* 748.

8 Naturam præciſam habet, & formam inducit, *Boër. deciſ.* 243. *num.* 11. *poſt med. Cened. d. ſing.* 65. *n.* 1. *D. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 41. *num.* 35. *Verall. deciſ.* 82. *num.* 4. *Mart. de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 74. *aliàs* 76. *num.* 8. *Cephal. conſ.* 118. *num.* 13. *lib.* 1. *Flam. d. q.* 1. *num.* 64. *Surd. conſ.* 246. *num.* 20. & *conſ.* 322. *num.* 27. & *conſ.* 143. *num.* 43. *Aloyſ. Ric. d. collect.* 868. *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 311. *num.* 4. *Mar. Anton. var. reſol. lib.* 1. *reſol.* 33. *num* 8. *Farin. in praxi crim. p.* 4. *deciſ.* 23. *in addit. litt. B.* & *deciſ.* 564. *num.* 6. *Dec. conſ.* 528. *ante fin. Grat. conſ.* 16. *num.* 48. *lib.* 1. & *Stephan. Gratian. diſcept. foren. cap.* 208. *num.* 22. *Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. & *cap.* 4. *num.* 7. *Rot. apud Zach. poſt tract. de oblig. Cameral. deciſ.* 64. *num.* 6. & *deciſ.* 72. *num.* 5. & fuit dictum *in Illerden. viſitationis* 13. *Nouembris* 1602. *coram Iuſto,* impreſſa per *Farin. deciſ.* 57. *num.* 9. *p.* 1. *recen.* vbi habetur, hanc clauſulam reſpicere expreſſam formam quoad aſſiſtentiam, non quoad alia, de qui-

9 bus nihil dicitur. Vnde actus contra eam factos, ipſo Iure eſſe nullos notant *Rolan. conſ.* 43. *num.* 12. *lib.* 2. & *conſ.* 63. *num.* 29. *cum ſeqq. lib.* 4. & *conſ.* 59. *num.* 11. *lib.* 3. *Menoch. de arbitr. caſ.* 237. *num.* 34. *Oſaſc. Pedam. deciſ.* 163. *num.* 13. *Cephal. conſ.* 80. *num.* 2. *vol.* 1. *Fulu. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 53. *Farin. fragmentor. crimin. p.* 2. *litt. L. num.* 105. Verùm

10 ſi actus geſtus ſe compatitur cum illa forma inducta ab ipſa clauſula, in tali caſu non operatur illius reſolutionem, vt per *Seraph. deciſ.* 1190. *vol.* 2.

11 Conditionem importat, qua deficiente perinde eſt, ac ſi nihil actum fuiſſet, *Iaſ. in l. fin. C. de iure emphyt. num.* 142. & *conſ.* 162. *num.* 5. *lib.* 2. & *conſ.* 86. *num.* 16. *lib.* 3. *Curt. Sen. conſ.* 8. *num.* 6. *Pariſ. conſ.* 12. *num.* 104. *lib.* 2. *Caputaq. deciſ.* 82. *num.* 3. *p.* 3. *Caſſad. deciſ.* 2. *num.* 7. *de Simonia, Natta conſ.* 372. *num.* 4. & 5. *Rol. conſ.* 63. *num.* 24. *vol.* 4. *Verall. deciſ.* 82. *num.* 3. & 4. *p.* 3. *Menoch. de arbitr. caſu.* 137. *num.* 34. *conſ.* 38. *num.* 21. & 22. & *conſ.* 322. *num.* 40. & *conſ.* 369. *num.* 25. *Surd. conſ.* 268. *num.* 9. *Flam. de reſign. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 12. *lib.* 9. *q.* 17. *num.* 28. *Aloyſ. Ric. d. collect.* 868. & *in praxi rerum fori Eccleſiaſt. reſol.* 33. *num.* 1. *in* 2. *impreſſ. Anton. Monach. Flor. deciſ.* 23. *n.* 3. *Ruin. conſ.* 181. *num.* 1. *lib.* 1. & *conſ.* 152. *lib.* 4. *in prin. Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 311. *num.* 2. vbi *num.* 3. cum eod. *Ruino conſ.* 46. *in fin. lib.* 5. ſubdit, quod tacitè, & expreſsè huic conditioni renunciari poteſt, *Cened. d. ſing.* 65. *num.* 1. & 5. *Cald. Pereira de poteſtate eligendi, cap.* 17. *num.* 16. *Mart. d. clauſ.* 76. *num.* 7. *Seraph. deciſ.* 838. *num.* 7. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 803. *num.* 38. & *cap.* 949. *num.* 7. & *cap.* 971. *num.* 2. *Marcheſ. de Commiſſ. p.* 1. *pag.* 583. *num.* 24. *in vltima impreſſ. Rota apud Farin. in praxi crim. p.* 4. *deciſ.* 23. *n.* 4. & *apud Zach. poſt tract. de oblig. Camer. deciſ.* 160. *num.* 6. & *apud Pacificum poſt tract. de Saluian. interd. deciſ.* 244. *num.* 5. & fuit dictum *in Vicentina penſionis* 21. *Maij* 1610. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano,* impreſſa per *Farin. deciſ.* 286. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* & *in Hiſpalen. & Caurien. permutationis* 10. *Martij* 1597. *coram Giptio,* impreſſa per *Marcheſ. d. p.* 1. *pag.* 114. *num.* 2. & *Ianuen. parochialis* 22. *Iunij* 1622. *coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo,* & *in Illerden. Canonicatus* 2. *Decembris* 1624. *coram Buratto;* & tunc ceſſat conſenſus agentis, *Cephal. conſ.* 296. *n.* 11. *vol.* 2. & fuit dictum *in Toletana penſionis* 28. *Ianuarij* 1591. *coram Giptio.*

Poſita in venditione facta cum pacto de retro- 12
uendendo, reſpicit tantùm principium venditionis, vt ſcilicet non cenſeatur res vendita purè, & ſimpliciter, ſed cum illa reſeruatione, *Seraph. deciſ.* 1063. *num.* 12. facit enim gratiam correſpectiuam, & indiuiduam, idem *Seraph. deciſ.* 483. *num.* 9.

In reſeruatione penſionis cum regreſſu, facit to- 13
tam gratiam corruere, ſi regreſſus non teneat, *Put. deciſ.* 6. *de penſ.* & fuit dictum *in Hiſpalen. penſionis* 24. *Maij* 1586. *coram Cardin. Seraphino, inter eius deciſ. impreſſ. deciſ.* 114. *num.* 1. quæ etiam reperitur impreſſa per *Marcheſ. d. p.* 1. *pag.* 116.

Habet vim reſolutionis contractus, & excludit 14
purgationem moræ, vt per *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom.* 3. *cap.* 517. *à princ.* & *cap.* 532. *num.* 21. vbi ait, quod conſenſum excludit, & quod videatur habere vim decreti irritantis, adeò vt omnia reſoluat vſque ab initio, poſt *Socin. Sen. conſ.* 251. *n.* 4. *vol.* 2. reſoluit *D. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 37. *num.* 60. & *q.* 40. *num.* 272.

Eſt limitatiua voluntatis, & præſeruatiua ſui iu- 15
ris in caſu contrario, *Pariſ. conſ.* 10. *num.* 285. *lib.* 4. *Verall. d. deciſ.* 82. *num.* 3. & *deciſ.* 84. *n.* 10. *p.* 3. *Mart. d. clauſ.* 76. *num.* 10. & *Stephan. Gratian. d. tom.* 3. *cap.* 587. *num.* 11. & *cap.* 748. *num.* 12.

Beneplacitum Apoſtolicum eſt neceſſarium, 16
quando fuit reſeruatum cum hac clauſula, etiamſi aliàs de Iure non eſſet neceſſarium, vt fuit dictum *in Piſana bonorum* 28. *Octobris* 1585. *coram Brauo,* & *in Aretina Capellaniæ* 16. *Ianuarij* 1616. *coram Buratto,* & *in Ferrarien. decimarum* 23. *Iunij* 1617. *coram D. Patriarcha Phamphilio, & coram Gregorio deciſ.* 192. *num.* 1. quicquid dicat *Gabr. conſ.* 92. *num.* 4. & *ſeq. lib.* 1. Si verò beneplacitum reſeruatum ſit ſimpliciter ſine hac clauſula, & non ſit de Iure neceſſarium, tunc poteſt omitti, *Gabr. d. conſ.* 92. *num.* 7. *Rota deciſ.* 519. *num.* 3. *p.* 1. *diuerſ. Seraph. deciſ.* 1027. *n.* 6.

Operatur, vt per eam proteſtans defendatur à 17
priuatione iuris ſui, quam aliàs incurreret, vt per *Monet, de optione canonica, cap.* 5. *q.* 5. *num.* 65.

Vnde

18 Vndè emphyteutam vendentem, ſeu alienantem irrequiſito domino, adhibita tamen proteſtatione, *ſaluo conſenſu domini, non aliàs, aliter, nec alio modo*, euitare pœnam caducitatis reſoluunt *Hippolyt. verb. feudatarius, pag.* 483. *Clar.* §. *emphyteuſis, q.* 13. *num.* 5. *Corbul. de iure emphyteutico, tit. de cauſ. quibus emphyteuta iure ſuo priuatur, cap. de cauſ. priuat. ob alienationem, ampliat.* 13. *& limit.* 36. *&* 37. *Burſat. conſ.* 181. *num.* 12. *cum ſeqq. Gram. deciſ.* 49. *num.* 3. *&* 4. *Fuſch. litt. A. ſingul.* 50. *Rolan. conſ.* 7. *num.* 7. *cum ſeqq. vol.* 3. *& conſ.* 63. *num.* 24. *vol.* 4. *Gama Luſitaniæ deciſ.* 147. *num.* 4. *Vincen. de Franch. Neapol. deciſ.* 263. *Bertazol. d. gloſ.* 6. *num.* 2. *Cened. ad Decretales collect.* 144. *num.* 27. *Freccia de ſubfeudis, lib.* 2. §. 1. *auctoritas, num.* 23. *Menoch. conſ.* 28 *num.* 10. *& num.* 39. *cum ſeq. & conſ.* 38. *num.* 21. *&* 22. *& conſ.* 369. *num.* 25. *Mich. Graſſ. tom.* 1. *com. opin. lib.* 4. *tit.* 44. *num.* 279. vbi *Vezin. num.* 284. *pag. mihi* 686. *Bellacomb. tom.* 2. *tract. de feud. tit.* 8. *quibus ex cauſis feudum amittatur, pag.* 636. *Flam. de reſign. lib.* 7. *q.* 1. *num.* 67. *Redoan. de reb. Eccleſ. non alienan. q.* 33. *à num.* 18. *vſque ad* 24. *& q.* 39. *cap.* 9. *à num.* 42. *Theſaur. deciſ.* 269. *Mart. d. clauſ.* 76. *num.* 1. *& in votis nouiſſ. deciſ. voto* 169. *Card. Tuſch. tom.* 3. *litt. E. concluſ.* 207. *num.* 76. *&* 80. *Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 22. *tit.* 28. *num.* 18. *cum ſeqq. Galganet. in tract. de condition. & demonſtr. p.* 1. *cap.* 52. *num.* 2. *Aloyſ. Ric. in collect. deciſ. p.* 3. *collect.* 526. *Molin. de Iuſt. tract.* 2. *diſput.* 459. *num.* 10. *Rebell. de oblig. Iuſtitiæ, p.* 2. *lib.* 13. *q.* 4. *num.* 10. *Cardoſ. in praxi ludicum, verbo clauſa* 15. *& verbo emphyteuſis* 6. *poſt princ. Cald. Pereira de reſol. emphyt. cap.* 5. *num.* 84. *& cap.* 6. *à num.* 26. *Amic. de iure emphyt. q.* 1. *num.* 13. *cum ſeqq.*

19 Limita tamen ſuprà proximam reſolutionem procedere, niſi res emphyteutica, quæ cum his clauſulis alienatur, & traditur, eſſet difficilis recuperationis, putà ſi eſſet Caſtrum, vel locus munitiſſimus, vel ſi eſſet facta traditio in perſonam potentem, tunc emphyteuta caderet à iure ſuo, non obſtante hac clauſula, cùm conditio domini ſit facta deterior, & re ipſa adſit dolus, vt per *Ripam in cap. cum M. num.* 80. *de conſtit. Clar. d. q.* 13. *num.* 5. *in fin. Rolan. conſ.* 5. *num.* 36. *lib.* 2. *Mantic. d. tit.* 207. *num.* 79. *&* 80. *Mart. d. clauſ.* 76. *num.* 2. *&* 3. *Amic. d. q.* 1. *num.* 20.

S V M M A R I V M.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Inferior à Principe clauſula*, Non obſtantibus, &c. *vti non poteſt.*

3 *Teſtator in ſuo teſtamento non poteſt apponere clauſulam*, Non obſtantibus, &c.

4 *Clauſula*, Non obſtantibus, &c. *tollit omnia, quæ diſpoſitioni, in qua eſt appoſita, obſtare poſſunt.*

5 *Derogans non præſumitur cogitaſſe de ſpeciali prouiſione.*

6 *Clauſula*, Non obſtantibus, &c. *habet locum in ijs, quorum veriſimiliter Papa notitiam habuit.*

7 *Obſtacula perſonalia non tollit clauſula*, Non obſtantibus, &c.

8 *Subreptionis vitium non tollit clauſula*, Non obſtantibus, &c.

9 *Defectus plures vbi concurrunt, non operatur clauſula*, Non obſtantibus, &c.

10 *Nulla ſi exiſteret diſpoſitio, ſuper qua clauſula*, Non obſtantibus, &c. *appoſita eſt, illa nihil operatur.*

11 *Clauſula generalis non obſtantiarum ſi eſt poſita in vltima parte reſcripti, non refertur ad præcedentia, quæ ſunt contraria Iuri communi.*

12 *Iura contraria non tollit clauſula*, Non obſtantibus, &c. *poſita in reſcripto, ſeu Bulla aliqua.*

13 *Clauſula generalis*, Non obſtantibus, &c. *non ſufficit, vbi lex Canonica, vel Ciuilis habet clauſulam derogatoriam ad futura reſcripta, niſi faciat mentionem de illa lege ſpecialiter, vel ſaltem per verba æquipollentia.*

14 *Conciliari Concilij Trid. diſpoſitioni derogat clauſula*, Non obſtantibus, &c.

15 *Legi, ſeu conſtitutioni habenti clauſulam derogatoriam ad futuras, cenſetur derogatum per clauſulam*, Non obſtantibus, &c. *ſi addita ſint verba illa*, etiamſi de ipſa, &c.

16 *Statuto particulari non facit clauſula*, Non obſtantibus, &c. *vt cenſeatur derogatum.*

17 *Princeps non præſumitur voluiſſe priuilegio ſuo clauſula*, Non obſtantibus, &c. *munito, tollere ſtatuta Ciuitatis.*

18 *Regulis Cancellariæ an cenſeatur derogatum per clauſulam*, Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis.

19 *Diſpoſitionem iuramento firmatam non tollit clauſula*, Non obſtantibus, &c.

20 *Immunitatis in conceſſione facta à Principe requiritur clauſula*, Non obſtantibus, &c.

21 *Veriſimile non eſt quod velit Princeps tollere legem diu excogitatam.*

Non obſtantibus, &c.

CLAVSVLA LXXXII.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide Doctores per *text. ibi in cap. cum aliquibus, de reſcript. lib.* 6. *& in cap. vlt. de ſentent. excom. eod. lib. Rebuff. in praxi, tit. de forma nouæ prouiſ. verb. non obſtantibus, Staphil. de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clauſul.* §. *de clauſ. non obſtantiarum, Cott. in memorab. verbo clauſ. non obſtante, pag.* 111. *Flamin. de reſignat. benefic. tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 11. *num.* 42. *Menoch. conſ.* 1. *num.* 434. *Azeued. l.* 1. *num.* 37. *cum ſeqq. tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ Recopil. Mareſcot. var. reſolut. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 8. *& cap.* 29. *num.* 72. *& cap.* 35. *num.* 4. *Mart. de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 79. *Rendin. in promptuario recept. ſent. tom.* 1. *tit.* 16. *num.* 12. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 9. §. 1. *num.* 57. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 421. *num.* 15. *& cap.* 458. *num.* 6. *& cap.* 742. *num.* 22. *Cardin. Tuſch. practic. concluſ. tom.* 1. *litt. C. concl.* 349. *cum ſeq. Eraſm. à Cochier* 1

de Iurisd. Ordinarij in exemptos, part. 3. quæst. 9. Ioan. à Cochier ad preces primarias Imper. sect. 5. §. 1. litt. Q. Glorit. resp. 1. p. 2. à num. 28. Monet. de commut. vlt. voluntat. cap. 7. n. 160. cum seqq.

2 Inferior à Principe hac clausula vti non potest, vt docent *Alex. cons. 101. num. 5. vol. 1. Natt. cons. 185. num. 9. & cons. 304. n. 2. Cæs. Barz. decis. 117. num. 33. Marius Anton. var. resol. lib. 1. resol. 38. num. 11. Glorit.*

3 *d. resp. 1. p. 2. n. 40.* ac proinde testator illam in suo testamento apponere non valet, ita scribentes *in l. nemo potest. ff. de leg. 1.* vbi *Ang. num. 1. Alex. num. 2. Rip. num. 8.* & alij plures, quos refert, & sequitur *Rendin. in prompt. receptar. sententiar. tom. 1. tit. 16. num. 8.*

4 Hæc clausula tollit omnia, quæ dispositioni, in qua est apposita, obstare possunt, *Iaf. cons. 110. col. 4. in fin. vers. 3. lib. 4. Bero. cons. 147. num. 28. vers. & licet, lib. 3. Rol. cons. 67. num. 62. lib. 3. Mart. de clauf. p. 1. clauf. 79. num. 1. secundum Rom. impress.* & fuit dictum *in Hispalen. præeminentiarum 17. Iulij 1613. coram D. Patriarcha Pamphilio*, impressa per *Farin. decis. 506. n. 5. part. 1. recen. Cenc. de Censib. part. 3. cap. 1. quæst. 3. art. 8. n. 14. & Mar. Anton. d. lib. 1. resol. 46. num. 7. & 11.* Vnde solemnitatibus requisitis à Iure, vel à statuto, satis censeri derogatum per hanc clausulam, tenent *Iaf. cons. 100. col. 4. in fin. vers. tertiò moueor, lib. 4. Bero. cons. 147. num. 28. vers. & licet, lib. 3.* quos refert *Rot. in Sabinen. Castri Montis Rotundi 8. Febr. 1627. coram*

5 *D. meo Coccino Decano.* Non tamen tollit ista quando est aliter specialiter prouisum, quia non præsumitur cogitasse derogans de speciali prouisione, *Cald. cons. 116. alias 1. de priuil. num. 2. vers. ad tertium, Card. Tusch. litt. C. concl. 348. num. 6.* vbi *num. 7.* post *Gemin. cons. 115. n. 8. vers. & pro hac fa it*, docet, hanc clausulam, *Non obstantibus, &c.* in genere factam in secunda dispositione, non solùm operari conualidationem secundæ dispositionis, sed etiam non annullare primam dispositionem contrariam, nisi adsint verba annullatiua.

6 Locum habet in iis, quorum verisimiliter Papa notitiam habuit, & in quibus non requiritur specialis derogatio, *Natt. cons. 209. n. 6.* & fuit dictum *in Tarusina plebis 28. Iunij 1593. coram Illustrissimo D. Cardinali Mellino.*

7 Obstacula personalia non tollit, *Calder. cons. 24. alias 1. de rescript. & cons. 116. in fin. vers. prædictis non obstantibus, alias 1. de priuileg.* vbi quod non auget, nec confert pluspuàm gratia conferat, *Anchar. cons. 364. num. 2. & 3. Mart. d. clauf. 79. num. 12. Cardin. Tusch. litt. C. concluf. 349. num. 3.* vbi *num. 13.* limitat, quando vltra derogationem in genere adesset clausula *Motus proprij*, quia tunc habilitat personam impetrantis.

8 Subreptionis vitium non tollit, *Corn. consil. 245. num. 14. lib. 6. Alex. Trentacin. var. resol. lib. 1. tit. de rescript. resol. 5. num. 38. Cardin. Tusch. d. litt. C. concluf. 349. à num. 18. Mart. d. clauf. 79. num. 10. Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 32.* vbi etiam ait, quod non inducit dispensationem, limitat *Cardin. Tusch. litt. C. concl. 349. à n. 18.*

9 Non operatur, vbi plures defectus concurrunt, quia tunc requiritur specialis expressio, *Alex. cons. 195.* incip. *Assumo, num. 10. vers. ad idem optimè, lib. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 827. num. 20. Card. Tusch. litt. C. concl. 348. num. 13.* vbi *concl. 349. num. 11.* quod non tollit defectum, seu nullitatem prouenientem in forma seruanda post actum.

10 Nihil operatur si dispositio, super qua hæc clausula apposita est, nulla existeret, *Paris. cons. 79. n. 25. Ang. cons. 30. num. 32. vers. nec etiam obstat, Dec. cons. 141.* incip. *Pro tenui, in fin.* quos refert *Tusch. litt. C. concl. 349. num. 9. Mart. d. clauf. 79. num. 26.* vbi *n. 25.* post *Corn. cons. 110. num. 16. vol. 2. Crau. cons. 70. n. 3. & cons. 296. col. 3. vers. 4. nisi*, resoluit quod si hæc 11
clausula generalis non obstantiarum est posita in vltima parte rescripti, siue Bullæ, non refertur ad præcedentia, quæ sint contraria Iuri communi.

Clausula hæc generalis posita in rescripto, seu 12
Bulla aliqua, regulariter non tollit contraria Iura, sed requiritur in ea adesse saltem clausulam illam, *Non obstante quacumque lege in contrarium faciente*, vt per *Ioan. And. Anchar. & Gemin. in cap. vnic. de excessibus Prælat. lib. 6.* & alios, quos refert, & sequitur *Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 161. & seq.* vbi *num. 163.* ampliat clausulam nostram generalem non derogare priuilegiis insertis in corpore Iuris, de quo infrà suo loco dicemus, addítque per illam pariter non intelligi derogatum priuilegiis continentibus liberalitatem Principis, & *num. 164.* ampliat quoque etiam, vbi rescripto Papæ sola lex Ciuilis contraria esset, & *num. 165.* ampliat denique non sufficere dicere, *Non obstante quacumque lege*, sed addenda esse illa verba, *quæ in contrarium loqueretur*, vel illa, *in contrarium faciente*; & idem *Monet. d. loco à num. 166.* multipliciter limitat supradictam regulam, & præcipuè quando adesset clausula *Motus proprij*, vel, *Ex certa scientia*, aut, *De plenitudine potestatis*, seu quando rescriptum esset geminatum per secundam iussionem, seu quando emanaret in fauorem Reipublicæ, seu ad publicam vtilitatem, siue quando aliquid conceditur contra Ius non in 13
tum derogando, sed in aliquo detrahendo, vel differendo.

Nec sufficit hæc clausula generalis, *Non obstante quacumque lege*, aut, *Non obstantibus quibuscumque constitutionibus, vel ordinationibus Apostolicis in contrarium facientibus*, vbi lex Canonica, vel Ciuilis habet clausulam derogatoriam ad futura rescripta, nisi faciat mentionem de illa lege specialiter, vel saltem per verba æquipollentia, ita *Ioan. And. & Gemin. in d. cap. vnico, Castro cons. 53. in princ. Anchar. cons. 205. col. 3. Mart. d. clauf. 79. n. 11. Monet. d. cap. 7. n. 176.* Vnde prouenit, quod cùm Concilium generale contineat tacitam derogationem ad futura contraria rescripta, ideo de dispositione contraria Concilij generalis facienda est mentio, ac derogatio specialis, seu veriùs indiuidua, vel per æquipollens, ita vt non sufficiat hæc nostra clausula generalis, *Cotta in memorab. verbo clausula, Non obstante, Rebuff. in auth. habita, verbo examinatione, pag. mihi 580. cum seq. C. ne filius pro patre, & in praxi beneficiali, tit. de dispens. super defectu natalium, num. 24. Henriq. in summa, lib. 13. cap. 57. §. 1. Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verbo absolutio, vers. dico 5. Aloys. Ricci. in collect. decis. part. 4. collect. 1367. prope fin. Flores var. lib. 1. quæst. 10. num. 50. Verall. decis. 268. num. 3. part. 1. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 88. num. 6. Bonacin. de censur. disput. 1. q. 3. punct. 2. num. 4. in fin. Campanil. in diuers. Iuris Canonici, rubr. 12. cap. 13. num. 154. vers. in causa, & rubr. 11. cap. vlt. num. 27. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 8. art. 10. & tom. 3. quæst. 36. art. 2. & quæst. 39. art. 4. Marescot. lib. 2. var. resol. cap. 38. num. 41. Sanchez de Matrimon. lib. 3. disput. 26. num. 7. Soar. de legibus, lib. 8. cap. 19. num. 5. Sigism. à Bononia de elect. dub. 4. num. 3. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 14. quæst. 6. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. n. 35. cum seqq. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 5. n. 2. Nicol. Garc. de benef. part. 4. c. 5. num. 30. Monet. d. cap. 7. num. 178. Ricciul. de iure personar. lib. 5. cap. 14. num. 16. & lib. 8. cap. 4. num. 6.* & dixi *de officio, & potestate Episcopi, p. 2.*

alleg.

alleg. 33. num. 14. & tentum fuit *in Valentina decimarum 8. Februarij 1588. coram Orano, & in Conchen. exemptionis decimarum 13. Martij 1589. coram eodem, & in eadem 9. Decembris 1602. coram Penia, & decis. 279. num. 6. inter impreſſas Reuerendiſſimi Domini mei Decani.*

14 Pro derogatione tamen decretorum ſacri Concilij Tridentini, ſufficit hæc noſtra clauſula generalis, vt clarè diſponit idem Concilium *ſeſſ. 25. de reform. cap. 21.* dum omnia, & ſingula ſub quibuſcumque clauſulis, & verbis, quæ de morum reformatione, atque Eccleſiaſtica diſciplina tam ſub fel. rec. Paulo III. & Iulio III. quàm ſub Beatiſſimo Pio IV. Pontificib. maximis in eo Concilio ſtatuta ſunt, declarat ita decreta fuiſſe, vt in iis ſalua ſemper authoritas Sedis Apoſtolicæ, & ſit, & eſſe intelligatur; ideo ita docent *Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 6. n. 120. Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 19. ad finem, & lib. 2. cap. 38. num 41. Bonacin. de cenſur. diſput. 2. quæſt. 5. punct. 2. num. 2. verſ. ratio deſumitur, Mart. de clauſ. part. 4. clauſ. 14. num. 3. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. tom. 5. cap. 940. & 963. Filliuc. tract. 16. num. 320. Ricciul. de iure perſonar. lib. 5. cap. 14. num. 16. & lib. 8. cap. 4. num. 6.* vbi refert deciſiones Rotæ, *Monet. d. cap. 7. num. 177. & cap. 11. num. 250. Nicol. Garc. de benefic. part. 5. c. 8. num. 87.* vbi aſſerit ſic reſpondiſſe Sacram Congregationem, *Sigiſmund. à Bononia de election. dub. 5. num. 3. Ioan. Anton. Maſſobr. in praxi habendi concurſum, requiſ. 17. dub. 4. num. 8.* nouiſſimè *Fr. Barthol. de Veghis in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitijs, diſput. 9. dub. 13. in fin. Rot. apud Farin. deciſ. 179. num. 6. & deciſ. 687. num. 24. p. 2. recent. & in Ferentina penſionis 23. Ianuarij 1602. coram Ortembergo,* impreſſa per *Marcheſ. p. 1. pag. 535. in vltim. impreſſ.*

15 Quamuis, vt ſuprà dictum extat, per noſtram clauſulam generalem, ſeu aliam ſimilem, non videatur derogatum legi, ſeu conſtitutioni habenti clauſulam derogatoriam ad futuras, tamen ſufficeret ſi addita fuiſſent verba illa, *etiam ſi de ipſa, ſeu ipſis oporteret facere ſpecialem mentionem,* licèt non ſit nominata in indiuiduo; ita *Felin. in cap. nonnulli, in princ. num. 6. de reſcript. Monet. d. cap. 7. n. 185.* & nos latiùs dicemus clauſula ſequenti.

16 Hæc clauſula non facit, vt cenſeatur derogatum ſtatuto particulari, ita *Rota deciſ. 1. ſub num. 2. de præben. in nou. Felin. in d. c. nonnulli, num. 23. Mart. d. clauſ.*

17 *79. num. 4.* non enim præſumitur Princeps voluiſſe priuilegio ſuo hac clauſula munito tollere ſtatuta Ciuitatis, ex reſolutis per *Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 39. n. 4.*

18 An autem per illam clauſulam, *Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis,* cenſeatur derogatum regulis Cancellariæ? vide *Ioan. à Cochier in proœmium regular. Cancellariæ, num. 31. Mart. d. clauſ. 79. num. 14. Selu. de benefic. p. 4. quæſt. 46. col. 4. Sarnen. in proœmium regular. Cancellariæ, quæſt. 5. & quæſt. vlt. Flamin. de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 7. n. 176.* vbi negatiuè reſoluit.

19 Hæc clauſula, *Non obſtantibus,* non tollit diſpoſitionem iuramento firmatam, *Roman. conſ. 393. n. 12. verſ. ſecundò reſpondetur, Cardin. Tuſch. litt. C. concl. 348. num. 12.* vbi *num. 14.* ait, nec tollere diſpoſitiones aliter confirmatas, neque ea, in quibus partes per ſtipulationem ſpecialiter prouiderunt, & *n. 15.* poſt *Crauet. conſ. 296. num. 3. verſ. non obſtat,* etiam tradit non tollere vitium ſubreptionis, ſed reſtringere ſe ad expreſſa, & *num. 11.* poſt *Roman. d. conſ. 393. num. 11. & ſeq. verſ. nec huic refragatur,* tenet hanc clauſulam quantumcunque prægnantiſſimam non tollere ea, quæ diſponens in ſpecie tollere non poſſet.

Requiritur hæc clauſula in conceſſione immuni- 20
tatis facta à Principe, vt voluerunt *Bart. Bald. Angel. & Alex. in l. vacuatis. C. de decurion. lib. 10. Alex. conſ. 30. num. 9. cum ſeq. vol. 5. Iaſ. conſ. 83. col. fin. vol. 3. Purpurat. conſ. 156. num. 5. Franc. Marc. deciſ. 120. n. 1. p. 1. Tapia in rub. ff. de conſtit. Princip. cap. 4. num. 107. Feſtaſ. de collect. in 4. part. cap. 5. num. 37. Surd. conſ. 419. num. 17. Glorit. reſp. 1. p. 2. à n. 38.* vbi multis probare conatur, hoc limitari in conceſſione im- 21
munitatis facta ob benemerita. Ratio eſt, quia veriſimile non eſt, quod velit Princeps tollere legem diu excogitatam, ad *text. in l. ſi quando, in fine prin. C. de inoff. teſtam. Vital. in tract. clauſul. verb. in clauſula generali, Eraſm. à Cochier de Iuriſd. Ordin. in exemptos, p. 3. q. 9. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegijs derogatum cenſetur, quæ in Iuris corpore clauſa nõ ſunt, per clauſulam,* Non obſtantibus priuilegiis, &c. *niſi additum ſit,* etiam clauſis, &c.

2 *Reſcripta, mandata, ſeu priuilegia Principis contra Iura non valent abſque clauſula,* Non obſtantibus priuilegiis, &c.

3 *Reſcriptum in dubio contra Ius à Principe emanatum præſumitur ſubreptitium, & per importunitatem conceſſum.*

4 *Mandatum Principis valet, licèt ſit contra Iura, quando conſtat de eius voluntate.*

5 *Priuilegia clauſa in corpore Iuris, non ſunt priuilegia, ſed Ius commune.*

6 *Faciliùs tolluntur ea, quæ Iure ſpeciali, quàm quæ Iure communi valent.*

7 *Priuilegium primum continens clauſulam derogatoriam, non cenſetur derogatum per clauſulam,* Non obſtantibus priuilegiis, &c. *niſi addantur verba,* etiamſi talia forent, &c.

8 *Priuilegia Principis, quæ tranſierunt in vim contractus, non tollit clauſula,* Non obſtantibus priuilegiis, &c.

9 *Priuilegia, quæ oneroſo titulo comparata ſunt, non tolluntur per clauſulam,* Non obſtantibus priuilegiis, &c.

10 *Merita debent æquipollere conceſſioni.*

11 *Pretium, quod datur pro re conceſſa, debet æquipollere ipſi rei.*

12 *Compoſitiones gratioſæ remanent, ſi illud, quod pro illis ſoluitur, non æquiualet ei, quod conceditur.*

13 *Iuſpatronatus ſi ſit ex cauſa oneroſa, ſpectari debet quod expenſum fuerit, an ſcilicet æquiualeat conceſſioni.*

14 *Iuſpatronatus non deſinit eſſe ex priuilegio, quando augmentum non eſt commenſuratum ad illius conceſſionem.*

15 *Priuilegia futura non comprehendit clauſula,* Non obſtantibus, &c.

16 *Derogationem beneficij Iuriſpatronatus fundati*

dati à patrono laico non operatur clausula, Non obstantibus priuilegiis, &c. *apposita in eius prouisione.*

17 *Dispensationem non inducit clausula*, Non obstantibus priuilegiis, &c. *licèt tollat subreptionem.*

18 *Priuilegio ad pias causas non derogat clausula*, Non obstantibus priuilegiis, &c.

19 *Priuilegia, siue indulta concessa commiserationis causa, non tollit clausula*, Non obstantibus priuilegiis, &c. *nisi de illis expressa fiat mentio.*

20 *Priuilegijs concessis gratia publicæ vtilitatis non derogat clausula*, Non obstantibus priuilegiis, &c.

21 *Tertij in præiudicium, si de magno agatur, non operatur clausula*, Non obstantibus priuilegiis, &c.

22 *Priuilegio viduis, & pupillis concesso non videtur derogatum per clausulam*, Non obstantibus priuilegiis, &c.

23 *Oracula viuæ vocis non censentur sublata per clausulam*, Non obstantibus priuilegiis, &c.

24 *Pontificis de mente quando constat derogare volentis priori priuilegio, sufficit vt priuilegium illud censeatur reuocatum, quibuscumque verbis Pontifex vtatur.*

25 *Priuilegium à pluribus Pontificibus, seu Principibus confirmatum difficiliùs censetur tolli.*

26 *Geminatio manifestè monstrat Principis voluntatem.*

27 *Actus geminati censentur gesti cum maiori animi deliberatione.*

28 *Geminatio loco specialis nominationis habetur.*

29 *Priuilegium secundum speciale non faciens mentionem de primo generali, illi non derogat.*

30 *Priuilegium secundum speciale potest primum generale in illa speciali parte minuere, nulla facta illius mentione.*

Non obstantibus priuilegiis, &c.

Clavsvla LXXXIII.

1 PEr hanc clausulam iis censetur priuilegiis derogatum, quæ in Iuris corpore clausa non sunt, non verò aliis, quæ in eo clausa reperiuntur, nisi additum sit, *etiam clausis, &c.* notauit *glos. 1. per text. ibi in l. 3. C. de silentiar. lib. 12.* quam recipiunt Doctores omnes post *glos. ibi verb. excusatur, & in l. hæres absens. ff. de Iudic.* vt post *Felin. in cap. 1. num. 12. de rescrip.* testantur *Burg. de Pace l. 3. Tauri, num. 137.* & plenè relati à *Cened. 3. par. collect. 14. num. 4.* quibus adde *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 36. à num. 34. Marches. de Commiss. par. 1. cap. 8. num. 67. & par. 2. cap. 2. num. 12. Menoch. de præsumpt. lib. 6 præsump. 40. num. 25. Surd. decis. 164. num. 1. & cons. 461. num. 7. Baptist. Cost. de facti scientia, & ignorantia, inspect. 5. à num. 5. Fr. Emman. tom. 1. quæst. Regular. q. 9. art. 3. vers. secundò dico, Flor. de Mena var. libro 2. q. 21. num. 25. Soar. de legib. lib. 8. cap. 14. num. 8. D. Barbos. in l. quia tale, num. 16. ff. solut. matr. & in l. 1. p. 1. à num. 9. eodem tit. & in l. 2. §. legatis, num. 117. ff. de Iudic. Ceual. comm. contra communes, q. 611. Mart. de clausul. par. 1. clausul. 79. num. 2. Cabed. Lusitan. decis. 94. num. 1. cum seqq. par. 2. Cardos. in praxi Iudic. & Aduocat. verb. clausul. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæst. 28. num. 5. & 6. Erasm. à Cochier de Iurisd. Ordinar. in exemptos, p. 3. quæst. 9. num. 1. & 2. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 884.*

Ratio est, quia rescripta, mandata, seu priuilegia Principis contra Iura, non valent absque prædicta clausula, potiùs ob defectum voluntatis, quàm potestatis, *Salicet. in l. fin. in fine sua distinctionis, sub num. 4. C. si contra Ius, vel vtilit. publ. Menoch. cons. 158. num. 22. & cons. 411. num. 19.* non enim verisimile est, quod velit Princeps tollere legem diu excogitatam, ad *text. in l. si quando, in fine princip. C. de inoffic. test. Vital. in tract. clausular. verbo clausula generalis, Felin. in cap. 1. n. 12. de rescript. Erasm. à Cochier d. q. 9. num. 2.* Cuius voluntas talis præsumitur, qualem de Iure esse oportet, *glos. in l. relegati. ff. de pœnis, glos. in cap. paratus 23. q. 1. DD. in l. digna vox, per text. ibi. C. de legib. Felin. in cap. 1. num. 26. de constitut. Iaf. cons. 236. col. 2. vol. 2.* 2

Hinc est quod in dubio rescriptum contra Ius à Principe emanatum præsumitur subreptitium, & per importunitatem concessum, *glos. verb. consona, in cap. pastoralis, de fide instr. & verb. noscatur, in cap. 1. de const. lib. 6.* 3

Verùm quando constat de Principis voluntate, mandatum eius valet, licèt sit contra Iura, vt inquit *Salicet. in d. l. fin. in 1. capite distinctionis, per text. in l. 1. ff. de constit. Principum, Tapia in rubr. eiusdem tit. cap. 4. n. 107.* 4

Suprapositæ autem differentiæ rationem eam esse asserit *Menoch. d. lib. 6. de præsumpt. præsum. 40. n. 25.* quia priuilegia clausula in corpore Iuris, non sunt priuilegia, sed Ius commune, & consequenter non verificantur in illis verba clausulæ derogatoriæ priuilegiorum; consonant, quæ resoluit *Greg. Lopez l. 2. glos. 1. tit. 18. par. 3.* contra quos tamen obstat, quia priuilegia clausa in corpore Iuris, non desinunt esse verè, & proprie priuilegia, imò in illis reperiuntur omnia de ratione intrinseca priuilegiis necessaria, quod scilicet sint Ius singulare contra commune indulta. 5

Meliùs ergo assignatur ratio ex regula, quam Doctores deducere solent ex *tex. in l. eius militis. §. si militia. ff. de militari testamento*, quod faciliùs tollūtur ea, quæ Iure speciali, quàm quæ Iure communi valent; exornant latè *Mant. singulari 49. Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 11. num. 4. Pinel. in l. 2. de rescind. vend. par. 3. cap. 1. num. 15.* & alij, de quibus *Alphan. collect. 596.* quibus adde plenè *Gabr. lib. 6. communium, tit. de regul. Iur. concluf. 9.* 6

Licèt ergo priuilegia omnia specialem contineant concessionem, quia tamen, quæ in corpore Iuris clauduntur, hoc amplius habent, vt in ipso Iure communi commixta, & inserta sint, & ab eo approbata, non immeritò etiam ad eorum derogationem specialis mentio requiritur; & facit generalis regula, quod ea, quæ speciali nota digna sunt, non veniunt in generali dispositione, *l. item apud. §. ait prætor, vers. ea enim. ff. de iniurijs*, cum aliis, de quibus *Mant. Paralipom. cap. 36.*

Si verò priuilegium primum contineat clausulam derogatoriam, non facientem propriam, & specialem mentionem, v. g. si ita concessum sit quod ei derogari non possit, nisi de illo fiat mentio de verbo ad verbum, censebitur illi derogatum 7

per

per hanc clauſulam, *Non obſtantibus priuilegijs*, cum illis verbis, *etiamſi talia forent, de quibus mentionem fieri oporteret de verbo ad verbum*; ita *Federic. de Senis conſ.* 43. *num.* 3. optimè *Cranet. conſ.* 126. *num.* 2. *Gabr. d. tit. de clauſul. clauſ.* 5. *n.* 12. *Menoch. d. lib.* 6. *præſumpt.* 41. *num.* 22. *Card. Tuſch. litt. P. concluſ.* 751. *Ceual. communium contra comm. q.* 611. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 26. *num.* 23. *Eraſm. à Cochier d. q.* 9. *n.* 6. *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.* 8. *num.* 539. *Collect. priuileg. Mendicant. in compendio, verbo priuilegia Fratrum.* §. 33. vbi mouet quæſtionem, quia in nonnullis priuilegiis Regularibus conceſſis adeſt clauſula, quod non intelligantur reuocata, niſi de eis de verbo ad verbum mentio fiat, vt v. g. conceſſum eſt aliquibus Religionibus, vt non teneantur ad procurationem Legatorum, etiamſi in literis eorundē dicatur quod tam exempti, quàm non exēpti ad hoc onus teneantur, niſi de huiuſmodi indulto de verbo ad verbum mentio fiat; demum ſummus Pont. conceſſit Legato, vt poſſit exigere procurationem à quibuſcumque perſonis etiam exemptis, quamuis talia obtinerent priuilegia, quod de eis de verbo ad verbum mentio facienda eſſet, quæ voluit in literis Legati haberi pro expreſſis. Vnde mouetur dubium, vtrū per literas Legati cuicunque priuilegio derogatum ſit, vt probat idem *Collect.* ex ſententia *Felin. in cap. nonnulli, de reſcript.* idem cenſuit *Panorm. in d. cap. cū inſtantia*, qui eandem quæſtionem fusè tractat, & reſoluit pro parte affirmatiua, idem tenent *Fr. Emman. quæſt. Regular. tom.* 1. *q.* 9. *art.* 6. *& tom.* 2. *q.* 77. *art.* 8. *Fr. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 45. *art.* 6. *concl. vnica.* Ratio eſt, quia ſummus Pont. hoc loquendi modo ſatis indicat, velle priuilegium reuocare, quod vim habet ab ipſius ſummi Pontificis voluntate. Vnde ſecus dicendum eſt de reuocatione facta ſolummodo per clauſulam generalem reuocatoriam; etenim non extenditur, quia Papa per clauſulam generalem non ſufficienter indicat, velle huiuſmodi priuilegia reuocare, vt per *Azor. inſtit. moralium p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *q.* 12. *Bonacin. de legib. diſp.* 1. *q.* 3. *puncto* 8. §. 3. *num.* 11. *verſ. addo priuilegium.*

8 Hæc clauſula non tollit priuilegia Principis, quæ tranſierunt in vim contractus, vt per *Vital. de Camb. in tract. clauſ. pag.* 11. *col.* 2. *num.* 1. *Guttier. in repetit. l. nemo poteſt, num.* 185. *cum ſeqq. ff. de legat.* 1. vel quæ
9 oneroſo alio titulo comparata ſunt, ex citatis per *Menoch. conſ.* 461. *num.* 12. & per *Sanchez de Matr. lib.* 8. *diſp.* 33. *num.* 3. & per me *in collect. ad cap.* 1. *nu.* 9. *de probat.* Intellige, quando illud priuilegium ſic pretio mediante in contractum tranſactum, vel oneroſum titulum habentem æquipollet rei conceſſæ, & ſic habet, ſecundum *Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde liberi*, cum ea perpetuam commenſurationem:
10 nam ſicut merita debent æquipollere conceſſioni, *Natt. conſ.* 188. *num.* 2. *& conſ.* 511. *num.* 8. *& conſ.* 680. *num.* 37. *Rimin. Iun. conſ.* 289. *num.* 20. *vol.* 3. ſic pari-
11 ter debet æquipollere pretium, quod datur pro re conceſſa, *Peregr. de iure fiſci, lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 29. *Rolan. conſ.* 14. *num.* 12. *vol.* 3. *Menoch. conſ.* 981. *num.* 1. *Oſaſc. deciſ.* 189. *num.* 10. ſentientes quod quando conceſſio præponderat, eſt gratia, nec puri priuilegij nomen amittit, quia actus iudicatur ſecundum illud, de quo magis participat, *argum. l. quæritur. ff. de ſtatu homin. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt.*

12 Hinc fit, vt in materiis componendis, pro quibus ſoluitur magna compoſitio, ſi illud, quod ſoluitur, non æquialet ei, quod conceditur, remanent huiuſmodi compoſitiones gratioſæ, & illas obri-

nens, non dicitur eas habere ex cauſa oneroſa, *Rot. deciſ.* 457. *num.* 17. *par.* 1. *diuerſ. Nicol. Garc. de benefic. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 194.

Pari modo, ad hoc vt Iuſpatronatus ſit ex cauſa 13
oneroſa, ſpectari debet, quod expenſum fuerit, an ſcilicet æquiualeat conceſſioni, quia vbi non æquialet, conceſſio ipſa iudicari potiùs debet gratioſa, quàm oneroſa, *Rot. deciſ.* 58. *num.* 8. *& deciſ.* 88. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* & dictum fuit *in Cæſaraug. de Mella* 31. *Ianuarij* 1618. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, vbi expreſsè habetur, quod quando augumentum non eſt commenſuratiuum ad con- 14
ceſſionem Iuriſpatronatus, non deſinit eſſe ex priuilegio, nec priuilegij nomen amittit.

Ad futura priuilegia non extenditur hæc clau- 15
ſula, vt reſoluit *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 9. §. 5. *num.* 29.

Derogationem beneficij Iuriſpatronatus, funda- 16
ti à patrono laico, non operatur hæc clauſula in eius prouiſione appoſita, vt per *Caputaquen. deciſ.* 122. *par.* 1. quem refert, & ſequitur *Flam. de reſignat. lib.* 8. *q.* 7. *num.* 177.

Diſpenſationem non inducit, licèt tollat ſubre- 17
ptionem, *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſ.* 15. *num.* 32.

Non derogat priuilegium ad pias cauſas, iuxta 18
tradita *in cap. ſi propter ſua debita, de reſcript. lib.* 6. vbi per reſcriptum non intelligitur derogatum ei, quod ad pias cauſas eſt conceſſum, *& in l. liberti, & in l. vlt.* §. *poſthumos. ff. de aliment. & cibar. legat.* reſoluit *Vital. de Camb. d. pag.* 11. *col.* 2. *num.* 11. nam eo ipſo quod prius priuilegium eſt ad piā cauſam, cenſetur habere clauſulam derogatoriā eius, cuius mētio ſpecialis facienda eſt, ita *Felin. in cap. nonnulli, in princ. num.* 3. *in fin. de reſcript. Aret. Laudem. in tract. de priuilegijs.* §. 39. *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 183.

Vnde non tollere priuilegia, ſiue indulta con- 19
ceſſa commiſerationis cauſa, niſi de eis expreſſa fiat mentio, tradunt *Felin. in d. cap. nonnulli, num.* 19. *Roman. conſ.* 436. *num.* 14. *verſ.* 7. *principalis ratio eſt. Rolan. conſ.* 13. *num.* 32. *lib.* 3.

Quod pariter non deroget priuilegiis conceſſis 20
gratia publicæ vtilitatis, voluit idem *Felin. in d. cap. nonnulli, num.* 26. poſt *Roman. conſ.* 498. *col.* 5. qui allegat *text.* 11. *in l. decurionib. C. de ſilent. lib.* 12. prout eos citat *Monet. d. cap.* 7. *num.* 184.

Non operatur in præiudicium tertij, ſi de ma- 21
gno agatur, vt per *Cranet. conſ.* 241. *col.* 8. *verſ. quarto reſpondeo, Menoch. conſ.* 36. *num.* 36. *num.* 19. *&* 61. *Gabr. d. tit. de clauſulis, concluſ.* 7. *num.* 22. *&* 24. quos refert, & ſequitur *Marta de clauſ. par.* 1. *clauſ.* 79. *num.* 16. vbi *num.* 7. pariter ſubdit, nihil operari, quando Princeps ignorauit iura eius aduerſus quem facta eſt conceſſio, & *num.* 20. ait, quod ſimiliter nihil operatur, quando non fuit adhibita cauſæ cognitio, additque *nu.* 19. hanc clauſulam, *Non obſtantibus priuilegijs*, intelligendam eſſe de priuolis, & inualidis.

Per hanc clauſulam non videri derogatum priui- 22
legio viduis, & pupillis conceſſo, docet *D. Barboſa in l.* 1. *art.* 4. *num.* 72. *ff. de Iudic.* & limitat, niſi verba derogatoria fuerint ita ampla, vt neceſſariò etiā tali priuilegio videantur derogare, vnde additis illis verbis, *In corpore Iuris clauſis*, adhuc non illis tollere tenet *Marcheſ. de Commiſſ. par.* 2. *pag.* 460. *n.* 30. *in* 2. *impreſſ.*

Denique per hanc clauſulam non cenſentur ſub- 23
lata, ſeu reuocata viuæ vocis oracula, niſi id expreſsè ſpecificetur, vt teſtantur *Henriq. in ſum. lib.* 7. *cap.* 24. §. 8. *Emma. Sà verbo gratia, num.* 13. *Flam.* 1. *p.*

metho

methodi, cap.7. §. 6. Laurent.de Peirin. tom. 2. priuileg. sui Ordinis Minimorum annot. ad §. constit.17. Iulij II. n.3. in 2. impress.

14 Duo tamen pro corollide huius clausulæ sunt à nobis notanda. Primum est, quod quandocumque constat de mente Pontificis derogare volentis priori priuilegio, sufficit vt priuilegium illud censeatur reuocatum, quibuscumque verbis Pontifex vtatur, vt per *Felin. in d. cap. nonnulli, n.7. & 8. & Federic.de Senis conf.335.col.vlt.* quos refert, & sequitur *Erasm. à Cochier d.q.9. n. 9.*

15 Alterum est, quod priuilegium à pluribus Pontificibus, Principibúsue confirmatum, difficiliùs censetur tolli, *Dec. conf.165. num.3.* præsertim cùm accedit fauor piæ causæ, vel Religionis, ex adductis per *Dec. d. conf.165. num.1. & Alex. conf.123. n.16.*

16 *lib.4. & Ant.de Amatis decis.17. num.9.* Geminatio enim manifestè monstrat Principis voluntatem, *l. Balliſta,* cum ibi notatis, *ff. ad Trebellian. Paris. conf. 94. num.4. vol.2. Crau. conf.101. num.42. Menoch.*

17 *conf.10.num.1. & conf.255. num.41.* & actus geminati censentur gesti cum maiori animi deliberatione, *cap. & si Christus, de iureiuran. Dec. conf.15. sub n.1. Ossasc. decis.38. num.16. Roland. conf.61. num.39. & seq.*

18 *vol.2.* & ideo geminatio loco specialis nominationis habetur, *Gozad. conf.4. num.25. & conf.50. num.3.* vbi ait geminationem adimere omnem dubitationem, refert, & sequitur *Menoch. conf.40. num.4. & conf.215. num.54.* præcipuè quando geminatio fit ex intervallo, ex traditis ab eodem *Menoch. conf.395. n.17. vol.4.*

19 Circa regulam illam, quod priuilegium secundum speciale non faciens de primo generali mentionem, illi non deroget, de qua aliqua dixi *in collect. ad cap. 1. num.4. cum duob. seqq. de rescript.* nunc obseruare oportet, hoc esse intelligendum, quando in totum derogaretur, non verò si in parte: nam tunc posse

20 secundum in illa speciali parte primum minuere nulla facta illius mentione, per *text. in cap. dudum. §. nos igitur, & in cap. quamuis, de præben. in 6.* resoluunt *Silues. in summa, verb. priuilegium, quæst. 10.* post *Salas de legib. Bonac. in simili tract. disput.1.q.13. punct.8. §.3. num.17. vers. ex dictis, Soar. eod. tract. lib.8. cap.39. num.7. Monet. de commut. vltim. volunt. cap.8. num.529. Ruin. conf.98. num.4. vol.4.* dicens quod quamuis priuilegia onerosa in totũ per Principem auferri non possint, possunt tamen quoad aliquam partem restringi, & moderari, *Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt.40. num.21. Mar. Giurb. conf. crim. 65. n.40.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta per Papam edita, seu confirmata non tollit clausula,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, &c.

2 *Constitutiones, seu statuta iurata non tolluntur per clausulam,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, &c.

3 *Verba,* per quæ nostra concessio impediri posset, *addita clausulæ,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, &c. *non tollunt obstacula dilatiua, sed tantùm impeditiua.*

4 *Obstacula dilatiua vt tollantur per clausulam,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, &c. *dici debet,* per quæ effectus nostræ gratiæ impediri quomodolibet posset, vel differri.

5 *Statuto singulari super certo beneficio non derogat clausula,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, &c.

6 *Statuta quælibet Prælatorum, & Ecclesiarum citra fundationem condita, censentur sublata per clausulam,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, iuramento, confirmatione Apostolica, &c.

7 *Statuta Ecclesiarum actu Sacerdotium requirentia, an, & quando per clausulas generales derogatorias in literis Papalibus positas, sublata censeantur, ostenditur.*

8 *Statutum, seu constitutio requirens certam formam seruari debere, non tollitur per clausulam,* Non obstantibus statutis Ecclesiæ, &c. *nisi in specie de illa forma sit dictum.*

9 *Derogatio,* Non obstante statuto, & quibusuis aliis, *non se extendit ad derogandum statuto speciali, in quo est maior ratio.*

Non obstantibus statutis Ecclesiæ, &c.

CLAVSVLA LXXXIV.

NOn tollit hæc clausula statuta per Papam edi- 1
ta, seu confirmata, vt per *Felin. in cap. nonnulli, in princ. num.10. de rescript. & in cap. constitutus, n.21. vers. considera tertiò, eod.tit. Roman. singul. 8. & conf. 394. ad fin. & conf. 336. col.4. & conf. 404. in fin. Cels. Vgo. in tract. claus. pag.480. col.1. Brunor. à Sole in locis commun. verbo clausula 31.* me citato, *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.7. n.190. cum seqq.*

Item nec tolluntur constitutiones, seu statutum 2
iuratum; & sanè quod iuramenti adiecti in statuto Ecclesiæ mentio fieri debeat, neque tali statuto Ecclesiæ iurato derogetur per hanc clausulam generalem, *argum. text. in cap. cum non deceat,* vbi *gloss. verbo effectus, de elect. lib.6.* resoluunt *Felin.d. num.10. vers. vota quartò, & in d. cap. constitutus, num.3. Roman.d. singul.8. Mart. de clausul. part.1. clausul.79. num.21. in vltima impress. Vital. de Camb. in tract. clausul. pag.10. col.2. num.1. Mar. Anton. var. resol. lib.1. resol.58. num.6. Monet. d. cap.7. num.192.* vbi idem dicendum esse asserit, licèt in specie, seu in indiuiduo dicatur, *Non obstante tali statuto*; neque enim tunc valent huiusmodi literæ gratiæ, nisi fiat mentio iuramenti, vt decidit *Rot. decis.18. num.1. de rescript. in antiq.* hoc ipsum restringens idem *Monet.* multipliciter: primò, vbi adest in rescripto clausula, *Motu proprio:* secundò, nisi ex causa rationabili superueniente impetrasset, quia in quolibet iuramento intelligitur conditio, si res in eodem statu permanserit, *cap. quemadmodum, de iureiuran.* Quas quidem restrictiones, aliasque in hac materia vtiles adducit *Felin. in d. cap. constitutus, num.5.7. & 8.* vbi id præterea restringit, vbi actus iuratus concerneret solam reuerentiam superioris, vel vbi Papa prouideat de beneficio vacante apud Sedem Apostolicam, vel aliàs reseruato. Et demum quod statuta iurata non

tollantur

tollantur per generalem canonum, vel ſtatutorum derogationem, tradunt *Bernard. Græua. reg.* 89. & 693. *Sayr. in claui Regia, lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 11. *Fr. Emman. quæſt. Regul. tom.* 1. *quæſt.* 8. *art.* 11. Ratio eſt, quia nulla diſpoſitio ſimpliciter loquens, trahitur ad actum iuratum, ſed vis iuramenti, illiuſque auctoritas ſemper excepta videtur, ſecundum *Surd. de aliment. tit.* 8. *priuil.* 56. *n.* 49.

3 Amplia ſupradicta adeò vera eſſe, etiam ſi huic noſtræ clauſulæ adiecta fuiſſent verba illa, quæ aliquando apponuntur in reſcriptis gratiæ, nimirum, *per quæ noſtra conceſſio impediri poſſet*; quæ verba in ſimili gratia habentur *in cap. ſi propter, de reſcript. lib.* 6. *& in d. cap. cùm non deceat, de elect. eod. lib.* nam etiam tunc hæc clauſula non tolleret obſtacula dilatiua, ſed tantùm impeditiua; ita ſentit *gloſſ. ab omnibus recepta, verbo impediri, in d. cap. ſi propter, Gemin. ibi col.* 6. *Felin. in d. cap. nonnulli, in princip. num.* 10. *verſ. nota tertiò, & num.* 25. *in fin. Monet.*

4 *d. cap.* 7. *num.* 193. vbi meritò ex *Felin.* ſubdit, quod ad hoc vt tollantur etiam dilatiua obſtacula, dici debet, *per quæ effectus noſtræ gratiæ impediri quomodolibet poſſet, vel differri*, prout ſæpius obſeruari videmus.

5 Declarabis tamen, & ampliabis, quod licèt huic noſtræ clauſulæ adiiciantur illa verba, quæ communiter in reſcriptis gratiæ poni ſolent, ſumpta ex *cap. cum aliquibus, in princ. de reſcript. in* 6. & ex *cap. quia ſæpe, de elect. eod. lib.* nimirum, *iuramento, confirmatione Apoſtolica, & quauis firmitate alia roboratis*, per ea tamen, quamuis derogetur etiam ſtatutis generalibus omnia beneficia Eccleſiaſtica reſpicientibus, non derogatur ſtatuto ſingulari ſuper certo beneficio; ita poſt *Gulielm. de Monte lauduno* tenuit *Felin. in d. cap. nonnulli, in princ. n.* 23. *de reſcript. Rot. deciſ.* 1. *num.* 2. *de præben. in nou.* vbi id verum eſſe dicit in ſtatuto appoſito in prima fundatione certi beneficij per fundatorem, ſiue Clericum, ſiue laicum, vel in teſtamentis eorum, quibus Papa non intendit præiudicare, nec derogare per huiuſmodi clauſulas generales, ne retrahantur à fundatione, & ordinatione beneficiorum, *argum. cap. cùm dilectus, de Iurepatron.* ſequuntur *Nicol. Garc. part.* 7. *cap.* 1. *num.* 119. *Monet. d. cap.* 7. *num.* 194.

6 Vlteriùs declarabis, vt per prædictam clauſulam generalem conſuetam nũc apponi in reſcriptis gratiæ, videlicet, *Non obſtantibus ſtatutis iuramento, confirmatione Apoſtolica, aut quauis alia firmitate roboratis, per quæ noſtra conceſſio impediri poſſet, vel differri*, ſublata, ſeu dilata cenſeantur quælibet ſtatuta Prælatorum, & Eccleſiarum, ſi citra fundationem condita ſint, vt tenent *Rot. d. deciſ.* 1. *de præben. num.* 1. *& deciſ.* 41. *num.* 1. *de conceſſ. præben. in antiq. Felin. d. num.*

7 23. ex hoc inferentes, ſtatuta Eccleſiarum actu Sacerdotium requirentia, per clauſulas generales derogatorias in literis Papalibus poſitas ſublata, vel ſaltem dilata cenſeri, ita vt impetrantes Apoſtolici poſſint huiuſmodi beneficia acceptare, licèt non ſint in Sacerdotio conſtituti, dummodo ſint in tali ætate, vt in proximis quatuor temporibus, vel intra annum poſſint ad Sacerdotium promoueri; referunt, & ſequuntur *Nicol. Garc. d. part.* 7. *cap.* 1. *n.* 117. & *Monet. d. cap.* 7. *num.* 195.

8 Per hanc clauſulam, *Non obſtantibus ſtatutis*, minimè tolli ſtatutum, vel conſtitutionem requirentem certam formam ſeruari debere, niſi in ſpecie ſit dictum de illa forma, tenuit *Cranet. conſ.* 572. *n.* 19. quem refert, & ſequitur *Card. Tuſch. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 349. *num.* 10.

Derogatio illa, *Non obſtante ſtatuto, & quibuſuis aliis ſtatutis*, non ſe extendit ad derogandum ſtatuto ſpeciali, in quo eſt maior ratio, quàm in ſtatuto habente derogationem, quia intelligitur de ſimilibus, ita *Fulgoſ. conſ.* 135. incip. *In cauſa criminationis, col.* 3. *in princ. verſ. nec moueat*, vbi quod clauſula illa eſt generalis, & incerta, ideo non capit maiora, refert *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 2. *litt. D. concluſ.* 245. *num.* 20. 9

SVMMARIVM.

1 *Pactum iuratum non comprehendit clauſula*, Non obſtantibus quibuſcumque pactis, &c.

2 *Diſpoſitioni firmatæ conſenſu partium non derogat clauſula*, Non obſtantibus quibuſcumque pactis, &c.

3 *Statutis particularibus Ciuitatum non derogat clauſula*, Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis, &c.

4 *Princeps quando non fuit optimè informatus de partium conuentionibus ſæpius iteratis, non operatur clauſula*, Non obſtantibus quibuſcumque pactis, &c.

Non obſtantibus quibuſcumque pactis.

CLAVSVLA LXXXV.

HÆc clauſula non comprehendit pactum iuratum, vt docent *Celſ. Vgon. in tract. clauſ. pag.* 477. *col.* 1. *Vital. de Camban. in ſimili tract. pag.* 10. *col.* 2. *p.* 2. *Franc. Gallet. in Margarita caſuum conſcientiæ, verbo clauſ. pag.* 40. 1

Et non dicitur derogare diſpoſitioni firmatæ conſenſu partium, ex reſolutis per *Menoch. conſ.* 39. *n.* 62. 2

Nec ſtatutis particularibus Ciuitatum derogat, 3 ex eodem *Menoch. conſ.* 517. *num.* 3.

Non operatur quando Princeps non fuit optimè 4 informatus de partium conuentionibus ſæpius confirmatis, vt ex *Cranet.* notat *Menoch. conſ.* 1. *n.* 434.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Non obſtante collatione alteri facta, *intelligitur de collatione inualida, non autem valida.*

2 *Collationem, aut reſcriptum inualidum non tenetur quis commemorare.*

3 *Clauſula*, Non obſtante quacumque generali reſeruatione, *an, & quando releuet à mentione facienda de vacatione in Curia.*

Non obſtante collatione alteri facta.

CLAVSVLA LXXXVI.

HÆc clauſula appoſita in literis ad beneficia, intelligitur de collatione inualida, non autem valida; ita concorditer tenuerunt *in cap. cauſam quæ, de reſcript. Compoſt. n.* 13. *Ioan. And. n.* 10. *Anchar. col.* 2. *Imol. num.* 13. *Butr. in fin. & Felin. n.* 19. *Brunor. à* 1

Sole in locis comm. verbo clausula 27. *Cardos. in praxi Indicum, & Aduocatorum, verb. clausula* 4. *Cels. Vgon. in tract. clausularum, pag.* 478. *num.* 2. *Ioan. de Selua in tract. de benef. part.* 3. *quæst.* 11, *fol.* 242. *in paru. & p.* 3. *quæst.* 13. *vers.* 9. *facit, Rendin. in promptuario receptar. sentent. tom.* 1. *tit.* 16. *num.* 6. vbi subdit, quod quamuis videatur hanc clausulam nihil, aut parum operari, cùm collationem, aut rescriptum inualidum non teneatur quis commemorare, ex *gloss.* 1. *in fin.* & ibi scribentes *in cap. ex tenore, de rescript.* tamen non modicum operatur effectum, cùm literæ illæ, in quibus clausula memorata continetur, subreptitiæ non censebuntur, quasi in illis nulla mentio alterius coloratæ possessionis facta sit: licèt enim possessori nullum ius in beneficio competeret, essent tamen literæ vitio subreptionis affectæ, nisi in eis alterius colorata possessio expressa foret, ex *text. in cap. cum nostris, de concess. prebenda.*

3 Clausula, *Non obstante quacumque generali reseruatione*, non releuat à mentione facienda de vacatione in Curia, nisi additum esset, *etiam in corpore Iuris clausa*, vel aliàs facta fuisset Motu proprio, vt per *Æne. de Falcomb. in tract. reseruat. quæst.* 4. *effectu* 36. quem refert *Massob. in praxi habendi concursum, requis.* 7. *dub.* 49. *in fin. secundum Romanam impress.*

4 Clausula, *Non obstante quacumque exceptione*, declaratur sub clausula, *Recusatione remota, in fin. claus.* 131. *à num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Principem habuisse notitiam contrariæ consuetudinis demonstrat clausula*, Non obstante quacumque consuetudine, &c.

2 *Subreptionem ad euitandam sufficit scientia concedentis in genere, ita vt cogitare potuerit.*

3 *Consuetudo immemorialis an censeatur sublata per clausulam*, Non obstante quacumque consuetudine, &c. *ostenditur, & num.* 4.

5 *Concilium Tridentinum* sess. 13. de reform. cap. 16. *tollit omnem consuetudinem antiquissimam Sacerdotum, qua alij aliis mutuò confitebantur ante Concil. absque vlla alia approbatione.*

6 *Concilium Trid.* sess. 24. de reform. cap. 20. *non comprehendit consuetudines immemorabiles.*

7 *Concilium Trid.* sess. 25. de reform. cap. 6. *loquitur de consuetudinibus etiam immemorabilibus.*

8 *Consuetudo immemorialis nunquam censetur sublata etiam cum dictione vniuersali, nisi expressa mentio de ea in lege, vel constitutione habeatur.*

9 *Consuetudo quando tollitur tanquam irrationabilis, & iniqua, tunc similiter immemorabilis etiam sublata, & reuocata censetur.*

10 *Consuetudo immemorabilis censetur sublata per clausulam*, Non obstante consuetudine, &c. *quando in ea militat eadem ratio.*

11 *Consuetudine prohibita in quacumque materia, an censeatur prohibita non solùm de præterito, & de præsenti, sed etiam de futuro, ostenditur, & num.* 12.

Non obstante quacumque consuetudine, &c.

CLAVSVLA LXXXVII.

HÆc clausula demonstrat Principem habuisse notitiam contrariæ consuetudinis, vt fuit resolutum *in Toletana admissionis* 17. *Iunij* 1609. *coram D. Patriarcha Pamphilio*, impressa per *Farin. decis.* 192. *num.* 6. *p.* 1. *recent.* vbi pariter dictum fuit, ad euitandam subreptionem sufficere scientiam concedentis in genere, ita vt cogitare potuerit, ad notata per *Cassad. decis.* 12. *n.* 6. *de prebend. & decis.* 1. *de priuileg.* & per *Verall. decis.* 296. *n.* 1. *& decis.* 797. *n.* 2. *p.* 2. 1 2

Vtrùm autem per hanc clausulâ censeatur sublata consuetudo etiam immemorialis, ab aliquibus solet in dubium reuocari. In primis partem affirmatiuam tuentur *glos. verb. quantiscumque, in Clem. vnica. §. vlt. de foro compet. & glos. vlt. in Clem. vlt. de reb. Eccles. non alienan. Auend. de exequendis mandatis, p.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. *& p.* 2. *cap.* 14. *num.* 5. plures, vt per *Azued. ad l.* 3. *num.* 21. *tit.* 1. *lib.* 2. *noua Recop. Horos. in l. est receptum, num.* 12. *ff. de Iurisd. omn. Iudic. Duen. reg.* 144. *ampl.* 3. *Guttier. pract. lib.* 3. *q.* 31. *num.* 4. *Ceuall. commun. contra communes, q.* 704. *num.* 14. *Valasc. cons.* 141. *num.* 3. plures ex citatis à *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disp.* 4. *num.* 13. *Farin. in praxi crimin. p.* 1. *q.* 8. *num.* 3. Pro quibus expenditur, quia dispositio vniuersalis, præsertim quæ pœnalis non est, comprehendit omnes species, de quibus propriè prædicatur, quamuis maximè qualificatas, *l. in fraudem* 16. *§. vlt. in fin. ff. de milit. testam. l.* 1. *§. quod autem secundum verioren literam. ff. de alea lusu*, bonus textus in ratione, quam reddit, *in cap. statutum* 22. *de elect. lib.* 6. quem post alios sic intelligit *Valasc. cons.* 511. *num.* 51. *vers. sed contrarium*, iunctis quæ immediatè prædixerat cum *Abb. Calder. & Tiraquel.* quos refert. 3

Contrariam tamen sententiam, imò sublata generaliter omni consuetudine cum hac nostra clausula, non censeri sublatam immemorialem, probatur à simili, ex sequenti argumentatione. Prohibita generaliter consuetudine, non debet censeri prohibita immemorialis; antecedens constat, quia seruitutes discontinuæ generaliter præscribi prohibentur, *l. seruitutes prædiorum* 14. *in princ. ff. de seruit.* & tamen præscriptio immemorialis non prohibetur, *l.* 3. *§. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.* Deinde vbi Ius commune resistit, vel præsumptio datur contra præscribentem, prohibetur præscriptio sine titulo, & tamen immemorialis admittitur, *cap.* 1. *de præscript. lib.* 6. *cap. super quibusdam* 25. *§. præterea, de verb. signif.* Denique publica vsucapi prohibentur, *l. vlt. in princ. ff. de vsucap. l. viam publicam* 2. *de via publica, l. præscriptio. C. de operibus publ.* & tamen tempore immemoriali acquiruntur, *d. §. ductus aquæ, l. vsum aquæ* 4. vbi *glos.* 1. *C. de aqua ductu, lib.* 11. 4

Vlteriùs hæc eadem sententia colligitur ex pluribus Sacri Concilij Trid. locis, præcipuè *sess.* 13. *de reform. cap.* 6. *in fin.* ibi, *vel consuetudine etiam immemorabili*, & *cap.* 16. ibi, *non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili*; ex quo tolli omnem consuetudinem antiquissimam Sacerdotum, qua alij aliis mutuò confitebantur ante Concil. Trid. absque vlla alia approbatione, ex *Toleto* refert *Fagundez in quinque Ecclesiæ præcepta, præcept.* 2. *lib.* 2. *num.* 94. vbi similiter asserit, abrogatam esse antiquam consuetu- 5

ſuetudinem, qua olim ſolebant Parochi committere ſuas oues cuicumque Sacerdoti volebant.

6 Item id ipſum colligitur ex eodem Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 20.* ibi, *& aliis quibuſcumque conſuetudinib.* in quo loco licèt Concilium vtatur particula vniuerſali, *quibuſcumque*, cùm tamen de immemorabilibus mentionem non faciat, eas ſub illo textu non comprehendi deciſum referunt *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 33. num. 5.* & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 492. num. 6.* & *Narbona de appell. à Vicario ad Epiſcopum, p. 2. fundam. 3. n. 10. in fin.* ego ipſe *de officio, & poteſtate Epiſcopi, p. 3. alleg. 84. numer. 5. in fine*, & cenſuit *Rota in Theatina Iuriſdictionis 5. Decembris 1614. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 610. num. 1. p. 2. recent.* & *in Marſicen. Iuriſdictionis 26. Aprilis 1609. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, etiam impreſſa per eundem *Farin. deciſ. 248. n. 1. p. 2. recent.* vbi aſſerit, Sacram Congregationem Illuſtriſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum cenſuiſſe, decretum Concilij *in d. cap. 20.* non excludere immemorialem.

7 Item id ipſum ex eodem Concilio colligitur *ſeſſ. 25. de reform. cap. 6.* ibi, *nec conſuetudinibus etiam immemorabilibus*, de quo *Steph. Gratia. diſcept. forenſ. cap. 492. num. 6.*

8 Et demum quod conſuetudo immemorialis nũquam cenſetur ſublata, niſi expreſſa mentio de ea in lege, vel conſtitutione habeatur, nec comprehenditur in reuocatione conſuetudinis etiam cum dictione vniuerſali, ob eius maximam prærogatiuam, & excellentiam, docent *Crau. de antiq. tempor. 4. par. ſect. materia iſta, num. 47. Boër. deciſ. 39. n. 12. Ruin. conſ. 13. num. 30. lib. 2. Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 5. Afflict. deciſ. 254. num. 5. Bertran. conſ. 98. num. 12. Auendan. reſp. 16. num. 1. Mierez de maioratu, p. 4. q. 20. num. 51. Laurent. de Peirinis in conſtit. ſui Ordinis Minim. tom. 1. conſtit. 19. Leonis X. num. 3. Roland. à Valle conſ. 59. num. 17. lib. 4. Otalor. de nobilit. p. 3. cap. 7. num. 11. Caſſan. in conſuet. Burgund. rub. 9. tit. des mains mortes, §. 2. in verb. Par quelque laps de temps, num. 1. Fachin. lib. 1. conſ. 87. num. 22. cum ſeqq. Anton. Gabr. commun. lib. 1. tit. de præſcript. concl. 1. num. 27. verſ. contrarium, Tiber. Decian. tom. 2. reſp. 44. num. 19. Guttier. pract. lib. 3. q. 77. num. fin. Maſcard. de probation. concl. 1372. num. 45. cum ſeqq. Ceuall. commun. contra commun. q. 897. num. 248. Narbon. de appellat. à Vicario ad Epiſcopum, p. 2. fundam. 3. n. 9. Fr. Emma. quæſt. Regul. tom. 1. q. 9. art. 5. ad fin. Flor. var. lib. 2. q. 10. num. 44. Villar. del patronado de Calatayud, p. 3. §. 2. num. 10. circa fin.* dicens quod conſuetudo vniuerſalis non intelligitur ſublata per legem ſimpliciter tollentem conſuetudinem, nec per Sacrum Concil. Trid. *Nicol. Garc. de benef. p. 3. cap. 2. num. 190. Sahagun. in cap. fin. de conſuetud. num. 37. Salas de legib. diſput. 19. ſect. 7. num. 70. Soar. in ſimili tract. lib. 7. cap. 20. num. 18. Monet. de diſtribut. quotid. p. 2. q. 12. num. 22. Proſper de Auguſt. in addition. ad Quarant. in ſumma Bullar. verb. alienatio rer. Eccleſiæ, in fin. litt. K.* & fuit reſolutum *in Palentina Iuriſdictionis 25. May 1565. coram Orano*, immemorialem ſcilicet non compre-
9 hendi in reuocatione conſuetudinis etiam cum dictione vniuerſali, limitari tamen duobus modis. Primò, quando tollitur conſuetudo tanquam irrationabilis, & iniqua, quia tunc ſimiliter, & immemorabilis ſublata, & reuocata cenſetur, quod tenent præter *Couar. d. lib. 3. cap. 13. ſub num. 5. Quarant. d. verb. alienatio rerum Eccleſiæ, in fin. verſ. limita 1. Monet. d. num. 22.* Vnde quod vbi conſuetudo eſt reprobata, vel irrationabilis, cenſeatur etiam reprobata immemorabilis, tenuit eadem *Rota in Burgen. emolumentorum ſigilli 28. Ianuarij 1591. coram Penia*, reprobans *Ruin. conſ. 156. lib. 4.* ſi talis irrationabilitas non ſit contraria Iuri naturali, vel diuino; & nouiſſimè eadem *Rot. in Cracouien. iuris legendi 21. May 1627. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano*, cenſuit, quod licèt aliqui Doctores teneant ex dictionibus vniuerſalibus adiunctis verbo conſuetudini, non cenſeri derogatum conſuetudini immemorabili, tamen quando conſuetudo eſt iniqua, & irrationabilis, cenſetur damnata, & reprobata, & quod ſublata immemorabili tanquam improba, nõ poteſt denuò introduci. Secundò limitatur, quando eadem ratio militat in immemoriali, vt ex *Couar.* tradit *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 33. num. 2.* & eo citato *Nicol. Garc. d. num. 190. in fin.*

Dubium & controuerſum apud Doctores eſt, an 11 prohibita conſuetudine in quacumque materia, prohibita & ex conſequenti cenſeatur non ſolùm de præſenti, & de præterito, ſed etiam de futuro? In quo *gloſ. verbo conſuetudine, in Clem. ſtatutum, de elect. ſingularis*, vt per *Abb. in cap. vlt. col. vlt. de conſuetud.* exiſtimat ſublata conſuetudine ſolùm prohibitam cenſeri, quæ eſt de præterito, non verò de futuro, & ex noua cauſa emergentem, & hanc partem tenent *Dominic. in cap. 1. col. fin. de conſtitut. in 6. Abb. num. 8. Dec.* qui communem dicit, *num. 2. in c. 2. de probationib.* Contrarium verò in ſpecie obſeruat *gloſ. verbo expreſsè, in d. cap. 1.* diſputat latè *Cou. lib. 3. var. cap. 13. num. 4.* vbi varias aſſignat concluſiones, quibus intendit abſoluere hanc quæſtionẽ, & ſequi videntur *Mench. vſufreq. lib. 1. c. 3. n. 10. Armẽdar. in addit. ad Recopilat. legum Nauarræ, in addit. n. 186.*

Pro indaganda igitur veritate huius cõtrouerſiæ, 12 dico primò attendenda eſſe verba, quibus lex improbans conſuetudinem vtitur, ita vt ſi ſolùm referatur ad conſuetudinem, quæ tunc temporis vigebat, non cenſeatur prohibita de nouo emergens rationabilis, & ex noua cauſa; ſecus ſi lex per verba vniuerſalia, vel æquipollentia abſolutè prohibet quamcumque conſuetudinem, quo caſu non ſolùm de præſenti, verùm etiam illam quæ de futuro emergit, & ex noua cauſa, prohibere cenſetur. Exemplum prioris mẽbri ſit, ſi diſpoſitio concipiatur per verba, *Non obſtante prædicta conſuetudine*, vel, *Quicquid in contrariũ vigeat conſuetudo, quam vt irrationabilem abrogamus*, vel ſimilia verba, prout etiã videre eſt *in ſpecie cap. vnici de Cleric. non reſid. lib. 6.* cuius diſpoſitio ſolùm loquitur in cõſuetudine vigente tempore, quo illa deciſio, & ad eandem reſtringitur, vt patet in princip. ibi, *conſuetudinem, qua in quibuſdam partibus, &c.* Poſterioris membri ſit exemplum, ſi concipiatur per hæc verba, *Omni ſublata conſuetudine*, vel, *Non obſtante quacumque conſuetudine*, vel, *Omnem conſuetudinem improbantes, &c.* Ratio prioris membri eſt, quia lex improbãs conſuetudinem de præterito, ſeu de præſenti ſolùm, videtur tantummodo improbare irrationabilem, & ex iniuſta cauſa introductam, vnde cùm ſit exorbitans à Iuris regulis, quæ dictant cuicumque rationabili conſuetudini ſtandum, de quo *in cap. fin. de conſuetud. & in l. de quibus. ff. de legib.* cum ſimilibus, ex conſequenti non debet extendi ad conſuetudinem futuram rationabilem, & ex iuſta cauſa introductã, *arg. tex. in cap. non debet, in princ. de conſang.* facit *tex. in l. ſi quis, in princip. ff. de legatis 3. d. cap. 1. de conſtit. lib. 6.* In ſecundo autem caſu cùm lex abſolutè, & generaliter prohibet conſuetudinem, exinde conſequi videtur comprehendere nouam, & ex noua cauſa de futuro emergentem. Primò, quia lex de ſui natura in futurum, & ad futuros caſus ordinatur,

cap. 2. cap. fi. vbi *glos. verbo futura, de constit. l. leges 7. C. de legib.* Secundò, quia eo ipso quod consuetudo etiam futura improbatur, non potest ex quacumque causa de nouo emergente rationabilis reputari, quippe quæ supposita præsumptione iniusta, & minus rationabilis præsumitur, cùm sit legis auctoritate destituta, cuius prohibitio non cessat, quamtumuis ratio in casu particulari cesset, *arg. text. in l. prospexit. ff. qui, & à quibus.* Tertiò, quod rectè procedit, & intelligitur *l. 2. C. quæ sit longa consuet.* & cessat labor glossæ & Doctorum ibidem, si intelligatur textum procedere in lege abrogante ipsam consuetudinem, ita vt sit sensus, quod etsi aliàs regulariter consuetudinis non sit vilis auctoritas, attamen non potest legem, & rationem, cui nititur vincere, illam scilicet per quam prohibetur, & abrogatur eademmet consuetudo, quantuncumque de nouo, & ex noua causa emergat, in qua specie magis propriè verificantur verba illa, *rationem vincere, aut legem*, cum qua ex diametro pugnat.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio longi temporis, non verò longissimi, nec immemorialis, tollitur per clausulam,* Non obstãte quacumque consuetudine.

2 *Dict.* nulla, *non excludit præscriptionem longissimam.*

3 *Præscriptione quacumque sublata, immemorialis quoque sublata censetur, si sit malæ fidei.*

4 *Præscriptio etiam immemorialis quando excluditur, non exinde sublata censetur, si illa in vim priuilegij præsumpti, & probati per tempus immemoriale allegetur, si materia, de qua agitur, talis sit, vt legitimi superioris priuilegio concedi possit.*

5 *Declaratur* reg. cùm quid, 84. de regul. Iuris, lib. 6.

Non obstante quacumque præscriptione.

CLAVSVLA LXXXVIII.

1 PEr hanc clausulã tollitur solùm præscriptio lõgi temporis decem, vel viginti annorum, non verò longissimi triginta, vel quadraginta annorum, & à fortiori immemorialis. Probatur, quia seruitutes discontinuæ generaliter præscribi prohibentur, *l. seruitutes prædiorum 14. in princip. ff. de seruit.* & tamen præscriptio immemorialis non prohibetur, *l. 3. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid.* Deinde, vbi Ius commune resistit, vel præsumptio datur contra præscribentem, prohibetur præscriptio sine titulo, & tamen immemorialis admittitur, *cap. 1. de præscription. lib. 6. cap. super quibusdam 25. §. præterea, de verb. significat.* Denique publica vsucapi prohibentur, *l. vlt. in princ. ff. de vsucap. l. præscriptio. C. de operib. publ.* & tamen tempore immemoriali acquiruntur, *d. §. ductus aquæ, l. vsum aquæ 4.* vbi *glos. 1. C. de aquæ ductu. lib. 11.* Quare ita sustinent *Vital. de Carn. in tract. clausul. pag. 16. col. 2. Felin. in rubr. de præscript. num. 18. Balb. de præscript. 2. p. 3. partis sextæ, q. 1. n. 21. & 2. p. 5. quæst. 9. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 12. 23. & 25. Afflict. decis. 154. num. 15. Boër. decis. 39. num. 12. Otalor. de nobilit. p. 2. cap. 7. num. 11. Amadan. resp. 16. n. 1. Fr. Emman. qq. Regul. tom. 1. q. 9. art. 5. ad fin. Flores var. qq. lib. 1. q. 10. num. 44. Nicol. Garc. de benef. par. 3. cap. 2. num. 192. Cardos. in prax. Iudic. & Aduocator. verb. clauf. 6. Mascard. de prob. conclus. 1215. num. 55. seu conclus. 1220. Quarant. in summa Bullar. verb. alienat. rer. Ecclesiæ, num. 47.* & fuit dictum *in Burgen. emolumentor. sigilli 28. Ianuarij 1591. coram Pena.*

Vnde dict. *nulla*, non excludere præscriptionem 2
longissimam, tradit *Tiraq. de retractu conuent. §. 1. glos. 2. num. 12.* quem refert *Cened. post lib. pract. & canon. quæst. sing. 67. num. 2. propè fin.*

Verùm si talis præscriptio vti irrationabilis, vel 3
malæ fidei, aut aliter præstans delinquendi occasionem, auferatur, immemorialis quoque sublata censetur: nam præscriptio cum mala fide nullo vnquam tempore procedit, *cap. vlt. de præscript.* ibi, *nulla, & c. reg. possessor,* ibi, *vllo tempore, lib. 6. glos. verb. nisi, per text.* ibi, *in cap. 1. de præscript. lib. 6. Cou. in d. d. reg. possessor. p. 2. §. 8. num. 4. Mench. illustr. cap. 81. num. 10. Valasc. cons. 8. num. 25. Pinel. in auth. nisi, à n. 14. C. de bonis mat. Menoch. de arbitr. cas. 225. à princ.* Nihilominus hoc casu, quamuis præscriptio inuti- 4
liter allegetur, etiam immemorialis, si tamen illa in vim priuilegij allegetur præsumpti, & probati per tempus immemoriale, satis erit, *arg. d. §. ductus aquæ. l. 1. §. vlt. l. vlt. ff. de aqua pluuia arcen. Rip. in l. quominus, num. 41. & 102. ff. de fluminib. Greg. l. 7. tit. 29. p. 3. Auendan. de exequend. mand. lib. 1. cap. 12. à num. 6. Cou. lib. 1. var. cap. 17. num. 15. vers. sed si dubitetur, Socin. Iun. cons. 115. num. 38. vol. 1. Balb. de præscript. p. 5. princ. q. 7. à n. 19. Valasc. cons. 163. num. 9.* Intellige tamen, si materia, de qua agitur, talis sit, vt legitimi superioris priuilegio concedi possit, tũc enim quamuis prohibita generaliter omni, & quacumque præscriptione, censeatur prohibita etiam immemorialis in vim præscriptionis, non tamen in vim priuilegij; secus verò dicendum est, quando materia priuilegium superioris non admittit. Ratio est, quia, cùm prohibitio, vt supponimus, directè non feratur nisi in præscriptionem, non dicitur priuilegium reiicere, quando illud legitimè expediri potest, quia à diuersis non fit illatio, *l. Papinianus exul 21. ad fin. princ. ff. de minor.* & limitata prohibitio non potest ampliorem producere effectum, *arg. l. in agris 6. ff. de acquir. rer. domin.* at verò priuilegium illud præsumptum ex tanti temporis diuturnitate, non potest esse potentius quàm reale priuilegium; & ideo si materia non patitur superioris reale priuilegium, à fortiori tempus immemoriale in vim priuilegij præsumpti minimè patietur.

Neque obstat, quod si lege prohibente omnem, 5
& quamcumque præscriptionem in his terminis, admiserimus immemorialem per viam priuilegij, iam quod vna via prohibetur, alia admittitur, contra *reg. cùm quid vna via, 84. lib. 6.* & illusoria manebunt Iura improbantia immemorialem præscriptionem; respondebimus enim, *d. reg. cùm quid*, rectè procedere, quando aliquid absolutè prohibetur in se attento effectu, & fine, tunc enim tale prohibitum vna via, alia admitti non debet: habetur enim respectus principalis ad prohibitum in se ad effectum, vt nulla via admittatur, bonus text. *in cap. vnic. vers. nec per vnam, de cleric. coniug. lib. 6.* obseruat *glos. vnic. vers. satis, in d. reg. cùm quid*, vbi *Dynus, &*

DD. Abb. in cap. tua, & alij Doctores *de procurator. Couar. in cap. cum in officijs, in fin. de teſtam.* Non ſic dicendum, ſi principaliter prohibeatur via, vel modus, vt in propoſito, quia ſolùm intenditur, ne via præſcriptionis illud prohibitum obtineatur, non autem alia via diuerſa, veluti priuilegio, aut ſimili titulo donationis, vt patet in propoſito, eo maximè, quia leges prohibentes præſcriptionem immemorialem, ſunt exorbitantes, cùm omnia prædicto tempore acquirantur, *d. §. præterea, d. §. ductus, d. cap. 1. in fin. de præſcript. lib. 6.* & ideo ita ſunt interpretandæ, vt verbi proprietatem non excedant; vnde cùm de præſcriptione loquantur, ad priuilegium etiam præſumptum extendi non debent, iuxta *reg. quæ à Iure 28. de regul. Iuris, in 6.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Iuris communis à regulis non videtur quis recedere per clauſulam*, Non ſe adſtringens, &c.

3 *Clauſulæ*, Non ſe adſtringens, &c. *æquipollet illa*, Ius, & Iuſtitiam miniſtrari, &c.

4 *Excuſationis vim habet clauſula*, Non ſe adſtringens, &c. *ne ſcilicet actor plus debito petens teneatur probare id, quod petitum eſt.*

5 *Actor vt non teneatur probare qualitatem deductam in libello, operatur clauſula*, Non ſe adſtringens, &c.

6 *Impertinentia, ſuperflua, & inepta ne noceant, operatur clauſula*, Non ſe adſtringens, &c.

7 *Qualitatem expreſſam, cuius probatio neceſſaria eſt, non videtur remouere clauſula*, Non ſe adſtringens, &c. *ſed ſolùm remouet probationem neceſſariam.*

Non ſe adſtringens, &c.

CLAVSVLA LXXXIX.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Iaſ. in §. omnium, num. 161. Inſtit. de action. Bonacoſ. p. 1. comm. crim. verb. qualitas, pag. 145. Celſ. Vgo. in tract. clauſ. pag. 502. col. 2. Pinel. in l. 2. C. de reſcind. vend. p. 3. cap. 3. num. 29. Menoch. conſ. 127. num. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 1248. num. 57. cum ſeqq. Ioan. Martinſ. à Coſta in addit. ad formam libellorum, annot. 2. litt. A. pag. 3. Mart. d. clauſ. p. 1. clauſ. 78. aliàs 80. in vltim. impreſſ. Mendez à Caſtro in praxi Luſitana, lib. 3. cap. 2. num. 3. Rot. Ianuen. deciſ. 26. n. 6. & 33.*

2 Per hanc clauſulam non videtur quis recedere à regulis Iuris communis, vt per *Oſaſc. deciſ. 144. n. 17.* ideo ea debet ſemper apponi, & erit vtilis, vt docuit *Iaſ. in §. omnium, Inſtit. de action. n. 161.*

3 Huic clauſulæ æquipollet altera, videlicet, *Ius, & Iuſtitiam miniſtrari, Albert. Brun. conſ. 83. num. 4. vol. 1. Mart. d. clauſ. 80. num. 8.* vbi *n. 9.* poſt *Franc. de Ponte conſ. 63. num. 5. cum multis ſeqq.* aſſerit, fallere reſpectu ſingularitatis teſtium, quia nullo modo iuuat.

Clauſula hæc vim habet excuſationis, ne ſcilicet 4
actor plus debito petens teneatur probare id, quod petitum fuit, nec ob id actor in cauſa ſuccumbet, etſi omnia deducta in libello non probet ad vnguem, ita *Menoch. conſ. 127. n. 4.*

Operatur etiam, vt actor non teneatur probare 5
qualitatem deductam in libello, aliàs ſine hac clauſula ſuccumbet non probando qualitatem, dato quod probaret factum principale; ita *Marant. de ordine iudicior. part. 6. tit. de libelli oblatione, num. 17. Cardoſ. in praxi Iudicum, verb. clauſula, n. 10. Mandez à Caſtro d. cap. 2. n. 4.*

Deinde operatur, ne impertinentia, ſuperflua, & 6
inepta noceant, *Hippol. in l. vnus. §. final. n. 36. ff. de quæſtionib.*

Non videtur tamen remouere qualitatem ex- 7
preſſam, cuius probatio neceſſaria eſt, ſed ſolùm remouet probationem neceſſariam, *Maſcard. d concluſ. 1248. num. 57.* vbi *num. 58.* aſſerit hoc procedere, quando talis clauſula ponitur in fine libelli.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſionem à prædeceſſoribus habentes non excludit clauſula*, Non tamen à nobis prouiſiones habentes.

2 *Verbum*, à nobis, *eſt perſonale.*

3 *Clauſula*, Non tamen à nobis, &c. *eſt tantùm appoſita ad excluſionem prouiſorum à Legatis, & Nuntijs, qui auctoritate Apoſtolica conferunt.*

4 *Clauſula*, Non tamen à nobis, &c. *procedit, ſiue fuerint bene, ſiue malè prouiſi.*

5 *Clauſula*, Non tamen à nobis, &c. *intelligitur de prouiſis tempore datæ ipſius Breuis, non de prouidendis, præſertim poſt declaratoriam cenſurarum, & executoriales conceſſas contra intruſum.*

6 *Breue cum clauſula*, Non tamen à nobis, &c. *an poſſit exequi contra reſignatarium tanquam prouiſum à Papa, & non à reſignante, oſtenditur.*

7 *Prouiſiones habentes à prædeceſſoribus non excludit clauſula*, Non tamen à nobis, &c. *ſi in Breui dicatur*, Non tamen à nobiſmetipſis, *ſeu*, à nobis ipſis prouiſis.

8 *Verba*, A nobiſmetipſis, *ſunt perſonaliſſima.*

Non tamen à nobis prouiſiones habentes.

CLAVSVLA XC.

HÆc clauſula non excludit eos, qui à præde- 1
ceſſoribus prouiſiones habuerunt, vt fuit dictum *in Aquilana Canonicatus 6. Octobris 1586. coram Cardin. Blanchetto*, impreſſa per *Nicol. Garc. de benef. part. 5. cap. 1. num. 652.* vbi etiam fuit animaduerſum, quod licèt verbum, *à nobis*, ſit perſonale, tamen 2
attendenda eſt ſubiecta materia, & veriſimilis mens

concedentis, quam non est præsumendum fuisse talem, vt voluerit destruere prouisiones à suis prædecessoribus factas, stante validitate eiusdem prouisionis in reliquis; additurque in eadem decisione,
3 huiusmodi clausulam esse appositam tantùm ad exclusionem prouisorum à Legatis, & Nuntiis, qui auctoritate Apostolica conferunt. Hæc eadem decisio impressa reperitur *apud Marchesf. de Commiss. part. 1. pag. 429. in vltim. impress.* & idem dictum fuit *in Valentina Canonicatus, & Sacristiæ 15. Iunij 1615. coram Buratto*, impressa per *Farinac. decis. 728. n. 1. part. 2. recent. Rot. decis. 711. num. 1. part. 3. lib. 3. diuers.* quod etiam tenet *Argel. de contradict. legitimo, q. 15.*
4 *num. 63.* & procedere, siue fuerint bene, siue malè prouisi, censuit *Rot. decis. 723. num. 1. vers. concluſum fuit, lib. 3. part. 3. diuers.* quæ refertur *in d. decis. 728. num. 1. in fin. part. 2. recent.* & tradit *Nicol. Garc. de benefic. p. 6. cap. 3. n. 79.*

5 Intelligitur hæc clausula de prouisis tempore datæ Breuis, non de prouidendis, præsertim post declaratoriam censurarum, & executoriales concessas contra intrusum, & fuit dictum *in Toletana beneficij 14. Nouembris 1605. coram Iusto*, impressa per *Marchesf. de Commiss. part. 1. pag. 384.* vbi etiam tentum
6 fuit, quod licèt videretur non posse exequi Breue stante hac clausula contra resignatarium tanquam prouisum à Papa, & non à resignante, per *Innoc. in cap. quia, &* ibi *Abb. de iudic.* tamen ex quo resignans resignauit beneficium in manibus Papæ, reseruata sibi pensione, non videtur ab illo purè prouisus, ita vt dicatur à Papa prouisus, sicut requiritur, tum quia qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, tum quia resignatio fuit facta in fauorem, quo casu licèt resignatarius habeat ius à Papa, non tamen plus iuris habere potest quàm habuerit resignans, *Rebuff. conf. 85. num. 11.* & demum, quia Papa non potuit intelligere se velle præiudicare hoc pacto Breui concesso à Commissario Cameræ, cùm hoc non expresserit, *cap. super eo, de officio delegati*, alias esset aperire viam sæpius eludendi executores Breuium, qui facilè admittuntur, & iura resignantium ignorantur, quæ in omnem euentum sola transferuntur in resignatarium, nec melioris conditionis esse debet, quàm fuerit resignans.

7 Restringitur autem supradicta resolutio, in qua habetur hanc clausulam non excludere eos, qui à prædecessoribus prouisiones habuerunt, vt non procedat, quando in Breui dicatur, *Non tamen à nobismet ipsis*, seu, *à nobis ipsis prouisis, aut prouisionem habentibus*, vt resoluunt *Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 1. n. 653. Aloys. Ric. in praxi aurea, resolut. 330. num. 2.* & fuit dictum *in Salmantina beneficij de Dueñas 31. Ianuarij 1586. coram Reuerendissimo D. Corduba Episcopo Pacen.* impressa per *Marchesf. d. part. 1. pag. 343.* & *in Vicen. beneficij 22. Iunij 1598. coram Litta*, cuius meminit *Nicol. Garc. d. num. 603.* & *in Militen. beneficij 6. Iunij 1607. coram Card. Marquemontio*, impressa per *Farin. decis. 201. num. 6. part. 2. recent.* vbi *num. 7.* subditur,
8 verba illa, *à nobismet ipsis*, esse personalissima, ex *Bald. conf. 304. lib. 5.* & *Natt. conf. 163. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Potestati qui resistit, ordinationi Dei resistit.*

2 *Clausula*, Nulli ergo hominum, &c. *consueuit apponi in priuilegijs publicis.*

3 *Beneficiorum priuationis comminationem importare clausulam*, Nulli ergo, &c. *putarunt nonnulli.*

4 *Constitutioni Pontificiæ qui se opponeret de Iure, & non de facto, non comprehenditur sub clausula*, Nulli ergo hominum, &c.

5 *Constitutionis Pontificiæ infractores subijciuntur pœnæ arbitrariæ, quando adest clausula*, Nulli ergo hominum, &c.

6 *Clausula*, Nulli ergo hominum, &c. *posita in literis Imperialibus, quid importet, ostenditur.*

7 *Infringere importat retractare, vel per malitiosam interpretationem infringere.*

8 *Temerario ausu facere, importat etiam sine dolo, sed ex subtilitate.*

Nulli ergo hominum liceat, &c.

CLAVSVLA XCI.

EVm, qui sine iusta, & rationabili causa dispositioni Apostolicæ non paruerit, indignationem Dei omnipotentis, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius incursurum, habetur in fine Bullarum Apostolicarum: nam, vt dicitur *in cap. qui resistit 11. quæst. 3.* qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit; vnde S. Ioan. Chrysostomus relatus *in cap. si nemo 11. quæst. 3.* sic ait, *nemo contemnat Ecclesiastica vincula, non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui hanc potestatem dedit hominibus, eosque, & Dominos fecit tanti honoris*; & ideo peccare mortaliter resoluit *Laurent. de Peirinis in constit. sui Ordinis Minim. constitut. 3. Sixti IV. n. 7. tom. 1.* 1

De vi autem huius clausulæ, quæ teste *Lauden. in tract. de priuileg. quæst. 18.* consueuit apponi etiam in priuilegiis Apostolicis, plerique examinant, & quidem *Bald. in c. 1. §. porrò, num. 6. quæ sit prima causa feud. amittendi*, putauit importare comminationem priuationis beneficiorum, quem refert *Marchesf. de Commiss. part. 1. pag. 422. num. 104. in vlt. impress. Ioan. Bapt. in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, Soc. conf. 87. incip. Visis inuestit. col. 2. vol. 3. Cardin. Tusch. verbo indignationis pœna, concl. 91. Laurent. de Peirinis in constit. sui Ordinis Minim. const. 3. Sixti IV. num. 8. tom. 1.* 2 3

Alij verò multo meliùs existimant, infractores constitutionis Pontificiæ, in qua adest huiusmodi clausula, subiici pœnæ arbitrariæ; ita *Bellencin. in tract. de charitatiuo subsidio, quæst. 44. Martin. Lauden. d. quæst. 18. Reßaur. de Imperatore, quæst. 110. Menoch. de arbitrar. cas. 365. num. 5. cent. 4. Erasm. à Cochier de Iurisd. Ordinarij in exemptos, part. 4. quæst. 62. num. 1. Ioan. à Cochier in schol. ad preces primarias Imperatoris, i. fine.* 4

Intellige, dummodo ipso facto infringant, eique non contradicant de Iure; nam certum est eum, qui se constitutioni Pontificiæ opponeret de Iure, & non de facto, non comprehendi sub hac clausula, iuxta notata per Doctores *in cap. in præsentia, de probat.* & per *Flamin. de resign. lib. 8. quæst. 7. num. 169. Marchesf. de Commiss. part. 2. pag. 422. in vlt. impress. Mart. de clausul. part. 1. claus. 314. num. 1. in vltim. impress.* 5

Posita verò in literis Imperialibus, operatur quod nullus, siue priuatus, siue in quacumque dignitate constitutus, etiam Vicarius Imperialis, 6

possit

poſſit contrauenire, vt ex *Bart. in extrauag. qui ſint rebelles, in fin. verſ. nulli ergo*, notat *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 352. num. 1.* vbi *numeris* 7 *ſeqq.* ſubdit, quod *infringere*, importat retractare, vel per malitioſam interpretationem infringere: *Temerario auſu*, importat etiam ſine dolo, ſed ex ſubtilitate contraire, videlicet diſſimulando, audiendo allegationes, vel diſceptationes; *attentare* importat etiamſi ad effectum non perducatur, & demum *indignationem, &c.* importat, quod Princeps indignatus gratioſum ſe non exhibebit, & citat *Bart. in d. extrauag. verbo infringere, & verbo temerario, & verbo contraire, & verbo indignationem, Alex. conſ. 103.* incip. *Videtur, n. 14. verſ. primò quia, lib. 1.* quod etiam tradit *Mart. d. clauſ. 314. num. 3. cum ſeqq. & Laurent. de Peirinis in conſtit. ſui Ordinis Minim. conſt. 1. Iuly II. num. 98.*

SVMMARIVM.

1 *Modum omnem, qui aliàs erat permiſſus, excludit clauſula*, Nullo modo, &c.

2 *Poteſtatem omnem adimit clauſula*, Nullo modo, &c. *inducendo nullitatem actus, & operando idem quod, clauſula* decreti irritantis.

3 *Negatiua omnis potentiæ eſt clauſula*, Nullo modo, &c.

4 *Clauſula*, Nullo pacto, *idem importat, quod*, nulla ratione.

Nullo modo, &c.

CLAVSVLA XCII.

1 HÆc clauſula excludit omnem modum, qui aliàs eſſet permiſſus, vt per *Seraphin. de Priuileg. iuram. priuil. 98. num. 5.* Et habet vim præciſæ prohibitionis, prout dict. *nullatenus, Cephal. conſ. 497. n. 25. lib. 4.* & idē eſt, ac ſi diceretur, *nullo tempore, nulla ratione, Alber. in diction. verb. nullo modo, Strach. de* 2 *decoct. p. 6. num. 28.* Ideo adimit omnem poteſtatem inducendo nullitatē actus, & operando idem quod clauſula *decreti irritantis, Grammat. conſ. 3. num. 12. Gig. de penſion. q. 10. num. 10. Oſaſc. Pedam. deciſ. 165.* 3 *num. 14.* Et eſt negatiua omnis potentiæ, idem operando quod dictio, *penitus*, *Menoch. remed. 14. recuper. num. 6.* Vide *in tract. de dictionib. dict. nullo modo.*

4 Huic ſimilis eſt clauſula, *Nullo pacto*, quæ idem importat, quod, *nulla ratione*, vt per *Alberic. in dict. verb. nullo pacto, per text. in l. pupillus 24.* vbi *gloſſ. quæ in fraudē cred.* & trahitur ad non ſpecificata, *Roland. conſ. 2. num. 42. lib. 4. Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. omnia, num. 14.*

SVMMARIVM.

1 *Futura comprehendit clauſula*, Nunc, & pro tempore.

2 *Clauſula*, Nunc, & pro tempore reſeruandas, *adiecta in facultate transferendi penſiones, an referatur ad tempus tranſlationis.*

Nunc, & pro tempore.

CLAVSVLA XCIII.

HÆc clauſula futura comprehendit, *Bald. per text. ibi, in cap. cùm inter, n. 7. de re iudic. Rebuff. in concord. tit. de Regia ad Præl. nomin. §. 1. verſ. pro tempore*, & fuit dictum *in Romana penſionis extra Rot. 19. Iunij 1615. coram Buratto*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſionib. p. 2. pag. 558. num. 3.* & per *Farinac. deciſ. 733. num. 4. p. 2. recent.* 1

Clauſula, *Nunc, & pro tempore reſeruandas*, adiecta in facultate transferendi penſiones, refertur ad tempus tranſlationis, vt in puncto reſoluit *D. Lotter. in tract. de re benefic. lib. 1. q. 36. num. 83.* tam ex natura ſubiectæ materiæ, quàm ex vi verborum, præcipuè ponderando dictionem, *pro tempore*, quæ futura comprehendit, vt ſuprà dixi, & vltra citatos firmat *Bald. in cap. cùm inter, num. 7. de re iudicata*, cum adductis per *Rot. in vna Lauden. penſionis 29. Ianuarij 1591. coram Penia*, quam amplè confirmat eadem *Rot. d. deciſ. 733. num. 3. & 4. p. 2. recent.* & meminit *D. Lotter. d. q. 36. num. 85.* 2

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Iuriſdictionem contra quoſcumque intereſſe prætendentes, dat clauſula*, Omneſque alios, &c. *ſi fuerit appoſita in commiſſione cauſæ.*

3 *Tertius ſi veniat ad cauſam vigore commiſſionis pro intereſſe cum clauſula*, Omneſque alios, &c. *dicitur reus, non actor.*

4 *Citatio generalis cum clauſula*, Omneſque alios, &c. *facta, non aliter nominibus perſonarum expreſſis, non eſt arctatoria.*

5 *Excommunicatus non ſpecificè nominatus in admiſſione ad abſolutionem à cenſuris, vigore clauſulæ*, Omneſque alios, &c. *poteſt petere abſolutionem, ſi habeat intereſſe in cauſa.*

6 *Infinitas reprobatur.*

7 *Reſcripti fraudibus vt occurratur, impetrator nomina in eo expreſſa ſpecificare debet.*

8 *Iuriſdictionem non tribuit clauſula*, Omneſque alios, &c. *contrà ſpecialiter priuilegiatum.*

9 *Pauperes, qui propter paupertatem ſe defendere non poſſunt, non comprehenduntur ſub clauſula*, Omneſque alios, &c.

10 *Fœminas non comprehendit clauſula*, Omneſque alios, &c.

11 *Maiores perſonas non comprehendit clauſula*, Omneſque alios, &c.

12 *Illuſtres perſonas, & qualificatas, ac particulari nota dignas, non comprehendit clauſula*, Omneſque alios, &c.

13 *Vniuerſitatem, Capitulum, aut Collegium non comprehendit clauſula*, Omneſque alios, &c.

Omneſque

Omnesque alios sua interesse putantes.

CLAVSVLA XCIV.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Mart. de clausul. p. 1. claus. 86. in vlt. impres. Marches. de Commiss. p. 1. pag. 205. num. 104. cum seqq. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 6. à num. 363.*

2 Hæc clausula dat Iurisdictionem contra quoscumque interesse prætendentes, si fuerit apposita in commissione causæ, ita vt per eam possint citari alij, qui non sunt in commissione nominati, *Abbri in cap. veniens, il 2. num. 8. de testamen. Mohedan. in cap. veniens, il 2. num. 8. de testamen. Mohedan. decis. 5. de Iudic. Put. decis. 24. de Iudic. & in corpore decis. 5. de Iudic. Put. decis. 24. de Iudic. & in corpore decis. 196. alias 190. in correctis, lib. 1. Mart. de clausul. p. 1. clausul. 86. in vlt. impres. Ioan. Cochier in reg. Cancell. ad reg. de annali possessore, n. 38.* & fuit dictum *in Toletana parochialis de Guecas 5. Maij 2595. coram Card. Pamphilio, & in Bracharen. beneficy 3. Martij 1603. coram Greg. XV. inter eius decisiones impressas decis. 94. & apud Farinac. decis. 81. num. 2. p. 2. recent.*

3 Operatur vt si tertius veniat ad causam vigore commissionis pro interesse cum hac clausula, dicatur reus, non actor, vt per *Pute. decis. 346. alias 336. in correctis, lib. 1.* & licet reus, voluntarius tamen, operatur quod actor debeat contra omnes instructus venire, eo quia illos vocando ad iudicia excitat, *Achil. decis. 2. num. 2. de dilation. Marches. de Commiss. p. 1. pag. 205. num. 106. in vlt. impress.*

4 De sui verò natura citatio generalis cum hac clausula, *Omnesque alios, &c.* facta, non aliter nominibus expressis personarum, sed monitoria, vnde omnes, qui sua interesse putauerint, venire ad causam, si placuerit, poterunt, & sic illis comparentibus ad vlteriora procedi valebit, sin minus secus, *Host. & Innoc. in cap. dilecti, de except. Rota decis. 8. de dolo, & contum.*

5 Vigore huius clausulæ iniunctæ admissioni ad absolutionem à censuris, & excommunicatione, illam petere poterit non solùm specificè nominatus in ea, verùm etiam ille, qui habet interesse in causa, vt post *decis. Achil. 151. alias 2. vt lite pendente, & decis. 390. lib. 3.* dictum fuit *in Placentina fideiussionis 22. Maij 1592. coram Penia.*

6 Huius clausulæ vigore tres, vel quatuor alios vltra expresè nominatos citari, & nominari posse cauetur in *cap. cum multis, de rescript. in 6.* ex illa ratione, quam text. ponderat, vt scilicet infinitas reprobetur, quam rationem multis exornant *Vital. de Cambian. in tract. clausul. pag. 56. num. 3. Escob. de ratiocin. cap. 18. num. 4. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 600. num. 30. Cald. Pereira de potest. elig. cap. 3. num. 18. Valasc. cons. 51. num. 29. & de partit. cap. 9. num. 50. & 51.*

7 Vt autem fraudibus occurratur, debet rescripti impetrator illorum quatuor nomina expresè specificare, ita *Vestr. in sua praxi, lib. 4. cap. 2. num. 2. Rot. decis. 18. num. 2. de dolo, & contum. in nouis, Abb. in cap. pastoralis. §. quoniam autem, num. 4. de rescript.* vbi etiam *Felin.* asserit, ante citandorum per partem declarationem, Iudicem eorum nominationem in aëre, & incertam habere. Hinc *Rota decis. 2. de rescript. in antiq.* dubitauit, an vigore huius clausulæ vltra quatuor conueniri valeant; resoluit tamen prædicta non habere locum in Romana Curia, quia commissiones, & sic Iurisdictio, quæ illis mediantibus exercetur in Rota, non est arctatoria ratione Ordinariæ, & superioris Iurisdictionis, quam Papa præsens super causis deuolutis, vt alias in Curia tractandis habet, quæ non veniunt restringendæ ad aliarum causarum instar, quæ extra Curiam coram Iudicibus delegatis agitur, quia ad Iurisdictionis Ordinariæ diminutionem tendit; subdens ibi *Rota*, quod verba illa, *quatuor citandi*, quoad actorem in principio citationis intelligi possunt, quia ratio infinitatis, & vexationis euitanda venit, sed non quoad alios non citandos ad eius instantiam, qui dando de eorum proprio interesse ad causam venire vellent: nam vt *in prædicta decisione*, ibi ad multos extenderetur, quæ omnia refert *Marches. d. p. 1. pag. 207. num. 121.*

Sed non tribuit contra specialiter priuilegiatum ista clausula Iurisdictionem, quando specialis mentio de illis facienda veniebat, *cap. Sedes*, vbi Doctores *de rescript. Roman. cons. 400. num. 4. Franc. in cap. 2. num. 3. etiam de rescript. in 6. Marches. d. p. 1. pag. 205. num. 105.*

Vnde illam non comprehendere pauperes, qui 9
propter paupertatem se defendere non possunt, dicunt *Bald. in cap. Sedes, num. 5. de rescript. Felin. in cap. significantibus 38. num. 6. in 4. priuilegio paupertatis, de officio deleg.*

Nec etiam capere fœminas asserit *Ludou. Gomez* 10
ad cap. 2. de rescript. in 6. num. 60. cum seq. contra quem scripsit *Mandos. super commiss. caus. benefic. vers. omnesque alios.*

Item nec maiores personas, quia aliter procedi- 11
tur contra maiores, aliter contra minores, notat *Imol. in cap. Sedes Apost. num. 12.* vbi *Felin. num. 1. de rescript. Marches. d. p. 1. pag. 207. num. 120. Mandos. loco proximè cit. in vers. secundò quæro*, vbi ait, hanc 12
clausulam non comprehendere Principes, neque personas Illustres, & qualificatas, ac particulari nota dignas.

Item nec Vniuersitatem, seu Capitulum, aut Col- 13
legium comprehendere obseruant *Gomez in d. cap. 2. num. 68. Mandos. cit. loco, Marches. d. p. 1. pag. 207. num. 118 & 119.* vbi subdit, in hac clausula expressa cum nomine Clerici laicum non comprehendi.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Pleno iure, & sine diminutione operatur clausula*, Omni meliori modo, &c.

3 *Clausulæ*, Si non valet quod ago, &c. *æquiparatur clausula*, Omni meliori modo, &c.

4 *Iuramento ad sustinendum actum æquiparatur clausula*, Omni meliori modo, &c.

5 *In testamento inter liberos subintelligitur clausula*, Omni meliori modo, &c.

6 *Clausula*, Omni meliori modo, &c. *operatur, vt melior via censeatur electa.*

7 *Dispositio vigore clausulæ*, Omni meliori modo, &c. *non restringitur ad expressa, sed extenditur ad omnes casus, in quibus actus melius sustinetur.*

8 *Actum, etiamsi alio modo, quàm expressum sit, valere possit, facit sustineri clausula*, Omni meliori modo, &c.

9 *Dispo*

9 *Diſpoſitio ſi ſecundum verba expreſſa ſuſtineri non poſſit vigore clauſulæ*, Omni meliori modo,&c. *ſuſtinebitur ſecundum ea, quæ congruentiùs exprimi potuiſſent.*

10 *Actus ſi non poſſit valere eo modo, quo fuit geſtus, valebit eo modo, quo Iure fieri potuit, vigore clauſulæ*, Omni meliori modo, &c.

11 *Remedium vtilius vt dicatur deductum, operatur clauſula*, Omni meliori modo, &c.

12 *Remedium omne magis fauorabile vt cenſeatur intentatum, & deducta omnis actio neceſſaria, & proficua actori, operatur clauſula*, Omni meliori modo, &c.

13 *Solemnitatem ſupplet clauſula*, Omni meliori modo, &c. *& conualidat actum inualidum ex omni capite, quo fieri potuit.*

14 *Contractum inualidum facit valere clauſula*, Omni meliori modo, &c. *& validum in vim validioris.*

15 *Vltra expreſſa comprehendit clauſula*, Omni meliori modo, &c. *quando eſt dictio*, Et, *vel alia copulatiua, ſecus ſi ſimpliciter.*

16 *Poſſeſſionem capiendi propria auctoritate licentiam operatur clauſula*, Omni meliori modo, &c.

17 *Legatarius vt poſſit capere legatum propria auctoritate, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

18 *Diſponentem noluiſſe reſtringere ſuam diſpoſitionem ad ſpecificata, ſed voluiſſe illam gerere eo modo, quo de Iure melius fieri potuit, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

19 *Caſus omnes, & modos vt comprehendat, quibus diſpoſitio ſit fortior, & plenius valeat, extendit diſpoſitionem clauſula*, Omni meliori modo,&c.

20 *Caſus omnes etiam maiores, ac improprios comprehendit clauſula*, Omni meliori modo, &c. *adiecta dictioni vniuerſali*, Quocumque.

21 *Pœnam petentium plus debito facit ceſſare clauſula*, Omni meliori modo,&c.

22 *Iudicis officium vt cenſeatur imploratum in libello, & quod omnia arbitrio Iudicis cenſeantur remiſſa, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

23 *Actio omnis, & omne officium Iudicis vt cenſeatur intentatum in libello, abſque aliqua expreſsione actionis, vel officij Iudicis, operatur clauſula*, Omni meliori modo, &c.

24 *Verba impropriando, quod potiùs actio competens apta ſit intentata, quàm concluſio inepta, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

25 *Libelli ineptitudinem tollit clauſula*, Omni meliori modo,&c.

26 *Libellus vt in caſu dubio interpretetur eo modo, qui fauorabilior eſt actori libellanti, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

27 *Contraria remedia quod poſſint cumulari, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

28 *Contrarietatem, & incertitudinem in libello tollit clauſula*, Omni meliori modo,&c.

29 *Libellans quod cenſeatur deduxiſſe omnia narrata, & non ſe reſtrinxiſſe ad concluſionem, ſi non competit, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

30 *Excipiens actorem eſſe repellendum* omni meliori modo, &c. *habet intentum, ſi actor audiri non debet, licèt non repelli.*

31 *Electionem factam per vota conditionalia, & incerta, facit valere clauſula*, Omni meliori modo,&c.

32 *Iudex, qui poteſt procedere tanquam Ordinarius, & delegatus, ſi in iudicando dicit*, Omni meliori modo, &c. *cenſetur ex poteſtate vera proceſsiſſe.*

33 *Verbum* Relinquo, *quod in teſtamentis importet inſtitutionem, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

34 *Teſtamentum in ſcriptis factum, ſi non valet vt in ſcriptis, quod valeat vt nuncupatiuum, operatur clauſula*, Omni meliori modo, &c.

35 *Inſtitutus in duobus teſtamentis, ſi dubitat quod valeat, & adiuit cum clauſula*, Omni meliori modo, &c. *cenſetur adiuiſſe ex eo teſtamento, quod valet.*

36 *Codicillari clauſulæ æquipollet clauſula*, Omni meliori modo,&c.

37 *Derogationis primi teſtamenti habet vim clauſula*, Omni meliori modo, &c. *appoſita in vltimo teſtamento.*

38 *Expreſsi vim habet clauſula*, Omni meliori modo,&c.

39 *Donatio cauſa mortis, vt tranſeat in donationem inter viuos, vel è contrà, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

40 *Clauſula*, Omni meliori modo, &c. *efficit vt quis teneatur ex cauſa vera, & putatiua.*

41 *Vocationem liberorum poſitorum in conditione inducit clauſula*, Omni meliori modo,&c.

42 *Derogatoriæ clauſulæ contentorum in primo teſtamento habet vim clauſula*, Omni meliori modo, &c. *poſita in codicillis.*

43 *Proprietas vt in dubio cenſeatur relicta, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

44 *Donatio facta de bonis præſentibus, & futuris, vt ſuſtineatur quoad præſentia, operatur clauſula*, Omni meliori modo,&c.

45 *Iuramentum ſuppletorium vt Iudex deferat parte non petente, operatur clauſula*, Omni meliori modo, &c.

46 *Substitutionem directam pupillarem, quæ aliàs talis non erat, efficit clausula,* Omni meliori modo, &c.

47 *Substitutionem directam resolui in fideicommissariam facit clausula,* Omni meliori modo, &c.

48 *Validitatem in prælegato nullo operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

49 *Transmissionem absque detractione Trebellianicæ inducit clausula,* Omni meliori modo, &c. *posita in testamento.*

50 *Filij positi sub conditione, vt dicantur dispositiuè vocati, operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

51 *Voluntatem enixã, & spõtaneam disponẽdi denotat clausula,* Omni meliori modo, &c.

52 *Validitas, vel modus, per quem actus valere potest, si non est expressus cum alijs modis ineptis, non operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

53 *Clausula,* Omni meliori modo, &c. *refertur respectu mandati expressi.*

54 *Clausula,* Omni meliori modo, &c. *operatur etiam quoad ea, quæ ex expressis aptè inferri possunt.*

55 *Actum vt faciat valere quoad incognita, & incogitata, non operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

56 *Dispositionem vltra cognita agenti tempore actus non potest extendere clausula,* Omni meliori modo, &c.

57 *Quoad contraria nihil operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

58 *Iudicium ad causam expressam non restringit clausula,* Omni meliori modo, &c. *nec sustinet libellum continentem remedia contraria.*

59 *Clausula,* Omni meliori modo, &c. *non operatur nisi quoad narrata, seu summam, aut rem petitam, non autem quoad aliud, quod plus probaretur.*

60 *Expressio certa vbi pro forma requiritur, non operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

61 *Modi inepti quando sunt expressi, nihil operatur clausula,* Omni meliori modo, &c. *si aptus modus ex expressis descendere non potest.*

62 *Actus limitatione stante nihil operatur clausula,* Omni meliori modo, &c.

63 *Dispositionem non alterat, nec ampliat clausula,* Omni meliori modo, &c.

64 *Actu imperfecto non attenditur clausula,* Omni meliori modo, &c.

65 *Actus validitatem non operatur clausula,* Omni meliori modo, &c. *quando defectus non est in solemnitate, sed in substantia, & forma.*

66 *Actus vt valeat eo modo, quo non potest sortiri effectum suum, non potest inducere clausula,* Omni meliori modo, &c.

67 *Actui re vera nullo non tribuit vim, & effectum clausula,* Omni meliori modo, &c.

68 *Clausula,* Omni meliori modo, &c. *nihil operatur contra mentem, & intentionem partium.*

69 *Actum omni alio modo, non sustinet clausula,* Omni meliori modo, &c. *sed secundum propositum agentis.*

Omni meliori modo, &c.

CLAVSVLA XCV.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Capic. decis. 96. n. 8. Hippol. cons. 118. n. 8. vol. 2. Siluan. cons. 97. n. 13. Cels. Vgon. in tract. clausul. pag. 503. Pinel. in l. 1. C. de bonis mater. cap. 2. n. 8. ad fin. Simon. de Prat. de interpret. vlt. volunt. fol. 127. folut. 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 47. n. 3. cum seqq. & q. 72. n. 15. & cons. 127. n. 5. & cons. 314. n. 4. Viui. tom. 2. com. opin. lib. 6. tit. 13. n. 256. vers. quoniam clausula, Ioseph. Ludouic. Peruf. decis. 117. n. 2. 22. & 23. Seraph. de Priuileg. iuram. priuil. 22. n. 65. cum seqq. Valasc. de iure emphyt. q. 6. n. 16. & consult. 719. n. 15. Hond. cons. 44. n. 25. cum seqq. tom. 2. Surd. decis. 7. n. 25. & cons 303. n. 13. & cons. 305. n. 49. & cons. 428. n. 19. Aloys. Ric. in collect. decis. p. 4. collect. 879. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. concl. 358. Mart. de clausul. p. 1. clausul. 84. alias 88. in vltim. impress. & p. 3. clausul. 56. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 3. n. 8. Rendin. in promptuario receptarum sententiar. tom. 1. tit. 16. n. 13. Hieron. Gabr. cons. 137. num. 23. lib. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 24. n. 4. Bernard. Græua ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 61. consider. 3. num. 6. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 2. num. 6. Fusar. de substit. q. 245. n. 63. cum seqq. D. Lotter. in suq nouissimo tract. de re benefic. lib. 1. q. 40. n. 328. cum seqq.* 1

Hæc clausula æquipollet clausulæ, *Pleno iure*, & ideo importat idem quod pleno iure, & sine diminutione, *Ruin. cons. 47. num. 20. lib. 2. Rim. Iun. cons. 638. n. 62. lib. 6. Mart. d. clausul. 88. num. 7.* Et æquiparatur clausulæ, *Si non valet quod ago, vt ago, valeat eo modo, quo valere potest, Cephal. cons. 423. n. 92. & cons. 437. num. 82. cum seqq. Hond. cons. 44. num. 28. tom. 2. Fusar. de substit. quæst. 245. n. 64.* Et operatur idem quod clausula, *Super quibus Ius, & Iustitiam ministrari petitur, Boër. decis. 94. num. 3. Card. Tusch. d. concl. 358. num. 17.* & æquipollet clausulæ codicillari, vt infrà videbitur *in vers. 23.* & æquiparatur iuramento ad sustinendum actum, *Rot. Bononien. decis. 14. num. 59. Cephal. cons. 772. n. 11. & seq. & n. 39. Cardin. Tusch. d. conclus. 358. n. 41.* subintelligitur in testamento inter liberos, *Hipp. cons. 118. num. 10. Mart. d. clausul. 56. num. 10. Fusar. d. q. 245. n. 50.* 2 3 4 5

Primò operatur hæc clausula, vt melior via censeatur electa, *Ioseph. Ludou. Peruf. decis. 117. n. 4. & 5. Seraph. de Priuileg. iuram. priuil. 98. n. 3.* & ideo dispositio vigore huius clausulæ non restringitur ad expressa, sed extenditur ad omnes casus, in quibus actus meliùs sustinetur; ita *Ruin. cons. 9. n. 9. vol. 5. Rim. Iun. cons. 23. n. 143. vol. 1. Mart. d. p. 3. clausul. 56. n. 4.* Facit enim sustineri actum, etiamsi alio modo, quàm expressum sit, valere possit, ex notatis per *Achil. decis. vnic. de verb. sign.* & *Verall. decis. 124. p. 1.* & fuit dictum *in Romana laudi 13. Iunij 1614. coram Buratto*, impressa per *Farinac. decis. 553. num. 20. p. 1. recent. Cardin. Tusch. d. concl. 358. n. 43.* Vnde etiam fit, vt si dispositio secundum verba expressa sustineri non possit, sustineatur 6 7 8 9

secun

ſecundum ea, quæ congruentiùs exprimi potuiſſent, *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 14. num. 11. Couar. in cap. Raynutius, de teſtam. § 1. ſub num. 2. verſ. præterea, Menoch. conſ. 314. num. 4. Fuſar. d. q. 245. num. 65.* & fuit dictum *in Reatina hæreditatis 3. Martij 1600. coram Iuſto.*

10 Hinc etiam fit, vt ſi actus non poſſit valere eo modo, quo fuit geſtus, valeat eo modo, quo Iure fieri potuit, *Menoch. conſ. 314. num. 4.* vel vt ſi non valeat actus vno modo, valeat omni alio meliori, *Menoch. conſ. 683. num. 75. Hond. conſ. 44. num. 26. tom. 2. Mar. Antonin. var. reſolut. lib. 2. reſol. 49. num. 8.* Et ita apta eſt etiam tollere, & reiicere modum expreſſum, per quem actus corruat, *Creſc. deciſ. 11. num. 9. de dolo, & contum. D. Lotter. d. q. 40. num. 328.* neque ſtat reſtrictiuè, niſi quando ponitur ſimpliciter, & ſine copula, *Et*, *Cæſar de Graſſ. deciſ. 12. alias 1. num. 4. de elect. Rot. deciſ. 467. num. 7. p. 3. lib. 3. diuerſ.*

11 Secundò operatur, vt vtilius remedium dicatur deductum, & ſi quod fuit expreſſum, non valet eo modo, quo fuit expreſſum, valeat eo modo, quo valere poteſt; ita *Gomez l. 3. Tauri, num. 78. Menoch. conſ. 314. num. 4. Surd. conſ. 428. num. 19. & conſ. 450. num. 23. Ioſeph. Ludouic. Peruſ. deciſ. 117. num. 4. & 5. Mart. d. clauſ. 88. num. 1. Aloyſ. Ric. d. collect. 869. effect. 1. Mareſcot. var. lib. 1. cap. 29. num. 72. & lib. 2. cap. 138. num. 46. & 47. Gregor. deciſ. 204. num. 19.*

12 Tertiò operatur etiam, vt cenſeatur intentatum omne remedium magis fauorabile, & deducta omnis actio neceſſaria, & proficua actori, *Rot. Bonon. diuerſ. deciſ. 129. num. 25. & deciſ. 116. num. 54.* Subdit quod in petitione operatur, vt ſemper cauſa neceſſaria, ac ſemper aptum, & neceſſarium remedium cenſeatur intentatum.

13 Quartò ſupplet ſolemnitatem, & conualidat actum inualidum ex omni capite, quo fieri potuit, *Cephal. conſ. 772. num. 10. & ſeq. Alex. conſ. 80. incip. Viſis, num. 4. & ſeq. lib. 5. Hond. conſ. 44. num. 29. tom. 2. Card. Tuſch. d. concluſ. 318. num. 35.* vbi *num. 37.* cum *Grato conſ. 7. num. 24. & ſeq.* ampliat in contra-
14 ctu, quia facit valere in vim contractus validioris, de quò etiam *Grat. conſ. 7. num. 24. & ſeq. Mart. d. clauſ. 88. num. 9.*

15 Quintò comprehendit vltra expreſſa, quando adeſt copula, *Et*, vel alia dictio copulatiua, ſecus ſi ſimpliciter, & ſine copula ponatur, nam tunc non operatur niſi circa expreſſa, *Ruin. conſ. 9. num. 9. vol. 5. Mart. d. p. 1. clauſ. 88. num. 3.* vbi refert plures Rotæ deciſiones, *Mantic. deciſ. 217. num. 2. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 764. num. 14. cum ſeqq. Honded. conſ. 44. num. 34. tom. 2.*

16 Sextò operatur licentiam capiendi poſſeſſionem propria auctoritate, *Mart. d. clauſ. 88. num. 10. & d. clauſ. 56. num. 15. Vincent. Honded. conſ. 28. num. 26. tom. 2.* vbi *num. 27.* ſubdit, ſupplere titulum inſtitu-
17 tionis etiam in legato rei particularis. Et ideo operari, vt legatarius poſſit capere legatum propria auctoritate, notant *Mart. d. clauſ. 56. num. 15. Intrigl. Siciliæ deciſ. 48. num. 20.* & tribuere tacitè fideicommiſſario facultatem capiendi propria auctoritate, obſeruat *Argelus de contradict. legitimo, q. 10. num. 27.*

18 Septimò oſtendit, diſponentem noluiſſe reſtringere ſuam diſpoſitionem ad ſpecificata, ſed voluiſſe illam gerere eo modo, quo de Iure meliùs fieri potuit, ita *Hond. conſ. 44. num. 25. tom. 2.* vbi *num. 31.*
19 ſubdit, extendere diſpoſitionem, vt omnes caſus, & modos comprehendat, quibus diſpoſitio ſit fortior, & plenius valeat, & *num. 45.* quod operatur, vt diſpoſitio verificetur eo caſu, in quo eorum impropriè pleniùs verificari poteſt, & *num. 46.* quod 20
adiecta dictioni vniuerſali, *Quocumque*, comprehendit omnes caſus etiam maiores, ac improprios.

Octauò facit ceſſare pœnam petentium plus de- 21
bito, vt per *Ioſeph. Ludou. Peruſ. deciſ. 117. num. 4. & 5.*

Nonò in libello operatur, vt officium Iudicis 22
cenſeatur imploratum, & quod omnia arbitrio Iudicis cenſeantur remiſſa; ita vt ceſſet incertitudo, vel contrarietas, *Lap. allegat. 51. n. 9. Ruin. conſ. 209. num. 24. lib. 1. Card. Tuſch. d. concluſ. 358. num. 1.* vbi *num. 2.* poſt *Corn. conſ. 18.* incip. *In præſenti, num. 8. lib. 3.* ſubdit idem operari, ſiue ſit in principio, ſiue in fine.

Decimò in libello operatur, vt omnis actio, & 23
omne officium Iudicis cenſeatur intentatum abſque aliqua expreſſione actionis, vel officij Iudicis, ita *Petr. de Anchar. conſ. 73.* incip. *Viſis omnibus num. 3. & ſeq. Card. Tuſch. d. concluſ. 358. num. 4.* vbi *num. 5.* poſt *Corn. d. conſ. 18. num. 8.* & *Butr. conſ. 63.* ex-
tendit etiam impropriando verba, quod potius 24
actio competens apta ſit intentata, quàm concluſio inepta.

Vndecimò tollit ineptitudinem libelli, *Bald. conſ.* 25
478. incip. *In cauſa, num. 3. lib. 1. Card. Tuſch. de concluſ. 358. num. 6.*

Duodecimò operatur, vt in caſu dubio libellus 26
interpretetur eo modo, qui fauorabilior eſt actori libellanti, *Marant. de ordin. iudicior. p. 6. tit. de libelli oblat. num. 16.*

Decimotertiò operatur, quod remedia contraria 27
poſſint cumulari, & quicquid ex narratis reſultat, cenſeatur concluſum, prout idem eſt in clauſula, *Petens, &c. Crau. in reſponſo pro genero, num. 215. & 217.* & tunc ſententia poteſt fieri non conformis libello, *Marant. de ordin. iudicior. p. 4. dict. 9. num. 3. Card. Tuſch. d. concluſ. 358. num. 7.* vbi *num. 8.* poſt *Angel. conſ. 157. col. 2. verſ. ex quibus*, extendit, vt etiamſi in libello ſpolij vnum remedium non competens eſſet expreſſum, ſi adeſt hæc clauſula, cenſeatur etiam deductum omne aliud remedium.

Decimoquartò tollit contrarietatem, & incerti- 28
tudinem libelli, quia operatur, vt officium Iudicis dicatur imploratum, & omnia in arbitrio illius concluſa, *Lap. alleg. 51. num. 9. verſ. nam hic proponitur, Card. Tuſch. d. concl. 358. num. 9. Pacific. de Salu-ian. interd. Inſpect. 1. cap. 3. num. 43.*

Decimoquintò operatur, quod libellans cenſea- 29
tur deduxiſſe omnia narrata, & non ſe reſtrinxiſſe ad concluſionem, ſi non competit, ita *Anton. de Butr. conſ. 63.* incip. *Viſo libello, Alex. conſ. 113. lib. 3. Soci. conſ. 142. col. antepenult. lib. 1. Crauet. conſ. 326. n. 25. Card. Tuſch. concluſ. 358. num. 11.*

Decimoſextò operatur tam in agente, quàm in 30
excipiente, ideo excipiens repellendum actorem *omni meliori modo, &c.* habet intentum, ſi actor audiri non debet, licèt non repelli, *Ruin. conſ. 209. n. 24. lib. 1.* quem refert *Card. Tuſch. d. concluſ. 368. num. 16.*

Decimoſeptimò facit valere electionem factam 31
per vota conditionalia, & incerta, quæ aliàs non valeret, quia cenſetur remiſſa in voluntate ſuperioris, *cap. alleg. 51. num. 10. verſ. ita etiam, Card. Tuſch. d. concluſ. 358. num. 18.*

Decimooctauò operatur, quod Iudex, qui po- 32
teſt procedere tanquam Ordinarius, & delegatus, ſi in iudicando dicit, *Omni meliori modo*, cenſetur ex poteſtate vera proceſſiſſe, *Felin. in cap. cum ſuper,*

col. penult. vers. quid autem, num. 11. *de offic. deleg.* vbi *Dec. in fin. Card. Tusch. d. conclus.* 358. *num.* 21. vbi *n.* 22. cum *Dec. cons.* 14. *num.* 3. *& cons.* 73. *num.* 4. extendit, vt imò si Iudex credidit se delegatum, cùm non esset, & erat etiam Ordinarius, procedendo vt delegatus cum clausula, *Omni meliori modo*, sustineatur processus.

33 Decimononò posita in testamẽtis operatur, quod verbum *Relinquo*, importet institutionem, vt post *Paul. Castren. Bald, Felin.* & alios, tenet *Viuius tom.* 2. *comm. opinion. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 256. *vers. quoniam clausula, Cels. Vgon. in tract. clausul. pag.* 583. *col.* 1. *Hippol. cons.* 11[illegible] *num.* 9. *Aloys. Ric. d. collect.* 879. *effectu* 4.

34 Vigesimò operatur, quod testamentum in scriptis factum, si non valet vt in scriptis, valeat vt nuncupatiuum, *Alex. cons.* 176. *col.* 2. *lib.* 5. *Socin. cons.* 173. incip. *R. in fin. num.* 2. *Afflict. decis.* 164. *num.* 2. *Salust. Tiber. in formul. instr. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 14. *Mart. d. clausul.* 88. *num.* 4. *& d. clausul.* 56. *num.* 8. *Menoch. cons.* 1062. *num.* 1. *Aloys. Ric. d. collect.* 879. *effect.* 3. *Card. Tusch. conclus.* 358. *num.* 27.

35 Vigesimosecundò operatur, vt qui est institutus in duobus testamentis, & dubitat quod valeat, & adiuit cum clausula, *Omni meliori modo, &c.* censeatur adiuisse ex eo testamento quod valet, *Felin. in d. cap. cùm super, de offic. deleg. num.* 11. *vers.* 3. *effect. Ang. de Perusio cons.* 183. incip. *Berta, num.* 3. *vers.* 2. *Dec. cons.* 14. incip. *Et pro tenui, num.* 4. *vers. & in simili, Card. Tusch. d. conclus.* 358. *num.* 28. vbi *num.* 29. declarat, si fecit mentionem de vtroque testamento, secus si de altero tantùm.

36 Vigesimotertiò æquipollet clausulæ codicillari, *Felin. in d. cap. cùm super, num.* 11. *in fin. vers. quartus effectus, Corn. cons.* 62. incip. *Alias consului, lib.* 2. *Sim. de Prat. de interp. vlt. volunt. fol.* 128. *n.* 20. *Dec. cons.* 14. *num.* 3. *& cons.* 77. *num.* 4. *Ant. Gom. ad l.* 3. *Tauri, num.* 74. *Card. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. lib.* 3. *tit.* 14. *num.* 11. *Card. Tusch. d. concl.* 358. *num.* 30. *D. Barbos. in priuatis scholijs ad l. nemo potest, num.* 422. *ff. de legatis* 1. *Marta d. clausul.* 88. *num.* 6. *Aloys. Ric. d. collect.* 879. *effectu* 6. *Stephan. Grat. discep. foren. cap.* 369. *num.* 6. *Cardos. in praxi Iudic. verbo clausula* 8. *Fusar. iuncta de substitution. q.* 245. *à num.* 68. Imò plus operari quàm clausulam codicillarem, asserit *Serap. de Priuileg. iuramenti, priuil.* 98. *num.* 8. *& priuil.* 74. *num.* 195.

37 Vigesimoquartò, in testamento vltimo habet vim derogationis primi, *Socin. cons.* 173. *in fin. lib.* 2. *Ruin. cons.* 11. incip. *Ex ijs, num.* 13. *&* 14. *lib.* 2. *Card. Tusch. d. concl.* 358. *num.* 32. *Seraph. decis.* 239. *num.* 1.

38 Vigesimoquintò habet vim expressi; ideo omnia, quæ pro actus validitate debuerunt exprimi, habentur pro expressis, prout si esset iuratum, quia æquipollet iuramento, *Cephal. cons.* 772. *num.* 38. *&* 39. *Curt. Iun. cons.* 71. *num.* 12. *Grat. cons.* 34. *num.* 6. *& cons.* 58. *num.* 9. *lib.* 1. *Crau. cons.* 141. *num.* 3. *Paris. cons.* 40. *num.* 24. *lib.* 3. *Card. Tusch. d. conclus.* 358. *num.* 34.

39 Vigesimosextò facit, quod donatio causa mortis transeat in donationem inter viuos, & è contrà, *Crau. cons.* 214. *num.* 19. *Roland. à Valle cons.* 8. *num.* 24. *lib.* 1. *Paris. cons.* 90. *num.* 10. *lib.* 3. *Hond. cons.* 44. *num.* 54. *tom.* 2. *Serap. decis.* 369. *num.* 5. *&* 6. *Cald. Pereira de potest. eligendi, c.* 3. *n.* 13. vbi ait, quod quando in instrumentis, seu nominationum chartis hæc clausula apponitur, eius natura est excludere mortis causa donationem, & inducere quod inter viuos donatio facta dicatur, & impedire reuocationem, *Card. Tusch. d. concl.* 358. *num.* 44. vbi *num.* 45. cum *Cumano cons.* 190. incip. *Filiusfam. circa fin.* subdit, in donatione filiifam. causa mortis operari pactum resolutiuum, & alia necessaria, ex quibus impediatur alienatio, vel operari, vt si filiusfamilias est miles, vel eques, aut Doctor, valeat dispositio in vim codicillorum, ex quo potest codicillari.

Vigesimoseptimò efficit, vt quis teneatur ex causa vera & putatiua, vt per *Stephan. Gratian. discep. forens. cap.* 793. *num.* 4. 40

Vigesimooctauò inducit vocationem liberorum positorum in conditione, vt per *Honded. cons.* 54. *num.* 47. *tom.* 2. 41

Vigesimononò, posita in codicillis habet vim clausulæ derogatoriæ contentorum in primo testamento, etiamsi in eo testator dixisset nolle posse mutare testamentum, & si contigerit mutatio, non valeret ex defectu intentionis, quia mutatio sola facta cum verbis, *quod valeat omni meliori modo, quo potest*, operatur enixam, & præcisam voluntatem, & derogationem contrariorum, *Bald. cons.* 226. incip. *Reperitur, lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 389. *lib.* 5. *Card. Tusch. d. concl.* 358. *num.* 46. vbi *num.* 47. cum *Alex. cons.* 50. *in fin. & cons.* 53. incip. *In causa, n.* 20. *vers. accedit, lib.* 7. subdit, quod posita in testamento, in quo pater reliquit, vel legauit omni meliori modo, operatur quod iure institutionis censetur legatum. 42

Trigesimò operatur, vt in dubio censeatur relicta proprietas, ita *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 216. *num.* 34. 43

Trigesimoprimò operatur, vt donatio facta de bonis præsentibus, & futuris, virtute huius clausulæ sustineatur quoad præsentia, vt ex *Grat. resp.* 70. *num.* 21. *lib.* 1. resoluit *Ioseph. Ludou. d. decis.* 117. *num.* 6. 44

Trigesimosecundò operatur, vt iuramentum suppletorium Iudex deferat, non petente parte, vt per *Camill. Borel. in sum. omnium decis. tit.* 54. *num.* 6. *cum seqq.* 45

Trigesimotertiò efficit substitutionem directam pupillarem, quæ aliàs non erat talis, *Mart. d. clausul.* 56. *num.* 12. *Rot. Bonon. diuers. decis.* 14. *n.* 52. *Surd. cons.* 434. *num.* 13. 46

Trigesimoquartò facit resolui substitutionem directam in fideicommissariam, ex notatis per *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 369. *num.* 6. 47

Trigesimoquintò operatur validitatem in prælegato nullo, vt per *Paris. cons.* 79. *num.* 31. *volum.* 2. *Menoch. cons.* 86. *num.* 85. *Mart. d. clausul.* 56. *num.* 14. 48

Trigesimosextò, posita in testamento inducit transmissionem absque detractione Trebellianicæ, vt per *Menoch. cons.* 1112. *num.* 23. *Rot. Bononien. diuers. decis.* 14. *num.* 53. *Mart. d. clausul.* 56. *num.* 13. 49

Trigesimoseptimò operatur, vt filij positi sub conditione, dicantur dispositiuè vocati, *Paris. cons.* 21. *num.* 53. *vol.* 3. *Rimin. Iun. cons.* 583. *num.* 14. *vol.* 5. *Simon de Prat. de interp. vlt. volunt. lib.* 3. *num.* 6. *fol.* 300. *Ioseph. Rustic. in tract. an & quando, lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 3. *in* 39. *coniectura, Hond. cons.* 54. *num.* 47. *cum seqq. tom.* 2. *Put. decis.* 215. *in fin. aliàs* 214. incip. *Nicolaus, num.* 5. *lib.* 3. *in correct.* quicquid dicat *Menoch. cons.* 54. *num.* 47. *cum seqq.* 50

Trigesimooctauò denotat enixam voluntatem, & spontaneam disponendi, *Gabr. cons.* 32. *q.* 2. *nu.* 17. *vol.* 1. *Mart. d. clausul.* 88. *num.* 13. *vers. item denotat.* 51

Limita primò, vt nihil operetur quoad non expressa, ideo si validitas, vel modus, per quem actus valere potest, non est expressus, cum aliis modis 52

inceptis

ineptis non operatur, *Calder. conſ. 1. de accuſat. num. 2. verſ. non obſtant, alias 479. Aret. conſ. 17.* incip. *Conſideratis, num. 5. Vant. de nullit. ex defectu Iuriſdict. num. 174. Rot. apud Farin. deciſ. 841. num. 3. in 1. collect. nouiſſimarum, & deciſ. 353. num. 20. p. 1. recent. Cardin. Tuſch. d. concl. 358. num. 50.* vbi *num. 51.* extendit limitationem, quia ſi quis poteſt aliquid facere ex ſe ipſo, & fecerit vigore mandati, non ſufficientis expreſsè, licèt adiecerit hanc clauſulam, tamen actus
53 non ſuſtinetur, quia clauſula, *Omni meliori modo, &c.* refertur reſpectu mandati expreſſi, & *n. 52. cum ſeqq.* declarat hanc clauſulam non ſolùm operari quoad
54 expreſſa, ſed etiam quoad ea, quæ ex expreſſis aptè inferri poſſunt, ſi expreſſio ineſſet ſaltem ex lata importantia vocabuli, vel adeſſet copula, *Et*, quia tunc extra expreſſa extenditur, vt obſeruant citati à *Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 3. num. 8.* quibus adde *Aloyſ. Ric. d. collect. 879. effect. 5. Mart. d. clauſ. 88. n. 3. Seraph. deciſ. 1184. num. 3.* & iuxta hæc intelligendæ ſunt plures Rotæ deciſiones, ex quibus elicitur, hanc clauſulam comprehendere etiam modos non expreſſos, vt per *Verall. deciſ. 124. lib. 1. Creſcent. deciſ. 11. in fin. de dolo, Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. num. 3. & 4. de elect. Rot. deciſ. 467. n. 7. lib. 3. p. 3. diuerſ. & deciſ. 733. n. 9. apud Farin. p. 2. recent.*

55 Limita ſecundò, quia non operatur, vt faciat valere actum quoad incognita, & incogitata, *Felin. in d. cap. cùm ſuper, num. 13. verſ. quando, de offic. deleg. Roman. conſ. 294.* incip. *Hæc confeſſio, in fin. Card. Tuſch. d. concl. 358. num. 58. Brunor à Sole in locis communib. verbo clauſula 32.*

56 Vnde non poſſe extendere diſpoſitionem vltra cognita agenti tempore actus, fuit dictum *in Rota in Bononien. fideicommiſſi de Panſaratijs 17. Nouembris 1589. coram Giptio.* Nec corroborare poteſt ea, quæ ex narratis colligi non poſſunt, *Aret. conſ. 103. ſub num. 4. verſ. tert. quia*, ſed ſolùm quæ veniunt ex ipſo actu, & diſpoſitione, non autem extranea, ad quæ principalis diſpoſitio non refertur, *Pariſ. conſ. 12. num. 69. lib. 1. Caſſad. deciſ. 7. num. 7. de appellat.* & fuit dictum *in Firmana bonorum 20. Iunij 1585. coram Giptio, & in Bononien. vſufructus 16. Iunij 1597. coram Card. Pamphilio.*

57 Limita tertiò, quia nihil operatur quoad contraria, vt per *Cardin. Tuſch. d. concl. 358. num. 59.* Vnde
58 iudicium ad cauſam expreſſam non reſtringit, nec ſuſtinet libellum continentem remedia contraria, *Surd. conſ. 273. num. 6. & 27. Ioſeph. Ludou. d. deciſ. 117. n. 23. Stephan. Gratian. d. cap. 24. n. 5.*

59 Limita quartò, quia non operatur, niſi quoad narrata, ſeu ſummam, aut rem petitam, non autem quoad aliud, quod plus probaretur, vt per *Brunor. à Sole in locis communib. verbo clauſula 49. Bernard. Grœua. ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 61. conſid. 3. num. 2.*

60 Limita quintò in formalibus, quia vbi pro forma requiritur expreſſio certa, non operatur iſta clauſula, *Felin. in d. c. cùm ſuper, num. 14. Cardin. Tuſch. d. concl. 358. num. 60.*

61 Limita ſextò, vt nihil operetur, quando ſunt expreſſi modi inepti, ſi aptus modus ex expreſſis deſcendere non poteſt, vt per *Hond. conſ. 54. num. 11. tom. 2.*

62 Limita ſeptimò, vt nihil operetur ſtante limitatione actus, *Surd. deciſ. 7. n. 27. verſ. pro quo facit, Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 764. n. 20. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 47. n. 4.*

63 Limita octauò, vt non alteret, nec ampliet diſpoſitionem, *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 764. num. 22. Seraph. deciſ. 1216. num. 13. & deciſ. 1184. num. 3. Greg. deciſ. 207. num. 4.*

Limita nonò, vt non attendatur in actu imperfecto, *Ruin. conſ. 6. num. 7. cum ſeqq. lib. 2. Menoch. conſ. 415. n. 22. cum ſeq. Surd. deciſ. 7. num. 26. in fin. Roman. conſ. 294. num. 4. in fin.* vbi *Mandoſ. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 764. n. 18.* 64

Limita decimò, vt non poſſit operari validitatem actus, quando defectus non eſt in ſolemnitate, ſed in ſubſtantia, & forma, *Roman. conſ. 517. ſub n. 24. Grat. conſ. 70. num. 19. lib. 1.* Nec inducere po- 65
teſt, vt actus valeat eo modo, quo non poteſt ſortiri effectum ſuum, *Aretin. conſ. 17. ſub num. 6. verſ. ſed quod actus, Curt. Iun. conſ. 266. num. 16. vol. 3.* 66

Limita vndecimò, vt non tribuat vim, & effectum actui re vera nullo, nec operetur quicquam, 67
cùm adeſt defectus poteſtatis, vel modus ineptus exprimitur, vt per *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 47. à num. 3.*

Limita duodecimò, nihil operari contra men- 68
tem, & intentionem partium, *Rot. Bononien. diuerſ. deciſ. 63. n. 52.* vbi *n. 53.* ſubdit, quod reſtringitur ad caſum tantùm ſpecificatum. Vnde ex *Ang. conſil. 94.* incip. *Cùm lis, in fin. verſ. nec obſtat*, notat *Card. Tuſch. d. concl. 358. num. 62.* quod hæc clauſula non 69
ſuſtinet actum omni alio modo, ſed ſecundum propoſitum agentis, non autem ſecundum oppoſitum; ideo tranſigens omni meliori modo, ſi tranſactio non valet, ea non ſuſtinetur vt pactum gratuitum, quia ſunt oppoſita, ex quo tranſactio non eſt gratuita.

SVMMARIVM.

1 *Expreſsionis ſpecialis, & indiuiduæ habet vim clauſula,* Omnia, & ſingula, &c.

2 *Omnia vt ſimul veniant in diſpoſitione, ac ſingulariter cenſeantur comprehenſa, operatur clauſula,* Omnia, & ſingula, &c.

3 *Omnia abſque vlla limitatione includit prorſus clauſula,* Omnia, & ſingula, &c.

4 *De materia clauſulæ,* Omnia, & ſingula, &c. *eſt, vt nihil prætermiſſum cenſeatur.*

5 *Pœna committitur, etiamſi in minimo deficiat clauſula,* Omnia, & ſingula, &c.

6 *Iuramentum ſuper omnibus, & ſingulis interpoſitum refertur ſpecificè ad omnia etiam minima, ac ſi ſpecialiter ſuper ſingulo eſſet iuratum.*

7 *Minor, qui ſe dixit eſſe maiorem, ſi iurauit omnia, & ſingula eſſe vera, non auditur, ſi vult docere ſe minorem.*

8 *Omnia, & ſingula, quæ ſunt præmiſſa, ſiue principaliter, ſiue incidenter, ſiue acceſſoriè, continet clauſula,* Omnia, & ſingula, &c.

9 *Diſiunctiuam virtutem habet clauſula,* Omnia, & ſingula, &c. *aliquando verò copulatiuam.*

10 *Procuræ in mandato appoſita clauſula,* Omnia, & ſingula, &c. *cum alijs verbis, nempe,* quæ ipſemet conſtituens facere poſſit, &c. *operatur, vt conſtitutus*

posit validè possessionem capere, etsi hoc fuerit specificatum.

11 *In privilegio posita clausula*, Omnia, & singula, &c. *ostendit illud fuisse concessum etiam singulariter.*

12 *In coadiutoria apposita clausula*, Omnia, & singula, &c. *operatur, vt coadiutor possit facere ea omnia, quæ explere poterat coadiutus.*

13 *Clausula*, Omnia, & singula, &c. *refertur ad enunciatiuam in instrumento contentam, in quo illa legitur apposita.*

Omnia, & singula, &c.

CLAVSVLA XCVI.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Archid. in cap. vt circa, verb. omnia, & singula, col. 2. ad fin. de elect. lib. 6. Rebuff. in concord. tit. de forma liter. execut. mand. Apost. in vers. omnia, & singula, Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 83. alias 87. in vlt. impress. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. concl. 296. Cened. post lib. pract. & canon. quæst sing. 72.* Habet hæc clausula vim specialis, & indiuiduæ expressionis, *gloss. in cap. vt cura, de Iurepat. lib. 6. Hier. Gabr. consil. 144. num. 68. & seq. lib. 2. Soci. consil. 3. num. 17. vol.* ; vbi dicit, quod significat, ac si omnia essent specificata, *Petroc. in tract. de interpr. & resol. contract. & à num. 470. Surd. cons. 330. num. 7. & cons. 412. num. 27. & cons. 567. num. 5. Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 83. alias 87. in vltim. impress. num. 3. Fusar. de substit. quæst. 296. num. 39.* & fuit dictum *in Romana affictus Casalis 5. Nouembris 1605. coram Cardinale Sacrato*, impressa per *Farinac. decis. 130. n. 3. p. 2. recent.*

2 Vnde operari, quod omnia simul veniant in dispositione, ac proinde singulariter censeantur comprehensa, ex *Bald. cons. 461.* incip. *Inter Ioannem, n. 6. lib. 1. Dec. cons. 512. num. 6. Oldrad. cons. 300.* incip. *Factum tale, Curt. Iun. cons. 74. num. 6. Decian. cons. 64. num. 39. lib. 2.* concludit *Card. Tusch. pract. concl. tom. 1. litt. C. conclus. 296. num. 1.* vbi *num. 2.* cum *Roland. cons. 1. num. 71. lib. 3.* extendit, importare specificationem specialem, etiamsi per relationem fiat, & *n. 8.* post *Aret. cons. 114. in fin.* pariter extendit, hanc clausulam in ratificatione appositam censeri approbare singulariter omnia in contractu ratificato contenta. Et hanc clausulam idem operari, ac si dictum esset, *Omnia simul, & quodlibet de per se*, & attribuere actum vnicuique de per se, & non insolidum, resoluit *Bald. d. cons. 461. num. 6.* quem refert *Cened. d. sing. 72. num. 4.* & verificari in qualibet re singulari dicit *Curt. Iun. sing. 74. num. 3.*

3 Hæc clausula ita geminata includit prorsus omnia absque vlla limitatione, *gloss. verb. omnia, & singula, in cap. vt circa, de elect. lib. 6. Mar. Alter. de cens. tom. 1. disput. 15. lib. 5. cap. 1. litt. C, & disput. 5. cap. 2. litt. D.* Et eius verba sunt ita geminata, vt enixam voluntatem importent, *Alex. cons. 216.* incip. *Nec arguendi, num. 27. vers. septimo, lib. 2. Card. Tusch. pract.*

4 *conclus. tom. 2. litt. D. concl. 321. num. 1.* quia de materia istius clausulæ est, vt nihil prætermissum censeatur, *Ias. in l. 1. num. 24. ff. de leg. 1. & in l. Titia. §. final. n. 3. ff. de verb. obligat. Alciat. cons. 751. n. 2. Mandos. in reg. 31. Cancel. quæst. 2. num. 2. vol. 2. pag. 95. tom. 1. Rebuff. in d. vers. omnia, & singula, pag. 633. Socin. cons. 10. num. 2. vol. 1. Corn. cons. 207. num. 12. vol. 2. Osasc. decis. 90. num. 6. Cened. d. sing. 72. num. 1. Card. Tusch. d. clauſ. 296. num. 8. & num. 19.* subdit, quod dictio, *omnia*, est vniuersalis, cui quando additur alia dictio, *& singula*, tunc fit hæc clausula, quæ nullam patitur restrictionem, sed omnia comprehendit præcisè, de quo vide *Xuar. alleg. 26. n. 1. ad finem, Mandos. in 2. forma commission. in verb. singulos, fol. 18.*

Amplia hanc clausulam in tantum esse vniuer- 5
salem, & habere vim specialis expressionis omnium, vt etiam si in minimo deficiat, committatur pœna, vt ex *Corn. cons. 95. col. 3. lib. 4.* & *Crau. cons. 781. n. 8.* tradit *Card. Tusch. d. conclus. 296. num. 13.* vbi *num. 14.* ex *Gabr. cons. 144. num. 64. & seq. lib. 2.* extendit etiam 6
in iuramento super omnibus, & singulis interposito, quia refertur specificè ad omnia etiam minima, ac si specialiter super singulo esset iuratum.

Vnde minor, qui dixit se maiorem, & iurauit 7
omnia, & singula esse vera, non auditur, si vult docere se minorem, quia verba illa, *omnia, & singula*, exprimunt omnia etiam dum dixit se maiorem, *Alexand. cons. 17.* incip. *Ponderatis, num. 2. lib. 3. Paris. cons. 97. num. 90. & seq. lib. 1. Ruin. cons. 103. num. 10. in fine, & num. 11. lib. 4. Cardin. Tusch. d. conclus. 297. num. 16. & 22. & num. 21.* subdit, hanc clausulam 8
continere omnia, & singula, quæ sunt præmissa, siue principaliter, siue incidenter, siue accessoriè, & *n. 23.* quod continet omnia asserta, & dicta, omnes qualitates, & circumstantias negotij, vel delicti.

Denotat hæc clausula, vt habet virtutem disiun- 9
ctiuam, ita quod potuit, dari omnia simul, vel etiam partem de per se, *l. huiusce modi. §. penult. ff. de legat. 1. Surd. decis. 268. num. 4.* Aliquando vim habet copulatiuæ, *Surd. d. decis. 268. num. 14.* & repetit præcedentia coniunctim, & diuisim, *Seraph. de Priuileg. iuramenti, priuileg. 49. num. 38.* & ad quæcumque pacta, & capitula refertur, *Bertaz. de clauſul. instrum. clauſ. 4. gloss. 3. num. 1.* vbi subdit, quod comprehendit omnia, & exigit concursum omnium, quæ apta sunt comprehendi.

Hæc clausula posita in mandato procuræ cum 10
illis aliis verbis, nempe, *quæ ipsemet constituens facere posset, &c.* operatur, vt constitutus possit valide possessionem capere, etsi in ipso mandato procuræ non fuerit specificatum ad capiendam possessionem, vt censuit *Rota in Ciuitatis Castelli 15. Octobris 1593. coram Penia.*

In priuilegio verò posita ostendit illud fuisse con- 11
cessum etiam singulariter, & nihilominus non est magis latum, nec vlteriùs extenditur in personam vnius, quàm in personam alterius, vt latè fuit deductum *in Interamnen. bonorum 5. Maij 1603. coram Greg. XV. inter eius decisiones impressas decis. 109.*

In coadiutoria apposita operatur, vt coadiutor 12
possit facere ea omnia, quæ explere poterat coadiutus, *gloss. verbo officium, in cap. vnic. de Cleric. agrotante, lib. 6.* & dictum fuit *in Salmantina coadiutoria 1. Iulij 1594. coram Penia.*

Refertur ad enunciatiuam in instrumento con- 13
tentam, in quo illa legitur apposita, imò ad omnia, quæ tam principaliter, quàm incidenter, seu accessoriè in eo narrata fuerunt, vt per *Gabr. cons. 144. n. 68. & seq. vol. 2. lib. 3. Crescent. decis. 26. n. 2. & 5. alias 5. de fide instrum. Rot. decis. 741. n. 2. p. 1. diuers. & decis. 797. num. 11. ead. p. 1. diuers. & apud Cencium post suum tract. de Censib. decis. 285. n. 4.* & fuit dictum *in Mediolanen. prætensæ simulationis contractus 10. Decembris 1603. coram Reuerendissimo D. Attrebaten.*

Hanc clausulam, *Omnia, & singula*, idem operari, 14
quod clauſ. *In omnibus, & per omnia*, ait *Caualcan. de vsufructu mulieri relicto, cap. 1. num. 55.* quem refert *Cened. d. sing. 72. n. 3.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Parito iudicato, *de ſtylo Signaturæ non ſolet dari, niſi vbi adſunt tres conformes, vel duæ vigore ſtatuti.*

2 *Sententia vna lata, quæ in iudicatum legitimè tranſiuerit, non datur clauſula*, Parito iudicato.

3 *Sententijs tribus latis per contradictas non datur clauſula*, Parito iudicato.

4 *Iuriſdictionem conditionalem tribuit clauſula*, Parito iudicato, *ita vt antequam ſit paritum, deficiat Iuriſdictio, & geſta ſint nulla.*

5 *Clauſula*, Parito iudicato, *nihil operatur, quando ille, ad cuius fauorem eſt obtenta, ea non vtitur, & ſic expreſsè, vel tacitè illi renunciat.*

6 *Conditionalis non eſt clauſula*, Parito iudicato, *ſtante clauſula*, Appellatione remota.

7 *Clauſula*, Parito iudicato, *modificatur per clauſulam*, Arbitrio Rotæ.

8 *Lis introducta non cenſetur, ſi ſtante commiſsione cum clauſula*, Parito iudicato, *priuſquàm pareatur, fiat citatio ad dicendum contra commiſsionem.*

9 *Clauſula*, Parito iudicato, *importat vt orator poſſeſsionem dimittat, fructus reſtituat, ac expenſas reficiat, antequam in cauſa ad vlteriora procedatur.*

10 *Iudex ad quem ſtante clauſula*, Parito iudicato, *de cauſa cognoſcere non poteſt, niſi priùs integraliter facta executione.*

11 *Paritio verbalis ſtante clauſula*, Parito iudicato, *ſufficit quoad reintegrationem in ſpolio.*

12 *Patientia, & verbalis paritio ſufficit ad ſatisfaciendum clauſulæ*, Parito iudicato, *quando non eſt aliquid actualiter præſtandum.*

13 *Poſſeſsionis dimiſsio verbalis ſufficit ad hoc, vt cenſeatur paritum quoad poſſeſsionem ſtante clauſula*, Parito iudicato.

14 *Clauſulæ*, Parito iudicato, *cenſetur ſatisfactum ex receptione pro reſiduo.*

15 *Compenſatio an faciat, vt cenſeatur ſatisfactum clauſulæ*, Parito iudicato, *oſtenditur.*

16 *Paritionem realem requirit clauſula*, Parito iudicato.

17 *Compenſatio non admittitur vbi requiritur vera ſolutio.*

18 *Damna, & intereſſe non liquidata non veniunt ſub clauſula*, Parito iudicato.

19 *Expenſas non comprehendit clauſula*, Parito iudicato, *quando circa eas vnica tantùm ſententia lata eſt.*

20 *Clauſula*, Parito iudicato, *verificatur in amotis terminis reponendis ex inſtrumento publico repoſitionis, & fide expenſarum factarum in ipſis reponendis.*

21 *Attentata quin reuocentur non tollit clauſula*, Parito iudicato.

22 *Clauſula*, Parito Breui, *habet eandem vim, & eoſdem effectus, quos operatur hæc clauſula*, Parito iudicato.

Parito iudicato.

CLAVSVLA XCVII.

DE ſtylo Signaturæ dari non ſolet hæc clauſula, niſi vbi adſunt tres conformes, vel duæ vigore ſtatuti, vt per *Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 92. n. 2. Veſtr. in ſua praxi, lib. 4. cap. 4. n. 9. in fine, Pacific. de Saluiano interdicto, Inſpect. 4. cap. 4. n. 48. Rot. apud eund. Pacif. poſt d. tract. deciſ. 266. Greg. deciſ. 361.* & fuit dictum *in Romana Molendini 6. Nouemb. 1609. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. tom. 2. pag. 247.* vbi etiam habetur, quod hæc clauſula non datur lata vna ſententia, quæ in iudicatum legitimè tranſiuerit, & *in Placentina beneficij 1. Iunij 1615. coram Card. Veroſpio*, & *in Vallisſoletana exemptionis 14. Martij 1616. coram Andrea.* Dūmodo non ſint latæ per contradictas, vt reprobato *Staphil.* tradit *Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. pag. 114. num. 175. in vlt. impreſſ.* 1 2 3

Tribuit Iuriſdictionem conditionalem, ita vt antequam ſit paritum, deficiat Iuriſdictio, & geſta ſint nulla, *Put. deciſ. 429. lib. 1. Rot. deciſ. 93. p. 4. in nouiſſimis, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. in annot. contra nullit. num. 249. & num. 251. Mart. d. p. 1. clauſ. 92. num. 10.* & fuit dictum *in Anconitana bonorum 12. Ianuarij 1607. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Marcheſ. p. 2. pag. 159.* & *in Pampilonen. de Oranzo 18. Iunij 1610. coram Card. Caualerio*, impreſſa per eundem *Marcheſ. d. p. pag. 161.* vbi etiam habetur, quod hæc clauſula conditionalis plenè probanda venit, & *in Purgenſ. Iuriſdictionis 6. Februarij 1604. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farin. deciſ. 68. num. 1. p. 1. recent.* & *in Firmana Altaris 11. Ianuarij 1616. coram Andrea*, impreſſa per eundem *Farinac. deciſ. 701. num. 4. ead. p. 1.* & *in Farfen. pecuniaria 26. Ianuarij 1615. coram Patriarcha Pamphilio*, etiam impreſſa per *Farin. deciſ. 636. num. 1. p. 2. recent.* quod tamen non procedit quando ille, ad cuius fauorem eſt obtenta dicta clauſula, ea non vtitur, & ſic expreſsè, vel tacitè illi renunciat, quia tunc dicta clauſula nihil operatur, *Verall. deciſ. 125. num. 2. p. 3.* & fuit dictum *in Toletana parochialis de Chirion 28. Nouembris 1601. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Marcheſ. d. p. 2. pag. 262.* Limitatur etiam, quod ſcilicet hæc clauſula conditionalis non ſit ſtante clauſula appellatione remota, *Marcheſ. d. p. 2. num. 191. pag. 117.* item quando reſcribitur, *Parito arbitrio Rotæ*, vt fuit reſolutum *in d. Anconitana bonorum coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Marcheſ. d. p. 2. pag. 169.* hanc enim clauſulam modificari per clauſulam, *Arbitrio Rotæ*, obſeruat *Seraph. deciſ. 1305. num. 1.* 4 5 6 7

Vnde ſi ſtante commiſſione cum hac clauſula fiat citatio ad dicendum contra commiſſionem, cùm reſcriptum ſit conditionale, niſi priùs iudicato pareatur, non erit cenſenda lis introducta, *Socin. conſ.* 8

cons. 99. col. 3. vers. tertiò autem, vol. 4. Pute. decis. 429. alias 419. in correctis, lib. 1. Marches. d. p. 2. pag. 111. num. 156. in vlt. impress. vbi intelligit, etiamsi incidenter petatur, & peti possit coram Iudice, & obseruat procedere tam in causa Ecclesiastica, quàm profana, vel etiam spirituali, criminali, aut mixta.

9 Importat hæc clausula, vt orator possessionem dimittat, fructus restituat, ac expensas reficiat, antequam in causa ad vlteriora procedatur, *Rot. decis. 3. de except. in nouis, & decis. 2. vt lite non contest. in antiq. Staphil. de liter. gratiæ, cap. quando petitur, num. 8. & 9. Vestr. in praxi, lib. 8. c. 3. num. 10. Borgni. Caualcan. Fiuizana decis. 24. num. 4. p. 2. Sfort. Odd. de restit. in integr. p. 2. q. 71. art. 6. num. 63. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. à num. 258. Lancell. de attent. penden. appellat. in integ. cap. 18. num. 142. & num. 127. & 128.* subdens *num. 126.* per commissionem cum hac clausula non censeri litem introductam, nisi priùs iudicato pareatur.

10 Ex quibus constat, Iudicem ad quem de causa cognoscere non posse, nisi priùs integraliter facta executione, *Mart. d. clausa. 92. num. 7. Rot. in d. Anconitana bonorum, & in Toletana decimarum 19. Febr. 1593. coram Card. Pamphilio*, impressa per *Marches.*

11 *d. p. 2. pag.* 153. Tamen quoad reintegrationem in spolio non ita dicendum est, in quo casu sufficit verbalis paritio, iuxta *decis. Putei 250. lib. 1.* & fuit dictum *in Bononien. attentatorum 6. Martij 1595. coram Iusto.*

12 Quando autem non est aliquid actualiter præstandum, tunc ad satisfaciendum huic clausulæ sufficit patientia, & verbalis paritio, *Mohed. decis. 275. alias 9. in fin. de sent. & re iudic. Rota in Burgen. Iurisdictionis 29. Octobris 1596. coram Card. Seraph. inter eius decisiones impressas decis. .. & in Toletana Capellaniæ 13. Aprilis 1595. coram Illustrissimo Domino meo Card. Millino, & apud Pacific. post suum tract. de Sal-*

13 *uiano interd. decis. 266. num. 1.* Et ad hoc vt paritum censeatur quoad possessionem, sufficere verbalem possessionis dimissionem fuit dictum *in Burgen. situs Capellæ 22. Iunij 1587. & in Toletana decimarum 24. Nouembris 1589. coram Penia, & in Tullen. seu nullius Senonensis Monasterij 5. Iulij 1608. coram Card. Sacrato.*

14 Huic clausulæ satisfactum censetur ex receptione pro residuo, vt fuit dictum *in Valentina pecuniaria 20. Nouembris 1598. coram Giptio*, impressa per *Marches. de Commission. p. 2. pag. 247.* vbi pariter dictum fuit, Signaturam non solere dare hanc clausulam quoad expensas, nisi quando sunt tres conformes.

15 Item huic clausulæ censetur satisfactum ex compensatione, quæ vicem solutionis habet, *Gre-*

16 *gor. decis. 342. numero 1.* Sed contrarium, ex eo quod huiusmodi clausula requirit realem paritionem, postea tenuit eadem *Rota in Romana de Rusticuccys 7. Iunij 1619. coram Remboldo*; nam vbi requiritur vera solutio, non admittitur compensatio, *Surd.*

17 *cons. 246. num. 19.*

18 Damna, & interesse non liquidata non veniunt sub hac clausula, vt fuit dictum *in Burgen. S. Thomæ 10. Decembris 1576. coram Oriolen. & in d. Valentina*

19 *pecuniaria coram Giptio.* Et hanc clausulam non comprehendere expensas, quando circa eas vnica sententia lata est, censuit *Rota in Mediolanen. Capellaniæ 13. Maij 1591. coram Seraph. inter eius decis. impressas decis. .. & apud Marches. d. p. 2. pag.* 144.

20 Verificatur hæc clausula in amotis terminis reponendis ex instrumento publico repositionis, & fide expensarum factarum in ipsis reponendis, vt fuit dictum *in Reatina terrarum 14. Maij 1614. coram Buratto*, impressa per *Farinac. decis. 550. num. 1. p. 2.*

Non tollit quin attentata reuocentur, vt dictum 21 fuit *in Boranen. attentatorum 21. Martij 1595. coram Iusto*, impressa per *Marches. d. p. 1. pag. 908.*

Circa paritionem quoad fructuum restitutionem 22 dictum est in clausula, *Parito Breui*, quæ, vt inquit *Marches. de Commiss. p. 1. pag. 397. num. 10.* eandem vim habet, & eosdem effectus operatur, quos hæc clausula, *Parito iudicato.*

Aduertere oportet, quod clausula, *Parito iudica-* 23 *to*, non datur si prætendatur iudicatum ex vna tantùm sententia vnius singularis iudicis virtute clausulæ, *Appellatione remota*, vt latè fuit decisum *in Vallisoletana exemptionis 14. Martij 1616. coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano*, prout nouissimè refert *D. meus Lotter. de re beneficiaria in apparatu, n. 121.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Commissio appellationis quando detur cum clausula*, Parito Breui, *ostenditur.*

3 *Conditionem importat clausula*, Parito Breui.

4 *Iudici vt non censeatur data Iurisdictio, nisi priùs de paritione constiterit, operatur clausula*, Parito Breui, *apposita in commissione.*

5 *Sententia nulla remanet, si non parito feratur stante clausula*, Parito Breui.

6 *Clausula*, Parito Breui, *obstat cuicumque venienti ad causam, etiam quod ad ipsum non spectet paritio.*

7 *Iurisdictio nulli competit stante clausula*, Parito Breui, *donec illi sit paritum possessionem dimittendo, & fructus restituendo.*

8 *Tertium venientem ad causam pro suo interesse afficit clausula*, Parito Breui.

9 *Commissio quando conceditur non habenti Iurisdictionem cum clausula*, Parito Breui, *tunc nullatenus potest appellans audiri in negotio principali, donec doceat de integra paritione.*

10 *Fructuum restitutionem importat clausula*, Parito Breui.

11 *Fructus omnes, & distributiones debent restitui à die obitus, seu vacationis decursi stante clausula*, Parito Breui.

12 *Beneficij possessor reseruati etiam cum bona fide, & titulo ab alio habito quàm à Papa, non facit fructus suos.*

13 *Fructus, & distributiones minimè perceptas ob non residentiam tenetur etiam restituere possessor stante clausula*, Parito Breui, *si illi facta fuit legitimè protestatio.*

14 *Fructuum oblatio non sufficit ad parendum Breui, sed illi sunt cum effectu restituendi, vt tollatur suspensio Iurisdictionis.*

15 *Fructus quando non sunt liquidati stante clausula*, Parito Breui, *recurritur, ad*

Signaturam

Signaturam, & quomodo, ostenditur.

16 *Tertios non afficit clausula*, Parito Breui, *quoad fructuum restitutionem, qui illos non perceperunt.*

17 *Fructus petens vigore clausulæ*, Parito Breui, *illorum perceptionem probare tenetur.*

18 *Fructuum de perceptione ad hunc effectum satis constare dicitur ex possessione, nisi doceatur se illos non percepisse, nec ab alio perceptos fuisse.*

19 *Paupertate stante non est necessaria restitutio fructuum.*

20 *Clausula*, Parito Breui, *debet intelligi quoad possibilia.*

21 *Expensæ non continentur sub clausula*, Parito Breui.

22 *Manutentionē impedit clausula*, Parito Breui.

23 *Clausula*, Parito Breui, *non habet locum, quando post illam committitur causa super excessu.*

24 *Clausula*, Parito Breui, *in vna commissione apposita, censetur in omnibus alijs subsequentibus repetita.*

Parito Breui.

CLAVSVLA XCVIII.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 91. Marchef. de Commiſſ. p. 1. pag. 397. cum mult. ſeqq. Nicol. Garc. de beneficijs, p. 6. cap. 3. num. 103. cum ſeqq. Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. à num. 258.* & cæteros in diſcurſu citatos.

2 Quando vigore literarum Apoſt. ad declaratoriam proceditur, non ſolet commiſſio appellationis, maximè ſi cenſuræ in Romana Curia latæ fuerint fulminandæ, dari niſi cum hac clauſula, quia ad effectum ſuſpenſiuum à declaratoria lata vigore proceſſus executiui, non niſi cum dicta clauſula reſcribitur, tum quia ab executore non datur appellatio, ita *Marchef. de Commiſſ. p. 1 pag. 396. n. 1.*

3 Importat hæc clauſula conditionem, vt per *Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 1. §. 1. in annot. num. 249. &*

4 *251. Campanil. d. num. 258.* & ideo appoſita in commiſſione, operatur vt Iudici non cenſeatur data Iuriſdictio, niſi priùs de dicta paritione conſtiterit, vt fuit dictum *in Regien. beneficij 13. Ianuarij 1597. coram Litta, & in Vrgellen. iuris optan. 10. Decembris 1601. coram Gregorio XV. inter eius deciſiones impreſſas deciſ. 36. & in Hipporegien. Canonicatus, & præbenda 17. Iunij 1605. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Farin. deciſ. 142. n. 1. p. 2. recent. & in Compoſtellana parochialis 16. Decembris 1596. coram Orano,*

5 impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. p. 1. pag. 427.* Ita vt remaneat nulla ſententia, ſi non parito feratur, & non tranſeat in rem iudicatam, vt dictum fuit *in Compoſtellana parochialis 16. Decembris 1596. coram Card. Seraph.* impreſſa per *Marchef. d. p. 1. pag. 379.*

6 Amplia, vt hæc clauſula obſtet cuicumque venienti ad cauſam, etiam quod ad ipſum non ſpectet paritio, *Greg. deciſ. 36. n. 2. Rot. deciſ. 68. n. 2. p. 1. recent.*

7 Vnde Iuriſdictionem nulli competere, donec ſit paritum dicto Breui, poſſeſſionem dimittendo, & fructus reſtituendo, tenent *Caſſad. deciſ. 10. num. 8. de reſcript. Gig. de penſ. q. 35. in fin. Rimin. Iun. conſ. 634. num. 18. vol. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 1. §. 1. in annotat. n. 247. cum duob. ſeqq. Nicol. Garc. d. p. 6. cap. 3. à num. 110. Rota apud Farin. deciſ. 93. n. 1. in 1. collect. nouiſſim.*

Afficit etiam tertium venientem ad cauſam pro 8
ſuo intereſſe, qui debet admitti in ſtatu, & terminis præfatis, *Rota in Compoſtellana parochialis 16. Decembris 1596. coram Orano, & d. deciſ. 93. n. 3. apud Farin. Marchef. d. p. 1. pag. 398. n. 15.*

Quando conceditur commiſſio non habenti Iu- 9
riſdictionem cum hac clauſula, tunc cùm nulla adſit Iuriſdictio, donec ſit paritum Breui, nullatenus poteſt appellans audiri in negotio principali, donec doceatur de integra paritione, vt ex *Caputaq.* tradit *Gonzal. d. §. 1. in annotat. n. 251. & à n. 253.* colligit omnes caſus, in quibus admittitur appellatio ab executore Breuis.

Importat hæc clauſula non ſolùm dimiſſionem, 10
ſed etiam fructuum reſtitutionem, vt fuit dictum *in Pampilonen. de Sos 28. Ianuarij 1577. coram Card. Blanchetto, & in Vrgellen. iuris optandi 10. Decembris 1607. coram Greg. XV. inter eius deciſiones impreſſas deciſ. 36. n. 1. & in Tiraſſonen. Canonicatus 15. Martij 1610. coram Reuerendiſſimo D. meo Pirouano, & in Pampilonen. Prioratus 26. Aprilis 1602. coram eodem Greg. XV. deciſ. 50. à n. 1.* & ita omnes fructus, & diſtributiones debent 11
reſtitui à die obitus, ſeu vacationis decurſi, vt in Breui dicitur: nam poſſeſſor beneficij reſeruati etiam 12
cum bona fide, & titulo ab alio habito, quàm à Papa, non facit fructus ſuos, *Sarnen. in reg. de annali, q. 23. Rot. deciſ. 20. de probat. in antiq. Simonet. de reſerv. q. 44.* vbi *Granut. n. 5. Garc. de benef. p. 5. cap. 5. ſub n. 24. & ſeq.* etiamſi non ſit facta proteſtatio, *Caſſad. deciſ. 6. n. 3. de præbend. Rot. deciſ. 618. p. 1. diuerſ.* & fuit dictum *in Maioricen. Canonicatus 2. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo D. meo Cardinali Millino.*

Quando verò ipſimet fuit facta legitimè prote- 13
ſtatio, nempe vt reſideret, aut dimitteret poſſeſſionem, tunc tenetur etiam ad fructus, & diſtributiones non perceptas ob non reſidentiam, ſecundum Rotæ ſtylum, *Put. deciſ. 383. num. 7. lib. 1. Rot. deciſ. 1170. lib. 3. part. 3. diuerſ. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proœm. n. 156.* intelligendo cum *Nicol. Garc. de benef. p. 9. cap. 2. n. 233.*

Oblatio fructuum non ſufficit ad parendum Bre- 14
ui, ſed illi ſunt cum effectu reſtituendi, vt tollatur ſuſpenſio Iuriſdictionis, *Mart. d. clauſ. 91. n. 2. Seraph. deciſ. 655. num. 2. & 3.* & fuit dictum *in Rota apud Marchef. part. 1. pag. 433. col. 1.* vbi etiam quod hæc clauſula intelligitur de fructibus vltra poſſeſſionis dimiſſionem.

Quando ſtante hac clauſula fructus non ſunt 15
liquidati, recurritur ad Signaturam, petitúrque vt data cautione Bancharia, vel in forma depoſiti de illis liquiditatis ſoluendis, in petitorio ad vlteriora procedatur, vt per *Marchef. d. part. 1. pag. 349. à num. 20.* vbi refert ita reſolutum *in d. Pampilonen. beneficij de Sars coram Card. Blanchetto*, Limitatque hoc non procedere, quando fructus ſunt liquidati, quia tunc fieret obiectio ad differendum obedire mandatis Apoſtolicis, vt cauillosè facta liquidatione ſolùm ſoluere ſuperſit.

Non afficit tamen tertios quoad fructuum reſti- 16
tutionem, qui illos non perceperunt, neque ab illo, qui percepit, cauſam habentes, nam ſunt merè tertij, & pro eorum intereſſe, & iure ad cauſam veniunt. Ratio eſt, quia hæc clauſula ſolùm in occupantis odium eſt apposita, & ideo extendi ad alios nequit, *argumento cap. non debet, de reg. Iur. in 6.* ita *Marchef. d. p. 1. pag. 397. n. 2.*

Sed fructus petens, illorum perceptionem probare 17

tenetur, *Achil. decis.26. in fin.& decis.22. n.1. de restit. spoliat.* vbi declarat quomodo intelligantur illa verba,*& qui percipi potuerunt.* Vnde qui illos non percipit,restituere non tenetur, *Rot.decis.1. de renunciat. in*
18 *nouis, Marches. d. p.1. pag.397. n.4.& 5.* Et de perceptione fructuum ad hunc effectum satis constare dicitur ex possessione,nisi doceatur se illos non percepisse,nec ab alio perceptos fuisse, *Rot. in Compostellana fructuum 6. Martij 1590. coram Cardinale Platto, & in Panormitana Archidiaconatus 22. May 1592. coram Penia, & in Cusentina parochialis 10. Decembris 1595. coram Cardin. Pamphilio.*

19 Stante paupertate non est necessaria restitutio fructuum,ad notata *in cap.olim,il 2.de restit.spol.Cassad. decis.5. sub n.5. vers.quæ affirmatiua. de rescript. Vestr. in praxi, lib.4. cap.4. n.10. adden. ad decis.Greg.361.n.5.*& fuit dictum *in Tullen. seu nullius Senonen. Monasterij*
20 *5.Iulij 1608. coram Card. Sacrato*, vbi etiam habetur, quod hæc clausula debet intelligi quoad possibilia.

21 Sub hac clausula expensæ non continentur,vt per *Marches.d. cap.1.n.285.n.52. Mart.d.claus.91. num.3. Garc. d. p.6. cap.3. n.130.*& fuit sæpius resolutum *in Rota,* & signanter *in Urgellen. iurus optandi* 10. *Decembris* 1610. *coram Greg. XV.* impressa per *Marches. d. p.1. pag.608. & inter decisiones eiusdem Gregorij impressas decis.36.n.8.*& *in Maioricen.beneficij 24. Nouembris* 1610. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per *Farin. decis.319. n.2.p.2.recent.* & *in Forolivien. beneficij* 10. *Martij* 1623. *coram Vbaldo*, & *in Neapolitana beneficij 13. Ianuarij 1617. coram eodem.*

22 Impedit hæc clausula manutentionem, vt per *Nicol.Garc. d.p.6.cap.3.à n.110. Mart.d.claus.91.n.15. Maresc.var. resolut.lib.1.cap.86.n.87.Viuian.in praxi Iurispatronatus, lib.13. cap.8. n.331.cum seqq.in 2. edit. Rot. apud Farin. decis. 179. n.6. in prima collect. nouiss. & decis. 142. num.1. p.2. recent.*

23 Non habet locum, quando post illam committitur causa super excessu, vt fuit dictum *in Carpentoraten.beneficiorum 29. Aprilis 1612. coram Card. Verospio,* impressa per *Marches.p.1.pag.1071. in vlt.impress.*

24 In vna commissione apposita, censetur in omnibus aliis subsequentibus repetita,*Cassad. decis.8. n.4. & 5. de rescript. Mart. d.claus.91. num.8. Marches. d. p.1. pag.397. num.12.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Per cessum, vel decessum, &c. *intelligitur per renunciationem, vel mortem.*

2 *Resignationem ad fauorem non capit clausula,* Per cessum, vel decessum,&c.

3 *Clausula,* Per cessum, vel decessum, &c. *in vnione apposita, non purificatur ex resignatione facta ad fauorem.*

4 *Clausula*, Cedente, vel decedente, *quid importet, ostenditur.*

Per cessum, vel decessum,&c.

CLAVSVLA XCIX.

1 INtelligitur per renunciationem,vel per mortem, iuxta *text. in cap.quamuis,il 2.& ibi gloss.verbo cedentium, de prebend.lib.6. gloss.verb. morte,in cap susceptum, de rescript.eod.lib. Put.decis.177.lib.3.Glorit.resp.6.n.13.*

2 De simplici cessione intelligitur, non de ea, quæ fit ad fauorem certæ personæ, & non capit resignationem ad fauorem, vt per *Puteum decis. 353. lib.1. Greg. decis. 159. num. 5. Cæsar. Argel. de contradictore legitimo, q.15. num. 150. Flamin. de resignat. benefic. lib. 1. q. 4. num.29. & seq. & num. 35. & 37. & lib.6. q.5. num. 18. & seq.* & in specie quod hæc clausula 3 apposita in vnione, non purificetur ex resignatione facta ad fauorem, fuit latè deductum *in Gerunden. Prioratus 11. May 1615. coram Card. Verospio, & in Eugubina beneficij 15. Martij 1599. coram Card. Pamphilio*, impressa per *Nicol. Garc, de benefic. p. 11. cap. 4. num. 40.*

Clausula, *cedente, vel decedente*, adiecta in vnio- 4 ne, non suspendit illam, vel illius perfectionem, sed tantùm executionem, neque importat conditionem, verùm demonstrat dumtaxat tempus omnino extiturum, quo executioni mitti debet, vt post *Oldrad. cons. 223. num. 9. & cons. 257. sub num. 15. vers. per vnionem tamen prædictam, & num. 19.* bene obseruat *D.meus Lotter.in suo doctiss. tract. de re benefic. lib.1. q. 30. num.36.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Rescriptum cum clausula*, Perinde valere, *datur, quando Papa facultatem à se concessam, sed aliqua ex parte irritam valere decernit.*

3 *Rescriptum*, Perinde valere, *retrotrahitur, & efficit concessionem valere, quæ subreptitia erat.*

4 *Dispensationis defectum tollit clausula*, Perinde valere.

5 *Gratia*, Perinde valere, *facta lite pendente, non habita mentione litis, est nulla.*

6 *Tertij contra ius medio tempore quæsitum non operatur clausula*, Perinde valere.

7 *Dispositio principalis, vel causa si cesset, putà, quia est nulla, non operatur clausula*, Perinde valere.

8 *Probatio colorati tituli dicitur ex gratia*, Perinde valere.

9 *Gratia*, Si neutri, *impetrata pendente termino ad publicandum acceptationem, non est bona.*

Perinde valere.

CLAVSVLA C.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Paris. cons. 44. num. 7. & cons. 45. num. 25. vol. 4. Menoch. cons. 316. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1471. Azor. instit. moralium p. 2. lib. 7. cap. 31. q. 1. Mart. de claus. p. 1. claus. 225. alias 321. in vltim. impress. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 2. cap. 3. num. 14. cum seqq. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 105. num. 4. 5. & 7. Viuian. in praxi Iurispatr. lib. 13. cap. 8. num. 61. cum seqq. in 2. impress. Rebuff. in praxi beneficiali, rubr. de rescript. Perinde valere, Mandos. in Signatura gratiæ, in verb. Perinde valere.*

Rescriptum cum hac clausula datur, quãdo Papa 2 facultatem à se concessam, sed aliqua ex parte irritam,

tam, valere decernit, prout notant *Rebuff. citato loco*, & *Azor. d. q. 1. verſ. porrò reſcriptum*, vbi ſubdit, in quibus differat à reſcripto Pontificio, quod dicitur noua prouiſio.

3 Retrotrahitur huiuſmodi reſcriptum, & efficit conceſſionem valere, quæ ſubreptitia erat, ita *Menoch. conſ. 316. num. 3. & 15. Azor. d. q. 1. verſ. porrò.*

4 Tollit defectum diſpenſationis, *Rota deciſ. 436. num. 2. p. 1. diuerſ. Mart. d. clauſ. 321. num. 4.*

5 Gratia tamen, *Perinde valere*, facta lite pendente, non habita mentione litis, eſt nulla, *Lancell. de attent. cap. 4. in præfat. à num. 631. Nicol. Garc. de benef. p. 4. cap. 3. num. 34.* & fuit reſolutum *in cauſa Telleſina beneficij 23. Ianuarij 1595. coram Card. Seraphino inter eius deciſiones impreſſas deciſ. . & in Leodien. Canonicatus 7. Iunij 1596. coram Penia.*

6 Non operatur hæc clauſula contra ius tertio medio tempore quæſitum, *cap. quamuis, de reſcript. in 6. Rot. deciſ. 12. de præb. in antiq. & deciſ. 633. num. 6. p. 3. lib. 3. diuerſ. Mohed. deciſ. 21. de præbend. & deciſ. 10. de conceſſ. præben. Caputaq. deciſ. 126. num. 5. p. 1. & deciſ. 298. num. 7. p. 2. Put. deciſ. 186. lib. 2. in correct. Mandoſ. de Signatura gratiæ, in rubr. Perinde valere, verſ. Perinde igitur, Caualcan. deciſ. 28. num. 39. p. 3. Mar. Antonin. d. reſol. 105. num. 5. Mart. d. clauſ. 321. num. 2.*

7 Item non operatur, ſi diſpoſitio principalis, vel cauſa ceſſet, putà, quia eſt nulla, *Gabr. comm. lib. 6. tit. de clauſul. concl. 7. num. 87. Lancell. de attent. p. 3. cap. 31. num. 265. Flamin. de reſign. lib. 8. q. 11. num. 46. Mar. Anton. d. reſol. 105. num. 7.*

8 Probatio colorati tituli elicitur ex gratia, *Perinde valere, Put. deciſ. 8. de præbend. Aloyſ. Ricc. d. collect. 1471. verſ. ſecundus, Maſcard. de probat. concluſ. 1387. num. 7.*

9 Gratia, *Si neutri*, impetrata pendente termino ad publicandum acceptationem, non eſt bona, non obſtante *conſ. Gemin. 79. & Rom. 489.* quia requiritur quod beneficium vacet tempore datæ, ita *Put. deciſ. 7. de præben.*

10 Habens expectatiuam ſub data conceſſionis gratiæ, ſi concurrat cum habente gratiam adiecta clauſula, *quod perinde valeat, ac ſi ſub prima data, & ſub primis proceſſibus conceſſa fuiſſet*, ille verus præferatur, ex quo concurrit circa idem cum habente fictam datam, ita *Caſſad. deciſ. 6. de conceſſion. de præbend.* quem refert *Aloyſ. Ricc. d. collect. 1471. verſ. tertius.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Proprietas ſimul, vt cum vſufructu transferatur, operatur clauſula*, Pleno iure.

3 *Donationem liberam, non feudum eſſe conceſſum, importat clauſula*, Pleno iure, *in conceſſione adhibita.*

4 *Liberam rem ſignificat clauſula*, Pleno iure.

5 *Totalitatem importat etiam in proprietate, poſſeſſione, vel vſufructu clauſula*, Pleno iure.

6 *Clauſula*, Pleno iure, *intelligitur ſine diminutione, & cum omni integritate.*

7 *Clauſula*, Plene iure, *poſita in donationibus propter nuptias, nullis exiſtentibus liberis primi matrimonij, quomodo intelligatur, oſtenditur.*

8 *Hæres pleno iure inſtitutus, dicitur etiam inſtitutus in vſufructu.*

9 *Subſtitutio in dubio cenſetur directa infra pupillarem propter clauſulam*, Pleno iure.

10 *Trebellianicæ detractionem prohibet clauſula*, Pleno iure, *poſita in reſtitutione fideicommiſſi.*

11 *Clauſula*, Pleno iure, *interpretatur ſecundum ſubiectam materiam variè, & diuerſimodè.*

12 *Omnia comprehendit clauſula*, Pleno iure, *non indigens adiectione.*

13 *Dominus rei dicitur pleno iure, licèt ea ab ipſo poſſit euinci, reuocari, vel repeti.*

14 *Poſſidere dicitur ille pleno iure, qui fructus colligit, & de illis diſponit pro libito voluntatis ſuæ.*

15 *Fundus vbi legatus eſt pleno iure, legatarius de illo diſponere poteſt in vita, & in morte.*

16 *Eccleſiæ dicuntur pleno iure ad aliquem pertinere, quando vtroque iure eidem ſubiectæ ſunt.*

Pleno iure.

CLAVSVLA CI.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Petr. Grego. Syntagmat. Iuris libro 1. cap. 12. num. 5. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 89. aliàs 93. in vltim. impreſſ. Card. Tuſch. practic. concluſ. litt. P. concluſ. 364. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 46.*

Operatur hæc clauſula, quod proprietas ſimul 2
cum vſufructu transferatur, *l. mater*, & ibi *Angel.* & *Fulgoſ. C. ad Tertull. Alex. conſ. 56. num. 1. lib. 3. Alber. in dictionar. verb. pleno iure*, & *Stephan. Gratian. Marchiæ deciſ. 239. num. 6. Card. Tuſch. tom. 2. litt. B. concl. 331. n. 1. & tom. 8. litt. V. concluſ. 315. num. 94. Mart. d. clauſ. 93. num. 1.* vbi *num. 3.* poſt *Alex. conſ. 208. num. 6. verſ. nec prædictis obſtat, lib. 2.* id intelligit, quando ponitur abſolutè, non verò reſpectiuè ratione ſubiectæ materiæ, ſecundum quam reſtringitur.

In conceſſione adhibita arguit donationem libe- 3
ram, non feudum eſſe conceſſum, *Menoch. conſ. 87. num. 129. & conſ. 191. num. 14.* ſignificat enim rem li- 4
beram, idem *Menoch. conſ. 6. num. 5.*

Importat totalitatem, *Menoch. conſ. 1. num. 13. &* 5
conſ. 87. num. 427. & conſ. 191. num. 14. etiam in proprietate, & poſſeſſione, vel vſufructu, vt per *Stephan. Gratian. d. deciſ. 239. num. 6. & Card. Tuſch. practic. concluſ. tom. 2. litt. D. concluſ. 331. à principio.*

Importat ſine diminutione, & intelligitur cum 6
omni integritate, *Dec. conſ. 493. num. 8. & 9. Mart. d. clauſ. 92. num. 5. Card. Tuſch. d. litt. D. concluſ. 331. num. 3.* & fuit dictum *in Sorana Iuriſpatronatus 28. Aprilis 1603. coram Card. Pamphilio, Menoch. conſ. 1046. num. 5. Card. Tuſch. litt. D. concluſ. 297. num. 14. & concl. 329. num. 1.*

Poſita in donatione propter nuptias, nullis exi- 7
ſtentibus filiis primi matrimonij, intelligitur quoad proprietatem, & vſumfructum; illis verò exiſtentibus, intelligitur quoad vſumfructum tantùm, &

sic vt donatio quoad proprietatem sit reseruanda filiis, quia ex præsumpta mente contrahentium stipulatio intelligitur concepta iuxta dispositionem *l. fœminæ, & l. generaliter. §. illud C. de secundis nupt.* ita fuit resolutum *in Beneuentana bonorum* 20. *Iunij* 1594. *&* 17. *Aprilis* 1595. *coram Litta.* Et quod reseruatio sibi facta de certis bonis in donatione pleno iure, importat idem quod sine diminutione tam in dominio, quàm in hypotheca, vsufructu, & omnibus obligationibus, & quibus possunt minui, ita *Alex. conf.* 208. incip. *Viso, à princ. vsque ad num.* 8. *lib.* 2. *Card. Tusch. d. litt. D. concluf.* 331. *num.* 7. & statutum quod donatio valeat pleno iure, intelligitur quoad proprietatem, & vsumfructum, non autem quod non possit reuocari, *Alex. conf.* 162. incip. *Visis, num.* 1. *&* 5. *lib.* 6. *Card. Tusch. d. concluf.* 321. *num.* 2.

8 Operatur quod hæres pleno iure institutus, etiã in vsufructu institutus intelligatur, ita *Alex. conf.* 56. *num.* 2. *lib.* 2. *Ruin. conf.* 40. *num.* 71. *in fin. lib.* 2. *Card. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib.* 9. *tit.* 6. *num.* 17. *&* 10. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 140. *num.* 26. *Mart. d. clauf.* 93. *num.* 2. vbi refert in contrarium *Rip. in l. re coniuncti, num.* 40. *verf. sed tu. ff. de leg.* 3. & *Gabr. conf.* 102. *num.* 3. *lib.* 1.

9 Substitutio in dubio censetur directa infra pupillarem, & excludit matrem propter hanc clausulam, *Pleno iure*, vt per *Anton. de Butr. conf.* 53. *num.* 2. *Bart. conf.* 15. *in fin. Corn. conf.* 242. *col.* 5. *verf. corroborantur præmissa, vol.* 4. *Alex. conf.* 176. incip. *Visis narratis, num.* 7. *verf. sed pleno iure, lib.* 7. *Aret. conf.* 156. *col.* 7. *verf. vnde dicunt, Grat. conf.* 134. *vol.* 2. *Mart. de clauf. p.* 3. *clauf.* 58. *num.* 2. *Card. Tusch. litt. D. concl.* 331. *num.* 3.

10 Posita in restitutione fideicommissi, prohibet detractionem Trebellianicæ, *Capra conf.* 36. *num.* 9. *& conf.* 86. *num.* 9. *in fin. Menoch. conf.* 1112. *num.* 14. *Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 18. *Mart. d. p.* 3. *clauf.* 58. *num.* 1. *Put. decif.* 438. *nu.* 7. *lib.* 2. *in correct.* Sed *Apostil. ad Rom. conf.* 75. *in verf. quod non*, tenet quod ista clausula, *Pleno iure*, non impedit detractionem Falcidiæ, aut legitimæ, aut portionis de iure debitæ, prout eum refert *Card. Tusch. d. litt. D. concluf.* 331. *num.* 6. *Rota* verò apud eumdem *Mantic. decif.* 348. *num.* 3. in hoc puncto sic censuit. In proposito autem Domini censuerunt, Trebellianicam esse prohibitam, cùm testator expresse voluit in euentum conditionis totam hæreditatem pleno iure deuolui ad cippum domus: nam licèt magna sit disputatio, cùm testator voluit pleno iure hæreditatem restitui substitutis, an sit prohibita Trebellianica, & frequentiori calculo receptum sit, eam non esse prohibitam, quia commodissimè potest intelligi, vt hæreditas restituatur quoad directum, & plenum dominium, à quo vtile non sit deiunctum, vel quoad proprietatem, & vsumfructum, *Roman, conf.* 239. *num.* 3. *Capra conf.* 83. *num.* 9. *& seq.* cum aliis à me deductis *d. lib.* 7. (videlicet *in tract. de coniect. vltim. volunt.*) *tit.* 12. *nu.* 18. tamen quando testator voluit pleno iure totam restitui hæreditatem, verius est, vt intelligatur expressim prohibita, quia ex iis verbis enixa voluntas testatoris ostenditur; sicut etiam quando testator voluit restitui totam, & integram hæreditatem, *Gallianda in l. Centurio. ff. de vulgari, num.* 88. & *Rip. num.* 130. *&* 135. *Put. decif.* 444. *in fin. lib.* 2. *alias decif.* 438. *in correctis*, quod etiam à me traditum est *d. lib.* 7. *tit.* 12. *num.* 13. 15. *&* 18. *in fin.* Hactenus *decif. Illustrissimi Card. Mant. citato loco.*

11 Interpretatur hæc clausula secundum subiectam materiam variè, & diuersimodè, vt per *Putet. d. decif.* 438. *n.* 5. & ita secundum subiectam materiam importat solùm directum dominium, sed tamen regulariter importat sine diminutione, *Alex. conf.* 208. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 2. *Card. Tusch. d. litt. D. concl.* 331. *n.* 9. vbi *num.* 10. cum eod. *Alex. conf.* 162. *num.* 5. *in fin. lib.* 6. subdit, quod intelligitur rebus sic stantibus. Omnia comprehendit non indigens adiectione, 12
Franc. Marc. Delphin. decif. 387. *num.* 1. *p.* 2. *Cæsr conf.* 28. *n.* 4. *lib.* 2. *Rom. conf.* 79. *num.* 2. *& conf.* 239. *num.* 3.

Pleno iure rei dominus dicitur, licèt ea ab ipso 13
possit euinci, reuocari, redimi, vel repeti, vt latè probat *Tiraquel. de retract. conuent. gloss. vnic.* §. 2. *num.* 38.

Pleno iure illum possidere dicimus, qui fructus 14
colligit, & de illis disponit pro libito voluntatis suæ, prout ait *Bald. in l.* 1. *C. de reuocan. donat. num.* 3. vbi subdit, pleno iure illum quoque possidere, cui ex superueniente casu potest possessio retractari.

Pleno iure vbi fundus legatus est, legatarius de 15
illo disponere potest in vita, & in morte, *l. fœminæ* 3. *§. illud. C. de secundis nupt.* & latè ponit *Felin. in cap. conquestus* 16. *in princ. de foro compet.*

Pleno iure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem perti- 16
nere, quando vtroque iure, id est, in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, *cap. quoniam* 21. *de priuileg. Butr. num.* 26. *Card. num.* 1. & *Dec. n.* 17. *& 13. in cap. cùm & plantare. §. in Ecclesijs, eod. tit. Rebuff. in concordat. tit. forma mandati, verb. plenum, Cardin. Tusch. d. concluf.* 364. *num.* 3. *Mart. d. clauf.* 93. *num.* 6. *Sayr. de cens. lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 12. *Erasm. à Cochier de Iurisd. Ordin. in exemptos, p.* 4. *q.* 67. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Expressionis specialis, & individuæ cum omnibus suis qualitatibus habet vim clausula,* Pro expressis.

3 *Expressionem specificam litis operatur clausula,* Pro expressis, *quando dicitur,* Cuius litis statum, &c.

4 *Expressionem ita operatur clausula,* Pro expressis, *vt non admittatur aliquis ad allegandum, vel probandum contrarium.*

5 *Legitimatio, seu confirmatio legitimationis non valet, nisi fiat mentio de filijs legitimis.*

6 *Papa vbi fingit aliquid expressum, quod non est expressum, habetur ac si in individuo expressio facta fuisset ad validitatem gratiæ.*

7 *Insertionem tenoris operatur clausula,* Pro expressis.

8 *Derogationis specialis vim habet clausula,* Pro expressis.

9 *Derogatorias derogatoriarum tollit clausula,* Pro expressis.

10 *Clausula,* Pro expressis, *habet clausulam derogatoriam ad sequentes contrarias dispositiones.*

Subre

11 *Subreptionem omnem ex eo quod aliter ſit narrata gratia præcedens, quàm conſtaret, ceſſare facit clauſula*, Pro expreſſis.

12 *Clauſula*, Pro expreſſis, *reſtringitur ad expreſſa, & eorum principalem tantùm diſpoſitionem.*

13 *Tertij in præiudicium, de quo Princeps non intellexit, non operatur clauſula*, Pro expreſſis.

14 *Intentionis defectum non tollit clauſula*, Pro expreſſis, *neque operatur in ijs, quæ conſiſtunt in facto ignorato.*

15 *Legem, aut ſtatutum, vbi mandatur fieri expreſsionem ſpecialem, & tacitè, vel expreſsè prohibet generalem, non tollit clauſula*, Pro expreſſis.

16 *Defectus, per quos gratia eſt ſubreptitia, non tollit clauſula*, Pro expreſſis, *maximè quando eſt appoſita limitatè.*

17 *Subreptionem graviæ factæ ad inſtantiam partis ſine cauſæ cognitione, non tollit clauſula*, Pro expreſſis, *ſicut nec tollit ſubreptionem, quando agitur de præiudicio tertij.*

18 *Obreptionem non tollit clauſula*, Pro expreſſis.

Pro expreſſis, &c.

CLAVSVLA CII.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 96. *vol.* 1. *& conſ.* 42. *vol.* 5. *Dec. conſ.* 341. *& conſ.* 441. *num.* 7. *vol.* 1. *Anton. Gabr. com. lib.* 6. *tit. de clauſ. concl.* 5. *Perez l.* 6. *verſ.* 6. *clauſ. tit.* 12. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 695. *Menoch. conſ.* 190. *num.* 24. *& conſ.* 817. *num.* 6. *Mart. de clauſ. part.* 1. *clauſ.* 101. *in vltim. impreſſ. Flam. de reſign. tom.* 2. *lib.* 12. *queſt.* 14. *num.* 15. *&* 16. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 225. *cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in collectan. deciſ. part.* 4. *collect.* 949. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 339. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel. gloſſ.* 36. *num.* 83. *Viu. in prax. Iuriſp. lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 147. *cum ſeqq. in* 2. *impreſſ. Monet. de commut. vlt. volunt. cap.* 7. *à num.* 201. *cum multis ſeqq.* qui *in princip. num.* 201. ait hanc clauſulam, & illam, *Quorum tenores, &c.* eandem vim habere.

2 Primus effectus eſt, vt habeat vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis cum omnibus ſuis qualitatibus, vt per *Mart. d. clauſ.* 101. *num.* 2. *Flamin. d. q.* 14. *num.* 16. *Gemin. conſ.* 65. *num.* 21. *verſ. iſtud reſcriptum, & conſil.* 120. *num.* 7. *verſ. ex ijs rationibus, Card. Tuſch. d. concl.* 339. *num.* 6. *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 949. *effect.* 5. *Menoch. conſ.* 1003. *n.* 47. *&* 48. *Monet. d. num.* 201. *paulo poſt princip.*

3 Amplia hunc effectum, vt hæc clauſula operetur expreſſionem ſpecificam litis, quando dicitur, *Cuius litis ſtatum haberi volumus pro expreſſo*, quia habet omnem expreſſionem de ſtylo Curiæ, vt poſt *Gemin. d. conſ.* 120. *num.* 6. *& ſeq. verſ. præterea, & dicat adnertendum*, docent *Mart. d. clauſ.* 101. *num.* 7. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 339. *n.* 7.

4 Amplia deinde, vt in tantum operetur expreſſionem, quod non admitteretur aliquis ad allegandum, vel probandum contrarium, vt poſt *Ant. de Butr. conſ.* 2. *&* 49. *in fin.* ac *Gemin. d. conſ.* 120. *num.* 7. *verſ. item, ex quo Papa*, tenet *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 339. *num.* 8. vbi *num.* 9. ampliat in legitimatione, ſeu confirmatione legitimationis, quia licèt non valeat, 5 niſi fiat mentio de filiis legitimis expreſſa, tamen ſufficit, ſi fiat per relationē ad aliā legitimationem, in qua mentio fiebat de filiis legitimis, & Papa habuit pro expreſſa in prima legitimatione, & *num.* 11. ſimiliter ampliat, quod ſi de ſtylo Curiæ Papa fin- 6 git aliquid expreſſum, quod non eſt expreſſum, habetur ac ſi in indiuiduo expreſſio facta fuiſſet ad validitatem gratiæ, & non admittitur probatio in contrarium, & citat *Ant. de Butr. dicto loco.*

Secundus effectus eſt, vt operetur inſertionem 7 tenoris, ex traditis per *Gabr. d. tit. de clauſ. concluſ.* 5. *num.* 1. *Anton. de Butr. conſ.* 2. *num.* 4. *verſ. nam gratia, & conſ.* 49. *num.* 5. *Mart. d. clauſ.* 101. *num.* 6. *Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ.* 93. *n.* 15. *Gemin. conſ.* 15. incip. *Super.*, *in princ.* qui loquitur in prouiſione beneficij facta per Papam ob priuationem alterius, in qua voluit proceſſum, & ſententiam haberi pro expreſſis, *Gemin. conſ.* 65. *num.* 22. *Card. Tuſch. d. concluſ.* 339. *n.* 1. *Couar. part.* 2. *rubr. de teſtam. num.* 20. *verſ. rurſus erunt, Franc. Leo in Theſ. fori Eccleſia. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 21. *& p.* 4. *cap.* 2. *num.* 189. *Soar. de legib. lib.* 8. *cap.* 38. *num.* 2. *Gabr. d. concluſ.* 5. *num.* 2. *Gonzal. ad reg.* 8. *Canc. gloſſ.* 36. *à num.* 13. *Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 40. *n.* 22. licèt *Tiraq. ad leges connub. gloſſ.* 7. *n.* 33. *& ſeq.* quem refert *Card. Tuſch. d. concluſ.* 339. *num.* 2. ac alij relati per *Menoch. d. num.* 22. contrarium ſentiant, videlicet quod requiratur expreſſio, cùm hæc clauſula ſit periculoſa, & de ſtylo apponi ſolita.

Tertius effectus eſt, vt habeat vim ſpecialis dero- 8 gationis, vt ex *Crau. Selu.* & aliis reſoluit *Menoch. conſil.* 190. *num.* 24. *& de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 39. *num.* 6. ac proinde tollit derogatorias derogato- 9 riarum, *Greg. deciſ.* 109. *num.* 11. habetque clauſulam derogatoriam ad ſequentes contrarias diſpoſi- 10 tiones, *Flam. d. quæſt.* 14. *num.* 16. *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 949. *effect.* 4. *Mart. d. clauſ.* 101. *num.* 1. *Monet. d. cap.* 7. *num.* 201. *in med.* Quod adeò verum eſt, vt ſi Papa in genere deroget omnibus contrariis, quorum tenores habere vult pro expreſſis, perinde ſit derogatum, ac ſi omnia contraria eſſent ſpecificata, vt poſt *Butr. Dec. & Gemin.* concludit *Card. Tuſch. d. concluſ.* 339. *num.* 5.

Quartus effectus eſt, vt faciat ceſſare omnem 11 ſubreptionem ex eo quod aliter ſit narrata gratia præcedens, quàm conſtaret, vt per *Angel. conſ.* 274. incip. *Bonifacius Epiſcopus, num.* 2. *verſ. pro hoc quia, Mart. d. clauſ.* 101. *num.* 9. *Alex. Trentacin. var. reſol. lib.* 1. *tit. de reſcript. reſol.* 5. *num.* 37. *Cardin. Tuſch. d. concluſ.* 339. *n.* 10.

Primò nunc limita, hanc noſtram clauſulam re- 12 ſtringi ad expreſſa, & eorum principalem diſpoſitionem tantùm, vt ex *Dec. conſ.* 142. *verſ. non obſtat cùm Papa, & Pariſ. conſ.* 142. *verſ. illa enim verba, vol.* 4. docet *Gabr. d. concluſ.* 5. *num.* 17. *&* 18. quos refert, & ſequitur *Monet. d. cap.* 7. *num.* 209.

Limita ſecundò, vt non operetur in præiudicium 13 tertij, de quo Princeps non intellexit, ita *Gozad. conſ.* 14. *verſ. duodecimò conſidera, iuncto verſ. non obſtat, Gabr. d. concluſ.* 5. *num.* 19. *Ioſeph. Seſſe Aragon. deciſ.* 93. *n.* 14. *Monet. d. cap.* 7. *n.* 210.

Limita tertiò, non tollere defectum intentionis, 14 neque operari in iis, quæ conſiſtunt in facto ignorato, vt per *Ferret. conſ.* 38. *n.* 2. *& ſeq.* vbi dicit hoc eſſe verum, quando eſt ad inſtantiam partis; referunt, & ſequuntur *Marc. d. clauſ.* 101. *n.* 10. *& Card. Tuſch. d. concluſ.* 339. *num.* 17.

Limita quartò, vt non tollat legem, aut ſtatu- 15

tum, vbi mandatur fieri expressionem specialem, & tacitè, vel expressè prohibet generaleni, vt per *Gabr. d. conclus. 5. num. 22. Ioseph. Sesse d. decis. 93. num. 17. Monet. d. cap. 7. n. 211.*

16 Limita quintò, vt non tollat defectus, per quos gratia est subreptitia, maximè quando est apposita limitatè, prout citato *Dec. cons. 142.* incip. *Et pro tenui, num. 7.* asserit *Card. Tusch. d. concl. 349. num. 12.* vbi *num. 13.* post *Crau. cons. 896.* incip. *Quæritur, col. 5.*

17 *vers. nec obstat præmissis*, extendit, non tollere subreptionem gratiæ factæ ad instantiam partis sine causæ cognitione, sicut nec tollit subreptionem, quando agitur de præiudicio tertij.

18 Limita sextò, non tollere obreptionem, vt post *Cranet. d. cons. 296. col. 5. vers. tertio respondeo*, docet *Card. Tusch. d. conclus. 339. n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Abundantem prouisionem inducit clausula*, Pro maiori, seu potiori cautela, *quasi sufficiant præcedentia, & iam dispositа.*

2 *Abundans cautela non nocet.*

3 *Clausula*, Et pro maiori cautela, &c. *nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio.*

4 *Clausula*, Pro maiori securitate, & ex abundanti, *æquipollet clausulæ*, Pro maiori, seu potiori cautela.

Pro maiori, seu potiori cautela.

CLAVSVLA CIII.

1 INducit hæc clausula abundantem prouisionem, quasi sufficiant præcedētia, & iam dispositа, *Paris. cons. 117. num. 14. lib. 1. Card. Tusch. pract. concl. tom. 1.*

2 *litt. C. concl. 301.* quamuis autem non videatur necessaria hæc clausula, in multis tamen casibus potest esse valde vtilis, quia abundans cautela non nocet, *Roman. cons. 343. num. 7. Surd. decis. 13. num. 14. Sebast. Naui. in l. non solent 95. ff. de reg. Iur. Farin. in praxi crim. p. 3. quæst. 89. num. 123. Card. Tusch. d. tom. 1. litt. A. concl. 67. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. à n. 26. Stephan. Gratia. discept. forens. cap. 141. n. 12. Laurent. de Peirinis in const. sui Ordinis Minim. constitut. 1. Iulij II. num. 39. tom. 2.*

3 Pro maiori validitate confirmationis aliquando apponi solet hæc clausula, *Et pro maiori cautela de nouo concedimus*, quæ nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, vt fuit dictum *in Tole a admissionis 17. Iunij 1609. coram Pamphilio*, impressa per *Farin. decis. 192. n. 2. p. 1. recent.*

4 Clausula, *Pro maiori securitate, & ex abundanti*, huic nostræ æquipollet, ex adductis per *Ioan. Bapt. Costam in tract. de clausul. conuent. clauſ. 82. n. 4.* & tendunt recto tramite ad excludendam nouationem, *Rot. decis. 738. num. 1. p. 1. diuers. & decis. 30. in princ. p. 2. etiam diuers. Alciat. cons. 13. n. 7. lib. 5. Surd. cons. 495. num. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Perpetuitatem, vt non faciat, vel veniat contrà, per se, nec per alium, importat clausula*, Promittens habere ratum, &c.

3 *Renunciationem læsionis* l. 2. C. de rescind. vend. *importat clausula*, Promittens habere ratum, &c.

4 *Præscriptionem tollit clausula*, Promittens habere ratum, &c.

5 *Promissio de defendendo perpetuò, refertur solùm ad iura competentia ante diuisionem, non verò post.*

6 *Promittens perpetuò attendere, & non venire contrà, posita in contractu conditionali, intelligitur, & restringitur, vt postquam extiterit conditio, vel quousque existere possit, obligetur, non si defecerit.*

7 *Procuræ in mandato posita clausula*, Promittens, &c. *restringitur ad specificata in mandato, & non ad alia.*

8 *Clausula*, Promittens, &c. *in executiuis posita non ampliat.*

9 *Procurator ante receptum mandatum virtute clausulæ*, Promittens, &c. *potest sibi mandata exercere.*

10 *Mandatum in solidum importat clausula*, Promittens, &c.

11 *Mandatum cum libera importat clausula*, Promittens, &c. *cuius tamen contrarium receptius est.*

12 *Clausula*, Promittens, &c. *posita in obligatione, semper intelligitur inesse pactum, quatenus stipulatio interfit iusta.*

13 *Instrumentum exhibens, illud ratum habere dicitur, & omnia in eo contenta approbare videtur.*

14 *Venditionis instrumentum confirmare dicitur, qui illius virtute accipit rei venditæ possessionem, & exinde fructus percipit.*

15 *Venditionem ratam habere dicitur ille, qui petit pretium in ea promissum.*

16 *Ratum habere censetur ille, qui sciuit cum suis qualitatibus, & longo tempore tacuit.*

17 *Clausula*, Promittens, &c. *in promissione posita, non se extendit ad ignorata per promissorem.*

18 *Rati promissor non tenetur ad ea, quæ nomine eius gesta non sunt.*

19 *Promissio non comprehendit ea, de quibus scientiam minimè habuit ratificare debens.*

20 *Clausula*, Promittens, &c. *extendit vires ad hæredes de iure, licèt non fuisset de illis facta mentio in contractu.*

Promittens habere ratum, &c.

CLAVSVLA CIV.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Ber-* 1
taz. in repet. l. si quis maior. C. de transact. num. 410. cum seqq. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 98. alias 103.

in

in vlt. impreſſ. Ioan. Bapt. Coſt. de clauſul. conuention. clauſ. 117. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *litt. C. concl.* 299. *& concl.* 364. *à num.* 24. *Aloyſ. Riccc. in collect. deciſ. collect.* 929.

2 Hæc clauſula importat perpetuitatem, vt non faciat, vel veniat contrà, per ſe, nec per alium, vt per *Oldrad. conſ.* 243. incip. *Factum tale eſt, in fin. verſ. tertia ratio, Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 299. *n.* 1. vbi *num.* 2. ſubdit, quod hæc clauſula appoſita in contractu habente promiſſionem, donec placuerit promittenti, ſi talis contractus confirmetur cum clauſula, *Promittens non contrauenire, &c.* importat ne vllo modo, neque vllo tempore poſſit venire contrà, & alterat primum contractum ad placitum, & efficitur ex neceſſitate obligatorius, de quo etiam *Marta d. clauſ.* 103. *num.* 5.

3 Importat renunciationem læſionis *l.* 2. *C. de reſcind. vend. Caſtr. conſ.* 387. incip. *Per ſupradictum, in fin. lib.* 2. *Card. Tuſch. d. concl.* 299. *num.* 3. *Mart. d. clauſ.* 103. *num.* 5. *in fine.*

4 Item tollit præſcriptionem, *Socin. conſ.* 86. *col. fin. verſ. ſecundò probatur, vol.* 1. *Stephan. Auſrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. in q.* 220. *Mart. d. clauſ.* 103. *num.* 7. vbi *num.* 8. declarat, vt non procedat, quando in contractu eſt error, quia tunc non confirmat contractum, *Card. Tuſch. d. concluſ.* 299. *num.* 4. vbi *num.* 5. ſubdit, maximè tollere effectum præſcriptionis, ſi ab habente iura Principis promittatur.

5 Hinc dicitur, quod promiſsio de defendendo perpetuò, refertur ſolùm ad iura competentia ante diuiſionem, non etiam poſt, quia hæc clauſula poteſt reſtringi ad iura de præſenti ſpecificata, ſalua recti ſermonis ratione, ita *Bardell. conſ.* 11. *n.* 3. *&* 4. & excipit caſum adiectionis verborum vniuerſalium reſpicientium futurum, ita *Caualcan. deciſ.* 36. *num.* 17. *p.* 1.

6 Hinc etiam promittens perpetuò attendere, & non venire contrà, poſita in contractu conditionali intelligitur, & reſtringitur, vt poſtquam exſtiterit conditio, vel quouſque exiſtere poterit, obligetur, non ſi defecerit, ita *Caſtr. conſ.* 225. incip. *Pro euidentia, in princip. verſ. nam omnia verba, lib.* 2. *Card. Tuſch. concluſ.* 299. *num.* 6. vbi *num.* 7. ex eod. *Caſtr. d. conſ.* 225. *num.* 3. ſubdit, hanc clauſulam non ſaluare contractum, in quo error induxit contrahentem.

7 Hæc clauſula poſita in mandato procuræ, reſtringitur ad ſpecificata in mandato, & non ad alia, ita *gloſſ. & DD. in cap. contingit, de tranſact. & in cap. ex parte, de reſcript. Gemin. in cap. qui ad agendum, de procur. in* 6. *Mart. d. clauſ.* 103. *num.* 2. *& p.* 4. *clauſ.* 21. *num.* 5. *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 364. *num.* 24. vbi *num.* 25. poſt *Dec. conſ.* 500. incip. *In cauſa, num.*

8 12. ſubdit, quod quando hæc clauſula poſita eſt in executiuis, non ampliat, ideo non videtur data libera poteſtas; & *num.* 26. declarat, quod imò quando principalis promiſit cum iuramento habere ratum, & gratum quicquid per dictum procuratorem factum, vel geſtum, aut procuratum fuerit, tunc dominus obligatur, licèt mandatum ſit datum ad recipiendum, ſi cum alio in ſolidum ſe obligauit procutator, & fuit renunciatum beneficio fideiuſſorum, quia dominus tenetur etiam pro ſumma confeſſata.

9 Operatur iſta clauſula, quòd licèt procurator ante receptum mandatum non poſſit ſibi mandata exercere, tamen ſecus eſt quando adeſt iſta clauſula; ita *Alex. conſ.* 146. incip. *In cauſa, num.* 33. *verſ. præterea, lib.* 5. quem refert *Card. Tuſch. d. clauſ.* 364. *num.* 28.

Importat mandatum in ſolidum, *Put. deciſ.* 98. 10
lib. 3. *in correct. Flam. de reſign. lib.* 9. *q.* 3. *num.* 22. *&* 23. *Gregor. deciſ.* 280. *num.* 4. & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus* 4. *Decembris* 1624. *coram D. Merlino.*

Item importat mandatum cum libera, & ſic ope- 11
ratur, vt ſit ſufficiens in caſibus, in quibus requiritur ſpeciale mandatum, vt per *Bart. in l. procurator, cui generalis, num.* 4. *ff. mandati, & in l. ſi procurator, num.* 5. vbi *Ang. num.* 2. *C. eod. tit.* Verùm contrarium, imò hanc clauſulam non inducere mandatum cum libera, tradunt *gloſ. in l. ſi procuratorem. ff. de procur. Alex. Bald. Salicet.* & alij *in d. l. ſi procurator, Gregor. l.* 19. *tit.* 5. *part.* 6. *Couar. var. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 4. *Mart. d. cauſ.* 103. *num.* 1. *verſ. contrarium, Nicol. Garc. de benef. p.* 5. *cap.* 8. *num.* 75.

Poſita in obligatione, ſemper intelligitur ineſſe 12
pactum, quatenus ſtipulatio interſit iuſta, *Creſc. deciſ.* 189. *alias* 17. *ſub num.* 1. *verſ. quia ſtipulatio, de probat.* & fuit dictum *in Perufina executionis* 17. *Aprilis* 1600. *coram Penia*, ſatiſque ratum habere dicitur, qui re vtitur, *Bald. conſ.* 349. *num.* 2. *lib.* 1. *Dec. conſ.* 46. *n.* 19. *Rot. in Bononien. Caderna* 29. *Ianuarij* 1610. *coram Cardinale Lancellotto.*

Sic etiam exhibens inſtrumentum, illud ratum 13
habere dicitur, & omnia in eo contenta approbare videtur, *cap. cùm venerabilis* 6. *de excepţ.* vbi *Abb. num.* 40. *in fin. verſ. nota quod, Alex. conſ.* 112. *nu.* 5. *in fin. lib.* 5. etiam ſi talis produ..tio facta fuerit per compulſum, ſi in eo adſit obligatio in forma Cameræ, & clauſula, *Pro quibus omnibus, &c.* vt fuit reſolutum *in Bonon. cenſus* 27. *Iunij* 1601. *coram Penia.*

Sic etiam confirmare dicitur inſtrumentum ven- 14
ditionis, qui illius virtute accipit rei venditæ poſſeſſionem, & exinde fructus percipit, ac illius onera ſoluit, *Alex. conſ.* 127. *num.* 2. *lib.* 5. *Creſc. deciſ.* 1. *de procur. Surd. deciſ.* 229. *num.* 5. *&* 6. *Rota in Romana pretij vineæ* 1. *Iulij* 1611. *coram Card. Marquemontio*, & poſtea *in eadem* 12. *Decembris* 1614. *coram Pirouano.*

Sic etiam ratam habere dicitur venditionem il- 15
le, qui petit pretium in ea promiſſum, *l. matri tuæ. C. de rei vendicat.* vbi *Bart. num.* 5. & *Caſtr. num.* 6. *Rota in Camerinen. donationis* 10. *Maij* 1606. *coram Card. Marquemontio.* Denique non poteſt dubitari quin 16
ratum habuerit ille, qui ſciuit cum ſuis qualitatibus, & longo tempore tacuit, *Soc. Iun. conſ.* 139. *num.* 14. *lib.* 3. & fuit dictum *in Calaguritana Capellæ de Nagera* 15. *Iuny* 1590. *coram Orano.*

Poſita hæc clauſula in promiſsione, non ſe ex- 17
tendit ad ignorata per promiſſorem, ad hunc enim effectum requiritur certa, & vera ſcientia cum omnibus ſuis qualitatibus; ita *Put. deciſ.* 373. *num.* 1. *lib.* 3, *Gabr. conſ.* 36. *num.* 60. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 28. *num.* 18, Vnde rati promiſſorem non teneri ad ea, 18
quæ nomine eius geſta non ſunt, tradunt *Gram. deciſ.* 103. *num.* 12. *Tiraq. de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſſ.* 1. *n.* 248. Nec promiſsio huiuſmodi comprehendit ea, de 19
quibus ſcientiam minimè habuit ratificare debens, & illius qualitatem, *Natt. conſ.* 162. *num.* 33. *Rot. in Anconitana mercedis* 20. *Decembris* 1602. *coram Card. Sacrato*, & *in Rom. laudi* 28. *Iunij* 1613. *coram Buratto.* Extendit tamen vires hæc clauſula ad hæredes de 20
iure, licèt non fuiſſet de eis facta mentio in contractu, *Mianen. Siciliæ deciſ.* 10. *num.* 87.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio facta à Notario cum clauſula*, Pro omnibus, & ſingulis abſentibus, &c.

opera

operatur, vt ius quæsitum dicatur absentibus sine cessione.

2 *Ius absenti an acquiratur stante clausula,* Pro omnibus, & singulis, &c. *sine ratificatione, vel illius acceptatione? quæstio dubia.*

3 *Vna sententia tenet non acquiri.*

4 *Altera sententia tenet virtute clausulæ,* Pro omnibus, &c. *ius irreuocabile acquiri absenti, Notario pro eo stipulante.*

5 *Donatario tantùm volente, non verò recusante, acquiritur absenti ius irreuocabile Notario pro eo stipulante.*

6 *Animi quæcumque declaratio sufficit, quando sumus in actu de sui natura delectabili.*

7 *Possessio non acquiritur ex Notarij stipulatione pro absenti cum clausula,* Pro omnibus, & singulis absentibus, &c. *nisi sequuta ratificatione.*

8 *In obligatione Camerali apposita hæc clausula,* Pro omnibus, &c. *operatur, vt possit agi contra nomen debitoris, perinde ac si specialiter promisisset, etiam nulla habita cessione.*

Pro omnibus, & singulis absentibus, &c.

CLAVSVLA CV.

1 STipulatio facta à Notario cum ista clausula, operatur vt ius quæsitum dicatur absentibus etiam sine cessione, vt per *Corn. conf. 50. sub num. 7. lib. 1. Paris. conf. 69. num. 139. & 148. lib. 3. Ruin. conf. 119. num. 7. & 8. lib. 1.* cum aliis allegat. *in Romana fructuum dotis* 10. *Martij coram Gregor. XV. inter eius decis. impressas decis. ...*

2 Vtrùm autem stante hac clausula acquiratur ius absenti sine ratificatione, vel illius acceptatione? quæstio dubia.

3 Vna sententia tenet, non acquiri ius absenti sine ratificatione, vel illius acceptatione, quam tuentur *Castr. in l. in insula* 43. *§. fin. num. 3. ff. soluto, & cons. 195. in 2. dubio, num. 2. vers. ad quod breuiter, & cons. 171. num. 1. lib. 2. Dec. cons. 239. Sard. num. 2. vers. tertiò dictum Bartholi, & cons. 58. num. 3. vers. præterea, Curt. cons. 52. num. 13. Soci. Iun. cons. 126. num. 12. & seq. lib. 2. Cassan. cons. 53. num. 55. cum seq. Ruin. cons. 7. num. 29. lib. 1. & cons. 39. num. 19. eod. lib. 1. Clar. §. donatio, sub num. 8. vers. respondeo, Crass. §. donatio causa mortis, q. 3. num. 4. in fin.* cum innumeris hinc inde relatis à *Rota impressa per Zach. post tract. de oblig. Camer. al. decis. 123.* vbi hæc opinio firmata fuit reiecta contraria, quam etiam sequuta fuit eadem *Rota in Bononien. pecuniaria 13. Ianuarij 1581. coram Card. Lancellotto*; quod aliqui ampliant, etiam si apposita inueniatur in relictis ad pias causas, & factis Ecclesiis, vel pauperibus, cessante nuntio, vel epistola, vt resoluunt *Card. Tusch. tom. 2. litt. D. concl. 637. num. 17. & seq.* & plures alij, quos refert, & sequitur *Sanchez de Matrim. libro 1. disput. 6. num. 16.* cuius tamen contrarium etiam stante hac scientia colligitur ex adductis per *Tiraq. de priuileg. pia causa, priuil. 115. Cephal. d. conf. 33. lib. 2. Ioseph. Ludou. Perusina decis. 29. num. 10. & 11.*

4 Altera sententia (cui tanquam probabiliori magis adhæreo) tenet, virtute huius clausulæ ius irreuocabile acquiri absenti, Notario pro eo stipulante, & hanc sequuntur *Cephal. conf. 33. num. 5. & 8. lib. 1. Silu. conf. 22. num. 11. Rolan. à Valle conf. 19. num. 12. & 22. lib. 1. Clar. §. donatio, q. 13. num. 2. Osasc. Pedam. decis. 32. num. 4. Surd. decis. 111. num. 5. Tiraq. de iure constituti, post limitationem 30. num. 23.* & fuit dictum *in Elboren. donationis 1. Februarij 1582. coram Giptio, & in Romana Palatij 4. Nouembris 1592. coram eodem, & in Veneta census 3. Decembris 1610. coram Card. Marquemontio.*

5 Intellige primò, procedere hanc sententiam donatario volente, secus illo recusante, vt censuit *Rota decis. 683. num. 4. p. 1. diuers.* Intellige etiam saltem interueniente scientia, & patientia donatarij, absque eo quod constet de alio, ex notatis per *Couar. in rubr. de testam. p. 3. num. 13.* & per *Ioseph. Ludou. d. decis. 29. sub num. 8.* Sumus enim in actu de

6 sui natura delectabili, & ideo sufficit quæcumque animi declaratio, quæ fieri potest quandocumque, *Natt. conf. 474. num. 20. lib. 2.* etiam habita per coniecturas, & præsumptiones, *Guidop. cons. 23. num. 12. & 13.* quoniam in iis, quæ nobis commodum afferunt, scientia præsumitur, *Card. in Clement. 1. §. vltim. num. 5. & 6. de conces. prabenda, Marant. in l. potest, num. 229. ff. de acquir. hæred. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. num. 84.*

7 Possessionem verò non acquiri ex Notarij stipulatione cum hac clausula pro absente, nisi sequuta ratificatione, ex *l. 3. in prin. ff. de acquir. poss. l. quemadmodum 5. & l. quod meo 18. §. l. si furioso. ff. eod. tit.* tradunt *Pontan. de spolys, lib. 2. num. 112. Curt. Iun. cons. 120. col. 1. & 2. Osasc. Pedam. decis. 33. num. 12. Thes. etiam Pedam. decis. 70. sub num. 5. vers. aut verò loquimur.*

8 In obligatione Camerali apposita hæc clausula, operatur vt possit agi contra nomen debitoris, perinde ac si specialiter promisisset, etiam nulla habita cessione, vt per *Bertazol. de clausulis instrum. claus. 18. glos. 5. num. 8. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 507. num. 9.*

Pro omni, & toto, &c.

CLAVSVLA CVI.

1 REstringitur hæc clausula ad ea, de quibus agitur, vt per *Calcan. conf. 19. num. 3. vers. & licèt dicatur, Gabr. comm. tit. de regulis Iuris, concl. 4. num. 31. vers. vel si dictum sit, Surd. decis. 217. num. 15. Rot. in Recanaten. prædy 14. Aprilis 1614. coram Pamphilio* impressa per *Farin. decis. 534. num. 4. p. 2. recent.*

Pro Rata.

CLAVSVLA CVII.

1 VIde notata *in tract. de dictionibus, dict. 294.* & ibi citatis adde *Ioan. Bapt. Costam de clausul. consuet. claus. 23. Mart. de claus. p. 1. claus. 106. in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Solutiones alias præcessisse, & factas fuisse, præsumptionē inducit clausula,* Pro residuo.

2 *De*

2 *Debitum totum, & integrum fuiſſe ſolutum, arguit clauſula*, Pro reſiduo, *in quietantia appoſita.*

3 *Quietantiam ſi quis oſtendat cum clauſula*, Pro reſiduo, *illius virtute inducitur ſolutionis præſumptio etiam aliarum portionum.*

4 *Petens pro reſto ex computatione rationum, poteſt de errore doceri.*

5 *Clauſula*, Pro reſiduo, *cum aliquibus verbis reſtrictiuis dumtaxat præſtat, ne creditor poſsit ratione illius crediti quidquam conſequi.*

6 *Creditor petens ſine clauſula*, Pro reſiduo, *vel aliqua dictione taxatiua, non propterea cenſeretur ſibi plus non deleri.*

Pro reſiduo.

CLAVSVLA CVIII.

1 ALias ſolutiones præceſſiſſe, & factas fuiſſe, præſumptionem inducit hæc clauſula, *Caſtren. in l. 2. num. 3. C. de hæred. inſtit. Bero. conſ. 192. num. 6. & 7. lib. 1.* & fuit dictum *in Regien. penſionis 26. Iunij 1598. coram Orano*, & præſupponit exiſtentiam præcedentis quantitatis, & ad partem reſtantem refertur, *l. boues 89. in fin. ff. de verb. ſignif. Rebuff. ad l. poteſt reliquorum 95. ff. eod. tit. Rot. in Bononien. de Buccamatijs 29. Ianu. 1590. coram Orano*; & ideo clau-
2 ſula iſta in quietantia appoſita, arguit totum, & integrum debitum fuiſſe ſolutum, *gloſ. verbo reliquum, Ruin. Angel. & Caſtr. in l. ſi ex pluribus, in prin. ff. de ſolution. Cepol. caut. 177. Guid. Pap. q. 177.* incip. *Fuit etiam, Corn. d. conſ. 33. num. 24. lib. 2. Alex. conſil. 116. num. 4. vol. 6. Bertaz. de clauſ. concuent. clauſ. 54. num. 1. Rota in Valentina pecuniaria 20. Nouembris 1598. coram Giptio, & in Romana depoſiti 24. Maij 1595. coram Penia.* Totum enim continetur appellatione reſidui, *l. cæterorum 160. ff. de verb. ſignif. l. 2. C. de hæred. inſtit. Rota in Peruſina pecuniaria 3. Decemb. 1599. coram*
3 *Iuſto.* Vnde ſi quis oſtendat quietantiam cum hac clauſula, licèt non ſit de recepto niſi portionis debitæ, tamen illius virtute inducitur ſolutioni præſumptio etiam aliarum portionum, *Bero. conſ. 192. num. 9. & 10. lib. 1. Rot. in Spoletana bonorum 30. Ianu. 1584. coram Bubalo, & in Romana reſidui dotis 8. Februarij 1589. coram Card. Arigonio, & in Romana pecuniaria 21. Febru. 1600. coram Penia, & in Fauentina fideicommiſſi 13. Nouembris 1595. coram Litta, & in Romana Trebellianica 9. Nouembris 1612. coram Vbaldo.*

4 Limita primò, niſi peteret pro reſto ex computatione rationum, quia tunc de errore poteſt doceri, *l. 1. de errore calcul. Stephan. Grat. diſcept. foren. cap. 3. num. 2. cum ſeqq. Ioan. Bapt. Coſta d. clauſ. 54. num. 2.*

5 Limita ſecundò, quando addita eſſent aliqua verba reſtrictiua, veluti quia dictum eſſet (*per ſaldo della preſente liſta*,) vel (*per reſto del debito vecchio*:) tunc enim hoc dumtaxat præſtat, ne creditor poſſit ratione illius crediti quicquam conſequi, *Stepha. Gratian. & Ioan. Bapt. Coſta locis citatis.*

6 Limita tertiò, quando ſine hac clauſula, vel aliqua dictione taxatiua, tantùm, aut ſimili, creditor peteret etiam in iudicio, putà ex contractu maioris ſummæ, ne propterea cenſeretur ſibi plus non deberi, *Bart. Bald.* & alij *in l. ſi quidem. C. de tranſact. Guid. Pap. d. q. 177. Bertaz. d. gloſ. 11. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus tam futurum, quàm præſens denotat clauſula*, Pro tempore.

2 *Diſponens per clauſulam*, Pro tempore, *quando reſpectiuè vult obſeruari tempora, tunc neminem obligat, niſi illum, qui in illo tempore reperitur.*

Pro tempore.

CLAVSVLA CIX.

DEnotat hæc clauſula tam futurum tempus, 1
quàm præſens, iuxta tradita per *Bald. in cap. cùm inter, num. 3. de re iud. Rot. in Carthagin. decimarum 10. Decembris 1578. coram Bubalo*, & *in Lauden. penſionis 29. Ianuarij 1591. coram Penia*, quam amplè confirmauit eadem *Rot. deciſ. 733. num. 3. & 4. p. 2. recent.* quarum meminit *D. Lotter. in ſuo doctiſſ. tract. de re benefic. lib. 1. q. 36. num. 85.*

Quando diſponens per clauſulam, *Pro tempo-* 2
re, reſpectiuè vult obſeruari tempora, tunc neminem obligat, niſi illum, qui in illo tempore reperitur; vnde ſi teſtator inſtitutis pluribus hæredum gradibus, mandet aliquid annuatim ſolui per hæredes pro tempore, reſpectiuè non obligantur niſi illi hæredes, qui pro tempore fuerint; vide *Caualcan. deciſ. 31. num. 7. p. 5. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 337. in vltima impreſſ.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filijs, comprehendit etiam filios naſcituros, & poteſt vni filiorum aſſignari, cæteris excluſis.*

2 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filijs, poteſt ad nepotes deuenire.*

3 *Emphyteuſi conceſſa pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, ſuccedunt ordine ſucceſſiuo, ſecus ſi conceſsio ſit facta per dict.* Cum,

4 *Emphyteuſis acceptata pro ſe, & vxore, & filijs, poteſt deuenire ad filios ſecundi matrimonij.*

5 *Emphyteuſis quando conceditur cum clauſula*, Pro ſe, & filiis, *non poteſt pater præiudicare filijs etiam tranſigendo.*

6 *Pater vendens emphyteuſim conceſſam cum clauſula*, Pro ſe, & filiis, *in dubio videtur tantùm vendere ius ſuum, non filiorum.*

7 *Primus emphyteuſis acquiſitor poteſt alienare in præiudicium comprehenſorum.*

8 *Emphyteuſim ex re, vel pecunia patris acquiſitam poteſt ipſe pater filijs alienando nocere.*

Pro se, & filiis.

CLAVSVLA CX.

1 EMphyteusis concessa pro se, & filiis, comprehendit etiam filios nascituros nondum natos, *Gama Lusitana decis. 233. num. 7.* quem refert *Camil. Borel. in summa omnium decis. tit. 33. n. 35.* & potest vni filiorum assignari, cæteris exclusis, *Gama vbi proximè, Camill. Borel. d. tit. 33. n. 36. Surd. decis. 209. num. 16. Cald. Pereira in responso pro Societate Iesu, n. 15. Cardos. in praxi Iudicum & Aduocat. verb. emphyteusis, n. 28.*

2 Emphyteusis concessa pro se, & filiis, potest ad nepotes deuenire; quia in emphyteusi filiorum appellatione veniunt nepotes, *Card. Mant. de tacitis, & ambig. conuent. tom. 2. lib. 22. tit. 12. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 13. à n. 14. & q. 17. à n. 48.* Sed priùs debet venire ad filium, vel filiam existentem, ex *Cald. Pereira d. q. 13. num. 3.* Et quando emphyteusis suscepta est pro se, & filiis, ac nepotibus masculis, aut pro se, & descendentibus masculis, in ea succedere potest nepos masculus filius filiæ, *Clar. in pract. §. emphyteusis, q. 36. num. 1. Valasc. de iure emphyt. q. 41. num. 5.* quamuis contrarium sequantur *Molina de primog. Hispan. lib. 3. cap. 5. n. 41. Mendez à Castro in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 10. num. 4.*

3 In emphyteusi concessa pro se, & filiis masculis, & fœminis, succeditur ordine successiuo, secus si concessio sit facta per dict. *Clm*, ita *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 70. num. 24. & seq.* quia tunc masculi, & fœminæ insimul admittuntur, *Valasc. de iure emphyt. q. 41. num. 4.*

4 Emphyteusis accepta pro se, & vxore, & filiis, potest deuenire ad filios secundi matrimonij, *Bald. in auth. qui rem, num. 5. C. de sacros. Eccles.* quem sequuntur *Menoch. cons. 40. n. 25. & de præsumpt. lib. 4. præs. 21. num. 8. Gama Lusitana decis. 251. Cardos. d. verbo emphyteusis, n. 38. Camill. Borell. d. tit. 33. num. 37.* secus est quando conceditur pro filiis vtriusque, *Gama Lusitana decis. 233. num. 2. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q. 15. à num. 25. & de potest. te eligendi, cap. 13. à num. 22.*

5 Quando cum hac clausula emphyteusis conceditur, non potest pater præiudicare filiis, vt per *Cou. lib. 2. var. cap. 18. num. 2. Clar. §. emphyteusis, q. 16. n. 1. vers. his præmissis, Valasc. de iure emphyteut. q. 49. num. 6. Gasp. Roderic. de annuis redditibus, lib. 2. q. 22. num. 37. Gam. Lusitana decis. 8. à num. 1. & decis. 151. num. 1. Cald. Pereir. de nominat. emphyt. q. 12. num. 52. Molin. de Iustitia, tract. 2. disp. 478. n. 2. Rebell. de obligat. Iustitiæ, p. 2. lib. 3. q. 15. num. 6. Cabed. Lusitana decis. 154. num. 5. p. 1. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 65. Camill. Borell. d. tit. 33. num. 295. & n. 300.* Nec etiam transigendo illis præiudicium inferre poterit, ex *Gama Lusitana decis. 151.* & si alicui tertio eam vendiderit, à filio talis venditio rescindi poterit, dummodo restituat emptori pretium pro sua parte, si patris hæres sit, *Gama decis. 8. n. 4.* quem refert, & sequitur *Rebell. d. num. 6. prope finem.*

6 Vnde in dubio pater si vendat, videtur tantùm vendere ius suum, non filiorum, *Cald. Pereira de renouat. emphyt. quæst. 16. num. 38. & de potestate eligendi, cap. 3. num. 38. Surd. decis. 172. num. 7. Cabed. Lusitana decis. 134. part. 1.* & alienatio durabit solùm in vita alienantis, iuxta tradita per *Flamin. de resignat. lib. 6. quæst. 2. num. 91. & 92.*

7 Limita tamen, quando pater fuit primus emphyteusis acquisitor, quia tunc potest alienare in præiudicium comprehensorum, præsertim accedente domini consensu, *Surd. decis. 11. in fin. Pereg. de fideicom. art. 6. n. 24. Valasc. de iure emphyt. q. 49. n. 6. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 20. num. 4. & in responso pro Societate Iesu, n. 13. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 690. vers. limita secundò, Rebell. d. num. 6. Molin. d. disp. 478. num. 4. Stepha. Gratian. d. decis. 65. à n. 8. Camil. Borell. d. tit. 33. n. 298. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 71.*

Limita etiam, quando emphyteusis ex re, vel pecunia patris acquisita sit, quia tunc potest pater filiis alienando nocere, *Pinel. l. 1. C. de bonis maternis, p. 3. n. 98. Valasc. d. q. 49. num. 70. Cald. Pereira d. cap. 20. n. 1. & de testate elig. cap. 15. num. 14. in fin. & d. respons. num. 16. & in comment. ad §. sed hæc, Inst. de inoff. testam. cap. 2. num. 27. Allegat. Iuris pro maioratu de Bellos, part. 2. art. 5. num. 146. Flores in addit. ad Gam. decis. 5. ad fin. Molina d. disp. 478. num. 5. Rebell. d. quæst. 15. n. 2.* 8

SVMMARIVM.

1 *Testimonium qui non possunt, vel non coguntur dicere, veniunt in ferendo testimonio, quando adest clausula,* Pro se, & suis, &c.

2 *Clausula,* Pro se, & suis, &c. *absque alia expressione filiorum, & descendentium, intelligitur de hæredibus in dubio.*

3 *Differentia non leuis est, an dictum sit,* Pro se, suisque, &c. *vel,* Pro se, & successoribus quibuscumque, &c.

4 *Stipulatio si concepta sit pro se, absque dictione cæterata, non facit actum personalem.*

Pro se, & suis, &c.

CLAVSVLA CXI.

HÆc clausula secundum subiectam materiam habet plures significationes, nam si agatur de ferendo testimonio, veniunt illi, qui non possunt dicere testimonium, putà serui, liberi; item venirent, qui non coguntur dicere testimonium, prout pater, priuignus, socer, gener, patroni, & similes, vt per *gloss. in l. fœmina. ff. ad Turpil. Alex. cons. 26. n. 5. vers. nec prædictis obstat, lib. 5. Dec. in l. semper in stipulationibus. ff. de regul. Iur. & cons. 43. num. 5.* quos refert, & sequitur *Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. concl. 294. n. 7.* 1

Concepta hæc clausula absque expressione filiorum, & descendẽtium, vel hæredum, intelligitur de hæredibus in dubio, *Alex. d. cons. 26. num. 2. in fin. & num. 3.* vbi loquitur de concessione feudali, intelligendo tamen de hæredibus descendentibus, & sic habilibus in materia feudi, & consequenter hæredibus secundum quid, *Card. Tusch. d. concl. 294. num. 5.* vbi *num. 6.* post *Alex. d. cons. 26. num. 3. & cons. 18. num. 7. lib. 5.* subdit, quod licèt simplex concessio feudi facta sit pro se, debet in dubio intelligi, & hæredibus, filiis, & descendentibus. 2

Est tamen differentia non leuis, an dictum sit, *Pro se, suisque, &c.* vel, *Pro se, & successoribus quibuscumque, &c.* quia primo casu in emphyteusi Eccles. continentur soli descendentes, secundo verò casu etiam extranei, quia æquipollet clausulæ, *Et quibus dederit*, ita *Bero. q. 17. & 18. Borgn. decis. 30. n. 370. 374. & 400. p. m. Rolan. à Valle de lucro dotis,* 3

q. 54. *Clar.* §. *emphyteuſis*, *q.* 28. *num.* 9. quos refert *Ioan. Bapt. Coſta de clauſ. conuent. clauſ.* 79. *num.* 2.

4 Stipulatio ſi concepta ſit pro ſe, abſque dictione conciſa, ſeu cæterata, non facit actum perſonalem, *Anch. Iun. q.* 45. *lib.* 2. *Ioan. Bapt. Coſta d. clauſ.* 79. *num.* 1. niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat, veluti in ſocietate, in vſufructu, & in huiuſmodi caſibus, quoniam includit etiam ſucceſſores vniuerſales, multo magis ſtante dictione conciſa, & fortiùs vbi in ſtipulatione ſunt nominati hæredes, *Sim. de Prætis conſ.* 2. *Surd. conſ.* 20. *num.* 13. *Burſat. conſ.* 131. *Hering. de fideiuſſ. cap.* 20. §. 10. *num.* 56.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes extranei veniunt virtute clauſulæ*, Pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus.

2 *Donatarius poteſt ad libitum de rebus donatis diſponere etiam in extraneas perſonas vigore clauſulæ*, Pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus.

3 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica, pro ſe, & hæredibus conceſſa, dicitur conceſſa hæredibus ſanguinis, non extraneis.*

4 *Emphyteuſim hæreditariam importat clauſula*, Pro ſe, & hæredibus, *poſita in contractu emphyteutico.*

5 *Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus, & deſcendentibus, cùm ſit mixta, non comprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes non ſint, neque hæredes, qui etiam deſcendentes non ſint.*

6 *Emphyteuſis conceſſa deſcendentibus, illis deficientibus, poteſt venire ad extraneos.*

7 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filijs, & deſcendentibus, nulla facta mentione hæredum, tranſit ad filios deſcendentium, etſi non ſint hæredes.*

8 *Feudum ex pacto, & prouidentia inducit clauſula*, Pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus, *in conceſſione feudi appoſita.*

9 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis, non tranſit ad hæredes extraneos, ſed tantùm ad filios.*

10 *Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & quibus dederit, tranſit ad hæredes etiam extraneos ab inteſtato.*

Pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus.

CLAVSVLA CXII.

1 VIrtute huius clauſulæ, etſi addita poſt illam non ſit dict. *quibuſcumque*, veniunt hæredes extranei, *l. ſciendum*, *l. hæredis appellatio. ff. de verb. ſignif. l. in annalibus. C. de legat. Alex. conſ.* 193. *col.* 2. *lib.* 2. *Dec. conſ.* 171. *num.* 5. *Bald. conſ.* 442. *num.* 5. *lib.* 5. *Crau. pro genero, n.* 308. *Curt. Iun. conſ.* 4. 9. & 10. *Menoch. conſ.* 61. *num.* 24. & *conſ.* 378. *n.* 1. *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 18. *Brunor à ſole in locis communibus*, *verbo clauſula* 23. *Cobul. de iure emphyteut. tit. de cauſ. priuat. ob mortem ciuilem, num.* 51. & fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de Cataneis* 4. *Martij* 1616. *coram Reuerendiſſimo D. meo Pirouano*, & *in Bonon. de Maluetijs* 14. *Iunij* 1621. *coram eodem.*

Sic etiam virtute huius clauſulæ poſſe donatarium ad libitum de rebus donatis diſponere etiam in extraneas perſonas, reſoluunt *Menoch. conſ.* 40. *num.* 26. *Franciſc. Molin. de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 14. *num.* 18. 2

Emphyteuſis Eccleſiaſtica pro ſe, & hæredibus conceſſa, dicitur conceſſa hæredibus ſanguinis, non extraneis, ita *Fuſar. de ſubſtitut. q.* 339. *num.* 33. declarando vt per illum *num.* 34. & 44. 3

Clauſula, *Pro ſe, & hæredibus*, poſita in contractu emphyteutico, importat emphyteuſim hæreditariam, vt reſoluit *Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſt. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 16. ſubdens *num.* 19. quod admittit fœminas deſcendentes, & etiam quaſcumque perſonas extraneas, dummodo habeant illam qualitatem hæreditariam, videlicet quod ſint hæredes, intellige ſi hæredes fuerint capaces, cum *Cald. Pereira de nominat. emphyteut. q.* 10. *n.* 9. quamuis adeant hæreditatem, ex eod. *Cald. Pereira citato loco, q.* 12. *num.* 45. vbi etiam reſoluit procedere in hærede inſtituto in re certa, nullo dato cohærede vniuerſali, vel ſi fortè habuit cohæredem, qui tamen repudiauit, idem *Cald. Pereira eod. tract. q.* 8 *n.* 6. vbi tenet non procedere in fideicommiſſario vniuerſali, qui verus hæres non eſt. 4

Emphyteuſis conceſſa pro hæredibus, & deſcendentibus, cùm ſit mixta, non comprehendit deſcendentes, qui etiam hæredes non ſint, neque hæredes, qui etiam deſcendentes non ſint, *Valaſc. de iure emphyt. q.* 44. *num.* 18. & *q.* 88. *num.* 4. *Cald. Pereira de nomin. emphyt. q.* 22. *num.* 33. *Cardoſ. in praxi Iudic. & Aduocat. verb. emphyteuſis, num.* 48. 5

Item emphyteuſis conceſſa deſcendentibus, illis deficientibus poteſt venire ad extraneos, quia non ſolùm videtur ſtipulari ſibi, ſed etiam hæredibus ſuis, *l. pactum* 9. *ff. de prob. Gram. Luſitan. deciſ.* 36. *num.* 1. & 2. & *deciſ.* 234. *num.* 12. 6

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & filiis, & deſcendentibus, nulla facta mentione hæredum, tranſit ad filios deſcendentium, etiamſi non ſint hæredes, vt per *Clar.* §. *emphyteuſis*, *q.* 16. *num.* 1. *verſ. emphyteuſis non hæreditaria*, & *q.* 37. *num.* 1. *Valaſc. de iure emphyt. q.* 43. *Card. Tuſch. litt. E. concluſ.* 147. *à num.* 11. *Cald. Pereir. de nominat. emphyt. q.* 17. *num.* 15. & 16. *Amic. de iure emphyt. in pralud. num.* 21. vbi intelligit procedere tam in emphyteuſi priuata, quàm Eccleſiaſtica. Hæc verba in conceſſione feudi inducunt feudum ex pacto, & prouidentia, *Menoch. conſ.* 304. *num.* 8. & *conſ.* 309. *num.* 2. 7 8

Emphyteuſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, & hæredibus ſuis, non tranſit ad hæredes extraneos, ſed tantùm ad filios, vt per *Ceual. commun. contra com. q.* 144. *Mart. in votis nouiſſim. deciſ. voto* 207. *num.* 3. 9

Emphyteuſis conceſſa pro ſe, & quibus dederit, tranſit ad hæredes etiam extraneos ab inteſtato, *Curt. Iun. conſ.* 4. *num.* 15. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 550. *num.* 4. Vide ſuprà in clauſula, *Et quibus dederit*, 57. 10

SVMMARIVM.

1 *Feudi propria natura eſt, vt ad hæredes extraneos, ſeu fœminas non tranſeat.*

2 *Hæredes extranei ad feudum vocari possunt etiam irrequisito domino, quando concessio est facta cum clausula*, Pro te, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, *vel*, Quibus dederis.

3 *Alienabilia sunt bona etiam extra descendentes fideicommisso subiecta cum clausula*, Pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque.

4 *Clausula*, Pro omnibus hæredibus in bonis fideicommisso subiectis, *facit illa alienabilia, & transibilia etiam in fiscum.*

5 *Ampliatur etiam ad fauorem singularis successoris.*

6 *Iuspatronatus reseruatum cum clausula*, Pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, *transit ad hæredes etiam extraneos.*

7 *Emphyteusis concessa cum clausulæ*, Pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque, *est transitoria etiam ad hæredes extraneos.*

8 *Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus quibuscumque, est subiecta fideicommisso.*

9 *Verba*, Successoribus quibuscumque, *apta sunt recipere interpretationem absque præiudicio vocatorum descendentium, in antiquis inuestituris.*

10 *Verba*, Successoribus quibuscumque, *intelligenda sunt de successoribus personis legitimis, & non prohibitis.*

Pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque.

Clavsvla CXIII.

1 LIcèt de feudi propria natura sit, vt ad hæredes extraneos, seu fœminas non transeat, tamen vbi in illius concessione apposita fuerit hæc clausula, ob generalitatem horum verborum sic per ea feudi natura immutatur, vt ad hæredes extraneos 2 transeat, quinimò *Bald. in l. 1. q. 34. ff. de rer. diuis.* adnotauit idem esse dicere, *Pro te, & hæredibus quibuscumque*, ac si dictum foret, *Et quibus dederis*, vt vtroque casu hæredes extranei ad feudum possint vocari etiam irrequisito domino, cùm sit feudum hæreditarium, & allodiale. *Baldi* traditionem sequuntur *Ias. conf. 70. num. 6. lib. 7. & in l. 2. num. 198. C. de iure emphyt. & in prælud. feudorum, num. 49. Corn. conf. 16. num. 12. Bero. conf. 65. & 66. num. 11. lib. 1. Gozad. conf. 6. num. 6. Paris. conf. 9. num. 8. lib. 1. Natt. conf. 116. num. 1. lib. 1. Ruin. conf. 16. num. 5. lib. 1. & conf. 103. num. 8. lib. 3. Curt. Iun. conf. 1. num. 2. & conf. 4. à num. 1. & conf. 48. num. 3. Rolan. à Valle conf. 3. num. 65. & conf. 69. num. 37. lib. 1. Bursat. conf. 76. num. 7. Decian. conf. 58. num. 30. cum seqq. lib. 2. Ossasc. decis. 169. num. 2. & decis. 161. num. 2. Menoch. conf. 41. num. 26. lib. 1. & conf. 61. num. 12. & conf. 378. num. 32. Gab. conf. 76. num. 15. vol. 2. Seraph. decis. 188. num. 3. Cened. post lib. pract. & canon. quæst. sing. 91. num. 1. Alexand. Raudens. cons. 26. num. 23. & num. 80. lib. 1.* & in casu nominationis faciendæ, quos voluerit, idem *Raudens. in tract. de analog. cap. 35. num. 37.*

Vnde pariter si hæc clausula apposita fuerit inter diuidentes bona fideicommisso subiecta, & sciêtes fideicommissum, ac illius qualitatem, & tenorem, ac eius vsum, illa bona videntur facta alienabilia, etiam extra descendentes ipsorum diuidentium, prout in feudo eo modo concesso, tradunt *Ruin. conf. 16. num. 5. lib. 1. Socin. Iun. conf. 72. num. 22. vol. 1. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 42.* vbi affirmat idem esse, ac si fuisset dictum, *Pro quibuscumque hæredibus*, vel, *Pro omnibus hæredibus*, *Amic. de iure emphyt. q. 93. num. 1.* 3

Quod etiam procedit quando fuisset dictum, *Pro omnibus hæredibus, Curt. Iun. conf. 1. num. 4. Rolan. conf. 29. num. 17. vol. 3.* vbi subdunt, quod faciunt illa transibilia etiam in fiscum, *& conf. 42. in princ. vol. 4. Decian. resp. 58. num. 8. vol. 2. Gail. lib. 2. obseru. 154. num. 9. & 22. Menoch. conf. 216. num. 24. & conf. 378. num. 16.* 4

Amplia id procedere etiam ad fauorem singularis successoris, & siue dicti diuidendes fideicommissum sciuerint, siue illud ignoraverint, dummodo dicta clausula vsi fuerint, ità *Alex. conf. 189. col. 4. num. 10. vol. 2. Ruin. conf. 172. num. 6. lib. 1. Crau. conf. 24. num. 8. Socin. Sen. conf. 260. num. 37. lib. 2. Paris. conf. 164. num. 6. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 32. num. 54. Hond. conf. 92. num. 2. lib. 1. Surd. cons. 105. num. 28. & conf. 153. num. 4. Seraph. decis. 188. n. 3.* 5

Iuspatronatus reseruatum cum hac clausula, trã- 6 sit ad hæredes etiam extraneos, vt notat *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiastici, decis. 206. n. 255. in 1. edit. aliàs resolutione 187. n. 7. in 2. edit.* vbi ait ita per Rotam fuisse resolutum *coram Card. Seraph.* vt patet *in eius decis. 325.*

Emphyteusis concessa cum hac clausula, est tran- 7 sitoria etiam ad hæredes extraneos, ita *Clar. §. emphyteusis, q. 28. num. 8. Octau. Vulpell. de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Quibuscumque, pag. 92. Seraph. decis. 183. num. 3, & decis. 188. num. 7, & decis. 325. num. 8. & decis. 703. num. 2. Card. Tusch. pract. concluss. tom. 2. litt. D. conclus. 351. num. 3. Bertazol. de clauss. instrum. clauss. 4. gloss. 30. num. 2. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 964. & Steph. Gratian. discept. forens. cap. 351. n. 14. Mart. in votis nouiss. decis. voto 207. num. 3. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 19. n. 22. Cald. Pereira de nom. emphyt. q. 23. num. 36. Amic. de iure emphyt. in prælud. num. 21. Rot. in Papien. bonorum 10. Maij 1602. corã Card. Pamphilio, & in Cæsaraugustana pensionis 18. Iulij 1610. coram Card. Lancell.* impress. per *Picum decis. 2. num. 3. & in Farsen. bonorum 19. Decembris 1614. coram Buratto*, impressa per *Farinac. decis. 642. à num. 2. p. 2. recent. & in Imolen. bonorum 2. Decembris 1605. coram Card. Sacrato*, impressa per eumdem *Farin. decis. 152. num. 1. p. 2. recent. & in Bouon. de Maluetijs 27. Martij 1623. coram Vbaldo Seniori, & in Cremonen. bonorum 5. Iunij 1624. coram eodem.*

Emphyteusis concessa pro se, & hæredibus qui- 8 buscumque, est subiecta fideicommisso, vt per *Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 7. tit. 9. num. 6. Crass. in §. fideicommissum, q. 51. num. 5. Menoch. cons. 704. num. 28. & de præsum. lib. 4. præsumpt. 197. num. 13. vers. cæterùm, Amic. de iure emphyt. q. 93. num. 1. Fusar. de substit. q. 630. num. 4.*

Verba illa, *Successoribus quibuscumque*, apta esse re- 9 cipere interpretationem absque præiudicio vocatorum descendentium, in antiquis inuestituris, notant *Bald. in l. 1. num. 3. C. quando non petent partes, Dec. cons.*

conſ. 390. num. 3. Decian. conſ. 73. n. 49. lib. 2. Mantic. deciſ. 373. num. 2. Rot. in d. Bonon. de Maluetijs coram Vbaldo.

10 Intelligenda ſunt etiam præfata verba de ſucceſſoribus perſonis legitimis, & non prohibitis, vt per *Afflict. deciſ. 386. num. 3. Bald. conſ. 207. num. 3. lib. 2. Bero. in cap. in præſentia, num. 336. cum ſeqq. de probat. Molin. de Iuſt. tract. 2. diſp. 446. num. 1.* quos refert, & ſequitur *Amic. de iure emphyt. q. 93. n. 14.*

11 Alia ad hanc clauſulam conducentia tradidi *in tractat. de dict. ſub dict. Quicumque* 316.

Proteſtatur pro expenſis.

CLAVSVLA CXIV.

1 PEr hanc clauſulam cenſetur interpellatus Iudex, vt condemnet victum victori in expenſis, ad quas non tenetur Iudex condemnare ſi non petantur, vt tradunt *Marant. de ord. iudic. p. 6. tit. de libel. oblat. num. 18. Cardoſ. in praxi Iud. & Aduocat. verbo*
2 *clauſula* 11. Iudex enim non poteſt parte non petente victum in expenſis condemnare, ex *gloſſ. vlt. in cap. fin. de reſcript. Vu. tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 1. n. 95. verſ. Hocque intelligitur, Seraph. de Priuil. iuram. priuil. 13. num. 37. Perez l. 1. tit. 15. lib. 3. Ordinamenti, pag. 735. Amat. Roder. de modo & forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 5. num. 34. D. Barboſ. in l. eum qui temerè, num. 174. cum ſeqq. ff. de Iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis in integrum in reſcripto ſemper apponitur clauſula,* Prout de iure.

2 *Commiſſio ſemper tacitè in ventre habet clauſulam,* Prout de iure, *licèt omittatur.*

3 *Signatura Iuſtitiæ ſemper reſcribit cum clauſula,* Prout de iure.

4 *Clauſula,* Prout de iure, *dat Iudici normam, vt ea, quæ Iuris ſunt faciat, ſin minus, proceſſus nullus reddetur.*

5 *Clauſula,* Prout de iure, *in reſcripto reſtringit tantùm verba præcedentia, non autem refertur ad omnia contenta in commiſſionibus, in quibus adeſt ſpecialis determinatio.*

6 *Reſcriptum totum limitat clauſula,* Prout de iure, *in Motu proprio.*

7 *Clauſula,* Prout de iure, *in commiſſione de exequendo ſententiam, vel laudum, operatur vt non cenſeatur data facultas, niſi quatenus ſit locus executioni.*

8 *Clauſula,* Prout de iure, *quando ponitur contra tres ſententias conformes, operatur quod procedi poſſit in cauſa non retardata executione.*

9 *Commiſſionis in fine appoſita clauſula,* Prout de iure, *limitat, & reſtringit totam commiſſionem.*

10 *Principis intentio vt iuſta præſumatur ſignum dat clauſula,* Prout de iure.

11 *Clauſula,* Prout de iure, *operatur idem quod alia apponi ſolita in reſcriptis gratiæ, videlicet,* Arbitrio Rotæ.

12 *Diſpoſitionem conditionalem inducit clauſula,* Prout de iure.

13 *Iuriſdictionem conditionalem non tribuit clauſula,* Prout de iure, *ſed puram.*

14 *Clauſula,* Prout de iure, *intelligitur tam de Iure communi, quàm de Iure municipali.*

15 *Iudex, cui committitur cauſa, vt cognoſcat ſecundùm Ius, poterit cognoſcere ſecundum conſuetudinem, vel ſtatuta.*

16 *Iuris communis appellatione venit Ius commune Romanorum, non commune municipale.*

17 *Clauſula,* Quatenus de iure, *in deferente appellationi, operatur vt eatenus ſit admiſſa appellatio, quatenus de Iure erat admittenda.*

18 *Clauſula,* Prout iuris, *in commiſſione poſita ſolùm reſpicit Iudicem, non autem narrata partium.*

19 *Clauſula,* Prout iuris, *quando poſita eſt copulatiuè, ſtat augmentatiuè propter copulam.*

Prout de iure.

CLAVSVLA CXV.

IN reſcripto reſtitutionis in integrum ſemper ap- 1
ponitur hæc clauſula, vt teſtatur *Campanil. in diuerſ. iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. num. 297.* quæ licèt omittatur, nihilominus ſemper tacitè commiſſio 2
illam in ventre habet, adeò quod ſemper intelligitur prout de iure, ſecundum *Creſcen. deciſ. 1. de reſcript. Marcheſ. de Comm. p. 2. pag. 128. num. 2. in vlt. impreſſ.*

Vnde per Signaturam Iuſtitiæ ſemper additur, 3
ex qua pars non damnificatur, quia ad alicuius damnum Iuris obſeruantia non eſt, *cap. nonnulli, de reſcript.* ac proinde de reſcripto cum tali clauſula nullus conqueri poteſt, *Calder. conſ. 7. num. 2. de iure iuran.* Imò hæc clauſula dat Iudici normam, vt ea, 4
quæ Iuris ſunt faciat, ſin minus, proceſſus nullus reddatur, vt per *Aym. conſ. 182. num. 9.* quamuis non omnes commiſſiones cum hac clauſula paſſim ſint concedendæ, quia iniuſtæ lites ſuſcitantur; ſed addenda venit, vbi conſiderari poteſt tertij præiudicium in parte reſcribendo, vt ſentit *Marcheſ. de Commiſſ. p. 3. pag. 223. n. 203. in vltim. impreſſ.*

In reſcripto reſtringit tantùm verba præcedentia, 5
non autem refertur ad omnia contenta in commiſſione, in quibus adeſt ſpecialis determinatio, *Seraph. deciſ. 922. num. 5.*

In Motu proprio limitat totum reſcriptum, *Sard.* 6
conſ. 379. n. 3. Seraph. deciſ. 896. num. 4.

In commiſſione de exequendo ſententiam, vel 7
laudum, ſeu reſtitutionis in integrum, operatur vt non cenſeatur data facultas, niſi quatenus ſit locus executioni, *Verall. deciſ. 50. num. 1. p. 1.*

Quando ponitur contra tres ſententias confor- 8
mes, operatur quod procedi poſſit in cauſa non retardata executione, ad *text. in Clem. 1. de re iudicata, Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 113. in vlt. impreſſ. Mareſc. var. lib. 1. cap. 86. num. 11. Viuian. in praxi Iuris patr.*

lib. 13. cap. 8. num. 46. in secunda editione.

9 Apposita in fine commissionis limitat, & restringit totam commissionem, illamque totam respicit, *Seraph. decis. 896. num. 6.* & fuit dictum *in Romana census 20. Iulij 1599. coram Litta*, impressa per *Marches. de Commiss. p. 1. pag. 739.* & *in Romana S. Thomæ 4. Februarij 1608. coram Scotto*, impressa per *Marches. de Commiss. part. 1. pag. 275. num. 4.* vbi quod in corpore commissionis posita restringit illam partem. Et quod in rescripto restringat verba præcedentia, non subsequentia, fuit pariter resolutum *in Ariminen. rescissionis transactionis 18. Maij 1590. coram Cardinale Seraphino*, impressa per eundem *Marches. d. p. 1. pag. 185.* Vnde limitare & restringere dispositionem, ac ad Iuris ordinem omnia reducere, notant *Dec. cons. 436. num. 4. & 5. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 219. num. 7. Pedamon. decis. 5. num. 9.* quos refert *Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 367. n. 15.*

10 Denotat, & signum dat intentionis Principis, vt iusta præsumatur, quæ semper præsumitur talis, qualis esse debet, *Bald. in cap. licet, not. ab. 1. de offic. Ordin. Marches. d. p. 2. pag. 128. n. 2.*

11 Operatur idem quod alia apponi solita in rescriptis Signaturæ gratiæ, scilicet, *Arbitrio Rotæ, Alex. cons. 33. num. 3. lib. 1. Rot. in Tolutana pecuniaria 13. Aprilis 1587. coram Card. Pamphilio, & in Tiburtina redditionis rationis administrationis 17. Martij 1608. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.*

12 Inducit dispositionem conditionalem, ita vt si de iure concedendum sit id quod petitur, pro concesso habeatur, sin minus, pro denegato; ita *Matth. Brun. cons. 17. sub num. 5. Surd. cons. 379. n. 34. Seraph. decis. 530. num. 5.*

13 Conditionalem non tribuit Iurisdictionem, sed puram, nec impedit quominus interim non dicatur introducta lis, *Put. decis. 6. de in integrum restitut. Mart. d. part. 1. clausul. 113.* & fuit dictum *in Pampilonen. parochialis 4. Martij 1581. coram Card. Pamphilio.*

14 Intelligitur hæc clausula tam de Iure communi, quàm de Iure municipali, *Dec. cons. 517. n. 6. Marches. d. p. 2. pag. 144. num. 118.* & Iudex, cui commit-

15 titur causa, vt cognoscat secundum Ius, poterit cognoscere secundum consuetudinem, vel statuta, vt post *Abb. Bern.* & alios tenet *Ceual. comm. contra com. quæst. 238. à princip.* si tamen ex partium conuentione aliquid fieri debeat secundum Ius, intelligitur secundum leges Regni, non secundum leges Imperiales, vt per *Bertaz. de clausul. instrum. clausul. 4. gloss. 35. n. 2. Mart. in votis nouissim. decis. voto 154. n. 4. & Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 99. à princ.* vbi *n. 14.*

16 resoluit, quod appellatione Iuris communis venit Ius commune Romanorum, non commune municipale, de quo etiam *Caualcan. de tutore, & curatore, num. 98. in fin. Ceual. d. q. 238. in fin.*

17 In deferente appellationi operatur hæc clausula, sicut & alia similis, *Quatenus de Iure, &c.* vt eatenus sit admissa appellatio, quatenus de Iure erat admittenda, vt obseruant *Roman. cons. 501. num. 3. Gabr. cons. 35. num. 9. lib. 1. Seraphin. decis. 459. num. 2.* & fuit dictum *in Ferrarien. decimarum 21. Aprilis 1621. coram Vbaldo Seniori, & in Leodien. Abbatiæ 14. Ianuarij 1622. coram eodem.* Restringit enim hæc clausula præcedentia ad terminos Iuris, vt tentum fuit *in Romana census 5. Iunij 1600. coram Litta*, impressa per *Farin. decis. 28. n. 3. p. 2. recent.*

18 De clausula, *Prout iuris*, agunt *Mart. d. p. 1. clausul. 112. Put. decis. 93. num. 3. lib. 1. in correct.* Hæc enim in commissione posita solùm respicit Iudicem, non autem narrata partium, *Rota decis. 258. num. 1. p. 1. diuers.* Quando est posita copulatiuè, stat augmentatiuè propter copulam, vt fuit dictum *in Illerden. Canonicatus 24. Maij 1596. coram Orano*, & in rescripto restringit verba præcedentia, non subsequentia, *Rota in d. Ariminen. rescissionis contractus.* 19

Prout asserit.

CLAVSVLA CXVI.

OPeratur hæc clausula, vt gratia non iustificatis narratis dicatur subreptitia, *Rota decis. 77. de rescript. in antiq. & decis. 60. eodem tit. Cassad. decis. 4. num. 8. de præbend.* & fuit dictum *in Tudertina pensionis 2. Iunij 1617. coram Card. Verospio.* 1

Hæc clausula, quæ semper in literis pensionum insci solet, adeò conditionalem gratiam facit, quod venit iustificanda, vt censuit *Rota in Salamantina pensionis coram Rubeo*, & *in Paduana pensionis 28. Iunij 1581. coram eodem*, impressa per *Marches. de Commiss. p. 1. pag. 513. & pag. 516. in vlt. impress.* de quibus meminit idem *Marches. d. p. 1. pag. 585. n. 36.* Alia vide in clausula, *Vt asseritur*, 187. 2

Prout constiterit, &c.

CLAVSVLA CXVII.

MOdum, & qualitatem significat hæc clausula, *l. prout 8. ff. de solut.* & ideo rem dubiam ostendit, & cùm ad futurum tempus referatur, inducit conditionem, quæ quidem suspendit concessionem in eum casum, quo constiterit, *l. si ita stipulatus fuero 120. ff. de verb. sign. l. nominat. 34. in fin. ff. de cond. & demonstr. Rimin. Iun. cons. 213. num. 15. Decian. respons. 35. n. 25. lib. 3. Mantic. decis. 373. n. 4.* 1

SVMMARIVM.

1 *Procuræ in mandato apposita clausula*, Prout sibi fuerit bene visum, &c. *videtur importare arbitrium boni viri.*

2 *Visum quod est præter rationem, non bene visum dicitur.*

3 *Donandi facultatem non potest operari clausula*, Prout sibi bene fuerit visum, &c.

4 *Clausula*, Prout sibi fuerit bene visum, &c. *in libello posita, illum saluat à contrarietate, & incertitudine.*

5 *Clausula*, Prout sibi fuerit bene visum, &c. *posita in principio, influit in sequentia.*

Prout sibi fuerit bene visum, &c.

CLAVSVLA CXVIII.

IN mandato procuræ apposita hæc clausula, videtur importare arbitrium boni viri, *l. fideicommissa 11. §. si fideicommissum, sub vers. si vero tibi*, vbi *Bart. num. 5. ff. de leg. 3. Afflict. decis. 91. num. 4. Socin. Iun. cons. 125. num. 54. lib. 1. Dec. cons. 493. num. 16. vers. secundò respondetur, cum seq.* & fuit dictum *in Toletana parochialis de Mazarabrol 29. Aprilis 1592. coram Penia.* Nam quod visum est præter rationem, non 1 2

bene

bene viſum dicitur, & ſic non ſatisfacit huiuſmodi clauſulæ; ita *Corn. conſ. 92. num. 11. & 12. lib. 2. Bero. conſ. 124. num. 23. lib. 1.* & fuit tentum *in d. Toletana parochialis confirmata coram eodem 26. Iunij 1592.* Latè de clauſulis importantibus boni viri arbitrium, agunt *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8.* & *Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 142. cum ſeqq.*

3 Operari non poteſt hæc clauſula facultatem donandi etiam concurrentibus quibuſcumque aliis ſimilibus, quia id cenſetur vltra intentionem mandantis, *cap. fin.* vbi Doctores, *de officio Vicar. lib. 6. Anchar. conſ. 32. ſub num. 3. Dec. conſ. 402. num. 9. Pariſ. conſ. 8. num. 18. vol. 4.* & latè fuit dictum *in Zamoren. parochialis 28. Maij 1586. coram Giptio.*

4 In libello poſita illium ſaluat à contrarietate, & incertitudine, quia ad arbitrium Iudicis omnia referuntur, ita poſt *Lap. alleg. 51. num. 9. verſ. nam agere*, tradunt *Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 338. in vltim. impreſſ.* & *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 357. num. 1.*

5 Poſita in principio, influit in ſequentia, *Corn. conſ. 18.* incip. *In præſenti, num. 8. lib. 3. Mart. d. clauſ. 338. num. 2. Card. Tuſch. d. concluſ. 357. num. 2.*

Prout ſunt de præſenti.

CLAVSVLA CXIX.

1 IN inſtrumentis diuiſionum apponi ſolent verba huius clauſulæ, quæ prædicantur eſſe relatiua eorum omnium, quæ tempore terminationis competebant ipſis partibus, & ſecundum ea modificant, & limitant ipſas diuiſiones fiendas; ita ex *Decian. conſ. 3. num. 144. vol. 1.* tradit *Ioan. Bapt. Coſta in tract. de clauſ. conuent. clauſ. 119.* quæ etiam reperitur impreſſa inter clauſulas *Mart. p. 1. clauſ. 335. in vltim. impreſſ.*

SVMMARIVM.

1 *Præcedentia non poteſt immutare, nec augere clauſula*, Quæ omnia, &c.
2 *Principalem diſpoſitionem reformare non poteſt clauſula*, Quæ omnia, &c.
3 *Clauſula*, Quæ omnia, &c. *licèt vniuerſalis, reſtringi tamen debet ad id, quod æquum eſt.*
4 *Actum indiuiduum reddit clauſula*, Quæ omnia, &c.

Quæ omnia, &c.

CLAVSVLA CXX.

1 HÆc clauſula cùm veniat ad executionem præcedentium, non poteſt immutare, nec alterare, nec augere præcedentia, vt per *Rimin. Iun. conſ.*
2 *264. num. 62.* nec principalem diſpoſitionem reformare, *Cabal. conſ. 142. num. 17.* refert, & ſequitur *Ioan. Baptiſta Coſta in tract. de clauſ. conu. clauſ. 121. n. 6.* quæ etiam reperitur impreſſa inter clauſulas *Martæ p. 1. clauſ. 117.*

3 Verumtamen licèt vniuerſalis, reſtringi tamen debet ad id, quod æquum eſt, ne quis indebitè damnum patiatur; ita *Rimin. d. conſ. 264. num. 63.* ex quo *ibidem num. 59. & 60.* notat *Ioan. Bapt. Coſta vbi ſup. num. 5.* quod vbi quis promiſit pœnam dupli addita hac clauſula, *Quæ omnia, &c.* illa refertur ſolùm ad caſus in inſtrumento expreſſos, & præmiſſos, non verò ad omiſſos, præſertim ſi adſint ea verba, *de quibus omnibus prædictis, & in præſenti inſtrumento contentis*, inter quæ non reperiatur ille caſus, de quo controuerſia eſt; quod idem operantur ea verba, ac in aliquo modo non contrà facere ſub pœna dupli, quæ referri non debent ad non promiſſa ſuperiùs ratione contrarietatis, & ſubitæ correctionis euitandæ, ſed ad conuenta tantùm reſtringi debent.

Actum indiuiduum reddit hæc clauſula, proin- 4
déque pœna committitur in totum ſi vni capitulo tantùm contrà fiat, ex adductis per *Lader. conſ. 62. num. 12.* & *Ioan. Bapt. Coſt. d. clauſ. 121. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*
2 *Clauſula*, Quam, & quas, &c. *quando extendatur, refertur.*
3 *Negotium totum principale commiſſum cenſetur ſtante clauſula*, Quã, & quas, &c.
4 *Commiſsio cum clauſula*, Quam, & quas, &c. *non ſolùm præteritas cauſas, ſed etiam futuras comprehendit.*
5 *Super omnibus probatis obtineri poteſt propter clauſulam*, Quam, & quas, &c.
6 *Ius omne cenſetur deductum per clauſulam*, Quam, & quas, &c.
7 *Clauſula*, Quam, & quas, &c. *efficit, ne ad expreſſa commiſsio ſit reſtricta, ſed quod cauſas, quas impetrans vult, ſpecificare poſsit.*
8 *Omnia vt comprehendat, quæ per tranſlationem vniuerſalem veniunt, operatur clauſula*, Quam, & quas, &c.
9 *Clauſula*, Quam, & quas, &c. *operatur, vt poſsit pronunciari prout in prima.*
10 *Iudex quod poſsit in cauſa procedere, etiamſi de appellatione illi non conſtiterit, operatur clauſula*, Quam, & quas, &c.
11 *Iudicium iactationis, & iactationum intentari poteſt vigore clauſulæ*, Quam, & quas, &c.
12 *Sententia lata in gradu appellationis quod ſuſtineatur tanquam in prima, operatur clauſula*, Quam, & quas, &c.
13 *Iudex appellationis vt poſsit procedere prout Iudex prioris inſtantiæ, operatur clauſula*, Quam, & quas, &c.
14 *Auocationem cauſæ ſapit clauſula*, Quam, & quas, &c. *appoſita in commiſsione appellationis.*
15 *Commiſsio reſpectu appellationis ſi eſt nulla, ſuſtinetur tamen quoad negotium principale vigore clauſulæ*, Quã, & quas, &c.
16 *Iudex vigore clauſulæ*, Quam, & quas, &c. *poteſt nouum Ius canonizare.*
17 *Cauſa ſuper diuerſis capitulis quando commiſſa reperitur cum clauſula*, Quam, & quas,

quas, &c. *tunc eius vigore agi potest, & intentari iudicium, quod commissori videbitur.*

18 *Restitutionis in integrum in causa commissa cum clausula*, Quam, & quas, &c. *procedi potest contra sententias fauore tertij, tanquam in prima.*

19 *Clausula*, Quam, & quas, &c. *operatur, vt quis possit omissa vna via aliam aggredi, absque refectione expensarum.*

20 *Iudex vt procedat in negotio principali appellatione omissa, operatur clausula*, Quam, & quas, &c.

21 *Iurisdictio data censetur tam super principali, quàm super accessorijs vigore clausulæ*, Quam, & quas, &c. *positæ in commissione restitutionis in integrum.*

22 *Possessorij in commissione apposita clausula*, Quam, & quas, &c. *facit, vt etiam petitorium deduci possit.*

23 *Iudex vt appellatione deserta videre possit in negotio principali, operatur clausula*, Quam, & quas, &c.

24 *Lis super titulo beneficij introducta probatur ex commissione continente clausulam*, Quam, & quas, &c.

25 *Ius omne tam in petitorio, quàm in possessorio an possit deduci virtute clausulæ*, Quam, & quas, &c. *ostenditur.*

26 *Iudicij cœpti naturam non mutat clausula*, Quam, & quas, &c.

27 *Appellatio quod non fuerit bene introducta non potest dubitari stante in commissione clausula*, Quam, & quas, &c.

28 *Inhiberi quod possit quando adest clausula*, Cum toto negotio principali, *etiam quod nõ cõstet de appellatione interposita.*

29 *Commissionem non extendit clausula*, Quã, & quas, &c. *nisi ad personas, & res expressas, & specificatas.*

30 *Actorum à transportatione non excusat clausula*, Quam, & quas, &c.

31 *Acta quando non sunt transportata, clausula*, Quam, & quas, &c. *non operatur, vt procedi possit in prima.*

32 *Causam committens quando se restrinxit ad aliquod ius particulare, non operatur clausula*, Quam, & quas, &c.

33 *Clausula*, Quam, & quas, &c. *non operatur circa rem diuersam.*

34 *Citata quando non fuit pars aduersa ad dicendum contra commissionem, & ad libellandum, non potest quis iuuari clausula*, Quam, & quas, &c.

Quam, & quas, &c.

CLAVSVLA CXXI.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Abb. in cap. significantibus, à num. 15. vt lite non cont. Papaz. ad decis. 23. de rescript. in nouis, Mandos. in commiss. 9. admissionis pro interesse, vers. quam, & quas, Mart. de claus. p. 1. claus. 120. in vlt. impress. Menoch. cons. 166. à num. 8. Marchesan. de Commiss. p. 1. pag. 200. num. 58. cum seqq. in vlt. impress. Campan. in diuersorio Iuris Canonici, rub. 11. cap. 13. num. 206. cum seqq.* & cæteros in discursu citatos.

Licèt hæc clausula in commissionibus relinquatur sub verbo, *&c.* eo modo, quo suprà habetur, extensa intelligi debet, vt aduertit *Marches. d. p. 1. pag. 200. num. 58.* subdens sic cantare dum extenditur, *Nec non quam, & quas idem orator habet, & mouet, habereque, & mouere vult, & intendit contra aduersarios, omnesque alios præmissorum occasione sua communiter, vel diuisim interesse putantes in executione præsentium nominandos, & cognominandos.* 2

Primus effectus est, quod totum negotium principale commissum censeatur, ita *Sarnen. de infirm. resign. q. 34. num. 4. addit. ad decis. Rotæ 23. de rescript. in nouis, Mart. de claus. p. 1. claus. 120. num. 15. in vlt. impress.* & fuit dictum *in Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coram Card. Pamphilio*, impressa per *Marches. de Commiss. p. 2. pag. 35.* 3

Secundus effectus est, quod præteritas non solùm causas comprehendat commissio cum hac clausula, *Rot. decis. 34. de rescript. in nouis*, sed etiam futuras, vt per *Cas. de Grassis decis. 2. etiam de rescript. num. 5. & 6.* cum latè adductis *in Clusina puteoli 13. Febr. 1617. coram Buratto.* 4

Tertius effectus est, quod propter hanc clausulam potest super omnibus probatis obtineri, *Sarnen. d. q. 34. num. 5. Achil. decis. 14. de rescript. & decis. 22. num. 2. de appellat. Rot. decis. 254. num. 1. p. 1. diuers.* intelligendo, vt per *Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 534.* 5

Quartus effectus est, quod censetur deductum omnè ius, *Sarnen. d. decis. 34. num. 4. Achil. decis. 14. de rescr pt. & decis. 22. n. 2. de appell. Mart. d. claus. 120. num. 7.* vbi plures refert Rotæ decisiones, *Rot.* etiam *apud Pacificum post suum tract. de Saluiano interdicto, decis. 68. num. 12.* vbi fuit resolutum operari, vt quis possit omne ius suum deducere, & quod tunc in specie actionem, quam velit, debet in actis deducere. Amplia etiam si competat per viam querelæ, vt post *Rot. in Salmantina Canonicatus 11. Februarij 1577. coram Card. Blanchetto*, notat *Mart. d. claus. 120. n. 8.* & resolutum fuit *in Toletana confraternitatum de Pastrana 2. Decembris 1611. coram Ubaldo Seniori*, impressa per *Farinac. decis. 360. num. 3. p. 1. recent.* vbi etiam dicitur, quod potest specificari quælibet causa, & citat *Achil. d. decis. 22. num. 2. & decis. 684. n. 3. lib. 3. p. 3. diuers.* quæ loquitur in spolio. 6

Quintus effectus est, vt efficiat ne ad expressa commissio sit restricta, sed quod causas quas impetrans vult, specificare possit, vt per *Sarnen. in reg. de infirm. resign. quæst. 34. num. 4. Marches. d. part. 1. pag. 200. num. 63.* & fuit resolutum *in nullius de Carrectis 13. Nouembris 1587. coram Comitulo*, impressa per *Marches. ead. part. 1. pag. 231.* 7

Sextus effectus est, vt comprehendat omnia, quæ per translationem vniuersalem veniunt, ita vt tunc dicatur potiùs translatio particularis, quàm vniuersalis, ita *Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 781. num. 23.* 8

Septimus effectus est, vt possit pronunciari prout in prima, ex adductis per *Mart. d. claus. 120. num. 2.* & fuit dictum *in Romana Saluiani interdicti 14. Decemb. 1596. coram Card. Lancellotto*, impressa per *Marches. de Commiss. p. 2. pag. 62. & apud Seraph. decis. 1241. num. 2. & 3.* 9

Octauus

10 Octauus effectus eſt, quod Iudex ſi de appellatione illi non conſtiterit, nihilominus in cauſa procedere poteſt, *Achil. deciſ. 14. num. 1. de reſcript. Marchef. d. p. 1. pag. 200. num. 59.*

11 Nonus effectus eſt ex eius potentia, ac verbis ſubſequentibus, *Rebuſque aliis, &c.* quod iudicium iactationis, & iactationum ex remedio *l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ.* intentari poſſit, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. à num. 1. vſque ad num. 4. de iudicijs, Marchef. d. p. 1. pag. 200. n. 60.*

12 Decimus effectus eſt, quod ſententia lata in gradu appellationis ſuſtineatur tanquam in prima, *Achil. d. deciſ. 14. de reſcript. Caſ. de Graſſ. deciſ. 5. n. 5. eodem tit. Sarnen. d. quæſt. 34. num. 5. verſ. & hoc vlteriùs Seraph. deciſ. 1241. n. 2. & deciſ. 1237. num. 3.* & fuit dictum *in Pacen. Canonicatus 17. Iunij 1615. coram Vbaldo Seniori*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 731. n. 5. p. 2. recent.*

13 Decimusprimus effectus eſt, quod Iudex appellationis poteſt procedere prout Iudex prioris inſtantiæ, *Sarnen. d. quæſt. 34. num. 4. Lancell. de attent. appell. pendente, p. 2. cap. 4. limit. 2. num. 17. Rot. deciſ. 254. in princ. p. 1. diuerſ. & deciſ. 74. p. 3. lib. 2. diuerſ. Honded. conſ. 28. num. 45. & 63. tom. 2.* & fuit dictum *in Alerien. beneficij 12. Maij 1614. coram Buratto*, impreſſa per *Farin. deciſ. 546. num. 1. p. 2. recent.*

14 Decimusſecundus effectus eſt, quod in commiſſione appellationis appoſita ſapit auocationem cauſæ, vt per *Honded. tom. 1. conſ. 27. num. 44.* vbi *num 45.* ſubdit, quod eius vigore non ſolùm cauſa appellationis, ſed etiam negotium principale ſuſtinetur, & quod procedi poſſit etiam non conſtito de appellatione, vel ea exiſtente nulla, & quamuis commiſſio appellationis eſſet ſubreptitia, vbi tamen *n. 63.* id intelligit procedere ſecundum ſtylum Curiæ, &

15 dicit *Menoch. conſ. 785. num. 5.* quod ſi commiſſio reſpectu appellationis eſt nulla, tamen ſuſtinetur quoad negotium principale.

16 Decimustertius effectus eſt, quod poteſt Iudex virtute huius clauſulæ nouum Ius canonizare, vt per *Ægidium deciſ. 661.* & fuit dictum *in Toletana parochialis de Chidon 28. Nouembris 1601. coram Decano.*

17 Decimusquartus effectus eſt, quod quando cauſa ſuper diuerſis capitulis commiſſa reperitur cum hac clauſula, tunc eius vigore agi poteſt, & intentari iudicium quod commiſſori videbitur, vt per *Achil. deciſ. 248. aliàs deciſ. 22. num. 2. de appell.* vbi dicit, id procedere concurrentibus quibuſdam, ex quibus conſtet committentem cauſam eſſe reum conuentum, & moleſtari, *Rota in Romana hæreditatis 31. Maij 1600. coram Cardinale Sacrato.*

18 Decimusquintus effectus eſt, quod in cauſa reſtitutionis in integrum commiſſa cum hac clauſula, procedi poteſt contra ſententias fauore tertij tanquam in prima, vt fuit dictum *in Toletana decimarum 9. Februarij 1583. coram Cardinale Pamphilio.*

19 Decimusſextus effectus eſt, vt quis poſſit omiſſa vna via aliam aggredi, abſque refectione expenſarum, *Seraphin. deciſ. 630. num. 5. Gregor. deciſ. 270. num. 5.* & fuit dictum *in Corduben. præſtimoniorum 27. Februarij, & 7. Aprilis 1606. coram Litta.*

20 Decimusſeptimus effectus eſt, quod faciat vt Iudex procedat in negotio principali appellatione omiſſa, vt tradit *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 968. num. 4.* & fuit dictum *in Oriolen. decimarum 26. Februarij 1596. coram Orano*, impreſſa per *Marchef. d. p. 1. pag. 174.*

21 Decimusoctauus effectus eſt, quod poſita in commiſſione reſtitutionis in integrum, cenſetur data Iuriſdictio tam ſuper principali, quàm ſuper acceſſoriis, vt per *Seraph. deciſ. 1327. num. 3.*

Decimusnonus effectus eſt, quod appoſita in commiſſione poſſeſſorij, facit vt etiam petitorium deduci poſſit, vt fuit dictum *in Gerunden. Hebdomadæ 3. Iunij 1613. coram D. Patriarcha Pamphilio*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 455. num. 2. part. 2. recent.* 22

Vigeſimus effectus eſt, quod facit vt appellatione deſerta Iudex videre poſſit in negotio principali, vt fuit dictum *in Elboren. iuris conferendi 8. Februarij 1600. coram Corduba*, impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. p. 3. pag. 394. num. 6.* 23

Vigeſimusprimus effectus eſt, quod lis ſuper titulo beneficij introducta probatur ex commiſſione continente hanc clauſulam, *Gregor. deciſ. 125. n. 15.* & fuit dictum *in Nocerina Iuriſpatronatus 14. Maij 1614. coram Cardin. Caualerio*, & *in Elnen. præceptoriæ 28. Nouembris 1608. coram Cardin. Marquemontio*, & *in Conchen. beneficij 20. Decembris 1619. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, in quibus deciſionibus habetur, cenſeri beneficium litigioſum, eo ipſo quod in commiſſione adeſt clauſula hæc, cuius vigore poteſt deduci omne ius tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio. Contrarium verò, imò hanc clauſulam per ſe ſolam non ſufficere, niſi in proceſſu reperiretur poſſeſſorium deductum, in ſpecie tentum fuit *in eadem Rota in vna Pampilonen. parochialis 2. Decembris 1605. coram Cardinale Lancellotto, & in aliis apud Pacific. poſt tract. de Salu. interd. deciſ. 68. num. 12. & apud Seraphin. deciſ. 113. num. 3.* Verùm prima opinio poteſt procedere, quando ſimpliciter lis eſt ſuper beneficio, quia tunc cenſetur hanc clauſulam comprehendere tam poſſeſſionem, quàm titulum: ſecunda verò, quando eſt principaliter ſuper poſſeſſorio, quia tunc non cenſetur comprehendere petitorium, nec titulum. 24 25

Vigeſimusſecundus effectus eſt, quod non mutat naturam iudicij cœpti, *Mohed. deciſ. 5. num. 1. & 2. de iudicijs, Fab. deciſ. 15. incip. Quidam ceſſionarius, Marchef. d. part. 1. pag. 201. num. 69.* & fuit dictum *in Parnen. Prioratus 16. Ianuarij 1598. coram Orano.* 26

Vigeſimustertius effectus eſt, quod in commiſſione facit, quod non poſſit dubitari, quod appellatio non fuerit bene introducta, vt per *Seraphin. deciſ. 644. n. 5.* 27

Vigeſimusquartus effectus eſt, quod poſſit inhiberi, quando adeſt alia clauſula, *Cum toto negotio principali*, etiam quod non conſtet de appellatione interpoſita à ſententia, vel ſententia nondum lata, vt poſt *Sarnen. Peregr.* & *Rotam* concludit *Marchef. d. part. 1. pag. 201. num. 68. in vltim. impreſſ.* 28

Limita primò, hanc clauſulam non extend commiſſionem, niſi ad perſonas, & res expreſſ ac ſpecificatas, vt poſt *Imol. Felin. Staphil.* & *Rotam* tradit *Marchef. d. part. 1. pag. 201. num. 67.*

Limita ſecundò, hauc clauſulam non excuſare ab actorum tranſportatione, vt fuit dictum *in cauſa Fauentina fideicommiſſi 5. Iunij 1595. coram Litta*, & *in Romana Saluiani interdicti 14. Decembris 1598. coram Cardinale Lancellotto*, impreſſa per *Pacific. poſt tract. de Salu. interd. deciſ. 62. Rot. deciſ. 254. n. 1. p. 1. diuerſ.* Vnde quando acta non ſunt tranſportata, hanc clauſulam non operari, vt procedi poſſit prout in prima, fuiſſe in Rota reſolutum, refert *Mart. d. clauſ. 120. num. 4.* 30 31

32 Limita tertiò, non operari quando committens causam se restringit ad aliquod ius particulare, vt fuit dictum *in Legionen. præstimoniorum 16. Ianu. 1595. coram Cardin. Pamphilio*, & *in Aretina commendæ 27. Februarij eiusdem anni coram eodem*, prout refert *Mart. d. clauſ. 120. num. 19.* vbi *num. 20.*
33 subdit, non operari circa rem diuersam, & asserit ita fuisse resolutum *in causa Florentin. damnorum, & interesse 9. Decembris 1585. coram Giptio.*
34 Limita quartò, vt illa quis iuuari non possit, quando pars aduersa non fuerit citata ad dicendum contra commissionem, & ad libellandum, prout etiam quando non sunt seruati termini substantiales soliti in dicto iudicio, vt per *Verall. decis. 125. num. 2. p. 3.* quem refert *Marches. d. p. 1. pag. 201. n. 66. in vlt. impress.*

Quam duxeris acceptandam.

CLAVSVLA CXXII.

1 HÆc clausula in expectatiua facit gratiam conditionalem, ac proinde attenditur tempus conditionis, & acceptationis, an beneficium cadat sub gratia; ita *Oldrad. cons. 229. num. 4. vers. ad quartum*, *Cassad. decis. 3. num. 24. vers. item succesſiuè inueni*, quos refert, & sequitur *Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 313. num. 1.* vbi *num. 2.* ampliat secundum *Feder. de Senis cons. 197. vers. non sic esset*, quod hæc clausula etiam cum mensis appositione, operatur quod gratia sit generalis, & non præferatur speciali posteriori, & *num. 3.* citat *Oldrad. cons. 175. n. 2. vers. præterea*, existimantem quod si adiiciatur mensis, vel aliud tempus, tunc non est conditionalis, sed pura.

Quantum sibi videbitur.

CLAVSVLA CXXIII.

1 IMportat hæc clausula non meram, & liberam voluntatem, sed arbitrium boni viri, *l. fideicommissaria*, ibi, *si sibi videbitur, peto manumittas. ff. de fideic. libert. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de leg. 3. Rom. cons. 15. sub num. 1. & cons. 228. ante num. 12. Alex. cons. 82. lib. 3. Gozad. cons. 91. sub num. 9. Paris. cons. 92. num. 22. lib. 1. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 1. 2. & 3. Monet. de distribut. quotid. p. 1. quæst. 9. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Quatenus sint in vsu, *intelligitur de illis priuilegijs tantùm, quæ sunt in obseruantia, non de inualidis, & amissis.*

2 *Clausula*, Et sacris Canonibus, &c. *intelligitur de insertis in Concilio Trident. non verò in corpore Iuris communis.*

3 *Clausula*, Quatenus decretis Concilij Trident. non aduersentur, *de stylo Curiæ apponi solet in confirmationibus priuilegiorum Regularium.*

4 *Priuilegia omnia aliys Concilys generalibus contraria, Trident. excepto, confirmata censentur stante clausula*, Quatenus decretis Concilij Trident. &c.

5 *Clausula*, Quatenus decretis, &c. *derogare censetur priuilegia non solùm, quæ à Concilio Trident. per clauſ.* Non obstantibus, *expresè derogantur, sed etiam ea, quæ sunt eidem Concilio expresè contraria.*

6 *Clausula*, Non obstantibus, &c. *derogat decretis Concilij Trident.*

Quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, ac decretis Concilij Trid. non aduersentur.

CLAVSVLA CXXIV.

PRima huius clausulæ verba, *Quatenus sint in vsu*, intelliguntur de illis priuilegiis tantùm, 1
quæ sunt in obseruantia, suumque valorem retinent, non autem de illis, quæ inualida, & amissa sunt per non vsum, vel per contrarium vsum, aut quamcumque aliam causam, quia tunc nec per confirmationem ex certa scientia reualidantur. Ita tradunt *Fr. Emman. qq. Regul. tom. 1. q. 8. art. 3. Ioan. à Cruce de statu Relig. lib. 2. cap. 3. dub. 2. conclus. 6. Soar. de legib. lib. 8. cap. 18. num. 16. Laur. de Peirinis in declarat. priuileg. suo Ordini Minimorum concessorum, tom. 2. super constit. 1. Gregor. XIII. num. 1.* Vide suprà *clauſ. 52. n. 1. 2. & 3.*

Alia verò, *Et sacris Canonibus*, non intelliguntur de illis, qui in corpore Iuris communis inserti 2
sunt, atque illud constituunt; sed de insertis in Concilio Trident. vt ostendit illa dictio, *Et*, quæ est coniunctiua, & coniungit Canones Concilij cum ipsius decretis. Ratio autem est, quia hæc clausula apponi solet in confirmationibus, indultis, & innouationibus priuilegiorum Regularium. Cùm ergo omnia ferè priuilegia sint contra Ius commune, tales confirmationes, & innouationes parum, aut nihil operarentur, si hæc verba intelligerentur de Canonibus in corpore Iuris communis insertis: quare ita tenent *Hieron. à Sorbo in annot. ad compendium priuileg. verb. priuilegia fratrum, vers. est etiam aduertendum, Fr. Emman. d. quæst. 8. art. 8. Laur. de Peirinis citato loco, num. 2.* & tetigi *d. clauſ. 52. num. 4.*

Vltima denique huius clausulæ verba, *Et decre-* 3
tis Concilij Tridentini non aduersentur, quæ de stylo Curiæ solent apponi in confirmationibus priuilegiorum Regularium, vt testantur *Quarant. in summa Bullarij, verb. Concilium Trid. vers. in confirm. & Ioan. à Cruce d. cap. 3. dub. 5. in fin.* ad nullum alium effe- 4
ctum apposita videntur, nisi ad firmandam regulam in contrarium, id est, vt intelligantur confirmata omnia priuilegia aliis Conciliis generalibus contraria, Tridentino excepto, vt docet *Fr. Emman. d. quæst. 8. art. 11. in fin.* iunctis quæ tradit *Soar. de legib. lib. 8. cap. 19. num. 6.* & *Laur. de Peirinis citato loco, num. 3.* vbi etiam subdit, sensum communem istius clausulæ modò obtinere, vt per eam censeantur derogata priuilegia, non solùm quæ à Concilio Trident. per clausulam, *Non obstantibus, &c.* expresè derogantur, sed etiam ea, quæ sunt eidem Concilio simpliciter contraria.

Cùm

6 Cùm enim ſub clauſula, *Non obſtantibus, &c.* quæ vt plurimum apponi ſolet in fine eorumdem priuilegiorum, derogatum eſſet decretis Concilij Trident. vt inſinuat idem Concil. *ſeſſ. 25. de reform. cap. 21.* & tradunt citati ſuprà *clauſ. 82. num. 14.* ideo in confirmationibus, & innouationibus præfatis neceſſaria fuit expreſſa mentio eiuſdem Concilij, vt bene obſeruat *Sigiſm. à Bononia de elect. dub. 5. num. 2. verſ. at vt vera.*

Quatenus idoneus reperiatur. Vide, Si idoneus, &c. Clauſ. 151.

Quatenus licita, & honeſta ſint. Vide, Dummodo licita, &c. Clauſ. 51.

Quibus dederit. Vide, Et quibus dederit. Clauſ. 57.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ ſub quibus multoties commiſſiones, ſeu delegationes pluribus, vel diuerſis fiunt Iudicibus, in duplici reperiuntur differentia, & num. 2.*

3 *Vnus, vel plures ex duobus, ſeu pluribus Iudicibus, vbi ad cauſam deputati impediti proponuntur, cæteri ſoli procedere non valent.*

4 *Clauſula,* Quod ſi non omnes, &c. *conditionaliter concedit vni vſum, & exercitium totius Iuriſdictionis, nempe caſu quo cæteri intereſſe non poſſint.*

5 *Sententiã à nullitate ſaluat clauſula,* Quod ſi non omnes, &c. *quando ex pluribus Iudicibus datis cum illa clauſula, quorum aliqui erant excommunicati, ſolummodo iudicant non excommunicati.*

6 *Clauſula,* Vt omnes, aut duo, &c. *operatur, vt ſtatim à principio ſingulis, & cuilibet ex Iudicibus purè, & in ſolidum concedatur non tantum Iuriſdictio ipſa, ſed Iuriſdictionis exercitium.*

7 *Iudicare poteſt quilibet ſeorſum ex duobus Iudicibus Ordinarijs, quibus cauſarum cognitio competit.*

8 *Delegatus cum clauſula,* Vt omnes, aut duo, &c. *qui præuenit, poteſt ſeorſum procedere, & ſine alijs coniudicibus iudicare, nec tenetur eoſdem requirere.*

Quod ſi non omnes, &c.

CLAVSVLA CXXV.

1 CLauſulæ ſub quibus multoties commiſſiones, ſeu delegationes pluribus, vel diuerſis fiunt Iudicibus, in duplici reperiuntur differentia, vt poſt *gloſ. 1. in cap. cùm plures 8. de offic. delegat. lib. 6.* vbi *Domin. num. 1. & 2.* tradunt *Imol. in cap. prudentiam, in princ. num. 1. & ibidem Abb. n. 3. eodem tit. de offic. deleg. in antiq.* cum aliis infrà referendis. Vel enim cauſa delegatur pluribus, ſeu duobus Iudicibus cùm hac clauſula, *Quod ſi non omnes, &c.* vel, *Quod ſi ambo intereſſe non poſſunt, duo, vel alter eorum in cauſa procedat*, de qua *in d. cap. prudentiam, & in cap. quamuis 6. eodem tit. cap. ſciſcitatus 13. de reſcript. & cap. ſi contra vnum 4. de offic. deleg. lib. 6.* Sub qua clauſula continetur & illa, quæ communis non eſt vtrique Iudici delegato, ſed à Doctoribus præelectiua perſonæ nuncupatur, vt cùm dicitur, *Si omnes intereſſe non poſſunt, tu frater Epiſcope*, v. g. *procede*, cuius meminit *gloſ. verbo probari, in d. cap. ſi contrarium*, & de ea agit *text. in cap. coram 34. illo tit. de offic. deleg. in decretal.* tradit *Abb. d. num. 3.*

2 Vel rurſus fit commiſſio pluribus cum clauſula hodie frequentiſſima, alternatiua ſcilicet, ſeu diſtrictiua, *Vt omnes, aut duo, vel vnus eorum*, de qua agit *tex. in d. cap. cùm plures*, vel, *Vobis, & veſtrùm ſingulis, & in cap. vt commiſſi, in princip. de hæret. lib. 2.* aut conſimili, vt cùm dicitur, *Eorum vni, aut cuilibet*, vel, *Vt quilibet eorum in ſolidum per ſe iudicare, ſeu exequi poſſit*; vel ſi dicatur, *Quod alter alterum non expectet, vel non requirat*, vt refert *gloſ. 2. in d. cap. cùm plures*, quamuis *Rebuff. in praxi benefic. tit. declaratio nouæ prouiſionis, verſ. quatenus duo, & in concord. tit. forma literarum executorialium, verb. vel vnus veſtrùm*, vtramque clauſulam confundat, & pro vna, & eadem accipiat.

3 Verius tamen eſt, vnam, & alteram clauſulam valde inter ſe diſtare, effectus enim huius clauſulæ, *Quod ſi non omnes, &c.* vel, *Quod ſi ambo, &c.* ille eſt, quod licèt vbi vnus, vel plures ex duobus, ſeu pluribus Iudicibus ad causã deputati impediti proponuntur, cæteri ſoli procedere non valeant, ex *reg. tex. in l. duo 39. ff. de re iudic. cap. cum cauſa 22. cap. vno 42. de offic. deleg.* id tamen non obtineat, vbi hæc clauſula, *Quod ſi non omnes, &c.* in commiſſione apponitur; per illam enim in eum euentum concedi-4 tur vſus, ſeu exercitium totius Iuriſdictionis vni tantùm, vel duobus ex dictis Iudicibus, non quidem purè, ſed conditionaliter, nempe caſu quo cæteri intereſſe non poſſint, vt bene deducitur ex *d. cap. ſciſcitatus, verſ. dummodo*, & ex *d. cap. prudentiam, in princip. verſ. in hoc caſu*, vbi Doctores tradunt *gloſ. 2. in d. cap. ſi contrarium, gloſ. 1.* vbi omnes *in d. cap. cùm plures, Iaſ. in l. ſi vni, n. 10. ff. de re iudic. Vant. de nullit. tit. ex defectu Iuriſd. Ordin. num. 180. & tit. ex defectu Iuriſd. delegatæ, num. 36. Mavant. de ordine iudic. p. 4. diſt. 6. num. 31. cum ſeq. Con. pract. cap. 26. n. 5. Rebuff. in praxi, tit. forma nouæ prouiſionis, verſ. quatenus ipſi, Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. cap. 6. de commiſſ. appell. extra Romanã Curiam, num. 100. pag. 258. in vlt. impreſſ. Molin. de Iuſtit. tract. 5. diſp. 24. num. 3. & 4. D. Barboſa in l. ſi longius, in princip. num. 27. ff. de iudic.*

5 Vnde huiuſmodi clauſulam, *Quod ſi non omnes, &c.* ſaluare ſententiam à nullitate, quando ex pluribus Iudicibus datis cum hac eadem clauſula, quorum aliqui erant excommunicati, ſolummodo iudicant non excommunicati, notant *Socin. in cap. ſacris, num. 269. cum ſeqq. de ſent. excom. Anton. Ricciul. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtent. lib. 4. cap. 18. n. 8.* vbi etiam obſeruat, quod tales non excommunicati procedendo ſimul cum excommunicatis, inficiunt propriam Iuriſdictionem, & citat *Hoſt. in cap. ad probandam, verſ. ſed eſto quod iſte textus*, vbi *Ioan. Andr. n. 3. & Abb. ſub num. 4. verſ. quod procedit de ſentent. & re iudicat.*

6 Effectus verò alterius clauſulæ, *Vt omnes, aut duo, vel vnus Iudicum mandatum exequantur*, vel *horum vni aut cuilibet, &c.* eſt, vt ſtatim à principio ſingulis, & cuilibet ex Iudicibus purè, & in ſolidum concedatur non tantùm Iuriſdictio ipſa: hoc enim & in aliis delegatis datis ſine huiuſmodi clauſula, contingit propter naturam Iuriſdictionis, quæ, vtpote res in-

corporalis, & indiuidua, pro parte haberi non potest, ex doctrina *glos. 5. in d. cap. prudentiam*, vbi *Imol. num. 10. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 396. num. 9.* sed etiam vsus, & exercitium ipsius Iurisdictionis, ex *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsum. 8. n. 35.* ita vt sufficiat, & possint vel omnes, vel duo, vel vnus iuxta diuersam formam clausulæ, negotium adimplere secundum materiam dispositionis alternatiuæ, in qua electio datur, & sufficit alterum adimpleri, *reg. in alternatiuis, de reg. Iuris, lib. 6.* & sic quilibet eorum solus, alio non expectato, in causa procedere valet, eoque Iurisdictionem præueniente, reliqui non nisi in ipsius defectum admittuntur, vt est textus expressus *in d. cap. cum plures*, vbi *glos. 1. glos. 2. in d. cap. si contra vnum, Anchar. in cap. vt commissi, in princip. de hæret. lib. 6. Bart. in d. l. si vni, num. 9. & ibi Ias. d. num. 10. ff. de re iud. Cou. d. cap. 26. num. 5. Molin. d. disp. 24. num. 4. Alex. cons. 93. num. 2. lib. 7.* Ratio est, quia si ex vi dictæ clausulæ, *Vt omnes, &c.* competit in solidum cuilibet ex delegatis vsus, & exercitium Iurisdictionis, vt suprà diximus, inde fit, eum qui priùs cognoscere incepit, posse per se solum sine aliis procedere, iuxta *reg. l. 1.* ibi, *& seorsum singuli*
7 *manumittunt*, vbi DD. *de offic. Consulis*, ex qua communiter traditur, ex duobus Iudicibus Ordinariis, quibus causarum cognitio competit, posse quemlibet seorsum iudicare, quia quilibet in solidum habet exercitium Iurisdictionis, *glos. verb. separatum, in cap. vt officium, in princ. de hæret. lib. 6. Bart. in d. l. si vni, num. 1. Vant. d. tit. ex defectu Iurisd. Ordin. n. 177. D. Barbos. in d. l. si longius 18. in princip. num. 19. & 22. ff. de iudic.* & in specie huius clausulæ *Menoch. dicta præsum. 18. num. 37.*

8 Intellige, & amplia hanc proximam resolutionem, vsque adeò posse solum delegatum, qui præuenit, seorsum procedere, & sine aliis coniudicibus iudicare, vt nec teneatur eosdem requirere ad effectum, vt omnes simul cognoscant, nec minus illos expectare, vt manifestè probat verbum, *liberè*, quo vtitur text. *in d. cap. cùm plures*, quod non solùm omnem obligationem excludit, sed etiam exponitur, sine alicuius requisitione, vel assensu, vt dixi *in tractat. de dictionibus, dict. non obstat, d. cap. scisitatus, de rescript. & d. cap. prudentiam, in princip.* quia respondetur procedere in clausula, *Quod si non omnes, &c.* vel, *Quod si ambo, &c.* quibus stantibus, non solùm expectare, & requirere Collegas tenetur alter condelegatus, sed etiam oportet de eorum impedimento, vel voluntate constare, vt suprà diximus.

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Quoad vixerit, *posita in obligatione soluendi medietatem fructuum Rectori Ecclesiæ, quid importet, ostenditur.*

2 *Clausula*, Quoad vixeris, *alterat naturam beneficij aliàs manualis.*

3 *Clausula*, Quod sola Sanctissimi Signatura sufficiat, *remittit necessitatem expediendi literas.*

4 *Clausula*, Quod maior, & verior expressio fieri possit, *quid operetur, ostenditur.*

Quoad vixerit.

CLAVSVLA CXXVI.

1 HÆc clausula posita in obligatione soluendi medietatè fructuum Rectori Ecclesiæ, ex concordia auctoritate Apost. confirmata, intelligitur rebus sic stantibus, videlicet donec Rector detineret Ecclesiam, & supportaret illius onera, non autem post resignationem, vt per *Paris. cons. 5. num. 14. lib. 4.* & fuit dictum *in Ostien. & Velitern. pensionis 15. Martij 1592. coram Illustrissimo D. meo Card. Millino*, & *in Lucana pensionis 18. Decemb. 1611. coram Vbaldo Seniori*, impressa per *Marches. de Commiss. p. 1. pag. 647. in vlt. impress.*

Clausula, *Quoad vixeris*, alterat naturam benefi- 2
cij aliàs manualis, etiamsi aliàs fiat collatio iure deuoluto, vt post *Felin. in cap. per tuas, de maiorit. & obed. num. 3. vers. in quantum concludit*, & *Dec. in cap. ad nostram, num. 16. de confirmat. vtili, vel inutili*, nouissimè obseruat *D. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 33. num. 55.*

Clausula, *Quod sola Sanctissimi Signatura sufficiat*, 3
remittit necessitatè expediendi literas, vt post *Mandos. de Signatura gratiæ. §. derogationes Regularum, vers. Regulæ de non indicando, Gig. de pensionib. q. 34. num. 5.* obseruat nouissimè *Lotter. d. lib. 1. q. 37. num. 2.*

Clausula, *Quod maior, & verior expressio fieri possit*, 4
licèt non operetur respectu diuersi corporis, *Put. decis. 300. num. 3. lib. 1.* id tamen intelligitur de diuersitate insurgente ex qualitate constitutiua diuersæ speciei, ne frustatoria sit, ex *reg. l. si nominatim 34. ff. de condit. & demonstrat.* resoluit *D. Lotter. d. lib. 1. q. 40. num. 85.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula*, Quorum tenores, &c. *non debet nocere, nec multum attenditur, quando est posita, & extensa per Copistas.*

3 *Constitutionibus quibuscumque habentibus clausulas derogatorias derogatoriarum, derogat clausula*, Quorum tenores, &c.

4 *Expressionis specialis, & indiuiduæ vim habet clausula*, Quorum tenores, &c. *eorum omnium, ad quæ relata est.*

5 *Clausula*, Quorum tenores, &c. *habet tantam vim, ac si tenor esset insertus, quando agitur de præiudicio concedentis.*

6 *Regulis Cancellariæ censetur derogatum per clausulam*, Quorum tenores, &c.

7 *Probatio in contrarium non admittitur, quod clausula*, Quorum tenores, &c. *non importet veram expressionem, & derogationem.*

8 *Expressionis specialis, ac indiuiduæ vim habet clausula*, Quorum tenores, &c. *non solùm cum gratia, seu priuilegium conceditur Motu proprio, verùm etiam si fiat ad instantiam partis.*

9 *Mentionem expressam, & indiuiduam non operatur clausula*, Quorum tenores, &c. *quando non fuit facta aliqua mentio de illo, de quo tractatur.*

10 *Clausula*, Quorum tenores, &c. *non operatur circa non expressa, nec circa ea, de quibus Papa non habuit notitiam.*

11 *Clausula*, Quorum tenores, &c. *non ope-*

ratur

ratur in ÿs, quæ ſunt facti.

12 *Priuilegium poſterius, quod eſt in notabile præiudicium tertij, etiam Motu proprio conceſſum, non tollit præcedens illius tertij ſine ſpeciali derogatione regulæ de iure quæſito non tollendo, etiam ſtante clauſula,* Quorum tenores, &c.

13 *Derogationem expreſſam non operatur clauſula,* Quorum tenores, &c. *quoties in poſteriori diſpoſitione expreſsè requiritur certa ſcientia.*

14 *Derogationem ſpecificam, & expreſsionem omnium contrariorum non importat clauſula,* Quorum tenores, &c. *quando Papa ſignaret Supplicationem non ſimpliciter, ſed cum qualitate, putà,* Fiat, & committatur.

15 *Clauſula,* Quorum tenores, &c. *non extenditur, ſed reſtringitur iuxta narrata.*

16 *Clauſula,* Quorum tenores, &c. *tanquam acceſſoria debet reſtringi ad id, de quo principalis diſpoſitio loquitur.*

17 *Clauſula,* Quorum tenores, &c. *non operatur quotieſcumque concedens habendo notitiam, non conceſsiſſet.*

18 *Intentionis de defectu Papæ concedentis vbi conſtat, nulla eſt efficacia clauſulæ,* Quorum tenores, &c.

19 *Intentionis defectus Papæ concedentis opponi non poteſt conſtitutioni cum hac clauſula,* Quorum tenores, &c. *præcipuè ſi concurrant aliæ clauſulæ, quæ ſemper iniungi ſolent.*

20 *Subreptionem tollit clauſula,* Quorum tenores, &c. *non autem ampliat principalem diſpoſitionem.*

21 *Subreptionem cum derogatione regulæ de iure quæſito, non tollit clauſula,* Quorum tenores, &c.

Quorum tenores, &c.

CLAVSVLA CXXVII.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mart. de clauſulis, part. 1. clauſ. 139. in vltim. edit. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. collect. 949. Card. Tuſch. tom. 1. litt. C. concluſ. 350. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 201. cum ſeqq.* & cæteros in diſcurſu citatos.

2 Licèt ſoleant Copiſtæ in extenſione minutarum Supplicationum, paſſim hanc clauſulam in eis inſerere, quæ eſt conſpicua, & particulari nota digna, quo caſu tunc non debet nocere, vt aduertunt *Dec. conſ. 165. ſub num. 2. verſ. eſt hoc idem, Gozad. conſ. 9. num. 27. Pariſ. conſ. 42. num. 22. lib. 4. Couar. in rubr. de teſtam. part. 2. num. 20. in princ.* nec multum attenditur, ex adductis per *Ioſephum Seſſe Aragon. deciſ. 97. num. 19. & Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 36. num. 13.* tamen multos habet effectus ex infrà dicendis.

3 In primis ex obſeruantia Curiæ derogat quibuſcumque conſtitutionibus habentibus clauſulas derogatorias derogatoriarum, *Pariſ. conſ. 42. num. 15. & 16. lib. 4. Gonzal. conſ. 9. num. 24. Put. deciſ. 104. lib. 1. in correctis, Butr. conſ. 2. num. 2. Mohed. deciſ. 1. de reſcript. Gabr. tit. de clauſulis, lib. 6. concluſ. 5. n. 1. Anaſtaſ. Germon. de indultis Cardinal. part. 2. §. ac irritum, n. 1. verſ. neque, Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 46. n. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloſſ. 36. num. 102. cum ſeqq.* & præſertim *num. 29.* quod fuit inuenta, vt eſſet certa via, qua Papa poſſet derogare gratiis præcedentibus: nam aliàs impoſſibile eſſet, quia non poteſt reminiſci omnium, vel ſcire omnia in contrarium obſtantia, *Gregor. deciſ. 109. num. 3. & deciſ. 240. n. 2.* vbi ait hanc clauſulam, quando per viam legis proceditur, tollere omnia priuilegia quaſcumque derogatorias habentia; fuit dictum *in Toletana indulti 12. Maij 1625. coram Remboldo,* & nimis coarctaretur, ſi propter ignorantiam eas reuocare non poſſet, *Put. deciſ. 104. lib. 1. in correctis, Rot. deciſ. 213. in princ. part. 1. & deciſ. 161. num. 1. part. 2. & deciſ. 682. num. 3. lib. 3. part. 3. diuerſ.*

Vim habet hæc clauſula ſpecialis, ac indiuiduæ 4
expreſſionis omnium eorum, ad quæ relata eſt; ita *Felin. in cap. nonnulli, ſub num. 6. de reſcript. Butr. conſ. 2. num. 5. Gemin. conſ. 65. n. 22. Caſſad. ſuper reg. Cancel. deciſ. 10. num. 3. & deciſ. 38. num. 3. Sarnen. in proœmio regularum Cancel. quæſt. 6. num. 6. & in regula de triennali, quæſt. 17. num. 5. Crauet. conſ. 127. num. 7.* plures quos refert, & ſequitur *Mart. d. clauſ. 139. num. 1.* quibus adde *Guttier. conſ. 2. num. 5. Flamin. de reſign. lib. 12. quæſt. 14. num. 16. Ioſeph. Seſſe d. deciſ. 93. num. 21. & 22. Marcheſ. de Commiſſ. part. 2. pag. 316. num. 105. Cardin. Tuſch. tom. 1. litt. C. concluſ. 350. num. 1. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part. 4. collect. 949. effectu 1. Ioan. à Cochier ad preces primarias Imperatoris, pag. 93. Ricciul. de iure perſonarum, lib. 8. cap. 9. num. 4. D. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæſt. 40. num. 69.* & fuit dictum *in Comaclen. & Ferrarien. Præpoſitura 15. Decembris 1625. coram Remboldo,* & *in Oſpalen. præeminentiarum 15. Martij 1613. coram D. Pamphilio,* impreſſa per *Farinac. deciſ. 466. num. 5. part. 1. recent.* & *in eadem coram eodem 17. Iunij 1613.* impreſſa pariter per *Farinac. deciſ. 506. num. 5.* vbi fuit tentum, hanc clauſulam habere vim expreſſionis cuiuſcumque litis, iuris, & prætenſionis in iudicium deductæ, & ſimiliter fuit dictum *in Ferrarien. de Tanonis 14. Iunij 1622. coram Vbaldo Seniori,* & *in Cremonen. bonorum 5. Iunij 1624. coram eodem, Rot. etiam apud Zacchiam de oblig. Camer. deciſ. 93. num. 19.* & ideo omnia comprehendere dicit *Seraph. deciſ. 510. num. 6.* & operari expreſſionem eorum, quæ poſſent obſtare, ex *Butr. conſ. 2. num. 4. Gemin. conſ. 65. num. 28.* cenſuit *Rota in Sabinen. Caſtri Montis Rotundi 8. Februarij 1627. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.*

Habet denique tantam vim, ac ſi tenor eſſet in- 5
ſertus, vt per *Caſſad. ſuper reg. Cancel. deciſ. 38. num. 3. Butr. conſ. 2. num. 6. Ioſeph. Seſſe d. deciſ. 93. num. 15. Ioan. Franc. Leo. in Theſaur. fori Eccleſiaſtici, part. 1. cap. 13. n. 21. & part. 4. cap. 2. n. 189. Mar. Anton. var. reſol. lib. 1. reſol. 18. Card. Mantic. deciſ. 76. num. 3. Laurent. de Peirinis in conſtit. ſui Ordinis Minim. tom. 1. conſtitut. 4. Sixti IV. num. 3. Aldret. pro omnimoda Regularium exemptione, part. 1. cap. 2. num. 3. Card. Tuſch. d. concluſ. 350. num. 3.* vbi poſt *Oldrad. conſ. 326. num. 2. & 3.* intellige, quando agitur ſolùm de præiudicio concedentis, & fuit dictum *in Baren. ſeu nullius Archipreſbyteratus 23. Ianuarij 1615. coram Cardin. Sacrato,* impreſſa per *Farinac. deciſ. 666. num. 2. part. 1. recent.* vbi etiam habetur, quod latiſſimè eſt extendenda, nam hæc clauſula operatur quoad ſuum præiudicium, non verò aliorum, *Seſſe deciſ. 93. num. 24.* prout etiam operatur, quando derogatio fuerit facta ex

certa scientia, vt post *Ruin. cons.*30. *num.*5. *in fin.& num.*6. *vol.*1. censuit *Rota in d. Comaclen.& Ferrarien. Præpositura coram Remboldo.*

6 Amplia primò, per hanc clausulam etiam censeri derogatum regulis Cancellariæ, ac si de verbo ad verbum fuissent expressæ, vt per *Sarnen. in proœm. reg. Cancel. q.*6. *circa fin. vers. quorũ tenor, Marescot. var. resol. lib.*1. *cap.*19. *num.*9. *&* 10. *& lib.*2. *cap.*48. *& Stephan. Gratian. discept. forens. cap.*182. *n.*18. *& cap.*421. *num.*9. *& cap.*548. *num.*14.

7 Amplia secundò, vt in tantum hæc clausula importet veram expressionem, & derogationem, ex quo Papa id asserit, vt non admittatur probatio in contrarium; ita post *Butr. cons.*2. *in fin. vers. item ex quo Papa, & Gemin. cons.*120. *n.*7. tradit *Card. Tusch. d. concluf.*350. *num.*7.

8 Amplia tertiò, non modò procedere cùm gratia, seu priuilegium posterius conceditur Motu proprio, vt tenent *Gabr. d. tit. de clauf. concluf.*5. *n.*3. *& seq. & Couar.* 2. *p. vari. rubr. de testam. n.* 20. *vers. secundum, & Gonzal. d. gloss.*36. *num.*43. verùm etiam si ad instantiam partis, vt sentiunt *Felin. in cap. nonnulli, in princ. num.*6. *de rescript. Cassad. d. decis.*10. *n.*2. *Crauett. cons.* 126. *in fin. Mart. d. clauf.* 139. *num.* 10. *Card. Mant, de coniect. vltim. volunt. lib.*12. *tit.*8. *n.*11. *Gabr. d. concl.* 5. *num.* 1, *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 40. *num.*22. licèt alij in hac specie contrarium teneant, quos sequitur *Gabr. d. concluf.*5. *n.*4. *&* 5. *& Gonzal. d. gloss.*36. *num.* 603. quorum omnium opiniones conciliat *Monet. d. cap.*7. *n.*201.

9 Limita primò, non operari expressam, & indiuiduam mentionem, quando non fuit facta aliqua mentio de illo, de quo tractatur, vt per *Verall. decis.* 121. *part.*1. *Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol.*368. *n.*1. & fuit dictum *in Toletana decimarum* 26. *Nouembris* 1605. *coram Iusto, & in Romana fideicommissi de Vecchys* 28. *Iunij* 1604. *coram Litta*, impressa per *Farin. decis.*
10 128. *num.*5. *part.* 2. *recent.* vbi etiam habetur, hanc clausulam non operari circa non expressa, nec circa ea, de quibus Papa non habuit notitiam.

11 Limita secundò in iis, quæ sunt facti, quia nihil operatur ex quo Papa præsumitur ea ignorare, sed tantùm in iis, quæ sunt Iuris habet effectum, vt ex Rotæ decisionibus concludit *Cardin, Tusch, d. concluf.* 350. *num.*9. vbi *num.*10. post *Maluas. cons.*1. *num.*42. extendit etiam si simul sint omnes hæ clausulæ, *Ex certa scientia, Motu proprio, De plenitudine potestatis, Non obstantibus, &c.*

12 Limita tertiò, vt priuilegium posterius, quod cit in notabile præiudicium tertij, etiam Motu proprio concessum, non tollat præcedens illius tertij sine specialis derogatione regulæ 17. nunc 18. Cancel. de non tollendo iure quæsito, ex adductis per *Mart. d. clauf.*139. *n.*20. *& Gonzal. d. gloss.*36. *à n.*54. ac per *Monet. d. cap.*7. *n.* 214.

13 Limita quartò, non operari expressam derogationem, quoties in posteriori dispositione expresè requiritur certa scientia, vt resoluit *Nicol. Garc. de benef. part.*3. *cap.*2. *num.*234. & eo citato fuit dictum *in Comaclen. & Ferrarien. Præpositura* 15. *Decembris* 1625. *coram Remboldo, in vers. siue attendamus,* & post *Ferret. cons.* 38. *num* 2. *& seqq. lib.*1. ac *Rotam coram Cardin. Seraph.* tradit *Mart. d. clauf.*139. *num.*3. inde inferens *num.* 4. quod hæc clausula non sufficit in confirmatione ex certa scientia, nisi totus tenor inseratur, subdens *n.* 5. non sufficere tenorem inseri in expeditione literarum tempore alterius Pontificis: quam quidem illationem temperat *num.* 18. post alios, nisi Princeps confirmaret priorem concessionem à prima linea vsque ad vltimam, asserens se eius tenorem vidisse, & legisse, atque confirmationem illam pro sufficienter expressa haberi volens; & sufficere narratam substantiam contentorum in priuilegiis derogatis, ad hoc vt præsumatur certa scientia in derogante, censuit *Rot. in Abulen. Iurisdictionis* 25. *Ianuary* 1588. *coram Orano, & in Toletana administrationis* 17. *Iunij* 1609. *coram Pamphilio, & in d. Comaclen. & Ferrarien. Præpositura coram Remboldo.*

Limita quintò, non importare specificam dero- 14
gationem, & expressionem omnium contrariorum, quando Papa signaret Supplicationem non simpliciter, sed cum qualitate, putà, *Fiat, & committatur,* vt cum *Gemin. cons.*65. *in fin. num.*27. *vers. non obstat,* obseruat *Cardin. Tusch. d. concl.*350. *num.*11. subdens post *n.* 11. quod tunc procedit si Papa signaret, *Fiat, vt petitur,* aliàs non.

Non extenditur hæc clausula, vt fuit dictum *in* 15
Taruisana plebis de Midulo 2. *Iunij* 1593. *coram Illustrissimo Domino meo Cardin. Millino*, impressa per *Marchesan. de Commissionib. part.*1. *pag.* 685. *num.* 3. imò restringitur iuxta narrata, ex *Seraph. decis.* 16. *num.* 1. quia tanquam accessoria debet restringi ad 16
id, de quo principalis dispositio loquitur, & sic non comprehendit ea, de quibus dictum non fuit in dispositiua, vt per *Dec. cons.*373. *num.*14. *Parisc. cons.*42. *num.* 18. *vers. illa enim verba, lib.*4. *Caputaq. decis.*121. *p.*1. cum aliis allegatis *in Romana legitimæ* 10. *Martij* 1617. *coram Card. Sacrato, & in Bergomen. pensionis de Tresurio* 13. *Nouembris* 1626. *coram D. Durano.* Et non operatur circa non expressa, vt censuit *Rot. in Valentina decimarum* 28. *Nouembris* 1603. *coram Cardin. Lancellotto Iun.* impressa per *Marches. d. part.* 1. *pag.* 640. *num.*6.

Non operatur quotiescumque concedens haben- 17
do notitiam, non concessisset, *Rot. in d. Valentina decimarum coram Cardin. Lancellotto.* Nec habet efficaciam quoties Papa si sciuisset defectus, non ita rescripsisset, ex *Seraph. decis.* 981. *num.*8. quia nulla 18
est efficacia huius clausulæ, vbi constat de defectu intentionis Papæ concedentis, *Parisc. cons.*74. *n.* 55. *lib.*4. & fuit dictum *in Ostien. affictus* 23. *May* 1614. *coram Patriarcha Pamphilio.* Qui quidem intentionis 19
defectus opponi non potest concessioni cum hac clausula, præcipuè si concurrant aliæ clausulæ, quæ semper iniungi solent, nempe, *Motu proprio, Ex certa scientia*, &, *De plenitudine potestatis*, vt fuit dictum *in Auelina vnionis* 15. *Decembris* 1595. *coram Giptio*; non enim inducit certam scientiam concedentis, ex traditis per *Marches. d. p.* 1. *pag.* 640. *in vlt. impress.*

Deseruit hæc clausula ad tollendam subreptio- 20
nem, non autem ampliat principalem dispositionem, secundum *Calderin. cons.*1. *de rescript. Roman. cons.* 530. *num.* 13. *in fin. Pue. decis.*1. *num.*2. *lib.* 1. *& decis.* 156. *num.*7. *lib.* 2. *Crescent, decis.*7. *num.* 11. *de conces. prabend. Gab. d. tit. de clausul. concluf.*10. *num.*1. *Marches. de Commissionib. p.*3. *pag.* 124. *num.*3. *in* 2. *impress. Nicol. Garc. de benefic. part.*3. *cap.*2. *num.*234. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.*635. *num.*9. & fuit dictum *in Baron. seu nullius Prioratus* 20. *Iunij* 1614. *coram Card. Sacrato*, impressa per *Farin. decis.*569. *n.*8. *p.*2. *recent.* Non tollere tamen subreptionem cum de- 21
rogatione reg. de iure quæsito, resoluit *Marches. d. p.*1. *pag.*227. *n.*331.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

Clau-

2 *Clausula*, Rato manente pacto, *tacitè subintelligitur in omnibus contractibus bonæ fidei.*

3 *Iuramentum habet vim clausulæ*, Rato manente pacto.

4 *Clausula*, Rato manente pacto, *operatur solùm ad fauorem obseruantis contractum, non autem ad fauorem contrauenientis.*

5 *Clausula*, Rato manente pacto, *operatur vt debitum principale, simul & pœna exigi possint, & vtrumque debeatur.*

6 *Emphyteutico in contractu si vltra pœnam caducitatis ob non solutionem canonis, apponatur alia pœna cum clausula*, Rato manente pacto, *emphyteuta cadit à iure suo, & debet soluere dictam pœnam.*

7 *Emphyteuta vt possit expelli ob non solutionem canonis, etiamsi dominus directus illum receperit de præterito, operatur clausula*, Rato manente pacto.

8 *Nouationem in præiudicium contrauenientis inducit clausula*, Rato manente pacto.

9 *Petitionis cumulatiuæ in fauorem eius, qui seruat contractum, habet effectum clausula*, Rato manente pacto.

10 *Clausula*, Rato manente pacto, *operatur quod quis possit vti remedijs contrarijs.*

Rato manente pacto.

CLAVSVLA CXXVIII.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Mart. de clausul. p. 1. clausul. 141. in vlt. edit. aliàs clausul. 125. in 1. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 973. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. litt. C. concl. 300.* & cæteros in discursu citatos.

2 Hæc clausula tacitè subintelligitur in omnibus contractibus bonæ fidei, vt tradunt *Cott. in memorabilib. verbo clausula, pag. 110. Cald. Pereir. de empt. & vendit. cap. 30. num. 55.* præterquàm in fideicommissis, vt obseruant *Vital. de Cambanis in tract. clausul. pag. 4. num. 8.* & *Cels. Vgoni in simili tract. pag. 510. col. 2.*

3 Iuramentum habet vim huius clausulæ, vt per *Seraphin. de Priuilegijs iuram. priuileg. 85. Cels. Vgoni. citato loco, Mart. d. clausul. 141. num. 4. vers. adde, Cardin. Tusch. d. concl. 300. num. 4.*

4 Operatur solùm ad fauorem obseruantis contractum, non autem ad fauorem contrauenientis, vt tradunt *Vital. de Camban. citato loco, num. 4. Honded. cons. 89. num. 80. tom. 2. Seraphin. d. priuileg. 85. num. 8. Card. Tusch. d. concl. 300. num. 15. Mart. d. clausul. 141. n. 6. Cald. Pereira d. cap. 30. num. 53. Amic. de iure emphyteutico, q. 26. num. 8. in fin.* minimè enim prodest non obseruanti, secundum *Cels. Vgoni. citato loco, Ioseph. Sesse de inhibitionib. cap. 5. §. 3. num. 11.* Contractus verò firmus manet, ex *Mascard. de probationib. concl. 1157. num. 37.* & *Card. Tusch. d. concl. 300. num. 9.*

5 Operatur etiam quod debitum principale, simul & pœna exigi possint, & vtrumque debeatur, *l. qui fidem. ff. de transaction. l. cùm proponas. Cod. eod. tit. Vital. de Camban. in d. tract. clausul. pag. 3. num. 1. cum seqq. Salust. Tiberi. in formulario instrum. lib. 1. cap. 14. nu. 10. & cap. 19. num. 14. Guttier. in repet. l. nemo potest, num. 423. ff. de legat. 1. Cald. Pereira d. cap. 30. num. 52.* Vnde 6 infertur, quod si in contractu emphyteutico vltra pœnam caducitatis ob non solutionem canonis, apponatur alia pœna cum hac clausula, emphyteuta cadit à iure suo, & debet soluere dictam pœnam, vt per *Card. Tusch. d. concl. 300. num. 9. & 11. Amic. d. q. 26. à num. 6.*

Operatur etiam in emphyteusi, vt emphyteuta 7 possit expelli ob non solutionem canonis, etiamsi dominus directus illum receperit de præterito, quoniam vtrumque consequi poterit, videlicet, canonem præteritum, & expulsionem, quæ sunt compatibilia, secus si recepisset pro futuro; ita *Alex. cons. 196. num. 2. & seq. vers. nec ad hoc obstat, & cons. 206. num. 2. vers. ad prædictorum confirmationem, vol. 7. Vital. de Camban. citato loco, num. 4. Mart. d. clausul. 131. num. 7. Cardin. Tusch. d. concl. 300. num. 11.*

Inducit nouationem in præiudicium contrauenien- 8 tis, vt per *Bal. cons. 341. in fin. vol. 2. Mart. d. clausul. 131. num. 9. Card. Tusch. d. concl. 300. num. 5.*

Habet effectum petitionis cumulatiuæ in fauorē 9 eius, qui seruat contractum, non autem illius, qui contrauenit, ex adductis per *Steph an. Gratian. discept. forens. cap. 770. num. 14. & 15.*

Operatur quod quis possit vti remediis contra- 10 riis, *l. qui fidem. ff. de transaction. d. l. cùm proponas*, vbi *Bald. num. 1, Fulgos. num. 2. Roman.* etiam *num. 2.* & *Ias. num. 4. in 3. notab. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 973. in princip. Card. Tusch. d. concl. 300. num. 5. Mart. d. clausul. 131. num. 1.* vbi *num. 2.* verum dicit respectu obseruantis contractum, secus verò respectu contrauenientis, quod pariter ex *Rot. decis. 15. num. 2. p. 1. diuers.* obseruat *Aloys. Ricc. citato loco.* Quærit etiam idem *Marta vbi proximè, num. 10.* quid hæc clausula operetur in rumpente pacem, & *num. 11.* quid in feudo, stante pacto inter dominum & vassalum, vt vassalo feloniam committente, teneatur domino ad damna & interesse cum clausula, *Rato manente pacto.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula*, Rebus sic stantibus, *intelligitur in quacumque dispositione, obligatione, & promissione, vel pacto, etiam iuramento firmatis.*

3 *Clausula*, Rebus sic stantibus, *importat idem, ac si dictum fuisset*, Dummodo res in eodem statu permaneat.

4 *Promissio debet intelligi secundum terminum, & statum, qui tempore promissionis vigebat.*

5 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*

6 *Clausula*, Rebus sic stantibus, *non subsistit, quando partes disposuerunt etiam mutato rerum statu, vel quando fuit cogitatum, vel potuit cogitari in futurum.*

Rebus sic stantibus.

CLAVSVLA CXXIX.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Cels.* 1 *Vgoni. in tract. clausul. pag. 510. col. 1. Azin. de exe-*

cut.

cut. §. 9. cap. 204. *Alb. conf.* 302. *num.* 8. & 9. *Mart. de clausul. p.* 1. *clausul.* 127. *in* 1. *edit. alias clausul.* 143. *in* 2. *edit. & p.* 2. *clausul.* 64. *& p.* 3. *clausul.* 73. *Aloys. Ricc. in collect. decis. collect.* 171. *Baptist. Cost. de re integra, prælud.* 4. *num.* 3. *& in tract. de clausul. conuention. clausul.* 10.

2 Hæc clausula regulariter intelligitur in quacumque dispositione, obligatione, & promissione, vel pacto, etiam iuram nto firmatis, *l. quod Seruius. ff. de condict. ob causam, l. contr. tus.* §. *cùm quis. ff. de verbor. oblig. l. quæro* §. *inter locatorem ff. locati, Dec. conf.* 338. *Socin. conf.* 22. *num.* 18. *vol.* 4. *Aandel. conf.* 302. *num.* 9. *& conf.* 555. *num.* 24. *Hippol. consil.* 76. *num.* 31. *vol.* 1. *Cranet. conf.* 95. *num.* 4. *& conf.* 216. *vol.* 1. *Cæs. de Grassis de eis.* 125. *alias* 4. *de rebus Eccles. non alien. num.* 17. *& seq. Roland. conf.* 1. *num.* 158. *vol.* 2. *Tiraq. in l. si vnquam, in princip. num.* 166. *C. de reuocand. donat. Menoch. conf.* 27. *num.* 47. *& conf.* 150. *num.* 3. *& 32. Mascard. de probat. conclus.* 1131. *num.* 27. *& conf.* 1157. *num.* 7. *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 1. *q.* 14. *n.* 11. *& lib.* 3. *q.* 18. *num.* 123. *Surd. de aliment. tit.* 2. *q.* 15. *num.* 187. *& tit.* 8. *privileg.* 56. *num.* 61. *& decis.* 326. *num.* 31. *& conf.* 418. *num.* 8. *& conf.* 445. *num.* 35. *Guttier. practic. lib.* 3. *q.* 42. *num.* 37. *& 38. & in tract. de tutel. & curis. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 23. *Mart. d. p.* 3. *clausul.* 62. *num.* 1. *& 2. Rot. decis.* 606. *num.* 1. *apud Farin. collect.* 1. *nouissimarum, Cald. Pereira in responso pro Duce Pastrana, num.* 6. *& in resp. pro D. Roderico à Sylua, vers. ad hæc, Aloys. Ricc. d. collect.* 1771. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 96. *num.* 23. *& cap.* 884. *num.* 21. *Fernandez de Ottero select. Iuris interpretat. lib. vnic. ad cap. fin. de consuetud. num.* 37. *Glorit. resp.* 1. *p.* 3. *num.* 220. *Cardin. Tusch. practic. conclus. tom.* 1. *litt. C. concl.* 305. *num.* 11. & fuit dictum *in Cæsaraugustana pensionis* 11. *Martij* 1591. *coram Giptio.*

3 Idem importat hæc clausula, ac si dictum fuisset, *Dummodo res in eodem statu permaneat*, scilicet, dummodo alius contrahens & ipse promissa seruent, vel adimpleant correspectiuè, alias non obligat promissio, ita *Tiraq. in tract. cessante causa, num.* 225. *Alciat. de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 16. *num.* 5. 6. *& 15. vers.* 2. & fuit dictum *in Placentina donationis, seu prouisionis* 20. *Iunij* 1588. *coram Giptio.*

4 Vnde promissio debet intelligi secundum terminum, & statum, qui tempore promissionis vigebat, vt per *Socin. conf.* 123. *vol.* 4. *Ossasc. decis.* 91. *num.* 2. *&* 5 3. *Menoch. conf.* 156. *num.* 5. Nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, *l. de ætate.* §. *ex causa. ff. de interreg. action. l.* 1. *in princip.* & ibi *glos. ff. de ventre inspic. cap. cæterùm, cum similibus, de iuram. calumn.* quod procedit, quando noua causa iusta superuenit, quæ principio non fuit cognita; at secus si præuisa, aut cogitata fuerit, quia dici tunc non potest, quod status rerum sit mutatus, vt declarant *Bart. in d. l. quod Seruius, num.* 4. *Rom. conf.* 22. *col.* 1. *vers.* 2. *Gozadin. conf.* 27. *num.* 9. *Ruin. conf.* 105. *in fin. vol.* 5. *Ossasc. d. decis.* 91. *num.* 14. *& seq. Rebuff. de priuilegijs Scholar. priuil.* 76. *num.* 2. *Menoch. consil.* 156. *num.* 32.

6 Non subsistit hæc clausula, quando partes disposuerunt etiam mutato rerum statu, vt per *Surd. conf.* 445. *num.* 16. Vel quando fuit cogitatum, vel potuit cogitari in futurum, sicut eadem regula perdit officium suum in dispositione verbis vniuersalibus cõcepta, in qua veniunt præsentia, & futura, vt docent *Natt. conf.* 160. *num.* 24. *Manent. conf.* 84. *num.* 58. *cum seqq.* quos refert *Ioan. Bapt. Cost. d. clausul.* 10. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Rebusque aliis, &c. *in commissione posita, ad omnia quæ deducta sunt, refertur.*

2 *Dict.* aliis, *aliquando ponitur in rescriptis, aliquando verò in dispositionibus, quod ibi declaratur.*

3 *Clausula*, Rebusque aliis, *operatur, vt possit deduci omne ius, nisi quando constaret de aliqua restrictione.*

4 *Maiora expressis, & grauia non comprehendit clausula*, Rebusque aliis, &c.

5 *Illustres personas, & qualificatas non comprehendit clausula*, Rebusque aliis, &c.

Rebusque aliis, &c.

CLAVSVLA CXXX.

HÆc clausula in commissione posita, ad omnia quæ in actis sũt deducta, refertur, vt per *Paris. conf.* 39. *num.* 20. *vers. nam ille, vol.* 1. obseruat tamen *Butr. in cap. cùm in cunctis, num.* 1. *& seq. de rescript. lib.* 6. quod dictio illa (*alijs*) de qua in hac clausula, aliquando ponitur in rescriptis, aliquando verò in dispositionibus: quando autem reperitur in rescriptis, tunc si referatur ad personas, prout disponitur *in d. cap. cùm in cunctis*, non possunt vltra tres conueniri, vel quatuor; at verò si relata sit ad res, videlicet si de summa tantùm causa cõmissa sit, vnà cum præfata clausula, *Rebusque alijs*, tunc ista clausula non restringitur, nec ad numerum rerũ, nec ad ipsarum qualitatem, & sic super maioribus summis agere impetrans commissionem poterit: quamuis ipsemet *Butr. num.* 2. subdat, reum petere posse, quod habens talem clausulam, super quibus rebus agere intendat, declaret; & ideo restringitur, ne in infinitum vagetur, cùm Iudicis munus sit extinguere lites, licèt quandoque non restinguantur, puta quando constituitur procurator contra N. omnesque alios, vt ibi *Butr. num.* 2. vbi etiam ponit quæstionẽ, an possint vigore illius verbi (*alijs*) fœminæ conueniri; ita refert *Marches. de Commiss. p.* 1. *pag.* 201. *num.* 70. *& 71. in vlt. impress.* 1 2

Operatur hæc clausula, vt possit deduci omne ius, imò quod per illam censeatur esse deductum. Sed tamen id limitatem non procedere, quando constat de aliqua restrictione, scilicet in prosecutione causæ actorem se restrinxisse ad aliquod ius particulare, vt euenit *in causa Legionen. præstimoniarum allegata in causa Mediolanen. Capellaniæ de Valdaino* 3. *Iulij* 1595. *coram Card. Pamphilio.* 3

Maiora autem expressis non comprehendit, nec grauia, *glos. verb. rebus alijs, in cap. præsentibus* 2. *de testib. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 3. *sub num.* 40. vbi asserit, hanc clausulam non comprehendere personas Illustres, & qualificatas, de quo etiam *Mandos. in Commiss. super causis beneficialibus, verb. omnésque alios, &c. vers. quæro secundò.* 4

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Princeps potest remouere suspicionem, & committere causam, ea remota, quæ intelligi debet de recusatione propter friuolam suspicionem, non autem grauem, & iustam.*

3 *Suspicio quæcumque quando per Principem*

remota

remota eſt, tunc cenſeretur remouiſſe etiam non friuolam.

4 *Cauſa ſi eſſet commiſſa alicui Cardinali cum clauſula,* Recuſatione remota, *an aliquo caſu poſsit recuſari, oſtenditur.*

5 *Inferior à Principe non poteſt alicui Iudici cauſam committere cum clauſula,* Recuſatione remota.

6 *Iudici ſuſpecto nunquam Princeps præſumitur ex certa ſcientia cauſam committere.*

7 *Princeps committendo cauſam cum clauſula,* Recuſatione remota, *inualidè agit, quando inimicitia cauſam dederit recuſationi.*

8 *Princeps ſuperior non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis alicui Iudici ſuſpecto committere cauſam cum clauſula,* Recuſatione remota.

9 *Princeps quando ex aliqua iuſta cauſa moueretur ad committendum cauſam cum clauſula,* Recuſatione remota, *Iudici ſuſpecto tunc poterit committere.*

10 *Cauſa, qua motus Princeps poteſt cauſam committere ſuſpecto Iudici cum clauſula,* Recuſatione remota, *quæ ſit oſtenditur.*

11 *Papa ſemper præſumitur motus ex rationabili cauſa.*

12 *Clauſula,* Recuſatione remota, *ſi fuerit appoſita in vna parte reſcripti delegationis ad plures cauſas, an extendatur ad omnes? remiſsiuè.*

13 *Exceptiones omnes nullitatis ſi remoueantur ſtatuto, vel partium conuentione, an remota cenſeatur declaratoria fori incompetentis, oſtenditur.*

14 *Iudicium à principio non ſubſiſtit data fori incompetentia.*

Recuſatione remota.

CLAVSVLA CXXXI.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Celſ. Vgoni. in tract. clauſ. pag.* 488. *col.* 1. *Rebuff. tom.* 3. *ad leges Gallie, tit. de recuſ. in præfat. num.* 9. *cum ſeqq. Perez l.* 1. *verſ. eſt dubium, vtrum cauſa, tit.* 5. *lib.* 3. *Ordinamen. Sigiſmund. Scacc. de appell. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 118. *cum ſeqq. Iacob. Laurent. de Iud. ſuſpect. cap.* 2. Iatè *Farinac. fragment. crim. part.* 2. *verbo Iudex, n.* 954. *cum multis ſeqq. Laurent. de Peirinis de Relig. ſubdito, & Prælato, tom.* 1. *quæſt.* 1. *de obedient. cap.* 19. *in princ.*

2 Princeps poteſt remouere ſuſpicionem, & committere cauſam ea remota, ſeu prohibita recuſatione in ipſa delegatione, vt tradunt *gloſſ. verbo recuſare, in princip. in l. apertiſſimi. C. de iudic.* recepta communiter ibi, & alibi, vt per *Dec. in cap. ad hæc, num.* 7. *de reſcript. & in cap. cùm inter, num.* 12. *in fin. de except. Franch. in rub. num.* 27. *de appellat.* Intellige de recuſatione propter friuolam ſuſpicionem, non autem grauem, & iuſtam, vt ſentiunt *Domin. in cap. Iudex* 5. *num.* 13. *de off. deleg.* 2. *Speculat. in tit. de recuſat.* §. 1. *num.* 5. *verſ. vel dic. Prob. ad Monach. num.* 2. *à num.* 3. *in cap. poſtremo, de appellat. Rebuff. d. tit. de recuſ. in præfat. quæſt.* 3. *num.* 9. *Muſyng. centur.* 3. *obſeruat.* 63. *ad finem, Gail. lib.* 1. *obſeruat.* 33. *num.* 5. *Perez ad l.* 1. *ad fin. verſ. eſt dubium, verùm cauſa, tit.* 5. *lib.* 3. *Ordinamen. Lancell. de attentat. in præfat. num.* 67. *& part.* 2. *cap.* 6. *num.* 33. *Rebuff. tom.* 3. *ad leges Gallie, tit. de recuſat. in præfat. à num.* 9. *Azeued. ad l.* 1. *num.* 2. *tit.* 16. *lib.* 4. *noua Recopil. Petr. Anton. de Petra in tract. de abſoluta Principis poteſt. cap.* 6. *num.* 35. *Morl. in emptor. Iuris, part.* 1. *tit.* 2. *in prælud. n.* 186. *cum ſeq. Carraſc. in explicat. ad aliquas leges Recopil. cap.* 9. *num.* 340. *Melchior Phaboſ. Luſitan. deciſ.* 77. *num.* 7. *cum ſeqq. Scacc. d. quæſt.* 16. *lim.* 1. *num.* 120. vbi tamen limitat, niſi à Principe fuiſſet remota 3 quæcumque ſuſpicio, quia tunc cenſeretur remouiſſe etiam non friuolam; ita *Iacob. Laur. d. cap.* 2. *num.* 19. *verſ. in genere.* Sed *num.* 21. ſic prædictam concluſionem ampliat, etiam quod Papa vſus fuiſſet verbis generalibus, & vniuerſalibus, putà dicendo, *omni & quacumque appellatione remota*, nam & tunc non cenſetur voluiſſe remouere niſi friuolam recuſationem, non autem grauem, & iuſtam; & *num.* 23. *in fin.* ampliat, licèt cauſa commiſſa eſ- 4 ſet alicui Cardinali cum hac clauſul[illegible]uia etiam tunc poſſet vt ſuſpectus recuſari, ſi tal[illegible] reperiretur ob manifeſtam inimicitiam, aliamve ſimilem cauſam.

Inferior à Principe non poteſt alicui Iudici cau- 5 ſam committere cum hac clauſula, *Recuſatione remota*, vt per *Franc. in cap. poſtremò, de appellat. num.* 5. *ante fin. verſ. hæc procedunt*, vbi omnes ſcribentes, *Seraph. in tract. de Priuileg. iuram. priuileg.* 7. *n.* 1. *verſ. illud autem certum eſt*, & *Scacc. d. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 25. *cum ſeq. Anchar. Regien. quæſt.* 43. *num.* 12. *&* 13. *p.* 1. *Iacob. Laur. d. cap.* 2. *num.* 25.

Iudici ſuſpecto nunquam Princeps præſumitur 6 ex certa ſcientia cauſam committere, *cap. cùm inter, de exception. Prob. ad Monach. in cap. Iudex, num.* 2. *ad fin. de offic. deleg. lib.* 6. *Scacc. d. lim.* 1. *num.* 119. *&* 122. *Iacob. Laur. d. cap.* 2. *num.* 19. ac proinde ſi 7 committat cum hac clauſula, inualidè agit, quando inimicitia cauſam dederit recuſationi; ita *Franc. in d. cap. poſtremò, litt. B. per text. in Clem. paſtoralis*, ibi, *notorium quoque, de re iudicata, Dec. in d. cap. cùm inter, num.* 12. *&* 13. *de except. & conſ.* 174. *num.* 3. *poſt princ.* nec diſſentire videtur *Iacob. Laur. d. cap.* 2. *num.* 16. vbi multis rationibus contendit, quod 8 Princeps ſuperiorem non habens, pr[illegible] eſt Papa, & Imperator, non poteſt etiam de plenitudine poteſtatis alicui Iudici ſuſpecto committere cauſam cum clauſula, *Recuſatione remota.*

Quando verò Princeps moueretur ad ſic com- 9 mittendum ex aliqua iuſta cauſa, credo tunc poſſe committere Iudici ſuſpecto cauſam cum hac noſtra clauſula, ſecus ſine cauſa, ſecundùm *Alex. de Næuo in cap. cùm inter, num.* 21. *& ſeq. de except.* vbi relatis contrariis Doctorum ſententiis, cum hac reſidet diſtinctione. Cauſam autem tunc exempli- 10 ficat, quando committit perſonæ, de cuius ſcientia, & legalitate adeò confidit, vt rectè iudicaturus ſit, non obſtante quacumque ſuſpicione; & ſubdit ampliùs, quod in dubio in Principe committente cauſam ſuſpecto Iudici, præſumatur prædicta cauſa, *Sigiſmund. Scacc. d. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 121. vbi amplius dicit, quod quando Princeps remouet ex iuſta cauſa ſuſpicionis exceptionem, tunc cenſetur remouiſſe etiam ſuſpicionem non friuolam, ſubdens poſtea; Sed quis dicet Principi quod 11 facit ſine cauſa? Papa enim ſemper præſumitur motus ex cauſa rationabili, *Abb. in cap. cùm veniſſent, ſub num.* 8. *de Iudic. Rot. in Aſſiſtien. Canoni-*

catus 15. Iulij 1595. coram Iusto, impressa per Marches. p. 2. pag. 221. in vlt. impress.

12 Vtrùm autem si clausula hæc, *Recusatione remota*, fuerit apposita in vna parte rescripti delegationis ad plures causas, extendatur ad omnes? vide Petr. de Bellapertic. in l. apertissimi, C. de Iudic. col. 2. post med. vers. pone, Iudex est delegatus ad plures causas, vbi distinguit, an causa prædicta fuerit apposita in principio, vel in medio, vel in fine commissionis, & alia ad hanc materiam pertinentia bene declarat.

13 Vtrùm autem si lege, statuto, vel partium conuentione, remoueantur omnes exceptiones nullitatis, remota censeatur declinatoria fori incompetentis, quæstio est dubia, in qua licèt gloss. verbo pendere, in Clement. 1. de iudic. Cardin. Imol. Bonif. Corset. & Barbat. quos refert Cou. pract. cap. 25. n. 4. existimauerint remotam quoque censeri declinatoriam fori incompetentis, saltem in terminis dict. Clement. 1. vt non obstante exceptione nullitatis, quæ oritur ex defectu Iurisdictionis, tres sententiæ conformes mandentur executioni; nihilominus contrarium, imò potiùs tunc remotam censeri declinatoriam fori incompetentis, defendunt gloss. vltim. in hoc celebris, in Clem. vnic. de sequest. possess. recepta per omnes ibi, Felin. in rubr. de foro compet. num. 2. & in cap. ex parte 2. num. 16. de officio deleg. Ias. num. 2. Rip. num. 23. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Abb. in cap. item cùm quis, num. 6. de restit. spol. Dec. cons. 8. num. 7. & cons. 38. num. 7. Perez l. 4. gloss. 1. vers. exceptio, tit. 4. lib. 3. Ordinam. & l. 2. vers. secundò limitatur, tit. 15. lib. 3. etiam Ordin. Vant. de nullitat. tit. quis possit dicere de nullitate, num. 37. & tit. de nullit. ex defectu Iurisdict. num. 4. referunt plures, quos sequuntur Couar. d. cap. 25. num. 4. Aniles ad cap. 10. Prætorum, in gloss. verbo execucion, num. 63. Padil. in l. 1. num. 32. C. de Iuris & facti ignor. Gabr. lib. commun. tit. de statutis, concl. 3. Menoch. remed. 5. recuper. num. 13. Valasc. cons. 65. in princip. & in praxi partition. cap. 39. num. 2. Cabed. Lusit. decis. 48. part. 1. (qui tamen in praxi testatur contrarium fuisse iudicatum in exceptione incompetentiæ contra tres sententias conformes,) refert nonnullos Surd. cons. 99. num. vlt. multo plures, vt per Guttier. practic. lib. 1. quæst. 96. à num. 8.

14 Pro quibus expenditur, quod data fori incompetentia iudicium à principio non subsistit, l. 1. & per totum. C. si à non compet. cap. at si 5. in princip. de iudic. cum aliis, & consequenter non proponitur à principio aliquid quod exequendum sit, vt patet, iunctâ reg. l. non dubium 5. C. de legib. reg. non præstat, lib. 6. magis in specie l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. scire oportet 15. §. vltim. ff. de excus. tutor. Cùm ergo exceptio fori incompetentis concludat iudicium à principio nullum, defecisseque statim in initio illius fundamentum propter defectum personæ Iudicis incompetentis, fit consequens, quod quamuis aliqua dispositio exceptiones nullitatis prorsus reiiciat, non tamen censetur reiecisse declinatoriam fori incompetentis. Declaratur hæc ratio, quia talis exceptio concludit nullitatem valde magnam, vt Doctores loquuntur, Valasc. d. cap. 39. num. 2. vbi ex aliis affirmat, propter illius magnitudinem impediri executionem trium sententiarum conformium, d. gloss. vltim. iuncta Clem. 1. de re iudic. vnde in generali prohibitione exceptionum non debet censeri comprehensa, arg. l. obligatione generali 5. ff. de pignoribus, cap. vlt. de officio Vicarij in 6. Facit etiam, quod si statuto cauetur, vt arbitrium mittatur executioni, non obstante quacumque exceptione, nihilominus admittetur exceptio, quæ concernit inhabilitatem personæ ipsius arbitri, veluti quia bannitus, excommunicatus, mulier, & alia id genus, Paul. in l. vlt. C. de receptis arbitris, refert plures casus in specie Aniles citato loco, n. 62.

SVMMARIVM.

1 *Satisfactionem integram requirit clausula*, Refectis expensis.

2 *Oblationem non admittit clausula*, Refectis expensis, *sed requirit veram, & actualem solutionem.*

3 *Formæ clausulæ*, Refectis expensis, *non satisfit per fideiussorem præstitum de illis reficiendis facta earum liquidatione.*

4 *Compensatio non admittitur in reficiendis expensis stante clausula*, Refectis expensis.

5 *Expensarum in refectione veniunt factæ in actibus & processibus, ac instantijs de partibus, dummodo fuerint factæ in eadem causa.*

6 *Expensæ factæ in iudicio attentatorum, veniunt stante clausula*, Refectis expensis.

7 *Expensæ factæ per reum in extractione instrumentorum veniunt stante clausula*, Refectis expensis.

8 *Expensæ non solùm factæ in Rota, sed etiam in Tribunalibus aliarum stantiarum, veniunt ex clausula*, Refectis expensis.

9 *Expensarum in taxatione non erit habenda ratio illarum, quæ factæ fuerunt in actibus nullis.*

10 *Clausula*, Refectis expensis, *non apponitur in commissione, si ex vtraque parte nullitas adesset, & sanatio peteretur.*

11 *Clausula*, Refectis expensis, *non censetur adimpleta, ex quo datur cedula Bancharia pro refectione expensarum.*

12 *Conditionalis est clausula*, Refectis expensis, *propter naturam stationi absoluti.*

13 *Testes nulliter examinantur ex defectu Iurisdictionis ante refectionem expensarum stante clausula*, Refectis expensis.

14 *Paupertas quando adest, tunc S. D. N. gratia datur commissio cum clausula*, Reseruatis expensis in fine litis constito de paupertate.

15 *Paupertatis fumus quando non datur, non solet commissio dari sine clausula*, Refectis expensis.

16 *Clausula*, Refectis expensis, *in vna commissione apposita, censetur in omnibus alijs repetita.*

Refe

Refectis expenſis.

CLAVSVLA CXXXII.

1 HÆc clauſula requirit integram ſatisfactionem, vt fuit dictum *in Pampilonen. beneficij de Sos 28. Ianuarij 1577. coram Card. Blanchetto*, impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. p. 1. pag. 432. num. 5.* & ideo non
2 admittit oblationem, ſed requirit veram, & actualem ſolutionem in manibus collitigantis, nec ſufficit verum, & actuale depoſitum, *Put. deciſ. 159. in fin. aliàs 114. in correct. lib. 1. Mart. de clauſul. p. 1. clauſ. 144. num. 1. in vlt. impreſſ.* & fuit dictum *in Romana legitimæ 16. Martij 1562. coram Robuſterio*, & *in alia Romana domorum, ſeu ſpolij de Pinis 19. Ianuarij 1611. coram Gregorio XV. inter eius deciſ. impreſſas deciſ. 492. num. 9.* quæ etiam reperitur impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. p. 2. pag. 225. in vlt. impreſſ.* Nec for-
3 mæ huius clauſulæ ſatisfit per fideiuſſorem præſtitum de illis reficiendis facta earum liquidatione, *Neguſ. de pignor. in 4. membro 5. partis principalis, num. 10. verſ. tertia concluſio, Alexan. Rauden. Piſana deciſione 16.*

4 Amplia, vt nec pro eis admittatur compenſatio, *cap. fin. in fine, de reſcript. Put. deciſ. 123. lib. 1.* & fuit dictum *in Ciuitatis Caſtelli fructuum, & expenſarum 8. Iunij 1592. coram Giptio.*

5 In refectione harum expenſarum veniunt factæ in actibus, & proceſſibus, ac inſtantiis de partibus, dummodo fuerint factæ in eadem cauſa, *Rot. deciſ. 42. de ſent. & re iud. in antiq.* & fuit dictum *in Burgen. Iuriſdictionis 6. Februarij 1604. coram Reuerendiſ. D. Decano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 68. p. 1. recent.*

6 Veniunt etiam expenſæ factæ in iudicio attentatorum, & circa ea, nam illæ in primis, & ante omnia refici debent, vnà cum damnis, & intereſſe, *Port. Imol. conſ. 66. num. 24. Lancellott. de attent. par. 3. cap. 31. ſub tit. de pœn. attent. num. 164. & ſeq.* & fuit dictum *in Anconitana computorum 19. Iunij 1592. coram Penia.*

7 Item veniunt expenſæ factæ per reum in extractione inſtrumentorum per eum productorum ad ſe defendendum; licèt ſine illis obtinere potuiſſet, dummodo ad cauſam aliquo modo faciant, vt fuit tentum *in Valentina emolumentorum, ſeu expenſarum 15. Decembris 1595. coram Card. Pamphilio.*

8 Item veniunt non ſolùm expenſæ factæ in Rota, ſed etiam in aliis Tribunalibus aliarum ſtantiarum, *Felin. in cap. ſignificauerunt, num. 6. de except. Corſett. in repert. Felini verba Iudex*, & fuit dictum *in Romana vineæ 25. Iunij 1593. coram Litta.*

9 In taxatione harum expenſarum non erit habenda ratio illarum, quæ factæ fuerunt in actibus nullis, *ad cap. finem litibus*, cum ibidem notatis per *gloſ. de dolo, & contum. Afflict. deciſ. 70. num. 3.* Liquidatio autem harum expenſarum ſit illis probationibus, quæ haberi poſſunt, *Federic. de Sen. conſ. 519. num. 4.* & fuit dictum *in Salmantina cenſuarum, ſeu liquidationis fructuum 24. Ianuarij 1611. coram Card. Marquemontio.*

10 Si ex vtraque parte nullitas adeſſet, & ſanatio peteretur, tunc ſi contingat dari commiſſionem, nõ apponitur hæc clauſula, *Bellam. deciſ. 33. & 359. Rota deciſ. 321. num. 1. p. 1. diuerſ. Marchef. de Commiſſ. p. 3. pag. 164. num. 21.* vbi *num. 13.* ſubdit quare hæc clauſula apponatur in commiſſione ſanatoria nullitatum, ex vna tantùm parte prouenientium.

11 Vtrùm autem hæc clauſula adimpleta dicatur, ex quo datur cedula Bancharia pro refectione expenſarum? Reſpondet negatiuè *Marchef. de Commiſſ. p. 3. pag. 408. num. 116. in vlt. impreſſ.* ex ea ratione, quia hæc clauſula requirit totalem, & effectualem expenſarum refectionem, & non chirographum, quia promittere non eſt ſoluere, vt in ſpecie de proceſſu Auditoris Cameræ loquitur *Pariſ. conſ. 106. num. 2. vol. 4.* quod declarauerunt, quando expenſæ non ſunt liquidæ; nam tunc ſufficit depoſitum, vel talis obligatio ſoluendi, facta ſtatim liquidatione, vt dicit *Alex. in l. 4. §. ait prator, num. 2.* & ibi Doctores *ff. de re iud. Capol. cautela 51.* aliàs ſequeretur, quod ſemper illas non liquidare eſſet repoſitum in partis arbitrio, & altera pars, quæ expenſas reficere tenetur, ſtantibus præmiſſis agere non valeret, *Alex. conſ. 49. num. 5. lib. 4. Socin. conſ. 62. num. 7. lib. 1. Put. deciſ. 471. aliàs deciſ. 461. in correct. lib. 2.* ſecus autem ſi eſſent liquidæ, vel de facili liquidandæ, vt eſt *deciſio Verall. 138. p. 1.*

Hæc clauſula propter naturam ablatiui abſoluti 12
eſt conditionalis, vt reſoluit *Marta d. clauſ. 144. n. 2.* & dictum fuit *in Romana reſciſſionis contractus 30. Octobris 1602. coram Cardinale Pamphilio*, impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. p. 3. pag. 20. & in eadem coram eodem 30. Decembris 1612.* impreſſa per eundem *Marchef. d. p. 3. pag. 103.* Vnde illis non refectis, 13
nulliter teſtes examinari ex defectu Iuriſdictionis, aſſerunt *Caputaq. deciſ. 150. p. 1. Put. deciſ. 429. aliàs 419. in correct. lib. 1.* & fuit dictum *in dicta Romana reſciſſionis contractus.*

Quando paupertas adeſt, tunc ex S. D. N. gratia 14
datur commiſſio cum clauſula, *Reſeruatis expenſis in fine litis conſtito de paupertate*, de qua priùs debet præcedere verificatio, quia fuit conditionaliter appoſita dict. (*conſtito*) vt dixi in clauſula, *Conſtito de paupertate*; & quando de paupertate fumus ſaltem non 15
datur, non ſolet commiſſio dari ſine huiuſmodi clauſula, vt aduertit *Veſtr. in praxi, lib. 8. cap. 1. num. 8.* & ex illo refert *Marchef. d. p. 3. pag. 164. num. 20. in vlt. impreſſ.*

In vna commiſſione appoſita, cenſetur in omni- 16
bus aliis repetita, iuxta *deciſ. Ægidij 41. Caſſad. deciſ. 8. num. 5. de reſcript. Mart. d. clauſ. 144. num. 5.* vbi *num. 3.* ex *Caputaq. deciſ. 125. num. 2. p. 3.* limitat ſupradicta procedere, quando pars in cuius fauorem eſt appoſita, illa vti velit, ſecus ſi illi renuntiet expreſsè, vel tacitè, non vtendo, quia tunc non obſtat.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vī, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Exceptionibus omnibus faciendis in fauorem renuntiantis, vt renuntiatum cenſeatur, operatur clauſula*, Renuntians, &c.

3 *Beneficio cuilibet ſpeciali fauore introducta cenſetur renuntiatum per clauſulam*, Renuntians omni legum auxilio.

4 *Velleiani beneficium competens mulieri tollitur per clauſulam*, Renuntians, &c. *maximè quando obligat ſe pro tutela.*

5 *Velleiani priuilegio mulier gaudere poteſt, etiamſi ei renuntiet in iudicio.*

6 *Moræ purgationi incurſæ ob non ſolutionem canonis, cenſetur renuntiatum per clauſulam*, Renuntians, &c.

7 *Executionis beneficio renuntiatum cenſetur*

per clausulam, Renuntians, &c.

8 *Beneficio ne quis conueniatur vltra quàm fa-re potest, censetur renuntiatum per clau-sulam*, Renuntians, &c.

9 *Renuntiatum censetur per clausulam*, Renũ-tians, &c. *beneficio* l. plerique. ff. de in ius vocando, & l. vnicæ. §. taceat. C. de rei vxor. act.

10 *Emphyteuta, vel conductor, vt non possit pe-tere remissionem pensionis propter bellum, vel aliam similem causam, operatur clau-sula*, Renuntians, &c.

11 *Mercedis remissio non fit propter casum superuenientem, quando conductor re-nuntiauit casibus fortuitis.*

12 *Renuntiatio casuum non comprehendit nimis insolitum.*

13 *Inuentarij beneficio censetur renunciatum per clausulam*, Renuntians, &c.

14 *Diuisionis beneficio censetur renuntiatum per clausulam*, Renuntians, &c.

15 *Simulationis exceptioni censetur renuntia-tum per clausulam*, Renuntians, &c.

16 *Beneficio non incarcerandi censetur renun-tiatum per clausulam*, Renuntians, &c.

17 *Dispositioni* l. si vnquam. C. de reuocand. donat. *non censetur renuntiatum per clausulam*, Renuntians, &c.

18 *Beneficio* d. l. si vnquam, *potest expressè renuntiari.*

19 *Beneficio* l. 2. C. de rescind. vend. *non cen-setur renuntiatum per clausulam*, Re-nuntians, &c.

20 *Renuntiari etiam expressè non potest reme-dio* l. 2. C. de rescind. vend.

21 *Condictio indebiti non censetur sublata per clausulam*, Renuntians, &c.

Renuntians omni legum auxilio.

CLAVSVLA CXXXIII.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide latè *Vi-tal. de Camban. in tract. clauſ. pag. 236. cum multis seqq. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 130. aliàs 136. in vlt. impreſſ. Bertaz. de clauſ. inſtrum. clauſ. 40. gloſ. 6. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 1. collect. 80.*

2 Operatur hæc clusula, vt censeatur renuntiatum omnibus exceptionibus faciendis in fauorem re-nuntiantis; ita *Aret. conſ. 104. num. 9. Hippol. in rubr. de fideiuſſ. num. 25. Roman. conſ. 151. verſ. 1. cùm renun-tiauerit*, & alij citati à *Marta d. clauſ. 136. num. 1. &*

3 sic cuilibet beneficio speciali fauore introducto, *Aret. conſ. 104. num. 9. verſ. 2. hoc probatur, Curt. Iun. conſ. 18. num. 4. verſ. confirmatur, Marta vbi ſup. nu. 17.* non solùm si beneficium competat de Iure commu-ni, sed etiam de Iure municipali, *Hippol. in rubr. de fideiuſſ. num. 25. Ruin. conſ. 51. num. 21. lib. 1. Rol. conſ. 13. num. 9. Rimin. Iun. conſ. 587. num. 28. & ſeq. Mart. d. loco, num. 18. Bertazol. d. gloſ. 6. num. 7.*

4 Per hanc igitur clausulam tollitur beneficium Velleiani competens mulieri, maximè quando obli-gat se pro tutela; ita *Bart. num. 12. & Bald. num. 3. in authent. matri, & auiæ. C. quando mulier tutela officio fungi poteſt, Socin. in l. plerique, 7. queſt. num. 40. & in conſ. 180. col. 3. num. 2. vol. 2. Tiraq. in l. ſi vnquam, in præfat. num. 121.* plures per *Mart. d. clauſ. 136. num.*

5 *3. Bertazol. d. gloſ. 6. num. 3.* aliàs enim Velleiani priuilegio mulierem gaudere posse, etiamsi ei re-nuntiet in iudicio, tenent *Couar. in cap. quamuis. p. 2. §. 3. num. 5. verſ. 7. Gregor. l 3. verb. renuntiando, tit. 12. par. 5. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 13. nu. 17. Card. Tuſch. tom. 1. litt. C. conci. 302. num. 36. Guttier. de iu-ram. confirm. p. 1, cap. 20. num. 7. Gama Luſitan. deciſ. 121. Fachin. lib. 8. controu. cap. 19. Surd. conſ. 367. num. 2. Valentin. Franc. in tract. de fideiuſſ. cap. 2. num. 188. Anton. Hering. eodem tract. cap. 7. num. 512. Ceual. com. contra comm. q. 515. num. 1. Bernar. Græu. ad pract. Camera Imperial. lib. 2. concluſ. 77. Molin. de Iuſt. tract. 2. diſput. 540. verſ. dubitant, Rebell. de oblig. Iuſtitia. p. 2. lib. 16. q. vnic. de fideiuſſoribus, num. 10. Valer. Reginal. in praxi fori pœnitentialis, lib. 25. num. 220. verſ. ter-tium.*

Item censetur renuntiatum per hanc clausulam 6 purgationi moræ incursæ ob non solutionem ca-nonis, vt per *Cephal. conſ. 25. num. 33. & 38. lib. 1. Go-zad. conſ. 57. num. 19. Roland. de lucro dotis, q. 42. num. 22. & conſ. 13. num. 9. Put. deciſ. 465. num. 2. lib. 2. Cor-bul. de iure emphyteut. tit. de cauſis priuationis ob non ſo-lutum canonem, limit. 41. à num. 2. Mart. d. clauſ. 136. num. 4. Amic. de iure emphyt. q. 28. num. 9.* quicquid dicant *Afflict. deciſ. 174. num. 4. & Card. Tuſch. tom. 3. concluſ. 193. num. 33.*

Item per hanc clausulam censetur renuntiatum 7 beneficio executionis, quia generali renuntiatione amittitur; ita *gloſ. verb. fideiuſſorem, & verb. accedat, in auth. de fideiuſſor. in princ. collat. 1. Vital. de Camban. vbi ſup. pag. 384. Duen. reg. 335. Hippol. in rubr. de fide-iuſſor. num. 8. Anton. Gom. d. cap. 13. num. 11. verſ. quod primo, Bertazol. d. gloſ. 6. num. 1. & clauſ. 41. gloſ. 7. num. 1. Thoming. Rotæ Lipſienſis deciſ. 1. Guttier. d. p. 1. cap. 28. num. 21. Matthias Coler. de proceſſ. execut. p. 1. cap. 10. num. 394. Caroc. de executione, p. 2. q. 17. num. 50. Anton. Faber in ſuo C. de fideiuſſ. diffin. 31. Mart. d clauſ. 136. num. 10. Molin. d. tract. 2. diſput. 545. verſ. fideiuſ-ſoribus, Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 16. tit. 18. à principio.*

Item censetur renuntiatum beneficio, ne quis 8 conueniatur nisi in quantum facere potest, *Corn. conſ. 128. num. 3. lib. 3. Gozad. conſ. 69. num. 20. & conſ. 88. num. 19. Tiraq. d. num. 121. verſ. denique, Mart. d. clauſ. 136, num. 5. Rot. deciſ. 485. num. 1. & 2. p. 2. re-cent. Bertazol. d. gloſ. 6. num. 4.* vbi subdit, quod cen- 9 setur renuntiatum omnibus exceptionibus in fauo-rem renuntiantis faciendis, & beneficio *l. plerique. ff. de in ius vocando*, & vt quis capi non possit in domo ex beneficio *l. vnicæ. §. taceat. C. de rei vxoriæ act.* con-cesso mulieri, ne sibi dos perimatur, & dispositio-ni *l. de his. ff. de tranſaction.*

Operatur etiam, vt conductor, vel emphyteuta 10 non possit petere remissionem pensionis propter bellum, vel aliam similem causam, *Gozad. conſ. 87. n. 13. & conſ. 54. num. 9. Capol. caut. 48. Valaſc. de iure em-phyt. q. 27. num. 19. Capuc. deciſ. 87. num. 10. Roland. conſ. 13. num. 8. Mart. d. clauſ. 136. num. 6.*

Remissio mercedis non fit propter casum super- 11 uenientem, quando conductor renuntiauit casibus fortuitis, quibus non obstantibus se ad integram pensionis solutionem obligare poterat, ita *Anton. Gom. tom. 2. var. cap. 3. num. 19. Pinel. in lib. 2. C. de re-ſcind. vend. p. 1. cap. 5. num. 26.* vbi dicit, sat esse re-nuntiare generice omni legum auxilio, vel casibus fortuitis, nullum in specie exprimendo, *Valasc. d. q. 27. num. 14. verſ. 2. Mandel. conſ. 1. à num. 10. Gama, &*

ibi

ibi Flores deciſ. 252. Menoch. vſufrequentium cap. 54. num. 6. Guttier. de iuram. confirm p. 1. cap. 24. num. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 80. Molin. diſput. 495. verſ. 5. Azor. inſtit. moral. part. 3. lib. 6. cap. 8. Morl. in emporio Iuris, p. 1. tit. 10. quæſt. 1. num. 19. Caſtil. quotidianarum quæſt. lib. 3. cap. 3. num. 48.

12 Renuntiatio caſuum non comprehendit nimis inſolitum, *Syluan. conſ. 60. incip. Conſiderato, num. 12. & conſ. 61. n. 1. Pinel. d. cap. 3. num. 29. Ioſeph. Ludou. tom. 3. comm. opin. tit. de iure emphyt. concluſ. 1. pag. mihi 467. Azeuedo l. 2. num. 9. cum ſeqq. tit. 9. lib. 9. noua Recopil. Ceual. comm. contra communes, quæſt. 57. num. 10. & quæſt. 702. num. 1. & 2. Caroc. de locato, p. 4. de caſibus, quæſt. 8. num. 6. Molin. diſput. 495. verſ. dubium eſt, Card. Mant. de tacitis, & ambig. conuent. lib. 5. tit. 8. num. 3. & 8. Caſtil. d. cap. 3. n. 80. cum ſeqq.*

13 Item cenſetur renuntiatum beneficio inuentarij, *Corn. conſ. 31. num. 13. lib. 3. Gozad. conſ. 53. num. 9. & conſ. 69. num. 20. in fin. Mart. de clauſ. 136. n. 8.*

14 Item cenſetur renuntiatum beneficio diuiſionis, *Guidop. deciſ. 367. num. 1. Roland. conſ. 13. num. 16. lib. 1. Mart. d. clauſ. 136. num. 12. Bertazol. d. gloſſ. 6. num. 1.*

15 Item cenſetur renuntiatum exceptioni ſimulationis, *Gozad. conſ. 69. n. 19. Rol. conſ. 13. n. 19. Mart. d. clauſ. 136. n. 14.*

16 Item cenſetur renuntiatum beneficio non incarcerandi, *Mateſilan. ſingul. 108. num. 2. Rol. conſ. 13. num. 18. Mart. d. clauſ. 136. num. 16. Bertazol. d. gloſſ. 6. num. 3.*

17 Non cenſetur tamen renuntiatum per hanc clauſulam diſpoſitioni *l. ſi vnquam. C. de reuocan. donat.* vt tradunt *Tiraq. ibi, in præfat. num. 122. & ſeq. & Rip. quæſt. 52. Pariſ. conſ. 73. num. 50. & ſeq. lib. 1. Gabr. conſ. 127. num. 39. lib. 1. Mart. d. clauſ. 136. num. 21. Ex-*

18 preſsè tamen illius beneficio poterit renuntiari, quæ renuntiatio operatur ſolùm, vt donatio in vita patris valida ſit, & ne poſſit à filiis reuocari, niſi poſt mortem patris, quatenus attingat ipſorum legitimas, de quo vide *Bernar. reg. 213. ampliat. 4. Clar. §. donatio, quæſt. 22. num. 4. Couar. in rubr. de teſtam. p. 1. §. 4. num. 3. Tiraq. in d. l. ſi vnquam, in princ. num. 88. Gregor. l. 8. verb. ni an ſperanza, tit. 4. partit. 5. Vital. de Camb. citato loco, pag. 445. Gabr. comm. tit. de donat. concluſ. 2. à num. 63. Ceual. comm. quæſt. 104. Rebell. de oblig. Iuſtitiæ, p. 2. lib. 18. quæſt. 10. num. 2.*

19 Nec cenſetur renuntiatum beneficio *l. 2. C. de reſcind. vend. Tiraq. in d. præfat. num. 127. Alex. conſ. 42. num. 5. lib. 1. Mart. d. clauſ. 136. n. 25. Bertazol. d. gloſſ. 6.*

20 *n. 6.* Illi enim nec expreſsè poteſt renuntiari, prout apud Luſitanos eſt diſpoſitum *in Ordinat. Regia, lib. 4. tit. 13. §. 9.* de quo vide *Gabr. comm. lib. 3. tit. de empt. concluſ. 1. num. 52. cum ſeqq. Mozz. de contract. tit. quibus caſibus annulletur emptio, à num. 20. Maſcard. de prob. concluſ. 1264. num. 31. Ceual. comm. contra com. quæſt. 511. Guttier. pract. lib. 2. quæſt. 140. Cald. Pereir. in l. ſi curatorem, verb. læſis, num. 2. Molin. d. tract. 2. diſput. 349. verſ. in Luſitania, Rebell. de oblig. Iuſt. p. 2. lib. 9. q. 3. ſect. 2. n. 9. verſ. cæterùm, Salas de contract. tract. de empt. dub. 27. num. 14.*

21 Nec etiam per hanc clauſulam cenſetur ſublata condictio indebiti, ex *Iaſ. in §. fuerat, n. 77. Inſtit. de act.* tradit *Mart. d. clauſ. 136. num. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Repetitæ quando cenſeantur clauſulæ in ſecunda commiſſione.*

2 *Qualitas vnius clauſulæ non cenſetur repetita in altera, quando clauſulæ ſunt ſeparatæ.*

3 *Diuerſitate ſtante, clauſula poſita in vna ſubſtitutione, non cenſetur repetita in altera, quarum ſingulæ habent orationem ſeparatam.*

4 *Clauſula vnius capituli non cenſetur repetita in altero, quando capitula habent ſuas ſpeciales determinationes.*

Repetita.

CLAVSVLA CXXXIV.

CLauſulæ quando cenſeantur repetitæ in ſecunda commiſſione, vide *Mart. de clauſ. p. 4. clauſ. 11. Ceual. commum. contra comm. q. 905.* 1

Qualitas vnius clauſulæ non cenſetur repetita in altera, quando clauſulæ ſunt ſeparatæ, *Menoch. conſ. 111. num. 25. & conſ. 171. num. 22. & conſ. 415. n. 6. Mart. d. p. 4. clauſ. 15. num. 5.* 2

Stante diuerſitate, clauſula poſita in vna ſubſtitutione, non cenſetur repetita in altera, quarum ſingulæ habent orationem ſeparatam, *Menoch. conſ. 124. n. 73. Mart. d. clauſ. 25. n. 5.* 3

Clauſula vnius capituli non cenſetur repetita in altero, quando capitula habent ſuas ſpeciales determinationes, & clauſulas, tunc enim quæ poſita eſt in vno capitulo, non refertur ad aliud, *Boër. deciſ. 146. num. 5. Gozad. conſ. 2. num. 30. Soci. Iun. conſ. 88. num. 32. Menoch. conſ. 130. num. 10. & ſeq. & conſ. 151. n. 43. Mart. d. clauſ. 25. n. 6.* 4

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Reſeruato beneplacito, *poſita in contractu alienationis rei prohibitæ alienari, operatur quod non incurratur pœna, nec perficiatur contractus ſine tali beneplacito.*

2 *Traditione rei alienatæ facta, cenſetur receſſum à proteſtatione facta cum clauſula*, Reſeruato beneplacito, *niſi addatur*, non aliàs, aliter, nec alio modo.

3 *Clauſula*, Reſeruato vſufructu, &c. *vbi tractetur, oſtenditur.*

4 *Clauſula*, Reſeruato iure partibus, *non diſponit, nec confert ius aliquod, ſed præſeruat, quod habent.*

Reſeruato beneplacito.

CLAVSVLA CXXXV.

CLauſula hæc poſita in contractu alienationis rei prohibitæ alienari, operatur quod non incurratur pœna, nec perficiatur contractus ſine tali beneplacito, ita *Guidop. deciſ. 163. & conſ. 58. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol. 372. num. 1. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 310.* vbi *num. 2.* poſt *Iaſ. in l. vlt. col. vlt. C. de iure emphyt. & Dec. conſ. 460. Rol. à Valle conſ. 51. lib. 2. Clar. §. feudum, quæſt. 31. n. 5.* 1

subdit, magis operari quando dicitur, *saluo beneplacito, & non alias, aliter, nec alio modo.*

2 Limita, nisi esset facta traditio rei alienatæ, quia tunc censetur recessum ab ipsa protestatione, quando solùm fuit dictum, *saluo, & reseruato beneplacito domini*, vel, *saluo iure domini*, ita post *Clarum* §. *emphyteusis, quæst.* 16. *num.* 5. *vers. item quæro, & in* §. *feudum, quæst.* 31. *num.* 5. *vers. item quæro*, concludit *Cardin. Tusch. d. concluſ.* 310. *num.* 3. vbi *num.* 4. id ipsum sublimitat, quando dictum esset, *saluo & reseruato beneplacito, vel iure domini, & non alias, aliter, nec alio modo:* nam tunc etiamsi esset sequuta traditio actualis, alienans, & non tradens minimè caderet in pœnam, nisi esset sequuta alienatio, & traditio personæ potentiori, à qua difficilis esset recuperatio, quia isto casu, quamuis adsint illa verba, *& non alias, &c.* nihilominus caderet.

3 De clausula, *Reseruato vsufructu dum viuit, & facultate disponendi de mille pro libito suo*, vide *Ioan. Baptistam Costam in tract. de clauſ. conuent. clauſ.* 46. quæ etiam reperitur impressa inter clausulas *Marta, p.* 1. *clauſ.* 349. *in vlt. impreſſ.*

4 Clausula, *Reseruato iure partibus*, sine alia specificatione, cùm sit generalis, non disponit, neque confert ius aliquod, sed si partes habent ius, de quo docere tenentur, illud est præseruatum, ita post *Alex. conſ.* 195. incip. *Perspectis, num.* 9. *vers. nec obstat prædicta, lib.* 6. tradit *Card. Tusch. pract. concluſ. tom.* 1. *litt. C. concl.* 334. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſum à Principe cum clauſula reſeruationis dominij, non refertur ad contenta, siue expreſſa in gratia, sed ad extrinſecum præiudicium.*

2 *Reſeruatio vniuerſalis dominij, & ſuperioritatis, ſemper cenſetur ineſſe in quacumque conceſſione.*

Reseruans dominium.

CLAVSVLA CXXXVI.

1 QVando aliquid conceditur à Principe cum clausula reseruationis dominij, hæc clausula non refertur ad contenta, siue expressa in gratia, sed ad extrinsecum præiudicium; ita *Rota decis.* 188. *n.* 4. *part.* 1. *diuers. Gom. super reg. Cancell. de non tollen. iure quæsito, quæst.* 1. *vers. postremò, Mart. de clauſ. p.* 2. *clauſ.* 65. *num.* 1.

2 Reseruatio vniuersalis dominij, & superioritatis, semper censetur inesse in quacumque concessione, vt tradunt *Oldrad. conſ.* 159. *num.* 6. *& n.* 19. *Rolan. conſ.* 1. *num.* 51. *in fin. vol.* 4. *& conſ.* 50. *num.* 59. *vers. similiter, & num.* 63. *etiam vers. similiter, vol.* 3. *Mart. d. clauſ.* 65. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Relationem habet clauſula*, Reseruans omne ius, &c. *ad alia quæ competere poſſunt.*

2 *Clauſula*, Reseruans omne ius, &c. *non ampliat, ſed conſeruat.*

3 *Inſolita, & inaudita non comprehendit clauſula*, Reseruans omne ius, &c.

4 *Donatio, seu ceſſio non iuuat, niſi conſtet de iure actoris.*

5 *Reseruans ante omnia debet docere de iure ſuo.*

Reseruans omne ius, &c.

CLAVSVLA CXXXVII.

SVb hac clausula non continetur id, quod in scri- 1
ptura expressum est; ad alia igitur quæ competere possunt, relationem habet, vt per *Barbat. conſ.* 1. *n.* 6. *vol.* 2. *Signarol. conſ.* 75. *col.* 8. *vers. venio ad decimum principale, Mart. de clauſ. p.* 1. *clauſ.* 239. *alias* 352. *in vlt. impreſſ.*

Non ampliat, sed conseruat, vt per *Stephan. Gra-* 2
tian. Marchia, decis. 60. *num.* 59. vbi *num.* 60. subdit, quod habet conditionem, si de iure competat, & *num.* 61. ait nihil nocere, si fuit erronea, & *num.* 55. resoluit operari, quod sint salua omnia iura.

Insolita, & inaudita non comprehendit, *Boër.* 3
decis. 243. *num.* 11. *vers. quod facit, Schrau. de feud. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 28. *Mart. d. clauſ.* 252. *n.* 2.

Cùm non sit inconueniens, vt nihili facienda sit 4
reseruatio, vbi ius reseruatum non competit, postquam habet subauditam conditionem, si competat ius reseruanti, *Cravet. conſ.* 127. *ad fin. & conſ.* 144. *num.* 15. *Natt. conſ.* 472. *num.* 24. quemadmodum nec iuuat donatio, nec cessio, nisi constet de iure actoris, *Alex. conſ.* 56. *vol.* 7. *Natt. conſ.* 38. *vol.* 1. *Honded. conſ.* 38. *n.* 56. *vol.* 1. Idcirco ante omnia reseruans de- 5
bet docere de iure suo, alias perperam diffugit ad reseruationem, cuius præcipuum est nihil de nouo dare, nec ampliare, sed potiùs conseruare, si quod est, tametsi actus esset iuratus, *Cravet. d. conſ.* 144. *num.* 16. *Aldov. conſ.* 110. *n.* 13. & 14.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Nepos vt excludatur à patruo, operatur clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c. *inter plures adinuicem inſtitutos & vocatos.*

3 *Clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c. *æquiparatur, ſi teſtator proximiores vocauerit.*

4 *Filius ne patrem repræſentet, vel in eius locum ſuccedat, operatur clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c.

5 *Clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c. *in teſtamento appoſita, intelligitur de eadem linea ac ſtipite, & inter deſcendentes ab ea, non autem de alia.*

6 *Clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c. *operatur quod non omnes vocati collectiuè admittantur, ſed proximiores in gradu.*

7 *Clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c. *referri debet ad eos vocatos, quibus proximè reperitur appoſita.*

8 *Clauſula*, Salua gradus prærogatiua, &c.

&

& alia, In ſtirpes, *ſe inuicem non compatiuntur, ac ſimul ſtare non poſſunt.*

Salua gradus prærogatiua, &c.

CLAVSVLA CXXXVIII.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 131. alias 147. in vlt. impreſſ. & p. 3. clauſ. 74.* latè *Tiber. Decian. conſ. 10. num. 65. & ſeq. lib. 3. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. collect. 1196. Hond. conſ. 60. num. 78. cum ſeqq. tom. 1. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 335.*

2 Hæc clauſula inter plures ad inuicem inſtitutos & vocatos, operatur quod nepos excludatur à patruo, quia licèt ſint pares in ſucceſſione de Iure communi, tamen frater habet prærogatiuam gradus, vt ſit proximior fratri, quàm nepos, & ideo ſtante hac clauſula, non intrat in gradum patris, vt per *Dec. conſ. 1. col. penult. & conſ. 408. col. fin. verſ. tertia concluſio, Pariſ. conſ. 40. num. 25. & ſeq. lib. 2. & conſ. 30. num. 55. & conſ. 37. num. 69. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 154. col. 3. in fin. verſ. tertio moueor, Crau. conſ. 67. col. 2. verſ. tamen loquuntur, Gozad. conſ. 4. col. penult. verſ. præterea, Gram. deciſ. 1. num. 2. & 5. Honded. conſ. 60. num. 79. tom. 1. Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ. 335. Menoch. conſ. 10. num. 64. & conſ. 357. num. 30. Gabr. comm. tit. de fideicom. concluſ. 3. num. 3. Clar. in §. fideicom. q. 11. num. 8. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 9. Molin. de primog. lib. 3. cap. 8. num. 16. Mart. d. clauſ. 74. num. 1.* vbi *num. 2.* ſubdit, hoc procedere, licèt in feudis permittatur ſubingreſſio filij in locum patris, & *num. 3.* poſt *Menoch. d. conſ. 357. num. 3. & conſ. 668. num. 7.* ac *Decian. reſp. 5. num.* 3 *291. vol. 1.* & alios, addit, quod huic clauſulæ æquiparatur, ſi teſtator proximiores vocauerit, quoniam patruus tanquam magis proximus excludit nepotem per ſubingreſſionem.

4 Vnde operatur, ne filius patrem repræſentet, vel in eius locum ſuccedat, *Surd. conſ. 407. n. 56.* ac proinde tollit repræſentationem, *Steph. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 836. nu. 19.* & excludit repræſentationem in maioratibus, ex adductis per *Valaſc. de iure emphyt. q. 8. num. 37.*

5 In teſtamento appoſita, intelligitur de eadem linea, ac ſtipite, & inter deſcendentes ab ea, non autem de alia, vt in eadem ſtipite ac linea admittatur ſucceſſio ſeruato Iuris ordine, & gradus prærogatiua, non autem omnes ſimul eodem tempore ſuccedant, ſed de linea in lineam, ita *Cephal. conſ. 489.*

6 *nu. 80. vol. 4.* ac proinde operatur, quod non omnes vocati collectiuè admittantur, ſed proximiores in gradum, *Brunor à Sole in locis commun. verbo clauſula 45. in fine.*

7 Hæc clauſula debet referri ad eos vocatos, quibus proximè reperitur appoſita, iuxta notata *in cap. cùm dilecti, de donat.* & per *Boër. deciſ. 146. num. 4.* & per *Ror. in Bonon. de Capaſuccis 16. Ianuarij 1615.* impreſſa per *Farinac. deciſ. 627. num. 9. p. 2. recent.*

8 Illud demum aduertere oportet, quod hæc clauſula, & alia, *In ſtirpes*, ſe inuicem non compatiuntur, ac ſimul ſtare non poſſunt, *Mart. d. 3. clauſ. 43. num. 16. Brunor à Sole d. verbo clauſ. 45.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Modificatiua, & limitatiua eſt clauſula*, Saluo, &c.

3 *Clauſula*, Saluo, &c. *nihil tribuit, ſed ſolùm præſeruat.*

4 *Præſeruatiua iuris alieni eſt clauſula*, Saluo, &c. *non autem conditionalis.*

5 *Ius quod quis habet tuetur illæſum clauſula*, Saluo, &c. *non verò de nouo præſtat.*

6 *Modificatiua, & reſtrictiua contractus eſt clauſula*, Saluo, &c. *in tantum, vt non cenſeatur aliter contractum.*

7 *Agnatorum iura tuetur clauſula*, Saluo, &c.

8 *In inueſtituris ſubintelligitur clauſula*, Saluo, &c. *etiamſi non exprimatur.*

9 *Clauſula*, Saluo, &c. *non intelligitur reſpectu ſuperiùs conceſſorum.*

10 *Dominus vt teneatur de euictione, operatur clauſula*, Saluo, &c.

11 *Iudicium idem continuari facit clauſula*, Saluo, &c.

12 *Conceſſum aliquid videtur in dubio cũ clauſula*, Saluo, &c.

13 *Præiudicatum non cenſetur illis quibus ius fuit reſeruatum per clauſulã*, Saluo, &c.

14 *Præcedentia quod modificantur ad veritatem, prout eſt veritas, importat clauſula*, Salua veritate.

15 *Ius non præſeruat clauſula*, Saluo iure meo, *domino directo proteſtanti, & penſionem cum ea recipienti.*

16 *Alienationi conſentiens cum clauſula*, Saluo iure meo, *non auditur in iudicio reali petitorio, ſed poteſt dumtaxat agere ad pretij conſequutionem.*

17 *Exceptionem eorum, quæ ſunt conceſſa, inducit clauſula*, Saluo, & reſeruato, &c.

18 *Clauſula*, Saluo iure domini, *in alienatione feudi idem operatur, quod clauſula*, Non aliàs, aliter, &c.

19 *Salutaris in legitimationibus eſt clauſula*, Saluo iure agnatorum, vel tertij.

Saluo, &c.

CLAVSVLA CXXXIX.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Felin.* 1 *in cap. inter Monaſterium 2. num. 3. & ſeq. de ſent. & re iudicat. Socin. in cap. 2. de libelli oblat. num. 94. & 95. Corſet. ſing. 332. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 180. in vlt. impreſſ. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concl. 333.*

Hæc clauſula ſemper modificat, & limitat, vt 2 per *Angel. conſ. 27.* incip. *Quidam, in fin. verſ. nec obſtat, & conſ. 290.* incip. *Thema tale eſt, num. 4. verſ. in contrarium, Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. litt. D. concluſ. 308. num. 1.* vbi *num. 2.* poſt *Angel. d. conſ. 290. num. 4.* extendit naturam huius clauſulæ in tantum modificare, vt ſi non inuenit quid modificet, extinguat orationem præcedentem.

Nihil tribuit, ſed ſolùm præſeruat, *Crau. conſ. 33.* 3 *num.*

num. 17. *& consi.* 70. *num.* 6. *Cassad. decis.* 2. *num.* 2. *de reseru. Mart. d. clauſ.* 150. *num.* 1. *Amic. de iure emphyt. q.* 34. *n.* 1. & fuit dictum *in Gerunden. vini* 3. *Martij* 1600. *coram Penia*, impreſſa per *Farinac. decis.* 25. *num.*

4 8. *p.* 2. *recent.* ac proinde non eſt conditionalis, ſed præſeruatiua iuris alieni, vt cenſuit *Rota apud eund. decis.* 610. *in fin. in prima collect. nouiſſ.* operatur, vt omne ius tertij ſaluum remaneat in quocumque iudicio, *Ioſeph. Seſſe Aragon. decis.* 206. *num.* 7.

5 Tuetur illæſum ius, quod quis habet, non autem de nouo præſtat, *Cald. Pereira de empt. & vend. cap.* 26. *num.* 28. vbi *num.* 30. ſubdit, quod ſeruat ius de præſenti. Inducit enim reſeruationem iuris, quod præexiſtere ſupponitur, non autem nouum confert, vt ex *Cruuet. conſ.* 70. *num.* 5. *in fine*, *& num.* 6. *verſ.* 4. tradit *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 333. *num.* 4. *& concl.* 334. *num.* 8. poſt *Alex. conſ.* 195. incip. *Perſpectis*, *num.* 9. *verſ. nec obſtat*, *lib.* 6. addit, quod clauſula, *Reſeruato iure partibus*, ſine alia ſpecificatione, cùm ſit generalis, non diſponit, neque confert ius aliquod, ſed ſi partes habent ius, de quo docere tenentur, illud eſt præſeruatum.

6 In tantum eſt modificatiua, & reſtrictiua contractus, vt non cenſeatur aliter contractum, & ideo alia clauſula, *Ad habendum*, *&c.* conciliatur cum hac clauſula; ita plenè *Oſaſc. Pedam. deciſ.* 164. *num.* 7. *cum ſeqq. Card. Tuſch. d. concluſ.* 333. *num.* 5. *cum ſeqq.* vbi extendunt procedere, etiamſi alienatio ſit ſequuta, niſi eſſemus in materia prohibita alienari, prout in feudo, vel emphyteuſi.

7 Agnatorum iura tuetur, vt ex *Oldrad*, *Dec. Pariſ.* & *Bero.* obſeruat *Menoch. conſ.* 305. *num.* 20. vbi *num.* 24. ſubdit, quod non dicitur decurſa aliqua præſcriptio ſtante hac clauſula.

8 Subintelligitur in inueſtituris, etiamſi non exprimatur, *Bart. in l. do talem. ff. de teſtam. milit. Bald. in l.* 1. *num.* 5. *ff. de conſtitut. Princip. Corbul. de iure emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob non ſol. canon. ampl.* 45. *n.* 16. *Pariſ. conſ.* 101. *num.* 67. *vol.* 1. niſi euidenter appareret facta inueſtitura ad derogationem iuris tertij, *Decian. conſ.* 38. *num.* 126. *vol.* 1.

9 Non intelligitur reſpectu ſuperiùs conceſſorum, *Capic. deciſ.* 66. *num.* 6. *&* 7. *Socin. conſ.* 43. *num.* 4. *& ſeq. vol.* 3. *Socin. Iun. conſ.* 89. *num.* 8. *vol.* 1. *Menoch. conſ.* 2. *num.* 57. *ad fin. Cened. ſing.* 100. *num.* 2.

10 Item operatur, vt dominus non teneatur de euictione, *Surd. deciſ.* 290. *num.* 7. vbi *num.* 25. ſubdit, quod eſt modificatiua, ac reſtrictiua præcedentium, de quo etiam *Dec. conſ.* 656. *n.* 6. quem refert *Ioan. Baptiſta Coſta de clauſul. conuent. clauſ.* 140. *num.* 3. *Corſet. in ſing. verb. ſaluo*, vide *Alciat. de præſumpt. reg.* 2. *præſ.* 28. *num.* 4. *Cened. ſing.* 100. *num.* 1.

11 Facit continuari idem iudicium, *Mart. de Iuriſd. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 9. *num.* 5. vbi *num.* 22. ſubdit, quod ſemper cenſetur ineſſe, & *num.* 33. quod ſolet apponi à Iudicibus ad obturandum ora loquentium.

12 In dubio videtur aliquid conceſſum cum hac clauſula, *Azeuedo l.* 14. *num.* 39. *tit.* 3. *lib.* 1. *nouæ Recopil. Cald. Pereira de nominat. emphyt. q.* 21. *num.* 56.

13 *cum ſeqq.* Et per eam non cenſeri præiudicatum illis, quibus ius fuit reſeruatum, poſt *Oſaſc. deciſ.* 164. *n.* 6. *&* 7. *& ſeqq.* cenſuit *Rota in Vrbenetana fideicommiſſi* 15. *Decembris* 1606. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farin. deciſ.* 169. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*

14 Clauſula, *Saluo veritate*, importat quod modificantur præcedentia ad veritatem, prout eſt veritas, *gloſ. verb. purè in litem Labeo. ff. famil. herciſc. Alex. conſ.* 193. incip. *Perſpectis*, *num.* 6. *lib.* 6. *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.* 357. *num.* 4.

Clauſula, *Saluo iure meo*, non præſeruat ius do- 15
mino directo proteſtanti, & penſionem cum ea recipienti, vt per *Guidop. deciſ.* 171. *& ſeq. Gig. de penſ. q.* 73. *in fin. Rodoan. de rebus Eccleſ. non alienan. q.* 75. *num.* 15. *verſ. ſi verò*, *Molin. de Iuſtit. tract.* 2. *diſput.* 453. *verſ. ad hoc*, *Card. Tuſch. litt. E. concluſ.* 193. *num.* 52. *Mantic. deciſ.* 200. *num.* 2. *& de tacit. & ambig. conuent. lib.* 12. *tit.* 33. *à n.* 5. *Amic. de iure emphyt. q.* 34.

Conſentiens alienationi cum clauſula, *Saluo iu-* 16
re meo, non auditur in iudicio reali petitorio, ſed poteſt dumtaxat agere ad pretij conſequutionem, *Alciat. conſ.* 160. *num.* 3. *lib.* 5. *Ioan. Bapt. Coſta de clauſ. conuent. clauſ.* 39. *num.* 1. *Menoch. conſ.* 2. *num.* 57. *ad finem*, nam iſta proteſtatio intelligitur reſpectu pretij, non autem ipſius rei, *Socin. conſ.* 93. *num.* 4. *vol.* 3. *Cened. ſing.* 100. *num.* 2.

Clauſula, *Saluo, & reſeruato, &c.* inducit excep- 17
tionem eorum, quæ ſunt conceſſa, & de regula, ita poſt *Signarol. conſ.* 75. *num.* 8. *verſ. ſed Aduocatus*, tradit *Card. Tuſch. d. litt. C. concl.* 334. *num.* 3.

Clauſula, *Saluo iure domini*, in alienatione feudi idē 18
operatur quod clauſula, *Non aliàs, aliter, nec alio modo*, *Menoch. conſ.* 38. *num.* 25.

Clauſula, *Saluo iure agnatorum, vel tertij*, eſt ſalu- 19
taris in legitimationibus, & debet in eis haberi pro expreſſa, *Menoch. conſ.* 202. *num.* 162. *&* 169.

Clauſula, *Saluo*, vt infrà, eſt modificatiua, & re- 20
ſtringit ipſam generalitatem, *Mandel. de Alba conſ.* 287. *num.* 10. *Menoch. conſ.* 1020. *num.* 18. *Mart. de clauſ. p.* 3. *clauſ.* 75. *à princ. Roman. conſ.* 89. *in* 3. *col. Ioan. Bapt. Coſta de clauſulis conuent. clauſ.* 53. *nu.* 1. vbi *num.* 2. poſt *Pariſ. conſ.* 49. *num.* 22. *vol.* 3. & *Cruuet. conſ.* 98. *num.* 8. & alios, ſubdit, repetere præcedentia cum omnibus ſuis qualitatibus, & non aliter.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalem actum reddit clauſula*, Saluo conſenſu domini.

2 *Conſenſus inter contrahentes perfectus eſt etiam ſtante clauſula*, Saluo conſenſu domini.

3 *Clauſula*, Saluo conſenſu domini, *operatur, vt præcedens diſpoſitio reſtringatur ad eum ſolum caſum, de quo actum eſt.*

4 *Emphyteutam alienantem non excuſat à caducitate clauſula*, Saluo conſenſu domini.

Saluo conſenſu domini.

CLAVSVLA CXL.

HÆc clauſula licèt reddat actum conditiona- 1
lem, ex adductis per *Menoch. conſ.* 38. *num.* 22. *&* 26. & per *Surd. conſ.* 484. *num.* 9. & *Amic. de iure emphyt. q.* 1. *num.* 8. *in fin. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol.* 372. *num.* 1. non efficit tamen, quin contra- 2
ctus interim ſit perfectus inter contrahentes, ita vt quoad eos non ſit locus pœnitentiæ, *l. neceſſariò* 8. §. *ſi ita res. ff. de periculo, & commodo rei venditæ*, cum allegatis per *Tiraq. de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 2. *num.* 37. *Rol. conſ.* 57. *num.* 8. *& ſeq. lib.* 3. *Gallet. in marg. caſuum conſcientiæ, verbo clauſula, pag.* 39. *Rot. apud Pacific. poſt tract. de Salu. interd. deciſ.* 67. *num.* 13. & fuit dictum *in Romana cenſus* 17. *Martij* 1600. *coram Iuſto.*

Eius

3 Eius verba ſunt limitatiua,& reſtrictiua,ac proinde operantur, vt præcedens diſpoſitio reſtringatur ad eum ſolum caſum,de quo actum eſt, *Alber. in ſuo dictionario, verb. Saluo, Menoch. d. conſ.38. num. 29. Amic. d. q.1. num.13.*

4 Non excuſat à caducitate emphyteutam alienantem, vt per *Tiraq. de retractu, tit. 1. §.1. gloſſ.2. n.32. Rol. conſ. 51. num.28. lib.2. Clar. §. emphyteuſis, quæſt. 13. num. 5. verſ. item quæro, & §. feudum, quæſt. 31. num. 5. verſ. item quæro, Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 1. collect. 60. Mart. d. p.1. clauſ.150. num.3. Cardin. Tuſch. tom.1. litt. C. concluſ.310. num.3.* Quid autem ſi adiungatur clauſula, *Non aliàs,aliter, nec alio modo,* vide clauſ.81.

SVMMARIVM.

1 *Limitationem, & exceptionem denotat, & importat clauſula,* Saluo quod, &c.

2 *Aduerſatiuam importat clauſula,* Saluo quod, &c.

3 *Clauſula,* Saluo iure quarumcumque perſonarum, &c. *ſubintelligitur, licèt in inueſtitura alicuius fundi emphyteutici non ſit expreſſa.*

4 *Clauſula,* Saluo iure fideicommiſſi, *quid importet? remiſſiuè.*

CLAVSVLA CXLI.

Saluo quod, &c.

1 DEnotat, & importat hæc clauſula limitationem, & exceptionem, vt per *Signarol. conſ. 75. num.8. verſ. ſed Aduocatus, Anchar. conſ.27. n. 5. & 6. verſ. accedit ad hoc,*& fuit dictum *in Vrbeuetana fideicommiſſi 3. Aprilis 1609. coram Reuerendiſſimo Do-*
2 *mino meo Coccino Decano*; & importat aduerſatiuam, quia non vult quod diſpoſitio loquens in vno caſu, habeat locum in alio; ita *Alexand. conſ. 99.* incip. *Super primo, num. 5. in fin. lib. 7.* vbi *num. 9.* ſubdit, quod propterea importat repetitionem præcedentium, quia de natura aduerſatiuæ eſt, vt retineat eandem qualitatem facti præcedentis,refert *Cardin. Tuſch. pract. concluſ. tom.2. litt. D. concluſ.368. n.1.*

3 Clauſula, *Saluo iure quarumcumque perſonarum,&c.* ſubintelligitur, licèt in inueſtitura alicuius fundi emphyteutici non ſit expreſſa, *Bart. in l. dotalem. ff. de teſtam. milit. Decian. conſ. 33. num. 126. vol. 1.* vbi *num.127.* limitat hoc non procedere, quando appareret, inueſtituram factam eſſe ad derogationem iuris tertij, refert *Ioan. Bapt. Coſta de clauſul. conuent. clauſ. 120.*

4 Clauſula, *Saluo iure fideicommiſſi,* quid importet? vide *Marzar. in epitome fideicom. q. 59. ad fin.* quem refert *Cened. poſt pract. & canonic. quæſt. ſing.100. n.2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Superflua videtur clauſula,* Saluo iure addendi, &c. *inſerta in libello.*

2 *Facultas corrigendi extinguitur per litis conteſtationem, & libellus vſque ad litis conteſtationem emendari poteſt.*

3 *Libellans vt non ſe adſtringat ad ſuperflua probanda, operatur clauſula,* Saluo iure addendi, &c.

Saluo iure addendi, &c.

CLAVSVLA CXLII.

HÆc clauſula nihil operatur, & ideo inſerta in 1
libello videtur ſuperflua, iuxta tradita per *Iaſ. in §. omnium, num.157. Inſtit. de act.* & per *Bart. in l.3. num.30. C. de eden. & in l. Neſſenius, num.2. ff. de negotijs geſtis*, quia à lege taxatum eſt tempus vſque ad quod, videlicet, litis conteſtationem, licet addere, vel mutare; ita *Celſ. Vgoni in tract. clauſ. pag.504. col.2.* poſt litem verò conteſtatam non licet, vt notant DD. per *text. ibi in l. edita. C. de edendo, Maſcard. de prob. concluſ.347. num.18.* & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.118. n.52. & 58. Bernard. Muſcatell. in praxi aurea Ciuili Regni Neapolitani, p.1. gloſſ. petitur, n.50. Cam. Borel. in ſumma omnium deciſ. tit.49. de libell. n.95. cum ſeqq. D. Barboſa in l. non poteſt videri, n. 28. ff. de iudicijs.* Et ita extinguitur facultas corrigendi per li- 2
tis conteſtationem, ſed ſolùm vſque ad litis conteſtationem poteſt corrigi,& emendari libellus, *Fulgoſ. conſ.138.* incip. *In quæſtione, in princip. verſ. ſicut dicitur, Card. Tuſch. pract. concl. tom. 1. litt. C. concluſ. 357. num.6.* vbi *num.7.* poſt *Curt. Iun. conſ.163. num.4.* ſubdit, quod vbi vigore huius clauſulæ fieret mutatio, debent refici expenſæ, aliàs nouus proceſſus eſſet ipſo Iure nullus, quia exceptio reficiendarum expenſarum impedit litis ingreſſum.

Operatur quod libellans non ſe adſtringit ad ſu- 3
perflua probanda, vt poſt *Bi[illegible] conſ.302.* incip. *Premitte, lib.1.* tradit *Card. Tuſch. tom. 1. litt. C. concluſ. 257. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Articuli impertinentes vt non cenſeantur admiſſi, operatur clauſula,* Saluo iure impertinentium, &c.

2 *Quid ſi dubium eſſet, pertinentes an ne ſint, & qui dicantur articuli impertinentes, oſtenditur.*

3 *Reſeruatio cum clauſula,* Saluo iure impertinentium, &c. *ſi per Iudicem facta fuerit, & poſtea exceptiones veras, & iuridicas eſſe apparuerit, quidquid poſtea factum fuit, pro non facto habetur.*

4 *Admiſſus ſi fuit qui non debebat admitti ſtante clauſula,* Saluo iure impertinentium, &c. *ſit omnino impertinens.*

5 *Clauſula,* Saluo iure impertinentium, &c. *quid operetur, oſtenditur.*

6 *Clauſula,* Saluo iure ſuperflui, *addita libello, excuſat petentem plus debito à pœnis, & expenſis.*

Saluo iure impertinentium, &c.

CLAVSVLA CXLIII.

OPeratur hæc clauſula, vt articuli etiam notoriè 1
impertinentes non cenſeantur admiſſi, nec

probationes factæ super eisdem articulis; ita *Maranta de ordin.iudic. p.6. tit.de positione, seu articulorum productione, n. 29. Misynger. cent.2. obseru.90. Franc. Monald conf.38. à n. 1. Menoch. conf.630. n. 12. Viu. decis. 395. n.3. Azeued. l.1. n.41. tit.7. lib.4. nouæ Recopil. Camill. Borell. in summa omnium decis. tit.49. de libell.n.6. Mendez à Castro in praxi Lusitana,lib.3.cap.9. n.4.* plures refert *Bernar. Græuæ. ad practicam Cameræ Imper. lib.1.conclus.41. num.5. Parens meus Emman.Barbosa in Comment.ad Ordin. Regiam Lusitan.lib.3.tit.53. §.2.num.2.*

2 Verùm si dubium esset, pertinentes an ne sint, tunc sub hac clausula, ne modus procedat probandi, veniunt admittendi, ex *Menoch.conf.2.sub num. 362. vers.attamen Franc. Marc. Delphin. decis.564. num.2. tom.1. Honded.conf.18. num.12. Surd. conf.164. num.5. Tiber. Decian.resp.75. n.4. vol.2. Fulu. Pacian. de probat.lib.1. cap.38. num.15.* Impertinentes autem articuli illi dicuntur, qui causæ nullo modo adminiculantur, ex resolutis per *Iaf. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus, num.13. & 14. ff. de iureiur. Vincent. de Franch. Neapol.decis.220. num.10. Vincent. de Honded. conf.18. num.11. vol.1. Menoch. conf.2. num.363. & conf.701. n.23. Flamin.Paris.de resignat. benefic. lib.11. q.10. num.6. Franc. Marc. Delphin. decis.566. num.10. vol.1. & decis. 718. n.12.*

3 Quando per Iudicem reseruatio cum ista clausula facta fuerit, & postea exceptiones veras & iuridicas esse apparuerit, quidquid postea factum fuit, pro non facto habetur, DD. per *text. ibi, in l. prætor, in princ. & in l. qui vias. ff. de damno infect. Marsil. sing. 365. Menoch. cons.367. n.8. Mart.de clausf. p.1. clausf. 241. alias 394. in vlt. impress.*

4 Operatur etiam, quod si fuit admissus, qui non debebat admitti, vt testes, qui non debebant admitti, vel deposuerunt, cùm non deberent examinari, sit aliàs omnino impertinens, nec conferens ad causam; ita *Vital. de Camb. in tract. clausf. pag.4. vol.2.*

5 Vnde colligitur, istam clausulam aliquid operari, quidquid nihil importare, sed potiùs poni à Iudice ad obturandum os loquentium, quàm ad alium finem, dicant *Afflict.decis.35. num.7.& Misynger.lib.2. obseru.56. & 90.* quos refert *Mart. d. p.1. clausf. 134. alias 159. n.11. in vlt. impress.*

6 Clausula, *Saluo iure superfluo*, addita libello, excusat petentem plus debito à pœna, & expensis, *Neuisan. conf.94. num.14. & seq. Hond. conf.109. num.36. tom.1. Mart. d.p.1. clausf.355. in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Reseruationem quoad expressa in gratijs Principum non operatur clausula*, Saluis iuribus.

2 *Clausula*, Saluis reseruationibus Apost. *quid operetur, ostenditur.*

3 *Clausula*, Saluis capitulis & dispositionibus, *quid operetur, ostenditur.*

4 *Clausula*, Saluis legatis & conditionibus infrà dicendis, *importat limitationem, & exceptionem.*

5 *Clausula*, Saluis tamen confinibus specificatis, *modificat præcedentia ad confines specificatos.*

Saluis, &c.

CLAVSVLA CXLIV.

CLausula, *Saluis iuribus*, non operatur reseruationem quoad expressa in gratiis Principum, sed tantùm quoad omissa, vt tradit *Natt.cons.403. num.7. circa fin. vol.2.* & fuit dictum *in Lucana Paraturarum 28. Iunij 1606. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.* 1

Clausula, *Saluis reseruationibus Apost.* quando apposita fuit in confirmatione concordiæ, tunc in nullo casu intrabit alternatiua, cùm constet de voluntate Papæ nolentis includi, *Mohed. decis.23. n.2. & 3. de præbend.* cum adductis per *Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloss.45. §.1. num.67. & seq.* 2

Clausula, *Saluis capitulis & dispositionibus*, in Signatura, vel gratia Papæ, aut in confirmatione, importat quod talia expressa sub hac clausula sint salua, & illis nullo modo sit derogatum, sed imò inducatur confirmatio; ita post *Gemin.cons.65. n.17. vers. quoad secundum*, tradit *Card. Tusch. pract.conclus. tom.1. litt. C. concl.334. n.1.* 3

Clausula, *Saluis legatis & conditionibus infrà dicendis*, posita in testamento, in quo inducitur fideicommissum vniuersale, importat limitationem, & exceptionem, vt legata & infrà dicenda, quæ sunt salua, non veniant in fideicommisso, vt per *Petr. de Anchar. cons.27.* incip. *Non seruato, num.5. & 6. vers. accedit, Card. Tusch. d. clausf.334. n.2.* 4

Clausula, *Saluis tamen confinibus specificatis*, modificat præcedentia ad confines specificatos, vt per *Alex. cons.193.* incip. *Perspectis, in fin. num.6. lib.6. Cardin. Tusch. d. clausf.334. num.5.* vbi *num.7.* extendit, quia semel specificata confinia præseruantur, quando dicitur, *saluis præfatis confinibus*, etiamsi sequatur alia assertio confinium, quia à primis non receditur. 5

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Sequens, *refertur, & trahitur ad omnia præcedentia, quando non est diuersa ratio, vt n.3.*

2 *Mentem testatoris declarat clausula*, Sequens, *& regulat præcedentem dispositionem.*

3 *Clausula*, Sequens, *non refertur ad iam specificata.*

Sequens.

CLAVSVLA CXLV.

REgulariter clausula, *Sequens*, refertur, & trahitur ad omnia præcedentia, *l.vlt.& ibi Bart. ff. de reb.dubijs, cap.secundò requiris 41.de appellat. Ant.Gabr. lib.6. com.tit.de clausf.conclus.9. Gonzal.ad reg.8. Cancell. gloss.32. n.30. Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol.92. n.2. Rot.apud Cenc.post tract. de Cens. decis.51. n.4.* 1

Declarat mentem testatoris,& regulat præcedentem dispositionem, *Soci. Sen.cons.49.n.2.vers.aut dicemus,& n.5. vers. ad propositum, lib.1. Dec.cons.227.n.6. Tiber. Decian.cons.33. n.49.lib.1.*& fuit dictum *in Vrbenetana fideicommissi 27. Ianuarij 1606.coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, impressa per *Farin. decis.105. num.4. p.1. recent.* 2

Refertur etiam ad præcedentia, quando non est diuersa 3

ſolum primo iure, & titulo poſſeſſionis.

7 *Mutatio iuris, & tituli poſſeſſionis, ipſo Iure ſtatim facta intelligitur, data notitia ſecundi tituli, etiam abſque alia declaratione.*

8 *Mutatio tituli, & poſſeſſionis ex noua cauſa ſuperueniente, vt rectè fiat, non eſt opus vt mutans exeat de poſſeſſione, & poſtea iterum ingrediatur.*

9 *Canonicus falſus ſi diu ſtetit in poſſeſſione, & deinde à Papa obtinuit prouiſionem, non eſt neceſſaria noua apprehenſio, & inſtallatio, quia ipſo Iure fit quædam conuerſio ex nouo titulo ſuperueniente.*

10 *Factum nudum, & ſola detentio conſideratur in manutentione.*

11 *Animus requiritur ad dimittendum poſſeſſionem.*

12 *Renuntiatio ſtrictè eſt interpretanda, vt minus lædat renuntiantem, quàm fieri poſſit.*

13 *Renuntiatio reſtrictiuè ad præſentationem, & poſſeſſionem inde ſequutam, non eſt trahenda ad omnem poſſeſſionem.*

14 *Cedens, & renuntians licèt dicatur perdere dominium, & poſſeſſionem ſaltem de Iure, attamen ſi poſtea incumbat de facto, & realiter inhæreat poſſeſſioni, adhuc ad ſtatum eſt manutenendus, imò & reintegrandus, ſi ſpolietur.*

15 *Decreto cum clauſula*, Si, & poſtquam renuntiauerit, *ſatisfactum videtur, ſi intelligatur ad cumulandum poſſeſſionem poſſeſſioni.*

16 *Scientia quod aliquis ſit Canonicus, præſumitur ex pluribus actibus factis in Capitulo, & extra tanquam talis.*

17 *Canonici ſi nulla vrgente ratione denegauerint Canonico capitularem receptionem, hoc caſu habetur pro capitulariter capta.*

Si, & poſtquam renuntiauerit, &c.

CLAVSVLA CL.

1 HÆc clauſula de ſtylo Datariæ cõſueuit apponi in nouis prouiſionibus, & quando beneficium de nouo impetratur à Simoniaco, quæ ſic extenditur, vt in exemplo nouæ prouiſionis Domini mei Ioannis Antonij Maſſobrij, qui fuerat de Archipresbyteratu Alexandrino ordinaria auctoritate ad præſentationem patroni laici inſtitutus, & animaduertens Iuſpatronatus non ſubſiſtere, nouam prouiſionem à Sede Apoſt. obtinuit cum huiuſmodi clauſula. *Si, & poſtquam dictus Ioannes Antonius præſentationi, & inſtitutioni de eius perſona factis, & poſſeſſioni exinde ſequutæ renuntiauerit, & declarauerit ſe velle dictum Archipreſbyteratum in futurum vti reſeruatum, & non aliter poſſidere, auctoritate noſtra conferas, & aſſignes*, &c.

2 Poſtea occaſione huius clauſulæ dubitatum fuit, an dictus Dominus Maſſobrius ei ſatisfeciſſet, decretóque in ea contento paruiſſet renuntiando præſentationi, & inſtitutioni, ac poſſeſſioni exinde ſequutæ, &c. continuando in reali poſſeſſione, quam antea apprehenderat abſque alterius nouæ apprehenſione; in quo dubio Rota cenſuit prout in infraſcripta deciſione.

R. P. D. Merlino Alexandrina Archipresbyteratus.

Lunæ 28. Iunij 1627.

MAſſobrius fuit præſentatus ab Arnutio, & 3
ab Epiſcopo obtenta inſtitutione, apprehendit capitulariter poſſeſſionem Archipresbyteratus, pluresque actus concernentes officium huiuſmodi dignitatis, necnon etiam curam animarum illi annexam exercuit. Verùm monitus aſſertum Iuſpatronatus non ſubſiſtere; imò, cùm vacatio contigerit de menſe Auguſti, illius collationem ſpectare ad Sanctiſſimum, ab eo impetrauit prouiſionem, cum ſolito tamen decreto, quod renuntiaret d. præſentationi, prout his verbis decreto paruit: *Renuntiauit præſentationi, & inſtitutioni, ac poſſeſſioni exinde ſequutæ, & d. Archipreſbyteratum vti reſeruatum, & non aliter, in futurum poſſidere ſe velle declarauit.* Et continuando in reali poſſeſſione, poſt huiuſmodi renuntiationem, interfuit Choro, proceſſionibus, & aliis functionibus capitularibus: vnde fuit dubitatum, an eidem Maſſobrio dandum eſſet mandatum de manutenendo. Et DD. ter, ac maturè diſcuſſo articulo, affirmatiuè reſponderunt.

De poſſeſſione enim illius non poteſt dubitari. 4
Et conſtat de prima apprehenſione ſolenniter, & capitulariter facta; & poſt renuntiationem dantur teſtes, qui deponunt de viſu, quod Maſſobrius tanquam Archipresbyter interuenit publicis functionibus cum aliis Canonicis. Et conſtat quod congregato Capitulo pro tradenda poſſeſſione alteri Canonico, idem Maſſobrius recepit iuramentum ab eo, ex quibus actibus factis præſentibus aliis Canonicis, probatur poſſeſſio capitulariter capta, *Rot. deciſ. 17. de præb. in nou. Caſſad. deciſ. 8. de cauſ. poſſeſſ. & deciſ. 5. num. 3. de Iurepatr. Verall. deciſ. 27. lib. 1. in manuſcr. & coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano deciſ. 235. num. 12. in eius impreſſis.*

Nec obſtare viſum fuit, quod pro Scipione adducebatur; ſcilicet primam poſſeſſionem Maſſobrij capitulariter captam non eſſe attendendam, nec manutenibilem, cùm illi renuntiauerit; nec etiam ſecundam poſtquam renuntiauit, quia non fuit apprehenſa capitulariter, & actus illi, quamuis geſti præſentibus Canonicis, non tamen ſunt geſti cum ſcientia eorumdem, quod ſcilicet Maſſobrius poſſideret in vim prouiſionis Apoſtolicæ, cùm potuerint credere ipſum continuaſſe tanquam præſentatum à patrono: quoniam & vtramque poſſeſſionem Rota credidit validam eſſe, ac manutenibilem.

Et quoad primam, aduertendum eſt Maſſobrium 5
non renuntiaſſe poſſeſſioni reali, & illi, quæ de facto eſt, vt apparet ex illis verbis; *Renuntiat præſentationi, & inſtitutioni, ac poſſeſſioni inde ſequutæ, & declarat ſe velle poſſidere d. Archipreſbyteratum tanquam reſeruatum*: vnde non poſſeſſioni in totum, & abſolutè renuntiauit, ſeu poſſeſſioni tanquam ex antecedente præſentatione prouenienti, & ſic ſolummodo renuntiauit titulo, & cauſæ poſſidendi, quæ cauſa poſſidendi eſt quid diuerſum ab ipſa poſſeſſione, *l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. poſſeſſ.*

Et iure merito Maſſobrius, ſuperueniente ſibi 6
nouo titulo, ſcilicet prouiſione Apoſtolica, potuit

continuare possessionem ipsam de facto, mutato solùm primo iure, & titulo possessionis, *l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap. l. 3. §. illud. l. qui bona. §. 1. cum ibi not. ff. de acquir. possess. Rot. apud Achil. decis. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Put. decis. 165. num. 3. lib. 1. & decis. 441. eod. & in recent. decis. 209. num. 8. part. 1. Gabr.*
7 *conſ. 51. num. 1. & 28. lib. 1.* Quæ mutatio ipso Iure statim facta intelligitur, data notitia secundi tituli, etiam absque alia declaratione, iuxta *conſ. Decij* 400. quod sequitur *Rota*, vt per *Achil. d. decis. 4. Put. d. decis. 441. lib. 1. Crescen. decis. 168. alias 5. de rest. spol. Rot. decis. 224. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 601. num. 3. p. 3.*
8 *diuers. Cardin. Mant. decis. 71. num. 1.* neque opus erat, vt exiret de possessione, & postea iterum ingrederetur, *ad l. cùm nemo, & ibi gloss. in verbo extrinsecus, C. de acquir. possess. Put. d. decis. 441. lib. 1. & Achil. d. decis. 4.* vbi quod hæc opinio est magis æqua, & consona iuribus, & semper seruatur à Rota, vt *in decis. 345. n. 4. & decis. 613. num. 5. part. 1. & decis. 143. n. 4. part. 2. diuers. & in Tuden. parochialis 4. Nouembris 1592. coram bon. mem. Card. Pamphilio*, in quibus fuit reprobatum *conſ. 131. lib. 1. Soc. Sen.* contrarium sentientis.

9 Et in puncto dixit *Baldus in l. 2. num. 63. verſ. ſed pone, C. de ſeru. & aqua.* quod si falsus Canonicus diu stetit in possessione, & deinde à Papa obtinuit prouisionem, non est necessaria noua apprehensio, & installatio, quia ipso Iure fit quædam conuersio ex nouo titulo superueniente, *Baldum* sequitur *Cranetta conſ. 171. num. 1. verſ. [illegible]ndo pro hac*, & licet sub *num. 19.* declaret *Baldi* sententiam non procedere, quando ante prouisionem Papæ ius tertio fuerit quæsitum, & *Cranettam* sequatur *Rimin. Iun. conſ. 100. num. 25.* attamen non applicatur casui nostro hæc limitatio, quia ante prouisionem Apostolicam Massobrij nullum ius erat quæsitum Scipioni; & propterea si Massobrius retinuit possessionem de facto, mutauitque sibi solummodo ius, & titulum possidendi, adhuc ei manutentio danda est ad statum suæ possessionis, *c. querelam*, cum ibi not. *de elect. l. Aquilius*, vbi *Castr. num. 5. ff. de donat. Cassad. decis. 14. num. 8. super reg. & Rota coram sanct. mem. Gregor. XV.*
10 *decis. 560. num. 1.* In manutentione enim nudum factum, & sola detentio consideratur, *Castr. in d. l. Aquilius, sub num. 5. de donat. Cephal. conſ. 16. sub n. 5. lib. 1. Card. Seraph. decis. 582. num. 5. Rota diuers. decis. 50. item num. 29. & decis. 64. num. 2. part. 2.*

11 Hæcque videntur certiora euadere, quia Massobrius sibi prouidit, & conseruauit suam primam possessionem de facto per declarationem, quod volebat possidere ex titulo prouisionis Apostolicæ Archipresbyteratum, quem priùs possidebat ex titulo præsentationis, & in eodem instanti renuntiat, & declarat; & sic renuntiatio est correspectiua ad declarationem: eatenus enim renuntiauit, quatenus credidit esse consultum suæ possessioni, & continuationi. Sique hæc declaratio non suffragaretur, renuntiatio quoque ex defectu consensus non operaretur, & consequenter primam possessionem à se non abdicasset Massobrius. Ad dimittendum enim possessionem requiritur animus, *d. l. 3. §. in amittenda*, vbi *Alexand. ff. de acquir. poſſ. Cassad. decis. 4. n. 3. de restit. spoliat. Paris. conſ. 114. num. 7. lib. 4. Rota apud*
12 *Achil. decis. 11. de pens.* & renuntiatio strictè est interpretanda, vt minus lædat renuntiantem quàm fieri possit, *l. si domus. ff. de ſeru. vrb. prad. Becc. conſ.*
13 *111. sub num. 31. Surd. conſ. 446. num. 22.* & propterea renuntiatio restrictiuè ad præsentationem, & possessionem inde sequutam, non est trahenda ad omnem possessionem, *ad Clement. quod circa, de electione, Bald. in l. 2. num. 2. C. de leg. Roland. conſ. 86. num. 33. lib. 2.* Et hæc duo, scilicet quod qui renuntiet præsentationi, & possessioni inde sequutæ, & quod velit possidere ex prouisione Apostolica, non inuicem repugnant, quia vult insistere in possessione de facto, & reiicere primum titulum possessionis.

Secunda quoque possessio (scilicet postquam renuntiauit) est manutenibilis, quia etiam libere cedens, & renuntians, licèt dicatur perdere dominium, & possessionem, saltem de Iure; attamen si postea incumbat de facto, & realiter inhæreat possessioni, adhuc ad statum est manutenendus; imò & reintegrandus, si spolietur, *Innoc. in cap. super hoc, de renuntiat. Calder. conſ. 4. eod. tit.* & sequitur *Rota decis. 1. num. 2. in nou. eod. tit. & Cassad. d. decis. 4. de reſtit. ſpoliat. num. 2. & 4. verſ. credit tamen*, vbi firmat dictum *Innocentij* procedere etiam in beneficialibus, si incumbens possessioni de facto habeat titulum præsumptum; vnde multo magis quando habet verum, & canonicum ex prouisione Apostolica, & sequitur *Gomez super reg. de ann. quæſt. 57. in princ. Paris. de reſign. lib. 1. quæſt. 5. num. 28.* 14

Neque obstat quod renuntiatio Massobrij fuerit in executionem decreti literarum Apostolicarum, in quibus committitur executori, vt Massobrium introducat in possessionem; quia acquisitio nouæ possessionis de manu executoris non contradicit retentioni primæ possessionis naturalis. Et menti Papæ aliquibus ex Dominis satisfactum videbatur, si intelligatur dictum decretum ad cumulandum possessionem possessioni, ad trad. per *Cassad. d. decis. 4. num. 12. & seq. de reſtit. ſpol. Menoch. de adipiſc. rem. 4. quæſt. 43. num. 337. & ſeq. Gabr. concluſ. 7. num. 6. de acquir. poſſ.* vbi quod vtraque possessio de per se est considerabilis. Et demum in hoc summariissimo iudicio retinendæ attendi debet quod Massobrius fecit, non quod facere debebat. 15

Nec obstat quod Canonici ignorauerint, vel ignorare potuerint huiusmodi mutationem tituli in Massobrio, quoniam, quicquid sit an requiratur talis scientia, &c. ex tot actibus, & ex ipsa facti serie, scientia hæc bene inferri, & præsumi potest, *Abb. in cap. cùm Eccleſia, num. 25. de cauſ. poſſ. Rot. decis. 179. num. 2. part. 1. diuers. & decis. 685. num. 4. part. 1. recent.* Præsertim quia non agitur de apprehensione de nouo facienda, sed de continuanda possessione, mutato solùm titulo, *Inn. in cap. bene, il 2. num. 6. verſ. pro prima, de poſtul. prælat. Ripa in cap. cùm Eccleſia Sutrina, num. 64. verſ. tertiò declara de cauſ. poſſ. & prop.* & agitur ad effectum manutentionis, quæ datur ad statum, vt dixi, quo casu nec scientia videtur necessaria, iuxta *Rot. decis. 17. num. 7. part. 2. diuers.* à qua nec recessit *in recent. d. decis. 685. num. 4. part. 1.* Et in plenario possessorio poterit Massobrius docere de scientia Capituli. 16

His etiam intelligimus non obstare, quod capitulariter non fuerit apprehensa possessio per Massobrium, iuxta *decis. 8. Cassad. de cauſ. poſſ.* Quoniam si attendimus primam possessionem, illa fuit capitulariter apprehensa, & in mutatione tituli non est opus noua apprehensione, & installatione, vt suprà ex *Baldo*, & *Cranetta* dictum est. Si verò actus posteriores consideremus tanquam inducentes secundam, & nouam apprehensionem possessionis, non autem continuatiuè ad primam possessionem capitulariter obtentam, tunc sat est quod Massobrius petierit manuteneri, & quatenus opus sit admitti capitulariter, ipsique Canonici nulla vrgente ratione denegauerint huiusmodi capitularem receptionem; hoc enim casu habetur pro capitulariter capta, *Rota coram sanct. mem. Gregor. XV. decis. 364.* 17

num. 2.

diuersa ratio, vel legum correctio non inducitur, ita *Auendan. ad l. 6. Tauri, glos. 11. num. 7.*

4 Non refertur tamen ad iam specificata, ex *Menoch. cons. 115. num. 4.* nec refertur ad illa, ex quorum relatione sequeretur correctio, ex eodem *Menoch. d. cons. 115. num. 39.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionalem commissionem facit clausula,* Si constiterit, *& importat necessariò causæ cognitionem.*

2 *Tempus futurum, præteritum, & præsens, importat clausula,* Si constiterit.

3 *Constare quando dicatur, remissiuè.*

Si constiterit.

CLAVSVLA CXLVI.

1 HÆc clausula ordinariè poni solet in rescriptis prouisionalibus, & facit commissionem conditionalem, & importat necessariò causæ cognitionem; nam priùs debet præcedere indagatio, & cognitio iudicialis cum citationibus partium, & prouisio aliter facta redderetur nulla ex defectu Iurisdictionis, ad notata *in Clem. 1. de conceff. præben.* & ad *Clem. Iudex, de off. deleg.* vnde differt à clausulis, *Si sic est, Si ita est, Si est idoneus, aut legitimæ ætatis*: in quibus sufficit in facto ita rem esse, quamuis non præcesserit cognitio, & pronuntiatio super eo; ita *Paris. cons. 45. num. 7. lib. 4. Lap. alleg. 61.* incip. *Visis literis, num. 2. vers. secus fuisset, Cels. Vgo. in tract. clauf. pag. 489. Bald. cons. 402.* incip. *Colligamus, nu. 6. vers. quia clausula, lib. 1. Caualcan. decis. 22. num. 6. p. 1. Rota decis. 21. de rescript. in antiq. & decis. 15. de dol. & contum. Mart. de claus. p. 1. claus. 141. num. 4. & seq. alias 157. in vlt. impress. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 2. litt. C. concl. 782. num. 2. Vital. de Camb. in simili tract. pag. 21. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 58. num. 2. 3. & 4. Sanchez de Matr. lib. 8. disp. 34. num. 26. Nicol. Garc. de benef. p. 6. cap. 3. num. 36. Seraph. decis. 601. nu. 3. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 139.* optimè *Peregr. var. lib. 1. tit. de Iurisd. Ordin. & delegat. num. 26. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 368. num. 1.* vbi *num. 2.* post *Anchar. cons. 297.* incip. *Efficacibus, n. 10.* subdit hoc non habere locum, quando datur executor principaliter, quia in iis, quæ possent aliàs exequi de Iure sine citatione, vt putà si agatur de executione super vacanti, clausula ista non operatur, vt teneatur citare, nisi in rescripto executoris non esset hæc clausula, quia tunc partes Iudicis assumeret, & importaret causæ cognitionem, quia verba secundùm subiectam materiam sunt intelligenda.

2 Hæc clausula importat tempus futurum, & etiam præteritum, & præsens, & ideo si consultor consulat aliquid faciendum cum clausula, *Si tale constiterit*, si illud constabat tempore consilij, verificatur conditio, *Bald. cons. 265.* incip. *Verba laudi, num. 3. vers. deinde Iudex, lib. 2. Card. Tusch. d. concl. 782. num. 4.* Rota tamen tenet illam non esse de futuro, sed de præterito, apud *Seraph. decis. 1044. num. 3.*

3 Constare autem quando dicatur, vide *Lap. d. alleg. 61. num. 3. Mascard. de prob. conclus. 75. num. 21. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. procem. num. 233.* & dicta per me *de diction. dict. 66.*

SVMMARIVM.

1 *Consensum in ipso actu non requirit clausula,* Si assensus quorum interest, accesserit, *sed sufficit illum superuenire ex interuallo.*

2 *Capituli Ecclesiæ Cathedralis consensus in vnione per Episcopum facienda, satis est si postea accedat.*

3 *Rectoris consensus in dismembratione fructuum Ecclesiæ, pro illius validitate sufficit quandocumque superuenerit, sed contrarium in Rota fuit resolutum, vt numero 4.*

CLAVSVLA CXLVII.

Si assensus quorum interest, accesserit.

NOn requirit hæc clausula consensum in ipso actu, sed sufficit illum superuenire ex interuallo, & etiam tacitum; ita *Rebuff. in compendio alienat. num. 15. circa med.* cum aliis allegatis *in Conchen. fructuum 10. Febr. 1586. coram Giptio.* 1

Vnde consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis in vnione per Episcopum facienda, satis est si postea accedat, *argum. cap. cùm nos, & cap. cura, de Iure patron.* tradunt *Boer. decis. 345. num. 3. & 4. Rebuff. ad reg. 21. Cancell. glos. 11. num. 20. & 21. Hoied. de incompatibilit. beneficior. p. 2. cap. 3. num. 9.* quos refert, & sequitur *Sanchez in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 165.* 2

Sic etiam in dismembratione fructuum Ecclesiæ, sufficere pro illius validitate consensum Rectoris quandocumque superuenerit, tenent *Mohed. decis. 60. alias 5. sub num. 1. de renunc. Verall. decis. 216. num. 6. p. 1. Put. decis. 368. alias 358. in correctis, lib. 2.* & fuit resolutum *in d. Conchen. fructuum coram Giptio.* 3

Verùm cùm consensus Rectoris in hoc casu non tantùm pro eius interesse, quantùm pro forma inductus sit, ad rigorem Iuris obseruandum in fauorem publicum, ne Ecclesiæ depauperentur, ideo illum requiri in ipso actu, fuit resolutum *in Toletana parochialis de Madrid 1. Febr. 1602. coram Corduba*, impressa per *Nicolaum Garc. de benefic. p. 12. cap. 3. num. 8.* 4

Sicut accepimus.

CLAVSVLA CXLVIII.

HÆc clausula posita in gratia *Motus proprij*, non eget iustificatione, secus verò in gratia ad partis instantiam, vt per *Guidop. decis. 161. Achil. decis. 10. num. 1. 2. & 3. de probat.* & fuit resolutum *in causa Meten. Monasterij 21. Februarij 1600. coram Litta*, impressa per *Marches. de Commiss. p. 2. pag. 517. in vlt. impress.* & *in Bracharen. parochialis de Moreira 12. Ianuarij 1604. coram Iusto*, impressa per eundem *Marches. de Commission. p. 1. pag. 451. num. 3.* & *in Asten. pensionis 11. Martij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, impressa per *Farinac. decis. 656. num. 3. p. 2. recent. Put. decis. 100. lib. 3. in correct. Seraph. decis. 365. & decis. 1371. num. 4. Rot. decis. 447. num. 1. 2. p. 1. diuers. Mart. de claus. p. 1. claus. 154. in vlt. impress.* 1

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Admissio iurium, protestationis, seu appellationis cum clausula,* Si, & in quantum, &c. *operatur, vt admissa cum illa, reiecta censeantur, si de Iure non erant admittenda.*

3 *Admissionem importat clausula,* Si, & in quantum, &c. *quatenus de Iure sit locus admissioni, & reiectionem, quatenus de Iure non sit admittenda.*

4 *Admissum nullatenus intelligitur, quod in effectu non debuit admitti.*

5 *Præsentatio admissa cum clausula,* Si, & in quantum, &c. *censetur admissa, si de Iure admitti debuit, & constituit in quasi possessione præsentandi.*

6 *Clausula,* Si, & in quantum, &c. *nihil ponit in esse, sed pendet à futuro euentu.*

7 *Conditionalem dispositionem reddit clausula,* Si, & in quantum, &c.

8 *Appellationis in causa operatur clausula,* Si, & in quantum, &c. *quod si illa est rationabilis, censetur admissa; secus si irrationabilis.*

9 *Appellatio quando interponitur à sententia diffinitiua, Iudex admittendo,* Si, & in quantum, &c. *dicitur ei detulisse, & admisisse.*

10 *Appellatum si fuerit, & appellatio,* Si, & in quantum, &c. *admissa, tunc non dicitur Iudex de apostolis respondere.*

Si, & in quantum, &c.

CLAVSVLA CXLIX.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Felin. in cap. cùm contingat, num. 11. de offic. deleg. Mascard. de probat concl. 119. Benintend. decis. 1. Mart. de clausul. p. 1. clauſ. 362. in vlt. impreſſ. Menoch. conſ. 2. n. 360. cum ſeqq. Vital. de Camb. in tract. clauſ. pag. 4. col. 2. Celſ. Vgon. in ſimili tract. pag. 566. Card. Tuſch. tom. 1. litt. C. concl. 361. à num. 5. Campan. in diuerſ. Iuris Can. rub. 11. & 13. à num. 403.*

2 Admissio iurium, protestationis, seu appellationis cum hac clausula, operatur, vt admissa cum illa, reiecta censeantur, si de Iure non erant admittenda, *Honded. conſ. 21. num. 19. tom. 1. Rota deciſ. 687. num. 2. p. 1. diuerſ.* & fuit dictum *in Florentina Iuriſpatronatus 11. Februarij 1604. coram Cardinale Lancellotto.*

3 Importat igitur admissionem, quatenus de Iure sit locus admissioni, & reiectionem, quatenus de Iure non sit admittenda, *Roman. conſ. 501. num. 4. & ſeqq. Socin. Iun. conſ. 18. num. 14. & 15. lib. 1. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 152. in vlt. impreſſ. Marant. de ord. iud. p. 5. §. appellatio, num. 200. Menoch. conſ. 174. num. 32. Honded. conſ. 22. num. 12. tom. 2. Seraph. deciſ. 687. num. 2.* Et ideo *Bart. in l. ambitioſa, circa fin. ff. de decret. ab ordine facien.* quem refert, & sequitur *Ioan. de Imola in l. Iudex poſtquam, in fin. ff. de re iud.* tenet quod per hanc clausulam nullatenus intelligatur admissum, quod in effectu non debuit admitti, sequuntur *Socin. conſ. 48. num. 61. vol. 4. Rub. conſ. 45. num. 7. & ſeq. Catald. in tract. Syndicatus, nu. 72. & ſeq.* 4

Præsentatio admissa cum hac clausula, censetur admissa, si de Iure admitti debuit, & constituit in quasi possessione præsentandi, *Rot. deciſ. 687. num. 2. p. 1. diuerſ. Seraph. deciſ. 499. n. 2. Greg. deciſ. 417. num. 3.* & fuit dictum *in Florentina parochialis, seu Iuriſpatronatus 28. Maij 1589. coram Iuſto.* 5

Item hæc clausula nihil ponit in esse, sed pendet à futuro euentu, *Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ. 517. num. 1. alias reſol. 413. num. 1, Canalcan. deciſ. 11. num. 41. & deciſ. 28. num. 16. & num. 20. p. 3. & deciſ. 32. num. 9. p. 5. Vivian. in praxi Iuriſpatr. p. 2. lib. 9. cap. 1. num. 3. in 1, impreſſ. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. p. 1. clauſ. 362. num. 1. in vlt. impreſſ.* vbi *num. 3.* subdit, quæ sit differentia, si dicatur, *Si, & in quantum de Iure debet,* vel si dicatur, *Si, & in quantum de Iure poteſt.* 6

Vnde infertur, hanc clausulam conditionalem dispositionem reddere, ex adductis per *Alex. conſ. 127. 127. num. 1, vol. 7. conſ. 501. num. 2. Cacheran. deciſ. 5, num. 9. & ſequen. Vital. de Camban. citato loco, num. 1. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 2. collect. 399. in fine.* 7

In causa appellationis operatur, quod si illa est rationabilis, censetur admissa; secus si irrationabilis, *Felin. in cap. cùm contingat, num. 13. de off. delegat. Ruin. conſ. 61. num. 27. vol. 5. Socin. Iun. conſ. 18. num. 16. vol. 1. Marant. de ord. Iud. p. 6. in 2. actu principali, num. 200. Mart. d. clauſ. 362. num. 4.* 8

Vnde quando appellatio interponitur à sententia diffinitiua, Iudex admittendo, *Si, & in quantum de Iure, &c.* dicitur ei detulisse, & illam admisisse, quia tunc talis conditio non facit suspensionem, sed habet veritatem; nam licèt dicat Iudex, *Si, & in quantum, &c.* tenetur tamen rationabilem admittere, secundum *deciſ. Benintend. 1.* quem refert, & sequitur *Aloyſ. Ricc. d. reſol. 413. in fine.* 9

Quid si fuerit appellatum, & appellatio, *Si, & in quantum, &c.* admissa, an tunc de apostolis respondere Iudex dicatur? negatiuè respondet *Zabarel. in Clem. quamuis. §. ſi Iudex, num. 4. de appellat.* quem refert, & sequitur *Marcheſ. de Commiſſ. p. 2. pag. 10. num. 8. in vlt. impreſſ.* 10

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* Si, & postquam renuntiauerit, &c. *quando solita sit apponi, & quomodo extendatur, ostenditur.*

2 *Refertur deciſio Sacræ Rotæ in Alexandrina Archipresbyteratus.*

3 *Forma renuntiationis in vim huius clausulæ traditur.*

4 *Actibus ex pluribus factis à Canonico præsentibus alijs Canonicis, probatur possessio capitulariter capta.*

5 *Possidendi causa est quid diuersum ab ipsa possessione.*

6 *Titulo nouo superueniente, potest quis continuare suam possessionem de facto, mutato solùm*

num.2. & in Piſtorien. Canonicatus 16. Iunij 1625.coram Illuſtriſſ. D. Cardin. Caualerio , & in Leodien. Canonicatus 3. Iulij 1617. coram eod. quas ſecuta etiam fuit *in Caſarauguſtana onerum 3. Iulij 1623. coram R. P. D. meo Pirouano.* Et ex actis ſuprà ponderatis, quæ coram Canonicis capitulariter congregatis geſta ſunt, reſultat etiam apprehenſio capitulariter facta, vt ſuprà in principio dictum fuit. Et ita concluſum,&c. Hactenus deciſio.

SVMMARIVM.

1 *Modum potiùs quàm conditionem importat clauſula,* Si idoneus reperiatur.

2 *Conditionem, & formam importat clauſula,* Dummodo idoneum repereris.

3 *Citatio alicuius in examine faciendo non eſt neceſſaria , vbi ad Ordinarium eſt directa clauſula,* Si idoneus reperiatur.

4 *Doctor in collatione beneficij , vel receptione ordinum examinandus non eſt.*

5 *Præſentatus ad parochialem neceſſariò examinandus eſt, quia examen eſt de forma, quamuis notoriè ſit dignus , vel famoſus Doctor, ſeu Vicarius Epiſcopi.*

6 *Doctor,aut Licentiatus in Theologia,vel Iure Canonico , & in publica Vniuerſitate graduatus, non excuſatur ab examine,quando petit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali.*

7 *Examinatus , & approbatus ſemel ad vnum beneficium , non amplius examinatur ad aliud ſimile.*

8 *Reprobatus ſemel , & reiectus poteſt iterum admitti.*

9 *Reiectus non ſolet admitti ad nouum examen, quando habilitas præſumitur acquiſita medio tempore.*

10 *Tempus quindecim menſium eſſe breue ad effectum,vt reprobatus alio examine approbationem meruerit.*

Si idoneus reperiatur.

CLAVSVLA CLI.

1 IMportat hæc clauſula potiùs modum, quàm conditionem , ita quod cognitionem anteire non oporteat, vt per *Celſ. Vgon.in tract.clauſul. tit. de clauſ. reſcriptorum , pag. 484. col. 1. & 2. Caualcan. Fiuizana deciſ.22. ſub num.6.p.1. Mari. Anton. var. reſol. lib.1. reſol.39. num.3.Campanil. in diuerſ. Iuris Canonici,rubr. 11. cap.13. n.88. & 256. Mart.de clauſ.p.1.clauſ.122.in vltim. impreſſ.*

2 Verùm ſi dicatur,*Dummodo idoneum repereris*,tunc hæc importabit conditionem, & formam, quæ propterea omitti non poteſt,vt tenent *Sanchez de Matr. lib.8. diſput.34. num.26. Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.700. in 1. edit. aliàs reſol. 592. num. 1. in 2. edit. Monet.de commut.vltim.volunt. cap.7. n.138.*

3 Vbi eſt directa hæc clauſula ad Ordinarium, non eſt neceſſaria citatio alicuius in examine faciendo, vt poſt *Card.* & *Rotam deciſ.543. lib.2. quotidianarum,* tradit *Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 121. in vltim. impreſſ.* Et de hac materia vide dicta in clauſula, *Si inueneris præmiſſa, &c.* infrà clauſ.153.

Illud pro coronide huius clauſulæ aduertere oportet, quod Doctor in collatione beneficij , vel in receptione ordinum examinandus non eſt,ex quo notus promoueri poteſt abſque examine, ita *gloſſ. verbo ignota, in cap. de Petro, 47. diſt. Rochus de Iurepatr.verb. honorificum , num. 16. verſ. ego credo Sauerlo examen, Petr. Leſnaud. in tract. de Doctoribus , p. 4. quæſt. 28. Henriq. in ſumma, lib.10.cap.18. in princ. Cened. ad Decret. collect. 15. num. 3.* quos refero ego ipſe *de off. & poteſtate Epiſcopi, p.3.alleg.60. num.75.* 4

Limita tamen hoc ipſum non procedere in præſentato ad parochialem , in hac enim examen præciſè neceſſarium eſt, nec omitti poteſt , ex eo quod prouiſus notoriè ſit dignus , vt reſoluunt *Lambert. de Iurepatron.p. 1. lib.2. quæſt.11. art. 3. num.5. Rebuff. de priuil. Scholar. priuil.86. num.4. Flam.de reſign.lib.8. quæſt.9.num. 83. cum ſeqq. Cened. d. collect. 15. num.5. Aloyſ. Ricc. in deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, deciſ.139.p.1. Vgol. de offic.Epiſcopi, cap.50. §.6.num.6. & §.10. num.6. Leſſius de Iuſtitia lib.2. cap.34. num.82.* etiamſi eſſet fameſiſſimus Doctor, qui cum maximo applauſu per plures annos legerit , ex notat. per *Fuſch. de Viſitat. lib. 2. cap. 5. num. 10.* & etiamſi eſſet Vicarius ipſius Epiſcopi, vt tradit *Flamin. d. quæſt.9. num.87.* Vnde Sacra Congregatio Concilij ita cenſuit;Doctor, aut Licentiatus in Theologia , vel Iure Canonico,& in publica Vniuerſitate graduatus,non excuſatur ab examine, quando petit prouideri de aliqua Eccleſia parochiali ; quam deciſionem referunt *Zerola in praxi Epiſcopali. p. 2. verbo Doctor. §. 1. Piaſeg. in ſimili praxi, p.2. cap.5. num.17. verſ. Doctor, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 4. num. 90. Proſper de Auguſtino in addit. ad Quarant. in ſumma Bullarij,verb. beneficiorum parochialium collatio , q. 1. Nicol. Garc. de benef. p.9. cap.2. n.103.* 5 6

Semel examinatus, & approbatus ad vnum beneficium ſimplex , non amplius examinatur ad aliud ſimile. Idem eſt ſi ſemel ſit approbatus ad Canonicatum , vel dignitatem in Collegiata , non amplius examinatur ad ſimilem Canonicatum , vel dignitatem in alia Collegiata : ſic ſemel approbatus ad Curatum, vel Canonicatum,aut dignitatem in Cathedrali, non vltrà examinatur ad ſimile , vel ſimilem; ita ſeruari in Curia referunt *Gonzal. d. gloſſ.4. n.84. & Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici , deciſ. 419. in prima impreſſ. aliàs reſol. 756. in 2. impreſſ.* quod intellige iuxta reſoluta per *Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici, rubr.5. cap.3. num.8. prope finem* , & per meipſum *d. alleg.60. num.89. & 90.* 7

Vtrùm autem ſemel reprobatus , & reiectus poſſit iterum admitti ? Reſpondeo quod ſic, nouum enim examen eſt optimus modus probandi ſcientiam examinati , aliàs reiecti , & grauamen ab examinatoribus illatum; ita *Rota deciſ.8. de probat. in nou.& deciſ. 18. num.14. de conceſſ. præbendæ , etiam in nouis , Gregor. deciſ. 527. num.2. & deciſ. 558. num. 2.* & fuit dictum *in Calagur. de Monila 15. Iunij 1612. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.* 8

Nec ſubſiſtit obiectum , quod huiuſmodi reiectus poſt reprobationem potuerit doctus euadere , ita vt habilitas præſumatur acquiſita medio tempore,quo caſu reiectus non ſolet admitti ad nouum examen, vt *in deciſ.505. num.4.p.2. recent.* & *in Calagur. beneficij de Ceruera 8. Febr. 1591. coram Penia,& in Paduana coadiutoriæ 6. Nouembris 1623. coram D. Merlino;* quia reſpondetur , allegatam præſumptionem excludi ex breuitate temporis quatuor menſium , vel circa, 9

Gregor.

10 *Gregor. decis. 527. num. 3. & decis. 538. num. 4.* Ex quibus decisionibus Rota censuit, tempus quindecim mensium esse breue ad effectum, vt reprobatus in examine, possit medio tempore ita eruditus fieri, vt postea in alio examine approbationem meruerit, vt fuit dictum *in Nepesina Canonicatus 25. Februarij 1625. coram D. Merlino.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Si in euidentem, &c. *dicitur de stylo apponi solita in literis*, Si in euidentem, &c.

2 *Clausula*, Si in euidentem, &c. *nihil aliud innuere videtur, nisi quatenus in Ecclesiæ vtilitatem gesta tendant, auctoritate Apost. Iudices, quibus literæ Apost. diriguntur, confirment; sin secus, infirment.*

3 *Gratiam totam restringit, & modificat rescriptum*, Si in euidentem, &c.

4 *Alienatio si cedat in euidentem vtilitatem, non suspendit gratiam.*

5 *Vtilitas Ecclesiæ, & quod sit euidens, ad gratiam iustificandam probanda est.*

6 *Alienationes quando dicantur fieri in vtilitatem Ecclesiæ? remissiuè.*

7 *Vtilitas Ecclesiæ an adsit in alienatione, si quis cognoscere velit, non est considerandum tempus breue, sed anterius, & posterius.*

8 *Contractus an sit vtilis, & damnosus Ecclesiæ, vt videatur, inspici debet tempus celebrationis ipsius contractus.*

9 *Euidens vtilitas quæ dicatur, ostenditur.*

10 *Subreptio in gratia*, Si in euidentem, &c. *quando attendatur, ostenditur.*

11 *Vtilitas Ecclesiæ non probatur ex delegatorum assertione, nisi adsint separata documenta.*

Si in euidentem Ecclesiæ vtilitatem fiat, &c.

CLAVSVLA CLII.

1 HÆc clausula dicitur de stylo apponi solita in literis, *Si in euidentem*, vt censuit *Rota in Ferrarien. bonorum 15. Iunij 1615. coram Vbaldo*, impressa
2 per *Farinac. decis. 730. num. 3. in fin. p. 2. recent.* Et nihil aliud innuere videtur, nisi quatenus in Ecclesiæ vtilitatem gesta tendant, auctoritate Apost. Iudices, quibus literæ Apost. diriguntur, confirment; sin secus, infirment, ad *text. in cap. sine except. & cap. terrulas 12. quæst. 2. Marchef. de Commiss. p. 1. pag. 57. num. 34. in vlt. impress.* vbi *num. 35.* ex *Redoan. de rebus Eccles. non alien. rub. de causa cognita, num. 56.* & aliis, subdit, hanc clausulam conditionem facere.

3 Restringit hæc clausula, & modificat totam gratiam, vt fuit dictum *in Romana domus in Burgo 30. Octobris 1589. coram Card. Mantica, inter eius decisiones impressas decis. 101. & in Lucana nullitatis alienationis bonorum 27. Iunij 1605. coram Card. Blanchetto*, impressa per *Marchef. de Commiss. part. 1. pag. 110. n. 2.*

4 At verò cùm respiciat tempus initi contractus, si alienatio cedat in euidentem vtilitatem, non suspendit gratiam, *l. cùm ad præsens. ff. si certum petatur*, & fuit resolutum *in Romana rescissionis contractus 4. Iunij 1570. coram Card. Blanchetto* impressa per *Marchef. de Commiss. d. p. 1. pag. 99. num. 7.*

Duo igitur ad gratiam iustificandam probanda 5 sunt, vtilitas scilicet Ecclesiæ, & quod sit euidens, quæ arbitrio Iudicis relinquenda sunt, ex latè traditis per *Redoan. in tract. de rebus Ecclesiæ non alienan. q. 20. de caus. vtilitatis, n. 54.*

In vtilitatem Ecclesiæ an dicantur fieri aliena- 6 tiones? vide *Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 27. art. 8.* & memetipsum *de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 95.*

Ad dignoscendum, an adsit Ecclesiæ vtilitas in 7 tali alienatione, non est considerandum tempus breue, sed anterius, & posterius per aliquot annos, *Afflict. decis. 316. num. 16. Rota decis. 65. num. 13. & 20. p. 2. diuers.* sequendo theoricam *Bart. in l. pretia rerum, num. 3. ff. ad leg. Falcid.* Imò, vt quidam asserunt, sufficit, quod vtilitas adsit ab initio, nec attenditur quod postea accidit, *Calder. cons. 5. de rerum permutat. Alciat. cons. 37. num. 5. Monald. cons. 117. n. 3.* & fuit dictum *in Florentina bonorum 7. Maij 1591. coram Card. Pamphilio*, quam refert cum aliis *Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 14. num. 3.* Quia, vt vi- 8 deatur, an contractus sit vtilis, vel damnosus Ecclesiæ, inspici debet tempus celebrationis ipsius contractus, *Rebuff. in compendio alienat. num. 73. in fin. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 56. num. 78. & tit. 9. quæst. 11. num. 10. Marc. Anton. Genuen. in pract. Archiep. Neapol. cap. 89. n. 3. Quarant. in sum. Bullarij, verbo alienatio rerum Ecclesiæ, num. 12.*

Vnde huic clausulæ non remanet satisfactum pro- 9 pter solam Ecclesiæ vtilitatem, nisi sit euidens, quæ talis dicitur, quando ita clarè, & manifestè apparet, vt de ea dubitari non possit, quin sit magis profutura Ecclesiæ, *cap. sine exceptione 12. quæst. 1.* vbi *Rebuff. num. 97. & 92.* idem *Rebuff. cons. 111. num. 8. & cons. 112. num. 13. Redoan. d. quæst. 20. sub num. 81. Mandos. in praxi Signaturæ gratiæ, Si in euidentem, in princip. vers. hæc verba, Menoch. in addit. ad lib. 2. de arbitr. casu 172. num. 22. Borgn. Caualcan. decis. 45. n. 34. & seq. Quarant. d. num. 12. in princip. Aloys. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccles. in pralud. à princip.*

Hinc etiam in gratia, *Si in euidentem*, non atten- 10 ditur subreptitio quando non est circa vtilitatem, sed quando respicit vtilitatem; quia tunc gratia vitiatur, *Menoch. cons. 122. vol. 2. Aloys. Ricc. in d. praxi, resol. 14. num. 5.* vbi refert ita resolutum *in vna Romana domus 2. Decembris 1588. coram Bubalo.*

Requiritur autem quod in actis coram Iudicibus 11 delegatis constet de vtilitate Ecclesiæ, quare non aliàs ex delegatorum assertione probatur, minúsve assertio præfata conualidat, nisi adsint separata documenta, ac de præcedenti appareat probatione, *cap. 1. vbi dominia.* & *Franc. de rebus Ecclesiæ non alienan. Socin. cons. 52. num. 5. & 11. vol. 4. Dec. cons. 142. num. 80. Marchef. de Commiss. d. p. 1. pag. 55. num. 49.* vbi *num. 51.* ex *Iodach. in tract. subhastat. cap. 1. num. 1.* subdit, quod nec Papæ assertioni quod vtilis sit alienatio, credendum est.

SVMMARIVM.

1 *Citationem partis requirit clausula*, Si inueneris præmissa, &c.

2 *Nisi addantur verba illa*, per summariam informationem.

3 *Commiſſarius vigore clauſulæ*, Si inueneris præmiſſa, &c. *in re modica non tenetur partes citare, ſecus in re graui.*

4 *Gratiam conditionalem facit clauſula*, Si præmiſſa repereris eſſe vera, &c.

5 *Commiſſarius in vim clauſulæ*, Si præmiſſa repereris eſſe vera, &c. *ſi non conſtito ſibi citatis partibus de veritate, diſpenſet, aut exequatur, talis diſpenſatio, ſeu executio eſt nulla.*

Si inueneris præmiſſa, &c.

CLAVSVLA CLIII.

1 HAnc clauſulam requirere partis citationem, nulla ferè dubitatio eſt, id enim tenet *Rota deciſ. 14. de dolo, & contum. in antiq.* poſt *Ioannem Andr. in Clem. Iudices, de offic. deleg.* ſubditque, ita ſeruare Cancellariam, & Rotã DD. Auditorum; ita etiam tenet eadem *Rot. deciſ. 12. num. 10. circa med. de officio deleg. in nouis*, & ibi *Papaz. in addit.* & *Felin. in cap. 2. n. 6. de reſcript. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 138.* quamuis *Lap. alleg. 60. num. 2. & 3.* dicat hanc clauſulam, *Si inueneris, &c.* in reſcriptis appoſita non importare conditionem, ſed monitionem quamdam, ac præceptum examinandæ veritatis, prout eum refert *Sanchez de Matrim. lib. 8. diſp. 34. num. 25.*

2 Primò ſupradictam principalem reſolutionem limita, niſi addantur ea verba, *per ſummariam informationem*, tunc enim poteſt Commiſſarius citare, vt ſumat informationem, non tamen tenetur, nec poteſt dare parti nomina teſtium, *Rota deciſ. 13. de dolo, & contum. in antiq. Monet. d. num. 138. verſ. id autem limitandum.*

3 Secundò limita, vt ſi agatur de re modica, non teneatur talis Commiſſarius partes citare, ſecus in re graui, *Rota deciſ. 16. de dolo, & contum. in antiq. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 156. num. 3. in vlt. impreſſ. Monet. d. num. 138. verſ. 2.* vbi pariter limitat, quando certus ei modus informationis ſumendæ à committente præſcribitur, vt quod inſpectis literis commiſſum negotium exequatur, prout eſt caſus *in cap. 2. verſ. verum quoniam. de reſcript.*

4 Aliquando hæc clauſula concipitur ſub aliis verbis, videlicet, *Si præmiſſa repereris eſſe vera, &c.* quæ conditionalis eſt, facitque gratiam conditionalem, *Felin. in cap. ſi conſtiterit, num. 5. de conſtitut.* ideoque gratia cum illius inſertione conceſſa requirit veram & exactam narratorum probationem, vt dictum fuit *in Caſalen. ſeu nullius præpoſituræ 21. Aprilis 1597. coram Giptio*, vbi etiam habetur, deciſionem *Ægidij 113.* cum concordantibus, aſſerentem pro verificatione narratorum ſufficere leuiores probationes, ac minus plenas, procedere in iis, in quibus intentio Papæ concedentis principaliter non defraudatur.

5 Amplia ita hanc clauſulam, *Si præmiſſa repereris, &c.* facere gratiam conditionalem, vt ſi Commiſſarius non conſtito ſibi citatis partibus de veritate, diſpenſet, aut exequatur, talis diſpenſatio, ſeu executio ſit nulla, quantumuis preces ſint in ſe veræ, vt per *Sanchez de Matrim. lib. 3. diſp. 33. num. 3. & 4. lib. 8. diſput. 34. num. 26. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 7. num. 138. poſt med.* obſeruantes, hoc eſſe intelligendum, niſi ſubiiciatur clauſula, *Conſcientiam ſuam oneramus*; nã tunc ſufficeret quod ſe extraiudicialiter informet, certiórque fiat de veritate precum.

Supradicta clauſula, *Si inueneris, &c.* & alia ſubſequens, *Si repereris, &c.* an differant? vide *Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 156. in vlt. impreſſ.* 6

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Clauſula*, Si ita eſt, *de Iure tacitè ſubintelligitur in quocumque reſcripto.*

3 *Iuriſdictionem, vel executionem conditionalem tribuit clauſula*, Si ita eſt.

4 *Verba*, Si ita eſt, diſpenſetis, *inducunt formam, & ſolemnitatem.*

5 *Clauſula*, Si ita eſt, *non procedit in ijs, quæ præſumuntur à Iure.*

6 *Gratiam conditionalem facit clauſula*, Si ita eſt, *& oſtendit Papam de narratis notitiam habuiſſe.*

7 *Reſcriptum conditionale non reddit clauſula*, Si ita eſt, *quando gratia eſt de præſenti.*

8 *Cauſæ cognitionem, & partis citationem non importat hæc clauſula*, Si ita eſt, *cuius contrarium verius.*

9 *Conditionem non ita facit clauſula*, Si ita eſt, *in reſcriptis poſita, vt ſuſpendat Iuriſdictionem Commiſſarij, vſque ad eius verificationem, ſed ſolum ipſum Commiſſarium, ſeu exequutorem mixtum reddit.*

10 *Iuſtificationem contentorum in diſpenſatione requirit clauſula*, Si ita eſt, *in diſpenſatione poſita.*

Si ita eſt.

CLAVSVLA CLIV.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mart.* 1 *de clauſ. part. 1. clauſ. 141. alias 157. in vltima impreſſ. Mari. Antonin. var. reſol. lib. 1. reſol. 58. num. 2. 3. & 4. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. num. 126. cum ſeqq.* vbi *num. 128.* ſubdit, quod idem importat quod clauſula illa, *Veris exiſtentibus narratis*, & clauſula, *Si preces veritate nitantur.*

Hæc clauſula tacitè de Iure ſubintelligitur in 2 quocumque reſcripto, *l. fin. in princ. C. de diuerſ. reſcript. cap. 2. de reſcript.* vbi *Rip. num. 19. Soci. conſ. 164. num. 6. lib. 2.* & ideo ſemper apponitur ab expeditoribus, quando gratia eſt in forma commiſſaria, vt fuit dictum *in Portugalen. diſmembrationis 13. Iunij 1601. coram Iuſto*, quam refert *Mart. d. clauſ. 157. num. 3.*

Iuriſdictionem, vel executionem conditionalem 3 tribuit, vt per *Abb. conſ. 96.* incip. *Cum ad aures, col. 4. verſ. item ſi bene conſideres, lib. 1. Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. pag. 322. num. 78. in vlt. impreſſ. Garz. Giron. de priuileg. ſeu exemption. explicatione, n. 1159.* vbi *n. 1158.* dicit, quod verba, *Si ita eſt, diſpenſetis*, inducunt 4 formam, & ſolemnitatem non leuem, *Seraph. deciſ. 989. num. 1. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 367. num. 12.* vbi *num. 13.* ſubdit, vt hæc clauſula non 5 procedat in iis, quæ præſumuntur à Iure, quia non requiritur, quod verificetur, prout ſi mandatur, ali-

BIBLIOTECA GENERAL GRANADA

quem vti virum probum admitti, & in rescripto dicitur, *Si ita est, admittas*, quia sufficit præsumptio Iuris.

6 Vnde gratiam facere conditionalem, & ostendere Papam de narratis notitiam non habuisse, censuit *Rota apud Seraphin. d. decis.* 989. *num.* 1. quem refert *Monet. d. cap.* 7. *num.* 129. tradit *Mart. d. claus.* 157. *num.* 1. & post *Verall. decis.* 125. *num.* 2. *part.* 1. asserit *Marches. de Commiss. d. part.* 1. *pag.* 322. *n.* 78.

7 non reddere tamen rescriptum conditionale, quando gratia est de præsenti, idem firmat *Seraph. decis.* 775. *num.* 5.

8 Non importare hanc clausulam causæ cognitionem, nec partis citationem, seu vocationem, tenent *Lap. alleg.* 60. *num.* 1. *Card. in Clem.* 1. *num.* 17. *de offic. deleg. Maresc. var. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 158. *cum duobus seqq.* Verùm contrarium tanquam probabilius sequuntur *Felin. in cap. vltim. num.* 32. *de præsumpt. Rot. decis.* 12. *de offic. deleg. in nouis, Sanchez de Matrim. lib.* 8. *disput.* 34. *n.* 26. *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.* 7.

9 *num.* 131. vbi subdit, hanc clausulam in rescriptis positam non ita conditionem facere, vt suspendat Iurisdictionem Commissarij vsque ad eius verificationem, sed solùm ipsum Commissarium, seu exequutorem mixtum reddere. Sub distinctione tamen rem componit *Marches. de Commiss. d. p.* 1. *pag.* 322. *num.* 81. dicens, aut adest partis, vel testis interesse, aut cessat; primo casu requiri citationem credit, in secundo verò minimè.

10 Et hanc clausulam in dispensatione appositam requirere iustificationem contentorum in dispensatione, fuit dictum *in Barchinonen. matrimonij* 15. *Martij* 1604. *coram Penia*, impressa per *Farin. decis.* 71. *num.* 4. *p.* 1. *recent.*

CLAVSVLA CLV.

1 IMportat hæc clausula arbitrium boni viri, *l fideicommissaria libertas, la* 2. *ff. de fideicom. libert. l. fideicommissa* 11. §. *quamquam ff. de legatis* 3. cum aliis allegatis *in Comen. habitus* 14. *May* 1607. *coram Iusto*, latè *Monet. de commutat. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 142. *cum seqq.* Et de verbis, seu simili clausula, *Vt tibi videbitur*, quod importet boni viri arbitrium, latè probant *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 112. *& seq.* & id ipsum de verbis, *Facias quod tibi videbitur expedire*, tradit idem *Menoch. d. quæst.* 8. *num.* 5. & de illis, *Si bonum, aut iustum tibi videbitur, num.* 6. de iis verò, *Si tibi placuerit, n.* 7. *&* 9. & de illis, *Si tibi probetur, n.* 8. refert *Monet. d. num.* 143.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem omnem, & defensionem excludit clausula*, Sine aliqua exceptione, &c.

2 *Exceptiones legitimas non tollit clausula*, Sine aliqua exceptione, &c.

3 *Exceptiones friuolæ, non autem rationabiles per clausulam*, Sine aliqua exceptione, &c. *videntur repulsæ.*

4 *Exceptiones omnes quando tolluntur in statutis, aut constitutionibus, tunc non solùm friuolæ, sed etiam legitimæ sublatæ dicuntur.*

5 *Exceptiones, quæ resultant ex eadem scriptura, vbi clausula*, Sine aliqua exceptione, &c. *est scripta, non censentur sub illa comprehensæ, etiamsi altiorem indaginem requirerent.*

6 *Exceptiones ortas ex ipsomet instrumento, & ex eodem fonte, opponere potest debitor, etiamsi promisisset soluere*, omni molestia, & exceptione remota.

7 *Exceptiones prouenientes ex natura rei, non censentur comprehensæ sub clausula*, Sine aliqua exceptione, &c.

8 *Subreptionis exceptionibus nunquam renunciatum censetur, licèt Princeps id mandet.*

9 *Exceptiones non apponendas si pars apponeret, & discuti patiatur super qualitatibus, & releuantia illarum, tunc faciunt præiudicium etiam stante clausula*, Sine aliqua exceptione, &c. *ac si nihil fuisset promissum.*

10 *Appellatio per clausulam*, Sine aliqua exceptione, &c. *quemadmodum & per quascumque clausulas generales, quod videatur excluſa, ostenditur.*

Sine aliqua exceptione, &c.

CLAVSVLA CLVI.

1 OMnem exceptionem, & defensionem excludit hæc clausula, *l. Thais.* §. *Stichus seruus. ff. de fideicom. libert. Bertazol. de claus. instrum. claus.* 22. *glos.* 1.

2 Non tollit legitimas exceptiones, vt ex *text. in cap. ex part.* 2. *de offic. deleg.* notat *Rebuff. in compend. alien. num.* 46. vnde si est factum, in quo cadere po-

3 test exceptio rationabilis in dubio per rescriptum, vbi est posita hæc clausula, vel illa, *Nulla exceptione obstante*, friuolæ exceptiones videntur repulsæ, non autem rationabiles, *glos. in d. cap. ex parte, Vital. de Camban. in tract. claus. pag.* 16. *col.* 1. *num.* 2. *Cels. Vgo. in simili tract. pag.* 490. *col.* 1. *Bertazol. vbi supra*, & fuit dictum *in Astens. fructuum* 27. *Martij* 1613. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.* In statutis verò, aut

4 constitutionibus, quando tolluntur omnes exceptiones, tunc non solùm friuolæ, sed etiam legitimæ sublatæ dicuntur, & præcipuè si condita fuerint ab habentibus merum & mixtum imperium; ita *Misyng. cent.* 2. *obser.* 10. *n.* 3. *Carol. de Grassis de except. except.* 1. *cum seqq.*

5 Sub hac clausula non censentur comprehensæ illæ exceptiones, quæ resultant ex eadem scriptura, vbi clausula hæc est scripta, *Alex. cons.* 119. *num.* 2. *vol.* 1. *Bursat. cons.* 234. *num.* 1. *vol.* 3. *Surd. cons.* 246. *num.* 24. *vol.* 2. *Ioan. Baptista Costa in tract. de clausulis conuent. claus.* 102. *num.* 6. & *de obligatione Camerali* tradit *Gallesius ad* 4. *partem formæ, quæst.* 1. *num.* 8. & fuit dictum *in Mediolanen. pecuniaria* 16. *Martij* 1592. *coram Giptio*, etiamsi altiorem indaginem requireret talis exceptio, ex instrumento resultans, vt per *Cassad. decis.* 10. *de rescript. num.* 1. *&* 2. *Sarnen. in compendio vtriusque Signaturæ, num.* 3. *& seq. Rot. decis* 649. *num.* 3. *lib.* 3. *part.* 3. *diuers.* & fuit tentum *in vna Recanaten. transactionis* 27. *Nouembris* 1592. *coram Giptio*, impressa per *Zach. post tract. de obligat. Camerali decis.* 8. & *in Asculana, seu Ripana pecuniaria* 15. *Martij*

1606.

1606. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per eundem *Zachiam deciſ.* 14. *num.* 2. & *in Romana reſponſionis* 11. *Ianuarij* 1597. *coram Cordubà*, pariter impreſſa apud eundem *Zach. deciſ.* 42. *num.* 7.

6 quam quidem exceptionem, quæ ortum habet ex ipſomet inſtrumento, & ex eodem fonte, opponere poteſt debitor, etiamſi promiſiſſet ſoluere, *omni moleſtia, & exceptione remota*, cuius naturæ exceptiones ſunt, *rei non traditæ, pretij non ſoluti*, &, *adimplementi non facti.* Exemplum eſt in locatore, vel venditore agente ad pretium rei locatæ, vel venditæ vigore inſtrumenti locationis, vel venditionis, cui ex forma ſtatuti non poſſet apponi aliqua exceptio, poterunt eo non obſtante emptor, vel conductor opponere, *non habui rem venditam, non potui vti locata, Alex. conſ.* 119. *num.* 2. *vol.* 1. *Turret. conſ.* 49. *num.* 34. *vol.* 2. latè *Carol. de Graſſis in tract. de except. except.* 13. *n.* 1. 3. & 7.

7 Sic etiam ſub hac clauſula non cenſentur comprehenſæ exceptiones prouenientes ex natura rei, *Bald. in auth. præſertim. C. de fideiuſ. Felin. in cap. ex parte, il* 2. *in* 10. *limitat.* & ibi *Dec. num.* 57. *de offic. deleg. Rota in Lauretana prædij, ſeu pecuniaria* 15. *Aprilis* 1593. *coram Giptio*; nec exceptiones ſubreptionis, quibus nunquam renunciatum cenſetur, licèt Princeps id mandet, vt per *Capol. in ſpecie, conſ.* 64. *col.* 7. *verſ. plus etiam dico, Cranet. de antiquit. tempor. p.* 4. §. *tranſeo, num.* 123.

8

9 Verùm ſi apponantur exceptiones non apponendæ, & pars taceat, ac non contradicat, ſed ſolùm diſcuti patiatur ſuper qualitatibus, & releuantia illarum, tunc faciunt præiudicium, ac ſi nihil fuiſſet promiſſum, ac eſſent de Iure admittendæ; ita *Innocent. in cap. cùm Bertoldus, num.* 4. *in fin. de ſent. & re indicat. Alex. conſ.* 77. *num.* 13. *vol.* 2. *Cap. alleg.* 25. incip. *An minor certificatus, verſ. ad quartum, Galleſ. de oblig. Camer. ad* 4. *partem formæ, quæſt.* 4. *in princ. Tiber. Saluſt. lib.* 1. *cap.* 14. *ſub num.* 3. *verſ. imò in executiuis, Anton. Corn. de abſolut. iuram. part.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 8. *verſ. & ita nominatim, Rota in Aurien. parochialis* 11. *Decembris* 1606. *coram Card. Marquemontio.*

10 Et quod per hanc clauſulam, quemadmodum & per quaſcumque clauſulas generales videatur excluſa appellatio, ſentit *Ruginel. de appellat.* §. 9. *gloſſ.* 2. *cap. vnic. num.* 18. *cum ſeqq. Turret. conſ.* 86. *num.* 20. *vol.* 2. quos refert *Ioan. Baptiſta Coſta d. clauſ.* 102. *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Sine præiudicio, &c. *ſubintelligitur in omnibus conceſſionibus, quando poteſt ſtare cum principali diſpoſitione.*

2 *Gratia in qualibet Papæ ſemper intelligitur clauſula*, Sine præiudicio, &c.

3 *Principis gratia ſemper intelligitur ſine alterius iniuria.*

4 *Reſcripto in quolibet ſemper intelligitur clauſula*, Sine præiudicio iuris alieni.

5 *Clauſula*, Sine præiudicio, &c. *ſemper intelligi debet de alio præiudicio, quàm expreſſo.*

6 *Clauſula*, Sine præiudicio, &c. *operatur tantùm ſuper non expreſſis in eodem contractu.*

7 *Ius illius præſeruat clauſula*, Sine præiudicio, &c. *ad cuius fauorem appoſita eſt.*

8 *Tam conditionalem reddit clauſula*, Sine præiudicio, &c. *ſi, & quatenus præiudicium ex actu alicui inferatur, & intelligitur de conditione reſolutiua, & non ſuſpenſiua.*

9 *Poſſeſſio data ſub conditione reſolutiua cenſetur purè data.*

10 *Depoſitum conditionale non dicitur ex eo, quod factum fuerat cum clauſula*, Sine præiudicio, &c.

11 *Clauſula*, Sine præiudicio, &c. *an præſeruet ius tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio, referuntur duæ ſententiæ, & n.* 12.

13 *Poſſeſſionem alterius plenam præſeruat ſolùm clauſula*, Sine præiudicio, &c.

14 *Clauſula*, Sine præiudicio, &c. *poſita in conceſſione, quæ eſt incompatibilis cum diſpoſitione, vel diſpoſitionem vitiat, vel vitiatur à diſpoſitione.*

15 *Ciuilitatis & immunitatis in Breui Apoſt. inſerta clauſula*, Sine præiudicio, &c. *ad ſolam ciuilitatem refertur.*

16 *Iuriſdictionem Iudicis ad quem non tollit in commiſſione clauſula*, Sine præiudicio, &c.

17 *Exequutorem mixtum facit clauſula*, Sine præiudicio iurium alterius.

Sine præiudicio, &c.

CLAVSVLA CLVII.

SVbintelligitur hæc clauſula in omnibus conceſ- 1
ſionibus, quando poteſt ſtare cum principali diſpoſitione, *Seraphin. deciſ.* 398. *n.* 18. *Menoch. conſ.* 1033. *num.* 21.

Et ſic in qualibet gratia Papæ, *Sarnen. in reg. de* 2
iure quæſito non tollendo, quæſt. 1. *in princ.* & fuit dictum *in Pampilonen. ſepulturæ* 10. *Nouembris* 1608. *coram Gregor. XV. inter eius deciſiones impreſſas, deciſ.* 383. *n.* 2. quæ etiam reperitur impreſſa per *Farinac. deciſ.* 226. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Principis enim gratia ſemper in- 3
telligitur ſine alterius iniuria, *l.* 2. §. *ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. cap. ſuper eo, de officio deleg. Dec. conſ.* 11. *n.* 4.

Et in quolibet reſcripto, prout ſignanter de clau- 4
ſula, *Sine præiudicio iuris alieni*, agentes concludunt, *Rot. deciſ.* 21. *n.* 5. *de præben.* & *in Burgen. de Arroyo vlt. Ianuarij* 1594. *coram Litta.*

Semper tamen intelligi debet de alio præiudicio, 5
quàm expreſſo, vt per *Oldrad. conſ.* 330. *in fine, Pariſ. conſ.* 70. *num.* 12. *lib.* 1. *Gabr. conſ.* 151. *num.* 29. & *ſeq. lib.* 1. *Verall. deciſ.* 7. *in fin. de Iurepatron. Honded. conſ.* 86. *num.* 47. *tom.* 2. *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 867. *num.* 19. *Ceſar. Argel. de contradict. legitimo, q.* 12. *num.* 9. *Rebuff. in præxi benef. in forma nou. prouiſ. in verb. dummodo, num.* 6. *Cened. poſt lib. practic. quæſt. ſing.* 100. *num.* 3. & dictum fuit *in Toletana admiſſionis* 17. 6
Iunij 1609. *coram Pamphilio*, impreſſa per *Farin. deciſ.* 192. *num.* 6. *p.* 1. ac proinde operatur tantùm ſuper non expreſſis in eodem contractu, vt per *Rebuff. in* 7
praxi, tit. de erect. in Colleg. ad fin. Mandoſ. conſ. 10. *n.* 14. *Mart. de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 157. *n.* 3. & 9. *in vlt. impreſſ.*

8 Præsernat ius illius, ad cuius fauorem clausula hæc apposita est, *Pute. decis.* 191. *num.* 17. *lib.* 1. *in correctis*, vbi ait, quod ista clausula nihil noui concedit, sed ius, siue bonum, siue malum, prout antea erat, dimittit, *& decis.* 113. *lib.* 2. *Marta d. clauſ.* 157. *n.* 1. *Aloys. Ricc. in collect. decis. p.* 4. *collect.* 833. *in princip. & collect.* 1243. *Verall. decis.* 119. *part.* 1. *Seraph. decis.* 144. *num.* 6. & fuit dictum *in Regien. feudi de Tobilis* 24. *Nouemb.* 1586. *coram Cardin. Pamphilio*, & *in Mediolanen.* 8. *Iunij* 1612. *coram Reuerendissimo D. Pamphilio Iun.* impressa per *Farinac. decis.* 419. *num.* 3. *p.* 1. *recent.*

9 Reddit actum conditionalem, si, & quatenus præiudicium ex actu alicui inferatur, *Peregr. de fideicom. art.* 47. *sub num.* 29. *vers. & ideo*, *Marta d. clauſ.* 157. *num.* 2. *Marescot. var. resol. lib.* 2. *cap.* 137. *n.* 2. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 980. *num.* 8. quod tamen est intelligendum de conditione non suspensiua, sed resolutiua, hoc est, quod constito de alterius præiudicio, & iure, actus resoluatur; interim autem actus gestus cum dicta conditione habetur pro puro, *Pereg. d. art.* 47. *sub num.* 29. *vers. intellige*, *Honded. cons.* 86. *num.* 44. *tom.* 2. *Seraphin. decis.* 877. *num.* 2. *&* 3. vbi dicit, quod possessio data cum dicta conditione, censetur purè data, quandiu non apparet alium habere potiora iura, ex adductis *in Ferrarien. bonorum* 26. *Iunij* 1613. *coram Reuerendissimo Domino Pamphilio*, impressa per *Farinac. decis.* 513. *sub num.* 3. *part.* 1. *recent.*

10 Vnde conditionale depositum non dici ex eo, quod factum fuerit cum hac clausula, censuit *Rot. coram Gregor. XV. decis.* 324. *num.* 3.

11 Vtrùm autem hæc clausula præseruet ius tam in petitorio, quàm in possessorio, quæstio est dubia, in qua vna sententia tenet in vtroque ius præseruare, quam tuentur *Pereg. d. art.* 47. *num.* 29. *& art.* 48. *sub num.* 36. *& cons.* 2. *sub num.* 63. *vers. & in summa*, *lib.* 2. *Marescot. var. resol. lib.* 1. *cap.* 55. *num.* 31. *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 867. *num.* 35. & sæpe in Rota ita fuit resolutum, & signanter *in decis.* 1013. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers. & coram Seraph. decis.* 403. *num.* 1. *&* 2. & *in Romana domus de Cardelis* 17. *Maij* 1609. *coram Cardin. Caualerio*, & *in S. Seuerini bonorum* 1611. *coram Card. Sacrato*, vbi dicitur, quod stante tali clausula, vel censetur reseruata possessio alterius, vel quatenus id verificari non possit, vitiabitur possessio alteri data cum dicta clausula, & fuit etiam dictum *in vna Ciuitatis Castelli* 13. *Iulij* 1617. *coram Vbaldo*, vbi dicitur non censeri præiudicatum iuri alterius quoad possessionem, nec etiam ad effectum manutentionis, & quod præseruat iura tam in petitorio, quàm in possessorio.

12 Altera sententia tenet, non præseruare nisi iura in petitorio, & fuit non semel tentum *in Rota coram Mantic. decis.* 332. *& coram Seraphino decis.* 756. *n.* 2. *& in Romana census* 13. *Maij* 1608. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, & *in alia Romana census* 14. *Nouemb. eiusdem anni* 1608. *coram Cardinale Marquemontio.* Quæ quidem contrariæ opiniones facilè concordari possunt, si primam intelligamus, quando versamur in actu facto à Iudice, veluti quando Iudex dat immissionem cum hac clausula: secundam verò, quando versamur in actu possessorio voluntariè facto ab eademmet parte.

13 Hanc clausulam præseruare solùm possessionem alterius plenam, tenent *Cas. de Grassis decis.* 3. *num.* 3. *& 4. de verb. signif. Honded. cons.* 86. *num.* 52. *tom.* 2. *Rota d. decis.* 513. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* & fuit dictum *in Romana domus de Cardelis* 1. *Decemb.* 1617. *coram Cardin. Caualerio*, & *in Sabinen. Castri Mompei* 7. *Februarij* 1618. *coram Cardinale Verospio.*

Posita in concessione, quæ est incompatibilis cum 14
dispositione, vel dispositionem vitiat, vel à dispositione vitiatur, ne actus reddatur nugatorius, *Seraph. decis.* 398. *num.* 17. Vnde in transactione posita in directè contrariis, & incompatibilibus, cum priori instrumento venit reiicienda, vt per *Aym. cons.* 29. *n.* 2. *Pute. decis.* 370. *lib.* 1. *in correctis*, cùm per secundum censeatur inducta nouatio, *Aretin. cons.* 21. *num.* 1. *Dec. cons.* 463. *num.* 5. *Cacher. Pedam. decis.* 142. *n.* 11. quidquid dicant *Natt. cons.* 527. *n.* 2. *Gozad. cons.* 38. *n.* 2. *Thesaur. decis.* 126. *n.* 5.

Inserta in Breui Apost. ciuilitatis, & immunitatis, 15
ad solam ciuilitatem refertur, ne aliàs vacet, & nihil operetur, *Menoch. cons.* 117. *num.* 4. *Marta d. clauſ.* 157. *n.* 10.

In commissione non tollit Iurisdictionem Iudicis 16
ad quem, & licèt non operetur effectum suspensiuum, operatur tamen deuolutiuum, vt de eo cognosci possit, & procedi ad vlteriora etiam reuocando, *Seraphin. decis.* 845. *num.* 2.

Facit exequutorem mixtum clausula illa sine præ- 17
iudicio iurium alterius, *Gregor. decis.* 413. *num.* 3.

Clausula, *Sine præiudicio quorumcumque suorum iu-* 18
rium, habet vim præseruationis etiam in minimis, vt per *Put. decis.* 6. *n.* 2. *lib.* 3. *Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 287.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Legitimatio non potest fieri absque clausula,* Sine præiudicio venientium ab intestato, &c.

3 *Clausula*, Sine præiudicio venientium ab intestato, &c. *idem importat quod clausula*, Sine præiudicio legitimorum.

4 *Clausula,* Sine præiudicio venientium, &c. *intelligitur sine præiudicio alicuius.*

5 *Ius in spe succedendi ex fideicommisso ex pacto, & prouidentia in feudo, & emphyteusi, præseruat clausula,* Sine præiudicio venientium, &c.

6 *Clausula*, Sine præiudicio venientium, &c. *intelligitur de ascendentibus, & descendentibus, non verò de transuersalibus.*

7 *Ius omne successionis proueniens ex quacumque maiorum dispositione, & antecessorum omnium, præseruatur legitimis veris per clausulam,* Sine præiudicio venientium, &c.

8 *Legitimatio cum clausula*, Sine præiudicio venientium, &c. *legitimato tantùm suffragatur in ys, in quibus nullum paratur præiudicium legitimo vero, & naturali.*

9 *Legitimatus cum clausula*, Sine præiudicio venientium, &c. *non potest minuere legitimam legitimorum, & naturalium etiam concurrendo cum illis, & faciendo partem.*

10 *Legitima integrè debita de Iure filys legitimis, & naturalibus, ſi non diminuatur, tunc non obſtante clauſula*, Sine præiudicio legitimorum, &c. *legitimatus petere poterit, quod ſibi à patre in teſtamento relictum fuerit.*

11 *Legitimatum excludere à ſucceßione inteſtati, eſt præcipuus effectus clauſulæ*, Sine præiudicio legitimorum, &c.

12 *Clauſula*, Sine præiudicio venientium, &c. *poſita in legitimatione, oſtendit Principem, qui conceſsit priuilegium legitimandi cum hac clauſula, voluiſſe quod tertio præiudicium non inferatur.*

13 *Voluntatem liberam diſpoſitionis patris præſeruat clauſula*, Sine præiudicio venientium, &c.

14 *Clauſula*, Sine præiudicio venientium, &c. *comprehendit tam legitimos filios, qui extant tempore legitimationis, quàm poſtea naſcituros.*

15 *Legitimatio quando eſt facta ad inſtantiam patris teſtatoris, non operatur clauſula*, Sine præiudicio venientium, &c. *quando agitur de illius ſucceſsione.*

16 *Teſtamento facto non operatur clauſula*, Sine præiudicio venientium, &c.

Sine præiudicio venientium ab inteſtato, &c.

CLAVSVLA CLVIII.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Martam de clauſ. part. 1. clauſ. 162. Cardin. Tuſch. pract. concl. tom. 1. litt. C. concluſ. 356. num. 17. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 5. collect. 1782.*

2 Hæc clauſula ſolet apponi in diſpenſationibus, & legitimationibus, imò regulariter legitimatio non poteſt ſine ea fieri, etſi Princeps legitimans habeat quamcumque ampliſſimam facultatem legitimandi; nec extenditur, vt legitimatus poſſit ſuccedere in bonis patris contra illius voluntatem, *Dec. conſ. 338. num. 9. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 3. num. 9.* & fuit dictum *in Bononien. hæreditatis de Gargantibus* 14. *Martij* 1601. *coram Illuſtriſſimo Do-*
3 *mino meo Cardin. Millino.* Et idem importare quod clauſ. *Sine præiudicio legitimorum*, ex *Corn. conſ. 93. num. 29. lib. 2.* tradit *Cardin. Tuſch. d. concluſ. 356. num. 18.*

4 Intelligitur ſine alicuius præiudicio, *Honded. conſ.*
5 *64. num. 20. tom. 2.* vbi *num. 22.* quod præſeruat ius in ſpe ſuccedendi ex fideicommiſſo ex pacto, & prouidentia in feudo, & emphyteuſi; & *conſ. 83. num. 14. tom. 2.* vbi *num. 16.* ſubdit, quod generaliter poſita, generaliter intelligitur quoad omnes.

6 Item intelligitur de aſcendentibus, & deſcendentibus, non verò de tranſuerſalibus, vt per *Calder. Pereir. receptarum ſententiarum, ſiue quæſtionum forenſ. cap. 4. num. 16. Cabed. Luſit. deciſ. 69. num. 4. part. 2. Cardoſ. in praxi Iudicum, & Aduocatorum, verbo clauſula 32. Valaſc. de partit. cap. 12. num. 43.* Licèt ſub ea tranſuerſales comprehendi aſſerant *Socin. Sen. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 21. verſ. & licet, de de liber. & poſthum. & conſ. 212. concl. 1. lib. 2. & conel. 95. col. penul. lib. 4. Aloyſ. Ricc. d. collect. 1782. verſ. ſecundus effectus, Gam. Luſitan. deciſ. 278. Rota deciſ. 501. p. 1. diuerſ. Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ. 356. num. 27. Honded. d. conſ. 83. num. 25. tom. 2.* quatenus aſſerit, conſeruare etiam ius tranſuerſalium, quando reſpicit ſucceſſionem tam paternam, quàm aliam, ne reddatur illuſoria, cum pluribus allegatis *in cauſa Romana de Guaddis 27. Nouembris 1566. coram Robuſterio.*

Per hanc clauſulam præſeruatur legitimis veris 7 omne ius ſucceſſionis proueniens ex fideicommiſſo, aut ex pacto, & prouidentia, vel ex quacumque maiorum diſpoſitione, & anteceſſorum omnium, *Alex. conſ. 187. num. 12. verſ. item poſſet intelligi, lib. 5. Socin. conſ. 95. num. 35. lib. 4. Gabr. conſ. 30. n. 20. lib. 1. & conſ. 22. num. 7. lib. 2. Ruin. conſ. 3. num. 22. verſ. nec iſtis obſtat, lib. 1. & conſ. 106. num. 8. lib. 3. Honded. conſ. 64. num. 22. lib. 1. & conſ. 59. num. 15. & 16. lib. 2. Rot. deciſ. 667. num. 3. apud Farin. part. 1. recent. Peregr. de fideicom. art. 23. n. 65. & 87.* & fuit dictum *in Ianuen. Iuriſpatronatus* 30. *Ianuarij* 1606. *coram Litta.* Ideo 8 huiuſmodi legitimatio legitimato tantùm ſuffragatur in iis, in quibus nullum paratur præiudicium legitimo vero & naturali, *Gabr. in d. conſ. 24. num. 29. lib. 2.* qui allegat ibi *Socin. Rimin.* & plures alios, & fuit dictum *in Bonon. apothecarum 24. Nouembris* 1603. *coram Gregorio XV. inter deciſiones eius impreſſas deciſ.* 201. quæ etiam reperitur impreſſa per *Farin. deciſ 65. part. 1. recent. duplicata deciſ. 64. p. 2. recent.*

Vnde talis legitimatus non poteſt minuere legiti- 9 mam legitimorum, & naturalium etiam concurrendo cum illis, & faciendo partem, prout expreſsè tenuerunt *Caſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num. 16. in fin. ff. de lib. & poſthum. & conſ.* 180. *col. 2. lib. 1. & conſ. 429. in fin. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 73. n. 8. verſ. & etiam verum. Capra. conſ. 157. in fin. Peregr. de fideicom. artic. 23. num. 80. Gabr. conſ. 24. num. 11. lib. 2. Decian. conſ. 19. num. 74. lib. 1. Rot. in d. Bononien. apothecarum coram Gregorio XV. verſ. ab effectu.* Si autem non diminua- 10 tur legitima integrè debita de Iure filiis legitimis, & naturalibus, tunc non obſtante hac clauſula legitimatus petere poterit quod ſibi à patre in teſtamento relictum fuerit, *Dec. conſ. 393. num. 1. & conſ. 576. n. 6. verſ. ita enim verba, Gozad. conſ. 6. num. 33. & 78. Gabr. conſ. 29. n. 7. lib. 4.*

Præcipuus huius clauſulæ effectus eſt, excludere 11 legitimatum à ſucceſſione inteſtati, *Pariſ. conſ. 14. ſub num. 44. lib. 2. Capic. deciſ. 12. num. 5. Mandel. conſ. 7. n. 1. Rot. in d. Bononien. apothecarum coram Greg. XV. verſ. accedat quod.*

Poſita in legitimationibus, oſtendit Principem, qui 12 conceſſit priuilegium legitimandi cum hac clauſula, voluiſſe quod tertio præiudicium non inferatur, vt per *Honded. conſ. 64. num. 4. & conſ. 59. num. 14. & conſ. 71. num. 38. tom. 2.* & ita intelligitur, ne per legitimationem fiat præiudicium venientibus ab inteſtato in iure quæſito ante legitimationem, idem *Honded. d. conſ. 71. num. 7.*

Non tantùm præſeruat præiudicium venientium 13 ab inteſtato, ſed etiam liberam voluntatem diſpoſitionis patris, ita vt ſic legitimatus non poſſit paternum iudicium impugnare, tanquam habilitatus ad ſuccedendum in eo tantùm, quod patri videbitur, *Rimin. Sen. conſ. 40. n. 9. & 13. Gregor. deciſ. 201. num. 4.* vbi fuit dictum, legitimatum cum hac clauſula non poſſe dicere teſtamentum nullum ex cauſa præteritionis, & citat *Angel. conſ. 264. poſt num. 3. Socin. conſ. 41. ſub num. 4. lib. 3. Capic. deciſ. 22. num. 4.* quia legitimatus cum hac clauſula habilitatur tantùm ad ſuccedendum ſecundum voluntatem patris

dispositiuam, vel permissiuam: contra verò, vel præter voluntatem patris nihil consequi potest; vt firmat *Castil. de coniect. vltim. volunt. cap.22. num.158.* & in specie, quod sic legitimatus succedit tantùm in eo, quod sibi à patre relinquitur, ita vt non teneatur pater ei aliud relinquere, notant *Curt. Iun. cons.74. num.8. circa med. Gabr. cons.30. num.29. lib.1. Decian. cons.40. num.33. circa med. vers. hanc quoque, lib.3. Rot. in d. Bononien. apothecarum coram Greg. XV. vers. comprobatur.*

14 Comprehendere hanc clausulam tam legitimos filios, qui extant tempore legitimationis, quàm postea nascituros, obseruat *Cabed. d. decis. 69. num.10.* & ex *Alex. cons.187.* incip. *Videretur, in princip. & cons.188. in princ. lib.5.* tradit *Card. Tusch. d. concl.356. num.21.*

15 Non operatur hæc clausula, quando legitimatio est facta ad instantiam patris testatoris, quando agitur de illius successione, secus quando de successione fideicommittentis, vt fuit dictum *in Viterbien. fideicom. 9. Februarij 1615. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, impressa per *Farinac. decis.667. p.1. recent.*

16 Nec etiam operatur facto testamento, *Gabr. cons. 29. num.17. lib.1. Cephal. cons.442. num.5. lib.3. Ruin. cons.87. num.20. lib.3. Gozad. cons.6. num.33. & 78.* & ex *Corneo cons.93. num.29. Card. Tusch. d. litt. C. concl. 356. num.19. Mart. de claus. p.1. claus.162. num.1. in vlt. impress. Rot. d. decis.667. num.4.* Intellige procedere ad effectum, vt relictum in testamento, teneat tiam nolentibus filiis legitimis, sed non propterea quod legitimatus fiat capax impugnationis voluntatis paternæ; solùm enim habilitatur, vt possit pater illi in testamento relinquere, *Dec. cons.576. sub num.6. Paris. cons.14. sub num.44. lib.2. Socin. cons.95. sub num.43. lib.4. Bero. cons.177. num.74. lib.2. Rimin. Sen. cons.41. num.9.* & fuit resolutum *in d. Bononien. apothecarum coram Greg. XV.*

17 Clausula, *Sine præiudicio agnatorum*, quomin[illegible]s proximus agnatus succedat vnà cum legitimato, intelligitur, dummodo concurrat in pari gradu cum legitimato, non autem si est agnatus remotioris gradus, ita ex *Bald. cons.129. num.6. vers. circa quintum, lib.2.* tradit *Card. Tusch. d. concl.356. num.44.*

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem præseruat Iudici à quo clausula*, Sine præiudicio legitimæ executionis, *ita vt ipse sine vitio attentatorum exequi possit decretum per se factum.*

2 *Executio potest fieri etiam contra tertium, qui acquisiuit lite pendente vigore clausulæ*, Sine præiudicio legitimæ executionis.

3 *Tertium, qui nulla est obligatione adstrictus, non comprehendit clausula*, Sine præiudicio legitimæ executionis.

4 *Inhibitio emanata vigore commissionis continentis clausulam*, Sine præiudicio legitimæ executionis, *non causat attentata.*

5 *Executionem validam, non verò inualidam præseruat clausula*, Sine præiudicio legitimæ executionis.

6 *Clausula*, Sine præiudicio legitimæ executionis, *solùm tollit id, quod legitimè factum est, non quod nulliter, aut iniustè geritur.*

7 *Commissionem totam causæ appellationis restringit, & limitat clausula*, Sine præiudicio legitimæ executionis.

Sine præiudicio legitimæ executionis.

CLAVSVLA CLIX.

HÆc clausula Iurisdictionem præseruat Iudici à quo, ita vt ipse absque vitio attentatorum exequi possit decretum per se factum, seu mandatum iustè & rectè relaxatum, & ad vlteriorem executionem procedere valeat, *Lancell. de attent. post inhibitionem, cap.20. limit.13. num.17. Cæsar de Graff. decis.3. num.2. de sentent. & re iudic. Salust. Tiber. lib.1. c.27. num.4. Nicol. Garc. de benefic. part.1. cap.5. num.573. Marta de clausul. part.1. claus.158. num.9. Gonzal. ad reg.8. Cancell. gloss.9. in annotat. num.224. Gregor. decis. 232. num.1.* & fuit dictum *in Spoletana attentatorum 5. Iulij 1599. coram Corduba*, & *in Romana legitimæ, seu melioramentorum 5. Decembris 1614. coram Vbaldo*, impressa per *Farinac. decis.609. part.2. recent.* vbi etiam habetur, quod vigore huius clausulæ potest fieri executio etiam contra tertium, qui acquisiuit lite pendente, maximè si alienatio fuit facta in fraudem executionis inceptæ, vel paratæ, & iterum *in Romana vineæ 1. Iulij 1613. corã Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.* Vbi etiam fuit resolutum, hoc esse intelligendum, vt non possit tertium comprehendere, qui nulla est obligatione adstrictus, sed solùm tanquam possessor rei litigiosæ commisit causam iactationis, & molestationis, & propterea inhibitio emanata vigore commissionis continentis hanc clausulam, non causat attentata, *Lancell. d. limit.13. num.2. Cæs. de Greff. vbi suprà*, cum cæteris citatis, & fuit dictum *in Anconitana dotis 3. Aprilis 1609. coram Illustrissimo Domino meo Cardinale Millino*, impressa per *Marches. de Commiss. p.2. pag.57. in vlt. impress.* 1 2 3 4

Hæc clausula præseruat executionem validam, non verò inualidam, vt fuit resolutum *in Romana Casalis 24. Nouembris 1581. coram Clemente VIII.* impressa per *Marches. de Commiss. d. part.2. pag.61.* & ideo solùm tollit id, quod legitimè factum est, non id, quod nulliter, aut iniustè geritur, vt similiter resolutum fuit *in Placentina fideiussionis 22. Iunij 1592. coram Penia*, impressa per *Marches. de Commiss. part.1. pag.277.* & notat *Nicol. Garc. de benefic. p.1. cap.5. num.573.* 5 6

Restringit, & limitat totam commissionem causæ appellationis, in qua cum ea fuit rescriptum, vt censuit *Rota in Segobien. violati testamenti 5. Maij 1595. coram Iusto.* 7

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum, *de stylo Signaturæ Iustitiæ apponi solet in commissionibus appellationum ab executione literarum Apostolicarum.*

2 *Literarum Apostolicarum via est executiua.*

3 *Litteræ*

3 *Literæ Apoſtolicæ habent paratam executionem ad inſtar inſtrumenti publici.*

4 *Commiſſio appellationis ſtante clauſula*, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, *non ſuſpendit, nec impedit, quin Iudex à quo procedat ad vlteriorem executionem.*

5 *Subreptionis etiam prætextu retardari non poteſt executio literarum Apoſtolicarum.*

6 *Literæ Apoſtolicæ habent paratam executionem, & non obſtante appellatione poſſunt exequi, ſi eſſent iuſtificatæ, & non antea.*

7 *Clauſula*, Sine præiudicio literarum Apoſtolicarum, *intelligitur de literis Apoſtolicis tunc expeditis, & non de poſtea emanatis.*

8 *Iudex ad quem non impeditur ex clauſula*, Sinè præiudicio literarum Apoſtolicarum, *quominus poſſit procedere in iudicio ordinario, & cognoſcere de iniuſtitia, & nullitate ſententiæ, quæ opponuntur.*

9 *Poſſeſſorio in iudicio prouiſus ab Ordinario, cum non habeat ſe pro ſpoliato, de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ dare poterit, etiam ſtante clauſula*, Sine præiudicio executionis literarū Apoſtolicarum.

10 *Clauſula*, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, *venit intelligenda, quatenus de Iure locus ſit.*

11 *Clauſula*, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, *præſeruat quod legitimè factum fuit, non illud, quod nulliter, aut iniuſtè geritur.*

12 *Iudex ad quem non obſtante clauſula*, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, *poteſt per viam attentati, & manutentionis reuocare executionem factam à Iudice à quo, ſi non ſit ritè, & rectè facta.*

13 *Effectus clauſulæ*, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, *conſumptus dicitur per executionem factam ſemel, & per vnicam immiſſionem etiam nulliter.*

14 *Clauſula*, Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum, *appoſita per Nuntium in commiſsione directa alicui Iudici, non afficit ipſum Nuntium.*

Sine præiudicio executionis literarum Apoſtolicarum.

CLAVSVLA CLX.

1 DE ſtylo Signaturæ Iuſtitiæ apponi ſolet hæc clauſula in commiſſionibus appellationum ab executione literarum Apoſtolicarum, prout apponi ſolet in commiſſione appellationis ab obligatione Camerali contenta in inſtrumento, cuius virtute actum fuit, iuxta *conſ. Gemin. 99.* incip. *Super primo, num. 2. & 3.* ita *Galleſ. in tract. oblig. Camer. in 6. p. in cap. de quæſt. variis poſt proceſſum inciden. num. 10. cum ſeqq.* nam literarum Apoſtolicarum via eſt executiua, 2
cap. ſi capitulo 5. de conceſſ. præb. lib. 6. & fuit dictum *in Oueten. Canonicatus 30. Martij 1607. coram Cardinale Marquemontio, & in Ciuitaten. confirmationis concordiæ 15. Aprilis 1611. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo, & in Engubina Canonicatus 14. Februarij 1613. coram eodem*, paratámque habet executionem, *cap. ſuper literis, de reſcript. Mohed. deciſ. 9. de cauſa poſſeſſ. & deciſ. 13. vt lite pend. Gig. de penſion. quæſt. 8. num. 2. Beroi. conſ. 14. num. 1. lib. 1. Sarnen. in tract. Breuium, num. 4.* vbi dicit, illas habere paratam executionem 3
ad inſtar inſtrumenti publici; & fuit dictum *in Vicen. Canonicatus, ſiue indulti 23. Nouemb. 1602. coram Penia.*

Operatur igitur quod commiſſio appellationis 4
illam non ſuſpendat, nec impediat, quin Iudex à quo procedat ad vlteriorem executionem, ex adductis per *Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 160. num. 1. in vlt. impreſſ. Nicol. Garc. de benefic. part. 1. cap. 5. num. 573. adden. ad Greg. deciſ. 232. num. 1. Reuerendiſſ. D. meum Coccin. deciſ. 144. num. 7. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 38. num. 5.* ac proinde, ne Iudex ad quem ante executionem ſententiæ latæ à Iudice à quo, poſſit ſe intromittere, *Bald. conſ. 227. vol. 1. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol. 433. num. 1.* in tantum, vt earum literarum 5
Apoſtolicarum executio etiam prætextu ſubreptionis retardari non poſſit: ideo ſi ex hoc capite appellatum fuerit, non erit admittenda appellatio, niſi cum hac clauſula, & talis ſubreptionis exceptio eſt ad petitorium remittenda, *Gig. de penſion. quæſt. 35. num. 9. verſ. ſecundam, Sarnen. in compendio vtriuſque Signaturæ, num. 85. Staphil. in tract. de commiſſ. lit. Iuſt. §. in primis igitur, num. 84. verſ. alia.*

Quæ quidem veniunt intelligenda tantùm proce- 6
dere literis Apoſtolicis iuſtificatis, & non antea, vt per *Ceſ. de Graſſis deciſ. 12. num. 4. de probat. Pariſ. conſ. 138. num. 1. lib. 4. Rot. in Portugalen. diſmembrationis 16. Iunij 1595. coram Cardinale Blanchetto, & in Nouarien. Canonicatus 14. Decembris 1612. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo, & in Aſtoricen. Archidiaconatus 9. Nouembris 1602. coram Cardinale Lancelloto*, vbi habetur, non obſtante ſententia quod literæ non eſſent iuſtificatæ, non impediri quin literæ præfatæ iterum poſſint iuſtificari, nec exinde illas dici vulneratas, quod etiam pariter dictum fuit *in Neritonen. penſionis 26. Nouemb. 1607. coram Cardinale Caualerio.*

Intelligitur pariter hæc clauſula de literis Apo- 7
ſtolicis tunc expeditis, & tunc in eſſe exiſtentibus, non de poſtea emanatis, vt fuit dictum *in Valliſoletana Scholaſtriæ 5. Iunij 1599. coram Cardinale Lancelloto*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. p. 1. pag. 294. in vlt. impreſſ. Mart. p. 1. clauſ. 160. n. 6. in vlt. impreſſ.*

Virtute enim huius clauſulæ non impeditur Iu- 8
dex ad quem, quominus poſſit procedere in iudicio ordinario, & cognoſcere de iniuſtitia, & nullitate ſententiæ, quæ opponuntur, ſed ſolùm per illam præſeruatur facultas exequutoribus literarum procedendi ad executionem, non obſtante iudicio ordinario, *Pute. deciſ. 97. alias 92. in correctis, lib. 1. Aloyſ. Ricc. in praxi aurea, reſol. 432. num. 1. Mareſcot. var. reſolut. lib. 1. cap. 55. num. 31. & cap. 85. num. 4. & lib. 2. cap. 137. num. 1.* & fuit dictum *in Hiſpalenſi, & Cauarien. permutationis 11. Martij 1596. coram Giptio*, impreſſa per *Nicol. Garc. d. part. 1. cap. 5. num. 574.* & per *Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. pag. 366. & in Oueten. beneficij 28. Nouembris 1597. coram Cardin. Lancelloto*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. d. p. 1. pag. 435.*

Quare prouiſus ab Ordinario in iudicio poſſeſ- 9
ſorio, cùm non habeat ſe pro ſpoliato, de nullitate, & iniuſtitia dictæ ſententiæ dare poterit, *Pute.*

deciſ.

decis. 419. *lib.* 3. *Marchesi de Commiss. d. part.* 1. *pag.* 499.

10 *num.* 105. quia hæc clausula venit intelligenda quatenus illi de iure locus sit, *Iaf. in l. causas, num.* 7. *C. de transact. Crescent. decis.* 47. *alias* 1. *de rescript. Rot. in d. Hispalen. & Caurien. permutationis*, vbi etiam fuit resolutum, hanc clausulam non importare præcisam necessitatem dimittendi vtramque possessionem, naturalem scilicet, & ciuilem; sed tantùm concedit facultatem immittendi in realem & corporalem possessionem, nec ideo ille, qui possidebat, qui non habuit se pro spoliato, prohibetur vti remediis possessoriis.

11 Non operatur tamen quin Iudex ad quem, qui cognoscit de causa appellationis, nõ possit reuocare omnia gesta per Iudicem à quo, si iniustè processerit, hæc enim clausula solùm præseruat quod legitimè factum fuit, non illud, quod nulliter, aut iniustè geritur, vt per *Marchesi. de Commiss. d. part.* 1. *num.* 107. *Nicol. Garc. d. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 574. *Aloys. Ricc. in d. praxi*

12 *aurea, resol.* 433. *num.* 1. Et quod Iudex ad quem non obstante hac clausula possit per viam attentati, & per viam manutẽtionis reuocare executionẽ factam à Iudice à quo, si non sit ritè & rectè facta, tradunt *Marta de clausul. part.* 1. *clausul.* 160. *num.* 4. *Gregor. decis.* 91. *in fin.* Sed de veritate huius resolutionis dubitauit *Rota in Terdonen. beneficij* 24. *Nouembris* 1614. *coram Vbaldo*, vbi fuit dictũ quod multi ex Dominis valde dubitabant, imò quod inclinabant in contrariam sententiam, quod stante hac clausula non posset, nisi via ordinaria executio à Iudice à quo facta reuocari. Sed nihilominus Rota postea sequuta fuit primam opinionem, & per viam attentati, & etiam manutentionis reuocauit executionem nulliter factam à Iudice à quo, *in Verdunen. Vicarij* 1. *Iulij* 1616. *coram Buratto*, & *in Senogalien. bonorum* 14. *Aprilis* 1617. *coram Remboldo.*

13 Consumptus dicitur effectus huius clausulæ per executionem literarum Apostolicarum, ad quarum fauorem concessa fuit, factam semel, & per vnicam immissionem etiam nulliter, & exequutor dicitur functus officio suo, *Rota decis.* 16. *de re iudicata, in nouis, Tiraq. in l. boues*, §. *hoc sermone, limit.* 21. *num.* 4. *ff. de verbor. sign. Aloys. Ricc. in d. praxi aurea, resol.* 432. *num.* 2. & fuit dictum *in d. Hispalen. & Caurien. coram Giptio.*

14 Hæc clausula per Nuntium apposita in commissione directa alicui Iudici, etiamsi censeatur repetita, si idem Nuntius commiserit causam alteri Iudici, non tamen illa afficit ipsum Nuntium, qui postea causam ad se auocauit absque aliqua reseruatione, & non obstante partis oppositione, quod non procederet, nisi priùs solitis terminis decursis, vt fuit dictum *in Oximen. pensionis* 28. *Iunij* 1595. *coram Card. Pamphilio.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationem non admittit obligatio Cameralis, nisi ad effectum deuolutiuum.*

2 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam.*

3 *Executionem paratam habet obligatio Cameralis probata per scripturam, non autem per testes.*

4 *Clausula*, Sine præiudicio obligationis Cameralis, *si in commissionibus appellationis causarum, in quibus vigore obligationis Cameralis actum fuit, omissa reperiatur, per calumniam extorta censetur.*

5 *Iurisdictionem Iudicis à quo præseruat clausula*, Sine præiudicio obligationis Cameralis.

Sine præiudicio obligationis Cameralis.

CLAVSVLA CLXI.

HAc clausula vtitur Signatura Iustitiæ in commissionibus appellationum, vbi adest obligatio Cameralis, ne Iurisdictio Iudicis à quo suspendatur per commissionem causæ ad effectum deuolutiuum factam Iudici ad quem, ne fiat præiudicium habentibus obligationem Cameralem ad sui fauorem, cuius virtus est non admittere appellationem, nisi ad supradictum effectum, & interim illius executionem non posse retardari, consummandam per Iudicem à quo, vt per *Gallesi. de oblig. Camer. part.* 6. *in quæst. in ordine post processum, num.* 8. *&* 13. *Thesaur. Pedam. decis.* 26. *num.* 11. *Ruginel. de appell.* §. 2. *cap.* 3. *vers. Cameralis obligatio, n.* 127. *& Scacc. in simili tract. lib.* 3. *cap.* 2. *quæst.* 17. *limit.* 9. *num.* 7. *& seq. Rot. decis.* 266. *num.* 2. *part.* 1. *diuers.* cum innumeris adductis per *Zachiam post tract. de oblig. Cameral. verbo non admittitur appellatio, Marchesi. de Commiss. part.* 1. *de commiss. appell. in causis Cameral. obligationis*; obligatio enim Cameralis habet executionem paratam, vt per *Mohed. decis.* 2. *&* 3. *de excepr. Vrsil. ad Afflict. decis.* 30. *num.* 6. *in fin. Mar. Antonin. var. resol. lib.* 4. *resol.* 32. *Zach. d. tract. de oblig. Camer. quæst.* 2. *num.* 4. & fuit dictum *in Romana domus* 4. *Iulij* 1600. *coram Card. Sacrato, & in Anconitana pecunaria* 23. *Ianu.* 1612. *coram Domino meo Pirouano.* Intellige, si actum sit vigore obligationis Cameralis, probatæ per scripturam, non autem probatæ per testes, vt obseruant *Scacc. d. limit.* 9. *num.* 63. *Castrac. de societ. offic. cap.* 11. *num.* 10. *vers. contrarium tamen.*

Et adeò ordinaria est hæc clausula in commissionibus appellationis causarum, in quibus vigore obligationis Cameralis actum fuit, vt si sine ea causa aliqua commissa reperiatur, per calumniam extorta censeatur, ita vt Iudex à quo suam sententiam siue diffinitiuam, siue interlocutoriam, exequi possit sine aliquo vitio attentatorum; ita *Lancell. de attent. appell. pendente, cap.* 12. *limit.* 25. *num.* 1. *part.* 2. *Seraph. decis.* 385. *num.* 1. & fuit dictum *in Romana attentatorum* 4. *Iulij* 1601. *coram Penia.*

Hæc clausula præseruat Iurisdictionem Iudicis à quo, vt fuit dictum *in Romana vineæ* 14. *Iunij* 1613. *coram D. Patriarcha Pamphilio, & in eadem* 1. *Iulij eiusdem anni coram D. Patriarcha Manzanedo*, impressa per *Marchesi. de Commiss. p. vt.* 1. *pag.* 554. & per *Zach. post tract. de oblig. Camer. decis.* 41. *num.* 6. vbi *decis.* 13. *num.* 6. habetur, quod præseruat ius partium.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula*, Sine retardatione pensionis, *solet apponi in commissionibus super nullitate, vel reductione pensionis à Papa reseruatæ.*

3 Non

3 *Non reſcribitur contra titularem cum clauſula,* Sine retardatione, &c. *ſtante tranſlatione ad fauorem tranſlatarij.*

4 *Clauſula,* Sine retardatione, &c. *non ponitur in penſionibus per inferiores à Papa impoſitis.*

5 *Iudex non poteſt validè procedere in negotio principali ſtante clauſula,* Sine retardatione, &c. *niſi priùs ſoluta penſione.*

6 *Iuriſdictionem exequendi reſeruat clauſula,* Sine retardatione, &c. *Iudici exequutori à quo, non tamen ligat manus Iudici appellationum ad quem.*

7 *Clauſula,* Sine retardatione, &c. *procedit, quando ſententia fuerit lata ad fauorem, & pro validitate penſionis.*

8 *Terminos non ſolùm iam maturatos, & decurſos non ſolutos, ſed etiam in futurum decurrendos reſpicit clauſula,* Sine retardatione, &c.

9 *Literis non inſtificati proceditur ad executionem contra conſentientem reſeruationi penſionis.*

10 *Clauſula,* Sine retardatione, &c. *ſi de ſolutione non conſtat, non tollit quin literæ ſint inſtificandæ.*

11 *Penſionarius ſoluere debet penſionem tranſlatario, etiam non inſtificata gratia tranſferentis, quando tranſferens erat in quaſi poſſeſſione exigendi, & beneficiatus conſenſerat reſeruationi penſionis.*

12 *Tranſlatarius releuatur ab onere inſtificandi gratiam tranſferentis, quando ipſe tranſferens fuit in longiſſima quaſi poſſeſſione exigendi penſiones.*

13 *Clauſula,* Sine retardatione, &c. *durat in omnibus inſtantijs.*

14 *Tertium venientem ad cauſam pro ſuo intereſſe, afficit clauſula,* Sine retardatione, &c. *donec per titularem integrè penſionario fuerit ſatisfactum.*

15 *Clauſula,* Sine retardatione, &c. *impedit ne penſionem ſoluere nolens abſoluatur.*

16 *Iuriſdictionem conditionaliter dat clauſula,* Sine retardatione, &c. *vt penſio ſoluatur, interímque ſuſpenditur.*

17 *Sententia lata, & omnia geſta non priùs ſoluta penſione, ſtante clauſula,* Sine retardatione, &c. *ſunt nulla.*

18 *Clauſula,* Sine retardatione, &c. *non operatur, quando conſtaret de vitio in ventre.*

19 *Exceptio nullitatis, vel vitij aliunde, & extrinſecus, quàm ex ventre prouenientis, non retardat ſolutionem penſionis ſtante clauſula,* Sine retardatione ſolutionis penſionis.

20 *Penſionarius quando ſtetit per longum tempus non petendo penſionem, nihil operatur clauſula,* Sine retardatione ſolutionis penſionis.

21 *Signatura in aliquibus caſibus conſueuit reſcribere ſine clauſula,* Sine retardatione ſolutionis penſionis.

22 *Penſionarius vbi agit contra vnum ex obtinentibus aliquod beneficium de pluribus, ſuper quibus eſt facta reſeruatio, non datur clauſula,* Sine retardatione ſolutionis penſionis.

23 *Penſionarius quando ſimpliciter non denegat ſolutionem penſionis, ſed prætendit deduci onera, non datur clauſula,* Sine retardatione ſolutionis penſionis.

Sine retardatione ſolutionis penſionis.

CLAVSVLA CLXII.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 22. Pute. deciſ. 34. aliàs 32. in correct. lib. 1. Mart. de clauſ. part. 1. clauſ. 149. aliàs 165. in vlt. impreſſ. Nicol. Garc. de benef. p. 1. cap. 5. num. 516. cum multis ſeqq. Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. pag. 595. num. 123. cum ſeqq. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 4. collect. 1163. Campanil. in diuerſorio Iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. num. 284. cum ſeqq. Viuian. in praxi Iuriſp. lib. 13. cap. 8. num. 272. cum ſeqq. in 2. edit.* latè & eleganter *D. Melch. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 38. à princip.*

In commiſſionibus ſuper nullitate, vel reductione penſionis à Papa reſeruatæ, ſolet poni hæc clauſula ob reuerentiam literarum Apoſtolicarum, & fraudes recuſantium ſoluere penſiones; ita *Staphil. de liter. Iuſtitiæ, tit. exceptio ſola plus operatur, &c. n. 13. & 14. pag. 284. & ſeq. Gom. in compend. vtriuſque Signaturæ, verſ. & eſt aduertendum, Gig. de penſ. quæſt. 35. num. 9. & quæſt. 62. num. 12. & quæſt. 85. Gambar. de officio Legati, lib. 6. quæſt. 17. & 36. Rebuff. de pacif. poſſeſſor. num. 156. aliàs 137. Veſtr. in pract. lib. 3. cap. vlt. num. 1. Flamin. de reſign. lib. 6. quæſt. 2. num. 153. Mart. d. clauſ. 165. n. 23. Aloyſ. Ricc. d. collect. 1163. ampliat. 1. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 516.* vbi *num. 517.* ex *Rota deciſ. 301. part. 1. diuerſ.* ampliat, etiamſi non adſit quaſi poſſeſſio exigendi. 2

Verùm cum hac clauſula non reſcribitur contra titularem, ſtante tranſlatione ad fauorem tranſlatarij in vim literarum tranſlationis, quæ ſecum affert exceptionem primæ penſionis extinctæ, *Caſſad. deciſ. 10. num. 8. de reſcript. Veſtr. in pract. lib. 3. cap. vlt. n. 2.* & fuit dictum *in Brixien. penſionis 23. Maij 1594. coram Illuſtriſſimo Domino meo Card. Millino,* & *in Neritonen. penſionis 9. Nouembris 1601. coram Litta,* & *in Papien. penſionis 11. Decembris 1606. coram Ortembergo,* impreſſa per *Farinac. deciſ. 122. num. 3. part. 1. recent.* Literæ autem tranſlationis habent de Iure paratam executionem, ita vt detur tranſlatario via executiua pro executione ſuæ tranſlationis, ſicut dabatur penſionario transferenti, vt fuit dictum *in Bononien. penſionis coram Illuſtriſſimo Card. Millino,* & *in Cremonen. penſionis coram Illuſtriſſimo Cardin. Caual.* impreſſa *apud Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. pag. 558. & ſeq.* & *in Firmana penſionis 26. Febr. 1625. coram Remboldo,* adeò vt contra tranſlatarium iam non ſoleat reſcribi, niſi cum hac clauſula, vt per *Garc. de benef. part. 1. cap. 5. num. 470.* & fuit reſolutum *in Firmana penſionis 23.* 3

Ianuarij 1627. *coram D. Duran.* Generaliter enim via executiua, quæ competit cedenti, datur etiam cessionario cum eisdem priuilegiis, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in rub. de cession. Paul. de Castro cons.* 91. *n.* 3. *vol.* 1. *Roman. cons.* 38. *& cons.* 142.

4 Sic etiam hæc clausula non ponitur in pensionibus per inferiores à Papa impositis, prout solet imponi in eis, quæ reseruantur à summo Pont. nam in istis non requiritur causa, non enim potest esse aliquod dubium super illarum validitate; quare statim habent executionem, cùm in aliis requiratur causa iusta, & legitima, cùm non possint imponi nisi in casibus permissis: vnde non est honestum, vt fiat executio sine discussione, & cognitione causæ; ita ex *Gom. & Gregor.* resoluit *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 617. *num.* 20.

5 Operatur, vt Iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi priùs soluta pensione, quia interim cessat Iurisdictio, *Sarnen. in compendio Signaturæ, num.* 84. *Paris. cons.* 94. *num.* 12. *lib.* 4. *Mart. d. clauſ.* 165. *num.* 14. *Nicol. Garc. d. cap.* 5. *num.* 518. *cum seqq. Aloys. Ricc. d. collect.* 1163. *effect.* 1. *Pacific. de Salu. interd. Inspect.* 4. *cap.* 4. *num.* 40. *Seraph. decis.* 664. *num.* 1. *Rota decis.* 301. *& decis.* 349. *num.* 1. *part.* 1. *& decis.* 182. *num.* 3. *lib.* 2. *part.* 3. *diuers.* & fuit dictum *in Elnen. pensionis* 13. *Nouembris* 1609. *coram Card. Caualerio,* impressa per *Marchesc. de Commiss. p.* 1. *pag.* 544. *& in Abulen. pensionis* 20. *Nouembris* 1606. *coram Card. Sacrato,* impressa per *March. d. part.* 1. *pag.* 609. *& in Romana pensionis* 13. *Iunij* 1597. *coram Pamphilio,* impressa per eundem *pag.* 613. *& in Parmen. datij* 27. *Iunij* 1612. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino,* impressa per *Farinac. decis.* 928. *num.* 8. *part.* 1. *recent.*

6 Hæc clausula licèt reseruet Iurisdictionem exequendi Iudici exequutori à quo, vt per *Gigant. de pens. quæst.* 69. *in final. verbis,* non tamen ligat manus Iudici appellationis ad quem, quin ipse quoque idem facere possit, vt declarando *Gem. in compendio vtriusque Signaturæ num.* 84. *&* 85. *vers. confirmatur ista opinio,* respondit *Rota in Cæsaraugustana pensionis* 4. *Iunij* 1608. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, & in Abulen. pensionis* 15. *Decemb.* 1610. *coram Reuerendissi-*
7 *mo Domino meo Pirouano.* Vbi etiam habetur, hanc clausulam procedere, quando sententia fuerit lata ad fauorem, & pro validitate pensionis, ac proinde Signaturam ea vti non solere in contrario casu, scilicet in commissione appellationis, quando sententia fuit lata ad fauorem titularis.

8 Respicit hæc clausula non solùm terminos iam maturatos, & decursos non solutos, sed etiam in futurum decurrendos, vt notat *Marchesc. d. p.* 1. *pag.* 494. *num.* 1. & statute scilicet quasi possessione exigendi, maximè si concurrant literæ Apostolicæ expeditæ, vt per *Staphil. de liter. Iustitiæ. §. in primis, num.* 82. *Gig. de pension. quæst.* 35. *num.* 9. *& quæst.* 62. *num.* 42. At
9 contra consentientem reseruationi pensionis, proceditur ad executionem etiam literis non iustificatis, vt fuit dictum *in Aretina pensionis* 25. *Iunij* 1610. *coram Illustrissimo Domino meo Card. Millino.* Et quando controuertitur pensio, Rota vult, vt contra successorem constet aliquo modo de quasi possessione; idemque pariter gustare Signatura intendit, & postea vno, vel alio modo secundum facti contingentiam rescribit, vt fuit dictum *in Burger. pensionis* 24. *Iunij* 1595. *coram Blanchetto,* quam refert *Marchesc.*
10 *d. part.* 1. *pag.* 495. *num.* 74. nam hæc clausula, si de solutione non constat, non tollit quin literæ sint iustificandæ, vt fuit tentum *in Paduana pensionis* 16. *Decembris* 1579. *coram Rubeo,* impressa per *Marchesc. de Commiss. part.* 1. *pag.* 513. & ideo pensionarius 11
soluere debet pensionẽ translatario, etiam non iustificata gratia transferentis, quando transferens erat in quasi possessione exigendi, & beneficiatus consenserat reseruationi pensionis, vt fuit resolutum *in Mediolanen. pensionis* 17. *Iunij* 1613. *coram Pamphilio,* impressa per *Farin. decis.* 505. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* vbi *num.* 3. subdit, quod translatarius releuatur ab one- 12
re iustificandi gratiam transferentis, quando ipse transferens fuit in longissima quasi possessione exigendi pensiones.

Durat in omnibus instantiis hæc clausula, *Cassad.* 13 *decis.* 8. *de rescript. Rota decis.* 43. *num.* 2. *part.* 3. *diuers.* & fuit dictum *in d. Abulen. pensionis coram Domino meo Pirouano,* impressa per *Marchesc. d. part.* 1. *pag.* 536. *num.* 4. nouissimè *D. Lotter. de re benefic. lib.* 1. *q.* 37. *num.* 13. vbi quod durat vsque ad finem litis per tres conformes, vel per vnam, quæ transierit in rem iudicatam, etiamsi in aliis commissionibus non fuerit repetita, vt fuit dictum *in Neritonen. pensionis* 26. *Nouembris* 1607. *coram Cardin. Caualerio,* impressa per *Marchesc. p.* 1. *pag.* 620. *n.* 2. *in vlt. impress.*

Afficit tertium venientem ad causam pro suo in- 14
teresse, donec per titularem integrè pensionario fuerit satisfactum, vt fuit dictum *in Vrgellen. iuris optandi* 10. *Decembris* 1601. *coram Gregor. XV. inter eius decisiones impressas decis.* 36. *num.* 3. *Mart. d. clauſ.* 165. *num.* 24.

Impedit ne pensionem soluere nolens absoluatur, 15
vt fuit dictum *in Elnen. pensionis* 13. *Nouemb.* 1609. *coram Card. Caualerio,* impressa per *Marchesc. d. p.* 1. *pag.* 544.

Hæc clausula dat conditionaliter Iurisdictionem, 16
vt priùs pensio soluatur, interimque suspenditur, vt sæpe sæpiùs resolutum fuit in Rota, & signanter *in d. Abulen. pensionis coram Domino meo Pirouano,* impressa per *Marchesc. d. part.* 1. *pag.* 536. *num.* 6. & *in Cauen. pensionis* 30. *Iunij* 1609. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano,* impressa per *Marchesc. d. part.* 1. *pag.* 541. & in aliis allegatis per *Mart. d. clauſ.* 165. *num.* 1. vbi *num.* 2. ampliat procedere etiam lite pendente, & *num.* 3. etiamsi sententia lata sit super spolio, vel per appellationem suspendatur, ita vt sententia lata, & omnia gesta non priùs soluta pensione sint nulla, vt per eumdem *Mart. d. clauſ.* 165. *n.* 13. *Aloys. Ricc. d. collect.* 1163. *effect.* 2.

Non operatur tamen hæc clausula, quando con- 17
staret de vitio in ventre, veluti si constaret de non iure, vel ageretur vigore instrumenti nulli, vel inualidi, quia tunc non obstante clausula, *Sine præiudicio executionis, &c.* supersedendum est in executione, *Cassad. decis.* 10. *de rescript. Put. decis.* 34. *sub num.* 1. *in fin. lib.* 1. *Marta d. clauſ.* 165. *num.* 9. *Marchesc. d. p.* 1. *pag.* 496. *num.* 88. *Rot. decis.* 310. *num.* 3. *& decis.* 349. *num.* 7. *part.* 1. *diuers. & apud Pacific. post tract. de Saluiano interd. decis.* 263. *num.* 1. *&* 2. *& decis.* 264. *ante finem.*

Vel etiamsi incontinenti de nullitate, vel vitio 18
doceretur, *Caputaq. decis.* 264. *p.* 2. *Pacific. d. cap.* 4. *num.* 45. Secus tamen si aliunde, & extrinsecus, quàm ex ventre, hæc exceptio oriretur, *Rota apud eumdem Pacific. post tract. de Salu. interd. decis.* 263. *n.* 3. *part.* 1. quia tunc non retardatur executio, vt aduertit idem *Pacific. d. cap.* 4. *num.* 46. Hinc etiam hanc clausulam non dari in pensione imposita ex falsa causa, censuit *Rota in Compostellana pensionis* 15. *Martij* 1585. *coram Card. Seraphino,* impressa per *Marchesc. d. p.* 1. *pag.* 533.

Nec operatur, quando pensionarius stetit per 19
longum tempus non petendo pensionem; ita ex

Gigan.

sequenti vita sit præsumendum.

8 *Auditor Rotæ tanquam subrogatus loco Ordinarij potest conferre immittendo in possessionem.*

Si per diligentem examinationem, &c.

CLAVSVLA CLXV.

1 HÆc clausula apponi solet in prouisionibus parochialium per Sedem Apostolicam faciendis, quæ sic extendi solet; *Si per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, ad hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus.* Quæ clausula cùm frequens sit, ideo super illius intellectu transcribendam duxi S. Rotæ decisionem *in vna Pistorien. parochialis 6. Februarij 1623. coram R. P. D. Merlino*, quæ eleganter sic decidit.

2 Quamuis enim clausula prædicta conditionem importet, & operetur quod examen cum synodalibus examinatoribus requiratur pro forma, ita vt illud prætermitti nequeat, quantumcumque impetrans sit re vera idoneus, ex latè deductis per *Garc. de benef. p. 6. cap. 2. num. 253. & pluribus seqq.* & præsertim *num. 266.* vbi refert decisionem *in Calaguritana beneficij de Ornillos 12. Octobris 1587. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio*, in qua fuit dictum id procedere, etiamsi aliàs fuisset examinatus, & approbatus etiam ad parochiales: visum tamen fuit conditionem, ac formam huiusmodi satis superque fuisse adimpletam, ex eo quia Ricciardus fuerat iam antea coram
3 eodem Ordinario synodalibus examinatoribus adhibitis examinatus, & idoneus repertus, & approbatus ad hanc eandem parochialem. Et consequen-
4 ter non fuit necessarium nouum examen; semel enim examinatus, iterum examen subire non tenetur, *cap. accepimus*, & ibi *glossa in 1. not. ab. de etat. & qualit. & ordin. præficien.* Et clausula prædicta debet intelligi de examine facto, vel faciendo, quatenus illud iam antea factum non fuisset: siue enim conditio prædicta dicatur casualis, ex quo etiam idoneus casu, putà, memoria labente, vel Præsulis, & examinatorum aspectu pertertitus deficere potest in examine; siue mixta tanquam pendens etiam ab arbitrio, & iudicio Ordinarij, vel examinatorum, non est necessariò adimplenda post rescripti præsentationem, sed sufficit quod fuerit antea in rei veritate modo prædicto adimpleta, quoties tempore rescripti Princeps ignorabat adimplementum, ad *l. hæc conditio. §. fin. & ibi Bart. & Socin. ff. de cond. & demonstr. l. si ita scriptum. §. fin. ff. de legat. 2. Ruin. cons. 89. num. 2. lib. 4.* pulchrè *Surd. in cons. 69. n. 19. & 20.* Præsumitur enim, quod si Papa tale adimplementum scisset, non quidem in forma dignum, sed in forma gratiosa, & absque tali conditione prouidisset, vt in similibus terminis considerant *Socin. in d. l. hæc conditio, num. 4. in fin. Ruin. d. cons. 89. num. 2.* quos sequitur *Surd. in præallegato consilio 69. num. 20.*

5 Cum quo etiam consonat stylus Cancellariæ, cuius attestatio fuit, secundum quem exhibita approbatione ad eamdem parochialem, passim mutari consueuit supplicatio ex forma dignum, in formam gratiosam. Ex quo apparet, formam huiusmodi per clausulam prædictam importatam, non esse mentalem, & consequenter illius omissionem processum non vitiare, vt tradit *Butr. in cap. super literis, n. 16. de rescript. & Brun. in tract. de forma, tit. de potest. & effect. formæ, vers. tertiò prædicta conclusio, fol. mihi 56.*

Ex quibus patet responsio ad ea, quæ tradit *Garc.* 6 *de benef. d. part. 6. cap. 2. num. 253. cum seqq. & Gonzal. super reg. 8. glos. 4. num. 89. & 96. cum seqq.* Procedunt enim, & ipsi loquuntur, quando non præcessit examen cum tribus examinatoribus synodalibus, iuxta formam præscriptam, vel quando fuit factum ab alio Ordinario, & approbatio fuit tantummodo generalis ad parochiales, in quibus terminis versabatur casus *in d. Calaguritana beneficij de Ornillos coram bon. mem. Card. Pamphilio*, vt ibi deprehenditur; non autem quando præcessit specialis approbatio ad talem parochialem præuio examine, & ideo non applicantur, cùm Ricciardus fuerit ab examinatoribus synodalibus rigorosè examinatus, & approbatus ad hanc eamdem parochialem, & ab eodem Ordinario, in cuius locum fuit subrogatus D. meus Pirouanus, iuxta *Clem. Auditor, de rescript.* Et euidens est ratio differentiæ inter vtrumque casum, quia per examen generaliter factum ad parochiales, non est plenè consultum disciplinæ Christianæ, & curæ animarum alicuius certæ parochialis: fieri enim potest, quod talis parochialis exigat in suo Rectore præcipuas qualitates, quæ ab extraneo Ordinario examinante pro alia parochiali non potuerint excogitari; quod secus est, vbi ad eamdem parochialem, & ab eodem Ordinario quis priùs fuerit examinatus, & approbatus.

Nec obstat quod à die, quo Ricciardus fuit ab 7 examinatoribus approbatus, vsque ad diem exhibitionis literarum Apostolicarum, effluxerint ferè duo menses, & vsque ad diem obtenti supradicti mandati de immittendo, intercesserit quinquennium, intra quod temporis spatium potuit ipse Ricciardus mutare mores, ita vt de tempore immissionis non esset idoneus. Quoniam vltra quod imò examen sequutum fuit per dies sex post datam prouisionis Apostolicæ, in quo tempore potuit Ricciardus scire sibi gratiam fuisse signatam, huiusmodi morum mutatio nullo modo probatur, & Iuris præsumptio est in contrarium, ex anteactæ enim vitæ ratione assequitur, quid de sequenti vita sit præsumendum, vt tradunt *Marsil. in l. maritus n. 34. & seqq. ff. de quæstion. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 8. in princ. & Surd. cons. 245. num. 49.* Quæ omnia tanto magis placuerunt, quia videbantur magis æqua, præsertim cùm agatur de sustinendo mandatum iam relaxatum, & immissionem illius vigore sequutam.

Minus etiam dicta immissio impugnari poterat, 8 ex eo quod non præcesserit collatio; quia cùm Rotæ Auditor tanquam subrogatus loco Ordinarij, iuxta *dictam Clem. Auditor*, possit conferre immittendo in possessionem, videtur etiam priùs saltem virtualiter contulisse, ad *Roman. consil. 337. num. 3. Rot. decis. 16. num. 1. in fin. de concess. prabend. in nouis*, & in iis propriis terminis idem fuit resolutum *in Calaguritana beneficij de Arnedo 22. Iunij 1622. coram me*, vbi plures afferuntur decisiones concordantes. Hactenus decisio coram R. P. D. Merlino, ex qua optimè declaratur vis, & effectus huius clausulæ.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Clausula*, Si preces veritate nitantur, *in qualibet gratia ex tacita conditione inest.*

3 *Clausula*, Si preces veritate nitantur, *intelligitur in vnoquoque rescripto, seu mandato; & in rescripto etiam Regis, vt num.* 4.

5 *In obligatione Camerali adiecta literis reseruationis pensionis, subintelligitur clausula*, Si preces veritate nitantur.

6 *Clausula*, Si preces, &c. *apposita semper censetur, licèt omissa fuerit ex consuetudine.*

7 *Æquiparantur clausulæ*, Si preces veritate nitantur, Si tibi constiterit, &, Vocatis vocandis.

8 *Conditionem non facit clausula*, Si preces veritate nitantur, *nec Iurisdictionem fundat, siue inchoat, sed tribuit instructionem ad procedendum.*

9 *Iurisdictionem non impedit clausula*, Si preces veritate nitantur, *licèt impediat eius exercitium.*

10 *Subreptio omnis quantumcumque modica per clausulam*, Si preces veritate nitantur, *vitiat gratiam.*

Si preces veritate nitantur.

CLAVSVLA CLXVI.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide Doctores per text. ibi *in l. fin. C. de diuers. rescript. & in cap. 2. de rescript. Gregor. l. 6. tit. 19. partit. 3. Vital. de Camb. in tract. clauſ. pag. 20. col. 1. Lancel. de attent. p. 2. cap. 20. limit. 11. num. 4. Verall. decis. 128. num. 2. Perez ad l. 5. vers. quæro 14. tit. 12. lib. 3. Ordin. Mascard. de prob. conclus. 1210. num. 3. Suar. de legib. lib. 8. cap. 18. num. 10. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 152. aliàs 168. & p. 2. clauſ. 71. Cald. Pereir. quæst. forens. cons. 26. num. 7. in fin. Camill. Borell. in summa omnium decis. tit. 44. num. 301. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 305. à princip.*

2 Hæc clausula in rescripto Apostolico, ac qualibet gratia ex tacita conditione ineſt, semperque subintelligitur, vt per *Oldrad. cons. 222. num. 3. vers. 2. Zabarell. cons. 92. num. 5. Anchar. cons. 240.* incip. *Per prædicta, in princ. Socin. cons. 164. num. 11. vers. confirmantur præmissa, vol. 2. Dec. cons. 33. num. 1. & cons. 142. num. 6. Rot. decis. 221. p. 2. diuers. Marches. de Commiss. part. 1. pag. 164. num. 155. & p. 3. pag. 374. num. 13. in vltim. impress.* & fuit dictum *in Burgen. Canonicatus 19. Ianuarij 1590. coram Cardin. Pamph.* impress. per *Marches. de Commiss. p. 2. pag. 543. & in Cæsaraugustana pensionis 21. Decembris 1591. coram eodem*, impressa per eumdem *Marches. part. 1. pag. 573. num. 2. in vlt. impress. & in Tudertina pensionis 2. Iunij 1617. coram Card. Verospio, Cardin. Tusch. d. litt. C. conclus. 305. num. 11. Campanil. in diuers. Iuris Canonici, rubr. 11. cap. 13. num. 193. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 7. n. 127.*

3 In vnoquoque rescripto, & mandato etiam intelligitur, *l. fin. C. de diuers. rescript. cap. in parte, il 1. de rescript. Mart. d. part. 2. clauſ. 71. Menoch. cons. 103. num. 22. Mascard. d. conclus. 1210. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 9. in annot. num. 229. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de rescript. resol. 7. num. 1. & 2. Melchior Phaboſ. Lusit. decis. tom. 1. decis. 41. num. 1. & 2.*

4 In rescripto etiam Regis pariter subintelligitur, vt tradit *Azened. l. 4. num. 2. & 3. tit. 26. lib. 8. nouæ Recopil.*

5 Subintelligitur quoque in obligatione Camerali adiecta literis reseruationis pensionis, vt censuit *Rota apud Zach. post tract. de oblig. Camer. decis. 46. num. 2.*

6 Denique apposita semper censetur, licèt omissa fuerit ex consuetudine, *Vital. de Camban. vbi supra, n. 2. & vltim. Perez d. l. 5. vers. quæro 14.* ibi, *tamen ex consuetudine, &c.*

7 Hæc clausula, & illa, *Si tibi constiterit*, &, *Vocatis vocandis*, æquipollent, vt tradit *Vital. de Camb. vbi suprà, num. 1.*

8 Conditionem non facit hæc clausula, nec Iurisdictionem fundat, siue inchoat, sed tribuit instructionem ad procedendum; ita *Felin. in cap. ex parte, il 1. num. 1. & 6.* vbi *Bald. de rescript. Mart. d. part. 1. clauſ. 152. aliàs 168. num. 1. Marches. de Commiss. p. 1. pag. 165. num. 156. Vital. de Camb. citato loco, num. 4. & 5. Henriq. in summa, lib. 12. de Matrim. cap. 3. in fin. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de rescript. resol. 7. num. 11. Sanchez de Matrim. lib. 8. dispur. 34. n. 25.*

9 Vnde non impedire Iurisdictionem, licèt impediat eius exercitium, obseruat *Mart. d. p. 2. clauſ. 71. num. 4.* vbi *num. 5.* subdit cum *Curt. Sen. cons. 16. n. 27. & Rebuff. in praxi beneficiali, tit. de differ. inter rescripta gratiæ, & Iustitiæ, num. 9. & Gram. decis. 66. num. 18.*

10 quod per hanc clausulam omnis subreptio quantumcumque modica vitiat gratiam, & *num. 7.* post *Tiraq. tract. cessante causa, limit. 1. n. 11. & seq. & Natt. cons. 368. num. 4.* ac *Menoch. de arbitr. casu 201. num. 22.* vbi addit vitiari etiam ex falsa causa impulsiua.

Si pro aliis non scripserimus.

CLAVSVLA CLXVII.

1 HÆc clausula licèt loquatur in numero plurali, resoluitur tamen in singularitates, & sic gratia posterior cum ista clausula erit nulla, licèt tantùm pro vno fuerit scriptum, *Bald. in cap. mandatum, n. 4. in fin. & num. 5. de rescript.* cum aliis congestis per *Tiraq. in l. si vnquam, verbo suscepcrit liberos, num. 255. & 256.* cum pluribus adductis à *Gonzal. in reg. 8. Cancell. gloss. 21. à n. 6.*

2 Intelligitur de eodem Papa, non verò si prædecessor scripsisset, vt per *Gemin. cons. 30. in fin. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. litt. C. conclus. 327. n. 2.*

Si qua mihi iusta causa, &c.

CLAVSVLA CLXVIII.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide Doctores per text. ibi *in l. 1. ff. ex quibus causis maiores, Sfort. Odd. de restit. in integrum, quæst. 8. num. 1. cum seqq. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 248. aliàs 366. in vltima impress.*

2 Quando maiores non possunt restitui ex illis causis, ex quibus minores restituuntur, tunc stante læsione restituuntur ex hac clausula generali; vide *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 42. num. 2. cum seq. Menoch. consil. 932. num. 1. Mart. d. clauſ. 366. num. 2.*

3 Ignorans restituitur ex hac clausula, ad tradita per *Hippol. in l. qui ignorans, num. 13. ff. ad l. Cornel. de falsis, & in l. 1. §. si quis vltrò, num. 38. ff. de quæst. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 2. n. 27.*

SVM

Gigan. de penſ. quæſt. 85. *num.* 3. & *Sarnen. vbi ſuprà, verſ. præterea*, & ex *vna Brixien. penſionis* 21. *Maij* 1599. colligit *Mart. d. clauſ.* 165. *num.* 25. vbi ſubdit, hoc eſſe verum, quando penſionarius poteſt agere, & negligit; ſecus verò ſi non poteſt agere, quia non data negligentia, minimè cenſetur amiſiſſe animum exigendi, & *num.* 26. obſeruat, hanc clauſulam non dari, quando penſio eſt impoſita ſuper pluribus beneficiis, quæ poſtea deuenerunt ad manus diuerſarum perſonarum.

20 Sunt etiam aliqui caſus, in quibus Signatura ſine hac clauſula reſcribere conſueuit, quos nouem eſſe refert, & proſequitur *Gig. de penſion. quæſt.* 85. *per totam*. quem citat *D. Lotter. d. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 14. vbi ſubdit, eos omnes caſus ad vnam cauſam poſſe reduci, videlicet, quando obligatio titularis non eſt liquida.

21 Non datur igitur hæc clauſula, vbi penſionarius agit contra vnum ex obtinentibus aliquod beneficium de pluribus, ſuper quibus eſt facta reſeruatio, vt per *Gigan. d. quæſt.* 85. *num.* 5. *Anton. Auguſtin. in epit. cap.* 5. *de ſolut. penſ. num.* 2. *D. Lotter. d. quæſt.* 38. *num.* 19. vbi *num.* 21. poſt *Seraphin. deciſ.* 1429. *num.* 7. ſubdit, hoc non procedere ſi reſeruatio facta eſſet in ſolidum, cùm tunc foret in electione penſionarij, retinere ſolidam penſionem ſuper vno corpore beneficij, dummodo eſſet illius capax.

22 Nec etiam datur, quando penſionarius ſimpliciter non denegat ſolutionem, ſed prætendit deduci onera, vt per *Gig. d. quæſt.* 85. *num.* 7. *D. Lotter. d. quæſt.* 38. *num.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Relictum factum filijs cum clauſula*, Si non valet, &c. *intelligitur factum iure inſtitutionis; ſi verò dicatur*, valeat iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis, *tunc valebit iure codicillorum, vt n.* 2.

3 *Quid ſi dicatur*, valeat etiam iure donationis inter viuos.

Si non valeat vt teſtamentum, valeat, &c.

CLAVSVLA CLXIII.

1 QVando adiectum fuerit, *valeat prout melius valere poteſt*, tunc hæc clauſula æquiparatur clauſulæ, *Omni meliori modo*, & relictum factum filiis intelligitur factum iure inſtitutionis, *Bald. in l. quoties, col. fin. C. de hæred. inſtituend. Mart. de clauſ. part.* 3. *clauſ.* 83. *in fine.*

2 Si verò compoſita ſit ſimpliciter, hoc eſt, *valeat iure cuiuſlibet vltimæ voluntatis*, tunc valebit iure codicillorum, *Bald. conſ.* 504. *num.* 3. *vol.* 5. *Pariſ. conſ.* 25. *num.* 6. *vol.* 3. *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 9. *n.* 16. quos refert, & ſequitur *Mart. d. clauſ.* 83. *n.* 1.

3 Si tamen ſuperadditum ſit, *valeat etiam iure donationis inter viuos*, tunc hæc clauſula nihil operatur in teſtamento, ſed tantùm in codicillis; ita *Surd. conſ.* 348. *num.* 14. *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 13. *tit.* 26. *num.* 29. vbi *num.* 31. ſubdit, operari aliquando, vt donatio poſſit ſuſtineri.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Beneficium acquiritur per gratiam*, Si neutri, *quando neuter litigantium ſuper illud ius habet.*

3 *Reſcriptum*, Si nulli, &c. *quando dicatur, oſtenditur.*

4 *Gratia*, Si neutri, *vt ſuffragetur, debet verificari duplex conditio vltra litem, videlicet quod beneficium vacet, & quod neutri ius competat.*

5 *Gratia*, Si neutri, *pendet à futuro litis euentu, & antequam operetur effectum ſuum, debet expectari dictus euentus.*

6 *Gratia*, Si neutri, *non habet locum, niſi quando beneficium eſt litigioſum, lite nondum extincta.*

7 *Litem requirit de tempore datæ gratia*, Si neutri.

8 *Gratia*, Si neutri, *non conceditur pro lite mouenda.*

9 *Citationis reproductio eſt neceſſaria ad inducendam litem reſpectu rei.*

10 *Lis vera non eſt neceſſaria in gratia*, Si neutri, *ſed ſufficit lis de facto.*

11 *Iuriſdictionis defectus ſi adeſſet in Iudice, tunc non diceretur adeſſe lis, nec de facto, ad effectum gratiæ*, Si neutri.

12 *Prouiſionis aduerſarij debet fieri mentio, vt ſit valida gratia*, Si neutri.

13 *Menſis eſt exprimendus in gratia*, Si neutri.

14 *Beneficij vacatio niſi præſupponatur, non ſuſtinetur gratia*, Si neutri.

15 *Conditionalis eſt gratia*, Si neutri.

16 *Subreptitia non eſt gratia*, Si neutri, *ex eo quod non ſit facta mentio, quod collitigans ſit prouiſus Apoſtolicus.*

17 *Gratia*, Si neutri, *conceditur prouiſo Apoſtolico etiam contra alium prouiſum Apoſtolicum.*

18 *Gratia*, Si neutri, *quoad non ius alterius partis ſatis iuſtificatur ex reuolutione, & inſpectione actorum.*

Si neutri.

CLAVSVLA CLXIV.

DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Maſcard. de probat. concl.* 1383. *num.* 16. *Azor. inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 72. *col.* 939. *Flam. de reſignat. lib.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 64. & 104. & *lib.* 10. *quæſt.* 3. *n.* 11. *cum ſeqq. & num.* 43. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 32. *num.* 40. *Camill. Borell. in ſumma omnium deciſ. tit.* 22. *num.* 1. *cum ſeqq. & num.* 58. *cum tribus ſeqq. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. part.* 5. *collect.* 1687. 1

2 Per gratiam, *Si neutri*, acquiritur beneficium, quando neuter litigantium super illud ius habet; quod vno ex duobus modis fieri potest. Primo, dirigendo gratiam, seu rescriptum Episcopo, vel alteri, cui Papa mandat, vt si per euentum litis eiusmodi constiterit, neutrum dictorum litigantium in dicto beneficio ius habere, & idem beneficium, vt præmittitur, vacare, & tempore datæ præsentium non sit in eo ius alicui specialiter acquisitum, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis eidem N. auctoritate nostra conferas, & assignare procures, inducens, &c. Secundo, quando Papa ipsemet confert, si neutri litigantium sit ius quæsitum, & hoc est tutius, & postea petit in iudicio recipi in partem, &
3 recipitur. Rescriptum verò, *Si nulli*, dicitur, quando sunt tres, vel plures nullum ius habentes, & super eodem beneficio litigantes, & prouidetur à Papa tertio de vali beneficio: quod demum habet locum, quando illud est litigiosum, vel quando partes essent pares in data, & se impedirent per concursum, nisi tamen in gratia alterius esset clausula ratificationis. Post tres sententias victo non datur gratia, *Si neutri*, sed potest dari rescriptum, *Si alteri*, videlicet, si victori ius non competit, eidem victo conferatur; quo casu is non poterit ius antiquum deducere, sed nouum tantùm, vtpote hæresim, vel simoniam, quam victus nesciebat, & si illam probet, obtinebit, aliàs opponetur exceptio rei iudicatæ. Colliges hæc ex *Rebuff. in praxi beneficiali, prima parte Signaturæ*, & ex *Azorio d. cap. 32.*

4 Vt gratia, *Si neutri*, suffragetur, debet iustificari vltra litem duplex conditio, videlicet, quod beneficium vacet, & quod neutri ius competat; ita *Rota decis. 24.* & ibi *addit. num. 3. de rescriptis, & decis. 1. de sequest. poss. in nou. Verall. decis. 42. num. 3. p. 2. Put. decis. 48. alias decis. 46. n. 1. in correct. lib. 1.* & fuit dictum *in Aurien. parochialis de Breues 15. Iulij 1615. coram Vbaldo*, impressa per *Farinac. decis. 725. num. 1. p. 2. recent.* vbi pariter habetur, quod huiusmodi conditiones debent verificari per agentem, & gratiam producentem.

5 Pendet gratia, *Si neutri*, à futuro litis euentu, & antequam operetur effectum suum, debet expectari dictus euentus, vt pariter dictum fuit *in citata Aurien. parochialis, impressa d. decis. 726. num. 3. p. 2. recent.*

6 Et ideo locum non habet, nisi quando beneficium est litigiosum lite nondum extincta, *Gonzal. d. glos.*
7 *32. num. 4. Azor. d cap. 32.* Imò requirit litem de tempore datæ, *Verall. decis. 34. num. 1. & seq. p. 2. Mantic. decis. 50. num. 1. Nicol. Garc. de benef. p. 6. cap. 2. n. 212. & seq.* & fuit reiolutum *in Gerunden. Hebdomadaria 13. Iunij 1612. coram D. Patriarcha Pamphilio*, impressa per *Farinac. decis. 451. num. 1. part. 2. recent.* Et sicut piscis non potest esse sine aqua, ita nec gratia, *Si neutri*, sine lite, vt fuit dictum *in Salamantina Archidiaconatus*
8 *16. Iunij 1581. coram Rubeo.* Et quod non concedatur pro lite mouenda, asserit *Verall. decis. 34. n. 4. p. 2.* & fuit dictum *in Verdunen. Canonicatus*, impressa
9 per *Nicol. Garc. de beneficijs, part. 5. cap. 3. num. 44.* Et est adeò verum requiri litem de tempore datæ dictæ gratiæ, vt si tunc esset citatio executa, sed non reproducta, & post datam gratiæ reproducta sit, non sufficeret, cùm reproductio sit necessaria ad inducendam litem respectu rei, *Rota in Legionen. parochialis*
10 *16. Maij 1603. coram Ortembergo.* Bene verum est, quod non est necessaria vera lis, sed sufficit lis de fa-
11 cto, *Mantic. decis. 99. num. 4.* Si tamen adesset defectus Iurisdictionis in Iudice, tunc non diceretur adesse lis, nec de facto, ad effectum huius gratiæ, *Si neutri*, vt fuit dictum *in Placentina Decanatus 12. Nouembris 1593. coram Penia.*

Hæc gratia, *Si neutri*, vt sit valida, debet fieri mentio prouisionis aduersarij, vt ex *Rebuff. in praxi, tit. de rescripto gratiæ, Si neutri, num. 36.* censuit *Rota in vna Brachaven. beneficij 19. Ianuarij 1604. coram Greg. XV.* quæ reperitur impressa per *Farinac. decis. 105. num. 1. p. 2. recent.* 12

In hac gratia, *Si neutri*, mensis est exprimendus, 13
vt per *Gonzal. d. glos. 32. num. 21.* & non sustinetur, 14
nisi præsupponat beneficij vacationem, ex *Flaminio d. lib. 1. q. 3. n. 64. & 104.* vbi *n. 43.* subdit, nequaquam prodesse non facta mentione intrusionis, & fructuum malæ perceptionis.

Est conditionalis, & nihil ponit in esse, ac proinde attenditur tempus, quo beneficium conferri potest, non autem tempus datæ; ita *Mascard. d. conclus. 1383, num. 16. Camill. Borell. d. tit. 22. num. 2. & num. 59.* 15

Hæc gratia, *Si neutri*, non est subreptitia, ex eo 16
quod non sit facta mentio, quod collitigans sit prouisus Apostolicus, *Gregor. decis. 150. per totam*, vbi *n. 3.*
dicitur, quod hæc gratia ex stylo Datariæ conceditur 17
prouiso Apostolico etiam contra alium prouisum Apostolicum; & *num. 6.* quod non est præiudicialis, quia non habet locum nisi data inualiditate gratiæ partis aduersæ.

Satis iustificatur quoad non ius ex reuolutione, 18
& inspectione actorum, *Gregor. decis. 84. num. 5.* Intellige quoad non ius alterius partis, nam quoad non ius impetrantis satis iustificatur ex sola illius confessione, *Gregor. decis. 89. num. 2.* Et quod ex sola confessione impetrantis iustificetur quoad non ius illius, in terminis huius gratiæ sæpiùs firmatum fuit in Rota, & signanter *in Meliten. Prioratus 22. Maij 1615. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per *Farinac. decis 699. sub num. 2. part. 2. recent.* & *in Ciuitatis Castelli parochialium 22. Iunij 1615. coram Card. Verospio*, impressa per eundem *Farin. decis. 736. in fin. ead. part. 2. recent.* Imò etiamsi haberet ius in prima gratia, censetur huic iuri renuntiare, *Rota decis. 98. sub num. 1. apud Farinac. post lib. 2. consil.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Si per diligentem examinationem, &c. *apponi solet in prouisionibus parochialium.*

2 *Examen cum synodalibus examinatoribus quod pro forma requiratur, operatur clausula*, Si per diligentem examinationem, &c.

3 *Examinatus coram Ordinario, synodalibus examinatoribus adhibitis, & idoneus repertus ad certam parochialem, ad eamdem examinari non debet etiam stante clausula*, Si per diligentem examinationem, &c.

4 *Examinatus semel, iterum examen subire non tenetur.*

5 *Approbatione ad eamdem parochialem exhibita à Cancellaria, passim mutari consueuit supplicatio ex forma dignum, in formam gratiosam.*

6 *Declarantur Gonzal. & Garc.*

7 *Ex anteactæ vitæ ratione assequitur, quid de*

sequenti

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Executionem vt ſuſpendat ſolùm donec de Iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcatur, operatur clauſula*, Si quid exequendum.

3 *Sententiæ effectum ſuſpenſiuum pro interim impedit clauſula*, Si quid exequendum, *ſi de Iure erat locus executioni.*

4 *Appellationis in commiſſione intelligitur clauſula*, Si quid exequendum, *de & circa cauſam, ſuper qua fuit pronuntiatum.*

5 *Clauſula*, Si quid exequendum, *habet implicitam clauſulam*, Quatenus de Iure aliquid veniret exequendum.

6 *Clauſula*, Si quid exequendum, *dat cognitionem cauſæ, vt priùs cognoſcatur ſuper exceptionibus appoſitis antequam exequatur.*

7 *Clauſula*, Si quid exequendum, *intelligitur prout de Iure.*

8 *Sententia niſi iuſtificetur ex eiſdem actis, non habet locum clauſula*, Si quid exequendum.

9 *Executioni ne locus ſit, ſufficit quod detegatur mandatum iniuſtum eſſe ex nouiter deductis.*

10 *Sententia debet iuſtificari ex actis prioris inſtantiæ, non autem ex nouiter deductis, vt locus ſit clauſulæ*, Si quid exequendum.

11 *Executiuè proceditur ex eiſdem actis ſtante commiſſione*, Conſtito de iuſtitia mandati.

12 *Clauſula*, Si quid exequendum, *in initio cauſæ data, cenſetur repetita in omnibus alijs commiſſionibus.*

13 *Clauſula ſtante*, Si quid exequendum ſit, in primis, & ante omnia exequatur, & attentata reuocet, *ante omnia ſuper executione pronuntiandum eſt.*

Si quid exequendum exequatur, &c.

CLAVSVLA CLXIX.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Lancellot. de attent. part. 2. cap. 20. limit. 11. n. 4. & 5. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 169. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 367. num. 14. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. collect. 954. Marcheſ. de Commiſſ. part. 1. vbi de commiſſ. appellat. in cauſis Camer. obligat. pag. 699. à num. 78. & pag. 705. à num. 132. & pag. 706. à num. 146. Rot. deciſ. 310. p. 1. & deciſ. 423. p. 3. lib. 3. diuerſ.*

2 Effectus huius clauſulæ eſt, vt executionem ſuſpendat ſolùm donec de iuſtitia ſententiæ exequendæ cognoſcatur, vt per *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 968. num. 3. Rot. apud Cenc. poſt ſuum tract. de Cenſ. deciſ. 87. num. 1. & deciſ. 79. num. 2.* & fuit ſæpe ſæpiùs reſolutum, & ſignanter *in Romana vineæ de Fabijs 20. Decembris 1604. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Marcheſ. d. p. 1. pag. 233.* duplicata *eadem part. 1. pag. 734.* & ita pro interim impedit effectum ſuſpenſiuum ſententiæ, ſi 3
de Iure erat locus executioni, *Rota in Romana vineæ de Panulinis 26. Februarij 1603. coram Illuſtriſſimo Domino meo Cardin. Millino*, impreſſa per *Zach. poſt tract. de obligat. Camer. al. deciſ. 156. & deciſ. 54. n. 3.*

In commiſſione appellationis intelligitur de & 4
circa cauſam, ſuper qua fuit pronuntiatum, vt cenſuit *Rota*, impreſſa per *Cencium poſt tract. de Cenſ. deciſ. 243. num. 4.* & nihil facere videtur, quia commiſſio loquitur conditionaliter, & quia appellationem ſuſpendit, aliquid exequendum non venit, niſi an executioni locus ſit, guſtetur, *Rot. deciſ. 228. p. 3. diuerſ.*

Habet implicitam clauſulam, *Quatenus de Iure* 5
aliquid veniret exequendum, vt per *Pacificum de Saluiano interd. Inſpect. 4. cap. 5. num. 7. Rot. apud eundem deciſ. 172. num. 1. 2. & 9.* & propterea priùs videndum eſt, an executio ſit facienda, & in quota parte, & interim illa fieri non poteſt, *Lancell. de attent. p. 3. cap. 30. num. 33. Honded. conſ. 29. num. 24. lib. 2.* vbi dicit, quod hæc clauſula dat cognitionem cauſæ, vt 6
priùs cognoſcatur ſuper exceptionibus appoſitis, antequam exequatur, *Rot. deciſ. 487. n. 7. & deciſ. 423. n. 1. lib. 3. p. 3. diuerſ.*

Intelligitur prout de Iure, vt ex *Rot. in vna Firmana olei 9. Aprilis 1596. coram Cardin. Blanchetto*, re- 7
ſoluit *Marcheſ. d. p. 1. pag. 707. num. 150. Rota etiam apud Cenc. poſt dictum tract. de Cenſ. deciſ. 255. num. 7. & apud Zach. poſt tract. de oblig. Camer. deciſ. 136. num. 9.*

Non habet locum, niſi ſententia iuſtificetur ex 8
eiſdem actis, vt fuit dictum *in Aquilegien. penſionis 21. Maij 1610. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 287. num. 6. part. 2. recent. & in Tudertina officij Cancellariæ coram Cardinale Lancellotto*, impreſſa per *Pacific. de Salu. interdicto, deciſ. 64. num. 1.* vbi *num. 3.* ſubdit, quod ad effectum, 9
vt non ſit locus executioni, ſufficit quod detegatur mandatum iniuſtum eſſe ex nouiter deductis, *Rota etiam apud Zach. poſt tract. de oblig. Camer. deciſ. 136. n. 1. & deciſ. 145. n. 11.*

Intellige, vt debeat iuſtificari ex actis prioris in- 10
ſtantiæ, vt fuit dictum *in Rota*, impreſſa per *Pacific. poſt tract. de Saluiano interd. deciſ. 168. n. 10.* & *in Romana grani 19. Nouemb. 1607. coram Ortembergo*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 142. n. 1. par. 1. recent.* & *in Romana cenſus 4. Decembris 1595. coram Card. Pamphilio*, impreſſa per *Marcheſ. d. p. 1. pag. 757.* Vnde non poteſt iuſtificari ex nouiter deductis, vt pluries cenſuit *Rota* inter impreſſas per *Pacific. poſt dictum tract. de Salu. interd. deciſ. 64. n. 1. & 5. & deciſ. 162. n. 1. & deciſ. 260. n. 5.*

Stante commiſſione, *Conſtito de iuſtitia mandati*, ex 11
eiſdem actis proceditur executiuè, *Rota apud Zach. poſt tract. de oblig. Camer. deciſ. 12. num. 4. & deciſ. 156. num. 2.*

Hæc clauſula in initio cauſæ data, cenſetur repe- 12
tita in omnibus aliis commiſſionibus, *Ægid. deciſ. 221. Caſſad. deciſ. 8. de reſcript.* & fuit dictum *in Romana ſocietatis 3. Iunij 1577. coram Cardin. Blanchetto*, impreſſa per *Marcheſ. p. 1. pag. 738.*

Cùm aliquando hæc clauſula detur ſub illis ver- 13
bis, putà, *Si quid exequendum ſit, in primis, & ante omnia exequatur, & attentata reuocet*, quæro ſuper quo primùm pronuntiandum ſit, an ſuper executione,

an

an verò super attentatis? & *Rota* censuit super executione, ex vi illius verbi, *in primis, & ante omnia*, vt *in decis.* 623. *num.* 1. *part.* 3. *lib.* 3. *diuers.* quamuis, si de attentatis constaret postea, ibi fore supersedendum *Rota* dixerit.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*
2 *Clausula,* Si senseris te grauatum, *imposita ab homine, vel intellecta à Iure, facit, vt quis non dicatur grauari.*
3 *Clausula,* Si senseris te grauatum, *in inhibitione noui operis resoluitur in alternatiuam.*
4 *Iudicis præceptum cum clausula iustificatiua,* Si senseris te grauatum, *resoluitur in vim simplicis citationis.*
5 *Clausula,* Si senseris te grauatum, *adeò est necessaria, vt si omittatur, præceptum sit nullum.*

Si senseris te grauatum.

CLAVSVLA CLXX.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Cels. Vgon. in tract. clausul. pag.* 505. *col.* 2. *in fine, Martam de claus. part.* 1. *clausa* 247. *alias* 364. *in vlt. impress. Marant. de ord. iud. p.* 6. *num.* 27. *cum seqq. Rimin. Iun. cons.* 333. *vol.* 3. *Hippol. sing.* 643. *Card. Tusch. pract. conclus. tom.* 1. *litt. C. conclus.* 360. *n.* 1.

2 Imposita ab homine, vel intellecta à Iure, facit, vt quis non dicatur grauari, ex adductis per *Stephan. Gratian. Marchia decis.* 30. *n.* 3.

3 In nuntiatione noui operis resoluitur in alternatiuam, vel quod inhibitus resistat, vel quod veniat responsurus; ita post *Bald. cons.* 245. incip. *Proponitur, in fine, lib.* 2. tradit *Cardin. Tusch. d. conclus.* 360. *num.* 1. vbi *num.* 2. dicit contrarium tenere *Bart. cons.* 80. incip. *Quæritur.*

4 Præceptum Iudicis cum hac clausula iustificatiua, reso.ui in vim simplicis citationis tenent *gloss. fin. in cap. ex parte* 23. *de verb. sign. Cels. Vgon. vbi proximè, Bonacos. commun. crimin. p.* 1. *verbo præceptum, fol.* 135. *verso, & p.* 2. *eodem verbo, fol.* 61. *verso, Bald. cons.* 177. incip. *Ad euidentiam, in princ. lib.* 3. *& d. cons.* 463. *n.* 7. *lib.* 4. *Nauar. cons.* 3. *de censib. num.* 2. *in antiq. Spin. in speculo testamentorum, gloss.* 11. *rubrica, num.* 42. *cum seq. Vizin. tom.* 2. *com. opin. lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 91. *pag.* 279. vbi *Viui. num.* 96. *pag.* 281. *Bernard. Graua. ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *conclus.* 19. *consid.* 1. *Card. Tusch. d. conclus.* 360. *num.* 3. vbi *numeris seqq.* multipliciter declarat.

5 Amplia in tantum esse verum, quod hæc clausula est necessaria, vt si omittatur, præceptum sit nullum, & possit sperni, *Iaf. in l. nequicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. Proconsulis, Mart. d. claus.* 364. *in fin. Cardin. Tusch. d. conclus.* 360. *num.* 9. vbi *num.* 10. post *Angel. Aret. cons.* 77. incip. *In casu supradicto, n.* 16. ampliat, quia licèt præceptum Iudicis non valeat, cum à præceptis non sit incipiendum, valet tamen quando adest hæc clausula.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* Si sine filiis decesserit, *intelligitur de suo corpore natis, licèt non exprimatur.*
2 *Conditio contenta sub clausula,* Si sine filiis decesserit, *verificatur, siue filij non nascantur, siue nati præmoriantur.*
3 *Clausula,* Si sine filiis decesserit, *deficit tam per superuenientiam filiorum masculorum, quàm fœminarum.*
4 *Substitutionem compendiosam inducere apta est clausula,* Si sine filiis decesserit.

Si sine filiis decesserit.

CLAVSVLA CLXXI.

1 INtelligi de suo corpore natis, licèt non exprimatur, consuluit *Menoch. cons.* 166. *n.* 5.

2 Conditio contenta sub hac clausula verificatur, siue filij non nascantur, siue nati præmoriantur, ita vt tempore purificatæ conditionis non existant; ita *Dec. cons.* 227. *col.* 2. *Alex. cons.* 101. *in tertio dubio, n.* 11. *in fine, lib.* 7. *Bellon. cons.* 19. *num.* 4. Deficit tamen tam 3 per superuenientiam filiorum masculorum, quàm fœminarum, ex traditis per *Menoch. cons.* 1070. *n.* 4. & per *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 1. & fuit dictum *in Camerinen. bonorum* 19. *Maij* 1589. *coram Cardin. Seraphino inter eius decis. impress. decis....*

4 Est apta hæc clausula inducere compendiosam substitutionem, veluti si fuerit dictum, *Si sine filijs decesserit filius meus, succedat Sempronius,* etiamsi non sit adiecta dict. *quandocumque, gloss. magna verb. absque, in cap. si pater, de testam. lib.* 6. *Alex. in l. Centurio* 27. & ibi *Iaf. num.* 33. & *Rip. n.* 109. *ff. de vulg. Odd. cons.* 95. *num.* 5. *Gabr. cons.* 130. *num.* 3. *& cons.* 104. *n.* 1. *vol.* 1. *Menoch. cons.* 325. *num.* 5. *Craff. de succes. §. substitutio, quæst.* 6. *num.* 10. *Surd. decis.* 37. *num.* 8. *Rota in Romana fideicommissi de Surdis* 11. *Maij* 1618. *coram Vbaldo Sen.*

SVMMARIVM.

1 *Vacandi vno modo expresso non venit alius.*
2 *Clausula,* Siue præmisso, &c. *comprehendit omnem modum vacandi.*
3 *Vacationem apud Sedem includit clausula,* Siue præmisso, &c.
4 *Beneficium vacans per obitum in Curia capit clausula,* Siue præmisso, &c.
5 *Vacationem etiam per priuationem capit clausula,* Siue præmisso, &c.
6 *Vacationem etiam per resignationem capit clausula,* Siue præmisso, &c.
7 *Vacatio per mortem, & per resignationem æquiparantur.*
8 *Clausula,* Siue præmisso, &c. *intrat data saltem de facto vacatione.*
9 *Clausula,* Siue præmisso, &c. *intrat verificato vno modo vacandi ex duobus narratis.*

10 *Vacationem inductam per regulam de infirmis, non capit clauſula*, Siue præmiſſo, &c. *obtenta à reſignatario.*

11 *Clauſula*, Siue præmiſſo, &c. *non ſe extendit ad perſonam non expreſſam.*

12 *Clauſula*, Siue præmiſſo, &c. *comprehendit etiam vacationem ex perſona alterius, ſi addantur verba illa*, ſeu ex alterius cuiuſcumque perſona, &c.

13 *Vacandi modus omnino falſus quando expreſſus ſit, non operatur clauſula*, Siue præmiſſo, &c.

14 *Beneficium quod vacauerit de futuro, non capit clauſula*, Siue præmiſſo, &c.

Siue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c.

CLAVSVLA CLXXII.

1 QVia regulariter expreſſo vno modo vacandi, non venit alius, *cap. ſuſceptum, de reſcript. in 6.* 2 ideo ſolet apponi hæc clauſula, per quam includitur omnis modus vacandi, ſiue directus, ſiue indirectus, etiam acceſſorius ex intentione concedentis, vt per *Caſſad. deciſ. 5. de præben. Pariſ. conſ. 35. num. 20. lib. 3. Flamin. de reſign. lib. 8. q. 7. num. 64. Ioan Cochier ad regulam 62. de clauſ. in beneficijs vacantibus ponen. num. 20.* & fuit dictum *in Oueten. beneficij 5. Iulij 1610. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 309. num. 2. p. 2. recent.*

3 Primò amplia, vt includat vacationem apud Sedem, vt per *Flamin. d. lib. 8. q. 7. n. 142. Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p. 2. collect. 355. verſ. amplia primò.*

4 Secundò amplia, vt capiat beneficium vacans per obitum in Curia, vt per *Flamin. d. lib. 8. q. 7. n. 141.* etiam ex confidentia, iuxta tradita per eumdem *Flamin. de confident. benefic. q. 7. à n. 82.*

5 Tertiò amplia, vt capiat vacationem etiam per priuationem, *Rota deciſ. 1. de reſcript. in nou. Lap. alleg. 78. num. 18. Mohed. deciſ. 2. de ſequeſtr. poſſeſſionis, Flamin. d. lib. 8. q. 7. n. 136.*

6 Quartò amplia, vt capiat etiam vacationem per reſignationem, *Put. deciſ. 5. in fin. de regul. de menſe, Mohed. deciſ. 2. de offic. delegat. Rota in d. Oueten. beneficij coram D. Decano deciſ. 309. num. 2. & 3. p. 2. re-*
7 *cent.* Nam vacatio per mortem, & per reſignationem æquiparantur, vt tradunt *Flamin. de reſig. lib. 1. q. 5. num. 4. & q. 6. num. 15. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 5. proœm. num. 25.* Intellige probata reſignatione, ſecus verò illa minimè probata, quia tunc nihil operatur, *Put. deciſ. 268. lib. 3. Aloyſ. Ricc. d. collect. 355. verſ. 2. amplia.*

8 Quintò amplia, hanc clauſulam intrare data ſaltem de facto vacatione, vt fuit dictum *in Plocen. Capellania 27. Iunij 1597. coram Penia, & in Teruiſina parochialis S. Theoniſti 11. Ianuarij 1602. coram Gregorio XV. inter eius deciſiones impreſſas deciſ. 37. num. 10.* quæ reperitur etiam impreſſa per *Farinac. deciſ. 49. nu. 5. p. 2. recent.*

9 Sextò amplia, hanc clauſulam intrare verificato vno modo vacandi ex duobus narratis, neque eſt neceſſaria verificatio vtriuſque, vt fuit dictum *in Bononien. Canonicatus 19. Febr. 1590. coram Card. Pamph.* impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. p. 1. pag. 357.* duplicata *eadem par. 1. pag. 478. in vltim. impreſſ.*

Limita primò, vt hæc clauſula obtenta à reſignatario, non capiat vacationem inductam per regulam de infirmis, vt per *Flamin. de reſignat. lib. 12. q. 14. num. 23.* 10

Limita ſecundò, vt non ſe extendat ad perſonam non expreſſam, & ideo ſi impetretur beneficium tanquam vacans per mortem Titij, vel quouis alio modo, non habebit illud, ſi vacauit per mortem Sempronij; & idem ſi dixit, per mortem Titij, qui deceſſit in tali loco, & tali die, nam ſi alio in loco, & alio die obiit, beneficium illud ſimiliter non obtinebit propter ſpecificationem, quam fecit: nam, vt dicit *Lap. loco citato*, mors Titij non eſt mors Sempronij, nec mors in vno loco, & tempore, eſt mors alio in loco, & tempore, ſed mors eſt modus vacationis; vide *Mohed. deciſ. 2. de offic. deleg. Nauar. in cap. ſi quando, except. 2. num. 3. de reſcript. Flamin. d. lib. 8. q. 7. num. 144. cum ſeqq. Franc. Leo. in theſauro fori Eccleſiaſtici, p. 2. cap. 3. num. 85.* Verùm hanc 11 12 clauſulam comprehendere etiam vacationem ex perſona alterius, ſi addantur verba illa, *ſeu ex alterius cuiuſcumque perſona*, &c. tradit *Rota deciſ. 1.* vbi *adden. in verbo quouis alio modo*, & *ibi Papaz. num. 7. de reſcript. in nou. & deciſ. 36. lib. 1. p. 3. diuerſ. Anton. Faber deciſ. 2. de ſacroſanctis Eccleſijs*, quem refert *Aloyſ. Ricc. d. collect. 355. verſ. limita 2.* & fuit dictum *in Cremonen. penſionis 5. Decembris 1614. coram Andrea*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 605. num. 9. p. 2. recent.*

Limita tertiò, vt non operetur quando expreſſus 13 ſit omnino falſus vacandi modus, vt per *Anton. Fab. ſub eodem tit. de ſacroſanctis Eccleſijs, diffinit. 4.* quem refert *Aloyſ. Ricc. d. collect. 355. in fine.*

Limita quartò, vt non capiat beneficium, quod 14 vacauerit de futuro, iuxta reſoluta per *Sarnen. in regul. de publican. q. 16. Flamin. d. lib. 8. q. 7. n. 143.* nam ſolùm capit vacationem de illo tempore, *Flamin. lib. 11. num.... q. 16. & lib. 12. q. 14. num. 25.*

Illud demum aduertere oportet, quod ſi in fine 15 ſupplicationis habentis hanc clauſulam, in qua narrabatur deuolutio ad Sedem Apoſtolicam, addantur hæc verba, *& de deuolutione detur diſpoſitiuè*, cenſetur eſſe reſtricta, & limitata, ita vt ſi non doceatur de deuolutione, prouiſus non capiat beneficium vigore huius clauſulæ, vt per *Creſcent. deciſ. 12. de præbend. Caſſad. deciſ. 8. eodem tit. & deciſ. 14. de reſcript.* quos refert *Maſſobr. in ſua praxi habendi concurſum, prælud. 26. dub. 35. num. 8. & 9. ſecundum Romanam impreſ.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Clauſula*, Sola facti, &c. *plus operatur, quàm clauſula*, Summariè, &c. *& clauſula*, Sine ſtrepitu, &c.

3 *Clauſula*, Sola facti, &c. *ſimilis eſt alteri*, De bono, & æquo.

4 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem, iudicant cauſam ſecundùm eorum conſcientias ſola facti veritate inſpecta, non ſe adſtringentes ad allegata, & probata.*

5 *Princeps non tenetur ſeruare Iuris ordinem.*

6 *Iudicare vt poſſit Iudex ſicut ipſe Princeps, imò vt Deus, operatur clauſula*, Sola facti, &c.

7 *Causa quando est commissa cum clausula*, Sola facti, &c. *procedi potest manu Regia.*

8 *Clausula*, Sola facti, &c. *intelligitur de ea veritate, cui Ius patrocinatur, & procedit solo Iure naturali, & gentium inspecto.*

9 *ordinem iudiciarium aufert clausula*, Sola facti, &c. *& omnem solemnitatem Iuris relaxat.*

10 *Clausula*, Sola facti, &c. *operatur quod possit in causa procedi absque libello, & contestatione.*

11 *Clausula*, Sola facti, &c. *operatur quod possit Iudex iudicare super causa probata, licèt non deducta in libello.*

12 *Libelli ineptitudo parte non opponente tollitur virtute clausulæ*, Sola facti, &c.

13 *Causa proprietatis vt simul cum causa possessionis diffiniri posit, operatur clausula*, Sola facti, &c.

14 *Attestationibus publicatis vt possint alij testes produci, & examinari, operatur clausula*, Sola facti, &c.

15 *Probationes non concludentes, & persuasiuas potest Iudex admittere virtute clausulæ*, Sola facti, &c.

16 *Cumulationem admittit clausula*, Sola facti, &c. *quoad actiones ad remedia, quæ non inuicem contrariantur.*

17 *Præscriptionis exceptionem an tollat clausula*, Sola facti, &c. *ostenditur.*

18 *Appellationem tollit clausula*, Sola facti, &c.

19 *Ferijs rusticis censetur derogatum per clausulam*, Sola facti, &c.

20 *Ius parti quæsitum non aufert clausula*, Sola facti, &c.

21 *Exceptiones de iure tertij non admittit clausula*, Sola facti, &c.

22 *Attentata non reuocantur stante clausula*, Sola facti, &c.

23 *Beneficium excussionis non potest Iudex virtute clausulæ*, Sola facti, &c. *tollere.*

24 *Defensiones legitimas partis, nec eius citationem tollit clausula*, Sola facti, &c.

25 *Clausula*, Sola facti, &c. *non excludit ea, quæ sunt alio statuto in specie prouisa.*

Sola facti veritate inspecta.

CLAVSVLA CLXXIII.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Azeued. l.* 10. *num.* 127. *tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ Recopil. Cels. Vgon. in tract. clausul. pag.* 487. *& pag.* 488. *Aloys. Ricc. in collect. decis. collect.* 699. *Mart. de clausul. p.* 1. *clausul.* 368. *in vltim. impress. & Stephan. Gratian. Marchiæ decis.* 68. *à principio.*

2 Hæc clausula plus operatur, quàm clausula, *Summariè, &c.* & clausula, *Sine strepitu, &c.* vt per *Honded. cons.* 93. *num.* 53. *tom.* 1. *Marant. de ord. iudic. p.* 4. *tit. & an Iudex sit competens, num.* 32. *Cacheran. decis.* 1. *num.* 20. *Mart. d. clausul.* 568. *num.* 4. vbi hinc infert, Iudicem deputatum cum hac clausula, pleniùs procedere posse.

Similis est hæc clausula illi, *De bono, & æquo*, quæ 3
importat etiam, vt reiectis penitus, & exclusis solemnitatibus, & apicibus Iuris, causa summariè expediatur, *Salust. Tiberi. cap.* 22. *num.* 6.

Principes non recognoscentes superiorem, iudi- 4
cant causas secundùm eorum conscientias sola facti veritate inspecta, non se adstringentes ad allegata, & probata, vt post multos à se citatos concludit *Mart. d. clausul.* 368. *num.* 1. quibus adde *Palat. in repetit. cap. per vestros, de donat. inter virum, & vxorem. §.* 34. *num.* 10. *&* 11. & memetipsum *in collect. ad cap. ad petitionem* 22. *num.* 5. *de accusat. & Stephan. Gratia. d. March. decis.* 62. *num.* 12. *cum seq.* vbi contrarium tenere videtur; Princeps enim non tenetur 5
seruare Iuris ordinem, vt docet *Perez* per text. ibi *in l.* 10. *gloss.* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ordinam.*

Operatur quod Iudex possit iudicare sicut ipse 6
Princeps, *Bertaz. in repet. l. si quis maior. C. de transact. num.* 60. *Valasc. de iure emphyt. quæst. C num.* 12. imò quod possit iudicare vt Deus, *Honded. cons.* 22. *num.* 1. *tom.* 1. *Stephan. Gratian. Marchiæ decis.* 36. *num.* 13. *& decis.* 68. *num.* 1. Nam si causa est com- 7
missa cum hac clausula, procedi potest manu Regia, ex notatis per *Stephan. Gratian. d. decis.* 68. *num.* 4. *& disceptat. forens. cap.* 322. *num.* 1. *Ludou. Rodoiphin. post tract. de absoluta Principis potest. voto vnico, numero* 42.

Intelligitur de ea veritate, cui Ius patrocinatur, 8
Marant. de ordin. iudiciorum, p. 4. *tit. & an Iudex sit competens, num.* 39. & procedit solo Iure naturali, & gentium inspecto, non verò Iuris solemnitate, & ordine considerato, vt aduertit *Aldret. de relig. disciplina tuenda, lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 14.

Aufert ordinem iudiciarium, & omnem solemni- 9
tatem Iuris relaxat, & reducit ad formam iudicij inductam de Iure gentium, vel naturali; ita *Menoch. cons.* 180. *num.* 7. *in fin. Brunor à Sole in locis commun. verb. clausula* 46. *Valasc. de iure emphyt. q.* 6. *num.* 12. *& consultat.* 145. *num.* 10. *Aloys. Ricc. in collect. decis. part.* 3. *collect.* 699. *effect.* 1. *Rota Bonon. diuer. decis.* 30. *num.* 28. *& decis.* 65. *num.* 140. vbi subdit, quod remittit rigorosas Iuris solemnitates, sed non eas, quæ tendunt ad reperiendam veritatem.

Operatur deinde, quod possit in causa procedi 10
absque libello, & litis contestatione, ex *Aloys. Ricc. d. collect.* 699. *effectu* 4.

Item quod possit Iudex iudicare super causa pro- 11
bata, licèt non deducta in libello, *Marant. de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 9. *num.* 17. *& num.* 22. *& in repetit. l. is potest, num.* 133. *ff. de acquir. hæred. Guttier. pract. lib.* 1. *quæst.* 100. *num.* 2. *Aloys. Ricc. d. collect.* 699. *effectu* 3. *Rota Bonon. diuers. decis.* 93. *num.* 2. *Honded. consil.* 22. *num.* 1. *tom.* 1. *Cacher. decis.* 5. *num.* 21. *Surd. consil.* 275. *num.* 2. *&* 3. *Mart. d. clausul.* 365. *num.* 5. vbi *num.* 6. ex *Marant. in repet. d. l. is potest, num.* 195. subdit, quod virtute huius clausulæ tollitur inepti- 12
tudo libelli parte non opponente.

Item operatur, vt causa proprietatis simul cum 13
causa possessionis diffiniri possit, *Dec. consil.* 449. *nu.* 21. *Rub. consil.* 4. *num.* 12. *Cacher. decis.* 1. *num.* 28. *Ioseph. Ludou. Perusina decis.* 17. *num.* 22. *Menoch. consil.* 2. *num.* 184. *& consil.* 180. *num.* 7. *Rota Bononien. diuers. decis.* 30. *numero* 96. *Mart. d. clausul.* 368. *numero* 7.

Item operatur, vt publicatis attestationibus pos- 14
sint alij testes produci, & examinari; *Cacher. Pedamont. decis.* 1. *num.* 26. quem refert, & sequitur *Bernard. Cræua. ad pract. Cam. Imper. lib.* 5. *conclus.* 105.

num. 17.

num. 17. *in fin.* Dat enim Iudici facultatem tam ex ſe, quàm ex officio interrogandi teſtes, ac illos repetendi, eodem modo quo ſit inſtante parte, etiamſi in cauſa ſit concluſum, *Marant. d. part.* 4. *deciſ.* 9. *num.* 30. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 419. *n.* 81.

15 Virtute huius clauſulæ poteſt Iudex admittere probationes non concludentes, & perſuaſiuas, vt per *Stephan. Gratian. d. deciſ.* 68. *num.* 3. Et licèt poſſit admittere probationes leuiores, vt tenent *Roland. conſ.* 7. *num.* 36. & *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 24. quos refert *Mart. d. clauſ.* 368. *num.* 8. tamen hoc intelligitur, quando aliunde ſcit veritatem aliter ſe habere, vt probat *Crauet. in tract. de antiquit. temporum, in* 9. *particula* 5. *partis principalis, num.* 6. *quæ incipit,* 8. *datur, &c.*

16 Item cumulationem admittit quoad actiones ad remedia, quæ non inuicem contrariantur, *Surd. d. conſ.* 273. *num.* 22. quem refert *Stephan. Gratian. d. deciſ.* 193. *num.* 6. & 7.

17 Exceptionem præſcriptionis tollit, *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 699. *effect.* 6. Verùm huiuſmodi exceptionem non poſſe Iudicem virtute huius clauſulæ reiicere, poſt *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 29. probat *Mart. d. clauſ.* 368. *n.* 9.

18 Tollit appellationem, ex adductis per *Sigiſmund. Scacc. de appell. quæſt.* 16. *limit.* 1. *num.* 76.

19 Per hanc clauſulam cenſeri derogatum ruſticis feriis, ex *Azinio in praxi Florentina.* §. 3. *cap.* 7. notat *Bernard. Græua. ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concluſ.* 53. *conſid.* 2. *num.* 29.

20 Ius parti quæſitum non aufert, *Brunor à Sole in locis commun. verbo clauſ.* 46.

21 Exceptiones de iure tertij non admittit, nec reprobationem perſonarum, vel teſtium: at ſi ponatur in commiſſione ſine partis citatione impetrata, tacito quod fuerit abſens, non annullat reſcriptum, & in ſecunda inſtantia durat, *Bellam. deciſ.* 526. *Marcheſ. de Commiſſ. p.* 2. *pag.* 419. *num.* 81. *in* 2. *impreſſ.*

22 Attentata ſtante hac clauſula non reuocantur, *Stephan. Gratian. March. deciſ.* 68. *n.* 19.

23 Beneficium excuſſionis non poteſt Iudex virtute huius clauſulæ tollere, *Menoch. de arbitr. lib.* 1. *q.* 51. *num.* 4. & *conſ.* 25. *num.* 12. & *conſ.* 263. *num.* 3. *Natt. conſ.* 521. *num.* 13. *Cephal. conſ.* 86. *num.* 16. *vol.* 1. *Marta d. clauſ.* 368. *num.* 10. *Corn. Lucen. deciſ.* 37. *num.* 4. *Ioſeph. Ludou. Peruſina deciſ.* 45. *n.* 9. ſub diſtinctione, *Bernard. Græua. ad pract. Camera Imper. lib.* 2. *concluſ.* 27. *conſider.* 3. quicquid dicat *Cald. Pereira de empt. cap.* 33. *num.* 30.

24 Defenſiones legitimas partis non tollit, *Stephan. Gratian. d. deciſ.* 68. *num.* 12. nec eius citationem aufert, idem *Gratian. deciſ.* 231. *num.* 3. Operari tamen, vt actus ſit validus, etiam ſi pars non fuiſſet citata, dicit *Rota Bononien. diuerſ. deciſ.* 65. *n.* 28.

25 Ea quæ ſunt alio ſtatuto in ſpecie prouiſa, non excludit, *Anton. Monach. Bononien. deciſ.* 2. *n.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c. *operatur perinde, ac ſi integrè proceſſus, ac omnia acta, & partium comparationes fuiſſent in indiuiduo narrata.*

2 *Litis pendentia malè ex ſupplicatione narrata ſuppletur ex clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c.

3 *Litis mentio ſufficiens facta dicitur per clauſulam*, Statum, & merita cauſæ, &c. *ac ſi in indiuiduo, & nominatim eſſet facta.*

4 *Reſcripti omnem difficultatem tollit clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c.

5 *Clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c. *non ſe extendit ad tollendum id, quod ſi expreſſum eſſet, impediuiſſet reſcripti expeditionem, in quo poſita eſt.*

6 *Commiſſionem à ſubreptione ex taciturnitate quod cauſa eſſet inſtructa, ſaluat clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c.

7 *Clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c. *nullum operatur effectum, quando res iudicata adeſt.*

8 *Clauſula*, Statum, & merita cauſæ, &c. *non intrat vbi ſpecialis mentio requiritur.*

Statum, & merita cauſæ, &c.

CLAVSVLA CLXXIV.

OPeratur perinde, ac ſi integrè proceſſus, ac omnia acta, & partium comparationes fuiſſent in indiuiduo narrata, *Felin. in cap. cæterùm, col.* 3. *lin.* 7. *verſ. intellige primò, de reſcript. Gemin. conſ.* 120. *n.* 1. *& ſeq. Rot. deciſ.* 20. *de reſcript. in nouis, Achil. deciſ.* 9. *eod. tit.* vbi dicit quod ſtante hac clauſula non poterit impugnari commiſſio aduocatoria, etiam tacito quod lis eſſet inſtructa, *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 227. *num.* 333. *in vlt. impreſſ.* nam litis pendentia malè in ſupplicatione narrata ſuppletur ex iſta clauſula, *Gram. deciſ.* 66. *num.* 60. *& ſeq. Rot. deciſ.* 897. *n.* 3. *part.* 1. *& deciſ.* 275. *n.* 25. *p.* 1. *diuerſ.* 1 2

Quia per hanc clauſulam dicitur facta ſufficiens mentio litis, ac ſi in indiuiduo, & nominatim eſſet facta, *Gemin. d. conſ.* 120. *num.* 6. *Rebuff. in* 3. *p. Signaturæ, verbo quatenus litigioſum, num.* 4. *Achil. deciſ.* 9. *de reſcript. Pute. deciſ.* 2. *eod. tit. Veſtr. in praxi, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 3. *Sarnen. de trienn. quæſt.* 14. *n.* 7. *Mart. de clauſul. p.* 1. *clauſ.* 174. *num.* 1. *in vlt. impreſſ. Card. Tuſch. tom.* 1. *litt. C. concl.* 338. *n.* 1. 3

Omnem tollit reſcripti difficultatem, *Achil. deciſ.* 8. *de reſcript. Rot. deciſ.* 807. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ.* Sed non tollit conceſſa in alio reſcripto, quia non ſe extendit ad tollendum id, quod ſi expreſſum eſſet, impediuiſſet reſcripti expeditionem, in quo poſita eſt, *Felin. in d. cap. cæterùm, fall.* 3. *Rot. deciſ.* 134. *p.* 3. *diuerſ. Marcheſ. d. p.* 1. *pag.* 226. *n.* 325. 4 5

Saluat iſta clauſula commiſſionem à ſubreptione ex taciturnitate quod cauſa eſſet inſtructa, *Achil. deciſ.* 9. *num.* 1. *de reſcript. Mart. d. clauſ.* 164. *num.* 4. Sed non ſufficit ad ſaluandam commiſſionem non facta litis mentione, *Achil. deciſ.* 66. *illo tit. de reſcript. Lancel. de attent. lite pendente, in præfat. num.* 648. *Marcheſ. d. part.* 1. *pag.* 227. *num.* 327. *Marta d. clauſ.* 164. *n.* 4. *verſ. prædicta.* 6

Nullum tamen operatur effectum, quando res iudicata adeſt, *Mart. d. clauſ.* 164. *in fine*, & fuit dictum *in Oxomen. molendini* 18. *Nouembris* 1578. *coram Robuſterio, & in Tuden. beneficij* 13. *Maij* 1600. *coram Cardin. Pamphilio, & in Toletana beneficij de Manzanares* 4. *Nouemb.* 1605. *coram Iuſto*, quos omnes refert *Marcheſ. d. p.* 2. *pag.* 227. *num.* 328. 7

Non intrat vbi requiritur ſpecialis mentio, ſecundum *Veſtr. in ſua praxi, lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 7. nam potiùs cenſetur apposita, vt ad partes cauſa facilius remittatur, vbi ſunt acta, ex quibus ſtatus & merita ſunt iuſtificanda, *Marcheſ. de Commiſſ. p.* 2. *pag.* 348. 8

num.41. Sed in Rota hanc clausulam operari, vt ab vno Auditore auocetur, & alteri committatur, patet ex *decis.20. de rescript. in nouis, & decis.11. eod. tit. in antiq. Cassad. decis.10. in reg. de trienn.* quia tunc ex validò Signaturæ rescripto à primo auocata censetur, & alteri commissa; & licèt Papa per relationem pro expressis, illa quæ non sunt expressa, habere possit, & expressum fingere per relationem, *Butr. cons.2. num.5.* tamen cæteris necessariis narratis intelligitur ad rescripti substantiam, aliàs nunquam daretur nullitas, nec de subreptione, vel obreptione dici posset, ac omnium causarum tacita veritate daretur auocatio, contra reg. quod quælibet dispositio venit intelligenda, ne absurdum sequatur, imò restringenda, vt euitetur, *l. quamuis. ff. de in ius vocando, Roman. cons.32. in fine*, licèt si non plenè narretur status, & merita causæ, sufficeret hanc clausulam ponere, *Achil. decis.9. de rescript. Rot. decis.87.n.3. part.1. diuers.* Fallit tamen regula, quando causa Motu proprio auocatur, quia tunc ipsius mentione non est opus, *Lancellot. de attent. lite pendente, limit.23.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Rescripti conditiones, vbi posita est, accipit semper clausula*, Sublata, &c.

3 *Iudici os claudit clausula*, Sublata, &c. *& illi tollit facultatem aliter iudicandi.*

4 *Princeps sine causa potest præcipere, quod quis non audiatur.*

5 *Papa cùm inhabilitet personam Iudicis per clausulam*, Sublata, &c. *tunc ipso Iure, absque eo quod opponatur exceptio, processus est nullus.*

6 *Oris apertio tollit rigorem clausulæ*, Sublata, &c. *& dat facultatem impugnandi Breue.*

7 *Iudices omnes quauis dignitate fulgentes, etiam S.R.E. Cardinales, comprehendit clausula*, Sublata, &c.

8 *Iudices absque oris apertione, stante clausula*, Sublata, &c. *aliter iudicantes graui pœna afficiendi sunt, tanquam Iurisdictionem sibi denegatam vsurpantes.*

9 *Ignorantes, & omnes futuros quoscumque Iudices ligat clausula*, Sublata, &c.

10 *Regulæ Cancellariæ opponi non possunt, quamuis sint fauorabiles, stante clausula*, Sublata, &c.

11 *Iudicio possessorio etiam summariissimo manutentionis obstat clausula*, Sublata, &c.

12 *Replicationis per viam non potest etiam aliquid opponi contra dispositionem continentem clausulam*, Sublata, &c.

13 *Opponi quandocumque potest, & in qualibet instantia de clausula*, Sublata, &c.

14 *Acta gesta ante, & post oppositionem clausulæ*, Sublata, &c. *sunt nulla ipso Iure.*

15 *Iudex inferior iudicare non potest contra formam gratiæ continentis clausulam*, Sublata, &c.

16 *Oris apertio antequam concedatur per Signaturam gratiæ, prudentes Iudices in causa non procedunt stante clausula*, Sublata, &c.

17 *Dispositio, cui adiecta est clausula*, Sublata, &c. *censetur facilius derogare contrariæ illam clausulam non habenti.*

18 *Signatura Iustitiæ non potest aperire os ad impugnandam concessionem, cui adiecta est clausula*, Sublata, &c.

19 *Os contra clausulam*, Sublata, &c. *aperiri nequit sine derogatione* reg. de iure quæsito non tollendo.

20 *Articuli ad probandum contrarium, admitti non possunt stante clausula*, Sublata, &c.

21 *Declarandi facultas etiam super solo facto per clausulam*, Sublata, &c. *est sublata.*

22 *Gratiam munitam clausula*, Sublata, &c. *non tenetur impetrans iustificare, etsi versemur in gratia ad postulationem partis concessa, præcipuè si adsit clausula*, Quod de subreptione, &c.

23 *Consuetudinem omnem contrariam tollit clausula*, Sublata, &c.

24 *Titulum, & possessionem inficit clausula*, Sublata, &c.

25 *Decretum prohibitiuum æquipollet clausulæ*, Sublata, &c.

26 *Si in dispositione habente clausulam*, Sublata, &c. *adsit clausula*, Cuius ad id expressus accedit assensus, *hic consensus non censetur positus sub conditione, sed ad opponendum eius defectum requiritur apertio oris.*

27 *Clausula*, Sublata, &c. *habet vim claudendi os cuicumque Iudici, & parti, si ei adiuncta sit alia clausula*, Quod non possit dici de subreptione, &c.

28 *Clausula*, Quod de subreptione, &c. *vnde tractetur, ostenditur.*

29 *Clausula*, Quod de subreptione, &c. *absque clausula*, Sublata, &c. *& decreto irritanti, non operatur, nisi veris existentibus narratis.*

30 *Clausula*, Sublata, &c. *non ampliat dispositionem principalem, nec se extendit vltra eius limites.*

31 *Clausula*, Sublata, &c. *apposita in gratia conditionali, nihil operatur ante conditionis euentum.*

32 *Clausula*, Sublata, &c. *non obstat dicenti gratiam non comprehendere casum, de quo agitur.*

33 *Iudex quominus possit videre de comprehensione, minimè impeditur per clausulam*, Sublata, &c.

34 *Clausula*, Sublata, &c. *non habet effectum, cùm dispositioni, cui adiecta est, derogatur per contrariam legem.*

35 *Com*

35 *Commiſsio cauſæ ſimplex non ſufficit ad tollendam clauſulam*, Sublata,&c. *niſi facta ſit mentio de ea, vel adſit clauſula*, Quorum tenores,&c.

36 *Clauſula*, Sublata,&c. *non obſtat, ſi pars ei renuntiet.*

37 *Clauſula*, Sublata,&c. *non operatur, vbi pars, ad cuius fauorem appoſita eſt, curaſſet committi cauſam ſuper validitate gratiæ.*

38 *Audientia non denegatur, quando pars non opponit de clauſula*, Sublata,&c.

39 *Clauſula*, Sublata,&c. *non obſtat quando, & in caſibus, in quibus priuilegium ea munitum non intrat.*

40 *Falſitas narratorum quando eſt detecta, non operatur clauſula*, Sublata,&c.

41 *Priuilegium de iure ſpeciali competens non tollit clauſula*, Sublata,&c.

42 *Ceſſante diſpoſitione, ceſſat clauſula*, Sublata, &c.

43 *Clauſula*, Sublata, &c. *non obſtat, cùm quis agit de retrahenda executione gratiæ, cui adiecta eſt.*

44 *Confirmatio antequam ſit ſequuta cum cauſæ cognitione, non operatur clauſula*, Sublata, &c. *poſita in commiſſaria diſpoſitione habente clauſulam*, Vocatis vocandis.

45 *Clauſula*, Sublata, &c. *non operatur quominus Ordinarius auctoritate Concilij ex officio reuidere poſsit vniones factas à quadraginta annis citra cum clauſula*, Sublata, &c.

46 *Sententiæ non obſtat clauſula*, Sublata, &c. *quæ de ea mentionem non faciat.*

47 *Clauſula*, Sublata, &c. *vbi eſt ſola non operatur, niſi veris exiſtentibus narratis.*

48 *Oris apertio tollit obſtaculum clauſulæ*, Sublata,&c.

49 *Fideiuſſori obſtat clauſula*, Sublata,&c. *quando obſtat principali.*

Sublata,&c.

CLAVSVLA CLXXV.

1 DE vi, & effectibus huius clauſulæ vide *Mart. de clauſul. part.* 1. *clauſ.* 176. & ibi per eum citatis adde *Surd. conſ.* 1. *num.* 107. *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 9. §. 1. *in annotat. num.* 246. *& gloſſ.* 56. *num.* 106. *cum ſeqq. & gloſſ.* 66. *per tot. Nicol. Garc. de benefic. p.* 6. *cap.* 63. *num.* 81. *cum multis ſeqq.* & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 113. *num.* 72. *& cap.* 559. *num.* 60. *& cap.* 791. *num.* 12. *Card. Tuſch. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 344. *& ſeq. Viuian. in praxi Iuriſpatr. lib.* 13. *cap.* 8. *à n.* 250. *in* 2. *edit. Ioan. à Cochier in reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 22. *Monet. de commut. vlt. volunt. cap.* 7. *num.* 116. *cum ſeqq. Rot. apud Farinac. deciſ.* 461. *part.* 1. *recent.* & alios in diſcurſu citatos.

2 Hæc clauſula (quæ accipit ſemper conditiones reſcripti, vbi poſita eſt, vt cenſuit *Rota in vna Vrgellen. Canonicatus coram Cardin. Blanchetto*, impreſſa per *Marcheſ. part.* 1. *pag.* 238. niſi adſit clauſula, *Quod de ſubreptione dici non poſſit*, vt limitatur *in Nouarien. Canonicatus* 12. *Febr.* 1593. *coram Card. Pamphilio*, impreſſa per *Marcheſ. ead. p.* 1. *pag.* 451.) claudit os Iudici, & illi tollit facultatem aliter iudicandi, & non valet pars, quæ venit contra literalem intellectum, audiri, niſi obtenta ab ipſomet ſummo Pontifice in Signatura gratiæ, oris apertione, vt docent *Ruin. conſ.* 21. *num.* 16. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 1. *num.* 28. *& ſeq. & conſ.* 38. *num.* 7. *lib.* 4. *Mandoſ. in tract. de monitoriis, queſt.* 60. *num.* 44. *ſuper verb. ſicque per quoſcumque Iudices, Rebuff. ſuper concordat. Franciæ, tit. de form. & irreuoc. concord. ſtabil. verſ.* 8. *vult Iudices quoſcumque, Caputaq. deciſ.* 184. *num.* 4. *& deciſ.* 218. *part.* 3. *Pute. deciſ.* 50. *num.* 5. *lib.* 1. *& deciſ.* 377. *lib.* 3. *Verall. deciſ.* 134. *part.* 3. *& deciſ.* 218. *eadem part.* 3. *Mantic. deciſ.* 309. *num.* 3. *Seraph. deciſ.* 351. *num.* 1. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 441. *num.* 3. *& pag.* 547. *num.* 2. *Gonzal. d. gloſſ.* 66. *à num* 3. *Garc. d. cap.* 3. *num.* 98. & *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 791. *n.* 12. *Monet. d. cap.* 7. *num.* 213. *Rot. Bononien. diuerſ. deciſ.* 33. *n.* 47. & fuit dictum *in Calaguritana pretenſæ confidentiæ* 1. *Iulij* 1592. *coram Penia*, impreſſa per *Marcheſ. part.* 2. *pag.* 426. *num.* 1. & *in Bracharen. de Cabanas* 9. *Iunij* 1606. *coram Greg. XV.* impreſſa per *Farinac. deciſ.* 18. *num.* 1. *part.* 2. *recent.* & *in Cæſarauguſtana præeminentiarum* 19. *Nouembris* 1623. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.*

Intellige etiam ſine cauſa, quia licèt Princeps ſine cauſa ius tertij tollere non poſſit, tamen poteſt præcipere quod non audiatur, vt poſt *Pariſ. conſ.* 1. *n.* 38. *verſ. dicentes, lib.* 4. & *Socin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, num.* 17. *ff. de liberis & poſthum.* tradit *Card. Tuſch. tom.* 1. *litt. C. concl.* 344. *num.* 3. Et cùm per hanc clauſulam Papa inhabiliter perſonam Iudicis tunc ipſo Iure, abſque eo quod opponatur exceptio aliqua, proceſſus eſt nullus, vt fuit dictum *in Calaguritana pretenſæ confidentiæ* 1. *Iulij* 1592. *coram Penia*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 426. *n.* 4. *in vlt. impreſſ.* 3 4 5

Oris apertio tollit rigorem huius clauſulæ, & dat facultatem impugnandi Breue, ſed non elidit alios effectus, *Rot. in Pacen. penſionis* 20. *Nouemb.* 1609. *coram Card. Marquemontio*, impreſſa per *Marcheſ. d. p.* 2. *pag.* 438. *num.* 5. 6

Primò amplia, hanc clauſulam tantæ eſſe efficaciæ, vt comprehendat omnes Iudices quauis auctoritate fulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, & Rotæ Auditores, vt per *Mandoſ. de monitoriis, quæſt.* 6. *n.* 44. *in verb. ſicque per quoſcumque Iudices, Rebuff. d. verſ.* 8. *vult. Ioan. à Cochier d. gloſſ.* 22. *in princ.* 7

Amplia ſecundò, vt graui pœna afficiendi ſint Iudices ſine huiuſmodi apertione oris aliter iudicantes, tanquam Iuriſdictionem ſibi denegatam vſurpantes, vt colligitur ex *l. fin. C. de can. friument. Vrbis Romæ, lib.* 11. & poſt *Mandoſ.* & *Rebuff. citatis locis*, ac *Ruin. conſ.* 76. *num.* 9. *& ſeqq. vol.* 2. tradunt *Gonzal. d. gloſſ.* 66. *num.* 7. & *Monet. d. cap.* 7. *n.* 216. *in fin.* 8

Amplia tertiò, vt hæc clauſula liget etiam ignorantes, & omnes futuros quoſcumque Iudices, vt poſt multos reſoluunt *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *tit. de commiſſ. appell. cap.* 6. *num.* 2. *Gonzal. d. gloſſ.* 6. *num.* 9. *Ioan. à Cochier d. gloſſ.* 22. *Monet. d. cap.* 7. *num.* 217. 9

Amplia quartò, vt ſtante hac clauſula non poſſit opponi de regul. Cancellariæ, quamuis ſint fauorabiles, vt per *Mart. d. clauſ.* 176. *num.* 11. & *Gonzal. d. gloſſ.* 66. *num.* 9. & *Monet. d. cap.* 7. *num.* 218. Et in ſpecie non poſſe opponi *reg. de iure quæſito non tollendo*, cenſuit *Rota in Papien. bonorum* 5. *Iunij* 1606. *coram* 10

Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, impressa per *Farinac. decis.*177. *n.*3. *p.*2. *recent.*

11 Amplia quintò, vt etiam obstet hæc clausula in iudicio possessorio summariissimo manutentionis, vt docent *Ioan. à Cochier d. gloss.*22.*Gonzal. d.gloss.*66. *num.* 12. obseruantes ita fuisse resolutum bis *in vna Cæsaraugustana dismembrationis* 13. *Martij* 1596.*coram Iusto.* Et licèt de hoc dubitauerit *Put. decis.*50. *num.*5. *lib.* 1. tamen ex aliis multis idem probat *Mart. d. clausf.*176. *num.*5.& 6. subdens *num.*13.quod non obstante petitionis suspensione, sententia lata super eo valet.

12 Amplia sextò, vt nec per viam replicationis aliquid opponi possit contra dispositionem continentem hanc clausulam, vt post *Put. decis.* 377. *sub num.* 11 *lib.*3. concludit *Gonzal. d. gloss.*66. *num.*10. quem sequitur *Monet. d.cap.*7. *n.*218. *vers.*4.

13 Amplia septimò, vt de hac clausula possit quandocumque opponi, & in qualibet instantia, cùm sit impedimentum reale, adimens inferiori Iurisdictionem, & reddens ipsum ad iudicandum,& procedendum inhabilem, vt fuit decisum *in vna Calaguritana Canonicatus* 9. *Iunij*,& 1. *Iulij* 1592. *coram Penia*,im-

14 pressa per *Marches. p.*2. *pag.*426.*num.*3.in qua etiam dictum fuit,non solùm acta gesta post oppositionem dictæ clausulæ, nulla esse ipso Iure, sed etiam illa, quæ gesta fuerunt ante oppositionem illius, prout referunt *Ioan.à Cochier d.gloss.*22. *Mart. d. clausf.*176.

15 *n.*43. *Gonzal. d. gloss.*66. *num.*13. Nam, vt suprà dixi, non valet Iudex inferior iudicare contra formam gratiæ cum hac clausula, *Paris. cons.*1.*n.*38. *lib.*4.*Put. decis.*377. *lib.*3. & fuit dictum *in Barchinonen.Prioratus* 16. *Iunij* 1605. *coram Card. Marquemontio*, adeò vt propterea dicatur habere manus ligatas, *Verall.d. decis.*134. & procedendo, ita nulliter agere dicatur, vt talis nullitas non possit sanari per Signaturam Iustitiæ, per rescriptum, nec alio quouis modo, vt sæpe fuit resolutum *in Mediolanen.bonorum de Osedo de anno* 1586.*coram Card.Seraph.inter impressas decis.*.... Nec locus est arbitrio Iudicis, vbi hæc clausula experitur, ideo c peratur, quod ipse teneatur præcisè iudicare in fauorem Constitutionis suæ gratiæ cum hac clausula, *cap. si eo tempore, de elect. lib.*6. *Put. decis.* 48. *num.*6. *& decis.* 386. *lib.*1. *in correct. Cardin.*

16 *Tusch. tom.*1.*litt. C.concl.*344.*& seq.* Propterea in Curia laudabilis stylus seruatur,vt cùm primùm de hac clausula innotuerit, non antea prudentes Iudices in causa procedant, quàm per Signaturam gratiæ oris apertio contra eam agenti concedatur, vt dictum fuit *in d.Calaguritana coram Penia*,impressa per *Marches. de Commiss. p.*1. *pag.*426. *in* 2.*impress.*

17 Amplia octauò, vt dispositio, cui adiecta est huiusmodi clausula, facilius censeatur derogare contrariæ illam clausulam non habenti, & eam habenti difficiliùs derogari à non habente, vt docent *Gonz. d. gloss.*66. *num.*17. & *Monet.d.cap.*7. *n.*221.

18 Amplia nonò, vt nec Signatura Iustitiæ possit aperire os ad impugnandam concessionem, cui adiecta est hæc clausula, ita *Mart. d. clausf.*176. *n.* 39 & post *Marches. d.cap.*6.*num.*1.*& seqq.* tradit *Gonzal d.gloss.*66.*num.*19.& illis citatis non dissentit *Monet. d.cap.*7.*n.*222.

19 Amplia decimò,vt os contra hanc clausulam aperiri nequeat sine derogatione *reg. Cancellariæ de iure quæsito non tollendo*, saltem tacita, vt fusè tradit *Gonzal. d. gloss.*66. *n.*20. quem refert, & sequitur *Monet. d.cap.*7.*n.*223.Licèt contrarium,quod simpliciter derogatio non requiratur,fu sius contendat *Nicol.Garc. d. cap.*6. *n.*98. *cum seq.*

20 Amplia vndecimò, hanc clausulam esse tantæ efficaciæ, vt nec etiam admitti possint aliqui articuli ad probandum contrarium, vt per *Seraph.decis.*1251. *n.*19.& me citato *Monet. d. cap.*7. *n.*224.

Amplia duodecimò, vt per hanc clausulam sit 21
sublata facultas declarandi etiam super solo facto, vt docent *Gonz. d. gloss.*66. *num.*21.& *Monet.d.cap.*7. *num.* 224. nam tollit audientiam, nisi os aperiatur, ex adductis per *Marches. de Commiss. p.*2. *pag.*547. *n.*2. *in* 2. *impress.*

Amplia decimotertiò, hanc clausulam esse tantæ 22
efficaciæ, vt impetrans non teneatur aliquo modo iustificare gratiam illa munitam, etsi versemur in gratia ad postulationem partis concessa;vt per *Pute. decis.*377. *lib.* 3. & fuit resolutum *in Oscen. indulti* 1. *Iunij* 1598. *coram Litta.* Quod intelligendum venit, quando hæc clausula habet sociam aliam, cum qua semper solet concedi, scilicet, *Quod de subreptione,& obreptione dici non possit*, vt per *Pute. decis.*219. *lib.*2.& fuit dictum *in Calaguritana Iurisdictionis* 30. *Maij* 1580. *coram Rubeo*, & *in Pampilonen. Archidiaconatus* 19. *Martij* 1593. *coram Card. Pamphilio*: nam si sola sit,intelligitur veris existentibus narratis,ex traditis per *Pute.decis.*377. *lib.*3. & per *Marches.de Commiss. p.* 2. *pag.* 432. *num.* 2. *in* 2. *impress.* & fuit dictum *in Placentina pensionis* 21.*Iunij* 1593. *coram Penia.*

Amplia decimoquartò,vt hæc clausula tollat om- 23
nem contrariam consuetudinem, vt resoluit *Farin. de immunitate Ecclesiastica,num.*15.

Amplia decimoquintò, vt hæc clausula inficiat 24
titulum, & possessionem, non per se, sed in vim decreti irritantis, cui de stylo solet annecti, vt per *Ægidium decis.*535. *Cassad. super regul. decis.*7. *num.*3. & *Gabr. commun. lib.*6. *tit.de clausconcl.*3.*num.*50.cum aliis allegatis *in causa Tirasonen. decimarum* 17. *Iunij* 1617.*coram Reuerendissimo Domino meo Pirouano.* Quod intellige, licèt concessa sit gratia ad postulationem partis, & non Motu proprio, vt fuit dictum *in Maioricen. parochialis* 2. *Iunij* 1572. & *in Parmen. Castrorum* 17. *Iunij* 1577.*coram Clemente VIII.*

Amplia decimosextò, vt etiam procedant supra- 25
dicta, quando adsunt alia verba, quæ æquipolleant huiusmodi clausulæ, quale est decretum prohibitorium,ne Iudex in contrarium pronunciet,aut declaret, vt per *Gonzal. d. gloss.*66. *n.*18. & *Monet. d.cap.*7. *n.*224. *vers.ampliatur duodecimò.*

Amplia decimoseptimò, vt si in dispositione ha- 26
bente huiusmodi clausulam, adsit clausula, *Cuius ad id expressus accedit assensus*, hic consensus non censeatur positus sub conditione,sed ad opponendum eius defectum requiratur apertio oris,vt ex *vna Placentinà coram Penia*, docet *Mart. d. clausf.*176. *num.*14.subdens *num.* 15. quandonam hæc clausula posita in supplicatione, operetur,etiamsi in Bullis nèn sit posita, sicut antea ex nonnullis Rotæ decisionibus docuerat *num.*7. illam claudere os,etiam quoad vitium subreptionis, & defectus intentionis; & *num.*8.*ac* 9. quod apposita Breui resignationis, aut de capienda possessione, non possit dici de huius nullitate; & *num.* 11. quod obstet etiam Iudici confidentiarum: ac demum *num.* 12. quod absolutè posita, maximè cum decreto irritanti, operetur etiam respectu tertij, prout illum refert *Monet.d.cap.*7.*num.*225.

Limita nunc primò, vt huiusmodi nostra clausu- 27
la habeat vim claudendi os cuicumque Iudici, & parti, si ei adiuncta sit alia clausula, *Quod non possit contra gratiam dici de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis defectu*, aliàs de hoc opponi poterit, vt ex multis Rotæ decisionibus latè comprobant *Mart. d. clausf.*178. *num.* 20. *Gonzal. d. gloss.*62. *n.*22. *cum seqq. Nicol. Garc. d. part.*6. *cap.* 3. *à num.* 88. satis

compro

comprobans *num.* 95. *cum duobus ſeqq.* idem etiam operari dictam clauſulam, *Quod non poſſit dici de obreptione, vel ſubreptione, & intentionis defectu*; ſicut & idem *Marth. ſæpe citata clauſ.* 176. *num.* 7. hunc eumdem effectum tribuit huiuſmodi clauſulæ, *Sublata, &c.* ſi iungatur cum clauſulis, *Motu proprio, Ex certa ſcientia*, &, *De plenitudine poteſtatis.* Et ideo *in vna Oſcen. indulti* 1. *Iunij* 1598. *coram Litta*, impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 517. dictum fuit, quod hæc clauſula vnita aliis, tollit obiectionem ſubreptionis. Ex quibus infert *Gonzal. citato loco, num.* 26. quod ſi diſpoſitio ſit generalis, aut ſpecialis ex Motu proprio, non poteſt opponi de ſubreptione; & quod hæc noſtra clauſula, *Sublata, &c.* etiam ſola operabitur ſuum effectum, quod etiam poſt *Rotam* ſentit *Garc. d. cap.* 3. *num.* 99. Monet autem *Gonzal. vbi ſuprà num.* 27. quod hodie ad obuiandum huic limitationi, rarò reperietur gratia, in qua adſit clauſula huiuſmodi, *Sublata, &c.* quæ ſimiliter
28 non contineat clauſulam, *Quod non poſſit dari de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſiue intentionis defectu*, de qua aliqua tractant *Caputaq. deciſ.* 138. *num.* 3. *part.* 1. *& deciſ.* 228. *part.* 3. *Pariſ. conſ.* 1. *n.* 75. *vol.* 4. & *Nicol. Garc. d. cap.* 3. *à num.* 95. inter cætera docens *num.* 98. quod dicta clauſula, *Quod de ſubreptione, & obreptione dari non poſſit*, etiam cum hac noſtra clauſula, *Sublata, &c.* non facit gratiam validam in foro conſcientiæ,
29 quæ aliàs eſt ſubreptitia. Et quod clauſula, *Quod non poſſit dari de ſubreptione, vel obreptione*, abſque hac noſtra clauſula, & decreto irritanti, non operatur niſi veris exiſtentibus narratis, cenſuit *Rota in Hiſpalen. beneficij* 6. *Nouemb.* 1602. *coram Litta*, impreſſa per *Marchef. de Commiſſ. part.* 2. *pag.* 432. *n.* 4.

30 Limita ſecundò, vt non ampliet diſpoſitionem principalem, nec ſe extendat vltra eius limites, ita vt comprehendat maiora expreſſis, vt per *Mart. d. clauſ.* 176. *n.* 10. *cum ſeqq. Gonz. d. gloſſ.* 66. *num.* 30. *&* 31. *Garc. d. cap.* 3. *num.* 84. *cum ſeqq.* & fuit reſolutum *in Calaguritana de Victoria* 15. *Iunij* 1592. *coram Card. Pamphilio*, & *in Valentina decimarum* 9. *Iunij* 1597. *coram eodem.* Acceſſoria enim iudicatur hæc clauſula ad principalem diſpoſitionem, & conſequenter ab ea regulatur, ac eaſdem conditiones reſpicit, quas illa, vt per *Put. deciſ.* 1. *lib.* 1. & *Marchef. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 277. *num.* 3. & fuit dictum *in Elnen. mineriarum* 28. *Aprilis* 1582. *coram Orano*, & *in Vrgellen. Canonicatus* 30. *Octobris* 1592. *coram Card. Blanchetto*, & *in Tiraſſonen. Canonicatus, ſeu officij Pœnitentiariæ* 5. *Iunij* 1596. *coram Cordubæ*, & nouiſſimè *in Bergomen. penſionis de Treſcurio* 13. *Nouemb.* 1626. *coram D. Duran.* Vnde appoſita in vna commiſſione, non trahitur ad aliam diuerſam, vt ex traditis per *Gabriel. d. tit. de clauſul. concluſ.* 3. *num.* 84. *in* 4. *limit.* dictum fuit *in Romana de Cincys* 13. *Iunij* 1614. *coram Remboldo*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 622. *num.* 3. *p.* 1. *recent.*

31 Limita tertiò, vt hæc clauſula appoſita in gratia conditionali, nihil operetur ante conditionis euentum, vt ſatis oſtendit *Gonzal. d. gloſſ.* 66. *num.* 28. *cum ſeqq.* quem refert, & ſequitur *Monet. d. cap.* 7. *num.* 226. *verſ. limita ſecundò.*

32 Limita quartò, vt hæc clauſula non obſtet dicenti, gratiam non comprehendere caſum, de quo agitur, vt per *Put. deciſ.* 48. *num.* 6. *lib.* 1. *in correct.* & poſt nonnullas Rotæ deciſiones *Mart. d. clauſ.* 176. *num.* 17. *verſ. & ideo, & num.* 50. *Monet. d. cap.* 7. *n.* 229. Nam
33 per huiuſmodi clauſulam minimè impediri, quominus Iudex poſſit videre de comprehenſione, cenſuit *Rot. in d. Baren. ſeu nullius Prioratus*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 569. *in fin. p.* 2. *recent.*

Limita quintò, hanc noſtram clauſulam non ha- 34
bere effectum, cùm diſpoſitioni, cui adiecta eſt, derogatur per legem contrariam, vel per aliam diſpoſitionem habentem clauſulam, *Pro expreſſis*, in caſibus, in quibus hæc clauſula ſufficit ad derogandum cuiuis præcedenti diſpoſitioni, vt per *Gonz. d. gloſſ.* 66. *n.* 32. *&* 33. *Monet. d. cap.* 7. *num.* 227.

Limita ſextò, non ſufficere ſimplicem cauſæ com- 35
miſſionem ad tollendam huiuſmodi clauſulam, niſi facta ſit mentio huius clauſulæ, vel adſit clauſula, *Quorum tenores, &c.* vt poſt multos Doctores, & aliquas Sacræ Rotæ deciſiones reſoluit *Mart. d. clauſ.* 176. *num.* 40. quem refert *Monet. d. num.* 227. & poſt *Ruin. conſ.* 21. *n.* 16. *in princip. lib.* 1. obſeruat *Cardin. Tuſch. litt. C. concl.* 344. *n.* 5.

Limita ſeptimò, non obſtare ſi pars ei renunciet, 36
vel toti gratiæ, non parti ipſius, quamuis munita ſit decreto irritanti, vt per *Gabr. d. tit. de clauſulis, concluſ.* 3. *num.* 36. *Mart. d. clauſ.* 176. *num.* 23. id temperantem *num.* 44. in beneficiato, *Monet. d. cap.* 7. *num.* 229. *verſ.* 13. & fuit dictum *in Romana ſocietatis officij* 9. *Maij* 1598. *coram Giptio*, & *in Aretina Commendæ* 1. *Iunij* 1587. *coram Orano*, impreſſa per *Zachiam poſt tract. de oblig. Camerali*, *deciſ.* 28. *num.* 4. quæ renunciatio ſufficienter facta non videtur per commiſſionem cauſæ in Rota, vt fuit tentum *in Pampilonen. Archidiaconatus* 19. *Martij* 1593. *coram Cardin. Pamphilio*; & in alia impreſſa *apud Cenc. poſt ſuum tract. de Cenſib. deciſ.* 59. *num.* 15. non obſtantibus deductis *in d. Elnen. mineriarum.*

Limita octauò, vt non operetur vbi pars, ad cu- 37
ius fauorem appoſita eſt, curaſſet committi cauſam ſuper validitate gratiæ, vt latè probat *Gonzal. d. gloſſ.* 66. *à num.* 38. id temperans *num* 43. *& ſeq.* niſi compulſa fuiſſet ad commiſſionem ad fugiendas moleſtias aduerſarij. Hanc eamdem principalem limitationem ex multis S. Rotæ deciſionibus comprobat *Marta d. clauſ.* 176. *num.* 31. eam extendens *num.* 32. in compromittente dictam gratiam, & *num.* 33. temperat, vbi commiſſio ſolùm fieret ſuper executione gratiæ, vel ſuper moleſtationibus, & *num.* 34. *cum ſeq.* vbi ſolùm obtineretur ſuper iniuſtitia, vel nullitate ſententiæ latæ contra dictam clauſulam; vel ſi quis vigore Signaturæ Iuſtitiæ proceſſit in cauſa reſpectu articuli, cui non obſtabat clauſula, licèt commiſſio eſſet generalis contra diſpoſitionem habentem dictam clauſulam.

Limita nonò, quod quando pars non opponit 38
de dicta clauſula, non denegatur audientia, ex adductis per *Mart. d. clauſ.* 176. *num.* 3. *Ioan. à Cochier d. gloſſ.* 22. *in fin. Gonzal. d. gloſſ.* 66. *à num.* 45. vbi hanc tanquam veriorem tuetur, *Monet. d. cap.* 7. *num.* 228. qui ſupradictam ampliationem ſeptimam declarant procedere, poſtquam gratia eſt producta, hanc verò limitationem ante eius productionem: intelligitur enim hæc noſtra clauſula, quatenus ille, in cuius fauorem eſt appoſita, ea vti velit, *Rot. deciſ.* 21. *de conceſſ. prebend. in antiq. Sarnen. de annali, q.* 4. *Gonzal. gloſſ.* 50. *n.* 107.

Limita decimò, quando, & in caſibus, in quibus 39
priuilegium ea munitum non intrat, vt per *Gemin. in cap. præſenti, in princip. verſ. nota quod eo ipſo*, & ibi *Franc. verſ. tertiò nota, de offic. deleg. lib.* 6. & poſt *Gabr. d. tit. de clauſul. concl.* 3. *num.* 8. fuit dictum *in Oriolen. decimarum* 19. *Iunij* 1592. *coram Giptio*, & *in Tiraſſonen. decimarum* 17. *Iunij* 1611. *coram R. P. D. meo Pirouano.* Nam tunc demum operatur ſuum effectum hæc clauſula, poſtquam fuerit cognitum intrare diſpoſitionem, vt cenſuit *Rota in vna Romana S. Thomæ* 14. *Ianuarij* 1612. *coram D. Patriarcha Pamphilio,*

philio, impressa per *Farin. decis. 423. num. 5. part. 2. recent.*

40 Limita vndecimò, quando est detecta falsitas narratorum, vt probat *Marta d. clausul. 176. num. 21.* quem refert *Monet. d. cap. 7. n. 229. vers. vndecimo.*

41 Limita duodecimò, non tollere priuilegium de iure speciali competens, vt per *Seraphin. concl. 1293. num. 9.*

42 Limita decimotertiò, vt non obstet, si postea facto Papæ recedatur à parte transactionis confirmatæ cum ista clausula, quia cessante dispositione, cessat dicta clausula, vt post *Gemin. in d. cap. præsenti, vers. nota quod eo ipso,* & ibi *Franc. notab. 3. de offic. leg. in 6.* & *Gabr. d. concl. 3. num. 82.* ac Rotæ decisiones concludit *Marta d. clausul. 176. num. 19.* quem refert *Monet. d. cap. 7. n. 229. vers. decimo.*

43 Limita decimoquartò, non obstare, cùm quis agit de retractanda executione gratiæ, cui adiecta est, iam executæ, vt post decisionem Rotæ resoluit *Marta d. clausul. 176. num. 22.* quem refert *Monet. d. n. 229. vers. duodecimo.*

44 Limita decimoquintò, positam in commissaria dispositione, habente clausulam, *Vocati vocandis*, non operari, antequam sequuta sit confirmatio cum causæ cognitione, vt post decisiones Rotæ probat idem *Marta d. clausul. 176. num. 24.* subdens *num. 25.* positam in literis in forma commissaria, non suffragari nisi post earum executionem.

45 Limita decimosextò, hanc clausulam non operari quominus ordinarius auctoritate Concilij ex officio reuidere possit vniones factas à 40. annis citra cum hac clausula; secus ad instantiam partis in contradictorio iudicio, vt post *Put.* quem non inueni, & Rotæ decisiones, obseruat *Marta d. clausul. 176. num. 25.* quem refert *Monet. d. cap. 7. num. 229. vers. limitatur decimoquintò.*

46 Limita decimoseptimò, non obstare sententiæ, quæ de ea mentionem non faciat, vt post *Rot. in Auellina, seu nullius vnionis 15. Decemb. 1595. coram Giptio*, resoluunt *Marta d. clausul. 176. num. 26.* & *Monet. d. cap. 7. num. 229. vers. limita decimosextò.*

47 Limita decimooctauò, non operari nisi veris existentibus narratis, vbi est sola, vt fuit dictum *in nullius, seu Aquinaten. 12. Maij 1600. coram Litta*, impressa per *Marchesf. de Commission. part. 2. pag. 433. num. 2. in vlt. edit.* Vbi etiam habetur, operari sine aliqua iustificatione expressorum, siue narratorum in ea, quando additur clausula illa, *Quod de subreptione, & obreptione, &c.* Idem etiam resolutum fuit *in alia Aquinaten. seu nullius beneficiorum 16. Decembris 1605. coram Card. Marquemontio*, impressa per eumdem *Marchesf. part. 2. pag. 436. num. 1.* & *in Pacen. pensionis 20. Nouemb. 1609. coram eodem Cardin. Marquemontio*, impressa per *Marchesf. part. 2. pag. 438. n. 4.*

48 Oris apertio tollit obstaculum huius clausulæ, vt dictum fuit *in Romana domorum 29. Maij 1595. coram Litta*, impressa per *Marchesf. de Commiss. part. 2. pag. 431. n. 1.* vbi *n. 2.* habetur, quod Papa concedit oris apertionem non derogando *reg. de iure quæsito.*

49 Clausula hæc quando obstat principali, obstat etiam fideiussori, *Æmilian. cons. 100. num. 8. Rot. in Placentina pensionis 8. Martij 1596. coram Penia*, impressa per *Marchesf. d. part. 2. pag. 482. num. 3.* vbi *num. 4.* habetur, quod hæc clausula in fine orationis posita, ad totam orationem se refert.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Inferior vti nõ potest clausula*, Summariè, &c.

3 *Æquiparantur clausulæ*, Summariè, &c. Manu Regia, Procedat prout voluerit.

4 *Iudex datus cum clausula*, Summariè, &c. *sicut Deus iudicare potest.*

5 *Iudex cum clausula*, Summariè, &c. *potest procedere secundum quod Deus iudicaturus esset.*

6 *Iudex cum clausula*, Summariè, &c. *deputatus potest iudicare secundum propriam conscientiam.*

7 *Ordo iudiciarius vt sit sublatus operatur clausula*, Summariè, &c.

8 *Iudex quod non admittat probationes post lapsum terminum, nec cumulationem, operatur clausula*, Summariè, &c. *propter verbum*, simpliciter.

9 *Iudex vt sine termino peremptorio procedere possit ad sententiam, operatur clausula*, Summariè, &c. *propter verba*, simpliciter, & de plano.

10 *Die feriata, non tamen in honorem Dei, vt Iudex procedere possit, operatur clausula*, Summariè, &c. *propter verbum*, de plano.

11 *Solemnitates omnes Iuris positiui vt tollantur, operatur clausula*, Summariè, &c. *propter verba*, sine strepitu, & figura iudicij.

12 *Iudex vt nulla data sententia possit iubere rem capi, & distrahi, operatur clausula*, Summariè, &c.

13 *Testes interrogandi, ac repetendi tam ex se, quàm ex officio, vt censeatur Iudici data facultas, operatur clausula*, Summariè, &c.

14 *Sententiam vt Iudex sedens proferat non est necesse, stante clausula*, Summariè, &c.

15 *Termini breuiores vt dari possint, operatur clausula*, Summariè, &c.

16 *Appellationes friuolæ, exceptiones, & alia, quæ processum retardare consueuerunt, censentur sublatæ per clausulam*, Summariè, &c.

17 *Causam summariam in alijs instantijs facit clausula*, Summariè, &c. *in prima commissione posita.*

18 *Iudex in causa sibi commissa cum clausula*, Summariè, &c. *vt remaneat ordinarius, ostenditur.*

19 *Citationem nõ tollit clausula*, Summariè, &c.

20 *Defensio sublata non est per clausulam*, Summariè, &c.

21 *Probationes necessarias non aufert clausula*, Summariè, &c.

Summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij.

CLAVSVLA CLXXVI.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide Doctores per text. ibi *in Clement. dispendiosam, de iudic.* 1

iudic.& in Clem.ſæpe,de verbor.ſignif.Celſ.Vgon in tract. clauſ.pag. 485. *cum ſeq. Bertachin. in repertor. Iuris,p.*1. *verb. Summariè, pag.*321. *col.*4. *Marant.de ordin.iudic. par.*4. *diſtinct.*9. *num.*8. *Cacheran. Pedam. deciſ.*1. *&* 2. *Rendin. in promptuar. receptarum ſent. tom.*1. *tit.*16.*n.*9. *Mart.de clauſ. part.*1. *clauſ.*148.*aliàs* 164.*& clauſ.*160. *aliàs* 180. *in vlt. impreſſ. Marcheſ. de Commiſſ.part.*2. *pag.* 419. *num.* 82. *&* 83. *Ludou. Rodolphin. poſt tract. de abſoluta Principis poteſt. lib.*2. *var. quaſt.* 30. *num.*7. *cum ſeqq. Card. Tuſch. practic. concluſ.tom.*1. *litt. C. concl.* 366.

2 Inferior vti non poteſt hac clauſula, vt tradunt *Celſ. Vgon. vbi ſuprà, col.* 2. *Menoch. de ſucceſſ. tit. de teſtat. potentia,lib.*1. §.6. *num.*12. & de Legato à latere vide *Gabr. comm. lib.*6. *tit.de clauſ. concluſ.*6.

3 Huic clauſulæ æquiparari clauſulam, *Manu Regia*, & clauſulam, *Procedat prout voluerit*, refert *Mart. d. clauſ.* 180. *n.* 6.

4 Primò operatur hæc clauſula,vt Iudex datus cum ea, ſicut Princeps iudicare poſſit, *Alex. conſ.*6. *n.* 2. *vol.*3. *Cacheran. d. deciſ.*1. *num.*20. *Mart. d.clauſ.*180. *num.* 3.

5 Secundò operatur, quod Iudex poſſit procedere ſecundum quòd Deus iudicaturus eſſet; ita *Bald.* ſingulariter dicit, quem ſequitur *Natt. in repet. d. Clem. ſæpe, de verb.ſignif. Honded. conſ.*94.*n.*51.*tom.*1.

6 Et quod Iudex cum iſta clauſula deputatus poſſit iudicare ſecundum propriam conſcientiam, tradit *Gram.deciſ.*62.*num.*32. poſt *Guid.Pap.deciſ.*29.& ideo potiùs debere attendere veritatem, quàm Iuris ſubtilitatem, ait *Gram. d. loco.*

7 Tertiò operatur, vt ordo iudiciarius ſit ſublatus, *Brunor à Sole in locis commun. verbo clauſula* 48. *Mart. d. clauſ.*180. *num.*5. *Ludou. Rodolph. d. lib.*2. *quaſt.*29. *num.* 1.

8 Quartò operatur, præcipuè propter verbum, *ſimpliciter*,quod reus de iudicio ſiſti cauere,ſi immobilia poſſidet, nihilominus teneatur, & quod Iudex non admittat probationes poſt lapſum terminum, nec cumulationem; ita *Iaſ. in l. Iulian. num.*7. *ff. qui ſatisdare cogantur, Felin. in cap. licèt cauſam, num.* 18. *verſ. limita quartò, de prob. Curt. Iun. in l.edita, n.*213. *C. de eden. Marcheſ. de Commiſſ. p.*2. *pag.*419.*num.*79. *in vlt. impreſſ.*

9 Quintò operatur, præcipuè propter verba, *ſimpliciter, & de plano*, vt Iudex ſine termino peremptorio procedere poſſit ad ſententiam; ita poſt *Oldrad.conſ.* 115. incip. *In iudicio, in princ.* tradit *Card. Tuſch. d. litt. C. concluſ.*366. *n.*1.

10 Sextò operatur, præcipuè propter verbum, *de plano*, quod virtute ipſius in die feriata, dummodo non in Dei honorem, Iudex procedere poſſit, *Felin. in cap.olim, n.* 5. *de accuſat. Marcheſ. d. p.*2. *pag.* 419. *num.* 80.

11 Septimò operatur, præcipuè propter verba, *ſine ſtrepitu, & figura iudicij*, vt omnes ſolemnitates Iuris poſitiui tollantur, ita vt nec libellus ſit neceſſarius, ſed ſolùm quædam ſimplex petitio, facti narrationem continens; ita *Marant. de ord. iudicior. part.* 4. *tit. & an Iudex ſit competens, num.*8. *Granat. ad Veſtr. lib.*5. *cap.*1. *num.*7. *Mart. d. clauſ.* 180. *num.*1. *Cabed. Luſitan. deciſ.*72. *num.*2. *part.*5. *Hond.conſ.*94.*num.*52. *tom.* 1. *Marcheſ. d. part.* 2. *pag.* 419. *num.* 82. vbi ait, quod liberat Iudicem ab omni forma, & figuris per Ius Ciuile introductis, adeò quod Iuris gentium tantùm ſolemnitates, vel naturali ratione introductas ſeruare teneatur, *Card. Tuſch. d. concluſ.*366. *n.*4. vbi dicit, quod ſic iudicium ipſum actorem,& Iudicem reſpicit, & per illam cenſentur ſublata ea, quæ ſunt de ordine iudicij, & de eſſentia, veluti quod libellus, & litis conteſtatio non ſint neceſſarij, nec trium perſonarum præſentia, quoad ea, quæ reſpiciunt ſolemnitatem; ſed requiritur figura iudicij quoad ea, quæ reſpiciunt veritatem.

Octauò operatur, quod Iudex nulla data ſententia poteſt iubere rem capi, & diſtrahi,vt fuit dictum *in Miranden. penſionis* 27.*Martij* 1613.*coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano*, impreſſa per *Farin. deciſ.*446. *num.*1. *part,*2. *recent.* 12

Nonò operatur, præcipuè propter verba, *ſola facti veritate inſpecta*, vt data cenſeatur Iudici facultas tam ex ſe, quàm ex officio interrogandi teſtes,ac illos repetendi eodem modo,quo fit inſtante parte,etiamſi in cauſa ſit concluſum,vt per *Marant. de ordin. iudicior.p.*4. *diſt.*9. *n.* 30. *Marcheſ. d. p.*2. *pag.* 419. *n.*81. 13

Decimò operatur, vt non ſit neceſſe quod Iudex ſedens proferat ſententiam, dummodo ferat in ſcriptis, vt per *Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*522. *num.* 4. 14

Vndecimò operatur, præcipuè propter verba, *ſola facti veritate inſpecta*, quod termini breuiores dari poſſint, item quod poſſit incipi ab articulis, quibus probatis ferri poſſit ſententia; ita poſt *Rom. conſ.* 519.*num.*4.*& ſeq.* concludit *Card.Tuſch.d.litt. C. concluſ.*366.*n.*7. 15

Duodecimò operatur, præcipuè propter verbum, *ſine ſtrepitu*,quod reſpicit partes,vt cenſeantur ſublatæ friuolæ appellationes, exceptiones, & alia, quæ proceſſum retardare conſueuerunt, vt per *Oldrad.d. conſ.* 115. *verſ. fruſtratoria verò, Card. Tuſch. d. concluſ.* 366. *num.*3. 16

Decimotertiò operatur, vt hæc clauſula in prima commiſſione poſita faciat cauſam ſummariam etiam in aliis inſtantiis,& vſque ad finem litis,*Caſſad.deciſ.* 8.*num.*5. *de reſcript.* & fuit dictum *in Ferrarien. bonorum* 26. *Iunij* 1613. *coram D. Patriarcha Pamphilio.* 17

Decimoquartò operatur, vt cauſa commiſſa cum clauſula, *Summariè*, non obſtantibus ſtatutis Iudex non remaneat ordinarius, ſed efficiatur delegatus, ita vt detur appellatio ab illius ſententia, à qua ſecundum ſtatutum non dabatur, ſi pronunciaſſet vti ordinarius; quoniam per dictam clauſulam non ſolùm excitatur Iuriſdictio, ſed etiam immutatur, quo facit ceſſare Iuriſdictionem ordinariam; ita *Iaſ. in l.*1.§. *& poſt operis, num.*3. vbi de communi teſtatur, *ff. de noui operis nunciat.* dicens hanc deciſionem in praxi eſſe multum vtilem, *Bald. ad Speculat. in tit. de legato, col. fin. verſ. ego dico, Angel. conſ.* 139. incip. *Viſis, ad finem, verſ.ſi enim,Alex. in l. more maiorum,num.*16. *ff. de Iuriſdict. omnium Iudicum*; quicquid dicat *Rom. in l. mulier, num.* 44. *ff. ſolut. matr.* quia contra eum eſt verior opinio, & magis communis, prout fuit dictum *in Bononien. fideicommiſſi de de anno* 1549. *coram Fabio*, vt teſtatur *Mandoſ. in quarta parte commiſſionis, verſ. quodoumque, num.* 20. *in fine.* 18

Limita primò, quod non tollat citationem,*Cald. conſ.* 130. *circa med. verſ. nec illa verba, aliàs final. de iudic.* quod duplicatur *conſ.* 136. *aliàs* 4. *de dilationib. Marant.de ord. iudicior. part.*4. *tit. & an Iudex ſit competens,num.*9. *Card. Tuſch. concluſ.*366. *n.* 2. 19

Limita ſecundò, quod non ſit ſublata defenſio, ideo oppoſitiones fieri poſſunt, & dari debet copia, & fieri citatio, licèt ea, quæ ſunt ſolemnitates iudicij, ſint remiſſa, vt ſuprà dixi; ita *Rom. conſ.*314.*n.*3. *Card. Tuſch. d. concluſ.*366. *num.*5. Vnde non operari niſi quoad ordinem iudiciorum ſubſtantialem, tradunt *Celſ. Vgon. vbi ſuprà, col.*2. & *Ludou. Rodolphin. d. lib.*2. *q.* 39. *n.* 7. 20

21 Limita tertiò, probationes necessarias non auferre, ex traditis per *Marant. d. tit. & an Iudex, num.* 10. & per *Mart. d. clausul.* 180. *n.* 10.

Limita quartò, quod iuramentum calumniæ non tollit, vt per *Seraphin. de Priuileg. iuram. priuil.* 33. *num.* 67.

Limita quintò, quod excussionem non aufert, vt per *Cald. Pereir. de empt. & vend. cap.* 33. *n.* 30.

Limita sextò, quod stante hac clausula non reuocantur attentata, vt per *Stephan. Gratian. Marchia decis.* 179. *num.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*

2 *Defectus Iuris positiui tollit clausula*, Supplentes, &c.

3 *Solemnitatem non adhibitam in alienatione rei Ecclesiasticæ, tollit clausula*, Supplentes, &c.

4 *Defectus aliquis opponi non potest, si Papa confirmando alienationem rei Ecclesiæ factam non seruatis solemnitatibus, addat clausulam*, Supplentes omnes defectus de plenitudine potestatis.

5 *Defectum solemnitatis substantialis tollit clausula*, Supplentes ex certa scientia, &c.

6 *Papa si confirmet statutum laicorum etiam circa Ecclesiastica cum clausula*, Supplentes, &c. *comprehendit etiam Ecclesiastica.*

7 *Papa committendo causam laico sibi noto, dicitur facere ex certa scientia.*

8 *Defectus Iuris naturalis non supplet clausula*, Supplentes, &c.

9 *Citationis defectum supplet clausula*, Supplentes, &c.

10 *Defectus non narratos, vel ignoratos non supplet clausula*, Supplentes, &c.

11 *Defectus substantiales non tollit clausula*, Supplentes, &c.

12 *Clausula*, Supplentes, &c. *non tollit ea, quæ expressè sunt posita in conditione.*

13 *Defectus, qui concernunt personam supplicantis, vel contrahentis, non supplet clausula*, Supplentes, &c.

14 *Defectus, quibus actus redditur nullus, & super quibus requiritur dispensatio, non supplet clausula*, Supplentes, &c.

15 *Tertij ius quando læditur, nihil operatur clausula*, Supplentes, &c.

16 *Clausula*, Supplentes, &c. *non refertur ad ea, quæ specialiter commissa fuerunt.*

17 *Obreptione, & falsitate expressa non operatur clausula*, Supplentes, &c.

18 *Subreptionis vitium licèt tollat clausula*, Supplentes, &c. *iuncta cum illa alia*, Quorum tenores, &c. *non tamen certam scientiam in concedente inducit.*

19 *Defectum causæ non supplet clausula*, Supplentes, &c.

Supplentes omnes defectus, &c.

CLAVSVLA CLXXVII.

DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Cels. Vgon. in tract. clausul. pag.* 491. *col.* 1. *Mart. de clausul. part.* 1. *clausul.* 181. *Marches. de Commiss. part.* 1. *pag.* 159. *à num.* 89. *& pag.* 590. *num.* 79. *& part.* 2. *pag.* 419. *num.* 85. *& pag.* 424. *num.* 123. *Card. Tusch. practic. conclus. tom.* 1. *litt. C. conclus.* 343. *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.* 7. *n.* 158. *cum seqq.* 1

Hæc clausula tollit omnes defectus Iuris positiui, vt resoluunt *Marta d. clausul.* 419. *num.* 2. *Roder. Soar. alleg.* 12. *num.* 21. *Menoch. cons.* 747. *Vital. de Camban. in tract. clausul. pag.* 12. *Marches. d. part.* 1. *pag.* 226. *num.* 318. *Ioan. Franc. Leo in Thesauro fori Ecclesiast. part.* 4. *cap.* 1. *num.* 64. *Aloys. Ricc. in praxi aurea, resol.* 368. *num.* 3. *Monet, d. cap.* 7. *num.* 158. *Abb. cons.* 99. *Illud, num.* 2. *vers. tertiò quod etiam, lib.* 1. vbi ait, quod Papa supplendo omnes defectus, intelligitur sanare defectum solemnitatis Iuris positiui, quia potest habere leges indicentes solemnitatem pro infectis, *cap.* 1. *iuncta gloss. verb. pro infectis, de immunit. Eccles.* 2

Amplia primò, tollere etiam solemnitatem non adhibitam in alienatione rei Ecclesiasticæ, quia illa solemnitas est de Iure positiuo, vt post *Alex. cons.* 79. *num.* 8. *vers. sed non dubium, lib.* 1. docet *Card. Tusch. d. tom.* 1. *litt. C. conclus.* 343. *n.* 3. 3

Amplia secundò, quod multo magis non potest opponi aliquis defectus, si Papa confirmando alienationem rei Ecclesiæ factam non seruatis solemnitatibus, addat clausulam, *Supplentes omnes defectus de plenitudine potestatis*, vt per *Alex. cons.* 92. *Perspectis, num.* 30. *& seqq. lib.* 6. *Card. Tusch. d. conclus.* 343. *num.* 10. *cum seqq.* extendentes, vt idem sit quando adiungitur huic nostræ clausulæ clausul. *Ex certa scientia*; subduntque, ille *num.* 32. *& seq. vers. fuit adiecta*, hic verò *num.* 12. importare plenitudinem potestatis etiam cum præiudicio tertij, quando adest clausula nostra, *Supplentes omnes defectus*, & clausula, *Ex certa scientia*, cum clausula, *Non obstante*, in plena forma. 4

Amplia tertiò, adeò verum esse, clausulam, *Supplentes ex certa scientia, &c.* tollere defectum solemnitatis substantialis, vt si Papa confirmet statutum laicorum etiam circa Ecclesiastica cum d. clausula, comprehendat etiam Ecclesiastica, licèt non possint laici statuere; sic post *Alex. d. cons.* 79. *num.* 8. *vers. nam vt dicit, & cons.* 92. *Perspectis, num.* 2. *in fin. cum seq. vers. modò videndum, lib.* 6. tradit *Card. Tusch. d. conclus.* 343. *num.* 5. vbi *n.* 4. citato *Alex. cons.* 111. *num.* 3. *& seq. lib.* 6. ait, quod in creatione Cardinalium non seruata forma, vt proponantur, Papa ex certa scientia, & de plenitudine potestatis faciat, cùm clausula, *Supplentes omnes defectus*, sufficit, licèt defectus non exprimantur, de quo meminit *Marta d. clausul.* 181. *num.* 5. 5 6

Amplia quartò, vt cùm Papa committendo causam laico sibi noto, dicatur facere ex certa scientia, tamen licèt obstet *cap. statutum de rescript. in* 6. per hanc clausulam, *Supplentes, &c.* omnes defectus sanet, vt post *Abb. d. cons.* 62. *col. fin. vers. dico quod delegato, lib.* 1. tradit *Card. Tusch. d. concl.* 343. *num.* 7. 7

Limita

8 Limita primò, vt hæc clauſula, *Supplentes, &c.* non ſuppleat defectus Iuris naturalis, vt per *Clem. 1. §. cæterum, de re iudic. Alex. conſ. 52. num. 10. verſ. non obſtat, lib. 7. Felin. in cap. poſtulaſti, num. 12. de reſcript. Ruin. conſ. 79. num. 19. vol. 3. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 11. num. 12. Card. Tuſch. d. concl. 343. num. 15. Mart. d. p. 1. concl. 181. num. 7. Hippol. in l. vnius. §. cogniturum, num. 42. ff. de quæſtion. Roder. Soar. alleg. 12. num. 21. Monet. d. cap. 7. num. 158.* vbi ampliat procedere, licèt adſit ſimul clauſula, *Ex plenitudine poteſtatis*, & citat *Dec. in cap. 2. num. 7. de confirmat. vtili*, & *Alex. in l. ſi filius à patre. §. fin. ff. de liberis, & poſthum. & conſ. 194. col. 6. lib. 2.* & idem *Monet.* loco proximè citato extendit, idem eſſe, ſi huic clauſulæ, *Supplentes*, adiuncta ſit clauſula, *Ex certa ſcientia*, quod poſt *Alex. d. §. fin. & Rebuff. in praxi benefic. tit. de diſpenſat. num. 13.* tradiderat *Gabr. commun. lib. 6. tit. de clauſulis, concl. 1. num. 42.*

9 Limita ſecundò, ſeu potiùs dictam primam limitationem amplia, vt hæc clauſula non ſuppleat defectum citationis, vt per *Ruin. conſ. 229. num. 11. vol. 1. & conſ. 79. num. 11. vol. 3. Menoch. conſ. 1. num. 412. Mart. d. clauſ. 181. num. 7.* vbi ex *Sarnen. in compendio Signaturæ, fol. 90. col. 1.* ait, defectum citationis eſſe inſanabilem per hanc clauſulam, ſecus eſſe aſſerens, quando citatio non fuit debito modo exequuta, quia non fuit ſeruata forma; tunc enim per Signaturam Papæ ſanatur cum clauſula, *Supplentes*, addita tamen alia clauſula, *Dummodo ad notitiam citati peruenerit.* Vnde infertur, quod licèt Papa poſſit cum cauſa aliquem priuare beneficio ſine citatione de plenitudine poteſtatis, tamen ſupplendo defectus non ſupplet citationem omiſſam, vt poſt *Card. Zabarel. conſ. 84. verſ. ſi fortè diceretur, quod eſt Collegij Patauini*, docet *Card. Tuſch. d. concluſ. 343. num. 9.*

10 Limita tertiò, vt non ſuppleat defectus non narratos, vel ignoratos etiam Iuris poſitiui, ſed tantùm ſpecificatos, vt per *Ferret. conſ. 32. num. 54. Alex. conſ. 52. In cauſa & lite, in fin. lib. 7. Card. Tuſch. d. concl. 343. n. 13. & 14. Mart. d. clauſ. 131. n. 3. & 4. Monet. d. cap. 7. n. 158. in fin.*

11 Limita quartò, non tollere defectus ſubſtantiales, vt per *Mari. Antonin. var. reſolut. lib. 1. reſol. 5. num. 29. & 30. Fr. Emman. quæſt. Regul. tom. 1. q. 8. art. 15. Pariſ. conſ. 11. num. 88. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 45. num. 42. vol. 3. Mart. d. clauſ. 181. num. 9.* vbi addit, non intelligi remiſſam fidelitatem, quæ eſt de ſub-
12 ſtantia feudi; & *num. 11.* ſubdit pariter non tollere ea, quæ expreſsè ſunt poſita in conditione, putà ſi in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, nec ſubſtantiam huius alienationis conditionalis.

13 Limita quintò, non ſupplere defectus, qui concernunt perſonam ſupplicantis, vel contrahentis, vt per *Vital. de Camban. in tract. clauſ. pag. 12. col. 1. Saluſt. Tiber. in formul. inſtr. lib. 1. cap. 4. num. 9. Perez l. 6. verſ. Septimò idem dicunt, tit. 12. lib. 3. Ordinamenti, pag. 695. Menoch. conſ. 1. num. 412. Seraph. de Priuileg. iuramenti, priuileg. 83. num. 18. Fr. Emman. d. art. 15. Mart. d. clauſ. 181. num. 1. Monet. d. cap. 7. num. 159. prope finem*, & *Stephan. Grat. diſcept. forenſ. cap. 599. num. 9.*

14 Limita ſextò, non ſupplere defectus, quibus actus redditur nullus, & ſuper quibus requiritur diſpenſatio, vt poſt *Hoſtienſ. in cap. 1. de tranſact.* & *Specul. tit. de Legat. §. nunc oſtendendum*, & *Felin. in cap. 2. num. 42. de reſcript.* docet *Monet. d. num. 159.*

15 Limita ſeptimò, non operari cùm læditur ius
tertij, vt per *Ruin. conſ. 35. num. 35. vol. 1. Mart. d.*
16 *clauſ. 181. num. 9.* vbi *num. 13.* aſſerit, hanc clauſulam non referri ad ea, quæ ſpecialiter commiſſa fuerunt.

Limita octauò, non operari expreſſa ſubreptio- 17
ne, & falſitate, vt poſt *Abb. in cap. inter dilectos, col. 4. de fide inſtr.* docet *Mart. d. clauſ. 181. num. 18.* Et licèt hæc clauſula vnita cum illa alia, *Quorum te-* 18
nores, &c. tollat vitium ſubreptionis, non tamen certam ſcientiam in concedente inducit, ex traditis per *Mantic. deciſ. 222. ſub num. 3.*

Limita nonò, non ſupplere defectum cauſæ, vt 19
per *Redoan. de rebus Eccleſ. non alien. n. verb. etſi ſit facta, n. 13. Magon. Lucen. deciſ. 11. n. 21.*

Tali caſu.

CLAVSVLA CLXXVIII.

HÆc clauſula eius eſt naturæ, vt reſtringat fi- 1
deicommiſſa ad perſonas, tempus, & caſus tantùm expreſſos, vt per *Alex. conſ. 101. num. 13. circa fin. lib. 7. Peregr. de fideicom. art. 29. num. 15. & 28.* & fuit dictum *in Mileuitana fideicommiſſi 14. Martij 1618. coram Card. Caualerio*, & *in Romana prætenſi fideicommiſſi 31. Martij 1623. coram Vbaldo Sen.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clauſulæ agentes.*

2 *Clauſula,* Teque abſoluentes, &c. *in cuiuſcumque reſcripti impetratione ſemper apponitur.*

3 *Abſolutio vigore clauſulæ,* Teque abſoluentes, &c. *reddit gratias efficaces, & validas, non obſtante exceptione excommunicationis.*

4 *Clauſula,* Teque abſoluentes, &c. *in gratijs, & reſcriptis Apoſtolicis cenſetur adiecta, ſi omittatur.*

5 *Abſolutio vigore clauſulæ,* Teque abſoluentes, &c. *operatur validitatem ſolummodo impetrationis.*

6 *Abſolutus vigore clauſulæ,* Teque abſoluentes, &c. *non poteſt celebrare, nec diuinis intereſſe, & alia ſimilia facere.*

7 *Abſolutus vigore clauſulæ,* Teque abſoluentes, &c. *non poteſt obtinere aliud beneficium ab Ordinario, niſi de nouo abſoluatur ad illum effectum.*

8 *Excommunicatus abſolutus vigore clauſulæ,* Teque abſoluentes, &c. *non facit fructus ſuos beneficij ſic collati.*

9 *Beneficium impetrans excommunicatus in forma dignum, cum clauſula,* Teque abſoluentes, &c. *debet abſolui, antequam fiat ei collatio à Commiſſario.*

10 *Abſoluitur impetrans etiam ab excommunicationibus, & cenſuris Papæ, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, per clauſulam,* Teque abſoluentes, &c. *poſitam in literis Papæ.*

11 *Absolutionem non operatur clausula,* Teque absoluentes, &c *posita per Legatum, seu Nuncium, nisi ab excommunicationibus, à quibus ipse poterat absoluere.*

12 *Episcopus potest apponere in eius collatione clausulam,* Teque absoluentes,&c.*quæ non operatur nisi in casibus, in quibus ille vti Ordinarius poterat absoluere.*

13 *Insordescentes in excommunicatione per annum, vel irregulares,non gaudent absolutione contenta sub clausula,* Teque absoluentes,&c.

Teque absoluentes, &c.

CLAVSVLA CLXXIX.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Felin. in cap. Apostolicæ, in princ. de except. Staphil. de lit. gratia, tit. de vi, & effect. clausularum. §. 1. à num.7. Rebuff. in praxi benef. p.1. tit. de forma nouæ prouisionis, verb. Teque absoluentes,& in concordat. in forma mandati Apostolici, verb. quauis occasione, & in repet. cap. postulastis de Clerico excommunicato min. notab. 2. à num.67. Mandos. de Signat. gratia, tit. de prouis.vers. clauf. Et cum absolutione,& tit. de absolut. ab excom.Gig. de pens. quæst.14. in fine, Boëz.decis.290. Nauar. in cap.ita quorumdam, de Iudæis, notab.11. à num.14. Cosm. Philiarc. de offic. Sacerdotum, p.1.lib.3. cap.26. Vgol.de cens.tab.1. cap.4.§.5. num.17. Flamin. de resign. lib.4.quæst.3.n.53. & lib.8. quæst.7. à num.110. Sayr. de censur.lib.2.cap.5. num.6. cum seqq. Mart. de clauf. part.1.clauf.47. in vlt. impress. Erasm. à Cochier de Iurisd. ordin. in exemptos, p.4. quæst.69. Nicol. Garc. de benef. part.7. cap.13. n.59. cum multis seqq. Anton. Ricciul. de iure personar. lib. 4. cap.9. per totum.*

2 Ad vitanda pericula, & nullitates, quæ frequenter in impetrationibus oriri possunt, & inhabilitatem ex capite excommunicationis, Curia Romana introduxit, vt in cuiuscumque rescripti impetratione, siue procedatur per viam gratiæ, siue per viam Iustitiæ, semper detur impetranti absolutio à quacumque excommunicatione ad effectum, &c. ita *Mart. d. clauf.47. num.1. & Ricciul. d. cap.9. num.1.*

3 Quæ quidem absolutio reddit gratias efficaces,& validas, non obstante exceptione excommunicationis, *Couar.in cap. Alma mater, part.1. §.7. num.7.ad fin. Nicol. Garc. d. cap.13. n.59. Mart. d. clauf.47. num.2. Erasm. à Cochier d. quæst.69. num. 1. Ricciul. d. cap. 9.*

4 *num.1.* Et in prædictis gratiis, & rescriptis Apostolicis ita est ordinaria, vt si omittatur, possit vel censeri debeat adiecta tanquam solita apponi,vel saltem reformari literæ,& in illis inseri; ita *Nauar.cons.28. sub n.5. de sent. excom. Erasm. à Cochier d.quæst.69.n.2. Ricciul.d.cap.9.num.2.*

5 Operatur tamen ista absolutio validitatem solummodo impetrationis, & solùm prodest ad effectum, vt literæ sint validæ, vt tradit *Nicol. Garc. d. cap. 13. num. 62. Ricciul. d. cap.9. num. 4.* vbi ex aliis subdit, quod huiusmodi absolutio non est realiter & in effectu vera absolutio, sed solummodo suspendit impedimentum proueniens ab excommunicatione, quousque gratia sortiatur effectum, quo sequuto impetrans statim reincidit in excommunicationem.

6 Ex quibus primò colliges, taliter absolutum non posse celebrare, nec diuinis interesse, nec Ordines sumere, & alia similia facere, vt per *Rebuff. d. verb. Teque absoluentes, n.15.& 19.Nicol.Garc.d.cap.13.n.65. Ricciul. d. cap.9. n.5.*

Secundò colliges, taliter absolutum non posse 7
obtinere aliud beneficium ab Ordinario, vel ab alio Collatore, nisi de nouo absoluatur ad illum effectum, quia effectus clausulæ est in prima absolutione consumptus; ita post *Rebuff. citato loco, num. 16.* tradit *Ricciul. d. cap.9. n.6.*

Tertiò colliges,taliter absolutum non facere suos 8
fructus beneficij sic collati, *Rebuff. citato loco,num.18. Vgol. de cens. tab.1. cap.12. in princ. num.1. vers.6.Garc. d.cap.13.n.66. Monet. de distrib. quotidian. part.2.q.15. n.24. Ricciul.d.cap.9. n.7.*

Aduertere oportet, quod cùm absolutio illa sit ad 9
effectum præsentium dumtaxat consequendum, excommunicatus impetrans beneficium in forma dignum,seu aliàs in forma commissaria, debet absolui, antequam fiat ei collatio à Commissario, aliàs illa erit nulla, vt tradit *Henriq. in sum. lib.23. cap. 13, §. 3. in fine,* quem refert,& sequitur *Garc. d. cap. 13. num. 62.* quod tamen non approbat *Ricciul. d. cap.9. num. 8.* ex ea ratione, quia hæc absolutio non tam operatur effectus veræ absolutionis, quàm suspensionis impedimenti, quò fit, vt prouisus non egeat alia absolutione:quia pro consequenda gratia statim atque literæ sunt expeditæ cum hac clausula, habetur perinde ac si impedimentum excommunicationis non adesset,vnde absolutio esset otiosa.

Deinde aduertere oportet, quod per hanc clau- 10
sulam positam in literis Papæ absoluitur etiam impetrans ab excommunicationibus, & censuris reseruatis Papæ, etiam contentis in Bulla Cœnæ Domini, vt per *Nauar. in d. cap. ita quorumdam, notab.11. num. 21. Auilam de censur. p.1. cap. 6. disput. 5. dub. 2.* limitantem tamen non procedere in excommunicatione incursa propter hæresim, refert *Garc.d.cap.13. num.67.* In aliis verò, Legatis, scilicet, & Nunciis, 11
quibus Sedes Apostolica concedit facultatem conferendi, non operatur hæc clausula, nisi absolutionem ab iis excommunicationibus,à quibus Legatus, aut Nuncius poterat absoluere, non autem à Papæ reseruatis,vt per *Nauar.in d.cap.ita quorumdam,notab. 11. num.8. Garc. d. cap.13. num.68.* Sic etiam Episco- 12
pum posse apponere in eius collatione hanc clausulam, illámque sic ab eo appositam non operari nisi in casibus, in quibus poterat absoluere Ordinarius, tradunt *Nauar.d. notab. 11. num. 18. & 22. Vgolin. d. tab. 1. cap. 4. §. 5. num. 189. Garc. d. cap. 13. num. 71. Ricciul. d. cap. 9. n.11.*

Non habet tamen effectum hæc clausula in eo, 13
qui per annum insorduit in excommunicatione,vel est irregularis, vt per *Mart. d.clauf.47. num.3. Erasm. à Cochier d.quæst.69.num.3.& 4. Campan.in diuers.Iuris Canon.rub.11. cap.15. num.22. cum seqq.* & per me citatos *in collect. ad d. cap. postulastis, num. 25.* quibus addo *Massobr. in sua praxi habendi concursum, requis.1. dub. 2, n.52.secundum Roman. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* Toties quoties, *intelligitur quoties opus fuerit, & donec opus fuerit.*

2 *Infinitatem regulariter denotat clausula,* Toties quoties.

3 *Clausula,* Toties quoties, *in compromissis apposita restringitur ad duas vices tantum, & non plus.*

4 *Clausula,* Toties quoties,*in retrouenditione non operatur vltra triginta annos.*

5 *Repra*

5 *Repræſentare aliquem ſi quis ſe obligaſſet toties quoties, per binum præſentationem liberatur.*

Toties quoties, &c.

CLAVSVLA CLXXX.

1 INtelligitur quoties opus fuerit, & donec opus fuerit, vt per *Nell. in tractat. de bannit. p. 1. ſecundi temporis, q. 15. Hieron. Gabr. conſ. 181. in princ. lib. 1. Honded. conſ. 111. num. 3. tom. 1.*

2 Verùm licèt hæc clauſula regulariter infinitatem denotet, vt cum *Bart. in l. qui bona. §. fin. ff. de damno infecto, Alex.* & aliis notant *Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone, limit. 26. num. 2. ff. de verb. ſign. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 184. n. 2. in vlt. impreſſ.* cenſuit *Rota in Bononien. fideicommiſſi de Pannolinis 10. Decemb. 1610. coram Card. Marquemontio*, impreſſa per *Farinin. deciſ. 266. num. 13. in fin. p. 1. recent.* tamen quando de tempore nihil fuiſſe dictum conſtat, vt infinitas vitetur, in binis actibus verificari poteſt, prout in ſequentibus caſibus.

3 In compromiſſis appoſita reſtringitur ad duas vices tantùm, & non plus; ita *Port. Imol. conſ. 76. num. 9. Fab. de Anna conſ. 75. num. 25. cum ſeqq. Brunor à Sole in locis commun. verb. dictio 32. Galganet. de cond. & demonſtr. p. 2. cap. 5. quæſt. 21. num. 2. Baptiſta Coſta in tract. de clauſ. conuent. clauſ. 132. n. 1.*

4 In retrouenditione, ſeu redimendi facultate toties quoties placuerit venditori, hæc clauſula non operatur vltra triginta annos etiam cum iuramento, ac cum illis verbis, *ſemper, quandocumque, & perpetuis temporibus*; ita *Surd. deciſ. 2. & Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 3. n. 3. cum ſeqq. Ioan. Baptiſta Coſta d. clauſ. 132. n. 2.*

5 In obligatione de repræſentando aliquem toties quoties, per binam præſentationem liberari tradunt *Mantua ſingul. 534. Nell. d. tempor. 2. n. 14. Decian. d. conſ. 87. num. 2. lib. 2. Ang. in l. ſi finita, num. 1. ff. de damno infecto, & in l. 2. §. qui ad exhibendum, n. 6. ff. de cuſtodia reorum*, quamuis non liberari per vnicam, ſeu binam præſentationem dicant *Hippol. in rubr. de fideiuſ. q. 9. & 15. Afflict. deciſ. 130. Rol. à Valle conſ. 21. n. 11. lib. 2. & conſ. 58. num. 4. lib. 1. Honded. d. conſ. 111. n. 11. Farinac. in praxi crim. part. 1. quæſt. 34. num. 165. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 1. litt. C. concluſ. 353. & tom. 2. litt. D. concluſ. 389. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Actionem vtilem, & directam importat clauſula,* Transferentes, &c.

2 *Venditionis in inſtrumento poſita clauſula,* Transferentes, &c. *ad fauorem emptoris operatur, vt omnes actiones, quæ erant penes venditorem, efficiantur inefficaces quoad ipſum.*

3 *Clauſula,* Transferentes omnia iura, &c. *appoſita in contractu, facit illum cenſualem, quando ſunt tranſlata omnia iura, licèt partes eum emphyteuticum appellent.*

4 *Doctores de facultate transferendi penſionem agentes referuntur.*

5 *Papa ſolus, non autem Legatus, vel Ordinarius concedere poteſt facultatem transferendi penſionem.*

6 *Facultas transferendi penſionem, intelligitur de prima dumtaxat.*

7 *Facultas transferendi penſionem, non fuit conſumpta per tranſlationem inualidam.*

8 *Facultas transferendi penſiones nunc, & pro tempore reſeruatas quandocumque, non eſt reſtricta ad penſiones tempore indulti reſeruatas.*

9 *Tranſlatio penſionis fieri debet coram perſona in dignitate conſtituta, ac proinde coram Canonico Cathedralis Eccleſiæ, non autem Collegiatæ.*

10 *Tranſlatio penſionis poteſt fieri per procuratorem.*

Transferentes, &c.

CLAVSVLA CLXXXI.

HÆc clauſula omnem actionem vtilem, & directam importat, quod feudum ſit datum in allodium, niſi fuerit dictum, *in feudum*, & addita clauſula, *nihil nobis reſeruantes*, quia tunc erit feudum non habens propriam naturam feudi; ita *Alex. conſ. 24. num. 11. vol. 5. Capic. in verb. feudorum clauſulæ, in verſ. transferentes, Mart. de clauſulis, p. 2. clauſ. 76. num. 2. & 3.* 1

Poſita in inſtrumento venditionis ad fauorem emptoris operatur, vt omnes actiones, quæ erant penes venditorem, efficiantur inefficaces quoad ipſum, vt per *Cencium de Cenſibus, p. 3. cap. 1. quæſt. 3. art. 7. n. 29.* 2

Dubia eſt clauſula illa, *Transferentes omnia iura, &c.* nam aliquando appoſita in contractu, facit illum cenſualem, quando ſunt tranſlata omnia iura, licèt partes eum emphyteuticum appellent; ita Doctores *in cap. conſtituit de relig. domib. Soci. conſ. 266. num. 6. lib. 2. Mart. de clauſ. p. 1. clauſ. 186. num. 1.* vbi *num. 4.* ex *Rota deciſ. 16. lib. 2. quotidianarum*, ſubdit conuenire etiam contractui emphyteutico, & locationi perpetuæ, cùm recipiat interpretationem ab obſeruantia; & *n. 2.* addit, quod hæc clauſula de neceſſitate non importat tranſlationem dominij directi, quamuis ſit appoſita ſuper alienatione vtilis dominij. 3

De clauſula facultatis transferendi penſionem, agit *Gig. poſt finem tract. de penſ. verſ. ſciendum eſt etiam*, vbi ponit formam, *Mandoſ. de Signat. gratiæ, tit. de tranſlat. penſ. Garc. de benef. p. 1. cap. 5. num. 240. cum ſeqq.* quæ quidem non cenſetur conceſſa per quaſcumque clauſulas generales, niſi ſpeciali mentione facta, *Caputaq. deciſ. 303. & 319. p. 2. & deciſ. 100. p. 3. Put. deciſ. 342. aliàs 332. in correct. lib. 2. Mandoſ. d. tit. de tranſlatione penſionis, in princip. Flamin. de reſign. lib. 6. quæſt. 4. n. 28. cum ſeqq. Nicol. Garc. d. cap. 5.* 4

Huiuſmodi facultas transferendi penſionem, à ſolo Papa, non autem à Legato, vel Ordinario concedi poteſt, vt per *Gambar. de offic. Legati de latere, lib. 6. n. 225. & Flam. d. q. 4. num. 13. cum duobus ſeqq. Garc. d. cap. 5. n. 242.* 5

Intelligitur autem de prima dumtaxat, *ad reg. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignific. Mandoſ. d. tit. de tranſlat. penſionis, verſ. rurſus ſi in vim clauſulæ, Garc. d. cap. 5. num. 247.* vbi refert, ita fuiſſe reſolutum *in vna Oxomen. penſionis 20. Maij 1598. coram Litta,* 6

7 vbi *num.* 249. subdit, per translationem inualidam non fuisse consumptam facultatem transferendi, *ad decis. 47. part. 1. diuers.* & ita resolutum est *in Placentina pensionis* 17. *Iunij* 1602. *coram Corduba.*

8 Faculras verò transferendi pensiones nunc, & pro tempore reseruatas quandocumque, non est restricta ad pensiones tempore indulti reseruatas, ex illa dictione, *quandocumque, Ruin. conf. 77. n. 13. lib. 1.* & ex illis verbis, *pro tempore*, denotantibus etiam tempus futurum, *Bald. in cap. cùm inter, num. 7. de re iud.* præsertim cùm in materia etiam odiosa, & alteri præiudiciali, non excludatur in priuilegiis lata interpretatio ex proprietate verborum proueniens, *Calder. conf. 1. in princ. de consanguin. & affinitate*, & fuit decisum *in Carthaginen. decimarum* 20. *Decembris* 1578. *coram Bubalo.*

9 Vnde aduertere oportet, huiusmodi translationem iuxta clausulam facultatis fieri debere coram persona in dignitate constituta, ac proinde coram Canonico Cathedralis Ecclesiæ, *ad cap. statutum, de rescript.* vbi *Gomez num. 25. Nicol. Garc. d. cap. 5. n. 244.* vbi *num.* 245. subdit, non posse fieri coram Cano-
10 nico Ecclesiæ Collegiatæ; & *num.* 246. addit, posse fieri per procuratorem, etiamsi in facultate dicatur, *Tibi, vt quicumque loci Ordinarius, seu Canonicus, &c.* & inferiùs, *per te eligendus, &c.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* Tunc, & eo casu, *magis operatur, quàm dictio,* Tunc, *sola.*

2 *Restrictiua, & limitatiua dispositionis ad casum expressum est clausula,* Tunc, & eo casu.

3 *Extensionem, quæ fit ex conjecturata mente testatoris, ad casum qui sit similis expresso, non impedit clausula,* Tunc, & eo casu.

4 *Substitutioni per testatorem iuncta clausula,* Tunc, & eo casu, *est apta comprehendere varios casus.*

5 *Fideicommisso iuncta clausula,* Tunc, & eo casu, *operatur, vt restringatur dispositio ad casum expressum.*

6 *Temporis extremitatem denotat clausula,* Tunc, & eo casu, *adiecta dispositioni conditionali.*

7 *Casus similes non excludit clausula,* Tunc, & eo casu, *si mens testatoris non repugnet.*

8 *Extensio nullatenus fit, quando dictum fuerit,* Tunc, & eo casu, & non aliter, nec alio modo.

9 *Substitutioni vulgari apposita clausula,* Tunc, & eo casu, *censetur excludere omnes alios casus non expressos, qui aliàs venirent in dispositione.*

10 *Clausula,* Tunc, & eo casu, *si adijciatur morti pluriu, debet verificari mors omnium.*

Tunc, & eo casu, &c.

CLAVSVLA CLXXXII.

1 HÆc clausula plus operatur, quàm dictio, *Tunc*, sola, quia licèt importet idem, quod, *eo casu*, tamen quando vtrumque ponitur, dicitur geminata dispositio; ita *Roland. conf. 56. n. 20. & seq. vol. 3. Mart. de clauſ. p. 3. clauſ.* 88. *n.* 2. Aliquando dicitur, *Tunc, & eo casu*, aliquando verò, *Tunc eo casu*, absque coniunctiua, *&, Rom. conf.* 131. *&* 161. *Mandos. in addit.* quando verò dicitur, *Tunc, & eo casu*, magis præcisè disponit, nec ad alium casum extenditur, *Rolan. conf. 56. n. 26. & seq. vol. 3. Decian. conf. 2. n. 25. vol. 2. Mart. d. clauſ. 88. n. 9. &* 10. *Card. Tusch. pract. concluſ. tom. 1. litt. D. concl.* 390. *n.* 23. vbi *n.* 21. post *Roland. conf. 70. n.* 15. *& conf. 56. n.* 20. *lib.* 3. subdit, quod operatur, vt dispositio non habeat locum in alio casu.

2 Est restrictiua, & limitatiua dispositionis ad casum expressum, ita vt omnes alij casus prorsus non expressi excludantur; ita *Pariſ. conf. 92. n.* 13. *vol. 2. & conf. 108. n. 26. vol. 3. Menoch. conf. 182. n. 41. & conf. 243. n.* 36. *& conf.* 326. *n.* 16. *& conf.* 1088. *n.* 17. *& conf.* 1118. *n.* 15. *Honded. conf. 49. n. 48. lib.* 2. *Mart. de clauſ. p. 1. clauſ.* 187. *n.* 1. *in vltim. impreſſ. Rota in Bononien. de Coparellis* 17. *Nouembris* 1617. *coram Andrea, & in Ferrarien. fideicommiſſi* 5. *Martij* 1621. *coram Card. Verospio.* Verumtamen non im-
3 pedit extensionem, quæ fit ex conjecturata mente testatoris, ad casum qui sit similis expresso, *Pariſ. conf. 66. n. 4. lib.* 3. *Surd. conf.* 336. *n.* 46. *Rot. in Arminen. bonorum* 30. *Aprilis* 1610. *coram D. Patriarcha Pamphilio, Marta d. clauſ.* 187. *n.* 2. vbi intelligit maximè fauore piæ causæ, & citat *Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ, priuil. 62. Curt. Iun. conf. 35. n. 6. &* 7. *Mart. de conject. lib. 6. tit. 3. n. 3. & Rot. in Romana de Aquilanis* 18. *Iunij* 1600. *coram Corduba.*

4 Iniuncta per testatorem substitutioni, siue substitutionibus, est apta comprehendere varios casus, & ideo contra illam non intrat fundamentum, quod substitutio facta cum ea non admittat extensionem, vt censuit *Rota in dicta Romana de Aquilanis*, cuius tamen cõtrarium defendunt *Peregr. de fideicom. art. 12. n. 65. & Surd. conf.* 448. *n.* 3. vbi subdit, hanc clau-
5 sulam fideicommisso iniunctam operari, vt restringatur dispositio ad casum expressum, & vlteriùs ad aliam personam non extendatur, etiam ex verisimili, & conjecturata mente testatoris, vt fuit dictum *in Romana fideicommiſſi de Surdis* 10. *Maij* 1618. *coram Vbaldo Seniore.*

6 Adiecta dispositioni conditionali, denotat extremitatem temporis, vt priùs conditio debeat existere, quàm dispositio aliquid efficiat, *Roland. conf. 56. n. 18. & seq. vol. 3. Ruin. conf.* 200. *n. 9. vol. 2. Anchar. conf.* 356. *n.* 5. *Rimin. Iun. conf.* 247. *n.* 26. *&* 27. *vol.* 3. *Mart. d. p. 3. clauſ.* 88. *n.* 3. vbi *n.* 4. declarat, non importare extremitatem temporis ad effectum facti, sed ad effectum Iuris, latè *Card. Tuſch. d. litt. D. concl.* 390. *n.* 1. *&* 3. vbi *n.* 4. *&* 5. cum *Ægid. Bellam. conf. 39. n. 3. &* 10. subdit, hanc clausulam ita denotare extremitatem temporis, vt comprehendat omnes conditiones, si pluribus apponatur, & quod denotat extremitatem temporis tam primi, quàm vltimi, si pluribus adiiciatur.

7 Non excludit casus similes, si mens testatoris non repugnet, *ad text. in l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de lib. & posthum. Alciat. lib.* 3. *de verbor. ſignif. fol.* 68. *Gozad. conf.* 64. *in fin. Mart. d. clauſ.* 48. *n.* 7. *Card. Tuſch. d. concl.* 390. *n.* 14.

8 Declara tunc nullatenus fieri extensionem, quando fuit dictum, *Tunc, & eo casu, & non aliter, nec alio modo*; vel fuerit dictum, *Tunc, & in casu prædicto tantùm*, vt per *Ioann. Dilect. de arte testandi, tit. de subſtit. cautel. 5. n. 5. Caſſad. deciſ. 1. de testam. Clar. §. emphyteuſis, q. 13. n. 5. verſ. item quæro, Mart. d. clauſ.* 48. *n.* 8. *Card. Tuſch. d. concl.* 390. *n.* 15.

Declara

9 Declara etiam, hanc clausulam, *Tunc, & eo casu,* in substitutione vulgari censeri excludere omnes alios casus non expressos, qui aliàs venirent in dispositione, *Anchar. conf.* 356. incip. *Ex serie testamenti, n.* 5. *vers. tertio. Dec. conf.* 63. *Cassad. decis.* 1. *de testamen. in fine,* quos refert *Card. Tusch. d. concl.* 390. *num.* 16.

10 Amplia, in tantum esse verum, hanc clausulam denotare extremitatem, vt si adiiciatur conditioni mortis vnius, sicut etiam si adiiciatur morti plurium, debeat verificari mors omnium, ad hoc, vt sit locus dispositioni cum ista clausula, plenè *Rom. conf.* 131. incip. *Prima dubitatio, in princ.* vbi *Aposti. in verbo, Tunc, & eo casu, Ioann. de Anan. conf.* 66. *n.* 3. *col.* 3. *vers. sed iis non obstantibus, Card. Tusch. d. concl.* 390. *n.* 7.

SVMMARIVM.

1 *Clausula,* Vitæ, ac morum honestas, &c. *est impulsiua ad concedendum, sed cessante non cessat gratia.*
2 *Mores boni sunt necessarij in beneficiatis.*
3 *Mores boni qui dicantur, qui autem praui, remissiuè.*
4 *Clausula,* Grata seruitutis officia, &c. *non excludit gratiam propter seruitia.*

Vitæ, ac morum honestas, &c.

CLAVSVLA CLXXXIII.

1 HÆc clausula est impulsiua ad concedendum, sed cessante non cessat gratia, *glos. sing. in l.* 2. *in fin. ff. de donat. cap. cùm cessante, de appellat. Rebuff. in praxi benefic. tit. de clausul. n.* 5.

2 Nam boni mores sunt necessarij in beneficiatis, vt per *Selu. de benefic. p.* 3. *q.* 5. *n.* 35. *Cosm. in pragmat. Sanct. tit. de elect. cap. sicut.* §. *deinde, verb. moribus, pag.* 99. *versa, Nau. in cap. si quando, except.* 11. *n.* 2. *& except.* 15. *prope finem, de rescript. Guttier. Canon. lib.* 1. *cap.* 26. *à n.* 34. *Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib.* 4. *q.* 11. *n.* 15. *cum seqq. Filliuc. tom.* 3. *tract.* 41. *cap.* 5. *n.* 40.

3 Qui autem dicantur boni mores, & qui praui, tradunt *Plat. de legib. lib.* 2. *&* 3. *Arist. in problemat. sect.* 14. *n.* 1. *& Ethic. lib.* 4. *cap.* 8. *& Moral. lib.* 10. *cap.* 1. *Ioan. Pic. Mirand. lib.* 13. *cap.* 12.

4 Clausula, *Grata seruitutis officia, &c.* non excludit gratiam propter seruitia, neque donationem ex causa, *Oldrad. conf.* 5. *Staphil. de literis gratiæ, tit. de vi, & effectu clausularum, n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersales clausulæ omnia complectuntur.*
2 *Vniuersales clausulæ nihil excludunt, ac si de omnibus mentio specialis facta esset.*
3 *Verba vniuersalia geminata habent vim diuisiuam.*
4 *Vniuersales clausulæ sunt maioris efficaciæ, quàm generales.*

Vniuersales.

CLAVSVLA CLXXXIV.

CLausulæ vniuersales omnia complectuntur, & 1
non debent restringi, nulla existente ratione restringendi, *Ludou. Morot. conf.* 59. *col.* 1. *Mart. de clausulis, q.* 4. *claus.* 4. *n.* 1. vbi intelligit hoc procedere, etiamsi vniuersaliter intelligendo sequeretur amissio lucri.

Nihil excludunt, idem operando, ac si mentio 2
specialis de omnibus facta fuisset, *Stephan. Gratian. discept. forens. cap.* 990. *n.* 15.

Præterea verba vniuersalia geminata habent vim 3
diuisiuam, & idem efficiunt, ac si expressim, & diuisim de singulis casibus mentio habita sit, *Ludou. Morot. conf.* 43. *n.* 19. *& seq. Mart. d. claus.* 4. *n.* 3. vbi *n.* 4. post *Schrader. in tract. de feud. p.* 10. *sect.* 5. *n.* 71. subdit, clausulas vniuersales esse maioris effi- 4
caciæ, quàm generales, ac proinde omnia comprehendere, nullo penitus excepto.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius clausulæ agentes.*
2 *Clausulæ,* Vocatis vocandis, *æquipollet alia,* Seruatis seruandis.
3 *Clausula,* Vocatis vocandis, *solùm arctat ad eos vocandos, qui interesse debent.*
4 *Clausula,* Vocatis, quorum interest, *necessitatem imponit vocandi omnes, qui quodammodo in eo casu interesse habent.*
5 *Exequutorem de mero mixtum facit clausula,* Vocatis vocandis.
6 *Appellatio datur à sententia mixti exequutoris vigore clausulæ,* Vocatis vocandis.
7 *Appellatio, quæ datur à sententia mixti exequutoris, operatur non solùm effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum.*
8 *Clausula,* Vocatis vocandis, *facit, vt processus exequutoris, qui aliàs esset extraiudicialis, sit, esseque debeat iudicialis.*
9 *Clausula,* Vocatis vocandis, *in rescripto conditionali dat Iurisdictionem conditionalem.*
10 *Exequutor mixtus vigore clausulæ,* Vocatis vocandis, *debet adhibere causæ cognitionem iudicialem, seu assumere partes Iudicis, modò adsit legitimus contradictor.*
11 *Citatio requiritur semper stante clausula,* Vocatis vocandis.
12 *Causæ cognitio iudicialis adhiberi non potest sine citatione eorum, quorum interest.*
13 *Actus vt sine citatione factus inualidus sit, operatur clausula,* Vocatis vocandis.
14 *Clausula,* Vocatis vocandis, *importat, vt quis sua possessione priuari non possit citatione.*
15 *Iura litigantium vt exaudiri debeant, operatur clausula,* Vocatis vocandis.

16 *Ordo iudiciarius vt seruetur, requirit clausula,* Vocatis vocandis.

17 *Exequutor quod non possit subdelegare alteri, operatur clausula,* Vocatis vocandis.

18 *Subreptionis vitium tollit clausula,* Vocatis vocandis.

Vocatis vocandis.

CLAVSVLA CLXXXV.

1 DE vi, & effectibus huius clausulæ vide *Cels. Vgon. in tract. clausul. pag.* 483. *col.* 2. *in fin. Mart. de clausul. p.* 1. *clauſ.* 196. *in vltim. impreſſ. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 9. §. 1. *in annot. n.* 226. *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 805. *Mari. Anton. var. reſolut. lib.* 1. *reſolut.* 58. *n.* 1. *Campanil in diuerſ. Iuris Canon. rubr.* 17. *cap.* 13. *à n.* 208. *Card. Tuſch. pract. concluſ. tom.* 1. *litt. C. concluſ.* 317. *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.* 7. *n.* 263. *cum ſeqq. Viuian. in praxi Iuriſpatr. lib.* 17. *cap.* 8. *num.* 26. *cum ſeqq. in ſecunda impreſſ.*

2 Huic clausulæ æquipollet alia, *Seruatis ſeruandis,* vt post *Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alienan. ſub rubr. de cauſa cognit. n.* 64. docet *Marta d. clauſ.* 196. *n.* 5. vbi subdit, quod licèt hæc nostra latiùs pateat, tamen non aliud significat, vt patet ad sensum. Plures verò effectus habet, quorum aliquos principaliores impræsentiarum inserere operæpretium duxi.

3 Primus igitur effectus est, vt hæc clausula solùm arctet ad eos vocandos, qui debent interesse, vel de Iure hic, & nunc, attentis omnibus circumstantiis, necessariò sunt vocandi: alios verò non arctat, vt post *Abb. in cap. exhibita, n.* 6. *verſ. quæro qui ſint vocandi, de iudic. & Verall. deciſ.* 58. *lib.* 3. tradit *Mart. d. clauſ.* 196. *n.* 4. *Seraph. deciſ.* 338. *n.* 3. *Nicol. Garc. de benef. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 139. *Monet. d. cap.* 7. *n.* 263. vbi
4 subdit, clausulam illam, *Vocatis, quorum intereſt,* necessitatem imponere vocandi omnes, qui quodammodo in eo actu interesse habent, licèt aliàs de Iure non essent necessariò ad illum vocandi; & *n.* 327. resoluit, quod vbi in rescripto adest clausula, *Vocatis vocandis,* vel, *Vocatis, quorum intereſt,* necessariò vocandi sunt ij, qui ex commissionis executione lædi possunt, aliàs executio erit ipso Iure nulla.

5 Secundus effectus est, vt hæc clausula faciat exequutorem de mero mixtum, qui propterea tenetur partes Iudicis assumere, & seruare formam rescripti, aliàs nulliter agit, vt *per Felin. in cap. de cætero, n.* 10. *de re iudicata, & in cap. exhibita, n.* 4. *de iudiciis, & in cap. fin. n.* 33. *de præſcr. Zabarell. conſ.* 92. *n.* 2. *Mart. d. clauſ.* 196. *n.* 1. *Marchеſ. de Commiſſ. part.* 1. *pag.* 402. *n.* 42. *& p.* 2. *pag.* 99. *n.* 3. *in ſecunda impreſſ. Gonzal. ad reg.* 8. *Cancellar. gloſſ.* 9. §. 1. *in annot. n.* 226. *Honded. conſ.* 29. *n.* 13. *tom.* 2. *Mareſc. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 8. *Franc. Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici, p.* 1. *c.* 15. *n.* 48. *& p.* 2. *c.* 16. *n.* 13. *Nicol. Garc. de benef. p.* 12. *cap.* 2. §. 1. *n.* 140. *Aloyſ. Ricc. d. collect.* 805. *in princ. & Steph. Grat. diſcept. forenſ. cap.* 596. *n.* 30. *Monet. d. cap.* 7. *n.* 268. & dictum fuit *in Panormitana Archidiaconatus* 15. *Iunij* 1590. *coram Penia*, impressa per *Marchеſ. de Commiſſ. p.* 2. *pag.* 491. & *in Hiſpalen. præeminentiarum* 24. *Ianuarij* 1614. *coram Card. Sacrato*, impressa per *Farinac. deciſ.* 558. *n.* 3. *p.* 1. *recent.* Vbi *n.* 5. declarat, quod si materia secundùm ordinem Iuris est executiua, non debet per hanc clausulam fieri ordinaria, quia cùm verba per necesse hoc non importent, ordo procedendi remanet in dispositione Iuris, & etiam fuit dictum *in Vercellen. diſmembrationis* 2. *Aprilis* 1612. *coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per *Farinac. deciſ.* 386. *n.* 1. *p.* 2. *recent. & in Regien. beneficij* 15. *Nouembris* 1613. *coram Dunozetto, & in Parmen. parochialis* 22. *Iunij* 1620. *coram Card. Sacrato.*

Et ab huiusmodi mixto exequutore dari appel- 6
lationem, tradunt *Staphil. de liter. gratiæ, in tit. de noua forma mandati, n.* 3. *Mantic. deciſ.* 324. *num.* 3. *Scacc. de appell. q.* 12. *limit.* 11. *n.* 11. Et propterea executionem ab eo factam pendente appellatione, vel intra terminum ad appellandum, esse nullam, & attentatam, tenet *Seraph. deciſ.* 1045. *n.* 4. nam hu- 7
iusmodi appellationem operari non solùm effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, resoluunt *Caputaquen. deciſ.* 284. *n.* 4. *p.* 2. *Gonzal. d. num.* 26. vbi refert, fuisse ita resolutum *in vna Barchinonen. parochialis de anno* 1601. *coram Card. Sacrato, & in vna Abulen. & Zamoren. beneficiorum de anno* 1594. *coram Penia.* Docuerat enim priùs *n.* 19. post alios, clausulam huiusmodi, *Vocatis vocandis*, facere vt pro- 8
cessus exequutoris, qui aliàs est extraiudicialis, fit, essèque debeat iudicialis, idque in hac eadem clausula posita in gratia, *Si in euidentem*, ex nonnullis Rotæ decisionibus tradit etiam *Mart. d. clauſ.* 196. *n.* 3. qui *n.* 6. *cum ſeq.* addit, satisque probat, quod hæc clausula apposita in rescripto conditionali, vt, 9
Vocatis vocandis, ſi inueneris talem eſſe filium Sacerdotis, &c. dat Iurisdictionem conditionalem, ac proinde processus & sententia inde sequuti sine causæ cognitione, sunt nulli ipso Iure; subdens *n.* 8. id locum habere, si procedatur contra absentem, secus si contra præsentem, quia illi est imputandum, cur non opposuit de isto defectu præparatoriæ cognitionis.

Illud demum, quod suprà diximus, nimirum 10
talem mixtum exequutorem vigore huius clausulæ debere adhibere causæ cognitionem iudicialem, seu assumere partes Iudicis, intelligi debet, modò adsit, qui ad illum actum vocari debeat, seu legitimus contradictor: nam si nullus huiusmodi sit, licèt adsit in rescripto hæc nostra clausula, *Vocatis vocandis*, adhuc tunc proceditur extraiudicialiter, vt post alios docet *Nicol. Garc. d. p.* 12. *cap.* 2. *n.* 139. *cum duobus ſeqq.* præcipuè ex nonnullis Rotæ decisionibus, licèt olim contrarium senserit eadem *Rota apud Bellam. deciſ.* 617. Atque in hoc differt clausula hæc, *Vocatis vocandis*, seu, *qui fuerint vocandi*, seu etiam clausula, *Seruatis ſeruandis*, (quam huic æquipollere suprà diximus) ab illa, *Vocatis, quorum intereſt*, quoniam per hanc semper aliqui vocandi erunt, cùm semper sit, qui interesse habeat.

Tertius effectus est, vt stante hac clausula, requi- 11
ratur semper citatio, vt resoluunt *Aloyſ. Ricc. in praxi fori Eccleſiaſtici, deciſ.* 108. *n.* 6. *in prima impreſſ. aliàs reſol.* 95. *in ſecunda impreſſ. Monet. d. cap.* 7. *n.* 269. *cum ſeqq. Rota deciſ.* 30. *n.* 1. *de reſcript. & deciſ.* 12. *de offic. deleg. in nouis, Beroi. conſ.* 21. *n.* 13. *vol.* 2. Quod ex eo 12
patet, quia causæ cognitio iudicialis adhiberi non potest sine citatione eorum, quorum interest, ad notata per *Ruin. conſ.* 76. *n.* 18. *vol.* 3. *Gozad. conſ.* 2. *n.* 15. *& conſ.* 92. *n.* 33. *Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 11. *n.* 12. *verſ. nec obſtat, & n.* 13. *Menoch. de arbitr. q.* 19. *n.* 3. Plures autem casus, in quibus citatio desideratur, alios multo plures, in quibus illa non requiritur, ac proinde quod stante hac clausula interuenire non potest, nec debet, enumerat latissimè *Monet. d. cap.* 7. *n.* 273. *cum multis ſeqq.*

Vnde hæc clausula operatur, vt actus sine citatione 13
factus inualidus sit, vt dictum fuit *in Ferrarien.*

bonorum

bonorum 16. *Iunij* 1614. *coram Dunozetto*, impreſſa per *Farinac. deciſ.* 624. *à num.*4. *part.*1. *recent.* vbi pariter tentum fuit, hanc clauſulam debere intelligi de aliis, qui forſan poſſent prætendere intereſſe ratione poſ-
14 ſeſſionis, vel proprietatis. Importat etiam, vt quis ſua poſſeſſione priuari nõ poſſit ſine citatione, vt dictum fuit *in Mediolanenſ. beneficij* 10. *Martij* 1614. *coram Andrea*, impreſſa per *Farin. deciſ.*525. *n.*4. *p.*2. *recent.*

15 Quartus effectus eſt, vt ſtante hac clauſula debeant quoque exaudiri iura litigantium, cùm id ad cognitionem cauſæ exigatur, vt ex *Soci. Sen. conſ.*32. *col. penul. lib.* 1. *Signorol. conſ.* 203. *num.* 5. & *Marſil. ſing.*328. tradit *Menoch. d. quæſt.*19. *num.*4. *Monet. de commut. vltim. volunt. cap.*10. *num.*269. *verſ.*2.

16 Ex quibus infertur, ob eandem requiri, vt ſeruetur ordo iudiciarius, vt docent *Peregr. var. lib.*2. *tit. de iud. n.*96. *in fin. Mart. d. clauſ.* 196. *n.* 9. *Caualcan. deciſ.*46. *n.*415. *p.*1. *Cardoſ. in praxi Iudicum, verb. clauſ. n.*34. *Mari. Anton. d. lib.* 1. *reſol.* 39. *n.* 2. *Campanil. d. cap.*13. *n.*208. *Rot. deciſ.*102. *ſub n.*1. *p.*1. *diuerſ. Monet. d. cap.* 10. *n.*269. ſubdens exigi, vt termini ſtatuantur, intra quos poſſint partes ſuas afferre probationes, & hinc inde adducantur exceptiones, & replicationes, ſi quas adducere volunt partes; & in ſumma, quod debeat talis Iudex, ſeu mixtus exequutor, ea omnia facere, ad quæ Iudex tenetur: nam hæc clauſula illum ſatis adſtringit ad procedendum ordinariè, & cauſa cognita, vt volunt *Verall. deciſ.*286. *n.*4. *p.*2. *Marcheſ. de Cõmiſſ. p.*2 *pag.*491. *n.*3. *in* 2. *impreſſ.*

17 Quintus effectus eſt, vt in literis Papæ operetur, quod exequutor non poſſit ſubdelegare alteri, ex adductis per *Celſ. Vgon. in tractat. clauſ. pag.*484. *col.*1.

18 Sextus effectus eſt, vt tollat vitium ſubreptionis, vt docent *Card. conſ.*42. *num.*2. *in fin. & n.*3. *Mart. d. clauſ.*196. *num.*10. *Menoch. de arbitr. caſ.*201. *n.* 140. *Aloyſ. Riccius in collect. deciſ. part.* 4. *collect.* 805. *verſ. item hæc, Card. Tuſch. d. concl.* 317. *num.*2. *Gonzal. ad reg.*8. *Cancell. gloſſ.*9. *in annot. num.*226. *Nicol. Garc. d. p.*12. *cap.*2. *§.* 1. *n.*140.

Volumus autem, &c.

CLAVSVLA CLXXXVI.

1 HÆc clauſula ſic extenditur; *Volumus autem, quod infra annum à die præſentium computan. redditus ſexaginta ducatorum huiuſmodi dictæ Præpoſituræ realiter, & cum effectu aſſignare omnino tenearis*: quæ quidem importat formam in hoc fuiſſe mandatam reſpectu modi, & ideo ab illa non poteſt recedi, *l. ſi quis mihi. §. ſi coram. ff. de acquir. hæred.* ſi enim non fuerit adimpletum, cenſetur mutata ſubſtantia facti, *Bart.* poſt *Oldrad. in l.* 1. *§. ſi plures, num.* 13. *ff. de exercit. action.* & fuit dictum *in Compoſtellana Canonicatus* 10. *Iunij* 1601. *coram Corduba*, & in terminis huius clauſulæ *in Valentina Baroniæ* 10. *Martij* 1603. *coram Attrebaten.* & *in Comaclen. & Ferrarien. Præpoſituræ* 15. *Decembris* 1625. *coram Remboldo, in verſ. quantum attinet*; ita vt ſi non fuerit ſeruata forma, corruat conceſſio, ad notata *in l. hoc ius porrectum. C. de ſacroſanctis Eccleſ. & in l. cùm tu. ff. de tranſact. & in l. hac conſultiſſima. C. de teſtament.* & in puncto fuit reſolutum *in dictis Valentina Baronia, & Comaclen. ac Ferrarien. Præpoſituræ.*

SVMMARIVM.

1 *Conceſſio quando facta eſt vſque ad tertiam generationem ipſius acquirentis, à qua incipere debeat, remiſſiuè.*

2 *Generationibus finitis, ad quas emphyteuſis conceſſa fuit, tenetur directus eamdem hæredibus, aut deſcendentibus accipientis renouare.*

3 *Ampliatur, etiamſi dominus directus velit emphyteuſim ad ſe reuerſam ſibi, & ſuis vſibus retinere.*

4 *Ampliatur deinde, etiamſi in inueſtitura ſit appoſita clauſula*, Quod finitis generationibus emphyteuſis liberè ad ipſum dominum, ſeu Eccleſiam cum melioramentis reuertatur.

Vſque ad tertiam generationem.

CLAVSVLA CLXXXVII.

QVando conceſſio facta eſt vſque ad tertiam 1
generationem ipſius acquirentis, à qua incipere debeat, & quas perſonas includat? vide *Menoch. conſ.*883. *Mart. de clauſ. p.*2. *clauſ.*77. *à princip. Stephan. Gratian. diſcept. forenſ. cap.*88. *num.*27. *cum ſeqq. Rot. deciſ.*818. & 819. *apud Farin. in collect.* 1. *nouiſſimarum.*

Finitis generationibus, ad quas emphyteuſis con- 2
ceſſa fuit, tenetur dominus directus eamdem hæredibus, aut deſcendentibus accipientis renouare, vt docuit *Bart. in l.* 1. *§. permittitur, ad fin. ff. de aqua quotid.* quæ conſtantiſſimè ſequuntur *Villalob. in ærario commun. opin. verbo emphyteuſis, à num.* 49. *Aloyſ. Ricc. in collect. deciſ. p.*4. *collect.* 1259. & alij, quos refert *Gabr. lib.* 3. *commun. tit. de iure emphyt. concl.* 1. *in princip.* & in Sacro Rotæ Auditorio ſæpe fuiſſe reſolutum, teſtatur *Card. Mantic. de tacitis, & ambig. conuent. tom.*2. *lib.*22. *tit.*35. *n.* 1. & in Regno Luſitaniæ comprobatiſſimum dicunt *Gam. deciſ.* 41. *à princip. Valaſc. conſ.* 101. & 157. *Cabed. p.* 1. *deciſ.* 203. *Molin. de Iuſtit. tract.* 2. *diſp.*484. *Rebel. de obligat. Iuſtitiæ, p.*2. *lib.*13. *q.*19. *Cald. Pereira de renouat. emphyteuſis, q.* 8. *n.*2.

Amplia procedere, etiamſi dominus directus velit 3
emphyteuſim ad ſe reuerſam ſibi, & ſuis vſibus retinere, vt tradit *Cald. Pereira d. q.*8. *num.*16. *cum ſeqq.* & nouiſſimè *quæſtionum forenſ. conſ.*46. *num.*3. & *conſ.* 43. *per totum*, multis probare conatur hoc ius renouandi eſſe hæreditarium, & tranſire in quoſcunque hæredes.

Amplia deinde procedere, etiamſi in inueſtitura 4
ſit appoſita clauſula, *Quod finitis generationibus emphyteuſis liberè ad ipſum dominum, ſeu Eccleſiam cum melioramentis reuertatur*, vt tradit *Cald. Pereira d. q.*8. *num.*18. & obſeruare praxim noſtri Regni Luſitaniæ iuſtiſſima cum ratione, probat *Valaſc. conſult.* 123. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Narratiua vt non dicatur partis, nec impetrans quicquam videatur affirmare, operatur clauſula*, Vt aſſeritur.

2 *Locutio affirmatiua vt non poſſit dici, operatur clauſula*, Vt aſſeritur.

3 *Narrantem liberat à narratorum verificatione clauſula*, Vt aſſeritur.

4 *Confeſſio narratorum ne dicatur facta, operatur clauſula*, Vt aſſeritur.

5 *Aſſertio facta per verba impersonalia, & enun-*

ciatiua, probat in præiudicium renunciantis, & ad fauorem tertij.

6 *Clauſula*, Vt aſſeritur, *non refertur ad narrationem, ſed ad prouiſionem.*

7 *Narratiua partis præſumitur, quando dicitur*, Vt aſſeris, *vel*, Vt aſſerit.

8 *Clauſula*, Vt aſſeris, *relata ad penſionarium, ſi acceſſerit conſenſus titularis, remanet iuſtificata.*

9 *Clauſula*, Vt accepimus, *quid importet, remiſſiuè.*

Vt aſſeritur.

CLAVSVLA CLXXXVIII.

1 HÆc clauſula operatur, vt narratiua non dicatur partis, nec impetrans quicquam videatur affirmare, nec teneatur ad illius iuſtificationem; ita *Rot. deciſ.60. de reſcript. in antiq. Caſſad. deciſ.7. num.8. verſ. ſecundo verò caſu, de Iurepatron. & deciſ.447. n.1. p.1. diuerſ. Gonzal. ad reg.8. Cancel. gloſſ.32. n.12. & 13. Monet. de commutat. vlt. volunt. cap.7. num.137.* & fuit dictum *in Tudentin. Monaſterij 17. Maij 1615. coram D. Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per *Farin. deciſ. 691. num.6. p.2. recent. & in Meliten. Prioratus 22. Maij eiuſdem anni coram eodem*, impreſſa per eundem *deciſ. 699. n.4. p.2. recent.*

2 Item operatur, vt non poſſit dici locutio affirmatiua; & ſic ille, qui ea vtitur, non dicitur affirmare ſuum dictum, *Caſſad. deciſ.4. n.8. de probat.* & fuit reſolutum *in Calaguritana confidentia 14. Decembris 1592. coram Penia.*

3 Ideo narrantem liberat à narratorum verificatione, & excludit vitium ſubreptionis, *Rot. deciſ.60. n.1. & deciſ.77. de reſcript. in antiq. Caſſad. d. deciſ. 4. n.9. de probat. & deciſ.7. n.8. de Iurepatron. Ceſar de Graſſis deciſ.2. n.4. de probat. Rot. deciſ. 412. n.3. p.1. diuerſ.* & fuit dictum *in Iacen. Vicarie 28. Iunij 1593. coram Penia.*

Item operatur, ne dicatur facta confeſſio narratorum, *Caſſad. d. deciſ.4. n.1.* & ſæpe deciſum fuiſſe teſtatur ipſa *Rot. in Parmen. Datij 27. Nouembris 1613. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano:* imò per hæc verba impersonalia nihil concluditur, & facit, vt perinde conſideretur talis narratiua, ac ſi facta non fuiſſet, *auth. ſi quando. C. de conſtit. pecunia*, & fuit dictum *in Romana apertionis oris 8. Martij 1613. coram Card. Sacrato*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 461. n.9. p.1. recent.* Vnde vacatio beneficij narrata hoc modo de certo menſe, non ſufficit, vt obſeruat *Gonzal. d. gloſſ. 32. n.13.* 4

Præfatam tamen aſſertionem, etiamſi eſſet facta per verba impersonalia, & enunciatiua, probare in præiudicium enunciantis, & ad fauorem tertij, reſoluunt *Roman. conſ.63. num.2. Iaſ. in l. iuris gentium. §. quod fore, num.4. verſ. limita. ff. de pactis, Aym. conſ. 29. num.2.* 5

Hæc clauſula non refertur ad narrationem, ſed ad prouiſionem, vt fuit dictum *in Meten. Monaſterij 21. Februarij 1600. coram Litta*, impreſſa per *Marcheſ. de Commiſſionib. p.2. pag.517. in vlt. impreſſ.* 6

Si verò dicatur, *Vt aſſerit*, tunc quia apertè refertur ad aſſertionem impetrantis, præſumitur narratiua partis, ac proinde impetrans ipſe tenetur ad illius iuſtificationem, *Rot. d. deciſ.60. num.2. de reſcript. in antiq. Caſſad. d. deciſ.7. num.2. de Iurepatron. Nau. in cap. ſi quando, de reſcript. except.3. num.2. Mandoſ. ad reg.34. Cancel. q.47. num.2. Maſcard. de probat. concl. 888. num.40. cum ſeqq. Marcheſ. de Commiſſionib. p.1. pag.305. num.115. & pag.585. num.36. in vlt. impreſſ. Sanchez de Matrimon. lib.8. diſp.35. num.25. ad finem, Monet. de commut. vltim. volunt. cap.7. n.137.* 7

Clauſula, *Vt aſſeris*, relata ad penſionarium, ſi acceſſerit conſenſus titularis, remanet iuſtificata, vt reſoluit *Dominus meus Melchior Lotterius in ſuo doctiſſimo tract. de re beneficiaria, lib.1. quæſt.38. n.46.* 8

Clauſula, *Vt accepimus*, quid importet, vide *Pute. deciſ.101. aliàs 100. in correct. lib.3. Rot. in Meten. Monaſterij 21. Februarij 1600. coram Litta*, impreſſa per *Farin. deciſ.24. n.2. p.2. recent.* 9

Finis Tractatus de Clauſulis vſufrequentioribus.

INDEX

INDEX
CLAVSVLARVM,
QVÆ IN HOC TRACTATV
de Clauſulis vſufrequentioribus continentur.

Primus numerus Clauſulam, ſecundus paginam denotat.

A

Ccéſſoria. I. *pagina* 1
Actum, &c. II. 2
Ad beneplacitum, &c. III. 3
Ad habendum, &c. IV. 4
Ad inſtar alterius Eccleſiæ. V. 6
Ad libitum ſuum, vel pro libito ſuæ voluntatis. VI. 7
Amoto quolibet illicito detentore. VII. 8
Anteferri. VIII. 9
Appellatione remota. IX. 11
Arbitrio Rotæ. X. 14
Arbitrio ſuo. XI. 15
Auctoritate, ſeu vice noſtra. XII. *ibid.*
Augendi, &c. XIII. 16

C

Cæterata. XIV. 17
Caſu quo, &c. XV. 18
Cautionem banchariam præſtare teneatur, &c. XVI. *ibid.*
Citra aliquam innouationem. XVII. 19
Citra vitium ſpolij, & attentatorum. XVIII. *ibid.*
Citra aliquam liberationem fideiuſſorum. XIX. 20
Citra conſenſum in iuriſdictionem. XX. *ibid.*
Codicillaris. XXI. 22
Coniunctim, & diuiſim. XXII. 25
Compareas, ſi tua putaueris intereſſe. XXIII. *ibid.*
Conſcientiam tuam oneramus. XXIV. 26
Conſtito. XXV. *ibid.*
Conſtito de irrationabilitate. XXVI. 27
Conſtito de aſſertis. XXVII. 28
Conſtito de tribus conformibus. XXVIII. *ibid.*
Conſtito de bono Iure.
Conſtito de literis. XXIX. 29
Conſtito de paupertate. XXX. *ibid.*
Conſtituti. XXXI. 31
Conſueta. XXXII. 33
Contradictores appellatione poſtpoſita compeſcendo. XXXIII. 34
Cuius litis ſtatum, &c. Vide Litis ſtatum, &c. 35
Cum iuribus, & pertinentiis. XXXIV. *ibid.*
Cum plena, & libera adminiſtratione. XXXV. 36
Cum poteſtate citandi, & inhibendi, &c. XXXVI. 39
Cum omnibus incidentibus, & dependentibus, &c. XXXVII. 40
Cum annexis, & connexis, &c. XXXVIII. *ibid.*
Cum toto negotio principali. XXXIX. 41

D

Decretum irritans. XL. 43
De plenitudine poteſtatis. XLI. 47
Depoſitaria. XLII. 50
Derogatoria. XLIII. 51
Dummodò tempore datæ præſentium alteri non ſit ius quæſitum. XLIV. 53
Dummodò collatio ad nos hac vice pertineat. XLV. 54
Dummodò cauſa non ſit inſtructa. XLVI. 55
Dummodò remaneant centum pro Rectore. XLVII. 56
Dummodò mille remaneant pro Epiſcopo. XLVIII. 57
Dummodò omnes ſimul non excedant medietatem, &c. XLIX. 58
Dummodò intruſus non ſit. L. 59
Dummodò, ſeu quatenus licita, & honeſta ſint. LI. *ibid.*
Dummodò, ſeu quatenus ſint in vſu. LII. *ibid.*
Dummodò non vltra tres dietas, &c. LIII. 60
Dummodò collatio ſit deuoluta. LIV. 61

E

Etiamſi generaliter, vel ſpecialiter ſit reſeruatum. LV. 61
Et in euentu in quem, &c. LVI. *ibid.*
Et quibus dederit. LVII. 62
Et ſi plus valet, donat. LVIII. *ibid.*
Ex certa ſcientia. LIX. 64
Executiua. LX. 68
Ex nunc, prout ex tunc. LXI. 69

G

Generalis. LXII. 71

H

Habita, vel non habita poſſeſſione. LXIII. 72
Hac tamen lege, & conditione. LXIV. 73

I

Inducatis in poſſeſſionem, & manuteneatis. LXV. 73
In forma dignum. LXVI. *ibid.*
In omnibus, & per omnia. LXVII. 74
In principio poſita. LXVIII. 75
In medio poſita. LXIX. *ibid.*
In fine poſita. LXX. 76
In rem ſuam, &c. LXXI. 78
In ſolidum. LXXII. 79
Inſolitæ. LXXIII. 80
Interpretanda. LXXIV. 81
Ita quod, &c. LXXV. *ibid.*
Ius, & iuſtitiam miniſtrati, &c. LXXVI. 82

L

Litis ſtatum, &c. LXXVII. 83

M

Manu Regia. LXXVIII. 84
Motu proprio. LXXIX. 86

N

Nemine diſcrepante. LXXX. 89
Non aliàs, aliter, neque alio modo. LXXXI. *ibid.*
Non obſtantibus, &c. LXXXII. 91
Non obſtantibus priuilegiis, &c. LXXXIII. 94
Non obſtantibus ſtatutis Eccleſiæ, &c. LXXXIV. 96
Non obſtantibus quibuſcumque pactis. LXXXV. 97
Non obſtante collatione alteri facta. LXXXVI. *ibid.*

Non obstante quacumque generali reseruatione. *ibid.*
Non obstante quacumque consuetudine,&c. LXXXVII. 98
Non obstante quacumque præscriptione. LXXXVIII. 100
Non se adstringens,&c. LXXXIX. 101
Non tamen à nobis prouisiones habentes. XC. *ibid.*
Nulli ergo hominum liceat,&c. XCI. 102
Nullo modo,&c. XCII. 103
Nullo pacto. *ibid.*
Nunc, & pro tempore. XCIII. *ibid.*
Nunc, & pro tempore reseruandas. *ibid.*

O

OMnésque alios sua interesse putantes. XCIV. 104
Omni meliori modo, &c. XCV. 106
Omnia, & singula, &c. XCVI. 110

P

PArito iudicato. XCVII. 111
Parito Breui. XCVIII. 113
Per cessum, vel decessum, &c. XCIX. 114
Perinde valere. C. *ibid.*
Pleno iure. CI. 115
Pro expressis,&c. CII. 117
Pro maiori,seu potiori cautela. CIII. 118
Pro maiori securitate. *ibid.*
Promittens habere ratum,&c. CIV. *ibid.*
Pro omnibus,& singulis absentibus,&c. CV. 120
Pro omni, & toto,&c. CVI. *ibid.*
Pro rata. CVII. *ibid.*
Pro residuo. CVIII. 121
Pro tempore. CIX. *ibid.*
Pro se, & filiis. CX. 122
Pro se,& suis,&c. CXI. *ibid.*
Pro se,suisque hæredibus, & successoribus. CXII. 123
Pro se,suisque hæredibus, & successoribus quibuscumque. CXIII. 124
Protestatus pro expensis. CXIV. 125
Prout de Iure. CXV. *ibid.*
Prout asserit. CXVI. 126
Prout constiterit,&c. CXVII. *ibid.*
Prout sibi fuerit bene visum, &c. CXVIII. *ibid.*
Prout sunt de præsenti. CIX. 127

Q

QVæ omnia,&c. CXX. 127
Quam,& quas,&c. CXXI. 128
Quam duxeris acceptandam. CXXII. 130
Quantum sibi videbitur. CXXIII. *ibid.*
Quatenus sint in vsu, & sacris Canonibus, ac decretis Concilij Tridentini non aduersentur. CXXIV. *ibid.*
Quod si non omnes,&c. CXXV. 131
Quoad vixerit. CXXVI. 132
Quod sola Sanctissimi signatura sufficiat. *ibid.*
Quod maior,& verior expressio fieri possit. *ibid.*
Quorum tenores,&c. CXXVII. 133

R

RAto manente pacto. CXXVIII. 135
Rebus sic stantibus. CXXIX. *ibid.*
Rebúsque aliis,&c. CXXX. 136
Recusatione remota. CXXXI. 137
Refectis expensis. CXXXII. 139
Renuntians omni legum auxilio. CXXXIII. 140
Repetita. CXXXIV. 141
Reseruato beneplacito. CXXXV. *ibid.*
Reseruans dominium. CXXXVI. 142
Reseruans omne ius,&c. CXXXVII. *ibid.*

S

SAlua gradus prærogatiua. CXXXVIII. 143
Saluo,&c. CXXXIX. *ibid.*
Salua veritate. 144
Saluo iure meo. *ibid.*
Saluo iure dominij. *ibid.*
Saluo iure agnatorum. *ibid.*
Saluo, vt infrà. *ibid.*
Saluo consensu domini. CXL. *ibid.*
Saluo quod,&c. CXLI. 145
Saluo iure quarumcumque personarum. *ibid.*
Saluo iure fideicommissi. *ibid.*
Saluo iure addendi,&c. CXLII. *ibid.*
Saluo iure impertinentium,&c. CXLIII. *ibid.*
Saluis,&c. CXLIV. 146
Saluis reseruationibus Apost. *ibid.*
Saluis capitulis,&c. *ibid.*
Saluis legatis,& conditionibus infrà dicendis. *ibid.*
Saluis tamen confinibus specificatis. *ibid.*
Sequens. CXLV. *ibid.*
Si constiterit. CXLVI. 147
Si assensus,quorum interest,accesserit. CXLVII. *ibid.*
Sicut accepimus. CXLVIII. *ibid.*
Si,& in quantum,&c. CXLIX. 148
Si,& postquam renuntiauerit, &c. CL. 149
Si idoneus reperiatur. CLI. 151
Si in euidentem Ecclesiæ vtilitatem fiat,&c. CLII. 152
Si inueneris præmissa,&c. CLIII. 153
Si ita est. CLIV. *ibid.*
Si ita expedire iudicaueris. CLV. 154
Sine aliqua exceptione,&c. CLVI. *ibid.*
Sine præiudicio, &c. CLVII. 155
Sine præiudicio quorumcumque suorum iurium. 156
Sine præiudicio venientium ab intestato,&c. CLVIII. 157
Sine præiudicio legitimæ executionis. CLIX. 158
Sine præiudicio executionis literarum Apostolicarum. CLX. 159
Sine præiudicio obligationis cameralis. CLXI. 160
Sine retardatione solutionis pensionis. CLXII. 161
Si non valeat vt testamentum,valeat,&c. CLXIII. 163
Si neutri. CLXIV. *ibid.*
Si per diligentem examinationem,&c. CLXV. 165
Si preces veritate nitantur. CLXVI. 166
Si pro aliis non scripserimus. CLXVII. *ibid.*
Si qua mihi iusta causa,&c. CLXVIII. *ibid.*
Si quid exequendum exequatur,&c. CLXIX. 167
Si senseris,te grauatum. CLXX. 168
Si sine filiis decesserit. CLXXI. *ibid.*
Siue præmisso,siue alio quouis modo,&c. CLXXII. 169
Sola facti veritate inspecta. CLXXIII. 170
Statum,& merita causæ,&c. CLXXIV. 171
Sublata,&c. CLXXV. 173
Summariè, simpliciter,& de plano, sine strepitu, & figura iudicij. CLXXVI. 176
Supplentes omnes defectus,&c. CLXXVII. 178

T

TAli casu. CLXXVIII. 179
Téque absoluentes,&c. CLXXIX. 180
Toties quoties,&c. CLXXX. 181
Transferentes,&c. CLXXXI. *ibid.*
Tunc,& eo casu,&c. CLXXXII. 182

V

VItæ,ac morum honestas,&c. CLXXXIII. 183
Vniuersales. CLXXXIV. *ibid.*
Vocatis vocandis. CLXXXV. 184
Vsque ad tertiam generationem. CLXXXVI. 185
Vt asseritur. CLXXXVII. 186
Vt asseris. *ibid.*

TRACTA

TRACTATVS DE DICTIONIBVS, PARTICVLIS, ADVERBIIS, ET PRÆPOSITIONIBVS IN vtroque Iure vſufrequentioribus.

MVLTIS SACRÆ ROTÆ DECISIONIBVS, & quamplurium Doctorum tam veterum, quàm recentiorum reſolutionibus locupletatus.

AVCTORE

AVGVSTINO BARBOSA, I. V. D. Luſitano, Protonotario Apoſtolico.

AVGVSTINI BARBOSÆ I.V.D. LVSITANI,

Tractatus DE DICTIONIBVS, PARTICVLIS, ADVERBIIS, ET PRÆPOSITIONIBVS IN vtroque Iure vſufrequentioribus.

SVMMARIVM.

1 *Excluſiuè ponitur dict.* A.
2 *Incluſiuè ſtare dict.* A. *qui teneant, reſeruntur.*
3 *Excluſiuè ponitur dict.* A. *quando ſtatuti diſpoſitio eſt odioſa: incluſiuè verò, quando eſt fauorabilis.*
4 *Statutum habens, quod à pulſu campanæ de ſero nullus incedat cum armis ſub certa pœna, intelligitur poſt finitum pulſum campanæ.*
5 *Arma vt non deferantur poſt pulſatam campanam quietis, ſtatuitur apud Luſitanos, & Caſtellanos.*
6 *Dies termini non computatur in termino, quando diſpoſitio, quæ tempus ſtatuit, proponit per dict.* A. *vel* Ab, *ex quo terminus incipiat.*
7 *Excluſiuè ſumetur dict.* A. *quando apparet ex Iuribus, legem velle eam ſtare excluſiuè.*
8 *Incluſiuè ſtabit dict.* A. *quando natura contractus, aut mens diſponentis, ſeu fauor, aut odium perſuadeat, vel vt euitetur abſurdum, ſeu correctio.*
9 *Incluſiuè ſtant dict.* A. *vel* Ab, *quando ponuntur in diſpoſitione, vbi iungitur actus cum tempore, quod eſt de initio ipſius.*
10 *Tempus, aut locum immediatum ſignificat dict.* A. *quando tempus, aut locum diuidit.*
11 Poſt, *aliquando important dict.* A. *vel* Ab.
12 Pro, *interdum deſignat dict.* A.
13 *Locum, aut perſonam, vnde aliquid ſumitur, deſignat dict.* A.
14 Per, *nonnunquam importat dict.* A.
15 *Tempus præteritum multis modis deſignat dict.* A.
16 De, *non ſemel importat dict.* A.
17 Abhinc, *& ablatiuo, & accuſatiuo iunctum refertur ad tempus præteritum.*
18 Ab re, *id eſt, præter rem, ſine cauſa.*

A. Ab.

DICTIO I.

Præpoſitio multis modis capitur, ſed 1 regulariter ponitur excluſiuè, vt docent *gloſ. verb. ab initio, in l. 20. §. fin. ff. de action. empti, & verb. à die, in Clem. ſicut appellationem, de appellat. & verb. numerandum, paulo ante fin. in cap. ſtatutum, de præbend. lib. 6.* vbi *Anch. col. 2. in 5. notab. & Archid. n. 2. verſ. à die, & Gemin. n. 11. Ioan. Andr. ad Specul. tit. de citat. §. viſo, verſ. pen. & in tit. de dilation. §. dilationum, verſ. ſed pone, Bald. in l. vlt. in princip. col. 2. verſ. ſed illud non eſt. C. de tempor. appell. & in l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſat. tutor. & in l. eos. §. ſin autem, col. 2. verſ. quæro autem an dies. C. de appellat. & conſ. 457. col. 3. vol. 1. & conſ. 461. vol. 3. & conſ. 357. col. 2. verſ. ſequitur,*

sequitur, vol. 5. Cast. cons. 42. num. 5. p. 3. Angel. cons. 404. in fin. Anch. cons. 413. in fin. Alex. cons. 42. col. 2. vers. reus, vol. 2. & cons. 77. col. vlt. vol. 7. Corn. cons. 259. col. vlt. lib. 1. & cons. 54. num. 2. vol. 2. Oldrad. cons. 49. num. 1. Bertran. cons. 121. num. 29. Ronchegal. in l. si ex duobus, num. 16. cum seqq. ff. de duobus reis, Tiraq. de retractu lign. §. 1. glos. 11. num. 51. cum seqq. Rebuff. ad l. 125. ff. de verbor. signif. vers. ab eo, pag. mihi 482. Cosin. in pragmat. Sanct. tit. de collat. §. videlicet, verb. A. pag. 251. Mandos. in reg. 19. Cancel. q. 18. num. 5. Azini. in praxi, p. 1. §. 17. cap. 6. vers. secundo loco, num. 1. Rot. decis. 710. num 4. p. 1. diuers. & decis. 705. num. 2. p. 2. diuers. Carthar. Ianuen. decis. 71. num. 8. Magon. Florent. decis. 8. num. 7. vers. & maximè si terminus, Polyd. Ripa in tract. singul. obseruat. obseru. 376. & in tract. de nocturno tempore, cap. 63. Octauian. Vulpel. de præposit. & aduerb. significat. sub hac dict. num. 6. pag. 2. Stephan. Gratian. Marchiæ decis. 124. num. 4. & discept. forens. cap. 161. num. 5. Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 2. collect. 389. Sigism. Scacc. de appellationib. q. 2. num. 57. Card. Tusch. practic. conclus. litt. A. concl. 1. num. 8. Cened. post lib. practic. & canonic. quæst. sing. 1. num. 1. nouissimè Grat. de dictionib. dict. 1. num. 1.

2 Verùm contrarium, imò quod dict. *A.* includat, tenent *Archid. in d. cap. statutum*, & alij citati à *Tiraq. d. glos. 11. num. 51. & 52. & à Cened. d. sing. 1. num. 2.*

3 Pro concordia igitur primò considerandum est, vbi non appareat de mente legis, quod aut statuti dispositio est odiosa, & tendens ad condemnationem, & pœnam, aut est fauorabilis absoluens, & in libertatem quodammodo redigens: nam in primo casu hæc dictio stat excluſiuè, in secundo verò includiuè, vt ex *Ioan. Ferrar. in sua praxi, in forma capituli quando testes producantur ad æternam rei memoriam*, tradit *Stephan. Gratian. d. cap. 161. num. 23.* & ex aliis explicat *Cened. d. sing. 1. n. 10.*

4 Vnde stante statuto, vt à pulsu campanæ de sero nullus incedat cum armis, vel vadat per vicos sub certa pœna, statutum illud est intelligendum post finitum pulsum campanæ, excluſiuè scilicet, quia tendit ad condemnationem, & pœnam: quando verò statutum dictat, vt à pulsu campanæ de mane quilibet possit incedere cum armis, vel exire, intelligitur, vbi cœpit pulsari campana, includiuè scilicet, quia est fauorabile, vt bene explicat *Stephan. Gratian. d. cap. 161. num. 23.*

5 In Regnis verò Castellæ per l. 6. tit. 6. lib. 6. nouæ Recopil. vt omnis dubitatio tollatur, expresè sancitum est, quod post pulsatam campanam quietis, arma non deferantur; ita etiam apud nostros Lusitanos cautum extat in Ordinat. Regia, lib. 5. tit. 79. in princip. vbi *Parens meus.*

6 Secundò considerandum est, quod quando dispositio, quæ tempus statuit, proponit per huiusmodi dictiones ex quo terminus incipiat, v. g. à die contractus, ab appellationis die, à die notificationis, tunc dies termini non computatur in termino; ita docent *Bald. cons. 457. num. 3. vers. si autem iungitur, lib. 1. Alex. cons. 114. col. 1. in fin. lib. 5. Rebuff. d. l. 1. vers. adeò, Gutier. practic. lib. 2. q. 154. num. 2. Flamin. Pariſ. de resignat. benefic. lib. 12. q. 8. num. 8. Octauian. Vulpel. sub hac dict. num. 6. Stephan. Gratian. d. decis. 124. num. 3. Card. Tusch. practic. conclus. tom. 2. litt. D. concl. 238. num. 10. Cened. d. sing. 1. num. 11. cum seqq.*

7 Tertiò considerandum est, quod quando apparet ex Iuribus, legem velle hanc dict. A. stare excluſiuè, tunc sumetur excluſiuè, vt *in l. pater. §. sexaginta. ff. ad legem Iuliam de adulter. & in cap. frequens, de restit. spoliat. lib. 6. & in cap. pia, vers. si quis igitur, de except. eod. lib. & in d. cap. statutum, Bald. cons. 457. col. 3. vers. dubitatur, vol. 1. Tiraquel. d. d. glos. 11. num. 42. Cened. d. sing. 1. num. 7.*

8 Quartò considerandum est, quod quando materia subiecta aliud postulauerit, vel natura contractus, aut mens disponentis, seu fauor, aut odium persuadeat, vel vt euitetur absurdum, seu correctio, stabit hæc dictio includiuè; ita *Tiraquel. d. glos. 11. num. 33. cum seqq. Rot. d. decis. 705. num. 3. Aloys. Ricc. d. collect. 389. Stephan. Gratianus d. cap. 161. num. 21. Card. Tusch. d. concl. 238. num. 8.* vbi *num. 9.* post *Bald. d. cons. 457. num. 3. vers. aut qualitercumque, lib. 1.* subdit, quod dictiones istæ semper includunt terminum à quo, quando iunguntur termino, qui ponitur includiuè, *Cened. d. sing. 1. num. 14.* vbi *num. 20.* subdit, 9 quod quando huiusmodi dictiones ponuntur in dispositione, vbi iungitur actus cum tempore, quod est de initio ipsius, tunc stant includiuè.

Quando dict. *A.* tempus, aut locum diuidit, 10 significat immediatum tempus, aut locum, vt si dicatur, à die, à fundo Titij, *d. l. si pater. §. sexaginta, Tiraq. in l. si vnquam, verb. postea, num. 20. Strach. in tractat. de assecurat. glos. 12. num. 2. Cened. d. sing. 1. num. 23.*

Dict. *A.* vel *Ab*, aliquando ponitur pro *Post. Cic.* 11 *pro Mil.* Centesima lux est hæc ab interitu P. Clodij. *Idem 3. de Orat.* Qui annus ei primus ab honorum perfunctione omnium consensu aditum ad summam auctoritatem dabat. *Idem de Senect.* Cuius à morte hic tertius & trigesimus est annus. Ex nostris *glos. in fin. in l. nemine. C. de decurionib. lib. 10. Tiraq. d. glos. 11. num. 55. Surd. decis. 282. num. 8. Stephan. Gratian. d. cap. 161. num. 6. Cened. d. sing. 1. num. 24.*

Interdum pro *Pro*, sumitur. *Cic. 1. de Orat.* Vide 12 ne hoc totum Scæuola sit à me, id est, pro me. *Idem in Brut.* Vt nemo contra ciuium perditorum popularem, turbulentámque dementiam à Senatu, & à bonorum steterit causa.

Sæpe locum, aut personam, vnde aliquid sumitur, 13 designat. *Cic. in Verr. 5.* Pecuniam numerauit ab ærario. *Idem pro Planco.* Sinite me, quod vobis fretus huic sæpe promisi, id à vobis ei persoluere. *Idem Attic. lib. 14.* A me hoc illi dabis, id est, sumes à me quod illi des.

Nonnunquam accipitur pro *Per*, vt tradit *Ioan.* 14 *Garc. de nobilit. glos. 6. num. 41. vers. septimo, in medio.*

Item ad tempus præteritum refertur, idque mul- 15 tis modis, scilicet, à puero, à pueritia. *Cic. 4. Academ. qq.* Diodoro quid faciam Stoico, quem à puero audiui? Ab ineunte ætate, à prima ætate, idem est quod à pueritia. *Cic. lib. 1. epist. 4.* A prima ætate me omnis ars, & doctrina liberalis, & maximè Philosophia delectauit. Ab adolescentulo, ab adolescentia, siue à prima adolescentia, idem penè est quod ab ineunte ætate. *Cic. pro Quinct.* Nam qui ab adolescentulo quæstum sibi instituisset sine imperio. *Idem lib. 1. epist. 9.* Refero me ad mansuetiores Musas, quæ me maximè, sicut à prima adolescentia, delectarunt.

Aliquando *A.* pro *De*, capitur. *Terent. in Adelph.* 16 A villa mercenarium vidi. *Vulpel. sub hac dict. pag. 3.*

Abhinc, & ablatiuo, & accusatiuo iunctum re- 17 fertur ad tempus præteritum. *Cic. 3. Verr.* Abhinc annis quatuordecim. *Idem pro Cornel. Bal.* Etenim si Cn. Pompeius abhinc annos quingentos fuisset. *Terent. in And.* Abhinc triennium. *Vulpel. sub hac dict. pag. 3.*

Ab re, id est, præter rem, sine causa. *Suet. in* 18 *August.* Non ab re fuerit subtexere, id est, non alienum à proposito, vel sine vtilitate, refert *Vulpel. sub hac dict. in fine.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*
2 *Negatiua, excluſiua, & ſeparatiua eſt dict.* Abſque.
3 *Incluſionem aliquando denotat dict.* Abſque.
4 *Carentiam omnimodã requirit dict.* Abſque.
5 *Statutum de dote lucranda, ſi vxor abſque filijs deceſſerit, prodeſt etiam quod cum vno tantùm decedat.*
6 Sine, *aliquando apud Comicos importat dict.* Abſque.

Abſque.

DICTIO II.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide *gloſſ. & Archid. in cap. non eſt noſtrum 23. quæſt. 5.* Doctores *in l. ſi res. ff. de except. Alberic. in dictionario, verbo, Abſque, Bertachin. in ſuo repertor. verbo, Abſque, Tiraquel. de retractu, tit. 1. §. 1. gl. 11. n. 79. Vulpel. de præpoſitionum, & aduerb. ſignificat. ſub hac dict. pag. 3. Cened. poſt lib. canonicarum & practicar. quæſt. ſing. 2. Grat. de dictionib. dict. 2. Turcellin. de particulis, cap. 2.*

2 Iſta dictio eſt negatiua, & excluſiua, ac ſeparatiua, *cap. qui generaliter*, vbi *Archid. num. 3. verſ. Abſque, de procuratorib. lib. 6.* & ibi *Ioa. Andr. num. 12 & Dominic. in verſ. quæro quæ ſit natura huius dict. Abſque, Coſm. in pragmat. Sanction. tit. de collationib. §. item inſuper, verſ. Abſque, Bald. in l. data opera, col. pen. num. 96. Vulpel. ſub hac dict. pag. 3. Cened. d. ſing. 2. n. 1.*

3 Aliquando etiam denotat incluſionem, vt *in cap. 2. de decim. lib. 6. cap. non eſt noſtrum. 23. quæſt. 5.* vbi *gloſſ. verbo, Abſque, Coſm. citato loco, Cened. d. ſing. 2. num. 2.* vbi *num. 4.* ſubdit videri ex prædictis, huiuſmodi dict. *Abſque*, ſecundum ſubiectam materiam accipiendam eſſe; & *num. 5.* addit, quod quando dict. *Abſque* præcedit negatiua, tunc ſtat incluſiuè, ſi verò iſta dictio ponatur ſimpliciter, & non præcedat negatiua, tunc ſtat excluſiuè.

4 Requirit etiam omnimodam carentiam, vt ait
5 *Bald. in l. 1. C. de condition. inſ.* dicens quod ſtatutum de dote lucranda, ſi vxor abſque filiis deceſſerit, prodeſt etiam quod cum vno tantùm decedat, refert *Vulpel. ſub hac dict. n. 3.*

6 Pro *Sine*, aliquando apud Comicos vſitatur hæc dictio, apud Oratores verò non ita. *Plaut.* Si abſque me fores. Itaque ſatius eſt dicere, ſine iniuria, quàm abſque iniuria, ſine vlla dubitatione, quàm abſque dubio.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctio copulatiua eſt regulariter dict.* Ac.
2 *Augmentatiuè venit dict.* Ac.
3 Ac, *appoſita inter duas orationes perfectas, non repetit in ſequenti qualitatem expreſſam in præcedenti.*
4 *Diſpoſitiuè pro*, id eſt, *aliquando accipitur dict.* Ac.
5 *Illatiuè aliquando ſumitur dict.* Ac.
6 *Similitudinem, ſeu comparationem denotat dict.* Ac.
7 *Ampliatiua de ſui natura eſt dict.* Ac etiam.

Ac.

DICTIO III.

1 REgulariter hæc dictio eſt coniunctio copulatiua, & ponitur pro, *Et, l. 2. §. & cùm placuiſſet. ff. de origine Iuris, l. ſi de lege. ff. de legib. l. libertas. §. fin. ff. de ſtatu hominum, l. 2. §. fin. Cod. de ſumma Trinit. Coſm. in pragmat. Sanction. in proœm. in §. quæ quidem, in verbo obſecrando, & in tit. de interdict. in diff. non pon. §. ſtatuit, in verbo Ac, Mandoſ. in gloſſ. facult. §. ac etiam, in verbo Ac, Vulpel. de præpoſit. & aduerb. ſignificat. ſub hac dict. pag. 4. Peregrin. conſ. 63. num. 4. lib. 3. Cened. poſt lib. canonic. & practic. quæſt. ſing. 16. num. 1.* & ideo dicitur venire augmentatiuè, *Pute. deciſ. 390.* 2 *lib. 3. in correctis.*

Appoſita tamen inter duas orationes perfectas, 3 non repetit in ſequenti qualitatem expreſſam in præcedenti, *Bart. in l. Seia. §. Caio, num. 3. ff. de fundo inſtructo, Pariſ. conſ. 38. n. 25. & ſeq. lib. 2.* & fuit dictum *in Romana pecuniaria 26. Maij 1627. coram R. P. D. Virili.*

Aliquando accipitur diſpoſitiuè pro, *Id eſt, l.* 4 *decernimus, & ibi gloſ. verb. Ac. C. de ſacroſ. Eccleſ. l. facultas. C. de fideiuſſor. lib. 10.* vbi *Luc. de Penna, Coſm. Mandoſ. & Cened. citatis locis.*

Aliquando hæc dict. accipitur illatiuè, *cap. 1. §* 5 *31. diſt. Coſm. in d. verbo Ac, fol. 214. Cened. d. ſing. 16. num. 3.*

Interdum accipitur ſimilitudinariè, & compa- 6 ratiuè, & denotat ſimilitudinem, ſeu comparationem, *Clem. 1. §. 1. de iudic. l. 1. C. de errorib. Aduocat. Mandoſ. in d. verbo Ac. fol. 140. Dec. conſ. 362. ante num. 1. Cened. d. ſing. 16. num. 4.*

Dict. *Ac etiam*, de ſui natura eſt ampliatiua, vt 7 per *Seraphin. deciſ. 562. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Fictionem importat dict.* Ac ſi.
2 *Similitudinem, ſed non per omnia denotat dict.* Ac ſi.

Ac ſi.

DICTIO IV.

1 FIctionem importat hæc dictio, vt ex *l. ſi alterius. ff. de hæredib. inſtit.* tradit *Paul. Montan. de tutel. & curis, cap. 37. num. 54.*

Denotat etiam ſimilitudinem, ſed non per omnia, 2 *l. ſi deferente. ff. quibus modis pignus.* & fingit factum, quod verè factum non eſt, *gloſ. in l. quamuis. ff. de bonis auctorit. Iud. poſſiden.* & fuit dictum *in Compſana Iuris patronatus 23. Ianuarij 1603. coram Litta*, impreſſa per *Farinac. deciſ. 58. num. 3. p. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Dominij tranſlationem importat verbum* Accipere.
2 Accipere, & Capere *differunt.*

Accipere.

DICTIO V.

1 IMportat hoc verbum dominij translationem, ex notatis per *Cald. Pereir. de empt. & vendit. cap.* 18. *num.*26.

2 *Accipere*, & *Capere* differunt, quia *capere* cum effectu dicitur, *accipere* verò etiamsi quis non sic accipit, vt habeat, ita ex *l. in aliud* 71. *ff. de verbor. signif.* vbi *Alciat.* colligit *Galganet. de different. indiuid. litt. C. num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*
2 *Variè sumitur dictio* Ad.
3 *Inclusiuè aliquando accipitur dictio* Ad.
4 *Tempus, numerum, vel actum, cui adiicitur, includit dictio* Ad.
5 *Vicinitatem, non intrinsecitatem nonnunquam importat dictio* Ad.
6 *Causam finalem interdum denotat dictio* Ad.
7 *Conditionem quandoque importat dictio* Ad.
8 *Modum facit dictio* Ad, *quando adiicitur ad aliquid explicandum per honorarium, aut per alium.*
9 *Perfectionem actus designat dictio* Ad *in compositione.*
10 *Iuxta, seu Supra, importat nonnunquam dictio* Ad.
11 *Insultum factum ad domum dicitur, siue fiat prope domum per duos, vel tres pedes, siue in porticu annexa domui.*
12 Post *Dictio* Ad *importat.*
13 Valdè.
14 Intus.
15 Apud, *cùm refertur ad locum.*
16 Contra.
17 Circiter.
18 Præ, *in comparatione.*
19 Secundùm.
20 Vsque ad, *cùm ad tempus refertur.*
21 *Inclusiua, & implicatiua est dictio* Ad.
22 Ad diem, *significat præstitutum tempus.*
23 Ad summum, *vel ad tempus, vel ad numerum refertur.*

Ad.

DICTIO VI.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Doctores *in l. non putabam. ff. de cond. & demonstr. & in l. qui filium, §. vlt. vers. ad annum, ff. ad S.C. Trebell. & in l. quidam Hiberus*, vbi *glos. verb. ad parietem. ff. de seruit. vrbanorum prædior.* Bertachin. *in suo Repertorio, verb. Ad. Mandos. in glos. facult. §. ac etiam, in verb. Ad, fol.* 255. Tiraq. *de retractu, tit.* 1. *glos.* 1. *§.* 11. *num.* 67. Vulpell. *de præpos. signific. sub hac dict. pag.* 4. *&* 5. Tursellin. *de particulis, cap.* 4. Gratian. *de dictionib. dict.* 4. Cened. *post lib. pract. & canon. quæst. singul.* 49. Card. Tusch. *tom.* 2. *litt. D. conclus.* 239.

2 Variè sumitur hæc dictio, vt referunt Tiraquel. *d. num.* 67. & Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 12. §. 1. *num.* 31. Aliquando enim accipitur inclusiuè; vt per 3 Oldrad. *cons.* 49. *num.* 6. Tiraquel. *d. glos.* 11. *num.* 67. Mandos. *in d. verbo Ad*, Cened. *d. sing.* 49. *num.* 1. Et ita 4 includit tempus, numerum, vel actum, cui adiicitur, Cic. *pro Cecin.* Cum amicis ad diem veni in castellum. *l.* 3. *§. qui habebat. ff. de seruit. rustic. prædior. l. qui duos. §.* 1. *ff. de manumiss. testam.*

Nonnunquam importat vicinitatem, non intrinsecitatem; ideò si quis probat possedisse fossatum 5 vsque ad aliam ripam, non includit ripam, quia est captiosa; & dubia probatio contra probantem interpretatur; ita post Alex. *cons.* 54. *incip. Viso processu, num.* 8. *& seq. lib.* 5. tradit Card. Tusch. *d. conclus.* 239. *num.* 1. & Alex. Referunt, & sequuntur Vulpel. *sub hac dict. num.* 1. & Rota *in Theatina iurisdictionis S. Ioannis* 17. *Iunij* 1613. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, impressa per Farinac. *decis.* 509. *num.* 5. *p.* 1. *recent.*

Quandoque denotat causam finalem, Menoch. 6 *cons.* 352. *num.* 1. *&* 2. Socin. Iun. *cons.* 48. *num.* 2. *vol.* 3. Mandos. *in reg.* 34. *Cancellar. q.* 66. *num.* 35. Gonzal. *d. glos.* 12. §. 1. *num.* 30. Cened. *d. sing.* 49. *num.* 8.

Interdum importat conditionem, ideò si pro- 7 mitto tibi centum ad arbitrium boni viri, censetur obligatio sub conditione si Iudex, vel bonus vir declarauerit, & ante declarationem nihil debetur; ita post Alex. *cons.* 72. *incip. Viso processu, in fine, vers. & illa verba, lib.* 5. tradit Card. Tusch. *d. conclus.* 239. *num.* 2. vbi *num.* 3. subdit, idem esse dicendum, si promitto tibi dare decem ad voluntatem meam, quia intelligitur, si voluero, & sic sub conditione.

Quando adiicitur ad aliquid explicandum per 8 honorarium, aut per alium, facit modum; *l. quibus diebus, §. Termilius*, ibi, *ad monumentum. ff. de cond. & demonstr.* Quando verò pendet ex viribus fortunæ, facit conditionem, *l. si vir*, ibi, *ad tempus*, vbi *glos.* & Bart. *ff. eodem tit.* Ita colliges ex tradit. per Garganet. *de cond. & demonstr. p.* 2. *cap.* 3. *q.* 4.

In compositione perfectionem actus designat; 9 Oldrad. *cons.* 49. *col.* 2. *in fine*, Felin. *in cap. cum vigesimum, post num.* 7. *vers. si dicatur, de offic. deleg.* Mandos. *in glos. facultat. §. etiam. in vers. Ad, & in regu.* 34. *Cancellar. q.* 66. *num.* 3. Cened. *d. sing.* 49. *num.* 4.

Primò hæc dictio nonnunquam accipitur pro 10 *Iuxta*, vel *Supra*, vt *in d. l. quidam Hiberus*, vbi *glos. verb. ad parietes*, exponens verbum illud dicit, id est, supra parietem, vel, id est, nimis prope parietem, Alex. *in l. si cui legetur, num.* 3. *ff. de leg.* 1. Petr. Enriq. *opusc.* 2. *lit. A. ante num.* 1. Cened. *d. sing.* 49. *num.* 2. Vulpel. *sub hac dict. num.* 2. vbi post Tiraq. facit differentiam inter *Ad*, & *In*, quia ire ad theatrum, est ire ad locum theatro proximum: & ire in theatrum, est intrare theatrum, & *num.* 3. *cum seqq.* subdit, 11 insultum factum ad domum dici, siue fiat prope domum per duos, vel tres pedes, siue in porticu annexa domui, siue in pertinentiis domus.

Secundò sumitur etiam pro *Post*, Cic. *Attic. lib.* 11. 12 Nescio quid interfit, vtrùm nunc veniam an ad decem annos. Idem *Attic. lib.* 2. *epist.* 22. Num Sansacerani merita in patriam ad annos sexcentos maiora viderentur, quàm nostra. Text. *in l. qui duos, ff. de manumiss. testam. & in l. militis codicillis*, & ibi glos. *verb. ad testamentum*, vbi Bart. & Bald. *ff. de testam. militis*, Tiraq. *d. glos.* 11. *num.* 67. Cened. *d. sing.* 49. *num.* 6.

Tertiò etiam accipitur pro *Valdè*, glos. & Bald. 13 per text.

per ext. ibi, *in d. l. non putabam*, Felin. *in d. cap. cùm vigeſimum*, poſt *num.* 7. Gonzal. *d. gloſ.* 12. §. 1. *num.* 30.

14 Quartò etiam accipitur pro *Intus*, vt in rubro, & in nigro, *C. de iis, qui ad Eccleſias confugiunt*, id eſt, intus Eccleſias.

15 Quintò etiam pro *Apud*, refertur ad locum, Cic. 4. *Verr.* Ad vrbem cùm eſſet, audiuit. Idem *Attic. lib.* 1. *epiſt.* 2 Signa, quæ nobis curaſti, ea ſunt ad Caietam expoſita. Idem *pro Celio*: Habet horros ad Tiberim.

16 Sextò ponitur etiam pro *Contra*, Cic. *lib.* 1. *de diuin.* Mirati licet quæ ſint animaduerſa à Medicis herbarum genera, quæ radicum ad morſus beſtiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. Idem *lib.* 2. *epiſt.* 18. Niſi deſperatione rerum obduruiſſet animus ad dolorem nouum. Text. *in l.* 1. iuncta *gloſ.* 1. *ff. an per alium cauſa appellationis reddatur*, *l. commiſſa*, & ibi gloſ. *verb. ad heredem*, id eſt, contra heredem, *ff. de publican. & vectigal. l. item apud Labeonem*, *verſ. proinde ſi quis ad domum ſuam*, *ff. de iniuriis.*

17 Septimò etiam pro *Circiter* accipitur, Cic. *ad Qu. Fratr. lib.* 2. *epiſt.* 1. Sanè frequentes fuimus ad ducentos. Idem *ad Attic.* Homines ad quindecim Curioni aſſenſerunt, nullum ſenatuſconſultum facienti.

18 Octauò etiam pro *Præ*, in comparatione vſurpatur, Cic. *de Orat.* Sed nihil ad Perſium. Idem *de legib.* Nihil ad Cælium, ſed potiùs ad antiquorum languorem, & inſcitiam. Terent. *in Eunuc.* Sed nihil ad noſtram hanc.

19 Nonò etiam pro *Secundùm* ponitur, Cic. *de Amicit.* Omnia ad voluntatem loqui, nihil ad veritatem. Idem *in Orator.* Ad arbitrium, & nutum auditorum totum ſe fingit, & accommodat.

20 Decimò pro *Vſque ad*, ſæpe tempus ſignificat, Cic. *Attic. lib.* 13. Multus ſermo ad multam diem. Idem 2. *Philippic.* Perpotauit ad veſperam.

21 *Ad minus*, dictio eſt incluſiua, & implicatiua, Azeued. *l.* 38. *num.* 2. *tit.* 6. *lib.* 3. *Recopil.*

22 *Ad diem*, ſignificat præſtitutum tempus, Cic. *pro Roſcio Amerin.* Opinor eſſe in lege, quam ad diem proſcriptiones, venditionéſque fiant, nimirùm ad Kalendas Iunias. Idem 4. *Verr.* Quando illa frumentum, quod debebat, ad diem non dedit.

23 *Ad ſummum* vel ad tempus, vel ad numerum refertur. Cic. *pro Milon.* Quatuor, ad ſummum quinque, ſunt inuenti. *Ad ſummam*, idem quod in ſumma. *Ad extremum, ad poſtremum, ad vltimum*, pro *denique* vſurpantur.

SVMMARIVM.

1 Valdè, *ſeu* Multùm, *aliquando importat dictio* Adeò.

2 *Declaratiua, & continuatiua eiuſdem qualitatis eſt dictio* Adeò.

Adeò.

DICTIO VII.

1 HÆc dictio pro *Valdè* vſurpatur. Virgil. *Georgic.* Multa adeò meliùs gelida ſe nocte dedere. Et Terent. pro *Multùm* accipit. Adoleſcentem adeò nobilem, refert Vulpell. *de præpoſ. ſign. ſub dict. Ad. poſt num.* 14.

2 Declaratiua, & continuatiua eſt eiuſdem qualitatis, *l. iuris gentium*, §. *adeo. ff. de pactis*, Gabr. *conſ.* 111. *num.* 19. 22. & 24. *lib.* 1. Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 103. *num.* 16. vbi hoc intelligit, quando eſt iuncta cum dict. *Quod.*

SVMMARIVM.

1 *Reſtrictiua eſt dictio* Ad hoc, *& modum reſpicit.*

2 Ad hoc, *denotat idem quod* ad effectum eorum, quæ ſequuntur.

3 Iuxta hoc, *ſeu* Secundùm hoc, *importat dictio* Ad hoc.

Ad hoc.

DICTIO VIII.

1 EST dictio reſtrictiua, & modum reſpicit, *l. quibus diebus*, §. *Termilius*, vbi Bart. *ff. de cond. & demonſtr.* Alciat. *conſ.* 5. *in princip. lib.* 9. *in ſecunda impreſſ.* Vulpell. *de præpoſit. ſignific. ſub dict. Ad*, poſt *num.* 14.

2 Denotat idem quod *ad effectum eorum, quæ ſequuntur*, vt *in cap.* 1. *in princip. de ſequeſtr. poſſeſſ.* & *in cap. ad hoc*, 89. *diſt.* Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *volentes, in verb. ad hoc, fol.* 175. Cened. poſt *lib. pract. & canon. quæſt. ſingul.* 49. *num.* 11.

3 Item accipitur, id eſt, *Iuxta hoc*, ſeu *ſecundùm hoc*, *l. iubemus*, §. *ad hoc*, & ibi Luc. de Penna exponit *ad hoc*, id eſt, *iuxta hoc*, *C. de ſilentiar. lib.* 12. Bart. *in Extrauag. ad reprimen. in verb. ad hoc*, Cened. *d. ſing.* 49. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Tempus reſpicit tum præſens, tum etiam futurum dictio* Adhuc.

2 *Præterea aliquando importat dict.* Adhuc.

3 Adhuc, *in quo differat ab* Hactenùs.

Adhuc.

DICTIO IX.

1 AD tempus refertur tum præſens, tum etiam futurum, Cic. 1. *Verr.* Eſt adhuc non Verres, ſed P. Mutius. Idem *lib.* 2. *de diuin. in princip.* Adhuc hæc erant. Idem *lib.* 6. *epiſt.* Tamen adhuc non feci. Idem *lib.* 7. *epiſt.* Me adhuc non legiſſe turpe eſt.

2 Interdum pro *Præterea* vſurpatur, Cic. *de amicit.* Niſi ſi quid adhuc fortè vultis.

3 In hoc autem differt *Adhuc* ab *Hactenùs*, quia *adhuc* de tempore vſurpatur, *hactenùs* de re accipitur, & ideò minùs rectè dicitur: Hactenùs ita ſenſi, quàm, Adhuc ita ſenſi, vt per Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Ad*, poſt *num.* 14.

Adiudicare.

DICTIO X.

HOc verbum propriè pertinet ad iudicia diuiſoria, *l. item Labeo, in princip. ff. famil. herciſc. gloſ. in l. ſed eſt res, ff. de publ. in rem act*, quam dicit notabilem Iaſ. *in* §. *quædam, Inſtit. de action. in* 1. *col.* refert Petr. Henriq. *opuſc.* 2. *lit. A in fine.*

Adiudicare, & abiudicare, differunt, ex adductis per Galganet. *de different. indiuiduorum, litt. A. n.* 37.

Admodum.

DICTIO XI.

1 DIcitur quasi ad modum, ac proinde significat *Satis*, aut *Valdè*; quia ad modum quod est, satis est. Cic. 6. *Verr.* Erat admodum amplum, & excelsum signum cum stola. Idem *de Amicit.* Parui admodum familiares. Idem *in Brut.* Nam planè quidem perfectum, & cui nihil admodum desit. Refert Tursellin. *de particul. cap.* 7.

Admoneo.

DICTIO XII.

1 VErbum hoc non inducit mandatum, *l. idémque, §. si quis ea quæ, ff. mandati.* Nicol. Mozz. *de contract. tit. mandati, cap. de substantialibus mandati, num.* 9.

Aduersus.

DICTIO XIII.

1 COmponitur hæc dictio ex *Ad*, & *versus*, quod idem sonat quod *Erga*. Cic. *lib.* 1. *de natur. Deor.* Pietas, & iustitia aduersus Deos. idem *lib.* 1. *Offic.* Adhibenda est reuerentia quædam aduersus homines. Interdum pro *Contra* vsurpatur. Cic. 1. *in Verr.* Pecuniæ conciliatæ aduersus leges, aduersus Rempubl. Idem *Attic. lib.* 14. Non contendam aduersus te, si duriorem te præbes.

SVMMARIVM.

1 *AEqualitatem vocationis aliquando non significat dictio* Æqualiter, *sed distributionem inter vocatos.*

2 Æqualiter, *id est, eodem tempore, quandoque interpretamur.*

3 *Dictio* Æqualiter *multum importat in successione hæreditaria.*

Æqualiter.

DICTIO XIV.

1 DIctio hæc idem sonat, quod *Æquè*, de qua infrà; aliquando tamen non significat æqualitatem vocationis, sed distributionem inter vocatos, vt veniant in capita, non in stirpes, *arg. l. libertus, §. præterito, in fine ff. de bonis libert.* Albert. Brun. *cons.* 72. *post med.* Tiraquel. *de retractu lign.* §. 11. *glos.* 6. *num.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 774. *num.* 51.

2 Interdum non denotat, quòd pariter vocentur instituti; sed interpretamur *Æqualiter*, id est, eodem tempore, Bart. *in l. si finita, §. si autem, num.* 1. per illum text. *ff. de damno infecto*, vbi infert ad concordiam testium, Rom. *cons.* 301. *vers.* 5. Oldrad. *cons.* 178. Ias. *in l. æquè, in princip.* & ibi Gomez. *num.* 8. *Instit. de action.* Tindar. *in tract. de testib. p.* 2. *cap.* 7. *num.* 5.

Et ita dictio *Æqualiter* multum importat in successione hæreditaria, Paris. *cons.* 38. *num.* 81. *vol.* 2. refert Cened. post *lib. pract. & canon. quæst. sing.* 77. *num.* 4. 3

SVMMARIVM.

1 Æquè *ab æquo dictum, interdum absolutè ponitur.*

2 *Distributiua est dictio* Æquè, *adeò vt si instituti sint filij fratris, & Titius æquè, quilibet eorum in virilem admittatur.*

3 *Casus aliquando non æqualiter coniungit dictionem* Æquè, *sed cum disparitate.*

4 *Parificare in totum non solùm in qualitate, sed etiam in substantia est de natura dictionis* Æquè.

AEquè.

DICTIO XV.

ADuerbium hoc ab æquo dictum est, interdum absolutè ponitur, Cic. *lib.* 5. *epist.* 21. Tamen nemo erat, quicum essem libentiùs, quàm tecum; & pauci, quibuscum æquè libenter. Sæpe cum *Ac*, vel *Atque* coniungitur, Cic. *de amicit.* Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis æquè, ac tu ipse gauderes? Idem *lib.* 13. *epist.* 43. Sed me colit, & obseruat æquè, atque illum ipsum patronum suum. Nonnunquam cum *Et*, vel *Vt* annectitur, Cic. *Philippic.* 2. Possúmne igitur in Antonij latrocinio æquè esse, vt hi, &c. Idem *pro domo*, Itaque libentissimè prædicabo Cn. Pompeium studio, & auctoritate æquè vt vnumquemque veterum pro salute mea laborasse. 1

Distributiua est hæc dictio, adeò vt si instituti sint filij fratris, & Titius æquè, quilibet eorum in virilem admittatur, ac si omnes nominati essent, *l. interdum, ff. de hæred. instituen.* Panorm. *in cap. Raynutius, num.* 5. & ibi Bero. *num.* 90. *de testam.* Dec. *cons.* 382. *num.* 2. *tom.* 2. Alex. *cons.* 55. *num.* 3. *vol.* 4. Cened. post *lib. pract. & canon. quæst. singul.* 77. Vulpel. *sub hac dict. pag.* 30. Grat. *de dictionib. dict.* 8. *num.* 1. 2

Aliquando tamen non æqualiter coniungit casus, sed cum disparitate, vt per Bart. *in l. si finita, §. si ante, num.* 1. *ff. de damno infecto.* Rom. *cons.* 301. *vers.* 5. Gom. *in §. æquè, num.* 8. *Instit. de action.* Alex. *cons.* 55. *num.* 3. *vol.* 4. Cened. *d. sing.* 77. *num* 3. 3

Natura huius dictionis est in totum parificare non solùm in qualitate, sed etiam in subsstantia, & effectu, *l. inuitus, ad fin. ff. de fideicom. libert. l. interdum, ff. de hæred. instituend. l. legata inutiliter, in fine, ff. de leg.* 1. *l. fideicommissa, §. sic fideicommissum, in fine*, iuncta glos. *verb. æquè, ff. de leg.* 3. Corn. *cons.* 75. *num.* 24. & *cons.* 240. post *num.* 4. *vol.* 1. Gom. *in d. §. æquè, num.* 8. Mandos. *in glos. facult. §. & in ipsa, in verb æque, fol.* 291. Alex. *cons.* 170. *col.* 1. *vol.* 5. quos refert Cened. *d. sing.* 77. *num.* 1. 4

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

2 *Formam, & solemnitatem inducit dictio* Alias.

3 *Conditionem aliquando importat dictio* Aliàs.

4 *Interpretatur interdum dictio* Aliàs, *id est, alio casu.*

5 *Excluſiuè quandoque ponitur dictio* Aliàs.

6 *Loci aduerbium eſt dictio* Aliàs, *& ſignificat idem, quod alio loco.*

7 *Temporis aduerbium eſt dictio* Aliàs, *& ſumitur pro* aliquando, *vel* alio tempore.

8 *Qualitatis aduerbium eſt dictio* Aliàs, *& ponitur pro* aliter, *vel* alio modo.

9 *Diminutionem aliquam requiſiti videtur operari dictio* Aliàs.

10 *Dictio* Aliàs *non ſemel iteratur.*

11 *Excludere vitium, vel qualitatem, cui adiungitur, & alia includere, eſt in natura dict.* Aliàs.

Aliàs.

DICTIO XVI.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Bart. *in l. 1. ff. de cond. & demonſtr. num. 12.* Mandoſ. *ad reg. 27. Cancellar. de non indicando iuxta formam ſupplicationis, q. 19. num. 4.* Rebuff. *in Concord. rubr. de reg. nomin. §. monaſterium, in verb. Aliàs,* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub hac dict. pag. 7.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 14. num. 84. & ſeq.* Tuſch. *tom. 2. lit. D. concluſ. 241.* Cened. poſt *lib. pract. & canon. quæſt. ſingul. 62. num. 4. & 5.* Turſellin. *de particul. cap. 12. à num. 7.* Grat. *de diction. dict. 9.*

2 Formam, & ſolemnitatem inducit hæc dictio, *l. de his,* vbi Bart. *ff. de tranſact.* Tiraq. *de retract. conu. §. 4. gloſ. 7. num. 14.* Chaſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 3. verb. Autrement, num. 1.* Et interpretatur aliter, vel alio modo, quàm expreſſo, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 49. num. 2. & 3.*

3 Aliquando importat conditionem, ſicut dictio *Alioquin,* vt *in l. diuortio, circa princip.* & ibi gloſ. *verb. aliàs, ff. de negot. geſtis, l. aliàs, ff. de iureiuran.* Bart. *in l. 1. verſ. 5. ff. de cond. & demonſtr.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 8. gloſ. 6. num. 1.* Capra *conſ. 72. num. 19.* Grat. *conſ. 14. num. 1. & 4. vol. 2.* Socin. *conſ. 51. num. 9. vol. 1.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc. 2. dub. ſub num. 1.* Vulpell. *ſub hac dict. num. 1. pag. 7.* Cened. *d. ſing. 62. num. 4.*

4 Interdum interpretatur, id eſt, *Alio caſu,* vt *in l. qui teſtamento, §. mulier teſtimonium, ff. de teſtamen.* Mantic. *deciſ. 316. num. 1. in fine.*

5 Quandoque ponitur excluſiuè, Cened. *d. ſingul. 62. num. 5. in princip.*

6 Nonnunquam eſt aduerbium loci, & ſignificat idem quod *Alio loco,* vt *in l. adeò, 7. §. quòd ſi toto, ff. de acquir. rerum dominio.*

7 Item eſt aduerbium temporis, & ſumitur pro *aliquando,* vel *alio tempore,* vt *in l. dicere, ff. de arbitr. & in l. 3. ff. de condict. ſine cauſa.*

8 Item eſt aduerbium qualitatis, & ponitur pro *aliter,* vel *alio modo,* vt *in l. denique, §. vtrum, ff. de pecul. leg. l. 1. §. illud, ff. de aqua quotid. & eſt.* Chaſſan. *d. §. 3. verſ. Autrement, num. 1.* Caputaquen. *deciſ. 210. num. 5. p. 1.* Corn. *conſ. 160. num. 4. vol. 4.* Honded. *conſ. 70. num. 32. vol. 2.* Cened. *d. collect. 62. num. 5. in fine.*

9 Item videtur operari aliquam requiſiti diminutionem, Seraphin. *deciſ. 968. num. 5.*

10 Non ſemel hæc dictio iteratur, Cic. *lib. 2. de Finib.* Nemo poteſt aliàs beatus eſſe, aliàs miſer. Idem 3. de Orat. Ornamentis ferè eiſdem vti licebit aliàs contentiùs, aliàs venuſtiùs. Idem 3. *in Verr.* Aliàs reuocabat, aliàs decernebat.

11 Natura huius dictionis eſt excludere vitium, vel qualitatem, cui ádiungitur, & alia includere, gloſ. *magna, circa med. in Clem. quod vni, de elect.* Gemin. *conſ. 88. col. pen. verſ. natura enim,* Card. Tuſch. *d. lit. D. concl. 241.* Caroc. *deciſ. ſeu caſu 56. num. 31.* Mareſcot. *var. reſol. lib. 2. cap. 18. num. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

2 *Aduerſatiua conditionalis eſt dictio* Alioquin, *eiuſdem ferè naturæ, quod dictio* Aliàs.

3 *Relatiua eſt dictio* Alioquin, *& refertur ad omnes qualitates expreſſas in præcedentibus.*

4 *Alternatiuæ vim habet dictio* Alioquin.

5 *Comminatoria eſt dictio* Alioquin, *& inducit nullitatem ipſo iure.*

6 *Matrimonio, vel alteri ſubſtantiæ, quæ non admittit conditionem, quando adiicitur dictio* Alioquin, *nihil operatur.*

Alioquin.

DICTIO XVII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Bertachin. *in Repert. Iuris, verb. Alioquin,* Alberic. *in ſuo Dictionario, eodem verb.* Gom. *in §. in perſona, num. 12. Inſtit. de act.* Tiraq. *de retractu, tit. 1. §. 8. gloſ. 6. num. 1. & 2.* Rebuff. *in Concord. rubr. de Regia, ad Prælatos nominatione, §. monaſteriis, in verb. Alioquin,* Ozaſc. *deciſ. 145. num. 5.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. Aliàs,* poſt *num. 2. pag. 8.* Cened. poſt *lib. pract. & canonic. quæſt. ſingul. 3.* Grat. *de dictionib. dict. 11.* Card. Tuſch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concluſ. 242.*

2 Eiuſdem ferè naturæ eſt, quæ dictio *Aliàs,* ac proinde eſt aduerſatiua conditionalis, id eſt, ſi non facta fuerint prædicta; ponitúrque aduerſatiuè ad præcedentia, *l. diuortio, in princip. ff. de negot. geſtis, l. aliàs,* iuncta gloſ. *ff. de iureiuran.* Tiraq. *d. gloſ. 6. num. 1.* Socin. *conſ. 51. num. 9. vol. 1.* Mandoſ. *reg. 22. Cancellar. q. 6. num. 5. & regul. 34. q. 81. num. 1.* Cæſ. de Graf. *deciſ. 143. num. 14. de fideiuſſ.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc. 2. poſt num. 1.* Vulpell. *citato loco,* Cened. *d. ſingul. 3. num. 1.*

3 Relatiua eſt hæc dictio, & refertur ad omnes qualitates expreſſas in præcedentibus, vt ſentit gloſ. *verb. alioquin, in cap. vt circa, de elect. in 6.* & ibi Archid. *num. 4. in verſ. alioquin.* Cened. *d. ſingul. 3. num. 4.* vbi *num. 5.* ſubdit, quia ex quo eſt relatiua, debet referri ad qualitates expreſſas, & non ad alias non expreſſas.

4 Item ſonat in alternatiuam, gloſ. *verb. ſi verò dubia, in cap. ex parte 1. de verbor. ſignif.* Bald. *conſ. 245. in fine, lib. 2.* Rota *in Corduben. præſtimonior. 5. Maij 1617. coram Card. Sacrato.*

5 Dictio hæc eſt comminatoria, & inducit nullitatem ipſo iure, Creſcen. *deciſ. 8. num. 3. de præben.* Rot. *in Elboren. fructuum 20. Martij 1615. coram*

Andreæ, impressa per Farinac. decis. 665. num. 2. Si Iudex tamen dicat: Mando tibi, quòd venias tali die, vel quòd talem cites, alioquin te noueris excommunicatum; non veniens, vel non citans non est excommunicatus, quia necessaria est sententia declaratoria, secundùm Vital. de Lamb. *in tract. de clauss. pag. 5. col. 2.*

6 Non operatur verò, quando adiicitur matrimonio, vel alteri substantiæ, quæ non admittit conditionem, vt post Calder. *cons. 460. circa med. vers. nec obstat, aliàs cons. 3. de sponsal.* tradit Card. Tusch. *à lit. D. conclus. 242. num. 2.*

Aliquandiu.

DICTIO XVIII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Doctores *in cap. 1. de restit. spol. lib. 6.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. omnia, C. de reuocand. donat.*

2 Interpretatur, id est, *per aliquantulum tempus, cap. constitutus, de eo, qui mittitur in possess.* Recipit tamen moderationem arbitrio Iudicis, *l. 1. ff. de iure deliberandi*, Anchar. *in cap. 2. de restit. spol.* De stylo verò Curiæ importat tempus quadraginta dierum, vt post Gemin. *cons. 78. num. 5. in fin. vers. nec obstat*, tradit Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. conclus. 270.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

2 Coram *aliquando importat dictio* Aliquando.

3 Vnquam *nonnunquam significat dictio* Aliquando.

Aliquando.

DICTIO XIX.

1 DE hac dictione vide Rebuffum *ad l. interdum, 78. vers. idem, de dict. Aliquando, ff. de verbor. signific. pag. mihi 361.* vbi asserit, hanc dictionem importare exceptionem, per text. *in l. aliquando, ff. ad Velleianum, & in l. Stichum, §. aditio, ff. de solution.*

2 Significat idem quod *Coram*, vt ex Ias. *in l. 1. num. 93. ff. de acquir. possess.* tradit Petr. Enriq. *resp. opusc. 2.* post *num. 1.*

3 Quandoque hæc dictio ponitur pro *Vnquam*, Cic. *pro Cœlio:* Quis ciuis meliorum partium aliquando? Idem 1. *Academic. quæst.* Num hæc ex vllo audiuisti aliquando? Idem *lib. 6. epist. 6.* Veritus sum deesse Pompeij saluti, cùm ille aliquando non defuisset meæ. Persæpe pro *Tandem* vsurpari solet, Cic. 3. *Verr.* Et aliquando miseremini sociorum, Iudices. Idem *de Aruspi.* Sit discordiarum finis aliquando.

Aliquatenus.

DICTIO XX.

1 DE hac dict. vide Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, à num. 224. C. de reuocand. donat.* vbi *num. 225.* post Rebuff. subdit, hanc dictionem esse latæ sententiæ.

Significat idem quod *In minimo*, vel *Nullatenus*, 2 *cap. super eo, 2. de testib.* Cresc. *decis. 9. de appell.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub hac dict. pag. 8.* Paris. *cons. 58. num. 34. vol. 4.* vbi declarat text. *in d. cap. super eo*, dum habet, Non esse aliquatenus testem admittendum, vt intelligatur: id est, nec in minimo quidem illi credendum.

SVMMARIVM.

1 *Modica in quantitate verificatur dictio* Aliquid, *& ad quid minimum refertur.*

2 *Dictio* Aliquid *accipitur secundùm subiectam materiam.*

Aliquid.

DICTIO XXI.

HÆc dictio *Aliquid* regulariter verificatur in 1 modico, & ad quid minimum refertur, *l. si seruum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæred.* glos. *verb. earum parte, in Clem. 1. de foro compet.* Bart. *in d. l. si seruum*, Tiraq. *in l. si vnquam, verb. omnia, num. 14.* Dec. *in l. is apud quem, num. 46. C. de eden.* Dec. *in l. conditiones, num. 9. cum seqq. C. de pactis*, Couar. *lib. 2. var. cap. 16. num. 5. vers. sed quod loquutio*, Dec. *cons. 456. num. 3. tom. 2.* Aym. *de antiq. tempor. p. 4. §. transeo nunc ad quartam partem, num. 154. & cons. 135. num. 29. & cons. 308. num. 4.* Natt. *cons. 125. num. 6. vol. 1. & cons. 481. num. 11. tom. 3. & cons. 525. num. 6. & cons. 648. num. 8. tom. 4.* Grat. *cons. 9. num. 68. & cons. 114. num. 20. lib. 1.* Dec. *cons. 456, num. 3. tom. 2.* Alex. *cons. 102. col. 2. lib. 6.* Menoch. *remed. 14. recuperandæ possess. num. 4. & 8. & cons. 17. num. 29. & cons. 4. num. 18. & cons. 35. num. 9. & cons. 178. num. 29. & cons. 332, num. 2.* Ruin. *cons. 60. num. 3.* Mandos. *in reg. de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 4. num. 5.* Rebuff. *in compendio alienation. rerum Ecclesiæ, num. 58.* Strach. *de mercat. p. 1. num. 82.* Gom. *in §. pœnales, num. 3. & 4. Instit. de act.* Gutier. *canonicar. lib. 2. cap. 13. num. 2.* Brun. à Sole *verb. dictio, 4. & 39.* Paris. *de confident. benef. q. 34. num. 54.* Surd. *decis. 283. num. 8. & cons. 383. num. 12. & cons. 524. num. 8.* Bertazol. *de clausulis instrum. clauss. 14. glos. 3 & clauss. 26. glos. 12. num. 1.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 61. num. 21.* Franc. à Sousa *in comment. ad tit. ff. de pactis, art. 2. q. 2. num. 6.* Stephan. Gratian, *discept. forens. tom. 3. cap. 509. num. 35.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, p. 1. cap. 9. num. 54. ff. de iustit. & iure*, Pic. *ad statuta vrbis, glos. 19. num. 2.* Petr. Enriq. *respon. opusc. 2.* post *num. 1.* Marescot. *var. resol. lib. 2. cap. 25. num. 11.* Anton. Monach. Floren. *decis. 50. num. 18.* vbi subdit, quòd plus operatur, quàm signum vniuersale. Cened. post *lib. practic. & canon. quæst. singul. 5. num. 1.* vbi *num. 2.* subdit, quòd non semper ita dictio verificatur in minimo, & citat Gom. *in §. pœnales, num. 3. & 4. Instit. de act.* Et verius credit, huiusmodi dictionem *Ali-* 2 *quid* accipiendam esse secundùm subiectam materiam, vt secundùm ipsam aliquando verificetur in minimo, aliquando verò secundùm quod subiecta materia dictauerit, & *num. 5.* post *addit. marginal.* & Panorm. *in cap. pastoralis, num. 9. de offic. delegati, in lit. E.* asserit, istam dictionem quandoque non partem, sed totum significare.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalis eſt dict.* Aliquis, *& comprehendit omnem ſpeciem.*
2 *Diſtributiua eſt, & diuerſitatem ſupponit dict.* Aliquis.
3 *Vniuerſitatem non comprehendit dict.* Aliquis, *cùm ad perſonas ſingulares referatur. & n.* 9.
4 *Diſtributionem in ſingula parte importat dict.* Aliquis.
5 *Subſtitutioni ſi apponatur dict.* Aliquis, *omnes comprehendit, & in ſingulos diſtribuit.*
6 *Affirmatiuè ſi ponatur dict.* Aliquis, *non ponit totum de genere.*
7 *Negatiuè ſi ponatur dict.* Aliquis, *totum dicit, & æquipollet vniuerſali negatiuæ.*
8 *Perſonas omnes comprehendit dict.* Aliquis, *abſque vlla diſtinctione.*
10 *Plurali numero æquipollet dict.* Aliquis
11 *Fœmininum genus comprehendit dict.* Aliquis.
12 *Terminus cui adijcitur dict.* Aliquis, *intelligitur latè, & contra propriam ſignificationem.*
13 *Dict.* Aliquis *reſtringitur ſecundùm ſubiectam materiam.*
14 *Diminutiua eſt aliquando dict.* Aliquis.

Aliquis.

DICTIO XXII.

1 HÆc dictio eſt vniuerſalis, & comprehendit omnem ſpeciem, gloſ. fin. *in cap. ſi propter, de reſcript. in* 6. gloſ. etiam *in Clem.* 1. *de foro compet.* Cephal. *conſ.* 347. *num.* 14. *cum ſeqq.* Gemin. *conſ.* 29. *num.* 2. Socin. *conſ.* 3. *verſ. vnde reſpondeo nu.* 10. *lib.* 3. Aym. *conſ.* 294. *num.* 4. Cæſ. de Graſſis *deciſ.* 181. *num.* 7. *de diuort.* Bec. *conſ.* 12. *num.* 6. *& conſ.* 32. *num.* 5. Surd. *conſ.* 33. *num.* 20. *& conſ.* 103. *num.* 8. *& conſil.* 134. *num.* 2. *& conſ.* 383. *num.* 12. *& conſ.* 430. *num.* 8. *& deciſ.* 283. *num.* 7. *& de aliment. tit.* 8. *priuil.* 61. *n.* 21. Menoch. *conſ.* 609. *num.* 18. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, dictio* 4. Card. Tuſch. *tom.* 2. *l. t. D. concl.* 243. *num.* 1. *& concluſ.* 209. *à n.* 1. Mel. h. Phæleſ. Luſit. *deciſ.* 9. *num.* 8. *tom.* 1.

2 Diſtributiua eſt, & diuerſitatem ſupponit, gloſ. *verb. incerta, poſt med. in Clem.* 1. §. *ad hoc, de prabend.* vbi Card. *quæſt.* 8. *num.* 9. Cened. *ſing.* 5. *num.* 7. Et licèt ſit diſtributiua ſingulorum, omnes tamen in ſolidum comprehendit. *l. quiſiliabus.* §. 1. *ff. de legatis.* 1. Card. Tuſch. *d. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 269. *num.* 1. Franc. à Souſa *in comment. ad tit. ff. de pactis, artic.* 2. *quæſt.* 2. *num.* 6. Et ſic arctat ſignificationem ad res ſingulas. Anton. Monach. Florent. *deciſ.* 1. *num.* 66.

3 Vnde cùm ad perſonas ſingulares referatur, ideò non comprehendit vniuerſitatem: Gemin. *conſ.* 65. *num.* 27. *verſ. item ſub iſtis verbis,* Card. Tuſch. *d. lit. D.*

4 *concl.* 244. *num.* 7. vbi *num.* 10. ſubdit, quòd importat diſtributionem in ſingula parte.

Item ſi apponatur ſubſtitutioni, habet locum, ſiue 5
ſint plures, ſiue vnus, & omnes comprehendit, & in ſingulos diſtribuit, Bart. *conſ.* 57. Anicellus *lib.* 2. *in fine,* Card. Tuſch. *d. concl.* 244. *num.* 9.

Plurimum autem refert, an ponatur affirmatiuè, 6
vel negatiuè: nam ſi ponatur affirmatiuè, non ponit totum de genere. Vnde ſi dicatur, Aliquis ſcholaris legit, intelligitur, quòd non omnis ſcholaris legit. Sin autem ponatur negatiuè, veluti, Non aliquis ſcholaris legit, tunc totum dicit, & 7
æquipollet vniuerſali negatiuæ, & perinde eſt, ac ſi dicatur, Nullus ſcholaris legit, gloſ. *verb. à ſuſpenſis. in cap. cùm dilectus, de conſuet.* Natt. *conſ.* 525. *n.* 7. *tom.* 4. Ruin. *conſ.* 60. *num.* 11. *tom.* 3. Cened. *d. ſing.* 5. *num.* 8. *& 9.*

Comprehendit hæc dictio omnes perſonas abſ- 8
que vlla diſtinctione, gloſ. *verbo, aut earum parte, in d. Clem.* 1. *de foro comp.* cum citatis à Cald. Pereira *de poteſt. elig. cap.* 1. *num.* 2. Tuſch. *d. concluſ.* 243. *nu.* 8. 9
Et cùm eius natura ſit, quòd apponatur ad ſingulares perſonas, ideo non continere vniuerſitatem docet Gemin. *conſ.* 65. *num.* 27. *verſ. item ſub iſtis verbis,* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 269. *n.* 4. vbi *num.* 5. poſt Signarol. *conſ.* 188. *num.* 7. ſubdit, non comprehendere etiam perſonas ſingulares, quibus obuiat ius commune in illa diſpoſitione, vel vbi ſequeretur fatuitas, vel abſurdum, & *num.* 6. cum eodem Signarol. *d. conſil.* 188. *num.* 13. pariter reſtringit vbi repugnat natura eius de quo agitur, quia tum dictio *aliquis* non comprehendit omnes.

Et licèt ſit concepta in numero ſingulari, apta eſt 10
eſt tamen comprehendere plures, & ideo æquipollet numero plurali, vt per Pereg. *de fideicom. artic.* 19. *num.* 17. *& artic.* 32. *num.* 61. Fulgoſ. *concl* 47. *num.* 1. quos refert Rot. *in Leodun. domus* 23. *Martij* 1615. coram Card. Caualerio, impreſſa per Farinac. *deciſ.* 668. *num.* 5. *p.* 2. *recent.*

Vnde licèt proferatur in maſculino genere, com- 11
prehendere etiam fœmineum tradunt Dec. *in l. ſi quis id quod, & in l.* 2. *num.* 49. *ff. de reg. iuris, & conſ.* 507. *num.* 1. *tom.* 2. Aretin. *conſ.* 39. Alexand. *conſ.* 24. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 82. *vol.* 3. Auil. *ad cap.* 1. *Prætorum, in gloſ. de ninguna perſona num.* 8. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 31. *num.* 18. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 58. *num.* 19. *cum ſeqq.* Cened. *d. ſing.* 5. *n.* 10.

Terminus cui adiicitur, intelligitur latè, & con- 12
tra propriam ſignificationem, Iaſ. *conſ.* 224. *nu.* 10. *vol.* 2. *& conſ.* 29. *num.* 4. *vol.* 1. Surd. *conſ.* 425. *num.* 48. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo omnia, nu.* 14. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæſt.* 26. *num.* 26.

Reſtringitur tamen hæc dictio ſecundùm ſubie- 13
ctam materiam, vt poſt Gemin. *conſ.* 29. tradit Card. Tuſch. *d. concl.* 243. *num.* 6.

Et aliquando diminutiua eſt, ex adductis per Caſ- 14
ſan. *in conſuet. Burgund. rub.* 11. §. 6. *verbo D'aucune choſe, pag.* 361.

SVMMARIVM.

1 *Modos ſimiles, & maiores expreſſis comprehendunt verba,* Aliquo modo.
2 *Generalia verba ſunt,* Aliquo modo, *& operantur, vt veniunt ea, quæ aliàs non comprehenderentur.*
3 *Diminuunt aliquando de proprio ſignificatu verba,* Aliquo modo.

Aliquo

Aliquo modo.

DICTIO XXIII.

1 VErba ista sunt generalia, & comprehendunt modos similes, & maiores expressis, si sunt geminata, glos. *in Clem. 1. de re iudic, & in l. cum pœna, ff. de rec. arbitr.* Socin. *cons.* 242. *num.* 3. & 4. *vol.* 2. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *post num.* 1.

2 Idem importat quod, *quomodocumque*, & sunt generalia, & prægnantia, ac operantur vt veniant ea, quæ aliàs in conditione non comprehenderentur, Curt. iun. *cons.* 177. *num.* 6. & 7. Bertazol. *de clausul. instrument. claus.* 16. *glos.* 12. *num.* 2.

3 Diminuunt aliquando de proprio significatu, ex adductis per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo omnia, n.* 14. *ante med. C. de reuocand. donat.*

SVMMARIVM.

1 *Formam, & solemnitatem inducit dictio* Aliter.
2 *Conditionem denotat dict.* Aliter.
3 *Dict.* Aliter *significat in contrarium.*
4 *Iteratur aliquando dict.* Aliter.
5 *Cum* Et *&* Vt *coniungitur interdum dictio* Aliter.

Aliter.

DICTIO XXIV.

1 FOrmam & solemnitatem inducit hæc dictio *l. de his, & ibi* Bart. *ff. de transact. l. vlt. vers. quære an ciuitas, C. de vend. reb. Ciuit. lib.* 11. Roman. *cons.* 66. *vers. his tamen non obstantibus, & cons.* 400. Alex. *cons.* 27. *col.* 1. *vol.* 6. Ias. *cons.* 167. *col. vlt. post princip. vol.* 2. Tiraq. *de retractu conuent.* §. 4. *glos.* 7. *num.* 14. Natt. *cons.* 372. *num.* 5. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 92. *num.* 25. *vol.* 2. Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rub.* 7. §. 3. *verbo Autrement, num.* 1. Cened. *sing.* 62. *num.* 1.

2 Denotat conditionem, seu facit conditionalem dispositionem, & tunc accipitur pro aliàs. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 8. *glos.* 6. *num.* 1. Cened. *sing.* 62. *numero* 2.

3 Ista dictio significat in contrarium. Cic. *lib.* 3. *epist.* 7. Tu si aliter existimas, non errabis. Id. *ad Attic. lib.* 6. *epist.* 9. Non fuit faciendum aliter.

4 Aliquando iteratur. Cic. 3. *offic.* Sed aliter leges, aliter philosophi tollunt astutias. Id. *Attic. lib.* 13. Aliter enim cum tyranno, aliter cum amico viuitur. Plerumque copulatur cum *ac, atque, vt, quàm.* Cic. *lib.* 6. *epist.* 12. Nec sim saluus si aliter scribo, ac sentio. Id. *lib.* 2. *epist.* 3. Sed aliter atque ostenderam, facio. Id. *lib.* 16. *Attic. epist.* 12. De Antonij itineribus nescio quid aliter audio, atque vt ad te scribebam. Id. 3. *Ver.* Nec aliter quàm ego velim meum laudet ingenium.

5 Interdum cum *Et* & *Vt* coniungitur. Cic. *Attic. lib.* 10. *epist.* 9. Quod de puero aliter ad te scripsit, & ad matrem de filio. Idem *Attic. lib.* 11. *epist.* 23. Illud quidem mutari si aliter est, vt oportet non video posse.

Aliter atque.

DICTIO XXV.

IMportat idem quod *Aliter quàm*, vt *in l. qui re sibi commoda. ff. de furtis.* Item iuris, & facti diuersitatem notat à præcedenti casu, *l.* 1. §. *si reus, ibi, aliter atque si ab alio sit impeditus, ff. de eo per quem factum fuerit, l. qui seruum. ff. de interrog. action.* Rebuff. *ad l. pronunciatum.* 46. *vers. aliter atque. ff. de verb. signif. pag. mihi*, 245. Anchar. *quæst.* 57. *num.* 17. *p.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Similitudinem denotat dict.* Alius, *& est relatiua, & repetitiua similium.*
2 *Similia etiam in qualitate designat dictio* Alius.
3 *Relationem in qualitate similem facit dictio* Alius.
4 *Relatiua, & præseruatiua similium est dictio* Alius, *etiamsi apponatur verbo*, Quibuscumque.
5 *Maiora expressis, & sic extranea, & dissimilia venire, quando dictioni* Alius *adiungitur verbum generale*, Quibuscumque, *tenent plures.*
6 *Concordantur contrariæ sententiæ.*
7 *Dict.* Alius, *verificari potest in similitudine, in specie, & in genere.*
8 *Conditionem, & qualitatem præcedentis dispositionis in sequentem repetit dictio* Alius.
9 *Qualitatem & similitudinem in substantia repetit dict.* Alius.
10 *Statutum si prohibeat opponi exceptionem doli, vel metus, aut aliam, intelligi debet de simili.*
11 *Concessio, vel mandatum si fiat alicui alienandi, vel locandi certis subditis, aut alijs idoneis personis, non poterit fieri alienatio officiali habenti iurisdictionem.*
12 *Promittes dare loco primæ cautionis aliã, intelligitur de alia simili, etiam in quantitate.*
13 *Similitudinem ex eodem patrimonio importat dict.* Alius.
14 *Dissimilia denotat dictio* Alius, *ratione subiectæ materiæ, vel quando sequeretur absurdum.*
15 *Generalitatem quandam in se habet dictio* Alius, *vt etiam comprehendat alios non expressos.*
16 *Qualitatem omnimodam non semper implicat dictio* Alius.
17 *Diuersitatem à suprà expressis denotat dictio* Alius.
18 Alius *intelligitur de tribus, vel pluribus, alter de duobus.*
19 *Indiffinita est dictio* Alius.

20 *Dictio* Aliorum, *eſt apta comprehendere omnia in infinitum.*

21 Alius *exponitur aliquando, id eſt, contrarius, ſeu diuerſus.*

Alius.

DICTIO XXVI.

1 SImilitudinem denotat hæc dictio, & eſt relatiua, & repetitiua ſimilium, & facit poſitionem eiuſdem qualitatis ad præcedentia, *l. quidam relegatus*, & ibi Bart. *ff. de reb. dub. l.* 3. vbi gloſ. *C. de ſeruis fugitiuis, cap. ſedes, de reſcript.* gloſ. *verb. alio quocumque modo, in l.* 1. *ff. mandati*, gloſ. per text. ibi *in authent. de mandatis Principum, in princip.* gloſ. *verb. alio iure, in l. Barbarius, ff. de officio Præſidis*, gloſ. *verb. alio crimine, in cap. cùm non ab homine, de iudicijs*, Oldrad. *conſil.* 287. Calder. *conſil.* 2. *de arbitr.* Villalob. *in ſuis communib. opin. verb. alius, verſ.* 99. Pariſ. *conſ.* 64. *num.* 31. & *conſ.* 9. *num.* 41. *vol.* 2. & *conſ.* 158. *num.* 18. *vol.* 4. Tiraq. *ad leges connub. gloſ.* 5. *num.* 48. *ad finem*, Natt. *conſ.* 298. *num.* 5. *vol.* 1. & *conſ.* 551. *num.* 29. *vol.* 3. Alex. *conſ.* 119. *num.* 6. *vol.* 2. & *conſ.* 204. *num.* 4. Gom. *in cap. cùm in multis, num.* 60. *cum ſeqq. de reſcript. lib.* 6. Grat. *conſ.* 11. *num.* 9. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 130. *num.* 1. *vol.* 3. & *conſ.* 92. *num.* 22. & *conſ.* 15. *num.* 4. *vol.* 1. & *conſ.* 64. *num.* 3. *vol.* 5. Curt. Iun. *conſ.* 38. *num.* 1. Cephal. *conſ.* 15. *num.* 11. & *conſ.* 53. *num.* 66. *vol.* 1. Socin. Iun. *conſ.* 160. *num.* 13. & *conſ.* 168. *num.* 52. *vol.* 2. Beltran. *conſ.* 126. *num.* 6. Gozad. *conſ.* 27. *num.* 10. Ioan. Licit. *de primog. lib.* 2. *q.* 4. *art.* 2. *num.* 26. Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collat. §. ordinat, verſ. & quoties, in verb. alio*, Mandoſ. *in gloſ. facult. in §. habita, verb. aliis*, & *in §. proprium, in verb. aliis*, Menoch. *remed.* 9. *de retin. num.* 256. & *de arbitr. lib.* 1. *q.* 80. *num.* 122. & *caſ.* 66. *ſub num.* 3. & *conſ.* 185. *num.* 19. & *conſ.* 200. *num.* 2. & *conſ.* 308. *num.* 12. & 13. & *conſ.* 950. *num.* 2. & *conſ.* 793. *num.* 34. Honded. *conſ.* 7. *num.* 31. *vol.* 2. Afflict. *deciſ.* 244. *num.* 1. Oſaſc. Pedem. *deciſ.* 157. *num.* 7. Caputaq. *deciſ.* 295. *num.* 3. *p.* 2. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 4. *gloſ.* 18. & *clauſ.* 27. *gloſ.* 12. & *gloſ.* 19. *num.* 1. Azeued. *l.* 1. *num.* 72. *tit.* 5. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 1. *q.* 30. *art.* 15. *in fine*, Surd. *deciſ.* 265. *num.* 24. & *deciſ.* 274. *num.* 4. & *conſ.* 42. *num.* 26. & *conſ.* 77. *num.* 25. & *conſ.* 200. *num.* 3. & *conſ.* 282. *num.* 7. & *conſ.* 303. *num.* 33. & *conſ.* 357. *num.* 20. & *de aliment. tit.* 9. *q.* 3. *num.* 6. Flam. *de reſign. lib.* 2. *q.* 15. *num.* 21. Gutier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 88. *cum ſeqq.* Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancellar. gloſ.* 3. *num.* 22. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. & *d concluſ.* 245. Stroz. *de vicar. Epiſcopi, lib.* 2. *q.* 43. *num.* 8. Valaſc. *de partit. cap.* 13. *num.* 95. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 21. *num.* 4. & *quæſt. forenſ. conſ.* 23. *num.* 13. Ioſeph. de Seſſe Arag. *deciſ.* 146. *num.* 6. Flamin. *de confident. q.* 58. *num.* 27. & 33. Card. Seraphin. *deciſ.* 587. *num.* 2. Ferrer. *in conſtit. Cathalon. gloſ.* 2. *num.* 156. & 163. *cum ſeq.* Garz. Gironda *de priuileg. ſeu exemption. explicat. num.* 289. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, deciſ.* 38. *num.* 6. *p.* 2. Intrigl. Siciliæ *deciſ.* 3. *num.* 137. Franciſc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *different.* 11. *num.* 129. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *diſput.* 20. *num.* 2. *cum ſeqq.* Cened. poſt *lib. pract. & canon. quæſt. ſing.* 4. *num.* 1. Franc. à Souſa *in repet. §. actionum. Inſtit. de action. p.* 4. *num.* 72. Acacc. Ant. *in comment. ad l.* 3. *ff. de cond. & demonſtr. num.* 93. Rota Bonon. *diuerſ. deciſ.* 34. *num.* 42. & fuit dictum in Romana cenſuum viginti millium, 24. *Februarij* 1612. *coram Greg. XV.* impreſſa *per Farinac. deciſ.* 391. *num.* 5. *p.* 1. *recent. & inter eius deciſiones impreſſ. deciſ.* . .

Primò amplia, hanc dictionem referri ad ſimilia, etiam in qualitate, vt *per l. final. §. cui dulcia, ff. de vino, tritico, oleoque legato*, tenent Bermon. *in tit. de publicis concub. in verb. pœnis aliis, num* 1. Ruin. *conſ.* 181. *num.* 2. *vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 145. *à num.* 25. *vol.* 4. Cephal. *conſ.* 13. *num.* 11. *vol.* 1. Oſaſc. *deciſ.* 52. *num.* 123. Mandoſ. *reg.* 12. *Cancellar. q.* 6. *num.* 2. Rimin. *in rubric. Inſtit. de donat. num.* 31. *fol.* 17. Cened. *d. ſingul.* 4. *num.* 2.

Secundò amplia, importare perſonam eiuſdem 3
qualitatis, & ſic facere relationem in qualitate ſimilem, vt poſt Roman. *conſ.* 485. *incip. In caſu. num.* 5. tradit Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 245. *num.* 5. Quod in tantum verum eſt, vt Barbat. *conſ.* 33. *à num.* 26. *vol.* 2. cenſeat, quòd ſi teſtator mandauit celebrari tot Miſſas in hebdomada per Petrum, vel alium Sacerdotem, neceſſe erat, quòd Petrus eſſet actu Sacerdos, non verò ſufficeret habitu Sacerdotem eſſe: quam doctrinam referunt, & ſequuntur Mandoſ. *in d. §. proprium, in verb. alij, fol.* 326. Cened. *ſingul.* 4. *num.* 3. Extende etiam, quia in tantum importat eamdem qualitatem, & ſimilitudinem eius, de quo facta eſt mentio, vt ſi fiat inueſtitura tribus fratribus, de feudo pro ſe, & filiis, & dicatur, quòd decedente vno fratre ſine filiis, ad alios deueniat ſua portio, intelligitur de fratribus, videlicet ad alios fratres, non ad filios, quia non ſunt eiuſdem qualitatis. Ita poſt Alex. *conſ.* 204. *incip. conſideratis, num.* 4. *lib.* 2. tradit Card. Tuſch. *d. concluſ.* 245. *num.* 7. vbi *num.* 8. pariter extendit, etiamſi fiat in eadem oratione, quia refertur ſolùm ad illam orationem, in qua poſita eſt, & ad proxima.

Tertiò amplia, quòd adeò iſta dictio eſt relatiua, 4
& præſeruatiua ſimilium, & qualitatum præcedentium, vt procedat, etiamſi apponatur verbum *quibuſcumque*: nam quamuis hoc verbum *quibuſcumque aliis*, adhibeatur, adhuc intelligetur, id eſt, ſimilibus; nec vniuerſale iſtud *quibuſcumque* alterabit naturam dictionis *aliis*, quæ, vt dictum eſt, relatiua eſt ſimilium. Ita Calder. *conſ.* 111. *in fine*, alias 2. *de arbitr.* vbi, quòd is, qui iurauit non petere reductionem laudi ex cauſa enormis damni, neque ex quacumque alia cauſa, non prohibetur ex cauſa enormiori, vel enormiſſimi damni petere; quia dictio *Alia* reſtringitur ad ſimilia, prout refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 245. *num.* 9. Iaſ. *in l. ſi vnus ex argentarijs, num.* 10. *ff. de pactis*, & *in l. quicumque, num.* 3. *C. qui admitti.* Alex. *conſ.* 76. *incip. viſo, num.* 26. *verſ. confirmatur, lib.* 4. & *conſ.* 70. *incip. Magnificus, num.* 3. *verſ. nec obſtat, lib.* 6. Felin. *in cap. ſedes, num.* 5. *verſ. ſed contra, de reſcript.* vbi ponit plura exempla, Roman. *conſ.* 180. *num.* 9. *in fine*, vbi habetur, quòd promittens ſoluere Bononiæ, Ferrariæ, & in quocumque alio loco, non intelligitur de remotis, ſed ſimilis diſtantiæ.

Verùm contrarium, immò quòd quando adii- 5
citur verbum *Aliquod*, generale videlicet, *Quibuſcumque aliis*, vel *Quibuſque aliis*, quòd tunc veniant maiora expreſſis, & ſic extranea, & diſſimilia, tenent Grat. *conſ.* 163. *num.* 19. *lib.* 2. Couar. *pract. cap.* 25. *num.* 3. *in princip.* Barbat. *conſ.* 34. *num.* 22. *vol.* 2. & *conſ.* 38. *in primo dubio, vol.* 1. & *conſ.* 44. *col.* 4. *verſ.* 4. *vol.* 3. Rolan. à Valle *conſ.* 5. *num.* 44. & *conſ.* 61. *à num.* 41. *vol.* 1. & *conſ.* 27. *num.* 18. *vol.* 4. Mandoſ. *in reg.* 27. *Cancellar. q.* 5. & *in praxi commiſ. in* 2. *forma, in verb. vel alia quæuis*, Surd. *conſ.* 449. *num.* 29. Rot. *deciſ.* 612. *in antiq.* Gom. *in reg. de triennali, q.* 2. *verſ.*

tandem, pag. mihi 313. Bermond. de publ. concub. in vers. pœnis aliis, num 2. Cened. d. sing. 4. num. 5. Azeued. l. 1. num. 2. tit. 20. lib. 4. noua Recopil. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 37. sub num. 31. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. glos. 3. num. 45. cum seq. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 163. num. 21. Anton. Monach. Lucens. decis. 58. num. 19. Bertazol. d. claus. 27. glos. 12. num. 2. Intrigl. Siciliæ decis. 3. num. 138. Menoch. cons. 485. num. 18. & cons. 156. num. 24. dum ait, quòd dictio *Alia quauis causa*, vel *Alio quouis modo*, est vniuersalis, & intelligitur non solùm de modis, sed etiam de maioribus similibus.

6 Quas quidem contrarias sententias multipliciter componere possumus: vt scilicet prima procedat maximè in odiosis, quia dumtaxat tunc dictio *Alius* similia complectitur, non autem maiora expressis, Butr. cons. 30. num. 2. Roman. cons. 92. num. 2. vers. nec huic conclusioni, vbi ponit quatuor similia, Card. Tusch. d. conclus. 245. num. 30. Vel quando resultaret absurdum, si verba *Quibuscumque aliis*, denotarent, & comprehenderent maiora expressis, vt per Cened. singul. 4. num. 6. Secunda verò opinio procedit in materia fauorabili, & non restringibili, vt obseruant Ruin. cons. 103. num. 9. vol. 3. Rolan. cons. 5. à num. 45. vol. 1. vbi subdit, in his casibus maiora expressis comprehendi; & ideò quòd si Princeps concedit feudum alicui, & quibuscumque aliis suis hæredibus, quòd includuntur etiam extranei, qui aliàs non includerentur, Rolan. à Valle cons. 61. num. 40. & seq. vbi loquitur in facultate legitimandi, & quoscumque alios, & cons. 5. num. 44. lib. 1. Card. Tusch. d. conclus. 245. num. 33. vbi num. 34. post Alex. cons. 7. num. 7. lib. 7. subdit, quòd ideò in concessione, in qua dictio *Alia* intelligeretur de simili, si adiicitur dictio vniuersalis *Quæcumque alia*, extenditur ad maiora expressis. Vel quando verbum vniuersale, quod adiicitur dictioni *Aliis*, debet capi vniuersaliter, & sine aliqua restrictione, quando profertur ab homine, Ruin. cons. 20. num. 4. vol. 1. Rolan. cons. 5. num. 47. vers. secundò respondetur, vol. 1. Cened. d. singul. 4. num. 7. in fine.

7 Quartò amplia, vt verificari possit hæc dictio in similitudine, in specie, & in genere, vt per Verall. decis. 198. num. 3. & 4. part. 2.

8 Quintò amplia, vt repetat conditionem, & qualitatem præcedentis dispositionis in sequentem, vt per Viuium decis. 193. quem citat Aloys. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 389. & d. decis. 38. num. 8. Sanch. d. disput. 20. num. 2. Galganet. de cond. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 18. num. 12.

9 Sextò amplia, vt etiam repetat qualitatem, & similitudinem in substantia, vt per Felin. in cap. sedes, num. 6. vers. dictio Alius, de rescript. Alex. cons. 1. num. 10. lib. 4. Anchar. cons. 361. num. 5. Rota decis. 839. num. 2. de rescript. in antiq. Mandos. in glos. facult. §. ac etiam, in verb. Aliis, pag. 304. col. 1. & in §. volentes, in verb. Alios, quàm Cardinales, pag. 150. Socin. sen. cons. 300. col. 5. vers. 3. principaliter, lib. 2. Cened. d. sing. 4. num. 8. Honded. cons. 7. num. 31. & cons. 8. num. 52. post med. vers. & dictio, lib. 2. Surd. cons. 21. num. 13. & 14. lib. 1. quorum plures sequuta est Rota in Romana mensa nummularia 30. Iunij 1614. coram Reuerendissimo domino meo Coccino Decano, impressa per Farinac. decis. 663. num. 8. p. 1. recent. Et etiam fuit dictum in Carpentloraten. pensionis 29. Maij 1602. coram Card. Lancell. impressa per eumdem Farinac. decis. 327. num. 7. ead. p. 1. recent. vbi fuit resolutum, quòd licèt dictio *Alius* propriè sumpta diuersitatem significet in supposito, denotat tamen identitatem in substantia.

Septimò amplia, in tantum hanc dictionem importare similitudinem, vt si statutum prohibeat opponi exceptionem doli, vel metus, aut aliam, intelligi debet de simili, Felin. in cap. sedes, num. 3. vers. clausula generalis, Roman. cons. 42. circa finem, Card. Tusch. conclus. 245. num. 14. 10

Octauò amplia, vt si fiat concessio, vel mandatum alicui alienandi, vel locandi certis subditis, vel aliis idoneis personis, non poterit fieri alienatio Officiali habenti iurisdictionem, quia dictio illa *Aliis* intelligitur de similibus, qui possint conueniri. Ita post Alex. cons. 1. num. 10. lib. 4. tradit Card. Tusch. d. conclus. 245. num. 18. 11

Nonò amplia, vt si promitteret quis dare loco primæ cautionis aliam, intelligatur de alia simili, etiam in quantitate, vt post Alex. cons. 70. in princip. nec ad hoc, lib. 1. tradit Card. Tusch. d. conclus. 245. num. 22. vbi num. 24. post Dec. cons. 425. num. 16. & seqq. ampliat, hanc dictionem importare similitudinem ex eodem patrimonio, veluti si legetur per patrem filiæ aliquid pro omnibus aliis portionibus debitis, intelligatur de debitis à legante, non ab alio extraneo. 12 13

Limita primò, vt ratione subiectæ materiæ, vel quando sequeretur absurdum, hæc dictio dissimilia denotet, vt colligitur ex illo Lucæ 23. Ducebantur autem & alij duo nequam cum eo, scilicet Christo, vt interficerentur, Glos. verb. creditores, in l. non solùm, §. queritur, ff. de procur. Bertazol. de claus. instrum. claus. 27. glos. 12. num. 1. Surd. cons. 449. num. 26. Gonzal. d. glos. 3. num. 49. cum seq. Anton. Monach. Lucens. decis. 58. num. 18. 14

Limita secundò, hanc dictionem ita in se habere quamdam generalitatem, vt etiam comprehendat alios non expressos, vt si quis impetrauerit rescriptum contra talem Sacerdotem, & quoscumque alios, comprehendat non solùm Sacerdotes, sed etiam laicos. Ita Curt. d. cons. 38. Caputaquen. decis. 296. num. 6. p. 2. Cùm enim adest dictio *Quæcumque alia*, non patitur restrictionem, ex notatis per Gozadin. cons. 1. num. 19. quem refert Card. Tusch. d. tom. 2. lit. D. concl. 35. 5. num. 6. vbi *numeris seqq.* plura exempla ponit, & declarat. Non enim semper implicat omnimodam qualitatem, glos. verb. cæteris, in cap. deinde, 26. distinct. Felin. in cap. sedes, num. 6. de rescript. Surd. cons. 151. num. 2. Et fuit dictum in Lunen. Sarzenen. 10. Iulij 1615. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, impressa per Farinac. decis. 729. num. 4. in fine, p. 2. recent. Immò aliquando includit diuersa ab expressis, Socin. cons. 300. sub num. 2. vers. tertiò principaliter, Natt. cons. 546. num. 2. & seq. Menoch. cons. 335. num. 18. & seq. Et fuit dictum in Viterbien. bonorum, 1. Iulij 1615. coram Remboldo, impressa per Farinac. decis. 714. num. 5. p. 2. recent. 15 16

Denotat hæc dictio *Alius* diuersitatem à suprà expressis, & diuersa ab expressis includit, l. si fundus sub conditione, §. libertus, ff. de leg. 1. Paris. cons. 78. num. 21. vol. 2. & cons. 92. num. 5. vol. 1. Socin. Iun. cons. 300. col. 3. vers. tertiò principaliter, vol. 2. & cons. 107. num. 45. & 47. vol. 3. Corn. cons. 5. num. 3. cum seqq. lib. 1. Syluan. cons. 40. num. 31. Duran. de arte testandi, tit. de hæred. instituend. caut. 4. num. 2. Caualcan. de vsufructu mulieri relicto, cap. 1. num. 63. Decian. cons. 24. num. 99. lib. 1. & cons. 55. num. 83. lib. 3. Menoch. cons. 335. num. 10. & seq. Honded. cons. 69. num. 25. vol. 2. Cened. d. singul. 4. num. 13. 17

Hæc dictio *Alius* intelligitur de tribus, vel pluribus; *Alter* verò in duobus verificatur, vt notant Felin. in d. cap. sedes, num. 6. Alex. in l. cùm ex filio, §. quidam, num. 2. & 3. ff. de vulgari, Rebuff. in concord. tit. de 18

tit. de collat. §. ſi quis verò, verſ. prætereà, pag. 358. Cened. *d. ſing.* 4. *num.* 12.

19 Indefinita eſt dictio *Alius*, ex adductis per Eſcobar. *de variocinijs, cap.* 18. *num.* 2.

20 Dictio, *Aliorum*, eſt apta comprehendere omnia in infinitum, Dominic. *conſ.* 13. *num.* 2. maximè quando non iungitur termino reſtrictiuo præcedenti, Staphil. *de liter. gratiæ, pag.* 252. *num.* 10.

21 Dictio hæc *Alius*, exponitur, id eſt, contrarius, *iuxta text. in cap. cum beatiſſimus, ad fin. iuncta gloſ.* 24. *quæſt.* 1. & tradunt Mandoſ. *in gloſ. facult. in §. volentes, in verbo Alios, fol.* 150. Cened. *d. ſing.* 4. *num.* 10. vbi *num.* 11. ſubdit, quòd exponitur etiam, id eſt, diuerſus, *vt in §. fin. Inſtit. de rerum diuiſ. & in l. in negotijs, ff. de reg. Iuris, & in cap. alia cauſa eſt Monachi,* 16. *quæſt.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Diſtributiua duorum eſt dictio* Alter.

2 Alter *de tribus etiam & pluribus dicitur, præcipuè vbi reſultaret abſurdum, vel abſonus intellectus, aut voluntas diſponentis contraria appareret.*

3 *In enumeratione plurium*, Alter *vſurpatur pro ſecundo.*

4 *Similia denotat dictio* Alter.

5 *Qualitatem eandem repetit dictio* Alter.

6 Alter *&* Alteruter *differunt.*

Alter.

DICTIO XXVII.

1 DE ſui natura, & proprio ſignificatu diſtribuit inter duos tantùm; & ſic eſt diſtributiua duorum, vt *in l. nonnunquam, ff. de iudicijs, & in l. qui duos, in fine principij, ff. de rebus dubijs, l. ſi interpellatur*, §. *ex alia, ff. de arbitr. & in l. ſi ex toto*, §. *fin. ff. de leg.* 1. *l. ca lege, C. de condict. ob cauſam*, §. *quod ſi cauſa, Inſtit. de rer. diuiſ.* Felin. *in cap. ſedes, num.* 6. *de reſcript.* Caſtr. *conſ.* 264. *num.* 1. *p.* 2. Ronchegal. *in l.* 3. §. *vbi.* Dec. *num.* 14. *ff. de duobus reis.* Ioan. Lecer. *in tract. de primog. libro* 2. *quæſtione* 4. *articulo* 2. *numero* 26. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. ſi quis verò, in verſ. ad alium.* Vulpel. *de præpoſ. ſignific. ſub hac dict. pag.* 8. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 20. *gloſ.* 31. Cened. *ſing. poſt lib. pract. & canon. quæſt.* 68. *num.* 1. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 252. *numero* 2.

2 Aliquando tamen de tribus etiam & pluribus dicitur, & verificatur, præcipuè vbi reſultaret abſurdum, vel abſonus intellectus, aut voluntas diſponentis contraria appareret. Caſtro *d. conſ.* 264. *num.* 2. *lib.* 2. Bertazol. *d. gloſ.* 31. *num.* 3. Gonz. *ad reg.* 8. *cancell. gloſ.* 58. *num.* 37. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 252. *num.* 3.

3 In enumeratione plurium, *Alter*, vſurpatur pro, ſecundo, Cic. 1. *Philip.* proximo, altero, tertio, denique reliquis conſecutis diebus. Idem 4. *Ver.* Alterum, tertium, quartum, permulta erant eiuſmodi nomina.

4 Implicat, & denotat ſimilia, Hippol. Rimin. *in rubr. Inſtit. de donat. num.* 27. *fol.* 16. Coſm. *in pragm. ſanct. in tit. de collat. §. & quoties, in verſ. Alio, pag.* 71.

5 *col.* 2. vbi dicit, quod dictio Alter, repetit eandem qualitatem, allegat text. & gloſ. *in Clem. ſi vna. de reb. Eccleſiæ non alienan.* Gregor. *deciſ.* 544. *num.* 9. Cened. *d. ſing.* 68. *num.* 3. & ſic oſtendit perſonam ſimilem. Menoch. *conſ.* 732. *num.* 44.

Vnde inferes alterum, & alterutrum differre, quia 6
alterutrum importat quem volo, alterum non vtique, Bart. *in l. ſi ex toto*, §. *ſi ita ſcriptum, verſ. nota tamen ex hac gloſſa differentiam, ff. de legat.* 1. Item alter eſt diſtributiuum duorum, vel trium, alteruter duorum tantum. Bald. *in d. l. ſi ex toto*, §. *ſi ita ſcriptum. num.* 3. *ff. de legatis* 1. *& in l. ancillæ, C. de furtis*, Caſtr. *conſ.* 18. refert Galganet. *de indiuid. lit. A. num.* 58.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitionem in omnibus verificari exigit dictio* Ambo, *nec ſatis eſt in vno verificari, niſi aliter colligatur ex mente teſtatoris, vel niſi militet eadem ratio in vtroque caſu.*

2 *Collectiuæ de duobus tantùm, & non de pluribus ſunt dict.* Ambo, *&* Alter.

Ambo.

DICTIO XXVIII.

EXigit hæc dictio, diſpoſitionem in omnibus ve- 1
rificari, nec ſatis eſt vt in vno verificetur, Pariſ. *conſ.* 14. *num.* 9. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 60. *num.* 20. *vol.* 1. Niſi aliter colligatur ex mente teſtatoris, quæ præponderat propriæ ſignificationi. Honded. *d. conſ.* 60. *num.* 21. vel niſi militet eadem ratio in vtroque caſu de per ſe, Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo ſuſceperit liberos, num.* 260. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 5. *num.* 29. Honded. *d. conſ.* 60. *num.* 22.

Hæc dictio, & alia illi ſimilis, *Alter*, ſunt collecti- 2
uæ de duobus tantùm, & non de pluribus. Caſtr. *conſ.* 264. *incip. Videtur, in princip. lib.* 2. quem refert Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 252. *numero* 2.

Amen.

DICTIO XXIX.

DE hac dict. vide fr. Antonium de Gueuara *in* 2. 1
parte montis Caluarij, pag. mihi. 99.

Tantum importat quantum, ſine defectu; eſt enim 2
dictio compoſita ab A, quod idem importat quod ſine, & mene, defectu, vt tradit Ioan. Andr. poſt Vgon. *in cap. & ſi Chriſtus*, vbi Abb. *num.* 9. *de iureiurando*, & illis citatis, Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 3. vbi ſubdit, quòd hæc dictio poſita poſt inuocationem diuini nominis in inſtrumentis non eſt de ſubſtantia, nec neceſſaria, ſed ad bene eſſe.

Aliquando ſignificat, in veritate, ſeu verum eſt, 3
cap. re vera, vbi gloſ. *de conſecrat. diſtinct.* 2. Bertaz. *d. num.* 3. vbi addit, quòd in officiis diuinis interpretatur, fiat, & eſt reſponſio populi.

Interdum in ſacra Scriptura eſt nomen ſignificans 4
in recto Ieſum Chriſtum vt veritas eſt, & veracitas ipſa, ex adductis per Emman. de Valle de Moura *de incantation. & enſalmis, ſect.* 2. *cap.* 14. *num.* 9.

Amittat.

DICTIO XXX.

1 VErbum hoc importat latam sententiam,& idem quod ipso iure. secundùm glos. *in l. amissione,§. qui deficiunt, in fine, ff. de capitis diminut.* Couar. *in cap. si heredes, num.* 8. *de testam.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. *vers. fallit.* Ioan. de Salas *in tract. de legib. quæst.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 6. *sub nu.* 78. Suar. *in simili tract. lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 25. Farinac. *fragm. crim. p.* 2. *verbo lex, num.* 126. quamuis contrarium, imò verbum hoc prolatum à lege, vel à statuto in tempore futuro non importare canonem latæ sententiæ teneat glos. *verbo amittat. in l. si quis in tantam. C. vnde vi,* & alia glos. etiam *verbo amittat, in l. si qua ex fœminis. C. de secund. nupt.* cum aliis citatis per Tiraq. *in l. si vnquam. verbo reuertatur, num.* 152. *cum sequentibus.*

Amodo.

DICTIO XXXI.

1 IMportat hæc dictio idem quod posthac, secundùm Grammaticos, & eo sensu etiam accipitur apud Legistas, vt *in cap. vnico, qualiter iurare deb. vassal. dom. fidelit.* Alber. *in suo dictionar. sub hoc verbo:* & de hac dictione habetur *Ioan.* 14. Si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, & amodo cognoscetis; vel vt aliter stat textus, cognoscitis eum; & Apoalyps. *cap.* 14. Amodo enim iam dicit Spiritus; in quibus locis magis pro præsenti, quàm pro futuro tempore accipitur, secundùm Bertazol. *de claus. instrum. claus.* 29. *glos.* 3. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi & effectibus huius dictionis agentes.*
2 *Includere est de natura dictionis* Amplius.
3 *Repetitiua præcedentium est dictio* Amplius, *si adiiciatur dictioni* Eo, *vel* Hoc.
4 *Continuatiua legati, non repetitiua rei legatæ est dictio* Amplius, *si ponatur sine pronomine,* Hoc.
5 *Augmentatiuè, in modico tamen ponitur dictio* Amplius.
6 *Dictio* Amplius, *ad illum quoque pertinet, cui nihil debetur.*
7 Vltra, *vel* Vlterius.
8 Plus.
9 Insuper, *aut* Præterea.
10 Deinceps.
11 Etiam.
12 Melius.
Dictio Amplius *quandoque importat*
13 *Dictio* Amplius *accommodatur interdum ad tempus, & numerum.*

Amplius.

DICTIO XXXII.

DE vi, & effectibus huius dict. vide Prat. *in suo Lexico, verb. Amplius,* Brisson. *lib.* 1. *de verbor. signif. eod. verb.* Rebuff. *ad l. verbum amplius,* 82. *ff. de verbor. signif. pag.* 377. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 9. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 246. Cened. post *lib. pract. & canon. quæst. singul.* 68. *num.* 4. 1

Natura huius dictionis est includere, Luc. de Penna *in l.* 1. *col.* 2. *C. de iure fisci, lib.* 10. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 2. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 145. *num.* 3. 2

Est repetitiua præcedentium, *l. legata inutiliter, in princip. ff. de leg.* 1. Bart. *in l. si tibi pure,* 52. *ff. de leg.* 3. & *in l. in repetendis,* 61. *in princip. ff. eodem,* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 8. Ioann. Garz. *de nobil. in diuis. num.* 51. Stephan. Gratian. Marchiæ *decis.* 137. *num.* 10. & *discept. forens. cap.* 116. *n.* 3. Socin. *Iunior cons.* 61. *n.* 2. & *cons.* 117. *num.* 9. *vol.* 3. Card. Tusch. *d. conclus.* 246. *num.* 1. vbi refert Signorol. *cons.* 208. *num.* 3. *vers. præterea.* Intellige, si adiiciatur dictioni *Eo,* vel *Hoc;* quia sine illis non repetit, Azeued. *ad l.* 2. *num.* 8. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* & vide infrà *in dict. Hoc amplius.* 3

Vnde in legatis si hæc dictio *Amplius* ponatur sine pronomine *Hoc,* est dumtaxat continuatiua legati, non repetitiua rei legatæ; secùs autem, si apponatur pronomen *Hoc,* quia tunc est repetitiua legati, *l. si à pluribus,* 110. §. *si ita scriptum,* & ibi Paul. de Castro *num.* 2. *& seq. ff. de leg.* 1. Gulielm. *in cap. Raynutius, verb. Alterochæ, num.* 3. *de testam.* Cened. *d. singul.* 68. *num.* 4. Vulpell. vbi suprà, Surd. *cons.* 274. *num.* 26. 4

Nonnunquam ponitur augmentatiuè, in modico tamen, *l. cùm inter nos, ff. de verbor. signific.* Vulpell. *citato loco, vers. & ponitur.* 5

Ad illum quoque pertinet hæc dictio, cui nihil debetur, *l. minùs solutum,* vbi Rebuff. & Alciat. *ff. de verbor. signific.* Monet. *in tract. de option. canonica, cap.* 5. *q.* 1. *num.* 10. 6

Amplius idem significat, quod *Vltra,* vel *Vlteriùs,* vt *in l.* 4. §. *lex Iulia,* ibi, Ampliùs quarta parte, quàm debet, punitur, *ff. ad legem Iuliam peculatus, l.* 1. §. *quæ quæstion ff. de quæst. l. cùm amplius ff. de regul. Iuris.* 7

Quandoque importat idem quod *Plus,* vt *in l. si quando,* ibi, *semipedem, & amplius, ff. si seruitus vendicetur,* Cic. 3. *Verr.* Facite quod vultis, datur tus non sum ampliùs. 8

Plerumque declarat *Insuper,* aut *Præterea,* Cic. *pro Milon.* Quid vultis ampliùs? Idem *pro Planc.* Nihil dico ampliùs. 9

Interdum accipitur pro *Deinceps,* vt *in l. si cui,* ibi, Ampliùs mutanda eius (scilicet viæ electæ) potestatem habere, *ff. de seruit.* 10

Aliquando importat idem quod *Etiam,* vt *in l.* 3. §. *sed & si quis vsumfructum,* ibi, Hoc ampliùs, *ff. de itinere, actuque priuato.* 11

Denique exponitur pro *Melius,* à glos. *in proœmio Digestor.* ibi, Quis ampliùs, quàm vos, cognouit? 12

Accommodatur quandoque ad tempus, ac numerum, Cic. *pro Roscio Amerin.* Ampliùs sunt sex menses. Idem 4. *Verr.* Ampliùs quàm centum ciues. Idem 6. *Verr.* Hora ampliùs in demoliendo signo mittebatur. 13

SVM

SVMMARIVM.

1 Ante, *præpoſitio eſt quoties caſum regit, & tunc eiuſdem naturæ eſt cum dictione* Poſt.

2 *Perſonam aliquando reſpicit præpoſitio* Ante.

3 *Locum nonnunquam reſpicit præpoſitio* Ante.

4 *Tempori quandoque adiungitur præpoſitio* Ante.

5 *Tempus ante principium actus regulariter de ſui propria natura ſignificat dictio* Ante.

6 *Finem actus expoſcit dict.* Ante, *quando refertur ad actum, qui habet tractum ſucceſſiuum determinatum, & concurrit fauor debitoris.*

7 *Tempus poſt principium actus denotat dictio* Ante *ratione concordiæ teſtium diſcordantium.*

8 *Dictio* Ante *propriè ſumpta denotat quod illud, cui adijcitur, debet interuenire.*

9 Ante *aduerbium eſt, cùm nullum caſum regit.*

Ante.

DICTIO XXXIII.

1 PRæpoſitio eſt, quoties caſum regit, & tunc eiuſdem naturæ eſt cum dictione *Poſt*, séque mutuò reſpiciunt, latè Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. & poſteà, num.* 14. *C. de reuocan. donat.* ad quem locum ſe remittit *de retractu lign.* §. 1. *gloſ.* 11. *num.* 49. *& num.* 70.

2 Perſonam tunc aliquando reſpicit, Cic. 6. *Verr.* Ante hoſce deos erant tabulæ, *l. quod Epheſi, in fine*, ibi, Summam æquitatem quoque ante oculos habere debet Iudex, *ff. cum ea, quod certo loco.*

3 Nonnunquam locum, Cic. *pro Milone:* Clodius ante ſuum fundum Miloni inſidias collocauit, *l. ſed & ſi pupillus*, §. *proſcribere*, ibi, Ante eum locum, quo negotiatio exercetur, *ff. de inſtit. action.* Et quando actus fieri debet ante ædem, vel in alio loco, niſi ibi fiat actus, erit nullus, *Clem. cauſam*, vbi Doctores, *de elect.*

4 Tempori quandoque adiungitur, Cic. 2. *Verr.* Cauſam intereà ante eum diem diceret, *l. caſus*, ibi, Ante expletum tempus, *ff. de pignorat. act.* Et interdum perſonæ addita hæc præpoſitio deſignat etiam tempus, Cic. 3. *Verr.* Minutius mortuus eſt ante iſtum Prætorem. Idem *Acad.* 1. Omnes ante eum Philoſophi.

5 Vtrùm autem, vbi tempori adiungitur, ſignificet illud perfectum, vel ante principium actus, non bene conſtat inter Doctores. Regulariter verò, & de ſui propria natura dictio iſta ſignificat tempus ante principium actus, *l. ſi quis id quod, verſ. quòd ſi diſponi, ff. de iuriſdict. omnium Iudicum*, ibi, Dum proponitur, vel ante propoſitionem, *l. fin. ff. de albo ſcribendo, cap. ante triennium*, 31. *diſtinct.* Dec. *in l.* 2. §. *creditum in 2. lectura, num.* 13. *& 23. ff. de reb. creditis, & conſ.* 593. *num.* 3. Cened. poſt *lib. pract. & canon. quæſt. ſingul.* 13. *num.* 1. *& 6.* quamuis hanc dictionem incluſionem, ſeu finem actus ſignificare teneant Oldrad. *conſ.* 49. *ad finem*, gloſ. *verb. dierum, in cap. anteriorum*, 2. *q.* 6. Rebuff. *ad l. anniculis*, 132. §. *ante diem decimum, ff. de verbor. ſignif. pag.* 503. & alij citati per Cened. *d. ſing.* 13. *num.* 5. Vnde in terminis Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 12. decidentis, ne quis ante vigeſimumſecundum annum ad ſubdiaconatus Ordinem promoueatur, ſufficere eſſe inceptum tradunt Henriq. *in Sum. lib.* 10. *cap.* 19. §. 2. *& lib.* 13. *cap.* 38. §. 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 166. Ego ipſe *de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *alleg.* . . Nam quando perfectum, & conſummatum annum requirit idem Concilium, hoc ipſum exprimit addendo verbum illud *Expletum*, prout *ſeſſ.* 25. *de Regular. cap.* 15. ibi, Ante decimumſextum annum expletum.

6 Verùm quando iſta dictio refertur ad actum, qui habet tractum ſucceſſiuum determinatum, & concurrit fauor debitoris, putà ſi dicamus: Promitto tibi ſoluere ante vnum annum, vel ante Kalendas Auguſti: quia tunc expoſcit finem actus, & intelligitur ante annum finitum, & ante Kalendas finitas, nec debitor poterit conueniri in ipſo die Kalendarum, ſed in altero ſequenti, *l. qui ante Kalendas, ff. de verbor. oblig. l. eum, qui ita*, 56. §. *qui ita ſtipulatur, ante, ff. eod. tit.* vbi gloſ. *verb. ante Kalend.* Alex. *in d. l.* 2. §. *creditum, num.* 2. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignific. ſub hac dict. num.* 2. vbi *num.* 4. obſeruat, hac in re perpendenda eſſe verba conuentionis, & diſpoſitionis, quia virtus huius dictionis valebit ſecundùm naturam contractus, Rendin. *in prompt. recept. ſentent. tom.* 1. *tit.* 27. *num.* 6. *verſ. ſecundum eſt membrum*, Cened. *d. ſingul.* 13. *num.* 3.

7 Sic etiam ratione concordiæ teſtium diſcordantium denotat hæc dictio tempus poſt principium actus, verbi gratia, ſi vnus teſtis dicat talem rem fuiſſe factam ante nuptias, alter verò teſtis dicat poſt nuptias, tunc gratia reductionis teſtium ad concordiam interpretabimur dictionem *Ante nuptias*, ſcilicet finitas; & verbum *Poſt nuptias*, ſcilicet inchoatas: quo caſu recedimus à proprietate verbi *Ante*. Ita Bart. *in d. §. creditum*, vbi Iaſ. *num.* 8. & Dec. *in prima lect. num.* 5. *& in ſecunda lectura, num.* 9. Curt. iun. *col.* 4. *num.* 13. Rendin. *d. num.* 6. *verſ. eſt & tertium*, Cened. *d. ſingul.* 13. *num.* 2.

8 Denotat etiam hæc dictio propriè ſumpta, quòd illud, cui adiicitur, debet interuenire; vt ſi dicam ante acceptationem debes illud facere: ergo præſupponit, quòd acceptatio debet interuenire, licèt aliquando minùs propriè ſumpta bene denotat, quòd non interuenit; ita Zabarel. *conſ.* 95. *num.* 4. Cened. *d. ſingul.* 13. *num.* 7. vbi *num.* 8. poſt Gom. *in cap. ſi annum*, §. *ſi verò, num.* 3. *de iudiciis, in* 6. ſubdit, quòd poteſt ſignificare actum immediatè ſequentem, & diſtantem.

9 *Antè* aduerbium eſt, cùm nullum caſum regit, Cic. 1. *Tuſcul.* Et paucis antè diebus cùm poſſet è cuſtodia educi, noluit. Idem 2. *de Finib.* Vt qui Philoſophi eſſe volunt, Aſſoti antè fiant.

Anteà.

DICTIO XXXIV.

DIcitur, quaſi *Ante ea*, cui *Poſteà* opponitur. Cic. *lib.* 1. *epiſt.* 9. Appius in ſermonibus anteà dictabat, poſteà etiam dixit in ſenatu.

Reſpicit communiter tempus, vt *in l. non diſtinguemus*, §. *illud, ff. de exceptis arbitr.* Cuius naturæ eſt etiam dictio *Antequam*, vt *in l.* 2. *ff. de mortuo inferendo*, notat Rebuff. *in comment. ad l. anniculus*, 132. §. *ante diem, in fine, ff. de verbor. ſignific. pag.* 504.

Antedictus.

DICTIO XXXV.

1 HÆc dictio est relatiua, & operatur, ac si aliquis nominatim fuisset expressus, Bart. *in l. qui liberis, §. hac verba, in fine, ff. de vulgari.* Surd. *cons.* 123. *num.* 13. & *cons.* 315. *num.* 3.

2 Item de sui natura est restrictiua, vt *in l.* 1. *§. deinde, ff. de postulan.* Menoch. *cons.* 160. *num.* 39.

Antehac.

DICTIO XXXVI.

1 HÆc dictio refertur ad tempus anteà elapsum, iuxta tradita per Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 28. *num.* 33. vbi *num.* 35. subdit, quòd hæc dictio includit.

2 Idem importat, quod *Ante hac*, Terent. *in Andr.* Nam quod ante hæc fuit, nihil ad me pertinet. Item interpretatur *Ante hoc tempus*, cui contrarium est *Posthac*, & *Nunc*, Cic. *lib.* 12. *epist.* 33. Atque antehac quidem sperare saltem licebat, nunc etiam illud ereptum est.

Antequàm.

DICTIO XXXVII.

1 ALiquando hæc dictio cum coniunctiuo, interdum verò cum indicatiuo modo copulatur, Cic. 1. *Philippic.* 1. Antequàm de Republica, Patres conscripti, dicam ea, quæ. Idem 4. *Verr.* Antequàm de Siciliæ incommodis dico. Nonnunquam pluribus verbis interiectis distrahitur, Cic. *pro Rab. Per.* Quæ causa antè mortua est, quàm tu natus esses.

2 Non semel implicat, *l. quod dicitur, ff. de verbor. signific.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub hac dict. pag.* 11. vbi post Abb. *in illo textu*, subdit, quòd dictiones negantes actum certo tempore, non ponunt implicatiuè actum alio tempore, & ideò saluari posse testem à pœna falsi, qui dixerat, quòd antequàm Titius veniret ad prandium, filius percussit Sempronium, si probetur Titium ea die ad domum non venisse.

Apprehendere.

DICTIO XXXVIII.

1 VErbum hoc potest intelligi cum violentia, & sine illa, prout materia postulauerit, ex traditis per Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.* 132. *num.* 73.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium boni viri denotat verbum* Approbare.

2 Approbare *quis non potest quod semel impugnauit.*

3 Approbatum *semel non potest amplius reprobari.*

Approbare.

DICTIO XXXIX.

1 DEnotat boni viri arbitrium, vt *in l. si sic legatum, ff. de legat.* 1. tradit Bened. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. p.* 1. *in initio, num.* 10.

2 Approbare quis non potest quod semel impugnauit, *l. dispensatorem, ff. de solut.* Menoch. *cons.* 105. *num.* 27. & *cons.* 364. *num.* 17. & *cons.* 395. *num.* 89. Surd. *cons.* 157. *num.* 10. & *cons.* 196. *num.* 2. *cum seqq.* & *cons.* 364. *num.* 27. Rota *decis.* 596. *num.* 5. & *decis.* 636. *num.* 8. *p.* 2. *recent.*

3 Nam approbatum semel non potest ampliùs reprobari, *l. Pomponius, ff. de negot. gestis*, Surd. *cons.* 18. *num.* 2. & *cons.* 351. *num.* 41. & *decis.* 132. *num.* 4. Marc. Anton. *var. resol. lib.* 2. *resol.* 30. *num.* 25. Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disput.* 6. *num.* 9. Anton. Monach. Bononien. *decis.* 34. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Coram denotat dict.* Apud.

2 Penes, *vel* Prope, *importat dictio* Apud.

3 Apud *&* Penes *in quo differant, ostenditur.*

4 Ab *interdum importat dictio* Apud.

5 In *nonnunquam denotat dictio* Apud, *quandoque verò differunt.*

Apud.

DICTIO XL.

1 VArias habet hæc dictio significationes, aliquando enim denotat idem, quod *Coram*, vt *in l.* 1. *& 2. ff. de offic. Præsidis, l.* 3. *ff. de adopt. l. de iure, ff. ad municipal. l.* 2. *ff. de sicariis*, ibi, Inauditum filium pater occidere non potest, sed accusare eum apud Præfectum, secundùm intellectum Rebuff. *in l. penes te, ff. de verbor. signific. in vers. interdum*, Mandos. *in glos. facult. in proœmio, in verbo Apud quos*, idem Rebuff. *in concordata, in rubr. de Regia ad Prælatos nomin. §.* 1. *in verb. apud sedem*, Cened. post *lib. practic. & canon. quæst. singul.* 19. *num.* 4. Franc. à Sousa *in comment. ad tit. ff. de pactis, art.* 1. *num.* 7.

2 Nonnunquam significat idem, quod *Penes*, vel *Propè*, vt *in l. is, apud quem, ff. de acquir. hæred. & in l. is, apud quem, ff. de verbor. signific. & in l. is, apud quem, C. de edendo, & in l. vnica, §. pro secundo, C. de caducis tollendis*, & *l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure*, Petr. Enriq. *respons. opusc.* 2. *num.* 2. Marches. *de commiss. p.* 1. *cap.* 13. *num.* 45. Mandos. *in d. verb. apud quos, pag.* 54. Rebuff. *in d. l. penes te, vers. notandum esse*, Cened. *d. singul.* 19. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 43. *num.* 44.

3 *Apud*, & *Penes* in hoc differunt, quia *Apud* significat personam in loco, vt Apud Platonem, id est, in loco, in quo est Plato; *Penes* verò significat personam, & dominium, ac potestatem, vt Penes te est salus, vita mea. Ita tradunt Mandos. *in d. verb. apud quos, pag.* 55. Vulpell. *sub dict. Antequàm, in vers. apud, pag.* 11. Cened. *d. singul.* 19. *num.* 3.

4 Interdum sumitur pro Ab, *l. apud antiquos quæretur,*

batur, id est, ab antiquis, *C. de furtis*, Mandos. *d. verb.*
5 *apud quos*, *fol.* 54. Cened. *d. singul.* 19. *num.* 5. Nonnunquam sumitur pro *In*, ita glos. *verb. in Cursa, in cap. statutum, de prebend. in* 6. Cosm. *in pragm. sanct. tit. de conciliat. Eccles. Gallican.* §. 1. *in verb. apud*, Mandos. *d. verb. apud quos*, *pag.* 54. Rebuff. *in d. l. penes te*, *vers. apud Iulianum*, Cened. *d. singul.* 19. *num.* 6. Qui omnes tradunt, hanc dictionem *Apud*, & illam dict. *In* differre; quia *Apud* personæ præponitur, *In* verò propriè sumpta loco proponitur, *Genes.* 8. Cuncta animantia, quæ sunt apud te. *Et cap.* 12. Et laudauerunt eam apud illum. *Et cap.* 24. *in princ.* Aduena ego sum, & peregrinus apud vos. & probatur *in l.* 1. *vers. domos, & vers. vidnas, C. de fals. monet.* & *in l.* 1. *C. de desert. lib.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Tempore pro omni aliquando sumitur dictio* Assiduè.
2 *Temporis frequentiam non verò continuationem denotat dictio* Assiduè.
3 *Frequẽter quandoq; importat dictio* Assiduè.
4 *Sæpe, vel Crebrò, interdum importat dict.* Assiduè.

Assiduè.

DICTIO XLI.

1 PRo omni tempore aliquando sumitur ista dictio, *l. filium*, & ibi Bald. *ff. de iis, qui sunt sui, i. jnal. in princ. ff. de adilit. edict. cap. Diaconi, prope finem*, 99. *distinct. cap.* 1. *de restit. spol. lib.* 6. & tradunt Mandos. *in glos. facult.* §. *volentes*, *vers. assiduè*, *pag.* 173. Cened. post *lib. pract. & canon. quæst. singul.* 12. *num.* 1.

2 Interdum frequentiam, non verò temporis continuationem denotat, & sic quòd *Assiduè* idem sonet, quod horis competentibus, & non omne momentum exigatur, vt *in l. si quis legauit, ff. de cond. & demonstr. l. Mœuio, ff. de manumiss. testam. cap. fin.* 36. *distinct. cap. frequens*, & ibi Dominicus 54. *dist. glos. fin.* per text. ibi *in cap. de quibusdam*, 37. *dist. cap.* 1. *de offic. Archipresbyt.* vbi Hostiens. exponit *Assiduè*, id est, horis competentibus, Felin. *in Proœmio Decretal. verb. Rex pacificus*, post *num.* 3. *vers. idem si dicatur assiduè*, Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 2. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 11. Cened. *d. singul.* 12. *num.* 3. Mandos. *verb. assiduè*, *pag.* 173. *in fine.*

3 Nonnunquam accipitur pro *Frequenter*, & ponuntur pro eodem, vt *in l. quòd si nolit*, §. *qui assiduè, ff. de adilit. edict.*, *l. assiduis, ff. qui potiores in pignore habeantur*, Cened. *d. sing.* 12. *num.* 2.

4 Quandoque exponitur, id est, *Sæpe*, vel *Crebrò*, vt *in l. Mœuia*, §. *vxore*, *ff. de annuis legatis*, vbi etiam iuncta glos. *verb. difficile*, subditur, quòd *Assiduè*, & *Raro* opponuntur, Mandos. *in d. verb. assiduè*, *pag.* 174. *col.* 1. Cened. *d. sing.* 12. *num.* 4.

5 Dicimus *Assiduè*, *assiduò*, *assiduissimè*, vt ex Cicerone, & aliis bonis Autoribus latè tradidi *in meo Dictionario Lusitanico-Latino*, *col.* 248.

Assignauit.

DICTIO XLII.

1 VErbum hoc in dubio dominij translationem denotat, ex traditis per Brunor. à Sole *in Locis communibus*, *lit. V. num.* 36.

Atque.

DICTIO XLIII.

COniungit hæc dictio, vt *in l. in lege censoria*, 1
in fine, *ff. de verbor. signif.* & *in l. itemque*, §. 1. *ff. de action. empti*, & *in l. fundum*, §. *penult. ff. de euict.* cum aliis adductis per Rebuff. *in comment. ad l. pronunciatum*, 46. *vers. atque*, *ff. de verbor. signif. pag.* 245.

SVMMARIVM.

1 *Orationem non secus quàm* Atque, *vel* Atque etiam, *continet sæpe dictio* Atqui.
2 Sed, *aliquando importat dictio* Atqui.
3 Et tamen *interdum declarat dictio* Atqui.
4 Certè *quandoque denotat dictio* Atqui.

Atqui.

DICTIO XLIV.

COntinet sæpe orationem non secùs, quàm 1
Atque, vel *atque etiam*, sed vi quadam maiori, Cic. *pro Milone*: Atqui si tempus est vllum, iure hominis necandi, quæ multa sunt, certè illud est. Idem *ibid.* Atqui erat id temporis clarissimus, & fortissimus Consul inimicus Clodio.

Aliquando ponitur pro *Sed*, vt *in l. arbitrio*, §. *de eo*, 2
ff. de dolo, licèt glos. ibi exponat pro *Certè*, & *in l.* 1. *ff. si seruitus vendic.* vbi glos. exponit pro *Sed*; ita Rebuff. *in comment. ad l. pronunciatum*, 46. *vers. atqui*, *ff. de verbor. signif. pag. mihi* 245.

Interdum declarat *Et tamen*, Cic. 3. *Verr.* Atqui 3
in his rebus multa videmus ita sancita esse legibus, vt, &c. Idem *pro Sext.* Atqui ne ex eo quidem tempore id egit Sextius.

Quandoque interpretatur pro *Certè*, vt *in l. filius-* 4
familias, *ff. de in rem verso*, & *in l. atque*, vbi glos. *ff. de negot. gestis*, Rebuff. *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 Auferre, *importat aliquando* Accipere.
2 Auferre *nonnunquam dicitur quod manibus per raptum accipitur.*
3 Auferre *&* mouere, *in quo differant, ostenditur.*

Auferre.

DICTIO XLV.

VErbum hoc importat aliquando *Accipere*, vt *in* 1
l. duobus, *ff. de leg.* 1. & *in l. Meuius*, §. *cum qui*, vbi glos. *verb. abstulit*, *ff. de leg.* 2. Brunor. à Sole *in Locis communibus*, *verb. auferre*, vbi subdit, quòd au- 2
ferri dicitur, quod manibus per raptum accipitur. Et posse intelligi cum violentia, & sine illa dicit Seraphin. *de priuileg. iuramenti*, *priuil.* 132. *num.* 73.

Auferre

BIBLIOTECA NACIONAL

3 *Auferre*, & *Mouere* differunt: nam auferuntur, quæ detrahuntur, vt transferantur ex alio ædificio in aliud; mouentur, quæ eruuntur ex officinis, Cuiac. *lib.* 18. *obseru.* 19. Item *Auferre*, & *amouere* differunt, *l.* 3. §. *non solum*, *ff. de incend. ruina, & naufrag.* Galganet. *de different. indiuid. lit. A. num.* 99.

SVMMARIVM.

1 *Disiunctiua propriè est dictio* Aut.
2 *Alternatiua dictio* Aut, *attribuit actum cuilibet in solidum.*
3 *Alternatiua cùm sit dictio* Aut, *sufficit ad eius verificationem alteram partem esse veram, siue dispositio sit affirmatiua, siue negatiua.*
4 *Alternatiua ordinis, non verò electionis est dictio* Aut.
5 *Copulatiuè, seu coniunctiuè accipitur aliquando dict.* Aut, *& requirit concursum vtriusque.*
6 *Aduersatiua nonnunquam est dictio* Aut, *& ponitur inter diuersa.*
7 *Similia & inter æqualia quandoque ponitur dictio* Aut.
8 *Expositiuè pro, id est, accipitur etiam dictio* Aut.
9 *Dictio* Aut, *quando ponitur inter personas inter quas subest ordinata affectio, consentur vocati ordine successiuo, & non simul; secus verò quando ponitur inter personas honoratas, quia tunc resoluitur in coniunctionem.*
10 *Maioratu si dicatur quod succedat filius, aut filia maior ex ordine scripturæ præferendus est filius, licèt iunior, existente filia etiam maiore.*
11 *Alternatiuæ, siue disiunctionis propriè vim habet dictio* Aut, *quando ponitur inter personas grauatas, seu ad onus vocatos.*
12 *Coniunctiuè non accipitur dictio* Aut, *quando ponitur inter personas, & in casu simpliciter odioso.*
13 *Alternatiuæ in propria natura stat dictio* Aut, *quando ponitur non inter personas, sed inter res.*
14 *Disiunctionis, seu alternatiuæ in propria natura stat dictio* Aut, *quando ponitur inter ea, quæ simul esse non possunt.*

Aut.

DICTIO XLVI.

1 DIsiunctiua propriè est, ac disiunctiuè regulariter sumitur hæc dictio, *l. si ex toto*, §. 1. *ff. de leg.* 1. *l. ille, aut ille, in princip. ff. de leg.* 3. *l. Titio, ff. de leg.* 2. Rolan. à Valle *conf.* 99. *num.* 56. *vol.* 4. *medio. de acquir. possess. in princ. verb. aut.* Et disiungit sensum, & verba, Paris. *conf.* 91. *num.* 29. *lib.* 2. Natt. *conf.* 675. *num.* 26. *vol.* 4. Honded. *conf.* 35. *num.* 17. *vol.* 2. Et est alternatiua, quæ importat idem quod *Seu*, aut *Siue*, Bald. *conf.* 45. & 450. *lib.* 5. Roman. *conf.* 176. *num.* 7. *in fine*, Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 244. *num.* 8. Flamin. Paris. *de consident. benef. q.* 32. *num.* 40. Et ad verificationem sufficit alteram partem esse veram, *l. si heredi plures, ff. de cond. instit. l. plerumque*, §. *fin. ff. de itre dotium, l. si quis ita stipulatus fuerit, in fine, ff. de verbor. oblig.* tradunt Bart. Perett. *ad extrauag. ambitiosæ, in verb. vsibus, num.* 20. *pag.* 152. Rebuff. *in comment. ad l. ostentura*, 38. *vers. aut, ff. de verbor. signif. pag.* 208. *in fine*, Portol. *de consortib. cap.* 1. *num.* 7. *vers. diximus autem*, Mandos. *in glos. facult.* §. *ac etiam, in verb. Aut, pag.* 260. Euerard. *in sua Cent. loco* 49. *à natura alternatiuorum*, Pichard. *ad* §. *quòd si quis*, 5. *num.* 6. *Instit. de inutil. stipulat.* Azor. *Instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 27. *q.* 1. Cened. *post canonicas quæst. sing.* 6. *num.* 2. & 3. Galganet. *de different. indiuiduorum, lit. A. num.* 103. Vnde *glos.* 1. *in cap. cùm plures, de offic. deleg. num.* 6. dicit, quòd ista alternatiua attribuit actum cuilibet in solidum, quem sequuntur ibi Archid. Ioan. Andr. Domin. & Franch. prout eos refert Cened. *d. singul.* 6. *num.* 3. *in fine.* 2

Amplia quod suprà dictum est, videlicet, ad verificationem eius sufficere alteram partem esse veram, vt procedat, siue dispositio sit affirmatiua, siue negatiua, vt post Din. *in reg. in alternatiuis, de reg. Iuris, in* 6. tenet Felin. *in cap. inter cæteras, num.* 29. *de rescript.* & ibi Dec. *num.* 9. *col.* 3. quos refert, & sequitur Cened. *d. singul.* 6. *num.* 3. vbi *num.* 4. post Rebuff. *in concord. tit. de collat.* §. *statuimus, in verb. aut*, subdit, quòd licèt ista dictio sit alternatiua, & sufficiat, vt dictum est, ad eius verificationem alteram partem esse veram, tamen natura huius dictionis est, vt sit alternatiua ordinis, non verò electionis, addítque *ex glos.* 1. *in fine, in cap. cùm plures*, vbi Dominic. *in princ. in* 4. *notab. de offic. deleg. in* 6. quòd aliquando ista alternatiua *Aut* est electionis, & non ordinis, & significare electionem ordinatam tradit Menoch. *conf.* 1116. *num.* 9. 3 4

Interdum tamen hæc dictio *Aut* accipitur copulatiuè, seu coniunctiuè, & requirit concursum vtriusque, maximè quando ponitur inter personas, & tunc exponitur pro *Et*, *in l. sæpe, ff. de verbor. signif. & in l. cùm quidam, vers. melius itaque, eod. tit. cap. in omnibus vobis, in fine*, & ibi glos. *verb. aut*, 2. *q.* 4. *cap.* 2. vbi glos. *verb. aut, de confessis, in* 6. tradunt Rimin. Sen. *conf.* 187. *num.* 15. *lib.* 1. Tiber. Decianus *conf.* 43. *num.* 10. *lib.* 1. Honded. *d. conf.* 35. *num.* 18. & *conf.* 86. *num.* 13. *vol.* 2. Gallet. *in margar. casuum conscientiæ, verb. dictio*, Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. assiduè, in fine, pag.* 12. Pichard. *ad* §. *planè*, 4. *num.* 26. *Instit. de inutil. stipulat.* 5

Aliquando, & principaliùs est aduersatiua, & ponitur inter diuersa, *l. iter si susceperit, ff. de procur. l. aut facta, ff. de pœn. l.* 3. *cum duabus seqq. ff. de donat. causa mortis*, Roland. *conf.* 99. *num.* 56. *cum seqq. vol.* 4. Mandos. *in glos. facult.* §. *& proprium, in verb. aut*, & *in reg.* 1. *Cancellar. q.* 10. *num.* 10. Menoch. *conf.* 1061. *num.* 46. Cened. *d. sing.* 6. *num.* 1. & tunc idem significat, quod *Vel*, Bartol. Perett. *vbi supra, à num.* 21. 6

Nonnunquam verò ponitur inter similia, & æqualia, vt tradit Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. alternatiua primò.* 7

Accipitur etiam ista dictio expositiuè pro *Id est*, Paris. *conf.* 110. *num.* 18. *vol.* 3. Mandos. *d. verb. aut, in fine*, Iacobat. *de concil. lib.* 3. *art.* 1. *num.* 130. Honded. *conf.* 69. *num.* 28. *vol.* 2. Cened. *d. singul.* 6. *num.* 5. vbi *num.* 6. post glos. *verb. aut, in l. debitoribus* 8

toribus, ff. de re iudic. & Mandoſ. d. §. & proprium, in verb. Aut, in fine, pag. 323. ſubdit, hanc dictionem accipi pro *Sicut*.

Quia verò ex ſupradictis non bene liquet, an, & quando iſta dictio ſumi debeat alternatiuè, & diſiunctiuè, quando verò accipi debeat copulatiuè, & coniunctiuè, ideò per aliquas aſſertiones hoc patefacere operæpretium duxi.

9 Prima igitur aſſertio ſit. Suppoſito, quòd hæc dictio *Aut* propria, & vera, ac naturalis ſit alternatiua, ſeu diſiunctiua, & ad eius verificationem ſufficiat alteram partem eſſe veram, *cum citatis ſuprà in princip.* quando illa ponitur inter perſonas, inter quas ſubeſt ordinata affectio, ſiue intereà concurrat neceſſitas inſtituendi, ſiue non, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, & non ſimul. Quando verò ponitur inter perſonas honoratas, inter quas non adeſt ordo charitatis, & affectionis, tunc reſoluitur in coniunctiuam, & ponitur pro *Et*: colliges hæc ex Cancer. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *num.* 51. Pelaez *de maiorat. p.* 2. *in initio, num.* 34. *& ſeq.* Molina *de primogen. lib.* 10. *cap.* 6. *num.* 6. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 98. *num.* 5. Cened. *d. ſingul.* 6. *num.* 10. *&* 11. vbi *num.* 12. limitat, quando huiuſmodi dictio ponitur inter perſonas, inter quas valere non poteſt, prout geritur: nam tunc valebit eo meliori modo, quo valere poteſt, & *num.* 16. limitat pariter, niſi aliud conſtet de mente diſponentis expreſsè.

10 Vnde inferunt Doctores ad maioratum, in quo ſi dicatur (ſuccedat filius, aut filia maior) ex ordine ſcripturæ præferendum eſſe filium, licèt iuniorem, exiſtente filia etiam maiori: de qua quæſtione vide latè Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 5. *num.* 5. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri, num.* 612. Gam. Luſitan. *deciſ.* 337. *num.* 11. *cum ſeqq.* vbi Flores *in addit.* & de emphyteuſi conceſſa pro filio, aut filia nominanda, vide eumdem Gam. Luſitan. *deciſ.* 260. *num.* 2. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 10. *num.* 52.

11 Secunda aſſertio eſt, quòd quando huiuſmodi dictio ponitur inter perſonas granatas, ſeu ad onus vocatas, tunc ſtat in natura propria alternatiuæ, ſiue diſiunctionis; putà ſi dicatur: Lucius hæres meus, aut, Titius hæres meus, Seio centum dato: nam ſunt duo rei debendi, & quilibet tenetur in ſolidum, & vno ſoluente alter liberatur, *l. ſi ex toto,* §. 1. *ff. de leg.* 1. Cened. *d. ſing.* 6. *num.* 18.

12 Tertia aſſertio eſt, quòd quando ponitur iſta dictio inter perſonas, & in caſu ſimpliciter odioſo: vt, Condemno ad mortem Titium, aut Sempronium: tunc non ponitur coniunctiuè, cùm fortè nullus veniat damnandus. Ita Cened. *d. ſing.* 6. *num.* 19.

13 Quarta aſſertio eſt, quòd quando ponitur non inter perſonas, ſed inter res, ſtat in propria natura alternatiuæ, vt ſi dicatur: Lego filio meo domum meam, aut hortum: vel dicatur: Illam, aut illam rem tali relinquo: quia hoc caſu, ex quo iſta dictio poſita eſt inter res, ſtabit in propria natura alternatiuæ, *l. cum quidam, ad finem, verſ. ſed hoc, C. de verbor. ſignif.* & ibi gloſ. *verb. incorrupta.* Et hoc caſu hæredis, vel debitoris erit electio, *l. ſi in emptione,* §. *pœna,* & *l. ſi ita, ff. de contrahen. empt. l. plerumque, in fine, ff. de iure dotium,* Iaſ. per text. ibi *in* §. *huic autem, à num.* 10. *Inſtit. de action.* Rebuff. *in concord. in rubr. de elect.* §. 1. *in verb. quique bis,* Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, rubr.* 9. §. 21. *in verb. au choix, num.* 1. *&* 2. Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *ac etiam, in verſ. Aut, fol.* 260. *col.* 2. *ad princip.* Neguſant. *de pignor.* 5. *parte principali, num.* 7. Cened. *d. ſing.* 6. *num.* 21. vbi *num.* 22. ſubdit, quòd quando ponitur in conditionibus proteſtatiuis, vel caſualibus, tunc alternatiua ſtat in propria natura diſiunctionis, & alternatiuæ, & *num.* 24. ſubdit, quòd in arbitrariis, id eſt, in iis, quæ arbitrio alicuius diſiunctiuè committantur, ſtat in propria natura diſiunctionis, ſeu alternatiuæ, per *l.* 1. *ff. de cuſtod. reorum.*

Quinta aſſertio eſt, quòd vbi hæc dictio ponitur inter ea, quæ ſimul eſſe non poſſunt, ſemper 14
ſtat in propria natura diſiunctionis, ſeu alternatiuæ: vt, Dies eſt, aut nox, *l. hac verba,* 124. *ff. de verbor. ſignif.* Cened. *ſing.* 6. *num.* 24. *verſ.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Aduerſatiua in iure, & in facto eſt dictio* Autem.
2 *Aduerſatiua eſt dictio* Autem *ad proximè præcedentia.*
3 *Solutioni anticipatæ non vti facta ex pacto, ſed vti ſpontaneæ aduerſatur dictio* Autem.
4 *Qualitates caſus præcedentis in ſequentem repetit dict.* Autem, *exceptis iis in quibus expreſsè aduerſatur.*
5 *Repetitiua præcedentium cum ſuis qualitatibus eſt dictio* Autem.
6 *Repetitionem qualitatum, & conditionem præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem inducit dictio* Autem.
7 *Diuerſificatiua & aduerſatiua eſt dictio* Autem.
8 *Pro* Quia, *& pro* Certe *aliquando accipitur dictio* Autem.

Autem.

DICTIO XLVII.

EST aduerſatiua in iure, & in facto, & ſecundùm 1
ſuam naturam, dum aliud ex diſponentis mente non colligitur, implicat diuerſitatem caſuum, *l. hoc amplius,* §. *de his. ff. de damno infecto, vbi* gloſ. *verb. Autem. l. ſed & ſi lege,* §. *quod autem. ff. de petition. hered. l. fin.* §. *ſin autem.* 1. *&* 2. *C. comm. vtriuſque iudicij, cap. ſtatutum.* §. *cùm autem.* & ibi gloſ. *verbo Autem, de reſcript. lib.* 6. tradunt Bart. *conſ.* 421. *numero* 4. *p.* 3. Corn. *conſ.* 44. *col. penult. vol.* 3. Dec. *conſ.* 561. *nu.* 3. Natt. *conſ.* 459. *num.* 3. *tom.* 2. Pariſ. *conſ.* 44. *nu.* 10. *& conſ.* 53. *num.* 12. *vol.* 2. Beltran. *conſ.* 124. *num.* 2. *vol.* 7. Aym. *conſ.* 208. *num.* 5. Gratian. *conſ.* 2. *num.* 34. *vol.* 1. Oſaſc. *deciſ.* 108. *num.* 13. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 78. *num.* 20. *& conſ.* 629. *num.* 35. Vulpell. *de præpoſ. ſignific. ſub hac dict. n.* 1. *pag.* 12. Medic. *de acquir. poſſ. in princ. verbo Autem.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 240. *nu.* 11. *& concluſ.* 248. *à princ.* Cened. *poſt lib. pract. & canon. quæſt. ſing.* 7. *num.* 1. *vbi num.* 2. ſubdit hoc fallere quando hanc dictionem non præcedit aliquid, cui aduerſetur, quia tunc ponitur inceptiuè, ſeu declaratiuè, & *num.* 3. poſt Bart. *per text. ibi in l. tranſigere. nu.* 6. *C. de tranſact.* & Beltran. *conſ.* 124. *num.* 2. *vol.* 7. addit, quòd quando iſta dictio ponitur in diſpoſitione, in qua ipſam dictionem præcedit genus, tunc iſta dictio aduerſatur, & genus ſtrictè intelligitur, & *num.* 4. ait, quod quando iſta dictio ponitur in diſpoſitione, in qua ipſam dictionem non præcedit ge-

nus, sed sunt enumerati aliqui casus, & postea subditur huiusmodi dictio *Autem*, si illud, quod sequitur, habet diuersam rationem, tunc dictio *Autem*, ponitur aduersatiuè ad ius, & ad factum.

2 Amplia primò vt ista dictio aduersetur ad proximè præcedentia; ita Dec. *cons.* 561. *num.* 3. Paris. *cons.* 111. *num.* 27. *vol.* 1. *& cons.* 44. *num.* 10. *& cons.* 53. *num.* 12. *vol.* 2. Cened. *d. sing.* 7. *n.* 5.

3 Amplia secundò aduersari anticipatæ solutioni nō vti factæ ex facto, sed vti spontaneæ; *in xta text. in l.* 2. *§. hoc etiam, C. de iureiuran. propter calum.* Paris. *d. cons.* 111. *num.* 27. Grat. *cons.* 2. *num.* 33. *vol.* 1. Corn. *cons.* 44. *num.* 7. *& cons.* 86. *num.* 12. *lib.* 3.

4 Amplia tertiò, quòd licèt hæc dictio sit aduersatiua, tamen repetit qualitates casus præcedentis in sequentem, exceptis iis in quibus expressè aduersatur, *l. mariti, §. fin. & ibi glos.* & Bart. *num.* 1. *ff. ad l. Iuliam de adulter.* Aym. *cons.* 208. *num.* 5. quia aduersatur retentis eisdem terminis, Corn. *cons.* 286. *num.* 10. *vers. suadet. vol.* 1. Gratian. *cons.* 2. *num.* 33. *vol.* 1.

5 Cened. *d. sing.* 7. *num.* 6. Et ita est repetitiua præcedentium cum suis qualitatibus, Bald. *in l. omnes populi, col.* 10. *vers. modo quæro vtrum vnum. ff. de iustitia, & iure.* Natt. *cons.* 570. *num.* 8. *tom.* 3. non tamen repetit omnes qualitates præcedentes, vt post Ias. *in l. nam & postea. §. sed & si quis, num.* 9. *ff. de iureiuran.* tradit Cened. *d. sing.* 7. *num.* 8. *vers. ista tamen*, vbi

6 subdit, non semper hanc dictionem repetere qualitates præcedentes. Verùm quod inducat repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & dispositionis in sequentem tradunt Menoch. *cons.* 76. *num.* 6. Peregr. *de fideicom. art.* 16. *num.* 91. Galganet. *de cond. & demonstr. p.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 18. *numero* 5.

7 Amplia quartò hanc dictionem esse diuersificatiuam, & aduersatiuam, ac denotare diuersum à casu præcedenti. Bart. *in l. pater filium. §.* 15. *ff. de leg.* 3. glos. & Bart. *in l. mariti. §. cùm autem. ad l. Iuliam, de adulter.* glos. & Bart. *in l. hoc amplius. §. de his. n.* 1. *ff. de damno infecto.* Alber. *in diction. verbo Autem*, Ias. *in l.* 1. *nu.* 5. *ff. de acq. poss.* Cened. *d. sing.* 7. *num.* 9.

8 Aliquando hæc dictio accipitur pro *Quia*, item pro *Certè*, vt *in l. Offidius*, vbi glos. *verbo, Ex diuerso. ff. de leg.* 3. Paris. *cons.* 53. *num.* 30. *vol.* 2. Mandos. *in glos. facult. in §. habita. in verbo Sed, in fine, pag.* 225. Cened. *d. sing.* 7. *num.* 11.

Bene.

Dictio XLVIII.

1 IDem significat quod *Ritè*, & *Rectè*, sicut malè, non ritè, nec rectè, Bald. *in l. eos, col.* 2. *vers. & nota quod aduerbium bene, C. de appell.* Ias. *in l. lecta. num.* 16. *ff. si cert. petat.* Pet. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub num.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 67. *num.* 24. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. pag.* 14.

2 Sæpe præter vulgarem vsum hæc dictio *Bene*, auget, & pro *Valde*, ponitur. Cic. *Attic. lib.* 4. Bene mane dedi litteras. Id. 2. *de Orat.* Bene ante lucem. Id. 2. *Agr.* Adolescens non minus bene nummatus, quàm bene capillatus. Terent. *in Andr.* Sanè bene conueniebat.

Breuiter.

Dictio XLIX.

1 QVando in commissione dicitur, *Breuiter & summariè*, tunc hæc non tollit pœnam, & concludentem probationem, sed solùm respicit modum & breuitatem probandi, & quod causa agitari possit breuiter, & sine multis solemnitatibus. Bart. *in Extrauag. ad reprimendum; vers. summariè.* Carher. *Pedem. decis.* 1. *num* 2. Rota *in Giennen. Canonicatus* 4. *&* 11. *Maij* 1587. *coram Robusterio, & in Cordaben. beneficij de Castro* 21. *Aprilis* 1559. *coram Quiroga, & in Burgen. de Pancorno* 28. *Aprilis* 1591. *coram Gyptio; & in Placentina Canonicatus* 1. *Martij* 1599. *coram Orano, & in Pampilonen. beneficij de Alo* 8. *Martij* 1577. *coram Cantuccio, & in Cordaben. dimidiæ portionis* 11. *Febr.* 1602. *coram Sacrato.*

SVMMARIVM.

1 *Obliquum est verbum* Cadat.

2 *Significationem duplicem, vnam acquisitiuam, alteram priuatiuam habet dictio* Cadat.

3 *Verba composita, veluti* recedat, redeat, reuertatur, *an sint obliqua.*

4 *Sententiam latam importat verbum* Cadat.

Cadat.

Dictio L.

VErbum hoc licèt sit obliquum ex doctrina Ruin. *cons.* 47. *num.* 4. *lib.* 2. Cephal. *cons.* 274. 1 *num.* 29. *&* 30. Honded. *cons.* 59. *num.* 74. *lib.* 1. *& cons.* 68. *num.* 3. *lib.* 3. nihilominùs habet duplicem significationem: vnam acquisitiuam, alteram priuatiuam, 2 vt cùm testator vult, vt si hæres non adimpleat suam voluntatem, ab hæreditate cadat; & eo modo accipitur in contractibus feudalibus, & emphyteuticis, in illo sensu priuatiuo loquuntur omnes supradicti Doctores, sed non ideò infertur idem esse dicendum, cùm prolatum est à testatore acquisitiuè: tunc enim verior est opinio, illud aut semper esse directum, aut saltem commune, Calder. *cons.* 6. *de iudiciis*, cum allegatis per Simon. de Pret. *de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *interpret.* 2. *dub.* 1. *solut.* 4. Tiraq. *in l. si vnquam. verb. reuertatur, num.* 186. Et fuit dictum *in vna Firmana hæreditatis* 6. *Nouembris* 1620. *coram Dunozetto.* Vbi etiam resolutum fuit, minimè sequi verba composita, qualia sunt, *Recedat, Redeat,* 3 *Reuertatur*, & similia, non posse esse aut directa, aut communia, sed semper esse obliqua: quia repugnat communi Doctorum opinioni, vt post Aret. *in l. Centurio, num.* 20. & Rip. *num.* 183. *ff. de vulg.* & Sfortia Odd. *de compendiosa, p.* 4. *q.* 2. *art.* 1. Trentacinque *de substit. p.* 4. *cap.* 4. *num.* 19. 25. *&* 28. Rot. *decis.* 1. *num.* 3. *p.* 2. *recent.*

Importat latam sententiam, ex adductis per Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 186. *C. de* 4 *reuoc. donat.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 17. *num.* 12. Monet. *de distrib. quotid. part.* 3. *q.* 7. *num.* 19. *cum seqq.*

Cæterùm.

Dictio LI.

VT Aduerbium propriè est *De cætero, De reliquo,* 1 Cic. *lib.* 2. *epist.* 15. Ego me in Cumano, & in

Pom

Pompeiano præterquàm quòd sine te, cæterùm satis commodè me oblectabam. Aliquando significat idem, quod dictio *Sed*, *l. 1. C. si aduersus rem iudic. l. in causam. ff. de procurat.* Rip. *in l. in fideicommissariam, §. si legatum, num. 1. ff. ad senatusconsult. Trebell.* Vt nomen, significat reliquum, *l. quæsitum, §. idem respondet*, ibi, Cæteram supellectilem, *ff. de verbor. signif.*

Cætera.

Dictio LII.

1 DEducitur à verbo Græco ἄλλος ἕτερος, id est, *& alia:* & ideò cùm abbreuiationis causa apponitur, eius virtute alia repetita censentur, quæ ex natura, & consuetudine contractus requirebantur. Et ita est repetitiua similium, vt *in l. non solum*, 39. vbi glos. *verb. creditores, ff. de procurat. cap. deinde*, vbi glos. 1. 26. *distinct.* Ruin. *cons.* 179. *num.* 2. *vol.* 2. Vulpel. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 15. D. Barbos. *in l. quæ dotis, num.* 11. *ff. soluto matrim.*

2 Regulatur tamen secundùm naturam rei, cui adiungitur, Doct. *in auth. ex causa, C. de liber. præterit.* Maresc. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 76. *num.* 56. Et fuit dictum *in Carthaginen. sequestri* 30. *Decembris* 1599. *coram Card. Lancellotto.*

Vide in clausula *Et cætera.*

Careat.

Dictio LIII.

1 VErbum hoc importare latam sententiam, & ipso iure, non autem ferendam tradunt glos. *verb. foro, in l. prouidendum, C. de postul.* & alia *verb. carebat, in l. 1. ff. ad legem Iuliam, de vi publica*, & alia *verb. potestate, in cap. nihil, de elect.* Corset. *in sing. verb. careo*, Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 161. *C. de reuocan. donat.* Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 354. Gam. *in tract. de sacrament. præstand. vltimo supplicio damn. q.* 5. *num.* 17. Sayr. *in Clau. Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. Card. Tusch. *verb. priuatio, concl.* 719. *num.* 19. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 129.

Cassare.

Dictio LIV.

1 PRopriè dicitur cassare id, quod validum est, *cap. accedens*, 1. *vt lite non contest.* Dec. *in authent. cassa, num.* 6. *C. de sacrosanct. Eccles.* Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 26. *glos.* 1. *num* 2. vbi etiam dicit, quòd quandoque licèt impropriè, dicimus cassare quod nullum est, & de facto processit, ex glos. *in cap. proposuit, de conces. prebenda.*

Celeriter.

Dictio LV.

1 QVid celeriter fieri dicitur, quod velociter fit, vt apud Cæs. *de bello Gallico*, Imperata celeriter fecerunt. Hoc autem secundum subiectam materiam Iudicis arbitrio relinquitur, ita tamen vt nec præcipiti festinatione, nec moratoria cunctatione intelligatur, *l. tutor qui repertorium, §. si tutor, ff. de administr. tutel.* refert Vulpel. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. beneplacitum, pag.* 14.

Non facit causam esse summariè decidendam, vt 2 per Felin. *in cap.* 2. *num.* 6. *de sentent. & re iudic.*

Certè.

Dictio LVI.

PRopriè certè idem importat, quod *Sine dubio,* 1 Plaut. *Trinum.* Certè is est. Cic. *lib.* 2. *epist.* Si me tanti facis, quanti certè facis. Aliquando concessioni deseruit, Cic. *in Orat.* At dignitatem docere non habet, certè, si quasi in ludo. Idem 2 *de Finib.* Naturales diuitias dixit parabiles esse, quòd paruo esset natura contenta, certè nisi voluptatem tanti æstimaretis. Quoties verò antecedit dictio *Fortasse*, vel alia quælibet, quæ dubitationem contineat, hæc dictio *Certè* eleganter ponitur pro *Saltem*, quia id quod subiicitur, tanquam dubio certum opponitur, Cic. 4. *de Finib.* Res enim fortasse veræ, certè graues. Idem 4. *Philippic.* Hoc imperatum omnibus consilium incognitum certè cepi. Idem 1. *Tusculan.* Homines mortem optare incipiant, vel certè timere desinant.

SVMMARIVM.

1 Circum.
2 In.
3 Erga, *seu* quoad.
4 Iuxta.
5 Apud.
6 Ad.

} Circa, *nonnunquam importat*

7 *Dictio* Circa *ad tempus, aut numerum nonnunquam refertur.*
8 *Modicum post, vel modicum ante importat dictio* Circa.
9 Circa *non extenditur vltra sex menses.*
10 *Iudicis arbitrio remittendum est quod circa subiectam materiam operetur dictio* Circa.
11 *Testis debens deponere de certo tempore, si addat dict.* Vel circa, *non probat.*
12 *Aetatis probatio non admittitur per testes deponentes per dict.* Circa.
13 *Diminutionem importat dictio* Circa.
14 *Delictum maius ad excludendum dict.* Circa *in mitiorem partem est interpretanda.*
15 *Accessionem non verò principalitatem denotat dictio* Circa, *rebus coniuncta.*
16 Circiter *idem penè significat quod* Circa.

Circa.

Dictio LVII.

HÆc præpositio idem significat, quod *Circum,* 1 & ad locum, aut personam fermè refertur, Cic.

2. *Agr.* Cùm Rullus Capuam, & vrbes circa Capuam occuparit. Idem 3. *Verr.* Multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet.

1 In Iure nostro pluribus modis accipi, variósque habere potest significatus: aliquando enim accipitur pro *In*, vt *in l. circa, ff. de inoffic. testament.* & *in l. si cùm dotem, §. fin. ff. soluto matrimon.* Tiraquel. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 75. Mandos. *in glos. facult. §. volentes, in vers. circa, pag.* 175. Cened. post *canonicas quæst. sing.* 18. *num.* 2. Rebuff. *ad l. caterorum,* 160. *vers. circa eum, ff. de verbor. signif.*

3 Interdum pro *Erga*, seu *Quoad* accipitur. Sic *in l. nec quidquam, §. circa Aduocatos, ff. de offic. Proconf.* & *in l. circa eum, ff. de probat.* & *in cap. vt circa, de elect. lib.* 6. Mandos. *in d. §. volentes, in vers. circa, pag.* 175. Cened. *d. sing.* 18. *num.* 1.

4 Nonnunquam accipitur pro *Iuxta*, seu *Prope*. Sic *in l.* 1. *ff. de offic. Præfecti vigilum, vers. erat autem familia publica circa portas, & muros dispósita,* & *in l.* 1. *in prine. ff. de rip. mun.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de his, qui temp. diui. offic. in verb. circa, pag.* 168. *col.* 3. ibi, Circa Ecclesiam, id est, vsque ad modicam distantiam ab Ecclesia, Cened. *d. sing.* 8. *num.* 3. Rebuff. *d. l. caterorum, vers. interdum, & vers. circa pro iuxta.*

5 Interdum pro *Apud*, vel *Quantum* sumitur, vt *in l. post rem, ff. de transact.* & *in l.* 4. *ff. de noxalib.* & *in l. extat, ff. de iure fisci*, cum aliis citatis per Rebuff. *ad d. l. caterorum, vers. circa eum.*

6 Quandoque pro *Ad* exponitur, *in l. si seruus, §. idque euidentius, ff. de furtis*, Rebuff. *in d. l. caterorum, vers. circa pro ad.*

7 Denique ad tempus, aut numerum nonnunquam refertur, (licèt ab elegantibus scriptoribus *Circiter*, & non *Circa* dici soleat) & tunc inter Doctores maximè controuertitur ad quantum tempus, vel numerum extensionem operetur: aliqui namque tenent, quòd si defectum ætatis patiens in rescripto dicat Io duodecimo, vel circa, suæ ætatis anno constitutus: quod erit subreptitium rescriptum, si in vndecimo anno, & duobus mensibus sit constitutus, quia per istam dictionem non fiat extensio vltra sex menses, sed tantùm ad modicum tempus, vt per Alberic. *in suo Dictionario, verb. Circa finem anni*, Bosi. *in praxi, tit. de defens. reor. num.* 28. *pag.* 221.

8 dicens, quòd ista dictio denotat modicum post, vel modicum ante. Et hoc ipsum tenet Paris. *conf.* 104. *num.* 13. *vol.* 1. vbi dicit, hanc dictionem in modico versari. Quod & tradunt Alex. *conf.* 120. *num.* 8. *lib.* 2. Corn. *conf.* 179. *num.* 5. *vol.* 3. Cosm. *in pragmat. sanct. 2 tit. de his, qui tempore diuin. offic. in vers. circa*, Rodoan. *de reb. Eccles. non alienand. q.* 10. *num.* 15. Gemin. *conf.* 24. *num.* 9. *vers. nam dictio*, vbi modicum tempus exemplificat esse decem dierum. Petr. Enriq. *resp. for. opusc.* 2. *sub num.* 3. Rebuff. *in praxi beneficiali, tit. de dispens. ratione ætatis, in verb. seu circa, num.* 3. & 4.

9 vbi ait, quòd hæc dictio non extenditur vltra sex menses. Francisc. Marc. Delphin. *decis.* 290. Menoch. *de arbitr. cas.* 57. *num.* 30. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 16. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 249. *num.* 1.

10 Verùm cùm circa declarationem illius temporis, quod importet hæc dictio, non bene conueniant suprà citati Doctores; ideò quid circa subiectam materiam illa operari debeat, remittendum arbitrio Iudicis tradunt glos. *verb. circa, in cap.* 1. *in fine, de offic. Ordin. lib.* 6. Cosm. *d. verb. circa, in fine*, Ruin. *conf.* 130. *num.* 5. *vol.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 36. *à num.* 4. *cum seqq.* Mandos. *in d. §. volentes, in vers. & circa, pag.* 176. Rebuff. *d. tit. de dispens. ratione ætatis, verb. seu circa, num.* 3. Cened. *d. sing.* 8. *num.* 7. Alexan. *conf.* 82. *incip. in causa, vers. insuper, lib.* 7. vbi dicit, quòd in licentia vendendi certos campos in circa, importat arbitrium Iudicis, prout illum refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 249. *num.* 14.

Hæc dictio posita in actu probatiuo, siue à teste, 11 siue à confitente, operatur, quòd talis probatio, & confessio non dicatur certa, & limitata, quia testis debens deponere de certo tempore, licèt deponat de ipso tempore, si addat dictionem *Vel circa*, non probat. Vide Alex. *conf.* 66. *incip. In causa, num.* 6. *lib.* 7. & *conf.* 184. *incip. Viso processu, num.* 11. *vers. quia quando testis*, & *conf.* 217. *incip. Viso quodam, num.* 10. *vers. præterea*, & *conf.* 584. *num.* 11. *lib.* 7. Monticell. *in Repert. de testib. cap. impugnatur testis ratione loci, & temporis, vers. testis deponens de tempore*, 3. Natt. *conf.* 53. *incip. Viso, num.* 3. *vers. præterea*, Vulpell. *citato loco*, Menoch. *conf.* 1046. *num.* 3. & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 277. *num.* 11. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 94. *num.* 4. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1520. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 249. *num.* 15. & 16.

Vnde ætatis probationem non admitti per testes 12 deponentes per hanc dictionem, tradit Farinac. *fragment. crim. lit. à verbo ætas, num.* 197. Et deponens, Titium possedisse circa decem annos proximè præteritos ante litem motam, non probat præscriptionem, vt per Mascard. *de probation. conclus.* 1215. *n.* 13.

Diminutionem importare censuit Rota coram 13 Mantic. *decis.* 25. *num.* 5.

Ad excludendum maius delictum, dictionem 14 istam in mitiorem partem esse interpretandam tradunt Bursat. *conf.* 141. *num.* 28. *vol.* 2. Polydor. Rip. *de nocturno tempore, cap.* 5. *num.* 44. & *cap.* 86. *num.* 13.

Rebus verò coniuncta non principalitatem, sed 15 accessionem denotat, Rebuff. *in l. vnica, in glos. in verb. prout, num.* 153. *C. de sententiis, quæ pro eo*, Vulpell. vbi suprà *in vers. insuper, pag.* 17. Cened. *d. sing.* 8. *num.* 8.

Circiter idem penè significat, quod *Circa*, sed 16 aptiùs *Circa* ad locum, *Circiter* verò ad tempus, aut numerum accommodatur. Plaut. *Mustel.* Redito huc circiter meridiem. Cic. *Attic. lib.* 2. Nos circiter Kalendas, aut in Formiano erimus, aut in Pompeiano. Cæs. *lib.* 1. *de bello Gallico*: Ita dies circiter vigintiquinque iter fecerunt. Liu. *lib.* 28. Cùm decem circiter millia passuum ab hoste abessent.

SVMMARIVM.

1 Citra *contrarium habet* Vltra.
2 Citra *importat* Ante, *dictio verò* Vltra, Post.
3 *Extrema inter duo quando ponitur dict.* Citra, *non includit aliquid quod sit extra illa duo extrema.*
4 Citra *quid importet quando ponitur cum copula* Et, *& quid sine ea ostenditur.*
5 *Exceptiua est dict.* Citra.
6 *Inclusiuè aliquando ponitur dict.* Citra.

Citra.

DICTIO LVIII.

HÆc præpositio contrarium habet *vltra*, & illi 1 opposita est. Cæsar *lib.* 6. *de bello Gallico.* Qui sunt citra Rhenum. Cic. *lib.* 26. *epist.* 4. Is locus est

citra

citra Leucadem ſtadia cxx. Id. 6. *Philip.* Vt exercitum citra flumen Rubiconem. Et ex noſtris hoc ipſum tradiderunt Bald. *conſ.* 411. *lib.* 5. Rebuff. *in comment. ad l. cæterorum.* 160. *verſ. citra. ff. de verb. ſignif. pag.* 554. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 11. *nu.* 69. Vulpel. *de præpoſ. ſeu aduerb. ſignific. ſub dict. Circa,*
2 *pag.* 17. Cened. *poſt pract. quæſt. ſing.* 43. *in fine.* Nam dictio hæc *Citra* importat ante, dictio verò *Vltra* importat poſt. Ita Bald. *conſ.* 405. *incip. Quidam emerunt. lib.* 5. quem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 251. *num.* 2. vbi *n.* 1. ſubdit, quòd hæc dictio importat propinquitatem comparatiuè aliquo termino medio exiſtente.

3 Quando hæc dictio ponitur inter duo extrema, videlicet à quo, & ad quod, non includit aliquid, quod ſit extra illa duo extrema, veluti ſi ſtatutum, vel alia diſpoſitio annullet, vel conualidet certos actus celebratos à tali die citra, vſque in præſentem diem, non includit ante terminum à quo, nec poſt terminum ad quem. Si verò ponatur ad terminandum ſolùm vnum extremum, quia non exprimitur niſi vnum, & tunc ſi exprimitur extremum de futuro, denotat excluſionem actuum de futuro, & ſolùm includit actus de præterito. E contrà quando ponitur ad determinandum ſolùm extremum præcedens, tunc excludit actus anteriores, & actus futuros includit. Ita poſt Gemin. *conſ.* 18. *incip. Chriſti nomine innuocato, num.* 4. tradit Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 250. *num.* 1. *cum duobus ſeqq.* vbi *num.* 4. ſubdit quod immo de natura dictio, à tali tempore & *citrà*, ſit limitare tempus ex parte ante, ſed non ex poſt.

4 Illud verò maximè obſeruandum eſt diſcrimen non paruum adeſſe, an iſta dictio *Citra*, ponatur cum copula *Et*, an ſine illa, vel ſi dicatur *abinde* citra; vel ſine dictione *abinde*, quia quando ponitur cum copula veluti, & citra, vel *abinde citra*, tunc denotat continuationem temporis, & dierum ab illo principio temporis, quod eſt expreſſum. Grat. *conſ.* 12. *nu.* 90. *vol.* 1. Bertachin. *in repert. Iur. verbo citra.* Seraph. *deciſ.* 1102. Felin. *in cap. licet cauſam.* 9. *num.* 8. *verſ. tertia cauſa, de probat.* Apoſtilla ad Abbat. *in cap. prudentiam.* 21. *de offic. deleg. num.* 5. Natt. *conſ.* 69. *incip. Antonius. num.* 2. Ruin. *conſ.* 5. *num.* 4. Vulpell. *ſub dict. Circa, in verſ. citra, pag.* 17. Cened. *d. ſing.* 43. *num.* 3. *in princ.*

Et ideo ſi teſtis dicat, quòd talis poſſedit à decem annis & citra, denotat continuationem poſſeſſionis per decem annos, ſecus verò ſi non ponatur copula *Et*, *cap. licet cauſam, verſ. ex præmiſſis igitur. & ibi* Hoſtienſ. & Ioan. Andr. *de probation.* & Anchar. *ibidem num.* 14. Felin. *in cap. quoad conſultationem, de re iudic. num.* 26. *verſ. item ſcias ſi diceretur à decem diebus, & citra.* Alexan. *conſ.* 45. *col.* 2. *& conſ.* 118. *col. penult. vol.* 2. Bart. *in l. Celſus, in vlt. col. num.* 23. *&* 24. *ff. de vſucap.* Balb. *de præſcript. in vlt. part. num.* 14. Ruin. *conſ.* 67. *num.* 10. *verſ. nam vnus teſtis, lib.* 1. Caputaq. *deciſ.* 81. *num.* 2. Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *volentes, in verſ. Ab inde, pag.* 161. Cardin. Tuſch. *tom.* 8. *lit. T. concluſ.* 273. vbi dicit, quòd teſtes deponentes à decem annis citra, non concludunt de tempore. Ioan. Baptiſta Bou. *in tract. de ſtatutar. verbis præſcrib. gloſ.* 24. *num.* 9. *&* 10. *fol.* 187. Cened. *d. ſing.* 43. *num.* 3. *poſt princ.* Vnde ſi proferatur hæc dictio à teſte ſine copula *Et*, verificari in vſu facto per vnam diem tantùm probant *l.* 1. §. *quod autem.* & ibi Bart. *ff. de aq. quotid.* Alex. *conſ.* 108. *num.* 7. *lib.* 2. Mareſc. *var. reſol. lib.* 2. *cap.* 100. *num.* 15. Steph. Gratian. *diſcept. foren. cap.* 681. *num.* 45. Et fuit dictum *in Burgen. decimarum* 10. *Maij* 1597. *coram Orano*, vbi pariter fuit reſolutum idem operari quod copula *Et*, iuncta huic dictioni, ſi loco illius adiungatur alia temporis continuatiua, videlicet *ſemper, perpetuò*, & ſimiles.

Regulariter hæc dictio *Citra*, eſt exceptiua, & po- 5
nitur pro *Præter*, ſeu *Sine*. Plin. *lib.* 3. Citra faſtidium nominare, id eſt, ſine faſtidio, *l. ſi bonæ fidei. ff. de petitione hared. l. final. ff. de collat. l.* 1. *ff. de feriis, l. poſt rem. ff. de tranſact. l. nec filius. ff. de rebus creditis.* cum aliis citatis per Rebuff. *in d. l. cæterorum, verſic. Citra*, & per Cened. *d. ſing.* 43. *nu.* 1. vbi etiam ſubdit, iſtam dictionem aliquando exponi, id eſt, *Contra*; interdum pro *Sine*, & nonnunquam pro *Ante*.

Interdum incluſiuè ponitur, *cap. licet, de probat.* 6
Coſm. *in pragm. ſanction. tit. de collat. verbo Citra.* §. *ne tamen. pag.* 122. Vulpell. *citato loco.* Cened. *d. ſing.* 43. *num.* 4. vbi ex Bald. *in l. falſus, num.* 7. *C. de furt.* ait, quod iſta dictio *Citra*, eſt nota veritatis.

S V M M A R I V M.

1 *Ablatiuo & accuſatiuo iungitur præpoſitio* Clam.

2 Clam *non verificatur in re coram multis acta.*

3 Clam *id fieri dicitur, quando publicè fieri poteſt, & occultò conficitur.*

4 Clam *factum dicitur, quoties ita fit, vt ad eos, quorum intereſt, notitia peruenire non poſſit.*

5 *Alienatio clam facta dicitur, cùm eam quiſquam occultat, ne aduerſario innoteſcat.*

6 *Contractus clam fieri dicitur, vbi inſtrumentum de eo confectum occultum remanet, nec publicatur.*

Clam.

Dictio LIX.

Hæc præpoſitio ablatiuo & accuſatiuo iungi- 1
tur, Terent. *in Andr.* Nec clam te eſt. Quandoque inuenitur non ſeruiens caſui. Virgilius libro 1. Æneid.

Non verificatur in re coram multis acta ex adduc- 2
tis per Menoch. *conſ.* 38. *num.* 34.

Planè clam id fieri dicitur quando id publicè fieri 3
poteſt, & occultò conficitur, vt in Matrimonio ſcribit Iureconſ. *in l. fin. ff. de ritu nupt. & in l.* 1. *C. de interd. Matr.* Maſcard. *de prob. concluſ.* 531. *num.* 43. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 3. *num.* 107. qui illic ſcribit ſimile eſſe in eo qui non recta, & publica via incedit, ſed inſolita clandeſtinè.

Et clam factum dicitur, quoties ita fit, vt ad eos, 4
quorum intereſt, notitia peruenire non poſſit, Bart. *in l.* 2. *C. de his, qui ex publ.* Felin. *in cap. conſuluit. nu.* 20. *de offic. deleg.* Dec. *conſ.* 399. *num.* 19. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 2. *different.* 11. *in princ.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *ſub num.* 31.

Alienatio igitur clam facta dicitur, cùm eam quiſ- 5
quam occultat, ne aduerſario innoteſcat, *l.* 3. §. *fin. ff. quod vi, aut clam.* Alciat. *in l. poſt contractum, nu.* 50. *ff. de donat.* vbi Pier. & Anibal. poſt Bart. *n.* 7. Franc. Molin. *d. differen.* 11. *num.* 10.

Clam itidem fieri dicitur contractus, qui vbi in- 6
ſtrumentum de eo confectum eſt, occultum remanet, nec publicatur. Alciat. *in d. l. poſt contractum,*

num. 50. *& seq.* Ruin. *cons.* 128. *num.* 5. *lib.* 4. *& cons.* 51. *num.* 15. *& cons.* 149. *num.* 7. *lib.* 5. Francisc. Molin. *d. different.* 11. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. cas.* 194. *num.* 19. *&* 20. qui post Plot. *in l. si quando. num.* 327. *C. vnde vi,* plurimum in iis Iudicis arbitrio tribuit.

Commando.

DICTIO LX.

1 VErbum hoc inducit mandatum; vt *in l. si non remunerandi, §. cum quidam. ff. mandati,* notat Nicol. Mozz. *de contract. tit. mandati, cap. de substant. mandat. num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Alterationem non importat verbum* Committimus, *sed excitationẽ iurisdictionis.*
2 *Delegatam iurisdictionem non importat verbum* Mandamus.
3 *Ordinarij iurisdictio alterata non censetur per clausulam* Committimus, *&* mandamus.
4 Committere, *&* conferre, *in quo differunt.*

Committimus.

DICTIO LXI.

1 VErbum hoc non importat alterationem, sed excitationem iurisdictionis, vt per Felin. *in cap. licet in corrigendis, de offic. Ordin. num.* 1. *vers. adde,* vbi Bald. *in vers. quia semper,* Matthes. *sing.* 80. Marc. *de claus. p.* 1. *claus.* 186. *aliàs* 227. *in vltima impress. n.* 4. vbi 2 *num.* 5. subdit, quòd verbum *Mandamus* non importat delegatam iurisdictionem, & *num.* 6. post Ferret. *cons.* 204. *à num.* 19. *ad finem,* dicit, quòd per hanc clausulam *Committimus*, & *Mandamus*, non 3 censetur alterata iurisdictio Ordinarij. Quando verò post hoc verbum *Committimus*, sequitur aliud, *& delegamus*, tunc Iudex fit delegatus ex adductis per Stephan. Gratian. Marchiæ *decis.* 44. *num.* 9.
4 *Committere, & Conferre* differunt: nam ad tempus committitur aliquid alicui; in perpetuum verò confertur, glos. *verb. committere, in Clement. vnica, de supplend. neglig. Prælat.* Lap. *de hospital. num.* 23. Galganet. *de different. indiuid. lit. C. num.* 45.

Commodè.

DICTIO LXII.

1 DIcitur id fieri *commodè*, quod salua dignitate, & sine incommodo promittentis fieri potest, *l. nepos Proculo. ff. de verbor. signif.* quod in specie ad dotis promissionem à socero factam deducitur ab Alciato *ibi*, Ioan. Andr. *in cap. 1. §. sine, de statu Regul. lib.* 6. capit hanc dictionem, id est, sine pecunia, quem probat Lara *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, num.* 82. *ff. de liberis agnoscend.* ita Vulpell. *de prepos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 17.

Commodùm aduerbium, pro *Commodè*, siue *Opportunè*, vsurpari solet. Plaut. *Mercat.* Si isthac ibis, commodùm obuiam venies patri. Cic. *Attic. lib.* 13. Commodùm discesseras heri, cùm Trebatius ad me venit. Idem *Attic. lib.* 10. Commodùm ad te dederam literas de pluribus rebus, cùm ad me bene manè Dionysius fuit. 2

SVMMARIVM.

1 *Generale est verbum* Concedo, *vim sumens à natura rei, cui adjcitur.*
2 *Casus omnes comprehendere aptum est verbum* Concedo, *secundùm subiectam materiam.*
3 *Donationem, & dominij translationem importat verbum* Concedo.
4 Concedere, *&* Cedere, *in quo differant, ostenditur.*

Concedere.

DICTIO LXIII.

VErbum hoc generale est, vim sumens à natura 1 rei, cui adiicitur, Bald. *in l. non ambigitur, in fine, ff. de legib.* Socin. sen. *cons.* 93. *num.* 1. *lib.* 4. Alex. *in l. si quis anteà, num.* 18. *ff. de acquir. possess.* Ias. *in l. quod principali, numero* 4. post glos. *ff. de constitut. pecun.* quos refert, & sequitur Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 34. *num.* 50. vbi *num.* 51. post alios subdit, 2 quòd est aptum comprehendere omnes casus secundùm subiectam materiam. Vtplurimùm autem 3 importat donationem, & dominij translationem, vt per Sebast. Medic. *de compens. q.* 22. *num.* 2. Brunonem à Sole *in locis communib. lit. V. num.* 38. Menoch. *cons.* 191. *num.* 8. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 34. *num.* 31. Farinac. *in praxi crim. p.* 4. *cons.* 95. *num.* 6. & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 82. *num.* 15. & *cap.* 938. *num.* 2. *cum seqq.* Flamin. Paris. *d. q.* 34. *num.* 51.

Concedere, & *Cedere* differunt, quia *concedere* est 4 temporarium, *cedere* verò perpetuum, glos. *verb. portionibus, in l. ad eum, ff. de donat.* Galganet. *de different. indiuid. lit. C. num.* 52.

Concorditer.

DICTIO LXIV.

IN omni dispositione, in qua aliquid per plures 1 concorditer fieri debet, intelligitur nemine discrepante, maximè in materia contractus, & stricti iuris. Ita glos. *in cap. cupientes, §. ad hæc, de elect. lib.* 6. glos. *verb concorditer, in Clem. me Romani, de elect.* Ias. *in l. de fideicommiss. C. de transact.* Alex. *cons.* 124. *incip. In causa, num.* 2. *& 3. lib.* 2. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 4. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 253. Vulpell. *de prepos. & adverb. signif. sub hac dict. pag.* 17. vbi ex Abb. subdit, non posse dici concorditer factum, etiam à collegio, quod fit aliquo discrepante, nisi esset factum absente minori parte.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 Confestim *significat, vt quid cum primùm posſit, vel Iudicis copia haberi valeat, fiat secundùm ſubiectam materiam.*

2 Confestim, *cum aliquo temporis temperamento accipienda eſt, ratione ſubiectæ materiæ.*

3 Confestim *quando à lege profertur, intelligitur ſtatim, & immediatè ad ſuſtinendum actum, cum interuallo verò quando ponitur ad aliquod factum affirmatiuè.*

4 Confestim *fieri dicitur aliquando, ſi fiat intra annum.*

5 Confestim *idem ſignificat quod ipſo iure.*

Confestim.

DICTIO LXV.

1 SIgnificat hæc dictio vt quid cùm primùm poſſit, vel Iudicis copia haberi valeat, fiat ſecundùm ſubiectam materiam, *l. 2. §. confeſtim, ff. ad ſenatuſc. Trebell.* vbi Bart. Aret. *in §. actionum, num. 44. Inſtit. de act. & in §. quemadmodum, num. 4. Inſtit. ad ſenatuſc. conſult. Trebell.* qui ex interpretatione, & benignitate potiùs, quàm ex vi huius dictionis, ſecundùm ſubiectam materiam, illam accipiunt, id eſt, intra annum, mitigato rigore *d. §. confeſtim*, refert Vulpel. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Commodè, verſ. con-*
2 *feſtim, pag.* 18. Vnde cum aliquo temperamento temporis accipiendam eſſe, per *l. qui procuratorem, ff. de procur.* obſeruat Rebuff. *in comment. ad l. anniculus,* 134. *verſ. idem, in dict. confeſtim, ff. de verbor. ſignif. pag.* 507. & hanc dictionem *Confeſtim, illico, mox, ſtatim, continò, incontinenti*, & ſimiles intelligi cum temperamento ratione ſubiectæ materiæ, tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 9. §. 1. *in annot. contra nullit. num.* 217.

3 Et vt in hac materia certa aliqua regula dari poſſit, obſeruandum duxi, quòd quando iſta dictio profertur à lege, intelligitur ſtatim, & immediatè, & ſine vllo medio; & hoc, quando ponitur ad ſuſtinendum actum. Si verò ponatur ad aliquod factum affirmatiuè, tunc poteſt intelligi cum interuallo, Raphaël Cuman. *in l. de pupillo, per eum text.* & ibi Iaſ. *num.* 1. *ff. de noui operis nunc.* Bermond. *in tit. de publ. concubinar. in verb. ſtatim, num.* 2. *pag.* 227. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. curiæ Archiepiſcopalis Neapolit. p.* 2. *deciſ.* 288. *num.* 12. Cened. poſt *libr. practic. & canonic.*
4 *quæſt. ſing.* 74. *num.* 4. vbi ſubdit aliquando dici confeſtim fieri, ſi fiat intra annum.

5 Denotat idem quod *Ipſo iure*, Bart. *in authent. inceſtas, C. de inceſtis nupt.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 94. *C. de reuoc. donat.* Cened. *d. ſing.* 74. *num.* 5. Aloyſ. Ricc. *d. deciſ.* 288. *num.* 13. Sayro *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Monet. *de diſtrib. quotid. p.* 3. *q.* 7. *à* 35.

SVMMARIVM.

1 Conſtare *dicitur id quod palam eſt, & palam eſſe dicitur.*

2 *Iudici de iure alterius tunc dicitur conſtare, quando omni dubitatione caret, quod ille ius habet.*

3 Conſtare *non dicitur id quod in ſcriptura literaliter non continetur.*

4 Conſtare *aliquid, aut apparere non dicitur, ſi nondum teſtes ſunt examinati, licèt iurauerint.*

5 *Iudici* conſtare *nunquam dicitur de iure partium, ſi ſententia ſit lata in contumaciam.*

6 *Conſtare poteſt aliquid ſiue per inſtrumenta, aut teſtes, ſiue etiam per ſententiam, aut aliam claram probationem.*

Conſtare.

DICTIO LXVI.

COnſtare dicitur quod palàm eſt, & palàm eſſe 1 dicitur id, quod apud omnes eſt, vel maiorem partem hominum loci. Ita poſt Zabarell. *conſ.* 69. *in fine*, tradit Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. C. concluſ.* 781. *num.* 1. vbi *num.* 2. poſt Rom. *conſ.* 329. *incip. Præſens conſultatio, num.* 10. ſubdit, quòd tunc 2 dicitur de iure alterius Iudici conſtare, quando omni dubitatione caret, quòd ille ius habet; vel è conuerſo, quòd ius non habet, & *num.* 3. quòd iura partium dicuntur conſtare, quando ambarum partium mutua diſceptatione panduntur.

Conſtare verò non dicitur id, quod in ſcriptura 3 literaliter non continetur, licèt virtualiter eliciatur: & ideò diſpoſitio relatiua ad id, quod conſtat in libris, non quæratur, niſi conſtet per ſcripturam apparentem. Ita Gemin. *conſ.* 25. *num.* 4. *verſ. demonſtrat*, Card. Tuſch. *d. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 255. *num.* 1. vbi *num.* 3. extendit, non dici conſtare ali- 4 quid, nec apparere, ſi nondum teſtes ſunt examinati, licèt iurauerint; ſecùs, ſi ſunt examinati, licèt non publicati.

Nunquam dicitur conſtare Iudici de iure par- 5 tium, ſi ſententia ſit lata in contumaciam, etiamſi illa pars, quæ non fuit contumax, produxerit iura ſua, *argum. cap. error*, 8. *diſtinct.* vbi dicitur, quòd tunc opprimitur veritas, atque certitudo, cùm altero contendente alter minimè ſe defendit. Roman. *d. conſ.* 329. *num.* 10. & 11. Card. Tuſch. *d. lit. C. concluſ.* 781. *num.* 4.

Verbum *Conſtare* verificari poteſt ſiue per in- 6 ſtrumenta, aut teſtes, ſiue etiam per ſententiam, aut aliam claram probationem conſtet. Ita Feder. de Senis *conſ.* 257. *incip. D. Inquiſitori*, Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *ſub num.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 75. *num.* 21. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. C. concluſ.* 782. *num.* 1. vbi *num.* 2. poſt Bald. *conſ.* 265. *incip. Veriba, num.* 3. *verſ. deinde, lib.* 2. ſubdit, quòd importat tempus futurum, & etiam præteritum, & præſens.

Vnde intelligi poſſe tam de notitia iudiciali, quàm extraiudiciali, tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar.* §. 7. *proœm. num.* 233.

Conſtituimus.

DICTIO LXVII.

VErbum hoc non importat præceptum, vt poſt 1 Sayr. *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 28. tradit Sanch.

Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 40. in med.*

SVMMARIVM.

1 *Moram omnem tollit dictio* Continuò, *& idem significat quod* Statim.

2 *Dictio* Continuò, *debet intelligi ciuiliter, id est*, horis & temporibus competentibus.

3 *Priuilegium concessum illis de comitatu, qui per decem annos continuò habitauerint in ciuitate, intelligitur etiamsi habitantes ciuitatem tempore messium, & vindemiarum iuerint in comitatum cum familia ad faciendum recollectas.*

4 *Ciuis qui continuò tenetur habitare, implet si habitet etiam per tres menses in rure singulis annis.*

5 *Obligatus ad continuam residentiam, intelligitur horis congruis, & salua necessitate, vel infirmitate.*

6 *Iudicis arbitrio relinquitur, quando dicatur aliquid* continuò *esse factum.*

7 *Verba*, Continuò amittat, *denotant ipso iure.*

Continuò.

DICTIO LXVIII.

1 OMnem moram tollit, & idem significat, quod *Statim.* Cic. *pro Quinct.* Ignis in aquam coniectus continuò extinguitur. Terent. *Heaut.* Continuò hîc adero. Idem *Eunuch.* Hos priùs introducamus, posteà continuò exeo, *l. apud Ausidium, ff. de opt. leg. l. qui vxore, ff. de iniusto, rupto, cap. cæterum*, vbi Abb. *num. 4. de rescript.* Griland. *de hæret. lib. 1. q. 5. num. 12. vers. res.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. commodè, vers. continuo, pag.* 18. Petr. Enriq. *resp. opusc. 2. sub num. 5.* Cened. post *lib. pract. & canonic. quæst. singul. 74. num. 1.*

2 Verùm licèt ista dictio exigat, vt non fiat temporis interuallum, & de sui natura denotet, id est, sine interuallo, tamen debet intelligi ciuiliter, id est, horis, & temporibus competentibus. Apostill. ad Abb. *in procem. Decretal. verb. Rex pacificus, num. 3. vers. sine intermissione*, Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de caus. in princip. in verb. iugiter, pag.* 107. *& seq.* Cald. *cons.* 88. *vers. item illud verbum, quod est*, 8. *de offic. leg.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. C. conclus.* 977. *numero* 3. Dominic. *in procem. sexti* §. *sacrosancto*, Petr. Enriq. *sub d. num. 5.* Surd. *cons. 313. num. 24.* Cened. *d. sing. 74. num. 2.*

3 Vnde priuilegium concessum illis de comitatu, qui per decem annos continuò habitauerint in ciuitate, intelligitur, etiamsi habitantes ciuitatem tempore messium, & vindemiarum iuerint in comitatum cum familia, ad faciendum recollectas; quia ex quo reuersi sunt ad ciuitatem, dicuntur continuò habitasse. Ita Ioan. de Imol. *cons. 9. in fine*, quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 977. num. 5.* nam

4 ciuis, qui continuò tenetur habitare, implet, si habiter etiam per tres menses in rure singulis annis, Apostill. ad Rom. *cons. 264. in vers. circa secundum*, Card. Tusch. *vbi supra, num. 6.* vbi *num. 7.* post Rom. *cons. 263. & 264. num. 3. vers. 2.* subdit, continuò dici quem habitasse, licèt ex iusta causa fuerit absens, putà pestis, vel infirmitatis.

5 Hinc etiam euenit, vt obligatus ad continuam residentiam intelligatur obligatus horis congruis, & salua necessitate, vel infirmitate, Calder. *d. cons. 88. vers. item illud verbum. alias*, 8. *de offic. legati*, Card. Tusch. *d. conclus. 977. num. 2.*

6 Demùm arbitrio Iudicis remittitur, quando dicatur aliquid continuò esse factum, Alciat. *in l. detestatio, ff. de verbor. signif.* Anchar. Regien. *p. 1. q. 48. num. 5. & 6.* Cened. *d. sing. 74. num. 2. in fine.*

7 Verba illa, *Continuò amittat*, denotant ipso iure, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 102. C. de reuocand. donat.* Cened. *d. sing. 74. num. 3.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, p. 2. decis. 288. num. 11.* Monet. *de distrib. quotid. p. 3. q. 7. num. 36. & 37.*

Conuenit.

DICTIO LXIX.

1 VErbum hoc redactum in scripturam, significat pactum nudum, vt notat Ceual. *comm. contra comm. q. 114.* Et licèt in scripturam redactum non sit, importare stipulationem, tradit Suar. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 34. num. 363.*

Contra.

DICTIO LXX.

1 COntrà aduerbium sæpe est, quia sine casu ponitur, Cic. *lib. 14. epist. 18.* Vtrumque contrà accidit.

2 Pro dictione *Præter* aliquando ponitur, glos. *in authent. quæ res, C. de sacrosanct. Eccles.* Grat. *dict. 33.*

3 Sæpe vsurpatur pro *Econtra*, Cic. *5. Tusc.* Vt hi miseri, sic contrà illi beati. Idem *2. Acad.* Vt aliæ probabiles videantur, aliæ contrà. Tursellin. *de particulis Latinæ orationis, cap. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Proximitatem significat, ad certásque personas refertur dictio* Coram.

2 *Præsentiam non solùm personalem, sed etiam intellectualem, & operatiuam importat dictio* Coram.

Coram.

DICTIO LXXI.

1 REfertur ad certas personas, proximitatémque significat, ex adductis per Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. commodè, vers. coram, pag. 18.*

2 Importat etiam non solùm præsentiam personalem, sed etiam intellectualem, & operatiuam. Sic *in l. diem proferre*, §. *coram, ff. de receptis arbitris, l. si*

quis

quis mihi bona, §. coram Titio, iuncta glos. *ff. de acquir. hæred. cap. in primis*, vbi glos. *verb. ipso præsente*, 2. q. 7. cum aliis, de quibus per Auend. *ad l. 44. Tauri, glos. 14. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Fictionem denotat verbum* Creditur.
2 *Præsumptionem aliquando significat verbum* Creditur.
3 *Testis deponens per verbum* Credit, *non affirmat, nisi addat causam sufficientem.*
4 *Consulens, vel sententiam proferens per verbum* Credit, *affirmat.*
5 Credere, *&* deponere, *in teste differunt.*
6 Credo, *verbum, in positionibus facit veram confessionem.*

Credere.

DICTIO LXXII.

1 FIctionem denotat hoc verbum, ex adductis per Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. glos. 6. num. 27.* & Menoch. *de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 17. num. 26.*

2 Præsumptionem aliquando significat, vt *in l. conficiuntur, in princip. ff. de iure codicill.* & *in cap. quosdam*, vbi glos. *de præsumptionib.* notat Menoch. *d. præsumpt. 12. num. 27.*

3 In teste non affirmat, quamuis dicat, Scio, quia credo: vel, Credo pro certo: etiam stante consuetudine, vt per Mascard. *de prob. conclus. 458. à princip.* quem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 1070.* limitantes, nisi addat causam suffi-
4 cientem; item in consulente, & in Iudice sententiam proferente, quia affirmant.

5 Vnde in teste *Credere*, & *Deponere* differunt, vt per Galganet. *de different. indiuid. lit. C. num. 106.* & tunc semper quis potest probare contrarium, absque eo quòd sibi contrarius dicatur, ex adductis per Vital. de Camb. *in tract. claus. pag. 161. col. 1.*

6 In positionibus verò facit veram confessionem, cùm hac materia sit veritatis expressiuum, de quo tamen vide Rot. Genuen. *decis. 48. num. 1.* Surd. *decis. 27. num. 9.* & *decis. 58. num. 13. &* 14. Seraphin. *de priuileg. iuramen. priuil. 11. à princip.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 109. num. 6. cum seqq.* & *cap. 105. num. 5.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma examinandi processum, cap. 7. num. 63. & 64.*

SVMMARIVM.

1 *Distributiuæ vim habet dictio* Cuique.
2 *Collectiua est dictio* Cuique, *requirens concursum omnium, & tribuens rem cuilibet in solidum.*
3 *Restrictionem non recipit dictio* Cuiusque.
4 *Verba*, Cuiusuis ex nominatis, *important in substitutione reciprocam.*

Cuique.

DICTIO LXXIII.

1 DAtiuus hic casus ex relatiuo *Quisque*, vim distributiuæ habet, ex notatis per Surd. *cons.* 362. *num.* 18. Cald. Pereira *de potest. eligendi, cap. 13. num. 47.* vbi subdit, quòd per hanc dictionem non videtur concessum ius accrescendi.

Et est collectiuus, requirens concursum omnium, 2
& tribuens rem cuilibet in solidum, *l. hoc articulo*, vbi Bart. *ff. de hæred. instituend. l. Ballista, ff. ad Trebell.* Tiraquel. *de retractu lign. §. 31. glos. 1. num. 12.* notat Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. commodè, vers. cuique, pag. 18.* vbi subdit, quòd dicitur distributiua fauore institutionis.

Vnde in genitiuo casu *Cuiusque*, tamquam vni- 3
uersalis non recipit restrictionem, Alex. *cons. 118. incip. In casu, num. 5. vers. & tanto magis, lib. 5.* quem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 397. num. 21.* vbi *num. 22.* post Alex. *cons. 100. incip. Super primo, num. 3. vers. sed prædictis non obstantibus, lib. 7.* subdit, quòd dictio *Cuiusuis ex nominatis* im- 4
portat in substitutione reciproca, quæ solam vulgarem continet, vt necessariò contineatur compendiosa annexa, & in singulos sit facta substitutio.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dict.* Cuiuslibet, *omnia comprehendens.*
2 *Distributiua est dictio* Cuiuslibet, *& attribuit cuilibet in solidum.*
3 *Relictum si fiat cuilibet ex consanguineis, omnes admittuntur.*
4 *Legatum factum familiæ, & cuilibet de familia, censetur factum omnibus in solidum, & ordine successiuo.*

Cuiuslibet.

DICTIO LXXIV.

1 GEnitiuus hic casus ex relatiuo *Quilibet*, est vni-
uersalis, omnia comprehendens, glos. *verb. quaslibet alias, in l. omnes, C. de quadriennij præscript.* & *in Clem. 1. verb. quauis alia, de re iudicata*, Ioan. Francisc. de Ponte *decis. 3. num. 4.* Glorit. *resp. 1. part. 1. num. 185.* vbi idem dicit de verbo *Cuiuscumque*, & citat Cephal. *cons. 451. num. 55. 58. & 59.* & Decian. *cons. 44. num. 15. vol. 4.*

Distributiuus est, & attribuit cuilibet in so- 2
lidum, ex adductis per Paris. *cons. 49. num. 3. & seq. vol. 2.* & per Bertaz. *de claus. instrum. claus. 12. glos. 2. num. 1.*

Vnde si cuilibet ex consanguineis fiat relictum, 3
omnes admittuntur, quia dictio hæc est vniuersalis, & distributiua. Ita Castr. *cons. 384. incip. Notandum est, num. 1. in fine, & num. 2. vers. sed nos sumus in casu, lib. 1.* vbi quòd est vniuersalis distributiua.

Et legatum factum familiæ, & cuilibet de fami- 4
lia, censetur factum omnibus in solidum, & ordine successiuo, sequitur Card. Mant. *de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 33. vers. & si relictum*, quem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 397. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi & effectibus huius dictionis agentes.*

2 *Tempori sæpe dict.* Cum *adhibetur.*

3 *Conditionem denotat dict.* Cum, *quando ea vtimur loco dict.* Si.

4 *Conditionem importat dict.* Cum, *si adiiciatur verbo futuri temporis.*

5 *Causam, vel demonstrationem inducit dictio* Cum, *quando adiicitur verbo futuri temporis.*

6 *Copulatiua est, & coniunctionem inducit dict.* Cum, *quando ea vt præpositione vtimur, & loco copulæ* Et.

7 *Dictio* Cum, *magis coniungit, quàm coniunctio* Et.

8 *Dictio* Cum, *quando ponitur inter res, quarum vna alteri accedere non potest, tunc coniungit æquè principaliter, non autem accessoriè.*

9 *Accessoriè coniungit dictio* Cum, *quando ponitur inter res, quarum vna erat accessoria ad aliam.*

10 *Accessoriè non coniungit, sed principaliter, quando dictio* Cum *ponitur inter personas.*

11 *Dict.* Cum, *quando coniungit per modum accessorij, tunc si principalis dispositio est nulla, nullam & quoque accessorium.*

12 *Restituere si quis promittat domum cum melioramentis, melioramenta veniunt accessoriè.*

13 *Statutum disponens quòd mulier cum hæreditate non nubat forensi, non habet locum si nubat sine hæreditate.*

14 *Accessoriè ita coniungit dict.* Cum, *vt aliquando duas personas ponat pro vna, quando cum dicta dictione iunguntur.*

15 *Testator si legauerit fundum cum peculio, si legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio.*

16 *Hæreditatis in venditione, cui adiectum est iuspatronatus, operatur dictio* Cum, *vt idem iuspatronatus simul cum hæreditate in venditorem transeat.*

17 *Dictio* Cum, *ponitur inter similia, vel parum distantia.*

18 *Demonstratiuè potiùs quàm taxatiuè stat dictio* Cum, *posita inter diuersas orationes.*

19 *Repetitionem de sui natura inducit dictio* Cum.

20 *Fictionem, & fraudes tollit dictio* Cum effectu.

Cum.

DICTIO LXXV.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Alber. *in suo Dictionario, verb. Cum*, & Firman. *in suo Repertorio, eod. verb.* Ioan. Andr. *in cap. nullus, num.* 10. *cum seqq. ff. de reg. iuris*, Luc. de Pen. *in l. omnes, 1. col.* 15. *vers. de præpositione Cum, C. de Decurionibus, lib.* 10. Mandos. *in glos. facult. §. habita, in verb. Cum,* Bertaz. *de clauf. instrum. clauf. 4. glos.* 22. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 18. Turfel. *de particulis Latinæ orationis, cap.* 39. Card. Tusch. *practicar. conclus. tom. 2. lit. C. conclus.* 583. *num.* 16. *cum seqq. & lit. D. conclus.* 257. *&* 258. Galganet. *in tract. de condit. & demonstr. p. 1. cap. 5. num. 2. & 3. & p. 2. cap. 1. q. 2.* Grat. *de dictionib. dict.* 34. Cened. post *lib. pract. & canonicarum quæst. sing.* 9.

2 Sæpe dictio *Cum* tempori adhibetur, Cic. *lib.* 13. *epist.* 3. Scis profectò fuisse quoddam tempus, cùm homines existimarent, &c. Idem *lib.* 15. *epist.* 14. Multi enim anni sunt, cùm ille in ære meo est. Idem *lib.* 3. *epist.* 3. Vltimum diem illum videam, cùm tibi gratias agam. Idem *pro Planc.* Nunquam obliuiscar noctis illius, cùm tibi vigilanti pollicebar, &c. Sic etiam in Iure, quando hac dictione vt aduerbio vtimur, illa tempus significat, ad notata *in l. qui promisit, ff. de cond. indeb. & in l. quodcumque, §. final. ff. de verbor. oblig.* Ias. *in l. si ancilla, num.* 1. *cum seqq. ff. de leg.* 1. Grat. *conf.* 103. *num.* 7. *vol.* 2. Mandos. *in glos. facult. §. habita, in verb. Cum, pag.* 133. *col.* 2. Vulpell. *citato loco*, Cened. *d. sing.* 9. *num.* 2.

3 Quando dictione *Cum* vtimur, loco dictionis *Si*, tunc denotat, & inducit conditionem; & tantum valet, quantum dictio *Si*, vt est text. *in l. qui promisit, ff. de condict. indeb. & in l. quicumque, §. non solum, & in l. huiusmodi stipulatio, ff. de verbor. oblig.* Dec. *conf.* 401. Cephal. *conf.* 22. *num.* 4. *vol.* 1. Paris. *conf.* 19. *num.* 12. *vol.* 2. Grat. *conf.* 1. *num.* 94. *vol.* 1. Cald. Pereira *de potestate eligendi, cap.* 2. *num.* 16. Decian. *conf.* 34. *num.* 43. *lib.* 3. Vulpell. *citato loco*, Cened. *d. sing.* 9. *num.* 3.

4 Et demùm importare conditionem, si adiiciatur verbo futuri temporis, tenent Cuman. *conf.* 601. *incip. Petrus hæres, num.* 3. *vers. ad secundum*, Rom. *conf.* 438. *num.* 4. vbi ait, quòd dictio *Cum* adiecta futuro, licèt sit causa, tamen habet effectum conditionis, Alex. *conf.* 55. *incip. Viso titulo, in princip. lib.* 2. vbi dicit, quòd in testamento hæc dictio adiecta in certo termino semper importat conditionem; prout si pater legat filiæ, cùm nupserit, refert Card. Tusch. *d. lit. C. conclus.* 583. *num.* 17. *&* 18. *& d. lit. D. conclus.* 257. *num.* 10. *&* 11.

5 Limita, quando adiicitur verbo præteriti temporis, quia tunc inducit causam, vel demonstrationem, Cuman. *d. conf.* 61. *num.* 3. Roman. *d. conf.* 438. *num.* 3. *vers. quoad secundum*, vbi dicit, quòd hæc dictio adiecta verbo præteriti, vel præsentis temporis, importat causam, & *num.* 4. subdit, quòd siue sit de præterito, siue de præsenti, importat causam, quæ non vitiat, licèt deficiat. Si verò iungatur tempori de futuro, licèt sit causa, & non conditio, tamen habet effectum conditionis, & defectus vitiat, sicut si esset conditio. Refert Card. Tusch. *d. conclus.* 583. *num.* 19. *&* 21. *& d. conclus.* 257. *num.* 11. vbi *num.* 12. subdit, quòd in dubio potiùs demonstrationem, quàm conditionem debet importare.

6 Sed quando hac dictione vtimur vt præpositione, & loco copulæ *Et*, tunc est copulatiua, & coniunctionem inducit, *l. Titiæ textores. §. nihil differt. ff. de leg.* 1. *l. si ita fuerit. ff. de manumiss. testam. l. si quis legauerit. ff. de verb. signif.* Ias. *in l. si ancilla, num.* 1. *&* 2. *ff. de leg.* 1. Dec. *conf.* 401. *num.* 1. Paris. *conf.* 19. *num.* 12. *vol.* 2. Ruin. *conf.* 130. *num.* 10. Rip. *lib.* 1. *respons. cap.* 3. *num.* 25. Mandos. *in glos. facult. §. habita, in vers. Cum, pag.* 232. *& seq. & in §. & in ipsa, in vers. Cum, pag.* 290. Cassan. *in consuetud. Burgundiæ rubr.* 2. §. 1. *in vers. il confisque. num.* 1. Arundan. *de exequen. mandatis, p.* 1. *cap.* 19. *num.* 6. Vulpell. *citato loco*, Cened. *d. sing.* 9. *num.* 4. & vniformiter cõpulat

pulat *l. ſi legatarius. §. cum ita. ff. de legatis* 3. Surd. *d. deciſ.* 8. *num.* 8.

7 Immò hæc dictio magis coniungit, quàm dictio, *Et*, quia aliud eſt dicere, Titius & Mæuius venerunt Romam, & Titius cum Mæuio venit Romam: primo enim caſu non eſt neceſſarium pro veritate propoſitionis quòd ſimul venerint, ſecus verò in ſecundo caſu, in quo etiam videtur demonſtrata qualitas temporis, ſicut & aliud eſt dicere, inſtituo filium cum nepote. Pro quibus vide Doctores *in l. Gallus. §. 1. ff. de liber. & poſthumis.* Lancell. Polit. *in tract. ſubſtit. vbi de vulgar. p. 2. num.* 23. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 70. num.* 10. *&* 32. Mandoſ. *in d. gloſſ. facult. §. & in ipſa, verſ. Cum, pag.* 291. Surd. *de alim. tit. 2. quæſt. 7. num. 5. cum ſeqq. & deciſ. 8. num. 9.* Cened. *d. ſing. 9. num.* 8. bene Caſtr. *conſ. 455. num. 3. lib. 2.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concl.* 258. *num.* 17. vbi ait, quòd dictiones *Cum, Vnà, Simul*, & ſimiles, ſemper magis copulant, quàm dictio, *Et*, quia dictio, *Et*, perdit virtutem copulandi in iis, in quibus datur ordo ſucceſſiuus; aliæ verò ſemper copulant etiam in iis in quibus datur ordo charitatis, vel ordo iuris ſucceſſiuus.

8 Verùm, vt meliùs, & clariùs percipi poſſit quæ ſit vera & realis differentia inter hanc dictionem, & coniunctionem, *Et*, ac proinde quando hæc dictio coniungat, & copulet acceſſoriè, quando verò æquè principaliter, diſtinguendum duxi cum Iaſ. *in d. l. ſi ancilla, num.* 1. quòd quando iſta dictio, *Cum*, ponitur inter res, quarum vna alteri acc[illegible]ere non poteſt, vt lego domum cum vinea, tunc coniungit æquè principaliter, non autem acceſſoriè, & nulla eſt differentia inter dictionem hanc, & cõiunctionem *Et*, prout ex text. *in d. l. Titia textores. §. nihil*, tradunt Caſſan. *citato loco*, & Dec. *in auth. ingreſſi. num.* 23. *verſ. in gloſ. C. de ſacroſ. Eccl[illegible]* Cened. *d. ſing. 9. numero 5.*

9 At quando iſta dictio ponitur inter res, quarum vna erat acceſſoria ad aliam, tunc coniungit acceſſoriè, *l. ſi quis ancillas*, vbi Iaſ. *num. 1. ff. de leg. 1. l. 1. 2. & 3. ff. de peculio legato.* Dec. *in d. authent. ingreſſi, nu.* 23. vbi declarat quid differat dedicare ſe cum ſuis bonis Eccleſiæ, vel ſe, & ſua bona. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 26. gloſ. 4. num. 1.* Caſtr. *conſ. 377. ante num. 2. parte 1.* Alexand. *conſ. 193. incip. Ex themate, num. 5. lib. 2. & conſ. 75. incip. Viſo themate, num. 6. lib. 7. conſ. 114. num. 4. & 5. lib. 4.* Vulpell. *citato loco num. 1.* Ioſeph. de Seſſe Aragon. *deciſ. 124. num. 20.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 257. num. 4.* vbi *nu. 5.* poſt Gemin. *conſil. 32. col. fin. verſ. quod autem ad conceſſionem*, extendit hoc, in tantum eſſe verum, vt ſi principalis diſpoſitio ſit nulla, ſit etiam nulla diſpoſitio copulata cum dictione *Cum*, tanquam acceſſoria.

10 Demum quando hæc dictio ponitur inter perſonas, non coniungit acceſſoriè, ſed coniungit principaliter. Ita Bald. *conſ. 409. incip. Conceſſus fuit, lib. 1. quod duplicatur conſ. 408. lib. 5.* vbi dicit, quòd habens ſaluum conductum eundi, & redeundi cum decem equis, & bonis, poteſt etiam mittere vxorem, quia dictio *Cum*, complectitur vxorem, licèt ſit principalis, & non acceſſoria. Socin. *conſ. 40. num. 1. vol. 1.* vbi dicit, quòd iſta dictio *Cum*, poſita inter perſonas, operatur per modum copulæ, & idem quod copula *Et*, ac proinde tantam poteſtatem attribuit vni ſic coniuncto, quantam habent omnes alij. Franc. Aret. *conſil. 1. nu. 12.* vbi ait, quòd dictio *Cum*, coniungit principaliter perſonas ad effectum repetitionis qualitatum, & conditionum inter diuerſas perſonas poſitas in eadem oratione. Strach. *de adiect. 4. part. q. 4. num. 1. pag.* 249. vbi ait, quòd dictio *Cum*, poſita inter perſonas, habet eandem vim, quam dictio *Et*. Anchar. *conſ. 365. incip. In themate propoſito, num.* 4. ait quòd inter perſonas honoratas prolata coniungit ſicut copula, & prout eam refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concl. 258. num.* 14. In quo autem differant hæc dictio, & dictio *De*, vide *ibi ſub dict. De.*

Hæc dictio quando eſt illius virtutis vt coniun- 11
gat per modum acceſſorij, tunc ſi principalis diſpoſitio eſt nulla, nullum eſt quoque acceſſorium in neceſſariam conſequentiam. Ita Gemin. *conſ. 32. col. fin. verbo, quo autem ad conceſſionem.* Ruin. *conſ. 114. num. 4. & ſeq. lib.* 4. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 258. n. 1.*

Amplia primò in tantum huiuſmodi dictionem 12
iungere acceſſoriè, vt ſi in tranſactione quis promiſit reſtituere domum cum melioramentis, meliora menta acceſſoria dicantur, ita vt ſi reſtituat domum, & non melioramenta, non incidat in pœnam, *l. ſi quis maior*, quæ non habet locum in acceſſoriis; ita Caſtr. *conſ. 378. incip. Quantum, col. 1. in fin. verſ. præterea ipſe ſeruauit, lib. 1.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concl. 258. nu. 8.*

Amplia ſecundò etiam ita coniungere vt requiratur verificatio vtriuſque copulati, ideo ſtatutum 13
diſponens quòd mulier cum hæreditate non nubat forenſi, non habet locum ſi nubat ſine hæreditate, quia requiritur concurſus omnium copulatorum. Bald *conſ. 357. in fin. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 258. num.* 13.

Amplia tertiò ita acc[illegible]ſſoriè coniungere, vt ali- 14
quando duas perſonas ponat pro vna, quando iunguntur per hanc dictionem *Cum*, *l. fin. C. de impuberum, & alijs*, vbi ſi quis dicat, Titius vnà cum filiis ſuis, & Sempronius mihi hæredes ſunto, Titius, & filij habebunt medietatem, Sempronius verò aliam medietatem. Sed obſtat ex diametro text. *in l. ſi quis Titio. ff. de vſufruct. accreſcen.* vbi ſi teſtator dicat Titio cum hæredibus meis; & Mæuio eandem rem lego, Titius habebit tertiam, hæredes tertiam, & Mæuius tertiam. Pro concordia tamen Abb. *conſil. 57. incip. attingam, in principio, lib.* 1. diſtinguit, quòd quando dictio *Cum*, coniungit nomina collectiua, vel nomina dignitatum, ſemper ſtat coniunctiuè principaliter, ſecus ſi nomina ſingularia; ideo Papa mandans Archiepiſcopo Florentiæ, vt vnà cum Capitulo, & Conſulibus fabricæ dotet & ordinet præbendas Canonicales, non ponit Epiſcopum & Capitulum tanquam vnum, & Conſules pro ſecunda voce, ſed erunt tres voces principales, Epiſcopus habebit vnam vocem, Capitulum aliam, & Conſules tertiam, refert Card. Tuſch. *d. concluſ. 258. num.* 18. 19. *&* 20.

Amplia quartò vt ſi teſtator legauerit fundum cum 15
peculio, ſi legatum in fundo erit nullum, erit etiam nullum in peculio; ita Rota *deciſ. 709. num. 9. p. 1. diuerſ.* Hond. *conſ. 91. num. 13. vol. 1.*

Amplia quintò vt adiecta in venditione hæredi- 16
tatis, cui annexum eſt iuſpatronatus, operetur, vt idem iuſpatronatus tranſeat ſimul cum hæreditate in venditorem; iuxta reſoluta per Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 19. num.* 13.

Ponitur hæc dictio inter ſimilia, vel parum diſtan- 17
tia, vt per Ioſeph. Seſſe Aragon. *deciſ. 124. num. 21.*
& poſita inter diuerſas orationes ſtat potiùs demon- 18
ſtratiuè, quàm taxatiuè. Monet. *in tract. de option. Canonica, cap. 3. quæſt. 3. num.* 64.

Deinde hæc dictio de ſui natura repetitionem in- 19
ducit, vt tradunt Galganet. *in tract. de cond. & demonſtr. p. 2. cap. 1. quæſt. 18. num.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 180. num.* 45. vbi *num.* 46. limitat non procedere fauore libertatis, & *num.* 47. aſſerit, non

habere locum quoties ponitur inter duas personas affines, & sanguine coniunctas.

20 Dictio (*cum effectu*) tollit fictionem, & fraudes, *glos. penult. in Clem. 1. de decim.* & importat quòd realiter, non verbo fiat, *Extranag. Ioan. xxij. suscepti*, cum aliis adductis per Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 4. glos. 7. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*
2 *Cauſam proximam & immediatam denotat dictio* De, *niſi aliud conſtet de mente loquentis.*
3 *Cauſam remotam aliquando ſignificat dictio* De, *ſecundùm ſubiectam materiam.*
4 *Subſtantiam interdum ſignificat dictio* De.
5 *Legatum ſi fiat de bonis teſtatoris, debentur bona.*
6 *Dos ſi debetur ab ſtatuto filiæ excluſæ de bonis defuncti, debetur in ſubſtantia, & non in pecunia.*
7 *Materiam, ſeu cauſam materialem nonnunquam importat dictio* De.
8 *Materiam immediatam, de qua aliquid fit, quandoque ſignificat dictio* De.
9 *Originem vel domicilium ſæpe importat dictio* De.
10 *Augmentum importat dictio* De.
11 *Taxatiuè, & non demonſtratiuè aliquando ponitur dictio* De.
12 *Conditionem denotat dictio* De.
13 Ex *importat dictio* De.
14 De, & Cum, *in quo differant, oſtenditur.*
15 A.
16 Super, *cùm de legatis agitur.*
17 Propter, *ad cauſam declarandam.*
18 Pro.
} De *aliquando importat*
19 De induſtria, *id eſt, dedita opera.*
20 De integro, *id eſt, denuo.*
21 De ſcripto, *id eſt, non memoriter.*

De.

DICTIO LXXVI.

1 DE vi, & effectibns huius dict. vide Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 20. num. 30. cum ſeqq.* Scott. *in rubr. ff. ſi cert. pet. num. 51.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag. 20.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 261.* Cened. poſt *lib. pract. & canon. quæſt. ſing. 10.* Turſellin. *de particulis Latinæ orationis, cap. 41.* Grat. *de diction. b. dict. 36.*

2 Hæc dictio varios habet ſignificatus, de ſui verò natura denotat cauſam proximam, & immediatam, niſi aliud conſtet de mente loquentis, *l. 1. §. fin. ff. de incend. ruina, & nauſr. l. ex hoc iure. ff. de iuſtitia, & iure,* Anchar. *q. 69. num. 2. & 6. p. 1* Polyd. Rip. *de nocturno tempore, cap. 62. num. 7.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. num. 17.* Rip. *in rubr. ff. ſi certum petatur, num. 2. & 3.* vbi Dec. *lect. 1. num. 1. & 2. & lect. 2. num. 5.* Barbat. *de præſtantia Cardinal. q. 2. p. 1.* poſt *num. 21.* Pariſ. *conſ. 9. num. 44. vol. 1.* Dec. *conſ. 624. num. 3.* Euerard. *conſ. 142. in fine,* Tiraq. *d. limit. 20. num. 31. verſ. nam & dictio De,* Anton. de Sola *in conſtitut. Sabaud. p. 2. tit. de alien. bonor. minor. glos. 3. num. 47.* Gom. *in reg. de infirmis reſignantibus, q. 11. verſ. & iſta opinio,* Burg. de Pace *conſ. 29. num. 62.* Menoch. *de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 81. num. 13. & conſ. 173. num. 7.* Ber. *deciſ. 44. num. 29.* Mandoſ. *in glos. facult. in §. habita, in verb. de eorum, pag. 214. & ad reg. 14. Cancellar. q. 7. num. 7.* Vulpell. *citato loco, num. 1.* Cened. *d. ſing. 10. num. 2.* Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 26. glos. 10. num. 2. & glos. 5. num. 2.* Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ. 141. num. 7.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 261. num. 2.*

Aliquando tamen cauſam remotam ſignificat ſe- 3
cundùm ſubiectam materiam, quando aliàs conſtaret de mente diſponentis, vt *in l. ſi finita, §. deinde, ff. de damn. infecto,* Dec. *in d. rubr. ff. ſi certum petatur, lect. 1. num. 2. & conſ. 624. num. 3.* Mandoſ. *in reg. 12. Cancellar. q. 2. num. 8.* Cened. *d. ſingul. 10. num. 3.* Semper enim regulatur hæc clauſula ſecundùm ſubiectam materiam, ex adductis per Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 116. num. 27.*

Interdum ſubſtantiam ſignificat, Socin. Iun. *conſ.* 4
82. num. 11. vol. 3. Tiraq. *d. limit. 20. num. 32. verſ. hæc enim dictio,* Paui. *in tract. de poteſt. Capituli Sede vacante, in primo præludio, à num. 1.* veluti ſi fiat legatum 5
de bonis teſtatoris, debentur bona, Corn. *conſ. 167. num. 14. verſ. dictio enim De, lib. 2.* vbi ait, quòd idem eſt dicere, quòd aliquid ſit de bonis, vel de ſubſtantia bonorum, & ideò ſumma legata de bonis debentur in tot bonis, Socin. *conſ. 72. num. 10. cum ſeq. lib. 3.* Ruin. *conſ. 65. num. 3. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 18. num. 37. lib. 2.* Crau. *conſ. 187. num. 5.* Hinc etiam ſi 6
dos debetur à ſtatuto filiæ excluſæ de bonis defuncti, quod debeatur in ſubſtantia, & non in pecunia, tradit Menoch. *de arbitr. caſ. 163. num. 25. cum duobus ſeqq.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 261. num. 5.*

Nonnunquam importat materiam, ſeu cauſam 7
materialem, Bald. *in l. penult. prope finem, C. de cond. inſert.* Luc. de Penna *in l. omnes, num. 72. C. de decurionibus; lib. 10.* Rip. *in rubr. ff. ſi certum petatur, num. 2. & ſeq.* Pauin. *d. prælud. 1. num. 1.* Cened. *d. ſing. 10. num. 1.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 261. num. 6.* Camill. Medic. *conſ. 153. num. 1.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 570. num. 4.*

Quandoque ſignificat immediatam materiam, 8
de qua aliquid fit, vel ſurgit; ideò ſi adiungatur filio, putà ſi dicatur de progenie filij, non includitur pater, nec aſcendentes, vel tranſuerſales, quia non ſurgunt ex filio, ſed ſolùm de deſcendentibus filij intelligitur, ita Bald. *conſ. 336. incip. Quæritur vtrum, lib. 3.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 261. num. 2.*

Perſæpe originem, vel domicilium importat, vt 9
in l. 1. ff. ad municip. tradit Surd. *deciſ 129. num. 15.*

Item importat augmentum, vt *in l. 1. ff. depoſiti,* 10
vbi ponere apud aliquem, non tollit omnimodam cuſtodiam à ponente; ſed ſi deponit, ſecùs eſt, quia ſeorſum à ſe ponit, vt ibi gloſ. *in verb. auget,* Bald. *conſ. 220. incip. Proponitur, num. 5. lib. 1.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 261. num. 1.*

Item taxatiuè aliquando ponitur, non demon- 11
ſtratiuè, putà ſi dicatur: Relinquo tali decem menſuras frumenti de fundo, ſeu agro meo ſito in tali loco: quia ex quo dictio *De* ponitur taxatiuè, ſi

in eo

in eo agro non colligantur tot menſuræ, non poterit legatarius petere ſupplementum ex grano, quod in aliis agris colligetur, *l. Lucius, ff. de alim. legat. l. quidam teſtam. in princip. ff. de legat.* 1. Paul. de Caſtro *conſ.* 338. *num.* 3. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 500. *num.* 15. Ioan. de Amic. *conſ.* 46. Benintend. *deciſ.* 64. Duran. *de arte teſtandi, tit. de leg. caut.* 49. Petr. Pechius *de teſtam. coniugum, lib.* 5. *cap.* 13. *pag.* 190. Caualcan. *in tract. de vſufr. mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 167.

12 Item denotat conditionem, vt per Achil. de Graſſ. *deciſ.* 6. *de reſcript. num.* 2.

13 Eiuſdem ſignificationis eſt dictio hæc, ac dictio *Ex*, ecundùm Tiraq. *d. limit.* 20. *num.* 31. & quando hæc noſtra pro illa ponitur, ſæpe ad perſonam accommodatur, Cic. *pro Cornel.* Audiui hoc de parente meo. Idem *Attic. lib.* 1. Meſſala Conſul de Pompeio quæſiuit, quid de religione ſentiret.

14 Differunt autem hæc dictio *De*, & *Cum*, quia hæc noſtra denotat ſubſtantiam, & dictio *Cum* denotat proceſſum; & ideò ſi ſtatutum dicat, quòd Prætor faciat de conſilio, tenetur ſequi conſilium; ſi verò dicat cum conſilio, non ita præcisè arctatur ad conſilium ſequendum. Ita Corn. *conſ.* 53. *incip. Pro deciſione, col.* 2. *verſ. præpoſitio, num.* 6. *lib.* 1. Burſat. *conſ.* 90. *à num.* 42. *vol.* 1. Cened. *d. ſing.* 10. *num.* 7. Card. Tuſch. *d. tom.* 2. *lit. D. concl.* 292. *num.* 21. vbi *num.* 22. citat in contrarium Feder. de Senis *conſ.* 1. *num.* 5. *verſ. & ſi oppones.*

15 Multiplices ſignificatus habet hæc dictio, aliquando enim ponitur pro *A*, vt *in l. ſi is, qui rem, §. ſin. ff. de furtis*, in illis verbis, *ſi ſtipulatus de te ſim*, id eſt, à te, *l.* 1. *C. de fund. rei priu. lib.* 11. ibi, *de fiſco*, id eſt, à fiſco, *l. ſi vt certo, ff. commodati*, Cic. *de Orat.* Audiui de ſocero meo, id eſt, à ſocero meo.

16 *Super* importat, cùm de legatis agitur, ad ſignificandam materiam, aut cauſam legationis, Cic. *lib.* 1. *Officior.* Regulus de captiuis commutandis Romam miſſus. Idem *in Brutum*: Legatus ad Senatum de Rhodiorum præmiis venerat. *l.* 3. *in princip. ff. ſi à non comp. Iud.* Put. *deciſ.* 39. *num.* 1. *lib.* 2. *in correct.*

17 *Propter* importat ad cauſam declarandam. Plaut. De nihilo iraſci. Terent. *in Eunuch.* Quid nos amas de fidicina iſthac, id eſt, propter Fidicinam hanc, *l. vn. quando ciuilis actio, in princip.* ibi, *de re familiari*, quæ verba ibidem gloſ. & Doctores exponunt, propter rem familiarem.

18 *Pro* etiam importat, *authent. vt nulli Iudicum, §. neceſſarium*, ibi, *Vt nulla mulier de qualibet re includatur*, id eſt, pro qualibet re, vt declarat ibi gloſ. *l. poſt venditionem, in princip. ff. de aqua pluuia arcen. l. procurator, §. ſi quis, verſ. ex quo, ff. rem ratam haberi.*

De diæceſi, & *In diæceſi*, in quo differant, vide ſub dict. *In.*

19 *De induſtria*, eſt Dedita opera, Cic. *lib* 1. *Officior.* Si de induſtria facias. Idem *lib.* 4. *de Finib.* Nec tamen ab illis ita dicuntur de induſtria.

20 *De integro*, idem quod denuò, Cic. *Attic. lib.* 13. Gratulari de integro. Idem *lib.* 12. *epiſt.* 29. De integro incidere in morbum. Idem *Attic. lib.* 13. De integro ſcribere.

21 *De ſcripto*, id eſt, non memoriter, Cic. *lib.* 10. *epiſt.* 13. Vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt. Idem 10. *Philippic.* Ita enim dixiſti, & quidem de ſcripto.

SVMMARIVM.

1 *Neceſsitatem, & coactionem plerumque inducit verbum* Debet.

2 *Iuſſum, & parendi neceſsitatem ſignificat verbum* Debet.

3 *Neceſsitatem importat verbum* Debet, *etiam prolatum à teſtatore, & quando refertur ad Iudicem, vt n.* 4.

5 *Neceſsitatem non importat verbum* Debet, *quando dirigitur ad perſonam, cuius, vel vbi ſubiecta materia repugnat, vt n.* 6.

7 *Pro* Poteſt, *aliquando opponitur verbum* Debet.

8 *Naturam verborum precariorum quandoque aſſumit verbum* Debet.

9 *Decentiam, & vrbanitatem, non verò neceſsitatem importat verbum* Debet, *quando in lege ponitur.*

10 *Lex aliquid præcipiens per verbum* Debet, *vel* Non debet, *inducit regulariter præceptum, per quod contra faciens, incurrit peccatum mortale.*

11 *Verbum* Debet, *non importat præceptum quando adiungitur particula importans conſilium.*

12 *Actum de iure impoſsibile reddit verbum* Debet, *quando illi adijcitur dictio negatiua.*

Debet.

DICTIO LXXVII.

VErbum hoc plerumque inducit neceſſitatem, & præceptum, vt *in cap. propoſuit, §. ſuper quo, & in cap. oblata, de appellat. & in l. prætor, in princip. ff. de eden. l.* 1. *§. qui magiſtratum, ff. quod quiſque iuris*, gloſ. *verb. non debet, in cap. propoſuit, de appellationib.* gloſ. etiam *verb. debeant, in Clem. attendentes, de ſtatu monach.* tradunt ibi Card. *in princip. notab.* 9. & Imol. *num.* 7. Tiraq. *de retractu, tit.* 1. *§.* 1. *gloſ.* 15. *num.* 1. Burg. *in l.* 3. *Tauri, p.* 2. *concluſ.* 4. *num.* 1153. Sylueſt. *in Sum. verb. præceptum, q.* 2. Auendan. *reſponſ.* 14. *num.* 2. Caſtr. *de lege pœnali, lib.* 1. *cap.* 5. *docum.* 4. Matien. *l.* 1. *gloſ.* 4. *num.* 6. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua Recopil.* Sanch. *de matrimon. lib.* 4. *diſp.* 23. *num.* 2. *& in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 36. Hippol. *conſ.* 60. *num.* 4. Vaſq. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *diſp.* 158. *cap.* 3. *num.* 21. Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *q.* 5. Perez *l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 25. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 5. *præſumpt.* 47. *num.* 9. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 33. *num.* 70. Rota *deciſ.* 79. *num.* 1. & *deciſ.* 276. *num.* 2. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* Ioſeph. de Seſſe Aragon. *deciſ.* 230. *num.* 15. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.* 1. *num.* 2. Fr. Emman. *queſt. regul. tom.* 3. *q.* 47. *art.* 4. Thom. de Thomaſſet *in Floribus legum, reg.* 302. Rota Bonon. *diuerſ. deciſ.* 8. *num.* 21. vbi quòd regulariter iuſſum, & parendi neceſſitatem ſignificat, Eſcobar. *de ratiocin. cap.* 6. *num.* 22. vbi *num.* 45. quòd non ſemper importat neceſſitatem præciſam, Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 32. *num.* 2. & *concluſ.* 262. *num.* 1. vbi *num.* 2. poſt Alex. *conſ.* 223. *incip. Viſis, in fine, lib.* 3. extendit, etiamſi iungatur cum verbo voluntario, putà *Poſſit*, & *Debeat*; quia etiam tunc verbum *Debet* importat neceſſitatem. 1 2

Amplia primò, quòd verbum hoc neceſſitatem importat, etiam prolatum à teſtatore, vt per Hippol. *in reprt. l. vnica, C. de raptu virginum, num.* 279. 3

4 Amplia secundò, patiter necessitatem importare, quando refertur ad Iudicem, vt per Bobadil. *in sua Politica, lib. 1. cap. 12. num. 40.*

5 Limita primò, nisi hoc verbum dirigatur ad personam, cuius fauore profertur, Apostil. ad Alex. *cons. 223. in fine, lib. 2. in verb. debent*, Card. Tusch. *d. lit. D. concluſ. 162. num. 3.* Felin. *in cap. nam concupiſcentiam, num. 8. limit. 2. de constitut.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 4. num. 36. verſ. ſecundus.* Ratio est, quia cùm possit is fauore suo cedere, non potest debitum præcepti, & necessitatis importare, vt colligitur *ex l. cùm pater, 79. §. mando, ff. de legat. 2.* vbi glos. *verb. iuri.*

6 Limita secundò, vbi subiecta materia repugnat, quia tunc necessitatem non importat, sed debitum solius honestatis, quamuis addatur dictio *Omnino*, vt ex Abb. & Felin. tradit Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 146. num. 19.* Sanch. *de matrimon. lib. 4. diſp. 23. num. 2. verſ. tunc autem.* Quod accidit, quando si importaret præceptum, resultaret absurdus intellectus, vel alicuius Iuris correctio, *l. prætor, in princip. ff. de edendo*, ita Bart. *in l. creditores, 2. num. 3. C. de pignorib.* Imol. *in Clem. attendentes, num. 7. de ſtatu monach.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 4. num. 36. verſ. primus.*

7 Nam aliquando exponitur pro *Potest*, glos. *verb. debet, in l. obſeruare, §. fin. ff. de offic. Proconſul.* Hippol. *in repet. l. vnica, C. de raptu virginum, num. 278.*

8 Quandóque enim assumit naturam verborum precariorum, ex adductis per Ferret. *in constitut. Cathalon. glos. 7. num. 11.*

9 Limita tertiò, quando in lege ponitur, nam tunc non importat necessitatem, sed decentiam, & vrbanitatem, vt *in l. non ſolùm, §. 1. ff. de noui operis nunciat.* glos. *verbo debent, in l. 3. C. de pignorib.* Burg. de Pace *conſ. 46. num. 3.* Card. Tusch. *d. lit. D. concluſ. 32. num. 3.* vbi *num. 1.* post Calder. *conſ. 220. circa princip. verſ. quintò probatur*, aliàs *conſ. vnic. de vita, & honeſt. Clericor.* subdit, quòd lex aliquid præcipiens per verbum *Debet*, vel *Non debet*, inducit regulariter præceptum, per quod contrà faciens incurrit peccatum mortale.

10 Limita quartò, quando adiungitur particula importans consilium, vt si dicat: Humiliter debet, ita glos. *verb. humiliter, in cap. 1. dict. 6.* Sanch. *d. lib. 6. cap. 4. num. 36. verſ. vltimus*, vbi post Gabr. Angel. & Sylvest. subdit, quòd cùm hæ acceptiones impropriæ sint, & ex peculiari ratione concurrenti distrahatur verbum *Debeo* à propria significatione, quæ & vt debitum præceptum importet, non sunt ad consequentiam trahendæ.

11 Quando negatiua dictio adiicitur huic verbo, reddit actum de iure impossibilem, vt per Stephan. Gratian. Marchiæ *decis. 51. num. 7.*

De cætero.

DICTIO LXXVIII.

1 IMportat omne futurum tempus, & ideò is, qui in causa pendente iurat de cætero nihil impetrare, se excludit omni tempore. Ita post Roman. *conſ. 379. incip. Circa primum, num. 3. verſ. ſecundò propter verbum*, tradit Card. Tusch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 259. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Aliquid de nouo inducit verbũ* Decernimus.
2 *Ius nouum inducit, & antiquum declarat verbum* Decernimus.
3 *Animi deliberationem ab omni actu ſeparatam ſignificat verbum* Decernimus.

Decernimus.

DICTIO LXXIX.

VErbum hoc suapte natura aliquid de nouo inducit iuxta glos. *in cap. eos, de ſentent. excomm. lib. 6. Clem. 1. de cauſa poſſeſſ. & propriet. Clem. 2.* vbi glos. *verb. decernimus, de rebus Eccleſ. non alienand.* Flamin. *de reſignat. lib. 1. 3. q. 2. num. 3.* Et quòd inducit nouum ius, & declarat antiquum, post Abb. & Dec. *in fine, in cap. decernimus, de iudic.* & glos. *verb. decernimus, in Clem. per literas, de prabend.* tradit idem Flamin. Pariſ. *de conſident. benefic. q. 58. num. 44.* 1 2

Significat animi deliberationem ab omni actu separatam, iuxta tradita per Menoch. *de præſumption. lib. 4. præſumpt. 99. num. 21.* 3

An autem importet necessitatem, specialis est difficultas; illam importare tenent Archid. *in cap. 1. num. 2. dict. 76.* vbi Dominic. & Turrecr. *in fine*, Butr. *in cap. nam concupiſcentiam, de constitut.* vbi Felin. *num. 8. limit. 4.* Imol. *num. 9.* Dec. *in 2. lect. num. 25. in noua edit.* At verius est, esse verbum commune, ac proinde nec præcepti, nec præcepto æquipollens, vt docent Abb. *in d. cap. nam concupiſcentiam, num. 4.* Armil. *verb. præceptum, num. 7.* Castr. *lib. 1. de lege pœnali, cap. 5. docum. 4.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 7. num. 25.* & alij, quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 6. cap. 4. num. 41.*

SVMMARIVM.

1 *Noui nihil inducit verbum* Declaramus.
2 *Ius nouum non ſequitur ex declaratione.*
3 *Declarans nihil ponit, neque facit de nouo.*
4 *Demonſtrare aliquando, diffinire interdum importat verbum* Declarare.

Declaramus.

DICTIO LXXX.

VErbum hoc nihil noui inducit, vt notant Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ. 30. glos. 4. num. 1.* Marta *de iuriſdict. p. 4. cent. 2. caſu 152. num. 4.* nam declarare est aperire, seu manifestare sensum dubium legis, vel dispositionis obscuræ, Castr. *conſ. 341. incip. Venio nunc, in princip. verſ. non obſtantibus prædictis, lib. 1.* vbi quòd ex declaratione non sequitur ius nouum, quia qui declarat, nihil dat, Oldrad. *conſ. 224. num. 10. verſ. præterea non obſtat*, & *conſ. 318. in fine, verſ. ad articulos*, Card. Tusch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 86. num. 1. & 6.* vbi *num. 26.* post Bald. *in l. 1. num. 2. C. de manumiſſ. teſtam.* subdit, quòd in tantum qui declarat, nihil dat de nouo, vt neque ex declaratione inducatur confirmatio actus declarati. 1 2

Demùm quòd declarans nihil ponit, nec facit de nouo, probant *l. heredes palam, §. ſi quid poſt, ff. de teſtam. l. adeò, §. videtur, ff. de acquir. rerum domin.* glos. *verò. de nouo, in cap. per tuas, de donationib.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. declaratio 1.* Roland. *conſ.* 3

15 *num.*

15. *num.* 27. *vol.* 3. Gabr. *lib.* 5. *commun. tit. de regulis Iuris, concl.* 3. *num.* 1. & 48. Marc. Antonin. *var. resolut. lib.* 1. *resol.* 3. *num.* 12. Franc. Gallet. *in Margarita casuum conscientiæ, verb. declaratio*, Rot. *decis.* 454. *num.* 2. apud Farinac. *p.* 1. *recent.*

4 Aliquando hoc verbum pro demonstrare accipi, interdum verò diffinire, & declarare, esse synonyma aduertit Bertazol. *d. glos.* 4. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Defendere, *denotat alterius causam tueri.*

2 Defendere, *est id facere quod dominus in litem faceret.*

3 Defendere *qui tenetur, debet in defensione perseuerare vsque ad finem.*

4 *Defensionem tam iuris, quàm facti importat verbum* Defendere.

Defendere.

DICTIO LXXXI.

1 VErbum hoc est notæ significationis, ab ipsa fermè natura ostensum: nam qui in discrimen aliquod penitùs vocabantur, defendendi suam rationem excogitarunt, & est verbum ciuile, denotátque alterius causam tueri, siue fiat per mandatum, siue sit remandatum, Vlpianus autem *in l.* 2 *sed & ea*, §. *defend. ff. de procurat.* dicit, quòd defendere est id facere, quod dominus in litem faceret, hoc est, nihil omittere, quod ad tuitionem litis pertinere potest; ita Bertazol. *de clausul. instrument.* 3 *clausf.* 26. *glos.* 9. *num.* 1. vbi etiam dicit, quòd qui tenetur defendere, non sufficit, quòd se ingerat, sed quòd non sit defuturus defensioni, & in ea perseueret vsque ad finem, per text. *in l. ita ait Prætor*, §. *penult. ff. ex quibus causis maiores*, & *in l.* 2. *in fine, ff. ex quibus causis in possess. eatur*, & tenetur etiam iudicatum soluere, aliàs non rectè dicitur defendere, *l. rectè defendi*, & ibi Castr. *ff. de iudiciis.*

4 Verbum etiam istud *Defendere* generale est, & tam defensionem Iuris, quàm facti importat, *l. defensionis facultas*, & ibi glos. & Bart. *C. de iure fisci, lib.* 10. Bertazol. *d. glos.* 9. *num.* 2. vbi *num.* 4. dicit, quòd verbum hoc propriè, & secundùm eius propriam significationem accipitur pro defensione, quæ fit ab impugnatione tam de iure, quàm de facto, & *num.* 6. tenet, *Tueri*, verbum idem esse cum verbo *Defendere.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinis graduum significatiua est dictio* Deinde.

2 *Continuatiua præcedentium est dictio* Deinde.

3 *Dictio* Deinde, *idem significat quod dictio* Postea, Demum, *& similes.*

4 *Successiuè importat dictio* Deinde.

5 *Ordinem, & continuationem ad præcedentia denotat dictio* Successiuè.

6 *Dictio* Deinde, *& similes, intelliguntur incontinenti, & sine interuallo.*

Deinde.

DICTIO LXXXII.

1 HÆc dictio est significatiua ordinis graduum, & ideò in materia successionis importat successiuum ordinem, vt proximior præferatur remotiori; ita Bald. *cons.* 293. *incip. Primò dicam, num.* 2. *vers. illa enim dictio, lib.* 2. Surd. *cons.* 429. *num.* 10. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 7. *num.* 17. vbi subdit, 2 quòd est continuatiua præcedentium, Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 263. *num.* 1. Rota apud Zach. de Societate *decis.* 41. *num.* 12.

Idem significat, quod dictiones *Postea, Demùm,* 3 & similes, vt *in l. potior, in princip. ff. qui potiores in pignore habeantur*, & *in l. si tibi, ff. de adimendis legatis*, & *in l. si filiusfamilias, ff. de religiosis, & sumptibus funer.* & *in l. vlt. C. ad legem Cornel. de falsis*, §. *vlt. Instit. ad leg. Falcid.* notant Tiraq. *in l. si vnquam, verb. & postea, num.* 9. *C. de reuocandis donation.* Rebuff. *ad l. portus*, 59. *vers. deinde, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 35. Surd. *cons.* 429. *num.* 10.

Item eamdem significationem habet, quod dictio 4 *Successiuè*, vt *in l. auia, in princip.* vbi glos. *ff. de cond. & demonstr.* Surd. *cons.* 365. *num.* 9. Honded. *cons.* 49. *num.* 19. *lib.* 2. Rot. *decis.* 453. *num.* 1. *in fine*, apud Farinac. *p.* 2. *recent.* vbi fuit dictum, dictionem *Successiuè* denotare ordinem, & continuationem ad 5 præcedentia, præcedentiúmque qualitatum repetitionem inducere.

Interdum hæc dictio, & similes intelliguntur 6 in continenti, & sine interuallo; nonnunquam verò cum illo, vt *in l.* 2. §. *prius*, vbi glos. *verb. deinde, ff. de vulgari, l. illud*, §. *si idem*, vbi glos. *ff. ad legem Aquiliam.*

SVMMARIVM.

1 Deficere *non solùm importat mori, sed deesse.*

2 *Verba* Deficiente linea fœminina, *comprehendunt tam casum mortis filiarum præmorientium, quàm non existentium.*

Deficere.

DICTIO LXXXIII.

1 VErbum hoc non solùm importat mori, sed etiam deesse, siue non esse, vt *in l.* 1. *C. de indicta viduitate tollen.* & *in l. petitionem, C. de aduocat. diuers. iudic.* Ex quibus ita tenent Bero. *cons.* 66. *num.* 16. & *cons.* 102. *num.* 18. *lib.* 2. Alciat. *cons.* 41. *num.* 11. *& seq. lib.* 9. Dec. *cons.* 227. Socin. Iun. *cons.* 181. *num.* 25. & 25. *lib.* 2. Simon de Pretis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 3. *solut.* 11. *num.* 48. *& seq. pag. mihi* 291. Surd. *decis.* 37. *num.* 26. Quibus citatis ita fuit resolutum *in Maceraten. hæreditatis* 24. *Maij* 1613. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per Farinac. *decis.* 453. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* vbi etiam ha- 2 betur, quòd verba *Deficiente linea fœminina*, comprehendunt tam casum mortis filiarum præmorientium, quàm non existentium, aut quia præmortuæ, aut quia nunquam natæ, ad text. *in l. vnica*,

§. *vbi*

§. *vbi autem*, cum glos. & *in* §. *fin autem ad deficientes*, *C. de caducis tollendis*.

SVMMARIVM.

1 *Temporis futuri indicatiua est dictio* Deinceps.
2 *In infinitum accipitur dictio* Deinceps.
3 *Importat idem quod dictio* Deinde, *siue* Postea.
4 *Pro*, De cætero, *aliquando accipitur dictio* Deinceps.
5 *Interdum pro* Gradatim, *accipitur dictio* Deinceps.

Deinceps.

DICTIO LXXXIV.

1 HÆc dictio est indicatiua futuri temporis, iuxta glos. *verb. deinceps, in Clem. eos, de regular.* & glos. *eod. verb. deinceps, in cap. nemo, de elect. lib. 6.* Alber. *in l. Seia, in fine, ff. de vsur.* Oldrad. *cons.* 310. Menoch. *cons.* 462. *num.* 11. Honded. *cons.* 76. *num.* 3. *& seq. lib.* 2. Petr. Enriq. *cons.* 75. *num.* 2. Et fuit resolutum *in Lamacen. Canonicatus* 25. *Nouembris* 1621. *coram Card. Caualerio, &* 27. *Martij* 1624. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.*

2 Accipitur in infinitum, §. *licet, Instit. de adopt.* §. *sui, Instit. de hæredum qualit. & differ.* Octau. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. De, vers. deinceps, pag.* 22.

3 Est eadem cum dict. *Deinde*, siue *Postea*, notat Rebuff. *in comment. ad l. appellatione parentis, vers. deinceps, ff. de verbor. signif. pag.* 267. Honded. *cons.* 76. *num.* 31. *vol.* 2.

4 Aliquando accipitur pro *De cætero, in l. cùm bissextus, ff. de verbor. signif.* & *in l. nemo deinceps, C. de Episcop. audient.*

5 Nonnunquam sumitur pro *Gradatim*, id est, per ordinem, quasi vnus post alium, sic *in l. vronunciatio*, §. 1. *vers. iure enim, ff. de verbor. signif.* cum aliis citatis à Rebuff. *in comment. d. l. appellatione parentis, vers. Deinceps.*

Demum.

DICTIO LXXXV.

1 REstrictiua, taxatiua, & inclusiua est hæc dictio, vt *in l. ex duobus*, 34. *in princip. ff. de vulgar. & pupill. substitut.* & *in l. ita demùm, C. de procurat.* notant Bertachin. *in repert. Iuris, verb. demùm*, Bald. *cons.* 208. *incip. Quæstio est vtrùm, num.* 2. *lib.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 65. *num.* 6. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 264. *num.* 1.

Deponatur.

DICTIO LXXXVI.

1 VErbum hoc importat sententiam ferendam, secundùm Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 173. *C. de reuocand. donat.* quod latè explicabis cum Ludouico Carbo *de legibus, lib.* 8. *disput.* 6. *vers. tertia regula*, Ioan. de Salas *in simili tract. q.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 3. *sub num.* 41. Monet. *de distribut. quotid. p.* 3. *quæst.* 7. *a num.* 19. Farinac. *frag. crim. p.* 2. *verb. Lex, num.* 133.

SVMMARIVM.

1 *Repetitiua, & relatiua præcedentium est dict.* Dictus.
2 *Relationem non solùm substantiæ, sed etiam omnium qualitatum facit dict.* Dictus.
3 *Relationem substantiæ rei, non autem qualitatis, vel valoris importat dict.* Dictus.
4 *Dictio* Dictus, *importat perinde ac si expressisset eos, de quibus agitur cum omnibus illorum qualitatibus.*
5 *Personas, quæ legi possunt in instrumento, respicit dict.* Dicti.
6 *Pactum factum cum aliquo, adhibita dictione* Dictus, *ad hæredes non transit.*
7 *Omnia etiam futura, de quibus facta fuit mentio, repetit dict.* Dicta.
8 *Restrictiua est aliquando dict.* Dictus.

Dictus.

DICTIO LXXXVII.

1 ESt repetitiua, & relatiua præcedentium; & ad illa refertur, quæ superiùs dicta fuerunt, cum omnibus suis qualitatibus. Ita Paris. *cons.* 31. *num.* 26. & *cons.* 86. *num.* 36. *vol.* 2. & *cons.* 1. *num.* 131. & *cons.* 21. *num.* 37. *vol.* 3. Bellam. *cons.* 32. *in princip.* Alex. *cons.* 140. *sub num.* 3. *vol.* 6. Ruin. *cons.* 103. *num.* 1. *vol.* 2. & *cons.* 148. *num.* 5. *in fine, cum seqq. lib.* 5. Crau. *cons.* 98. *num.* 8. Honded. *cons.* 60. *num.* 55. & 56. & *cons.* 72. *num.* 24. *vol.* 1. & *cons.* 69. *num.* 4. *vol.* 2. Menoch. *cons.* 4. *num.* 27. & *cons.* 86. *num.* 43. & *cons.* 95. *num.* 128. & *cons.* 117. *num.* 5. & *cons.* 141. *num.* 4. & *cons.* 173. *num.* 21. & *cons.* 303. *num.* 23. & *cons.* 326. *num.* 45. & *cons.* 390. *num.* 15. & *cons.* 556. *num.* 2. & *cons.* 633. *num.* 25. & *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 178. *num.* 20. Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 8. *glos.* 7. *num.* 24. Surd. *cons.* 163. *num.* 14. & *cons.* 313. *num.* 40. & *cons.* 325. *num.* 20. & *cons.* 417. *num.* 4. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. dictio* 7. Mascard. *de probationib. conclus.* 1265. *num.* 34. Ioan. Garc. *de nobilit. indiuis. num.* 49. Galganet. *de cond. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 12. *num.* 20. & *q.* 18. *num.* 15. Ioseph. de Selse Aragon. *decis.* 185. *num.* 109. Seraphin. *decis.* 584. *num.* 8. Greg. *decis.* 495. *num.* 7. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. C. conclus.* 266. *num.* 1.

Amplia primò, vt faciat relationem non solùm 2
substantiæ, sed etiam omnium qualitatum, vt per Rolan. à Valle *cons.* 34. *num.* 31. & 32. *tom.* 4. Gabr. *cons.* 66. *num.* 7. 8. 11. & 22. *lib.* 2. Et fuit dictum *in Romana Casalet.* 18. *Maij* 1609. *coram Card. Sacrato*, impressa per Farinac. *decis.* 187. *num.* 7. *p.* 1. *recent.* Importare tamen relationem substantiæ rei, non 3
autem qualitatis, vel valoris, tradit Bald. *cons.* 190. *incip. casus, in fine, lib.* 1. vbi quòd interrogatus, an habeat bona specificata penes se tanti valoris, si dicat habere dicta bona, non censetur fateri valorem, quia dictio *Dicta*, refert substantiam. Idem

dicit

dicit Bald. *in l. ſi cui, la* 2. §. *à filio, ff. de leg.* 1. vbi quis inquiſitus, quòd cognouerit Bertam vxorem Titij, ſi dicat cognouiſſe dictam Bertam, non cenſetur fateri qualitatem, quòd ſit vxor Titij, quia dictio *Dictam* refert ſubſtantiam tantùm. Idem pariter tradit Angel. Aret. *conſ.* 102. *incip. in caſu, num.* 19. prout eos refert Card. Tuſch. *d. lit. C. concluſ.* 266. *num.* 4. & 5.

4 Amplia ſecundò, quòd eſt relatiua, & importat perinde ac ſi expreſſiſſet eos, de quibus agitur, cum omnibus illorum qualitatibus, vt per Rotam Bononien. *diuerſ. deciſ.* 34. *numero* 43. *& deciſ.* 116. *numero* 31.

5 Amplia tertiò, vt referatur tantùm ad perſonas, quæ legi poſſunt in inſtrumento, vt per Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 31. *num.* 14. Et ita nonniſi ad eos, qui corporeis oculis legi poſſunt, licèt ratione poſſint comprehendi, ex adductis per eumdem Surd. *d. tract. de aliment. tit.* 9. *priuileg.* 13. *num.* 32. Vnde

6 pactum factum cum aliquo, iſta dictione adhibita, ad hæredes non tranſit, quia eſt perſonaliſſimum. Ita Menoch. *conſ.* 115. *num.* 50. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 13. *num.* 34. Et fuit dictum *in Bonon. de Mangiolis* 20. *Februarij* 1615. *coram Card. Caualerio, & in Romana domus* 13. *Februarij & 24. Nouembris* 1613. *coram Reuerendiſſimo Domino meo Pirouano.*

7 Amplia quartò, vt repetat omnia etiam futura, de quibus habita fuit mentio, quia relatiua eſt præcedentium omnium. Cephal. *conſ.* 44. *num.* 13. *& ſeq.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 266. *num.* 10.

8 Aliquando reſtringit hæc dictio, vt per Menoch. *conſ.* 732. *num.* 17. Crauet. *conſ.* 98. *num.* 8. vbi quòd licèt apellatione hæredum veniant hæredes hæredum, tamen fallit, quando de hæredibus facta eſt mentio, & fit repetitio, *Dictos hæredes*, Dec. *conſ.* 465. *incip. Perſcrutatis, num.* 8. *&* 9. vbi quòd appellatione filiorum hæredum, qui repetuntur per relationem verbi *Dictos filios*, non veniunt nepotes, quia repetit qualitates omnes. Refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 266. *num.* 14.

Dimittere.

DICTIO LXXXVIII.

1 IMportat dimiſſionem reſpectu acceſſus, vt ille dicatur rem dimittere, qui retinet in dominio ſuo, non tamen ad illam accedendo corporaliter, vt per Gemin. *conſ.* 106. *incip. Super dicto dubio, in princip.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 267. *num.* 1. *&* 2. idem limitantes, quando adiicitur certa qualitas, vt ſi dicatur realiter dimittere, quia importat totalem, & omnimodam abdicationem.

Diſponere.

DICTIO LXXXIX.

1 DIſpoſitionem inter viuos, & in vltimis voluntatibus, de ſui natura continere poteſt, vt per Surd. *deciſ.* 172. & *deciſ.* 279. *num.* 6. quem refert, & ſequitur Franc. Molin. *de ritu nuptiar. lib.* 3. *q.* 18. *num. vlt.* Propriè tamen vltimæ voluntati adaptatur, vt colligitur ex text. *in* §. *vlt. circa med. Inſtit. quibus ex cauſis manumittere non licet, authent. de nupt.* §. *diſponat, collat.* 4. Notant Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 351. Marc. *de clauſ. p.* 3. *clauſ.* 34. *num.* 1. Rota *deciſ.* 879. *num.* 1. apud Farinac. *in prima collect. noniſſimarum.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus longum importat dict.* Diu.
2 *Tempus d[e]ennale interdum importat dictio* Di[u].
3 *Annos quatuor quandoque deſignat dictio* Diu.
4 *Biennium nonnunquam denotat dictio* Diu.
5 *Pro anno aliquando ponitur dictio* Diu.
6 *Tempus quadraginta dierum non ſemel importat dictio* Diu.
7 *Arbitrio boni viri accipitur dictio* Diu.
8 *Iudicis arbitrio relinquitur, quando quis dicatur* diu *in fideiuſſoria obligatione perſiſtere, ad hoc vt poſſit ab illa eximi.*

Diu.

DICTIO XC.

IMportat hæc dictio longum tempus. Cic. 1. *Verr.* Quæ ſingulatim, ac diu collecta ſunt, vno tempore vniuerſa perdamus. Et ideò ſæpe iungitur cum *Multum*, vt ſignificetur & diuturnitas temporis, & aſſiduitas, vel attentio actionis. Cic. *in Orat.* Diu, multúmque dubitaui. Idem *pro Syl.* Hæc diu multùm, multóque labore quæſita vna eripuit hora. 1

Interdum ſignificat tempus decennale, vt *in l. poſſideri,* §. *ſi ſeruus, ff. de acquir. poſſeſſ. l. ſicut, ff. Ariſto, ff. quis, & à quo.* Alex. *l.* 3. §. *ſi ſeruus, num.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Gail. *lib.* 2. *obſerv.* 29. *num.* 6. Rebuff. *in tract. de decim. q.* 13. *num.* 53. 2

Quandoque ponitur pro quatuor annis, vt *in l. quamuis, C. de vſuris.* 3

Nonnunquam pro biennio accipitur, vt *in l. cùm domini, ff. locati, & in l. quæ in agro, C. de omni agro deſerto, lib.* 11. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. num.* 1. *pag.* 22. 4

Aliquando ponitur pro anno, vt *in l.* 1. §. *quibus, ff. de ſucceſſ. edicto.* 5

Non ſemel importat tempus quadraginta dierum. Ioan. Andr. *in cap. ex parte, de priuileg.* Gemin. *conſ.* 78. *num.* 5. *in fine, verſ. nec obſtat.* Staphil. *de literis gratiæ benef. ſimpl. quàm ætat. num.* 13. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *lit. D. ſub num.* 17. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 270. *num.* 1. 6

Denique accipitur arbitrio boni viri, vt per gloſ. *in cap. fin. de fideiuſſor.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *centur.* 1. *caſu* 41. *num.* 3. Octau. Vulpell. *dicto loco.* Alex. Trentacinq. *var. reſolut. lib.* 3. *tit. de fideiuſſ. reſol.* 5. *num.* 3. & intelligitur habito reſpectu ad tempus præfixum, Bernard. Muſcatel. *de modis fideiuben. p.* 2. *q.* 3. *num.* 7. 7

Sic etiam arbitrio Iudicis relinquitur, quando quis dicatur diu in fideiuſſoria obligatione perſiſtere, ad hoc vt poſſit ab illa eximi. Ita Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 25. *num.* 72. Menoch. *d. caſu* 41. *num.* 3. Valentin. Franc. *de fideiuſſor. cap.* 5. *num.* 561. Henriq. *in ſimili tract. cap.* 25. *num.* 33. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 16. *tit.* 20. *num.* 2. 8

Diutius.

DICTIO XCI.

1 MOdicum tempus denotat, vt *in l. cùm impubere, ff. de rebus dubiis.* Verùm extendi ad biennium, vel quinquennium, per text. *in l. quod dicitur, ff. de pact.* & *in cap. 1. de coniug. leprosor.* tenet ibi Abb. *num.* 8. Specular. *in §. post hoc autem, num.* 9. *de disp.* Menoch. *de arbitr. casu* 459. *num.* 2. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 23. obseruantes, relinquendum esse arbitrio Iudicis, quid importet hæc dictio; quia secundùm subiectam materiam Iudex debet illam extendere.

SVMMARIVM.

1 *Donationem, & dominij translationem de sui proprietate importat verbum* Do.
2 *Venditionis in materia verbum* Do, *accipitur pro tradere.*
3 *Venditionem propriè aliquando importat verbum* Do.
4 *Verbum* Do, *impropriè accipitur, si apponatur in contractu, de cuius natura non est transferre dominium.*
5 *Permutationem, & compensationem non semel importat verbum* Do.
6 *Fideicommissum quando importet verbum* Do *remissiuè.*
7 Donare *quando resoluatur in fideicommissum.*
8 Dare *&* Donare, *in quo differant.*

Do, Dono.

DICTIO XCII.

1 VErbum hoc de sui proprietate importat donationem, & dominij translationem, *vt in l. fin. ff. de condict. data causa, & in l. vbi autem, §. fin. ff. de verb. obligat. & in §. sic itaque discretis, Instit. de act.* Notant Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 34. *numero* 32. Surd. *decis.* 166. *num.* 16. *& de aliment. tit.* 2. *quæst.* 1. *num.* 2. Bertaz. *de clauss. instrum. clauss.* 16. *glos.* 1. *nu.* 3. Pichard. *ad §.* 2. *Instit. quibus modis re contrahitur obligat. num.* 40. *&* 42. Steph. Gratian. *discept. foren. cap.* 82. *num.* 14. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. cap.* 18. *num.* 4. *& de empt. & vend. cap.* 18. *num.* 24. *& cap.* 20. *num.* 1. Gregor. *decis.* 194. *num.* 15.

2 In materia tamen venditionis accipitur pro tradere; ac proinde non importat dominij translationem, *l. exempto,* 11. *ff. de action.* Bertazol. *d. glos.* 1. *num.* 3. Franc. de Sousa *in comment. ad tit. ff. de pactis. art.* 3. *quæst.* 2. *num.* 7. *in medio.*

3 Aliquando hoc verbum *Do*, exponitur pro *restituo*, & importat perditionem propriè; ita Rom. *cons.* 509. *incip. Circa propositam, num.* 8. *vers. & sic intelligantur.* vbi Apostilla *in verbo Do*, refert Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 343. *numero* 1.

4 Sic etiamsi apponatur in contractu de cuius natura non est transferre dominium, tum impropriè accipietur, prout in contractibus locationis, feudi, & similium. Ita Bertazol. *d. glos.* 1. *num.* 3. qui tamen *clauss.* 27. *glos.* 4. *num.* 1. subdit propriè importare idem quod *Cedo*, cùm sit verbum translatiuum.

5 Comprehendit non semel hoc verbum permutationem, & compensationem; iuxta tradita per Cald. Pereira *de emption. cap.* 24. *num.* 1.

6 Verbum *Do*, quando obliquetur, & importet fideicommissum, vide Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *num.* 63.

7 Verbum *Dono*, resoluitur in fideicommissum, quando ob absentiam donatarij valere non potest vt donatio, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 105. *num.* 19.

8 *Dare*, & *donare* in quo differant, vide Galganet. *de different. indiuid. lit. D. num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*
2 *Dict.* Donec, Quamdiu, Quousque, Vsquequo, & Quoad, *sunt eiusdem effectus.*
3 *Temporis limitatiuæ & restrictiuæ sunt dict.* Donec, *& similes, habéntque naturam suspensiuam.*
4 *Dict.* Donec, *& similes, requirunt perseuerantiam ad effectum consequendi legatum, pro futuris annis.*
5 *Dispositionem restringit dictio* Donec, *cum perseuerantia vsque ad tempus cui adiecta est.*
6 *Dispositio vt non possit extendi vltra tempus à testatore præfixum, operatur dictio* Donec.
7 *Infinitè accipitur dictio* Donec.
8 *Repetitiua præcedentium est dictio* Donec, *& habet temporum reuolutionem.*
9 *Negatiuè quandoque ponitur dictio* Donec.
10 *Limitationem dispositionis important dictio* Donec, *& similes.*
11 *Fœmina si excludatur donec extent masculi, exclusio non est perpetua, sed temporalis.*
12 *Conditionem regulariter facit dictio* Donec; *& quando illam importet, quando verò non, num.* 13.
14 *Legatum annuum faciunt dict.* Donec, *& similes.*

Donec.

DICTIO XCIII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Bart. *in l.* 1. *num.* 15. *cum seqq. ff. de cond. & demonstr.* Alduuin. *cons.* 73. *num.* 4. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub hac dict. pag.* 23. Galganet. *de condit. & demonstr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 5. Cened. post *lib. pract. & canon. quæst. sing.* 46. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.*

concluſ. 271. Turſellin. *de particuiis Latinæ orationis, cap.* 45. Gratian. *de dictionib. dict.* 45.

2 Hæc dictio, & aliæ ſimiles, videlicet *Quamdiu, quouſque, vſquequò*, & *quoad*, ſunt eiuſdem effectus, & idem ſonant, Boër. *deciſ.* 44. *num.* 30. & 38. Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de collat.* §. *quòd ſi quis, verb. donec, pag. mihi* 212. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 23. Natt. *conſ.* 459. *num.* 16. *vol.* 2. Surd. *conſ.* 186. *num.* 16. & *conſ.* 476. *num.* 2. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 271. *num.* 2. Cened. *d. ſing.* 46. *num.* 2.

3 Iſtæ dictiones ſunt limitatiuæ, & reſtrictiuæ temporis, habéntque naturam ſuſpenſiuam, & diſpoſitionem, ſeu acquiſitionem ſuſpendunt, vt colligitur *ex l. legatum, ff. de annuis legat.* Notant gloſ. *verb. donec, in Clem.* 1. *de cenſib.* Dec. *conſ.* 621. *num.* 7. Alex. *conſ.* 66. *num.* 3. *lib.* 3. Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr.* 6. §. 6. *verb. des enfans, num.* 8. *pag.* 219. *verſa*, Burſat. *conſ.* 133. *num.* 1. *lib.* 2. Tobi. Non. *conſ.* 12. *num.* 14. Cephal. *conſ.* 158. *num.* 39. Menoch. *conſ.* 151. *num.* 40. & *conſ.* 166. *num.* 1. Surd. *conſ.* 186. *num.* 15. & *conſ.* 319. *num.* 16. & *conſ.* 439. *num.* 9. Honded. *conſ.* 6. *num.* 36. *vol.* 1. Pacif. *de Salu. interd. inſpect.* 4. *cap.* 1. *num.* 85. Ceual. *commun. contra comm. q.* 806. *num.* 35.

4 Item iſtæ dictiones de ſui natura requirunt perſeuerantiam, ad effectum conſequendi legatum pro futuris annis, verbi gratia, ſi dicatur: Relinquo centum vxori meæ quolibet anno, donec caſtè vixerit, & vidua fuerit: quia requiritur perſeuerantia ad hoc, vt pro anno futuro conſequi poſſit legatum. Dec. *in l. ſi quis hæredem, num.* 7. *C. de inſtit.* Natt. *conſ.* 459. *num.* 16. & 17. Ruin. *conſ.* 34. *num.* 4. & *ſeq. vol.* 2. Capic. *deciſ.* 203. *num.* 1. Caualcan. *in tract. de vſufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 110. Nam ſtantibus iſtis dictionibus, legatum pro primo anno erit purum, & pro ſequentibus erit conditionale, ex traditis per Boër. *deciſ.* 44. *num.* 39. Vnde mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias amittet illud legatum in futurum; pro tempore tamen præterito legatum valuit, nec mulier tenetur fructus perceptos reſtituere, quamuis ceſſauerit conditio viduitatis, & caſtitatis, quia in præteritum licitè fructus percepit. Ita tradunt Caual. *d. cap.* 9. *num.* 115. Aym. *conſ.* 300. *num.* 5. Pariſ. *conſ.* 95. *num.* 44. *vol.* 2. Socin. *conſ.* 81. *num.* 7. *vol.* 3. Ruin. *conſ.* 51. *num.* 17. *vol.* 2. Nam per hanc dictionem, & ſimiles teſtator non prohibet, vt non nubat, ſed vult quòd habeat, donec non nupſerit; poſtquàm verò nupſerit, quòd non habeat etiam quod mortuo marito reuerteretur ad viduitatem, vt latè in propoſito conſuluit Deo. *conſ.* 621. Ruin. *conſ.* 65. *à num.* 1. & 6. *vol.* 1. Caualcan. *d. cap.* 9. *num.* 117. *poſt princip.* Et in hoc differunt iſta dictio *Donec*, & ſimiles, à dictione *Dummodò*, quæ denotat perſeuerantiam, & perpetuitatem. Vnde ſi vxor in caſu prædicto ſteterit vidua per triennium, & perceperit fructus triennales, & poſteà nupſerit, tenetur reſtituere fructus, quos perceperit pro illo triennio, quo ſteterit in viduitate. Ita Pariſ. *conſ.* 95. *num.* 44. *vol.* 2. ſentit Bero. *q.* 99. *num.* 3. & tradit clarè Caualcan. *d. cap.* 9. *num.* 117. *cum ſeqq.*

5 Et quòd dictio *Donec* reſtringat diſpoſitionem cum perſeuerantia vſque ad tempus, cui adiecta eſt, tenent Bart. *in l.* 1. *col.* 6. *ff. de condit. & demonſtr.* Grat. *conſ.* 81. *num.* 26. *lib.* 2. cùm habeat naturam ſuſpenſiuam, Socin. Iun. *conſ.* 76. *num.* 113. *lib.* 1. Albert. Brun. *in tract. de ſtatuto, quòd ſtante maſculo, art.* 10. *q.* 5. *num.* 72. Tob. Non. *conſ.* 8. *num.* 2. Rip. *ſingul. obſeruat. obſeru.* 372. *num.* 2. 3. & 4. Surd. *conſ.* 186. *num.* 15. Honded. *conſ.* 29. *num.* 3. *vol.* 1. & ſit aduerbium limitatiuum, vt per Dec. *conſ.* 621. *num.* 7. & *conſ.* 637. *num.* 12. & *conſ.* 585. *num.* 11. Caualcan. *d. cap.* 9. *num.* 79.

Operatur, vt vltra tempus à teſtatore præfixum 6 diſpoſitio non poſſit extendi, vt poſt Pariſ. *conſ.* 20. *num.* 7. *lib.* 3. fuit reſolutum *in Romana hæreditatis de Vaninis* 17. *February* 1606. *coram Card. Marquemontio*, impreſſa per Farinac. *deciſ.* 162. *num.* 3. *p.* 2. *recent.*

Item infinitè accipitur dictio *Donec*, Luc. de 7 Penna *in l. ſi ad magiſtrat. col.* 3. *ad fin. C. de decur. lib.* 10. Cened. *d. ſingul.* 46. *num.* 7.

Item eſt repetitiua præcedentium, & habet in ſe 8 temporum reuolutionem, iuxta tradita per Azeued. *ad l.* 1. *num.* 74. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Recopil.*

Quandoque hæc dictio ponitur pro negatiua, vt 9 *in cap. Joſeph. de verbor. ſignif.* ibi, *Joſeph non cognouit Mariam, donec peperit filium primogenitum*; ac ſi *nunquam* diceret, etiam poſtquàm peperit. Ita Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 271. *num.* 8.

Item quòd ſuprà dixi, hanc dict. *Donec*, & ſimiles 10 importare limitationem diſpoſitionis, quod per *l. fœminæ, ff. de ſenator.* tradunt etiam Dec. *conſ.* 584. *num.* 11. & Caſtr. *conſ.* 184. *num.* 2. *lib.* 2. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 271. *num.* 21. Extende in diſpoſitione ſta- 11 tuti, quia ſi fœmina excluditur, donec extant maſculi, excluſio non eſt perpetua, ſed temporalis. Bald. *conſ.* 43. *lib.* 2. Dec. *d. conſ.* 584. *num.* 11. Socin. Iun. *conſ.* 2. *in fine, lib.* 1. & *conſ.* 110. *lib.* 12. Alex. *conſ.* 188. *num.* 2. *lib.* 6. Rimin. Iun. *conſ.* 249. *num.* 21. & *ſeq.* Menoch. *conſ.* 105. *num.* 75. & *ſeq.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 271. *num.* 3. vbi *num.* 9. poſt Dec. *d. conſ.* 484. *num.* 11. ampliat, huiuſmodi dictiones limitantes diſpoſitionem, idem operari, ſi adiiciantur diſpoſitioni negatiuæ, quia erit limitata diſpoſitio negatiua, prout ſi apponantur diſpoſitioni affirmatiuæ: & ideò quòd pater prohibens alienationem filio, donec fuerit certæ ætatis, cenſetur ipſo iure concedere adueniente ætate ſuſpenſa, & *num.* 10. pariter ampliat, vt multo magis operentur huiuſmodi dictiones, quando ſunt geminatæ, veluti ſi dicat, Donec, & quouſque: & *num.* 11. etiam ampliat in tantum dictiones iſtas limitare, vt ſi apponantur diſpoſitioni prohibitiuæ, lapſo termino prohibitionis, ad tempus inducatur permiſſum, declarat tamen *num.* 12. poſt Bart. *conſ.* 20. *in princip. lib.* 1. vt non procedat, quando eſſemus in diſpoſitione cauſata, ſeu requirente factum Superioris; quia excommunicatus, donec ſoluat, ſequuta ſolutione debet abſolui.

Regulariter dictio *Donec* facit conditionem, *l.* 12 *pater Seuerinam*, §. *fin.* & ibi Bart. *in verſ. ſecundò principaliter, ff. de condit. & demonſtr. l. legatum, ff. de annuis legat. l. generaliter*, §. *duas filias, ff. de vſufructu legato*, Dec. *in l. ſi quis hæredem, num.* 7. *ad finem, C. de inſtit.* & *conſ.* 485. *num.* 6. *lib.* 2. Socin. Iun. *conſ.* 58. *num.* 8. *vol.* 3. & *conſ.* 485. *num.* 6. Cephal. *conſ.* 71. *num.* 17. Ruin. *conſ.* 43. *num.* 4. *vol.* 2. Honded. *conſ.* 82. *num.* 11. *vol.* 2. Boër. *deciſ.* 44. *num.* 39. Cened. *d. ſingul.* 46. *num.* 1. Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *lit. D.*

Declara, huiuſmodi dictiones *Donec*, *quoad*, & 13 *quouſque*, ac ſimiles, ſi reſpiciunt inchoationem beneficij, vel diſpoſitionis, importare conditionem, ſi apponuntur ad ſuſpenſionem beneficij, quando ſuſpenſio eſt incerta, ſecùs ſi limitata certo tempore. Si verò apponantur à lege ad limitationem, important conditionem extinctiuam ipſo iure; ſi verò ab homine, ſecùs, vt diſtinguit Bart. plenè *in l.* 1. *num.* 15. *verſ. & quæro, ff. de condit. & demonſtr.* cuius opinionem communem dicit Surd. *conſ.* 186. *num.* 16. Decian. *conſ.* 108. *num.* 19. *lib.* 3. quem refert Card. Tuſch.

d. concluſ. 271. *num.* 6. vbi *num.* 7. cum eodem Deciano, extendit huiuſmodi dictiones in vltima voluntate appoſitas, ad limitandam diſpoſitionem importare conditionem extinctiuam, prout ſi à lege induceretur.

14 Denique ſupradictæ dictiones faciunt legatum annuum, *l. legatum, ff. de annuis legat.* Surd. *de aliment. tit.* 2. *q.* 15. *num.* 192. Octau. Vulpell. *citato loco, num.* 5. vbi ſubdit, quòd pro priore anno eſt purum, pro aliis conditionale; & *num.* 6. aſſerit, ſpeciali alimentorum fauore inductum eſſe, vt legatum Donec, vel quamdiu quis cum hæredibus habitauerit, etiam iis mortuis debeatur, & ſit perpetuum, dummodo per legatarium non ſteterit; ad notata per gloſ. & ſcribent. *in l.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

2 *Dictio* Dum, *&* Donec, *ſunt eiuſdem naturæ.*

3 *Tempora tria, præteritum, præſens & futurum reſpicit dictio* Dum.

4 *Annuum relictum faciunt dict.* Dum, *& ſimiles in vltimis voluntatibus.*

5 *Actum dum eſt in fieri denotat dict.* Dum.

6 *Conditionem importat dictio* Dum, *declarando vt ibi.*

7 *Conditionem actu perſeuerantem an inducat dict.* Dum.

8 *Exceptiua ad regulam eſt dictio* Dum tamen.

9 *Tempus præteritum, præſens & futurum deſignat dictio* Dudum.

Dum.

DICTIO XCIV.

1 DE vi, multiplicique ſignificatione huius dictionis vide Alber. *in Diction. verb. dum*, Coſm. *in pragmat. ſanct. in tit. de cauſ. in* §. *inoleuerunt, in verſ. dudum, pag.* 109. Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *ſanè, in verb. dum, pag.* 79. Turſellin. *de particulis Latinæ orationis, cap.* 45. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pap.* 26. Cened. poſt *lib. pract. & canonic. quæſt. ſing.* 47. Grat. *dict.* 46.

2 Hæc dictio, & *Donec* ſunt eiuſdem naturæ. Cic. *pro Flac.* Qui valuit tamdiu, dum hic prodiret. Colum. *lib.* 2. *cap.* 11. Paulùm aqua maceratur, dum inlenteſcat. Vnde dicta ſuprà in dictione *Donec* adaptari poſſunt huic dictioni.

3 Tria tempora, præteritum ſcilicet, præſens, & futurum, reſpicit hæc dictio, ſicut *Donec*, & *Quamdiu*. Mandoſ. *in gloſ. facultatum,* §. *ſanè, in verſ. dum, pag.* 78. Cened. *d. ſingul.* 47. *num.* 2.

4 Faciunt in vltimis voluntatibus relictum annuum, Roman. *conſ.* 516. *num.* 9. Mandoſ. *d.* §. *ſanè, in verſ. dum, in fine.* Boer. *deciſ.* 44. *num.* 39. *ad finem.* Caualcan. *de vſufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 115. Cened. *d. ſingul.* 47. *num.* 6.

5 Denotat hæc dictio actum, dum eſt in fieri, vt *in l. ſi quis id quod, verſ. quòd ſi dum proponitur, ff. de iuriſd. omnium Iud. l. arboribus.* §. *Iulianus*, vbi tex. & gloſ. *ff. de vſufructu.* Iaſ. *in l. clam poſſidere*, §. *qui ad nundinas, nu.* 3. & ibi Aretin. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Cened. *d. ſing.* 47. *num.* 3.

Conditionem importat ſicut dict. *Donec, Dummodo*, & ſimiles, præcipuè quando iungitur rei perfectæ, vt *in l. qui concubinam,* §. *vxori. ff. de legatis,* 3. *cap præterita, de elect.* Dec. *conſil.* 526. *num.* 2. *tom.* 2. Pariſ. *conſ.* 95. *num.* 47. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 43. *num.* 5. *vol.* 2. Flor. de S. Petro *conſ.* 9. *num.* 4. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. C. concl.* 583. *num.* 16. Vulpel. *de præpoſit. ſignif. ſub hac dict. pag.* 26. vbi ſubdit, quòd legatum factum vxori dum vidua ſteterit, donec non nupſerit debetur, & addit, hanc dictionem habere conditionem repetitiuam, vt diſpoſitio ſuum reaſſumat effectum, impedimento ceſſante. *adnot. in l. ſi quis ita legauerit. ff. de condit. & demonſtr. & in l. pen. ff. de excuſ. tutor.* Cened. *d. ſing.* 47. *num.* 5. vbi ait, quòd hæc dictio facit conditionem ſi iungatur rei imperfectæ, ſecus ſi iungatur rei perfectæ, quia tunc facit modum. 6

7 An autem iſta dictio inducat conditionem actu perſeuerantem? Vide *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de condict. appoſit.* vbi tractat quæſtionem ſi communitas alicui dederit prædia publica in emphyteuſim dum Princeps conſenſerit, an ſufficiat Principem ſemel conſenſiſſe, an verò requiratur Principem in conſenſu perſeuerare? de quo etiam vide Iaſ. *in l.* 2. *in* 2. *lect. num.* 4. *ff. de in ius voc.* Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *ſanè, in verſ. dum, fol.* 79. & citatos per Caualcan. *d. cap.* 9. *num.* 115. 7

Dictio *Dum tamen*, eſt exceptiua ad regulam, ideo excipit caſum poſitum ſub hac dict. vt per Angel. *conſ.* 290. *incip. Thema eſt, num.* 5. *verſ. illa ergo dictio*, vbi quòd firmat regulam in contrarium, refert Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 278. *numero* 1. 8

Dudum importat tempus præteritum, præſens, & futurum, ſicut dict. *Olim*, & *Quando*, ex adductis per Bertachin. *in repert. Iuris, verbo Dudum.* Petr. Enriq. *opuſc.* 2. *lit. D. in fine.* 9

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi & effectibus huius dict. agentes.*

2 *Modum, & non conditionem de ſui propria natura denotat dict.* Dummodo.

3 *Conditionem importat dictio* Dummodo, *quando iungitur ei, quod venit implendum antequam actus perficiatur.*

4 *Actui imperfecto quando iungitur dictio* Dummodo, *importat conditionem.*

5 *Modum inducit dictio* Dummodo, *ſi adijciatur actui perfecto.*

6 *Diſpoſitioni quando eſt adiecta dictio* Dummodo, *importat conditionem, non verò ſi adiecta ſit exequutioni.*

7 *Facto explicando per aliquem tertium, quando apponitur dict.* Dummodo, *importat conditionem.*

8 *Implementum eorum, quibus dictio* Dummodo *adiungitur, ſemper requiritur, ſiue faciat modum, ſiue conditionem.*

9 *Præcedentia restringit, & modificat dictio* Dummodo.

10 *Admonitionem, vel comminationem denotat aliquando dictio* Dummodo.

Dummodo.

DICTIO XCV.

1 DE vi & effectibus huius dict. vide Bertach. *in repert. Iuris, verb. Dummodo.* Neapod. *in consuet. si qua mulier, in verb. Dummodo.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma nouæ prouisionis, in verb. Dummodo. & in rub. de reg. ad Præl. nomin. §. fin. in verb. Dummodo.* Tursell. *de particulis Latinæ orationis, cap.* 46. Vulpel. *de præpos. significat. sub hac dict. pag.* 26. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 272. Cened. *post practic. & canon. quæst. sing.* 11. Grat. *dict.* 48.

2 Ex sui propria natura denotat modum, & non conditionem, Bart. *in l. quibus diebus, §. vlt. num.* 4. *vers. quid de dict. Dummodo, ff. de condict. & demonstr.* Dec. *cons.* 327. *num.* 3. Corn. *cons.* 162. *num.* 17. *in princ. lib.* 2. *& cons.* 130. *num.* 7. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 12. *num.* 4. *& cons.* 152. *num.* 3. *& cons.* 215. *num.* 10. *vol.* 3. *& cons.* 63. *num.* 3. *vol.* 4. Beroi. *cons.* 55. *numero* 6. *vol.* 1. Blanc. *de oomprom. quæst.* 1. *num.* 28. Tiraq. *de retractu lig. §.* 8. *glos.* 8. Bertachin. *d. verb. Dummodo.* Rebuff. *in concord. in rubr. de reg. nom. §. fin. in verb. Dummodo, & in praxi tit. de dispensat. rat. ætatis, in verb. Prouisio, in fin. & in comment. ad l. maiore parte* 156. *vers. Dummodo, ff. de verb. signif. pag. mihi* 544. Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num* 117. Mandos. *ad reg.* 17. *Cancel. quæst.* 2. *num.* 2. & Gom. *ibid. quæst.* 1. Rot. *decis.* 231. *aliàs decis.* 1. *de condit. appos. in nouis.* Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 28. Vulpel. *citato loco.* Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 63. Crauet. *cons.* 10. *num.* 14. Gabr. *cons.* 5. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 134. *num.* 36. Azeued. *ad leg.* 11. *num.* 39. *tit.* 6. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Cardin. Tusch. *d. conclus.* 272. *num.* 1. Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis.* 50. *num.* 34. Surd. *cons.* 186. *num.* 11. *& cons.* 371. *num.* 69. Card. Seraphin. *decis.* 338. *num.* 5. *& decis.* 349. *num.* 1. Anton. Monach. Florent. *decis.* 46. *num.* 64. Anchar. *quæst.* 31. *num.* 8. *&* 15. *p.* 2. Cened. *d. sing.* 11. *num.* 1. Qui omnes tenent quòd huiusmodi dictio denotat modum, & non resoluit dispositionem, sed obligat ad sic faciendum.

3 Verùm licèt regulariter importet modum, tamen tribus casibus importat etiam conditionem. Et primò, quando iungitur ei, quod venit implendum, antequàm actus perficiatur, *l. Thais, §. Stichus, ff. de fideicommiss. libert.* Curt. sen. *cons.* 78. *col.* 8. Socin. Iun. *cons.* 148. *in fine, vol.* 1. latè Crauet. *cons.* 10. *num.* 14. Rip. *lib.* 2. *resp. cap.* 9. *col.* 1. Bertran. *cons.* 201. *num.* 5. *vol.* 1. Mandos. *in reg.* 31. *Cancellar. q.* 13. *num.* 8. & *reg.* 17. *q.* 2. *num.* 3. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 8. *§.* 5. *verb. Christi nomine inuocato, num.* 19. Surd. *decis.* 209. *num.* 4. & *cons.* 186. *num.* 11. *& seq.* Menoch. *cons.* 918. *num.* 10. Cened. *d. sing.* 11. *num.* 2.

4 Secundò, quando ponitur, & iungitur actui imperfecto, Rebuff. *in concord. rubr. de reg. ad Præl. nomin. §. fin. in verb. dummodò,* Caualcan. *de vsufructu, cap.* 9. *num.* 117. Pute. *decis.* 420. *num.* 4. *lib.* 1. *in correct.* Cened. *d. sing.* 11. *num.* 3. Molin. *d. cap.* 15. *num.* 29. Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disput.* 83. *num.* 2. notantes, quòd hæc

5 dictio tunc inducit modum, si adiiciatur actui perfecto.

6 Tertiò, quando est adiecta dispositioni, non autem exequutioni. Socin. Iun. *cons.* 18. *num.* 13. *vol.* 3. Seraphin. *decis.* 1017. *num.* 5. Rota *decis.* 38. *p.* 1. *diuers.*

Quartò, quando apponitur facto explicando per 7 aliquem tertium, vt consuluit Gabr. *cons.* 59. *num.* 1. *lib.* 1.

Illud obseruandum est, quòd siue ista dictio fa- 8 ciat modum, siue conditionem, semper requiritur, quòd adimpleantur ea, quibus ista dictio adiungitur; alias si non interueniunt actus, corruit, nec consequitur effectum. Rebuff. *in comment. ad d. l. maiore parte, vers. verùm.* Strach. *de mercat. tit. de mandato, num.* 8. Paris. *cons.* 95. *num.* 44. *vol.* 2. Dec. *cons.* 661. *num.* 12. *vers. secundò,* Anchar. *cons.* 169. *num.* 2. *vers. siue tamen contrarium,* Grat. *cons.* 86. *num.* 1. *vol.* 2. Alciat. *cons.* 211. *num.* 3. Caualcan. *d. cap.* 9. *num.* 117. *ad finem, & num.* 119.

Hæc dictio restringit, & modificat præcedentia, 9 *l. Lucius, §. quæ habebat, & l. ita tamen, ff. ad Trebell.* Rebuff. *in praxi, tit. de dispensat. ratione ætatis, in verb. prouisio, in princip.* Cened. *d. sing.* 11. *num.* 6. *in princip.* seu facit contradictionem ad præcedentia, Paris. *cons.* 47. *num.* 7. *vol.* 3.

Aliquando denotat admonitionem, vel commi- 10 nationem, glos. *verb. retinere, circa finem, de præbend. in* 6. & ibi Ioan. Andr. Rot. *decis.* 1. *de condit. appos. in nouis,* Cened. *d. sing.* 11. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Conditionalem actum, cui apponitur, reddit de sui natura dict.* Dumtamen.

2 *De necessitate requiritur quòd existat illud, cui dict.* Dumtamen *iniungitur.*

3 *Modum aliquando facit dict.* Dumtamen, *quo non impleto deficit legatum.*

4 *Actus debet adimpleri, siue dict.* Dumtamen *sonet in modum, siue in conditionem, & ante adimplementum non consequitur effectum ciuilitatis.*

5 *Modum aut conditionem aliquando non facit dict.* Dumtamen, *sed ponitur in textu alicuius noui casus.*

6 *Exceptionem ad regulam importat dictio* Dumtamen.

Dumtamen.

DICTIO XCVI.

1 DE sui natura reddit actum, cui apponitur, conditionalem, & actum perseuerantem importat, vt *in cap. licet,* vbi Panorm. *num.* 5. *& 10. de transl. Præl.* Bursat. *cons.* 44. *num.* 27. *vol.* 1. Cened. post *libr. pract. & canonic. quæst. sing.* 48. *num.* 1.

2 Et requiritur, quòd de necessitate existat illud, cui ista dictio iniungitur. Ruin. *cons.* 137. *num.* 2. *vol.* 1. & *cons.* 215. *num.* 6. *eod. vol.* 1. Cened. *d. sing.* 48. *num.* 2.

3 Aliquando facit modum, quo non impleto desicit legatum, Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 27.

4 Et siue ista dictio sonet in modum, siue in conditionem, debet adimpleri actus, & ante adimplementum non consequitur effectum ciuilitatis, Anchar. *cons.* 169. *num.* 2. *vers. siue enim,* Dec. *cons.* 661. *num.* 12. *vers.* 2. vbi loquitur de dictione *Dummodò,* tenet tamen contrarium Alciat. *cons.* 211. *num.* 3.

5 Aliquando ista dictio non facit modum, nec conditionem, sed ponitur in textu alicuius noui casus, vt *in l. in offerendis, C. de appell.* Neapod. *in consu. si qua mulier, num. 6. de mulier. hab. filios, fol. 206.* Cened. *d. sing. 48. num. 3.*

6 Importat exceptionem ad regulam, vel dispositionem, cui adiicitur; ita Angel. *cons. 290. incip. Thema est tale, num. 5. vers. illa ergo dictio,* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 273. num. 1. & conclus. 278. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Taxatiua est dictio* Dumtaxat.
2 *Limitatiua, & restrictiua est dictio* Dumtaxat.
3 *Negationem in alijs concludit dictio* Dumtaxat.
4 *Exclusiua est dict.* Dumtaxat *omnium aliorum casuum, & omnium personarum præter expressas.*
5 *Casus similes non excludit dictio* Dumtaxat.
6 *Exclusiua non est dictio* Dumtaxat, *eorum, quæ sunt de natura rei, nec eorum, quæ veniunt de consuetudine contractus, vt numero 7.*
8 *Casum habentem eandem rationem non excludit dictio* Dumtaxat.
9 *Solemnitatem, & formam inducunt dict.* Dumtaxat, *& similes, taxatiuè appositæ dispositioni de aliquid faciendo.*

Dumtaxat.

DICTIO XCVII.

1 TAxatiua est hæc dictio, significans idem quod *Tantùm*, vel *Solùm*, vt *in l. non est ferendus, ff. de transact.* & *in l. non solùm, §. quæritur, ff. de procur.* & *in l. 3. §. interdum, ff. de negot. gestis*, & *in l. si ex causa, §. nunc videndum, ff. de minorib.* Notant Fulgos. *cons. 22. incip. Visis quatuor, num. 2. vers. tertia,* Rebuff. *in comment. ad l. pratum, 31. vers. dumtaxat, ff. de verbor. signif. pag. mihi 183.* Menoch. *cons. 989. num. 14.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 28.* Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ, glos. 8. num. 92.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 388. num. 1.* vbi addit, quòd respicit sequentia, & non antecedentia.

2 Limitat, & restringit, vt *in l. Julianus, ff. de petit. hæred.* glos. *verb. dumtaxat, in Extrauag. suscepti regiminis Joan. 22. de elect.* Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. glos. 6. num. 2.* Rebuff. *in comment. ad d. l. pratum, vers. item*, Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 43. num. 24.* Cened. *sing. 18. num. 6. prope finem,* Stephan. Gratian. Marchiæ *decis. 78. num. 26.*

3 Et ita est taxatiua, & restrictiua, vt concludat negationem in aliis, Card. *in Clem. 1. de iureiur. & in cap. contingit*, vbi etiam Felin. *de fide instrum.* Bart. *in l. si quis. §. cum Titio. ff. de adimend. legatis.* Cened. *d. sing. 18. num. 5.*

4 De eius natura est excludere omnes alios casus, & omnes personas præter expressas, *l. 3. §. cum Titio, ff. de adimen. legat. l. 2. C. de legib. cap. cum Ecclesia, de verb. signif. Clem. 1.* & ibi Zabarell. *in princ. in 3. notab. de sequestr. possess. cap. statutum, §. in nullo.* & ibi Archid. *de rescript. in 6. cap. 1. de iureiuran. in 6. cap. 1. de tempor. ordin. eod. lib.* Bart. *in l. 1. num. 1.* vbi Ias. *num. 8. in fin. ff. si quis ius dicenti.* Roman. *cons. 512. num. 2.* & ibi Mandos. *lit. E.* Oldrad. *cons. 186.* Nart. *cons. 78. num. 3. tom. 1.* Sebastian. Medic. *de diffinit. p. 2. cap. 88. num. 2.* Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. §. item censuit, in verb. dumtaxat.* Aym. *consil. 201. num. 40.* Paris. *cons. 47. num. 18. lib. 4.* Gozad. *cons. 60. num. 7.* Mandos. *in reg. 8. Cancell. quæst. 6. num. 6.* Mascard. *de probat. conclus. 1393. num. 37.* Cened. *d. sing. 18. num. 1.* Cardin. Tusch. *d. lit. D. conclus. 388. num. 2.*

Verumtamen licèt ista dictio sit taxatiua excludens casus omnes alios, præter inclusos, hoc tamen limitatur in aliquibus casibus, & primò quod non excludit casus similes, vt *in l. si mora, in verb. dumtaxat. & ibi* Paul. de Castro *num. 3.* & Ias. *num. 5. ff. soluto matrim. & in l. si contractus.* iuncta glos. *in princ. ff. de reg. Iuris.* Abb. *in cap. cum dilecta, num. 8. de confirm. vtili.* Tiraq. *de retract. conuention. §. 1. glos. 6. nu. 2. cum seqq.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 14. à num. 4.* Cened. *d. sing. 18. num. 2.* Et vide latiùs infra sub diction. *Solum*, & *Tantùm.* 5

Secundò limita, quòd per hanc dict. non excluduntur ea quæ sunt de natura rei, vt *in l. 1. §. 1. ff. si mens. fals. mod. dixerit.* Paul. de Castr. *in l. 1. §. si vestimenta, num. 2. ff. depositi.* Quemadmodum etiam non excludit ea quæ veniunt de consuetudine contractus. Vnde si data fuit potestas alicui, vt acciperet mutuò duodecim ducatos dumtaxat, & iste acceperit, sed sub vsuris, quòd non videtur excessisse fines mandati, quia videtur facere ea quæ sunt de natura contractus, cùm sit consuetudo, quòd mercatores isto modo mutuent. Ias. *in l. si constante, à num. 97. ff. soluto matrim. & in l. 1. num. 11. vers. tertiò principaliter. ff. si quis ius dicenti.* Roman. *in l. 3. §. iurari. ff. de iureiurand.* Cened. *d. sing. 18. num. 4.* 6 7

Tertiò limita quòd non excludit casum habentem eandem rationem, iuxta notata per Frat. Eman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 5. art. 2.* 8

Hæc dictio, & aliæ similes taxatiuè appositæ dispositioni de aliquid faciendo, solemnitatem & formam inducunt, & ipsarum transgressio vitiat actum, Paris. *cons. 19. num. 19. vol. 2.* Mandos. *in reg. 8. Cancell. quæst. 6. num. 6.* Cened. *d. singul. 18. num. 4. vers. similiter*; habent enim vim non solùm tacitæ prohibitionis, sed etiam expressè, vt per Roman. *cons. 114. num. 5.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis. 14. numero 1.* 9

SVMMARIVM.

1 *Repetitiua est dict.* Ea, *referens præcedentia sequentibus.*
2 *Restrictiua est dict.* Ea, *secundùm disposita in præcedentibus ad quæ fit relatio.*
3 *Relatiuè cum suis qualitatibus stat dictio* Ea.
4 *Modum aliquando significant verba* Ea conditione.
5 *Conditionem non faciunt verba* Ea conditione, *sed sumuntur pro pacto, vel lege in contractu apposito.*

Ea.

Ea.

DICTIO XCVIII.

1 HÆc dictio est relatiua, & repetitiua, referens præcedentia sequentibus, Aym. *conf.*220. *num.* 2 20. Et est repetitiua,& restringitur secundùm dispositа in præcedentibus, ad quæ fit relatio. Paris. *conf.* 3 18. *num.*32. *vol.*2. & *conf.* 103. *num.* 14. *vol.* 1. Et stat declaratiuè, & relatiuè cum suis qualitatibus, Mandos.*in glos.facult.* §.*nos qui, in vers.eiusdem, pag.*105. & *in* §. *volentes, in vers. ex eisdem, pag.* 172. post Socin. *conf.*251.*num.*6. Alciat.*conf.* 610. *num.* 5. quos refert Cened.post *libr.pract.& canonic.quæst.singul.*45.*num.*1.

4 Verba *Ea conditione* significant aliquando modum,vt in terminis *l.Mœuia, ff. de manumiss.testam.* & *l.* 2. *in princip. ff. de donat.* obseruat Galganet. *de* 5 *condit. & demonstr. p.* 2.*cap.* 3. *q.* 6. Et non faciunt conditionem, sed sumuntur pro pacto, vel lege in contractu appositа,vt post Tiraq. *de retractu conuent.* §.2. *glos.vnica,num.*72. notat Cened.*singul.*20. *num.*5. *in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus est dict.* Eadem, *significans identitatem in omnibus, & per omnia.*

2 *Relatiua substantiæ est dict.* Eadem.

Eadem.

DICTIO XCIX.

1 ESt relatiua præcedentium, cum omnibus suis qualitatibus, significans identitatem in omnibus,& per omnia, glos.*in l.cùm hi,* §.*qui in perpetuum, ff.si ager vectigalis*,Grat.*conf.*9. *num.*88.*vol.*1.Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 173. *num.* 10. Rota *decis.*455.*num.*2. apud Farinac. *in* 1. *collect.nouissimar.* Sua. *decis.* 125. *num.* 1. vbi loquitur de dictione *Eisdem*, in numero plurali, quæ est demonstratiua,& relatiua ad suprà nominatos.

2 Et quòd hæc dictio sit relatiua substantiæ, tradunt Bart. *in l.si quis,* §.*si initium, num.* 2. *in* 2. *lect. ff.de edend.* Anchar.Rhegien.*q.*66.*num.*4.*p.*2.Mandos. *in glos.facult.* §.*nos qui, in vers.eiusdem, pag.*106. quos refert Cened. post *lib.practic.& canon.quæst.singul.*45. *num.* 3.

Eapropter.

DICTIO C.

1 INducit dispositionem hæc dictio,vt per Card. Seraphin. *decis.* 1025. *num.*13.

Eatenus.

DICTIO CI.

1 REfertur ad præcedentia, & de sui natura limitat,& modificat, *l. miles, ff. de re iudicata, cap. significatum, de præben. cap. super literis, de rescript. cum similibus,* Dec.*conf.*38. *num.*3. *tom.*1.

Eiicere.

DICTIO CII.

VErbum hoc intelligi debet de eiectione violenta, non verò de iusta, vt per Ioseph. Sesse *de* 1 *inhibit.cap.*8. §.3. *num.*102.

SVMMARIVM.

1 *Dominium denotat dictio* Eius.

2 *Relatiua est dictio* Eius *ad proximè nominatum.*

3 *Repetitiua præcedentium cum suis qualitatibus est dictio* Eorum, *& restrictiua ad personas nominatas.*

4 *Nepotes non comprehendit dictio* Eorum, *cùm refertur ad personas filiorum superstitum.*

5 *Restrictiua est secundùm præcedentia dictio* Eorum, *& non habet tractum ad futurum.*

6 *Dictio* Eorum, *non potest verificari in vno tantùm, sed in omnibus expressis, aliquando resoluitur in singularitates.*

Eius, Eorum.

DICTIO CIII.

DIctio *Eius* denotat dominium, vt *in l. Quintus,* 1 §.*Mutius, ff.de auro, & argento legato*, Cald. Pereira *de resol.emphyt. cap.*3. *num.* 31.

Relatiua est ad proximè nominatum, Card. Se- 2 raphin.*decis.*689. *num.*1.

In numero plurali est repetitiua præcedentium 3 cum suis qualitatibus,& restrictiua ad personas nominatas,vt *in l.vlt.C.de hæred.instituend.*notant Ruin. *conf.*99. *num.*16. *vol.*2. Rolan.*conf.*74. *num.*54. *tom.*3. & *conf.*97. *num.*23. *tom.*4. Corn. *conf.*9. *sub num.*6.*in fine, vol.*1. Paris. *conf.* 103.*num.* 14. *lib.* 1. & *conf.* 18. *num.*32.& *conf.*86. *num.*58. *lib.*2.Aret.*conf.*155.*num.*1. Cephal.*conf.*140. *num.*17.*vol.*1. Mandos.*in glos.facult.* §.*& proprium, in verb. eo, pag.*321. & *in* §.*nos qui, vers. eiusdem, pag.*106. Menoch.*conf.*200. *num.*3. vbi quòd refertur ad suprà nominatos, & *conf.* 211. *num.* 150. & *conf.* 390. *num.* 13. Flam. *de resignat. tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 5. *num.* 6. Et cùm refertur ad personas filiorum 4 superstitum, non comprehendit nepotes. Menoch. *conf.* 1005. *num.*7. Et quòd ista dictio restringatur 5 secundùm præcedentia,& quòd non habeat tractum ad futurum, tradunt Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 8. *glos.*9. *num.*24. Socin.*conf.*250. *col.penult. vers.secundò, vol.*2. quos refert Cened.post *lib.canon.& pract.quæst. singul.* 45. *num.* 1. *vers.& qualiter.*

Non potest dictio *Eorum* verificari in vno tan- 6 tùm,sed in omnibus expressis, Card.Seraphin. *decis.* 266. *num.* 2. Aliquando verò resoluitur in singularitates,ac si dictum esset post vniuscuiusque mortem, Torniel. *in l. hæredes mei,* §. *cùm ita, num.* 5. *vers. aliquando, ff.ad Trebell.* & ibi Rip.*num.*129. Alex.*conf.* 117. *num.*

117. *num.* 1. *vol.* 1. & *cons.* 204. *vol.* 2. Paris. *cons.* 18. *num.* 19. & *seq. vol.* 2. Matzar. *in epitom. fideicommiss. quæst.* 11. *pag.* 13. quos refert Cened. *d. sing.* 45. *numero* 2.

Eo amplius.

Dictio CIV.

1 Hæc dictio est relatiua, & repetitiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 180. *num.* 48. Galganet. *de condit. & demonstr. p.* 2. *cap.* 1. *quæst.* 18. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Restrictiua est dictio* Eo casu.
2 *Substitutionibus apposita dictio* Eo casu, *operatur vt restringatur solùm ad casum expressum.*
3 *Dispositionem ad tempus, & casum expressum non restringit dictio* Eo casu, *quando id colligitur ex verisimili mente testatoris.*

Eo casu.

Dictio CV.

1 Restrictiua est hæc dictio, vt per Menoch. *cons.* 117. *num.* 6. & *cons.* 135. *num.* 3. & *cons.* 177. *num.* 20. & *cons.* 198. *num.* 9. Surd. *cons.* 344. *num.* 3. & *cons.* 347. *num.* 3.

2 Apposita in substitutionibus operatur, vt restringatur solùm ad casum expressum, nec ad alium extendi possit, Crauet. *cons.* 98. *num.* 5. Natt. *cons.* 678. *num.* 6. *vol.* 4. Paris. *cons.* 2. *num.* 15. & *cons.* 14. *num.* 9. *lib.* 3. Marescott. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 99. *num.* 3. vbi *num.* 2. dicit esse relatiuam cum suis qualitatibus, ad text. *in l. à filio, §. testator, ff. de aliment. & cibariis legatis.*

3 Si autem contrarium constet ex verisimili mente testatoris, tunc non restringit dispositionem ad tempus, & casum expressum. Menoch. *d. cons.* 117. *num.* 29. Surd. *d. cons.* 344. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatem actus ipso iure inducit dictio* Eo ipso.
2 *Sententiam latam importat dict.* Eo ipso.
3 *Dictio* Eo ipso, *idem importat ac si dictum fuisset sine aliquo hominis, vel Iudicis ministerio, vel potiùs* ipso iure.

Eo ipso.

Dictio CVI.

1 Dictio hæc statim prolata annullat ipso iure, ex traditis per Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num* 18. Rota *in Veronen. pensionis* 1. *Julij* 1592. *coram Card. Millino.*

Importat latam sententiam, secundùm glos. *verb.* 2 *eo ipso, & verb. euacuauerit, in cap. quàm sit, de elect. lib.* 6. vbi Dominic. & Franch. & *verb. suspendas, in princip. in cap. cupientes, §. caterum, eod. tit.* & *lib.* & *verb. eo ipso, in Clem.* 1. vbi Imol. & Zabarell. *de vita, & honest. clericor.* Bald. *cons.* 401. *vol.* 3. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 142. Rolan. *cons.* 62. *num.* 32. *lib.* 2. Salas *de leg. q.* 96. *tract.* 14. *disp.* 16. *sect.* 8. post *num.* 29. *vers. propria verba sunt*, Soar. *in simili tract. lib.* 5. *cap.* 7. *sub num.* 4. & *cap.* 8. *num.* 2. Farinac. *fragmen. crimin. p.* 2. *lit. L. verb. lex, num.* 95.

Et idem importat, ac si dictum fuisset sine aliquo 3 hominis, ac Iudicis ministerio, vel potiùs ipso Iure, ipso facto, ex Abb. *in cap. si diligenti, num.* 8. *de foro competen.* Felin. *in cap. Rodulphus, vers. vltimò non obstat, de rescript.* Corn. *cons.* 165. *num.* 22. *vol.* 1. Dec. *cons.* 138. *in princip.* & *cons.* 188. *col. penult. vol.* 1. Roman. *cons.* 427. *num.* 9. Rolan. *cons.* 62. *num.* 32. *vol.* 2.

Eo modo.

Dictio CVII.

Hæc verba significant identitatem in omnibus, 1 & per omnia, vt notant glos. *verb. obligatus, in l. cùm hi, §. si vni, ff. de transact.* Grat. *cons.* 140. *num.* 22. *lib.* 1. Cened. post *libr. practic. & canonic. quæst. singul.* 45. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Proprietatem, & essentiam denotat verbum* Esse.
2 *Nullitatem actus ipso iure importat verbum* Esse.
3 Esse, & haberi, *in quo differant, ostenditur.*

Esse.

Dictio CVIII.

VErbum hoc proprietatem, & essentiam de- 1 notat, iuxta resoluta per Ioseph. Sesse *de inhibit. cap.* 9. §. 1. *num.* 41.

Importat nullitatem actus ipso iure, vt per glos. 2 *verb. priuat. in cap. licèt canon, in fine, de elect. lib.* 6. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 180. *cum seqq. C. de reuocan. donat.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 32. *num.* 37.

Esse, & *Haberi* differunt, quia *esse* significat ve- 3 ritatem, *haberi* verò fictionem denotat, vt per Afflict. *in cap. mulier, §. naturales filij, in* 5. *notab. num.* 13. *cum seqq. si de feudo fuerit controuersia*, Galganet. *de different. indiuid. lit. E. num.* 28.

Vide infrà sub verbo *Sum.*

SVMMARIVM.

1 Ergo, *in principijs posita, vsurpatur pro* Itaque.
2 Ergo *in medio posita, sumitur pro* Causa.

3 Igitur

3 Igitur *interdum denotat dict.* Ergo, *cum interrogatione.*

4 *Illatiuè, seu continuatiuè ponuntur dictiones* Ergo, Igitur.

Ergo.

DICTIO CIX.

1 IN principiis sæpe hæc dictio vsurpatur pro *Itaque.* Cic. *de Amicit.* Ergo hoc est animi bene constituti. &c. Liuius *lib.* 4. Ergo dum nullum fastiditur genus, in quo eniteret virtus, creuit imperium Romanum.

2 In medio posita sumitur pro causa, Cic. *Attic. lib.* 3. Si quid contra alias leges, eius legis ergo factum sit. Idem *de optimo genere Orat.* Virtutis ergo donaretur. Et *ibidem*: Eum ari virtutis ergo, beneuolentiæque.

3 Interdum pro *Igitur* cum interrogatione vsurpatur. Cic. *pro Quinct.* Quid ergo est? primùm magnitudo periculi, &c. Idem *Academ.* 2. Num ergo is excæcat nos, aut orbat sensibus?

4 Dictio *Ergo*, & dictio *Igitur* ponuntur illatiuè, seu continuatiuè, *l. Gallus, ff. de liber. & posthum. l. fructus. ff. solut. matrimon.* Corn. *cons.* 136. *num.* 2. *vers. & etiam est aduertendum, vol.* 1. Quandoque tamen inceptiuè, *l. Pius ciuis, §. hoc igitur, ff. de iustitia, & iure*, notat Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. æquè, vers. ergo, pag.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi & effectibus huius dict. agentes.*

2 *Dict.* Et, *duobus modis accipitur, primò in sensu composito, secundò in sensu singulari.*

3 *Coniunctiua, & copulatiua regulariter est dictio* Et.

4 *Qualitatem præcedentis ex tunc sequenti attribuit dict.* Et, *& ea vniformiter iungit.*

5 *Copulare debet æqualiter dict.* Et.

6 *Copulatiuæ ad veritatem sufficit alteram partem esse veram.*

7 *Copulare præcedentia cum sequentibus est de natura dict.* Et.

8 *Æqualitatem terminorum in casibus copulatis denotat dict.* Et.

9 *Æqualiter copulat dict.* Et, *vt idem sit de vno, quod de altero ex copulatis.*

10 *Copulatorum concursum non requirit dict.* Et, *quando cadit inter duas orationes respectu alicuius accidentis.*

11 *Copulati vtriusque concursum non semper requirit dictio* Et.

12 *Pars vnius copulatiuæ declarat aliam.*

13 Et, *si ponatur inter duo idem sonantia, tunc ea remota, illa duo resoluuntur in vnum.*

14 Et, *posita inter honoratos, & possessores, significat vnam solum personam.*

15 Et, *quando ponitur inter duo, quorum vnum alteri inest, ambo in vnum resoluuntur.*

16 *Posita inter personas, diuidit effectum dispositionis inter eos æqualiter.*

17 *Æqualiter non copulat dict.* Et, *sed potiùs designat ordinem quando ponitur in materia necessaria respiciente personas coniunctas.*

18 *Posita inter personas honoratas, vel grauatas, semper diuidit inter eos debitum pro rata.*

19 *Posita inter personas inter quas est ordo charitatis, non coniungit, sed inducit ordinem.*

20 *Pater si instituat filium, & nepotem ex eodem filio, non erunt simul copulatiuè hæredes.*

21 *Filius si instituatur, & descendentes ex eo, tunc veniunt descendentes ordine successiuo.*

22 *Ordo successiuus non cadit vbi sunt dictiones copulatiuæ* Cum, Vnà, Simul, *& similes.*

23 *Institutione facta de patre, & eius filijs, an filij concurrant cum patre simul, & eodem tempore, an verò ordine successiuo post obitum illius, ostenditur.*

24 *Copulatos æquè, & pariter admitti facit dictio* Et.

25 Et, *aliquando ponitur inter diuersa.*

26 *Posita inter duc idem significantia, non dicitur inter diuersa poni, sed stat declaratiuè pro* Id est.

27 *Declaratiuè ponitur dictio* Et, *si ponatur inter genus & speciem, causam & causatum.*

28 *Disiunctiuè stat dictio* Et, *pro* Vel, *quando ponitur inter ea quæ sunt eiusdem potestatis, seu affectus, vel quando ponitur inter incompatibilia, & repugnantia.*

29 *Repetitiua præcedentium qualitatum, & conditionum est dictio* Et.

30 *Dispositio quando est sub eadem oratione concepta, tunc dictio* Et *repetitiua est omnium conditionum præcedentium, secus si sub diuersa.*

31 *Repetitiua præcedentium conditionum non est dictio* Et, *quando ponitur inter diuersas personas, etiam in eadem oratione.*

32 *Continuatiua interdum est dict.* Et, *& non copulat sequentia, sed potiùs continuat orationem sequentem.*

33 *Auget, & ampliat dictio* Et, *seu adiicit ad præcedentia in materia larga, & in materia legatorum, non verò in materia stricta,* vt num 34.

35 *Ampliatiuè, & augmentatiuè non semel ponitur dict.* Et.

36 *Dispositionem quandoque restringit dict.* Et.

37 Vel *nonnunquam importat dict.* Et, *sed impropriè.*

38 *Coniunctionem talem in vltima voluntate*

operatur dictio Et, *per quam oritur ius accrescendi inter coniunctos, secus verò in contractibus.*

39 *Implicatiua nonnunquam est dict.* Et.

Et.

DICTIO CX.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Vulpel. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 30. *cum duabus seqq.* Mandos. *in reg.* 1. *Cancellar. q.* 10. *num.* 19. Burs at. *cons.* 141. *num.* 43. *cum seqq. vol.* 2. Rodul. Cuperf. *in cap. oportebat*, 79. *distinct.* §. *textus sequitur, num.* 1. *cum seqq. pag.* 170. Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 20. *num.* 3. *ad finem*, Couar. *in cap. Raynutius*, §. 2. *à num.* 1. *de testament.* Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 32. *num.* 64. *cum seqq.* Cened. *ad Decretal. collect.* 7. *num.* 12. & *post librum practic. & canonic. quæst. singul.* 50. Gutier. *pract. lib.* 3. *q.* 19. *num.* 24. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 1431. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 3. Card. Tusch. *pract. concluf. tom.* 2. *lit. D. concluf.* 274. & cæteros in discursu citandos.

2 Hæc dictio accipitur duobus modis: primo, in sensu compositio, vt cùm dicimus: Cæsar, & Bibulus Consules fuerunt: intelligitur enim simul. Item, in sensu singulari, vt cùm dicimus: Gregorius, & Bonifacius Pontifices multas constitutiones fecerunt: intelligitur enim non simul, sed separatim. Ita declarat Alciat. *cons.* 39. *num.* 19. *lib.* 9. quem refert Vulpell. *citato loco, num.* 2. *vers. illud.*

3 Regulariter hæc dictio est coniunctiua, & copulatiua, vt *in l. si quis ita stipulatus, ff. de verbor. oblig. l. si hæredi plures, ff. de cond. instit. l. heredi*, §. *Caio, ff. de fund. instructo, l. Titia textores*, §. *nihil, ff. de leg.* Rebuff. *in concord. tit. de collat.* §. 1. *in vers. canonicatum*, Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 32. *num.* 64. Menoch. *cons.* 111. *num.* 9. & *cons.* 117. *num.* 54. Decian. *cons.* 44. *num.* 52. *lib.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar.* §. 7. *proœm. num.* 123. & *glos.* 3. *num.* 1. Ceual. *commun. contra com. q.* 818. *num.* 87. Bernard. Muscatell. *in tract. de cognit. delict. tit. de recept. num.* 18. Card. Tusch. *d. concluf.* 274. *num.* 1. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 7. *num.* 7. Gregor. *decis.* 308. *num.* 3. vbi ait, quòd qualitatem
4 præcedentis extendit attribuit sequenti, & ea vniformiter iungit, Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub lit. E. in princip.* Menoch. *cons.* 225. *num.* 59. & *cons.* 435. *num.* 12.
5 vbi quòd copulare debet æqualiter, & *cons.* 497. *num.* 17. vbi quòd subsequentia nectit antecedentibus, & *cons.* 943. *num.* 10. Cened. *d. sing.* 50. *num.* 1. vbi
6 subdit, quòd ad veritatem copulatiuæ sufficit alteram partem esse veram.

7 Natura huius dictionis est copulare præcedentia cum sequentibus, vt *in l. & quia*, iuncta *l.* præcedenti, *ff. de iurisdict. omnium Iudic.* notant glos. *in l.* 2. *in princip. ff. de dote prælegata*, & *in l. si sic, ff. quemadmodum seruitus amittatur*, Grat. *cons.* 11. *num.* 4. *lib.* 1. & *cons.* 13. *num.* 26. *lib.* 2. Socin. Iun. *cons.* 71. *num.* 4. *vol.* 3. Mascard. *de probat. concluf.* 1265. *num.* 32. Flamin. Paris. *de resignat. tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 11. *num.* 25. & Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 147. *num.* 16. Gregor. *d. decis.* 308. *num.* 3.

8 Denotat æqualitatem terminorum in casibus copulatis, Anton. Monach. Lucen. *decis.* 55. *num.* 11.

9 Æqualiter copulat, vt idem sit de vno, quod de altero ex copulatis, ac ita requirit concursum copulatorum, vt *in l. si mihi, & Titio, ff. de verbor. signif. & in l. reos*, §. *cùm in tabulis, ff. de duobus reis, & in l. si hæredi plures, ff. de cond. instit.* notant Ias. *in l.* 1. *num.* 3. *& seq. ff. de iustitia, & iure*, Felin. *in cap.* 2. *num.* 32. *in verò. copula, de rescript.* Dec. *cons.* 89. *num.* 2. & *cons.* 417. *num.* 1. & *cons.* 433. *num.* 6. Natt. *cons.* 573. *num.* 14. *tom.* 4. Paris. *cons.* 95. *num.* 6. *vol.* 1. & *cons.* 63. *num.* 14. *vol.* 1. Thesaur. *decis.* 189. *num.* 1. Guidop. *decis.* 527. *num.* 1. & *sing.* 309. *num.* 1. 2. & 4. Roch. *de iure patronat. verb. ipse, vel is, num.* 48. & *seq.* Moron. *in tract. de pace, q.* 447. *num.* 1. Anchar. Rhegien. *q.* 9. *num.* 6. *in prima parte*, Mandos. *in glos. facul.* §. *ac etiam, in verb. pro tempore, pag.* 247. *col.* 1. Roch. *de visit. verb. & is, pag.* 254. Plot. *de in litem iurando*, §. 6. *num.* 33. Menoch. *cons.* 56. *num.* 95. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. copula*, 2. Marc. Anton. Bard. *de tempor. vtili, & continuo, cap.* 19. *num.* 16. Rot. *decis.* 115. *num.* 8. *p.* 1. *diuers.* Aym. *in consuetud. Alban. tit.* 1. *art.* 4. *num.* 7. *fol.* 62. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sed. erect. cap.* 5. *num.* 45. Cened. *d. sing.* 50. *num.* 8. Rebuff. *in comment. ad l. coniunctionem*, 29. *vers. primò intellige, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 168. Quo loci *in vers. item*, asserit, quòd si vendatur villa, & ius patronatus, licèt non valeat venditio quoad ius patronatus, *cap. ex literis, de iure patronat.* vbi dicimus, valebit tamen quoad villam, cùm vtrumque æquè principaliter vendatur, & vno deficiente alterum non extinguitur.

Limita, quando copula hæc cadit inter duas 10
orationes respectu alicuius accidentis, quia tunc non requirit concursum copulatorum. Vnde si testator legat centum omnibus Doctoribus Iuris Canonici, & Iuris Ciuilis, non est necessarium, quòd habeant vtrumque gradum; sed sufficit, quòd sit Doctor Iuris Canonici tantùm, vel Iuris Ciuilis tantùm. Ita Alex. *cons.* 101. *num.* 8. *lib.* 3. vbi Apost. & *cons.* 110. *in princip. lib.* 3. Card. Tusch. *d. concluf.* 274. *num.* 54. vbi *num.* 55. & 56. declarat, vt copula inter diuersas orationes respectu diuersorum factorum non requirat cõcursum eorum, quæ in vtraque oratione ponuntur, vt procedat, quando duæ orationes diuersæ copulantur per se principaliter, quia tunc copula inducit continuationem, secùs si copulantur respectiuè ad aliud: non enim semper requirit hæc dictio concursum vtriusque copulati. Aym. & Plot. *citatis locis*, Rom. *cons.* 104. *num.* 4. Alex. *cons.* 64. *num.* 9. *vol.* 7.

Habet virtutem copulandi primò in sensu com- 11
positio, secundò in sensu singulari, vt per Alciat. *cons.* 39. *num.* 19. *lib.* 9. quem mendosè *in cons.* 487. *num.* 17. citat Cened. *d. sing.* 50. *num.* 9.

Pars vnius copulatiuæ declarat aliam. Surd. Man- 12
tuæ *decis.* 124. *num.* 9.

Si ponatur inter duo idem sonantia, tunc re- 13
mota copula, illa duo resoluuntur in vnum, iuxta resoluta per Gonzal. *d. glos.* 3. *num.* 13.

Posita inter honoratos, & possessores, significat 14
vnam solùm personam, Menoch. *cons.* 844. *num.* 112.

Quando ponitur inter duo, quorum vnum alteri 15
inest, ambo in vnum resoluuntur, estque vnum velut adiectio alterius, vt per Gutier. *lib.* 3. *pract. q.* 13. *num.* 61.

Item posita inter personas diuidit effectum dis- 16
positionis inter eas æqualiter, ita Ant. Gom. *tom.* 1. *variar. cap.* 1. *num.* 26.

Præterea, quando copulatiua hæc ponitur in ma- 17
teria necessaria respiciente personas coniunctas, tunc non copulat æqualiter, sed potiùs designat ordinem, vt quod primo loco expressum est, præcedat; & illud, quod sequitur, veniat in subsidium. Ita Dominus meus D. Petrus Barbosa *ad l.* 1 *ff. solut. matrim. p.* 4. *num.* 153.

Item posita inter personas honoratas, vel gra- 18
uatas,

uatas, ſemper diuidit [illegible]s debitum pro rata, vt *ex l. reos*, §. *cùm in ta*[illegible] *de duobus reis*, reſoluit Anton. Gom. *variar. re*[illegible]*tom. 2. cap. 11. num. 19.*

19 Item quando ponit[illegible] inter perſonas, inter quas eſt ordo charitatis, [illegible]n abſtractus à ratione debiti naturalis, tunc na[illegible] copulæ non eſt coniungere, ſed inducere ordi[illegible]n, vt ſic copulati non faciant ſibi partes per [illegible]urſum, ſed primò nominatus primò vocetur [illegible]eo excluſo vocetur ſequens in ordine. Ita ſentit gloſ. ſingularis, *verb. non exprimat, in l. Gallus*, §. *quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* prout refert Cened. *d. ſingul. 50. num. 16.* vbi ſubdit, variè de hoc Doctores loqui, Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 274.*

20 *num. 33.* vbi exemplificat, ſi pater inſtituat filium, & nepotem ex eodem filio, quia non erunt ſimul

21 copulatiuè hæredes. Idem ſi inſtituatur filius, & deſcendentes ex eo, quia ordine ſucceſſiuo veniunt deſcendentes, maximè ſi non extabant tempore teſtatoris, Bald. *conſ. 492. incip. Non eſt dubium, lib. 2.* & *conſ. 303. lib. 3.* Signarol. *conſ. 248. num. 5.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 274. num. 34.* de quo tamen infrà latiùs.

22 Hoc tamen limitatur, vt non procedat, quando eſſent dictiones copulatiuæ, videlicet *Cum, vnà, ſimul*; quia tunc non caderet ordo ſucceſſiuus. Caſtr. *conſ. 455. num. 3. lib. 2.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 274. num. 37.* vbi *num. 38.* poſt Angel. *conſ. 38. num. 3. verſ. alias ſi ſignanter*, ſubdit hoc pariter limitari, niſi copula eſſet declarata, vt ſimul iungeret, videlicet ſi teſtator inſtituat filium, & nepotem ex eo, ambos, demonſtrando vt ſimul ſuccedant.

23 Vtrùm autem inſtitutio facta de patre, & eius filiis, concepta per copulam *Et*, ita intelligatur, vt filij concurrant cum patre ſimul, & eodem tempore; an verò ordine ſucceſſiuo poſt obitum illius, diſputant Doctores *in d. l. Gallus*, §. *quidam rectè, ff. de liber. & poſthum.* inter quos verior, & receptior ſententia obtinuit, quòd ſimul cenſeantur vocati, vt colligitur ex reſolutis per Michaël. Graſſ. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. de hæredib. inſtituend. num. 34. pag. 71.* Menoch. *de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 70. num. 16.* vbi *num. ſeqq.* ex profeſſo per plures caſus veritatem examinat, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 70. num. 20.* Gonzal. *d. gloſ. 3. num. 19. vbi n. 20.* reſoluit in materia maioratus, vel emphyteuſis cenſeri vocatos ordine ſucceſſiuo.

24 Interdum licèt hæc dictio faciat, copulatos æquè & pariter admitti, vt ſuprà dicebamus, & poſt plura Iura concludit Cened. *d. ſing. 50. num. 20.* tamen diuidit pro dimidia, vt *in d. l. reos*, §. *cùm in tabulis ff. de duobus reis, & in l. cùm pater*, §. *hæreditatem, ff. de leg. 2. & in* §. *ſi plures, Inſtit. de hæred. inſtituen.* de quo plura adducit Gonzal. *d. gloſ. 3. n. 16. cum ſeqq.*

25 Aliquando ponitur hæc dictio inter diuerſa, vt *in rubr. C. de ſentent. & interlocut. & in rubr. Inſtit. de vſucap. & longi tempor. præſcript. & in cap. cum olim, 34. de teſtib. gloſ. & rubr. de Iuris, & facti ignorantia.* Alex. *conſ. 168. num. 10. vol. 5.* Pariſ. *conſ. 39. num. 21. & conſil. 95. num. 6. & 8. vol. 1.* Gozad. *conſ. 33. num. 17.* Salon *in proœm. legum Tauri, num. 151.* Mandoſ. *in gloſ. facult. §. nos qui, in verſ. Et, pag. 95. & in reg. 1. Cancell. quæſt. 10. num. 11.* Vulpell. *citato loco, in princ.* Menoch. *remed. 8. recuper. num. 84.* Surd. *conſil. 315. num. 17.* Gonzal. *d. gloſ. 3. num. 11.* Cened. *d. ſingul. 50. num. 4.* Narbon. *de appell. à Vicario ad Epiſcopum, p. 1. num. 207.*

26 Hoc tamen intellige niſi ponatur inter duo idem ſignificantia, quia tunc non dicitur inter diuerſa poni, ſed ſolùm ponitur declaratiuè, pro, id eſt, Bart. Ias. & alij *in l. 1. ff. de Iuſt. & iure.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 7. §. 10. in verb. de ligne, fol. 1037.* Bellon. *conſ. 53. num. 6.* Felin. *in cap. ex parte 1. num. 92. verſ. copula, Et, de reſcript.* Mandoſ. *d. quæſt. 10. nu. 10.* Salon *in d. proœm. legum Tauri, num. 151.* Surd. *d. conſ. 315. num. 19.* Pauin. *de offic. & poteſt. Capituli, Sede vacante in 5. prælud. de virtutib. copulat.* Cened. *d. ſing. 50. num. 5.* Cabed. *d. deciſ. 117. num. 3.* Monet. *de opt. canonic. cap. 7. num. 2.* Girond. *de priuil. explic. num. 1031.*

Idē eſt ſi ponatur inter genus & ſpeciem, cauſam & 27
cauſatum, quia etiam tunc ponitur declaratiuè, pro, Id eſt, vt per Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de pacif. poſſ. poſt princ. in verb. Et.* Cened. *d. ſing. 50. n. n. 6.* vbi allegant *l. de quibus. ff. de legib. & l. 1.* vbi gloſ. *verbo conſenſus. ff. de pactis.* & in ſpecie quando eſt poſita inter genus, & ſpeciem, non inducere diuerſitatem docet Cabed. Luſitan. *deciſ. 117. num. 9. par. 2.* allegans textum *in l. Ciues, C. de appell.* & intelligens authoritatem illam Chriſti Domini Marc. 16. Dicite diſcipulis, & Petro.

Item quando ponitur inter ea quæ ſunt eiuſdem 28
poteſtatis, ſeu effectus, tunc ponitur pro, *Vel*, & reſoluitur in diſiunctiuam, vt in exemplo concedo tibi omnia, quæ talis exercere poteſt de Iure, & conſuetudine, quia tunc declaratur, id eſt, vel conſuetudine, vt ſtet pro diſiunctiua. Oldrad. *conſ. 168. nu. 8. & ibi addit.* Portol. *de conſequtiu. cap. 1. à num. 20.* Burſat. *conſ. 81. num. 20. vol. 1.* Theſaur. *deciſ. 189. num. 2.* Nam quando ponitur inter incompatibilia, ſeu repugnantia, reſoluitur in diſiunctiuam, & accipitur pro, *Vel*, Mandoſ. *in gloſ. facult. §. & proprium, in ver. & pag. 312.* Cened. *d. ſing. 50. num. 7.*

Hæc copula eſt repetitiua præcedentium qualita- 29
tum, & conditionum, vt *in l. à filio*, §. *teſtator.* & ibi Bart. *ff. de aliment. & cib. leg. l. Seiæ*, §. *Caio. ff. de fundo inſtr. l. ania, in princip. iuncta gloſ. ff. de condit. & demonſtr.* Notant Vulpell. *loco citato, num. 1.* Gutier. *lib. 3. pract. quæſt. 19. num. 23. prope finem.* Surd. *conſ. 200. num. 17.* Cened. *d. ſing. 97. num. 14.* Anton. Monach. Lucenſ. *deciſ. 55. num. 12.* & Florent. *deciſ. 46. num. 1. & 2.* Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 274. num. 27.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 147. num. 16.* latè Galganet. *in tract. de condit. & demonſtrat. p. 2. cap. 1. quæſt. 18. num. 2.* vbi *num. 39.* per plures caſus declarat quando inducat repetitionem præcedentis conditionis, & qualitatis.

Intellige hanc conditionem repetere omnes con- 30
ditiones præcedentes ſermonis, copulando cum omnibus qualitatibus, quando diſpoſitio eſt ſub eadem oratione concepta, ſecus ſi ſub diuerſa: Zabarel. *conſil. 58. in princip.* Alex. *conſ. 120. incip. Super eo, col. 1. in fin. verſ. non obſtat, lib. 1.* Card. Tuſch. *d. concl. 274. num. 24. & 25.* Stephan. Gratian. *d. cap. 147. num. 17.*

Intellige etiam non eſſe repetitiuam conditio- 31
num præcedentium, quando ponitur inter diuerſas perſonas, etiam in eadem oratione, vt poſt Bart. *conſil. 3. incip. Titius condidit, in fin. lib. 1.* tradit Cardin. Tuſch. *d. concl. 274. num. 29.* vbi *num. 30.* ſubdit hanc reſtrictionem multò magis procedere, vt ſcilicet repetitio conditionis non cenſeatur facta per copulam *&*, vel dictionem *item*, quando ponitur nedum inter diuerſas perſonas, ſed etiam inter diuerſas res.

Interdum eſt continuatiua, & non copulat ſe- 32
quentia, ſed potiùs continuat orationem ſequentem. Pariſ. *conſ. 38. num. 26. lib. 2.* Corn. *conſ. 129. in fin. lib. 2.* Decian. *conſil. 17. num. 34. lib. 1.* Cardin. Tuſch. *d. concl. 274. num. 26.* Declara, vt copula inter orationes continuet, & non coniungat, quando ſunt orationes perfectæ; ſecus ſi ſunt imperfectæ

ratione verbi, vel ratione suppositi, aut appositi; quia tunc fit repetitio, aut coniunctio. Bart. *cons.* 27. *incip. Visis facti narratione, in princip. lib.* 1. Angel. *cons.* 294. *num.* 4. Zabarel. *d. cons.* 58. *circa fin.* quos refert Card. Tusch. *d. concl.* 274. *num.* 27. vbi *num.* 28. post Alex. *cons.* 110. *num.* 14. *vers. nec prædictam, lib.* 3. subdit, idem esse quando diuersæ orationes copulantur propter se, quia tunc continuatiuè stat, secus si duæ orationes stant respectiuè ad aliud, quia coniungit.

35 Auget & ampliat effectum præcedentium hæc dictio, seu adiicit ad præcedentia, vt *in l. ea tamen, iuncta glos. ff. de leg.* 3. Anchar. *cons.* 154. *num.* 5. Signarol. *cons.* 181. *num.* 10. *vers. præterea cum de natura.* Alex. *cons.* 87. *incip. Accurate, num.* 12. *lib.* 6. vbi Apostil. *in verbo Auget.* Card. Tusch. *d. concluf.* 274. *num.* 16. Cened. *d. sing.* 50. *num.* 12. vbi citat Felin. *in cap.* 2. *de rescript.* dicentem, quòd si legatum relinquatur militibus, & doctoribus, includitur simplex miles, & simplex doctor. Et ampliare siue ponatur inter res diuersas, tenet Bald. *cons.* 137. *incip. Titius in testam. circa princip. lib.* 1. siue inter duo genera, aut duas species, dicit idem Bald. *consil.* 239. *incip. Testator. vers. secundus & tertius casus, lib.* 1. prout eum refert Card. Tusch. *d. concl.* 274. *num.* 18. *& num.* 71. post Bald. *cons.* 305. *num.* 2. *lib.* 1. & Alex. *cons.* 120. *in princip. lib.* 1. subdit hanc dictionem stare quandoque non copulatiuè, sed ampliatiuè pro *etiam*, & sic augmentatiuè, maximè quando iungitur copula relatiuo.

34 Et ideò si in materia indifferenti Titius inuestitur de emphyteusi prophana pro se, suisque filiis, & hæredibus, illa dictio *& hæredibus* ampliat, vt quoscumque hæredes comprehendat extraneos; secùs si esset in materia differenti, prout in emphyteusi Ecclesiastica, vel feudo, quia tunc dictio *& hæredes* restringitur ad descendentes, qui sunt descendentes, & hæredes. Ita Alex. *cons.* 44. & *cons.* 120. *vers. sed præmissis, lib.* 1. vbi Apostill. *in verb. extranei*, Card. Tusch. *d. concluf.* 274. *num.* 19. & 20. Vnde aduertit Cened. *d. singul.* 50. *num.* 13. quòd hæc dictio auget, & ampliat in materia larga, vt in materia legatorum, non verò in materia stricta, quia tunc hæc copula restringit.

35 Ampliatiuè igitur, & augmentatiuè non semel ponitur hæc dictio, vt per Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 7. §. 10. *in verb. de ligne*, Bermon. *de publicis concubin. in princip. in verb. &, fol.* 132. Paris. *cons.* 17. *num.* 24. *vol.* 1. vbi ait, quòd auget, & non restringit, quando ponitur geminatè, & *cons.* 90. *num.* 15. *eod. vol.* 1. vbi dicit, quòd ponitur pro *Etiam*, & sic augmentatiuè, & *cons.* 95. *num.* 6. & 8. *eod. vol.* 1. & *cons.* 63. *num.* 14. *vol.* 3. Grat. *cons.* 9. *num.* 83. *vol.* 1. Surd. *cons.* 200. *num.* 16. & *cons.* 315. *num.* 17. Menoch. *cons.* 677. *num.* 4. & *cons.* 625. *num.* 17. & *cons.* 972. *num.* 12. & *cons.* 713. *num.* 29. & *cons.* 878. *num.* 33. vbi *num.* 36. ait, quòd nihil plus auget, quàm dictio *Fuit*, & *cons.* 140. *num.* 17. vbi refert, quòd stat augmentatiuè, cùm ponitur loco dictionis *Etiam*, & *cons.* 1059. *num.* 2. Gonzal. *d glos.* 3. *num.* 5. Stephan. Gratian. *d. decis.* 175. *num.* 8. Maresc. *variar. resolut. lib.* 2. *resol.* 66. *num.* 3. Bernard. Muscatell. *de cond. delict. tit. de vulner. lethal. num.* 55. Gregor. *decis.* 21. *num.* 3. Cened. *d. singul.* 50. *num.* 10. Rota *decis.* 680. *num.* 5. *p.* 2. *recent.*

36 Aliquando tamen restringit dispositionem, vt per Pechium *de testament. coniugum, lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 1. Cened. *d. singul.* 50. *num.* 11. Et quando ponitur inter genus, & speciem, tunc species minuit genus in copulato, Bald. *cons.* 239. *in princip.* Card. Tusch. *d. concluf.* 274. *num.* 61.

Nonnunquam ponitur pro *Vel*, sed impropriè, 37
Alex. *cons.* 48. *incip. Super extract. num.* 3. *lib.* 1. Card. Tusch. *d. concluf.* 274. *num.* 58. vbi *num.* 59. post Ioan. de Imol. *cons.* 101. *num.* 4. *vers. quia ad primum*, subdit, hoc procedere maximè ad euitandam falsitatem, vel vt tollatur contrarietas, & *num.* 60. post Roman. *cons.* 480. *num.* 3. *& seq.* pariter hoc procedere affirmat, quando ponitur inter impossibilia, vt si testator instituto filio substituat sibi, & filio, quia resoluitur in alternatiuam pro *Vel*, vt sit vulgaris, & fideicommissaria: nam hæc dictio pro disiunctiua *Vel* ratione subiectæ materiæ sumitur, iuxta resoluta per Vulpell. *citato loco*, *num.* 2. & per Gonzal. *d. glos.* 3. *num.* 14. Portol. *de consort. cap.* 1. *num.* 20.

Denique hæc copula *Et* operatur diuersos ef- 38
fectus, secundùm naturam materiæ, in qua ponitur: nam in vltima voluntate operatur coniunctionem talem, per quam oritur ius accrescendi inter coniunctos; in contractibus verò secùs, quia operatur partitionem sine iure accrescendi. Ita Bald. *cons.* 251. *in princip. lib.* 2.

Implicatiua nonnunquam est dictio hæc, vt notat 39
Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *num.* 30. & *cons.* 4. *num.* 22. Cened. *d. singul.* 80. *num.* 21. *& num.* 22. ex pluribus sacræ Scripturæ locis colligit, quòd hæc copulatiua solet esse causalis, & accipitur pro *Quia.*

Et cætera.

DICTIO CXI.

VIde quæ dixi in tractatu de clausulis, sub clausula *Cæterata*, 14.

SVMMARIVM.

1 *Implicatiua est dictio* Etiam, *& exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minus dubitabilem.*

2 *Implicatiua est ad maiora expressis dictio* Etiam, *in materia stricta & exorbitante.*

3 *Dictio* Etiam, *implicat, & includit sub eadem dispositione.*

4 *Implicatiua est dictio* Etiam, *tacitè includens species ab expressis.*

5 *Casum præcedentem cum eisdem qualitatibus implicat dictio* Etiam.

6 *Species diuersas maiores expressis implicat dictio* Etiam, *quando aliæ diuersæ non includerentur, quia essent maiores.*

7 *Dispositionem ad qualitatem, cui adiungitur includit, & auget dict.* Etiam.

8 *Extensiua & implicatiua est dict.* Etiam, *illius quod priùs non erat dictum.*

9 *Augmentatiuè, & ampliatiuè stat dictio* Etiam.

10 *Dispositionem legis ad alium casum extendit dict.* Etiam.

11 *Augmentatiua est dictio* Etiam, *illius quod priùs non includebatur.*

12 *Restri-*

12 *Restrictionem vt non posit importare dispositio, illam ampliat dict.* Etiam.
13 *Restrictionem quando importet dictio* Etiam, *ostenditur.*
14 *Cumulatiuè non stat dictio* Etiam.
15 *Species diuersas ab expressis includit dictio* Etiam.
16 *Repetitiua conditionum, & qualitatum præcedentis dispositionis in sequentem est dict.* Etiam.
17 *Causam remotam potest significare dictio* Etiam, *gratia euitandi absonum intellectum.*
18 *Copulam* Et, *importat aliquando dict.* Etiam.
19 *Dictio* Hoc amplius, *seu* Vltra, *aliquando importat dictio* Etiam.
20 *Alternatiua quandoque dicitur dict.* Etiam.
21 Scilicet *aliquando importat dictio* Etiam.
22 *Dictionem* Non solùm, *interdum præsupponit dictio* Etiam.

Etiam.

DICTIO CXII.

1 IMplicatiua est hæc dictio, & exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem, *l. etiam, ff. de verbor. signif. l. conuenticula, C. de Episcop. & Cleric. l. etiam, C. si tutor, vel curator,* Dec. *in l. quamquam, num.* 10. *C. de testament. militis, cap. vnic. de commodato,* vbi Panormit. *num.* 3. *Clem. religiosi,* & ibi Zabarell. *num.* 1. *de præscript. Clem. vnica, §. fin. in princip.* & ibi Zabarell. *num.* 2. *de supplenda negligent. Prælat. Clem. nolentes, vers. & tam,* & ibi Zabarell. *num.* 1. *de hæreticis,* Gemin. *in cap. cùm de beneficio, num.* 7. *de præben. in* 6. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. verb. etiam, fol.* 97. Corn. *cons.* 163. *num.* 4. *vol.* 2. Socin. *cons.* 23. *num.* 7. *vol.* 1. Calder. *cons.* 4. *in fine, de præbend.* Paris. *cons.* 41. *num.* 5. *vol.* 4. & *cons.* 36. *num.* 9. & *cons.* 65. *num.* 18. & *cons.* 98. *num.* 69. *vol.* 1. Cephal. *cons.* 68. *num.* 9. *vol.* 1. Socin. Iun. *cons.* 41. *num.* 32. *vol.* 3. Angel. Aret. *cons.* 100. *incip. In casu prædicto, num.* 25. *in fine, vers. nam illa dictio,* Alex. *cons.* 116. *incip. Animaduersis, num.* 14. *vers. nam de natura, lib.* 2. vbi Apostill. *in verb. etiam,* Bermon. *in tit. de publicis concubin. in verb. etiam, num.* 2. *fol.* 148. Menoch. *cons.* 116. *num.* 8. & *cons.* 158. *num.* 75. & *cons.* 531. *num.* 7. & *cons.* 620. *num.* 14. & *cons.* 652. *num.* 2. & *de arbitr. lib.* 1. *q.* 49. *num.* 8. & *lib.* 2. *cas.* 68. *num.* 40. & *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 180. *num.* 52. Flamin. *de confident. benefic. quæst.* 58. *num.* 32. Surd. *cons.* 303. *num.* 15. & *cons.* 445. *num.* 28. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. num.* 1. *pag.* 33. Bertazol. *de clausul. instrument. claus.* 4. *glos.* 17. Mant. *decis.* 173. *num.* 3. & *decis.* 342. *num.* 3. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 17. *in fin.* Carcer. *decis.* seu *casu* 34. *num.* 1. & *casu* 59. *num.* 8. & *casu* 131. *num.* 20. Decian. *cons.* 64. *num.* 31. *lib.* 3. Polydor. Rip. *de nocturno tempore, cap.* 78. *num.* 5. Roch. *de visit. verb. etiam, pag.* 54. Honded. *cons.* 76. *num.* 34. *vol.* 2. Glorit. *resp.* 1. *p.* 3. *num.* 259. Cened. post *libr. canonic. quæst. sing.* 51. *num.* 1. Ferter, *in constit. Cathalonia, glos.* 4. *num.* 272. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 29. *num.* 11. Rota Bononien. diuersor. *decis.* 25. *num.* 15. Sigism. Scacc. *de camb. §.* 7. *glos.* 3. *num.* 18. Seraphin. *decis.* 530. *num.* 6. Carc. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 273. Rota apud Farinac. *decis.* 689. *num.* 4. *in prima collect. nouiss. & inter recent. decis.* 222. *num.* 3. & *decis.* 721. *num.* 6. & 7. *p.* 2. Et nouissimè fuit dictum *in Romana pecuniaria* 26. *Maij* 1627. *coram D. Virili.*

2 Primò amplia procedere, siue materia sit fauorabilis, siue odiosa, quia ista dictio est implicatiua ad maiora expressis, etiam in materia stricta, & exorbitante, vt per Gemin. *cons.* 65. *num.* 8. *vers. sed dictio etiam, & cons.* 125. *num.* 10. *vers. quia dictio,* Card. Tusch. *d. conclus.* 275. *num.* 4. Cened. *d. sing.* 51. *num.* 2. Paris. *cons.* 46. *num.* 30. *lib.* 4. Decian. *cons.* 46. *num.* 118. *lib.* 2. Et fuit dictum *in Nucerina bonorum* 4. *Martij* 1602. *coram Card. Sacrato,* impressa per Farinac. *decis.* 51. *num.* 8. *p.* 1. *recent.*

3 Secundò amplia, huiusmodi dictionem ita implicare, & includere sub eadem dispositione, vt dispositio, quæ est, quòd omnia dispositia habeant locum etiam quoad inclusa per dictionem prædictam, Calder. *cons.* 237. *in fine, vers. nec obstat,* aliàs 16. *de præbend.* Card. Tusch. *d. conclus.* 275. *num.* 2.

4 Tertiò amplia, quòd hæc dictio est implicatiua, tacitè includens species ab expressis, *cap. tanta, de simonia,* Gemin. *cons.* 65. *num.* 8. *vers. sed dictio,* Card. Tusch. *d. conclus.* 275. *num.* 3.

5 Quartò amplia, vt etiam implicet casum præcedentem, cum eiusdem qualitatibus, vt per Mascard. *de probationib. conclus.* 1265. *num.* 35.

6 Quintò amplia, vt etiam implicet diuersas species maiores expressis, quando aliæ diuersæ non includerentur, quia essent maiores, Gemin. *d. cons.* 65. *num.* 8. *vers. & si dicatur,* Card. Tusch. *d. conclus.* 275. *num.* 5. vbi *num.* 6. cum eodem Gemin. *cons.* 120. *in fine, num.* 8. extendit, vt sit implicatiua sui contrarij, veluti si dicatur: Etiamsi lis pendeat indecisa, cuius statum, &c. quia comprehendit litem indecisam implicatiuè, & expressè, ac etiam litem finitam, ac decisam per tres conformes, quia implicatio hoc importat.

7 Sextò amplia, vt includat, & augeat dispositionem ad qualitatem, cui adiungitur, vt per Card. Tusch. *d. conclus.* 275. *num.* 7. vbi *num.* 9. post Anchar. *cons.* 268. *num.* 6. *vers. & hoc,* maximè extendit implicare etiam diuersas qualitates.

8 Septimò amplia, seu potiùs declara, de natura huius dictionis esse extendere, & implicare quod priùs non erat dictum, vt censuit Rota apud Farinacium *decis.* 408. *num.* 1. *in prima collect. nouiss.*

9 Extensiua est hæc dictio, & stat augmentatiuè, & ampliatiuè, vt *in l.* 2. *C. de testib.* notant Rimin. *cons.* 246. *num.* 83. *vol.* 3. Paris. *cons.* 46. *num.* 30. *cum seqq.* & *cons.* 144. *num.* 15. *vol.* 4. Staphil. *de lit. gratiæ, tit. de prærogat. expectatiuarum, num.* 2. & *in tit. de form. expectat. num.* 3. Menoch. *cons.* 331. *num.* 7. & *cons.* 336. *num.* 17. Surd. *decis.* 8. *num.* 12. & *cons.* 303. *num.* 15. Bertazol. *de clausul. instrument. claus.* 27. *glos.* 16. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 29. *num.* 11. Pic. *ad statut. Vrbis, glos.* 1. *num.* 2. Honded. *cons.* 40. *num.* 26. *lib.* 2. Seraphin. *decis.* 561. *num.* 1. Menoch. *cons.* 814. *num.* 48. Marc. Anton. de Amatis Marchiæ *decis.* 1. *num.* 26. Rot. apud Farinac. *decis.* 367. *num.* 1. *p.* 1. *recent.*

10 Ampliat hæc dictio, & extendit dispositionem legis ad alium casum, *Clem.* 1. *§. fin. de re iudic.* Burg. de Pace *ad l.* 1. *Tauri, num.* 39. Menoch. *cons.* 901. *num.* 36. Auget quod priùs non includebatur, Rain.

11 *cons.* 53. *num.* 19. *lib.* 2. præcipuè quando adiuncta est dictioni *Et,* vt *in l. si quis seruum, §. etiam, ff. de pecul.* notat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 36. *num.* 25. Et ita ampliat dispositionem, vt non possit importare restrictionem, Bald. *cons.* 209. *incip. Illa verba, num.* 2. *& num.* 4. quòd est dictio augmentatiua,

12

lib. 3. Gemin. *cons.* 132. *in princip.* Card. Tusch. *d. concluſ.* 275. *num.* 10.

13 Quandoque tamen importat reſtrictionem, quando repugnant verba, & diſpoſitio: ideò ſi teſtator legat vſumfructum vxori, ſicut habebat in domo teſtatoris, etiam ſe alimentando, dictio *Etiam* non ampliat, ſed limitat, ita vt ad alimenta legatum reſtringatur, Angel. *conſ.* 338. *num.* 3. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 275. *num.* 13. Et ideò in reſcripto accipitur pro reſtrictiua, vt importet idem quod *Videlicet*, quando ex materia, & neceſſitate ita debet interpretari, vt non plus ſit conceſſum, quàm petitum, Gozad. *conſ.* 73. *num.* 13. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 275. *num.* 14. *&* *num.* 12. poſt Bald. *conſ.* 209. *num.* 2. *lib.* 3. obſeruat, quòd quando hæc dictio importat dictionem *Maximè*, tunc ſi profertur per modum cauſæ finalis, vel per modum conditionis, reſtringit; ſecùs ſi profertur per modum demonſtrationis, aut per modum modi, fauore legatarij, quia tunc non reſtringit.

14 Declara, quòd licèt hæc dictio ſit extenſiua, non tamen ſtat cumulatiuè. Seraphin. *deciſ.* 1384. *num.* 5.

15 Includit hæc dictio diuerſas ſpecies ab expreſſis, Rim. *in princip. Inſtit. per quas perſonas, num.* 8. *fol.* 627. Cened. *d. ſing.* 51. *num.* 3.

16 Eſt repetitiua conditionum, & qualitatum præcedentis diſpoſitionis in ſequentem; ita Natt. *conſ.* 476. *num.* 8. Staphil. *de lit. gratiæ, tit. de ſexta forma, num.* 3. Ruin. *conſ.* 86. *num.* 4. *vol.* 1. & *conſ.* 53. *num.* 19. & *conſ.* 61. *num.* 9. *vol.* 2. Cened. *d. ſing.* 51. *num.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 16. *num.* 20. Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *num.* 6. Et repetere; ſi ponatur inter diuerſas orationes non perfectas, tradunt Decian. *conſ.* 17. *num.* 34. *lib.* 1. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 275. *num.* 16. *&* 17. Id reſtringentes, quia continuat orationes perfectas, non autem copulat, neque repetit.

17 Significare poſſe cauſam remotam, gratiâ euitandi abſonum intellectum, ait Natt. *conſ.* 64. *num.* 9.

18 Interdum importat copulam *Et*, & habet illius vim, ex traditis per Surd. *deciſ.* 210. *num.* 14. quæ ideò ſi ponatur inter diuerſa, operatur concurſum vtriuſque, Alex. *conſ.* 116. *num.* 15. *verſ. vnde, lib.* 2. vbi hoc maximè, quando abſonus intellectus reſultaret, ſi ſuam teneret naturam ampliandi, refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 275. *num.* 18.

19 Quandoque idem operatur, quod dictio *Hoc amplius*, & dictio *Vltrà*, Natt. *conſ.* 476. *num.* 8. *lib.* 2. Rim. Iun. *conſ.* 450. *num.* 58. *lib.* 4. Rolan. *conſ.* 27. *num.* 18. *tom.* 4. Mareſcot. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 83. *num.* 55. Hondcd. *conſ.* 40. *num.* 27. *lib.* 2.

20 Nonnunquam dicitur alternatiua, vt per Ferrer. *in conſtit. Cathalonia, gloſ.* 5. *num.* 109.

21 Aliquando interpretatur pro *Scilicet*, Gozadin. *conſ.* 73. *num.* 15. Cened. *d. ſing.* 51. *num.* 6. *in fine.*

22 Item præſupponit dictionem *Non ſolùm*, iuxta notata per Mationum *in l.* 4. *num.* 2. *gloſ.* 1. *tit.* 7. *lib.* 5. *nouæ Recapil.*

Etſi.

DICTIO CXIII.

1 HÆc dictio eadem eſt, ac *Etiamſi*, vel *Quamuis*, ac proinde ampliatiua, vt *in §. qua ratione, Inſtit. de pupillari ſubſtitut. cap. dudum, de præbend. lib.* 6. Gemin. *conſ.* 132. *in princip.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 319. *num.* 24. *&* 25. *& conſ.* 713. *num.* 28. 30. *&* 31. Crauet. *conſ.* 294. *num.* 7. *verſ. ſeptimò pondero,* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Et plus, verſ. Et ſi, pag.* 35. vbi ſubdit, quòd aduertſatur præcedentibus in facto, retentis eiſdem qualitatibus.

Æquipollet dictioni *Secùs*, iuxta notata per Surd. *conſ.* 427. *num.* 29. *lib.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Illatiua eſt dict.* Et ſic.
2 *Continuatiua, ac repetitiua ſenſus verborum præcedentium eſt dict.* Et ſic.
3 *Vocationem poſitorum in eodem capitulo, non in præcedenti inducit dict.* Et ſic.
4 *Reſtrictiua eſt dict.* Et ſic, *& explicat verba antecedentia generaliora, eáque reſtringit.*

Et ſic.

DICTIO CXIV.

1 EST illatiua hæc dictio, vt per Socin. ſen. *conſ.* 49. *num.* 2. *vol.* 1. Rota *deciſ.* 568. *num.* 4. *&* 6. *p.* 1. *diuerſ.* Magon. Floren. *deciſ.* 50. *num.* 4. Peregr. *conſ.* 47. *num.* 6. *vol.* 1. Ioan. Bapt. Coſta *de clauſul. conuentionalib. clauſ.* 25. *in fine.*

2 Continuatiua eſt, ac repetitiua ſenſus verborum præcedentium, Ruin. *conſ.* 102. *num.* 12. & *conſ.* 184. *num.* 6. *lib.* 2. Menoch. *conſ.* 328. *num.* 30. Rota *deciſ.* 128. *num.* 4. *par.* 2. *diuerſ.* Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *num.* 9. Honded. *conſ.* 45. *num.* 40. *vol.* 2.

3 quia aduertit *num.* 41. huiuſmodi dictionem inducere vocationem poſitorum in eodem capitulo, non in præcedenti.

4 Reſtrictiua eſt hæc dictio, & explicat verba antecedentia generaliora, eáque reſtringit, vt notat Ruin. *conſ.* 102. *num.* 11. *lib.* 2. quem citat Anton. Monach. Bononien. *deciſ.* 54. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Cauſam immediatam & proximam de ſui propria natura denotat dict.* Ex.
2 *In ſucceſſiuis non immediatis verificatur etiam dict.* Ex, *deſignans cauſam proximam, & immediatam.*
3 *Cauſam immediatam, non autem occaſionem remotam importat dict.* Ex.
4 *Statutum habens, quòd maritus lucretur dotem mortua vxore, ſi non extent filij ex eis, non impedit quin maritus lucretur etiam quòd extent nepotes.*
5 *Cauſam ſubſtantialem, & immediatam, ac materialem importat dict.* Ex.
6 *Coniunctionem ſignificat dict.* Ex.
7 *Separationem importat dict.* Ex.
8 *Cauſam mediatam, vel remotam aliquando denotat dict.* Ex, *ratione materiæ, & ad euitandam contrarietatem, ſeu abſonum intellectum.*
9 *Naturalitatem exigit dict.* Ex.
10 *Originem denotat dictio* Ex, *ſi iungatur cum genitiuo.*

11 *Extrin*

11 *Extrinſecitatem denotat dict.* Ex.
14 *Excluſiua eſt dict.* Ex, *propoſita diei.*
12 Poſt, *cũ tẽpori apponitur.*
13 A, *vel* Ab.
15 Propter.
16 De.
17 In.
18 Secundùm.
} Ex, *importat aliquando*
19 *Cauſam ſæpe declarat efficientem dict.* Ex.
20 *Modum aliàs declarat dict.* Ex.
21 Ex animo facere, *id eſt*, Ex voluntate.
22 Ex ſua voluntate, *id eſt*, Sponte.
23 Ex die diuortij, *id eſt*, poſt diem diuortij.
24 Ex ſententia, *idem eſt, quod* ex voluntate.
25 Ex eo, *id eſt*, Eapropter, Ea cauſa, Propter hoc.
26 Ex hoc, *id eſt*, Hinc, *ſeu* Vnde.
27 Ex corporis vitio, *id eſt*, Propter corporis vitium.
28 Ex continenti, *id eſt*, In continenti.
29 Ex latere, *id eſt*, Ex tranſuerſo.
30 Ex lege capere, *id eſt*, ſecundùm legem.
31 Ex poſt facto, *id eſt*, Poſtea, *vel* Poſt factũ.

Ex.

DICTIO CXV.

1 DE ſui propria, vera, & regulari ſignificatione denotat hæc dictio cauſam immediatam, & proximam, *vt in l. 1. §. ex incendio, ff. de incendio, ruina, & naufrag. & in l. 1. C. ſi ſeruus externus, & in l. non dubium, C. de legibus, & in cap. inter dilectos. de fide inſtr.* notant Caſtr. *conſ. 322. incip. Viſis, in princip. lib. 1.* Angel. Aret. *conſil. 30. incip. Videtur dicendum, nu. 21.* Alex. *conſ. 49. incip. Viſo proceſſu, n. 3. lib. 3. & conſ. 124. nu. 12. lib. 4. & conſ. 56. n. 3. & conſ. 61. n. 6. lib. 5. & conſ. 198. num. 11. & conſ. 144. num. 12. lib. 6. & in l. diuortio, §. ſicut, num. 6. ff. ſoluto matrim.* Barbat. *conſ. 63. col. 3. ad med. vol. 3.* Dec. *conſ. 69. poſt num. 3.* Gram. *conſ. 2. num. 3.* Roland. *conſ. 54. num. 11. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 9. num. 44. lib. 2.* Grat. *conſ. 100. num. 18. lib. 1.* Cephal. *conſ. 330. num. 40. lib. 3.* Socin. ſen. *conſ. 51. nu. 7. & 8. vol. 4.* Corn. *conſ. 290. num. 1. vol. 4. & conſil. 25. num. 1. & conſil. 122. num. 24. vol. 2.* Euerard. *conſ. 142. in fin.* Riminald. *in princip. num. 647. & in §. 1. num. 131. Inſtit. de donation.* Natt. *conſil. 64. num. 3.* Tiraq. *in tract. ceſſante cauſa, limit. 20. num. 29.* Mandoſ. *in gloſ. facult. in proœmio, in verb. Ex, fol. 18. col. 1.* Gulielm. Bened. *in cap. Raynutius, in verb. cætera bona, num. 28. de teſtam.* Hippol. *in l. 1. num. 11. C. ad leg. Cornel. de ſicariis. & in l. nihil intereſt, num. 16. ff. eod. tit.* Rebuff. *in l. vnica, in verb. prout, num. 150. C. de ſentent. quæ pro eo.* Menoch. *conſ. 40. num. 3. & nu. 29. & conſ. 152. num. 42. & de præſumpt. lib. 4. præſum. 81. num. 13.* Mareſc. *var. reſol. lib. 1. cap. 66. num. 14. & 15.* Quintil. Mandoſ. *in repet. rubr. de conſtit. num. 30.* Boſch. de Codecha *in repet. cap. 1. de iudic.* vbi Rip. *num. 4.* Brunor. à Sole *in locis commun. verb. dictio 9.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 1. tit. 12. num. 17.* Polidor. Rip. *in tract. ſingul. obſeruat. obſeru. 72. num. 10.* Sebaſtian. Medic. *in tract. de legib. p. 1. quæſt. 17. num. 13.* Oſaſc. *deciſ. 80. num. 5.* Surd. *conſ. 573. num. 41.* Cald. Pereira *de poteſtate eligendi, cap. 13. num. 24. & cap. 14. num. 4. & num. 39.* Dionyſ. Paul. *de vera Patriarchal. ſed. erect. cap. 4. n. 49.* Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 26. gloſ. 10. num. 1.* Cened. *poſt lib. pract. & canonic. quæſt. ſing. 30. num. 1.* Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc Iure, ff. de Iuſtit. & iure, p. 1. caſ. 4. num. 2.* Ferrer. *in conſtit. Cathalon. gloſ. 2. num. 15. & 16. & gloſ. 7. num. 84.* Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 266. num. 4. cum ſeqq.* Hieronym. Fernand. de Ottero *in interpretat. cap. 1. de iudic. num. 5.* Rota *deciſ. 507. num. 10.* apud Farinac. *p. 2. recent.*

2 Primò amplia, hanc dictionem deſignantem cauſam proximam, & immediatam verificari etiam in ſucceſſiuis non immediatis, quando aliquid de ſubſtantia primi retinet, veluti nepos, pronepos dicitur deſcendens ex auo, & ex proprio corpore aui; quia ſicuti filius participat in generatione de ſubſtantia patris, & nepos de ſubſtantia filij, & patris, & pronepos de ſubſtantia nepotis, filij, & patris, dicitur verificari dictio *Ex.* Ita Caſtr. *conſ. 164. incip. In præſenti cauſa, num. 4. verſ. Conſtat autem, lib. 2.* Cardin. Tuſch. *d. lit. D. concl. 276. num. 5.*

3 Secundò amplia, ſeu potiùs declara huiuſmodi dictionem importare cauſam immediatam, non autem occaſionem remotam; ſed tamen acquiſitam ex actione hæreditaria verificari eſſe ex hæreditate, quia ſufficit quòd ex actione acquiratur pecunia, ex pecunia bona, & erunt ex hæreditate. Ita Alex. *d. conſ. 49. num. 5. lib. 3.* Secus ſi aliquid acquiſitum eſſet ſub conditione, *Si hæres eris*, quia non eſt ex hæreditate, ſed occaſione hæreditatis. Ita Alex. *d. conſ. 49. in fin. num. 9. & conſ. 124. num. 12. lib. 4.* quem refert Card. Tuſch. *d. concluſ. 276. num. 6.* vbi *num. 7.* poſt Bart. *conſ. 109. in fin. lib. 1.* hinc infert, quòd ſi dicatur, quòd percuſſit cum gladio, ex quo ſanguis effluxit, denotat locum percuſſionis immediatum, non aliunde: & *num. 8.* poſt eumdem Bart. *conſ. 132. lib. 1.* ſubdit, quòd ſtatutum quòd maritus lucretur dotem 4 mortua vxore, ſi non extent filij ex eis, non impedit quin maritus lucretur etiam quòd extent nepotes, quia licèt nepotes in fauorabilibus veniant appellatione filiorum, tamen ſecus eſt, quando qualitas filiorum non conuenit nepotibus, prout dictio *Ex eis*, quæ denotat cauſam immediatam, quæ non conuenit nepotibus, prout filiis, & *num. 10.* poſt Alex. *conſ. 144. num. 12. lib. 6.* obſeruat, quòd quando ſtatutum diſponit, quòd pax non proſit, ſi ex percuſſione factus eſt ſanguis; quia ſi ex percuſſione quis cecidit in terram, & colliſo lapide fecit ſibi vulnus, certè non dicitur ex percuſſione, quia dictio *Ex*, denotat cauſam immediatam, ſecus ſi eſſet dictio *Propter.*

5 Tertiò amplia, hanc dict. importare ſubſtantialem & immediatam cauſam. Ita Bald. *conſ. 159. incip. Eleganter, num. 3. verſ. quia illa dictio, lib. 2.* ſicut etiam materialem, & immediatam cauſam. Signorol. *conſ. 170. num. 12.* refert Card. Tuſcn. *d. concluſ. 276. num. 11. & 12.*

6 Quartò amplia, hanc dictionem cauſam immediatam, & ſic coniunctionem ſignificare, ita vt ſi dicatur, ex linea Titij aliquem vocari, intelligatur de deſcendentibus ex Titio, quia coniunctionem inducit. Ita Bald. *conſ. 321. incip. Teſtamento cauetur, in fine, lib. 1.* Alex. *conſil. 124. incip. Super primo, num. 12. lib. 4.* quos refert Card. Tuſch. *d. concluſ. 276. nu. 13.* vbi *num. 15.* poſt Bald. *conſ. 197. lib. 4.* ſubdit, hanc 7 dict. importare ſeparationem. Ita vt ſtatutum dicens quòd decedenti ſine filiis ſuccedant in bonis paternis proximiores ex linea paterna, & in maternis proximiores ex materna, non habeat locum matre exiſtente, quia ipſa ſuccedit in totum, ex eo quod non poteſt fieri ſeparatio ab ea quæ eſt principium lineæ propter dictionem *Ex.*

8 Aliquando tamen iſta dictio *Ex*, ratione materiæ,

& ad

11 *Extrinsecitatem denotat dict.* Ex.
14 *Exclusiua est dict.* Ex, *proposita diei.*
12 Post, *cũ tẽpori apponitur.*
13 A, *vel* Ab.
15 Propter.
16 De.
17 In.
18 Secundùm.
} Ex, *importat aliquando*
19 *Causam sæpe declarat efficientem dict.* Ex.
20 *Modum aliàs declarat dict.* Ex.
21 Ex animo facere, *id est*, Ex voluntate.
22 Ex sua voluntate, *id est*, Sponte.
23 Ex die diuortij, *id est*, post diem diuortij.
24 Ex sententia, *idem est, quod* ex voluntate.
25 Ex eo, *id est*, Eapropter, Ea causa, Propter hoc.
26 Ex hoc, *id est*, Hinc, *seu* Vnde.
27 Ex corporis vitio, *id est*, Propter corporis vitium.
28 Ex continenti, *id est*, In continenti.
29 Ex latere, *id est*, Ex transuerso.
30 Ex lege capere, *id est*, secundùm legem.
31 Ex post facto, *id est*, Postea, *vel* Post factũ.

Ex.

DICTIO CXV.

1 DE sui propria, vera, & regulari significatione denotat hæc dictio causam immediatam, & proximam, *vt in l.* 1. §. *ex incendio, ff. de incendio, ruina, & naufrag. & in l.* 1. *C. si seruus exterus, & in l. non dubium, C. de legibus, & in cap. inter dilectos. de fide instr.* notant Castr. *cons.* 322. *incip. Visis, in princip. lib.* 1. Angel. Aret. *consil.* 30. *incip. Videtur dicendum, nu.* 21. Alex. *cons.* 49. *incip. Viso processu, n.* 3. *lib.* 3. *& cons.* 124. *nu.* 12. *lib.* 4. *& cons.* 56. *n.* 3. *& cons.* 61. *n.* 6. *lib.* 5. *& cons.* 198. *num.* 11. *& cons.* 144. *num.* 12. *lib.* 6. *& in l. duortio, §. sicut, num.* 6. *ff. soluto matrim.* Barbat. *cons.* 63. *col.* 3. *ad med. vol.* 3. Dec. *cons.* 69. *post num.* 3. Gram. *cons.* 2. *num.* 3. Roland. *cons.* 54. *num.* 11. *vol.* 3. Paris. *cons.* 9. *num.* 44. *lib.* 2. Grat. *cons.* 100. *num.* 18. *lib.* 1. Cephal. *cons.* 330. *num.* 40. *lib.* 3. Socin. sen. *cons.* 51. *nu.* 7. *&* 8. *vol.* 4. Corn. *cons.* 290. *num.* 1. *vol.* 4. *& consil.* 25. *num.* 1. *& consil.* 122. *num.* 24. *vol.* 2. Euerard. *cons.* 142. *in fin.* Riminald. *in princip. num.* 647. *& in §.* 1. *num.* 131. *Inst. de donation.* Natt. *consil.* 64. *num.* 3. Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.* 20. *num.* 29. Mandos. *in glos. facult. in proœmio, in verb. Ex, fol.* 18. *col.* 1. Gulielm. Bened. *in cap. Raynutius, in verb. cætera bona, num.* 28. *de testam.* Hippol. *in l.* 1. *num.* 11. *C. ad leg. Cornel. de sicarijs. & in l. nihil interest, num.* 16. *ff. eod. tit.* Rebuff. *in l. vnica, in verb. prout, num.* 150. *C. de sentent. quæ pro eo.* Menoch. *cons.* 40. *num.* 3. *& nu.* 29. *& cons.* 152. *num.* 42. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsum.* 81. *num.* 13. Maresc. *var. resol. lib.* 1. *cap.* 66. *num.* 14. *&* 15. Quintil. Mandos. *in repet. rubr. de constit. num.* 30. Bosch. de Codecha *in repet. cap.* 1. *de iudic.* vbi Rip. *num.* 4. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. dictio* 9. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 12. *num.* 17. Polidor. Rip. *in tract. singul. obseruat. obseru.* 72. *num.* 10. Sebastian. Medic. *in tract. de legib. p.* 1. *quæst.* 17. *num.* 13. Osasc. *decis.* 80. *num.* 5. Surd. *cons.* 573. *num.* 41. Cald. Pereira *de potestate eligendi, cap.* 13. *num.* 24. *& cap.* 14. *num.* 4. *& num.* 39. Dionys. Paul. *de vera Patriarchal. sed. erect. cap.* 4. *n.* 49. Bertaz. *de clauf. instrum. clauf.* 26. *glos.* 10. *num.* 1. Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. sing.* 30. *num.* 1. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc Iure, ff. de Iustit. & iure, p.* 1. *cas.* 4. *num.* 2. Ferrer. *in constit. Cathalon. glos.* 2. *num.* 15. *&* 16. *& glos.* 7. *num.* 84. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 266. *num.* 4. *cum seqq.* Hieronym. Fernand. de Ottero *in interpretat. cap.* 1. *de iudic. num.* 5. Rota *decis.* 507. *num.* 10. apud Farinac. *p.* 2. *recent.*

Primò amplia, hanc dictionem designantem causam proximam, & immediatam verificari etiam in successiuis non immediatis, quando aliquid de substantia primi retinet, veluti nepos, pronepos dicitur descendens ex auo, & ex proprio corpore aui; quia sicuti filius participat in generatione de substantia patris, & nepos de substantia filij, & patris, & pronepos de substantia nepotis, filij, & patris, dicitur verificari dictio *Ex.* Ita Castr. *cons.* 164. *incip. In præsenti causa, num.* 4. *vers. Constat autem, lib.* 2. Cardin. Tusch. *d. lit. D. concl.* 276. *num.* 5. 2

Secundò amplia, seu potiùs declara huiusmodi dictionem importare causam immediatam, non autem occasionem remotam; sed tamen acquisitam ex actione hæreditaria verificari esse ex hæreditate, quia sufficit quòd ex actione acquiratur pecunia, ex pecunia bona, & erunt ex hæreditate. Ita Alex. *d. cons.* 49. *num.* 5. *lib.* 3. Secus si aliquid acquisitum esset sub conditione, *Si hæres eris*, quia non est ex hæreditate, sed occasione hæreditatis. Ita Alex. *d. cons.* 49. *in fin. num.* 9. *& cons.* 124. *num.* 12. *lib.* 4. quem refert Card. Tusch. *d. conclus.* 276. *num.* 6. vbi *num.* 7. post Bart. *cons.* 109. *in fin. lib.* 1. hinc infert, quòd si dicatur, quòd percussit cum gladio, ex quo sanguis effluxit, denotat locum percussionis immediatum, non aliunde: & *num.* 8. post eumdem Bart. *cons.* 132. *lib.* 1. subdit, quòd statutum quòd maritus lucretur dotem mortua vxore, si non extent filij ex eis, non impedit quin maritus lucretur etiam quòd extent nepotes, quia licèt nepotes in fauorabilibus veniant appellatione filiorum, tamen secus est, quando qualitas filiorum non conuenit nepotibus, prout dictio *Ex eis*, quæ denotat causam immediatam, quæ non conuenit nepotibus, prout filiis, & *num.* 10. post Alex. *cons.* 144. *num.* 12. *lib.* 6. obseruat, quòd quando statutum disponit, quòd pax non profit, si ex percussione factus est sanguis; quia si ex percussione quis cecidit in terram, & collisso lapide fecit sibi vulnus, certè non dicitur ex percussione, quia dictio *Ex*, denotat causam immediatam, secus si esset dictio *Propter.* 3 4

Tertiò amplia, hanc dict. importare substantialem & immediatam causam. Ita Bald. *cons.* 159. *incip. Eleganter, num.* 3. *vers. quia illa dictio, lib.* 2. sicut etiam materialem, & immediatam causam. Signorol. *cons.* 170. *num.* 12. refert Card. Tusch. *d. conclus.* 276. *num.* 11. *&* 12. 5

Quartò amplia, hanc dictionem causam immediatam, & sic coniunctionem significare, ita vt si dicatur, ex linea Titij aliquem vocari, intelligatur de descendentibus ex Titio, quia coniunctionem inducit. Ita Bald. *cons.* 321. *incip. Testamento cauetur, in fine, lib.* 1. Alex. *consil.* 124. *incip. Super primo, num.* 12. *lib.* 4. quos refert Card. Tusch. *d. conclus.* 276. *nu.* 13. vbi *num.* 15. post Bald. *cons.* 197. *lib.* 4. subdit, hanc dict. importare separationem. Ita vt statutum dicens quòd decedenti sine filiis succedant in bonis paternis proximiores ex linea paterna, & in maternis proximiores ex materna, non habeat locum matre existente, quia ipsa succedit in totum, ex eo quod non potest fieri separatio ab ea quæ est principium lineæ propter dictionem *Ex.* 6 7

Aliquando tamen ista dictio *Ex*, ratione materiæ, 8

& ad

& ad euitandam contrarietatem, vel absonum intellectum, non denotat causam immediatam, sed potiùs mediatam, vel remotam; vt *in d. §. ex incendio, & in l. finita, §. deinde.* vbi Bart. *ff. de damno infecto, & in l. certi conditio,* & ibi Ias. *num.* 15. *ff. de reb. creditis. in l. certi conditio,* & ibi Ias. *num.* 15. *ff. de reb. creditis.* Tiraq. *d. limit.* 20. *num.* 30. *in fin.* Staphil. *de liter. gratia, in præfat. num.* 18. Fulgos. *cons.* 13. *num.* 1. Signorol. *cons.* 170. *num.* 12. *cum seqq.* Vulpell. *d. loco, num.* 1. Rimin. *cons.* 109. *num.* 8. *lib.* 1. Menoch. *consil.* 40. *num.* 29. Natt. *cons.* 64. *num.* 3. *&* 9. idem Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *num.* 16. Cald. Pereira *d. cap* 14. *numero* 38. Cened. *d. singul.* 30. *numero* 2. *&* 3.

9 Naturalitatem exigit hæc dictio, nec est ciuili contenta, vt ex Tiraq. *in l. si vnquam, verb. liberos, num.* 13. *C. de reuocand. donat.* & aliis, tradit Cald. Pe-
10 reira *de potest. eligendi, cap.* 13. *num.* 21. Et quòd si iungatur cum genitiuo, originem denotare solet, ait Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ, glos.* 7. *num.* 84.

11 Separatiua est hæc dictio, & extrinsecitatem denotat, vt per Bald. *cons.* 196. *paulò ante finem, vol.* 4. Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 54. Rebuff. *in l. vnica, in glos. prout, num.* 150. *C. de sent. quæ pro eo,* Cened. *d. sing.* 30. *num.* 7. Seraphin. *decis.* 461. *num.* 6.

12 Hæc dictio *Ex* multas, & varias habet significationes. In primis, tempori appositæ exponitur pro *Post*, Cic. *pro Sextio*: Si quis anteà mirabatur, nec ex hoc tempore miretur potiùs, id est, post hoc tempus. Idem *in Brut.* Corta ex Consulatu profectus est in Galliam, id est, post Consulatum. Ita accipitur *in l.* 1. §. *item si, ff. quando dies legati cedat, l.* 1. §. 1. *iuncto §. si mulier, ff. de liber. agnoscendis,* cum aliis citatis per Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 54. quem refert Cened. *d. sing.* 30. *num.* 5.

13 *A*, vel *Ab* aliquando designat, vt *in l.* 2. *vers. initium, & vers. ex veteri iure, C. de veteri iure enucleando, & in l. ambigua, ff. de legib.* notant Tiraq. *d. glos.* 11. *num.* 54. Mandos. *in glos. facult. in proœmio, in verb. ex, fol.* 18. Cened. *d. sing.* 30. *num.* 5. Nam huiusmodi dictiones denotantes terminum à quo, suapte natura sunt exclusiuæ, & separatiuæ. Ita ex Tiraq. Magon. & aliis, tradit Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancellar. glos.* 12. §. 1. *num.* 23. vbi *num.* 24. limitat, nisi aliud materia subiecta, vel natura contractus, aut mens disponentium, seu fauor, aut odium persuadeat, vel vt euitetur absurdum, seu correctio: nam tunc stabit inclusiuè.

14 Dictio ista proposita diei, eum diem excludit, Bald. *in l. vlt. in princip. C. de tempor. appell. & in l. vlt. col.* 2. *C. de iur. dom. imper.* Tiraq. *d. glos.* 11. *num.* 55. *cum seq.* Cened. *d. sing.* 30. *num.* 6. Et excludere diem à quo, vt non computetur, resoluit Sigismund. Scaccia *de appell. q.* 12 *num.* 57.

15 *Propter* interdum designat, vt *in l. dotale prædium,* 2. *iuncta glos. fin. ff. de fundo dotali, l.* 3. §. *cùm Pollidius, ff. de vsuris,* Paris. *cons.* 9. *num.* 44. *vol.* 2. Mandos. *vbi supra,* Cened. *d. sing.* 30. *num.* 4.

16 *De* nonnunquam denotat, vt per Oldrad. *cons.* 329. *num.* 11. Pauin. *de offic. & potestate Capituli Sede vacante, in primo prælud. in fine,* Mandos. *in d. verb. ex,* Cened. *d. sing.* 30. *num.* 5. *in medio.*

17 *In* quandoque denotat, vt *in l. ex his, ff. de leg. &* *in l.* 2. ibi, *Vt ex vinculis causam dicat, ff. de custod. reor.* Mandos. *vbi supra,* Cened. *d. num.* 5. *in fine.*

18 *Secundùm* non semel denotat, Cic. 2. *Philippic.* Nihil nisi ex optimo more, & sanctissima disciplina. Idem 5. *Tusculan.* Ex præceptis Philosophiæ acta vita.

19 Hæc dictio causam sæpe declarat efficientem, Cic. *lib.* 16. *epist.* 21. Quando igitur tum ex me doluisti, nunc vt duplicetur tuum ex me gaudium, præstabo. Idem *in Brut.* Ex te duplex nos afficit sollicitudo, quòd & tu Republica careas, & illa te. Idem *de Amicit.* Domus mea ædificatur ex autoritate Senatus, pecunia publica. Et hinc dicimus, *Ex decreto, ex testamento, ex formula.*

Modum aliàs declarat, Cic. 1 *Officior.* Simplices, & 20
aperti, qui nihil ex occulto, nihil ex insidiis agendum putant. Idem *pro Cluen.* Multi boni viri ex occulto interuenissent. Idem 3. *in Verr.* Voluisti ex improuiso, si quæ res natæ essent, &c. decernere. Liu. *lib.* 28. Ex insperato repentè misistis nobis hunc Scipionem.

Ex animo facere, id est, ex voluntate, non fictè, 21
vel coactè, *l.* 3. ibi, *Quam ex animo accusare, ff. de adulter.* Cic. *in Pison.* Equidem dicam ex animo quod sentio. Idem *ad Quintr. lib.* 1. *epist.* 1. Te autem alienum hominem ament ex animo.

Ex sua voluntate, id est, sponte, & sine mandato, 22
l. cum, qui ex sua voluntate, ff. de minorib.

Ex die diuortij, id est, post diem diuortij, *l. licet,* 23
in fine, ff. de iure dotium, l. hæreditas ex die, ff. de hæred. instituend. l. 1. §. 1. iuncto §. *si mulier, ff. illo tit. de iure dotium.*

Ex sententia, idem est, quod ex voluntate, id est, 24
vt volumus, Cic. *lib.* 12. *epist.* 10. Ex sententia confecta sunt. Plaut. *Menechm.* Bene obsonauit, & ex mea sententia. Terent. *Heaut.* Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia.

Ex eo, id est, Eapropter, ea causa, propter hoc, 25
vt *in l.* 1. *in princip. ff. de postulan. & in l. qui testamentum, in fine, ff. de probat.* Vel inde *l.* 4. §. *fin. ff. de statu homin.* Cened. *d. sing.* 50. *num.* 5. *in fine.*

Ex hoc, id est, hinc, seu vnde, vt *in l. & seruorum,* 26
§. *ex hoc quæsitum, ff. de statu hominum.*

Ex corporis vitio, id est, propter corporis vitium, 27
l. ob quæ vitia, in princip. ff. de ædilitio edicto.

Ex continenti, id est, incontinenti, siue mox, vt 28
in l. sed si ex parte, §. *penult. ff. quod cum eo.*

Ex latere, id est, ex transuerso, *l. fin. ff. de ritu nupt.* 29
l. 1. *ff. de gradibus.*

Ex lege capere, id est, secundùm legem, vt *in l.* 30
quemadmodum, §. *magistratus, ff. ad legem Aquiliam.*

Ex postfacto, id est, posteà, vel post factum, *l. si* 31
Titio, ff. de pign. l. omnis hæreditas, ff. de regul. Iuris.

Excommunicetur.

Dictio CXVI.

VErbum hoc est canon latæ sententiæ, per ea, 1
quæ tradunt Mathesil. *sing.* 111. *incip. Nota quòd.* Cremen. *sing.* 7. *incip. Tuscis,* Bernard. *reg.* 779. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, à num.* 39. *C. de reuocan. donat.* Lancell. Conrad. *in temp. omnium Iudicum, lib.* 1. *cap.* 1. §. 4. *num.* 3. quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 7. *num.* 14.

Ex nunc.

Dictio CXVII.

LIcèt hoc aduerbium sit præsentis temporis, vt 1
in l. 1. §. *nunc tractemus, ff. de tutel.* & tradunt Tiraq. *de retractu conuent.* §. 2. *glos.* 1. *num.* 86. *in fine,* Cened. *sing.* 14. *num.* 4. *in princip.* & referatur ad tempus actus facti, Cassad. *decis.* 3. *num.* 10. *de probat.*

Paris.

Pariſ. *conſ.*82. *num.* 17. *vol.* 4. Gabr. *conſ.* 69. *num.* 4. *lib.* 1. ac proinde temporis inchoationem deſignet, Mareſc. *variar.reſolut. lib.*2. *cap.* 39. *num.* 2. Futurum tamen denotat effectum, vt obſeruant Rebuff. *l.mulieris appellatione*, §. *deſinere*, *verſ. præterea*, *pag.* 126. *ff.de verbor.ſignif.* Cened.*d ſing.* 14. *num.*4.

SVMMARIVM.

1 *Temporis extremitatem denotat dictio* Ex tunc, *&* num. 3. 4. & 5.
2 *Terminus ſi detur ad probandum ad vnum menſem, & ex tunc alius terminus ad reprobandum, non poterit fieri reprobatio, donec durat terminus probatorius.*
6 *Excludit dict.* Ex tunc, *diem à quo, vt non computetur.*
7 *Sententiæ latæ vim habet dict.* Ex tunc.
8 *Dict.* Ex tunc, *quando apponitur in actu conditionali, operatur à die adimplementi conditionis, non autem à die prolationis verborum.*

Ex tunc.

DICTIO CXVIII.

1 EXtremitatem temporis hæc clauſula ſignificat, & denotat vltimum temporis implementum, vt *in l.4. ff.de condit.& demonſtr.* & *in l.vlt. ff. de fideicommiſſ. libert. & in l. in ſubſtit.* §. *fin.* iuncta gloſ.*verb. ex eo, ff. de vulgari, & pupillari ſubſtit. cap. ſuper eo, de appell. cap. ſi eo tempore, de reſcriptis, in* 6. gloſ. *in Extrauag. ſuſcepti, Ioan.* 22. *de elect.* notant Pariſ. *conſ.* 143. *num.*1. *lib.* 4. Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *gloſ.* 11. *num.* 39. Rebuff. *in comment. ad l. mulieris appell.* 13. *verſ.* 8. *ff. de verbor. ſignif. pag. mihi* 91. Matien. *l.* 14. *gloſ.*1. *num.*44. *tit.*4. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Flamin. Pariſ. *de reſign. tom.*2. *lib.* 71. *queſt.* 2. *num.*15. Cald. Pereira *queſt. forenſ. lib.* 1. *q.* 6. *num.* 74. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.*2. *lit.D. concluſ.*279. *num.*11.

2 Vnde fit, vt ſi detur terminus ad probandum ad vnum menſem, & ex tunc alius terminus ad reprobandum, non poterit fieri reprobatio, donec durat terminus probatorius, niſi habens terminum ad probandum renunciaret dilationi ad ſui fauorem conceſſæ; ita Gemin. *conſ.* 121. *num.*4. *verſ. idem probat*, quem refert Card. Tuſch. *d.concluſ.*279. *num.*1.

3 Idem eſt in diſpoſitione, in qua declaratur quis hæres, ſi ſoluat alimenta vſque ad ætatem nubilem filiæ excluſæ; & ſi non ſoluerit, ex tunc priuatus ſit, quia cenſetur priuatus, ſolùm poſtquàm ætas nubilis aduenerit, non antè, quia hæc dictio *Ex tunc* importat, & denotat temporis extremitatem. Ita Bald. *conſ.* 150. *incip. Proponitur*, *num.* 8. *verſ. modò reſtat*, *lib.*5. prout illum refert Cened. *vbi ſuprà*, *num.*2.

4 Idem eſt, ſi hæres inſtituatur cum conditione, ſi manſerit in domo teſtatoris, & vitam honeſtam vidualem ſeruauerit; aliàs ex tunc, ſi contrarium fecerit, inſtituit alios, quia denotat extremitatem temporis, vt antequàm contraueniat, non priuetur. Ita Caſtr. *conſ.*259. *incip. Omnis difficultas, col.*2. *in fine, num.* 3. *lib.*1.

5 Idem eſt in laudo lato, quòd quis ſit hæres, ſi ſoluat filiæ teſtatoris certum quid, aliàs ſi deficiat in ſolutione, ex tunc filia ſit hæres, quia importat extremitatem temporis, vt per Angel. de Peruſio *conſ.*42. *incip. Porrecta fuit, in fine, verſ. per hoc etiam patet.*

Regulariter hæc dictio excludit diem à quo, vt 6
non computetur, iuxta reſoluta per Sigiſmund. Scacc. *de appell. q.*12. *num.*57.

Habet vim latæ ſententiæ, vt ex tunc excommu- 7
nicatio incurratur, ex adductis per Corn. *conſ.* 104. *ſub num.* 2. *verſ. licèt ergo non fuerit, lib.* 1. Redoan. *de ſpoliis, q.* 17. *num* 53. Soar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 7. poſt *num.* 7. Ioan. de Salas *in ſimili tract. q.* 96. *tract.* 14. *diſput.*15. *ſect.* 6. *ſub num.* 78. Rebell. *de oblig. iuſt. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 6. *n.* 37. Sayro *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 27. Monet. *de diſtrib. quotid. p.* 3. *q.* 7. *num.* 36. *&* 37. Farinac. *fragm. crim. p.*2. *lit. L. verb. lex, num.*96.

Quando apponitur hæc dictio in actu condi- 8
tionali, operatur à die implementi conditionis, non autem à die prolationis verborum, iuxta reſoluta per Flamin. Pariſ. *de reſign. lib.*6. *q.*4. *num.* 59. & per Cened. *d. ſing.*14. *num.*3.

De clauſula *Ex nunc, prout ex tunc*, plenè dixi *in tractatu de clauſulis, clauſ.* 59.

Expellatur.

DICTIO CXIX.

VErbum hoc denotat latam ſententiam, ſonat r enim in factum, non in ius, & ſic innuit, quòd non eſt neceſſaria ſententia priuationis, ſed ſufficit expulſio facti, iuxta reſoluta per Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 174. *cum ſeq. C. de reuocand. donat.* vbi poſtquàm pro, & contra, multa adduxit, videtur reſidere in opinione vltimo loco per eum relata, quòd ſcilicet non ipſo iure, ſed ferendam ſententiam ſignificet; vide Ioan. de Salas *de legib. q.* 96. *tract.*14. *diſput.* 15. *ſect.* 6. *ſub num.* 78. Farinac. *fragment. crimin. p.*2. *verb. Lex, num.*134.

Ex poſt.

DICTIO CXX.

HÆc dictio referri poteſt etiam ad longum in- 1
teruallum, vt per Rotam Bononien. diuerſ. *deciſ.*34. *num.*23.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* Extra *ex diametro aduerſatur dictioni* Intra.
2 *Remotionem & ſeparationem importat dictio* Extra.
3 *Foris denotat dictio* Extra, *ſed tamen interpoſito interuallo.*
4 *Præter non rarò importat dict.* Extra.
5 *Abſque nonnunquam importat dict.* Extra.

Extra.

DICTIO CXXI.

HÆc dictio ex diametro aduerſatur dictioni 1
Intra, l. 1. §. *ſine autem, ff. de aqua quotidiana, &*

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

æstiua, ibi, *Siue autem intra Vrbem sit aqua, siue extra, huic interdicto locus erit.* Cic. 5. *Tusculan.* Solánе beata vita relinquitur extra ostium, liménque carceris? Idem *de natura Deor.* Sensibus, & animo ea, quæ extrà sunt, percipimus. Notant Alciat. *cons.* 1. *num.* 11. *lib.* 2. *tom.* 1. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. ex, vers. extra, pag.* 36. Bertazol. *de clausul. instrument. clausul.* 26. *glos.* 6. *num.* 1. *&* 2. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 280. *num.* 4.

2 Importat hæc dictio remotionem, & separationem, *l. absente, ff. de verbor. signif.* Alber. *in suo Diction. verb. extra,* vbi subdit, quòd habet multos significatus, Card. Tusch. *d. conclus.* 280. *num.* 1. vbi *num.* 5. post Archid. *in cap. statutum, num.* 4. *&* 5. *de election. lib.* 6. subdit, quòd si hæc dictio apponatur ciuitati, veluti extra ciuitatem, non intelligitur extra muros ciuitatis, sed extra continentia ciuitatis, cuius appellatione veniunt suburbia; secùs si extra vrbem, quæ continetur ex muris.

3 Foris denotat, sed tamen interpositio interuallo; ita Ioan. Andr. *in d. cap. statutum, num.* 9. & ibi Gemin. *in §. in nullo, num.* 2. Card. Tusch. *d. concluf.* 280. *num.* 2. *in princip.*

4 *Præter* non rarò importat hæc dictio, Cic. 2. *de legib.* Extra Collegium Sacerdotum ne quisquam sacra, quæ publicè essent constituta, noscet. Idem *l.* 7. *epist.* 3. Extra ducem, paucósque prætereà. Card. Tusch. *d. conclus.* 280. *num.* 2.

5 Nonnunquam importat idem quod dictio *Absque,* Cic. *de Inuent.* Se extra omnem culpam, & causam posuit. Idem 1. *Offic.* Ne extra modum sumptu, & magnificentia prodeas. Idem *lib.* 7. *epist.* 16. Sed mehercule extra iocum homo bellus est. Idem 1. *Verr.* Extra hanc contentionem, certaménque nostrum familiariter tecum loquar.

Extrinsecus.

DICTIO CXXII.

1 ADuerbium hoc contrarium habet, *Intrinsecus,* Cic. 2. *de nat. Deor.* Ducunt extrinsecus spiritum pulmones, & cor. Id. 1. *de Diu.* Animos hominum extrinsecus esse tractos, & hausros. Id. 2. *Academ.* Irrumpunt extrinsecus in animos nostros per corpus imagines nobis dormientibus. Id. 4. *Tusc.* Corporum adiumenta adhibentur extrinsecus, animorum salus inclusa in ipsis est.

Facilè.

DICTIO CXXIII.

1 PRæter vulgatam huius dict. significationem interdum vsurpatur pro, *Sine controuersia.* Cic. *pro Rosc. Amer.* Non solùm sui municipij, sed etiam illius vicinitatis facilè primus. Id. 2. *de Diu.* Eudemus Platonis auditor in Astrologia, iudicio doctissimorum hominum facilè Princeps.

2 Aliquando iungitur cum superlatiuo. Cic. *pro Rab.* virum vnum totius Græciæ facilè doctissimum Platonem. Id. *Tusc.* Africani fratris nepos vitæ omnium perditorum ita similis, vt esset facilè deterrimus.

SVMMARIVM.

1 *Imminuunt nonnihil rem, aut numerum dict.* Ferè, & Fermè.
2 *Comparatiuè quando ponitur dict.* Ferè.
3 *Diminutiua est dict.* Ferè, *& non firmat in omnibus.*
4 *Imperfectionem denotat dict.* Ferè.

Ferè.

DICTIO CXXIV.

FErè, & *Fermè* imminuunt nonnihil rem, aut numerum, Cic. 1. *offic.* Quemadmodum ducatur honestum, satis ferè dixi. Id. *in Brut.* Vt ei nihil fermè quisquam possit addere. Id. *Attic. lib.* 7. Hora ferè nona. Interdum hæc dictio *Ferè,* videtur aliquid addere. Cic. *lib.* 3. *de natur. Deor.* Hæc ferè habui dicere de natura Deorum. Nonnumquam vsurpatur pro *Plerumque.* Cicer. *pro leg. Man.* Hoc iam ferè sic fieri accepimus. Id. *lib.* 1. *epist.* Nunc etiam ab orationibus disiungo me ferè, referóque ad mansuetiores Musas. 1

Ponitur quandoque dictio *ferè* comparatiuè, *l. magis, ff. de reb. credit.* Non semel electiuè, *l. & si fortè, §. hæc actio, ff. de seruit. l.* 1. *§. final. C. com. diuid.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. sign. sub hac dict. pag.* 38. 2

Est etiam diminutiua, & non firmat in omnibus, *l. in omni, ff. de adopt. l. vtile, §. vendentibus, ff. de minorib.* Rot. apud Marches. *de commiss. p.* 2. *pag.* 536. *num.* 9. Et fuit dictum *in vna Interamnen. pecuniaria* 23. *Iunij* 1603. *coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano,* impressa per Pic. *ad statuta vrbis, quæst.* 19. *nu.* 28. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. sub hac dict. *num.* 19. 3

Et quòd de sui natura sit diminutiua, ac imperfectionem denotet, iuxta text. *in l. querela, C. ad l. Cornel. l.* 2. *§. vlt. ff. de origine Iuris, cap. vlt. de Cleric. agrotante, cap. quia sine* 4. *quæst.* 8. notat Oldrad. *consil.* 49. *num.* 18. quem refert & sequitur Bertachin. *in suo repert. verbo Ferè:* & illis citatis fuit resolutum *in Segurtina admissionis ad Capitulum* 7. *Iunij* 1610. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo,* impressa per Farinac. *decis.* 290. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* 4

SVMMARIVM.

1 *Tempus futurum respicit verbum* Fiat.
2 *Tempus præsens aliquando denotat verbum* Fiat.
3 *Pœna ipso iure non imponitur per verbum* Fiat, *cùm sit futuri temporis.*
4 *Rem ipso iure fieri non denotat verbum* Fiat.

Fiat.

DICTIO CXXV.

VErbum hoc futurum tempus respicit, vt *in l.* 2. *§. Deinde, ff. ne quid in loco publico, l.* 1. *in princip. ff. de flumin.* & glos. *verb. Fiat, in cap. quisquis, de elect.* tradit Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 208. *C. de reuocan. donat.*

Aliquando

2 Aliquando denotat tempus præsens, vt Genes. 1. *Fiat lux, & facta est lux.* & Luc. 1. *Fiat mihi secundum verbum tuum,* tradunt Felin. *in cap. Rodulphus. num. 26. de rescript.* Ludou. Gom. *in reg. Cancell. de non iudican. iuxta formam supplicationis, quæst 16. in vers. est in primis.* Rebuff. *in praxi beneficiali, p. 1. verb. concessum vt petitur, num. 15. & 16.* Mandos. *in reg. Cancell. 33. de sign. & fiat, quæst. 2. num. 4.* Mascard. *de prob. conclus. 845. num. 17.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erectione, cap. 5. num. 57.*

3 Pœna ipso iure non imponitur per hoc verbum, cùm sit futuri temporis, iuxta tradita per Doctores *in cap. in pœnis, de regul. Iur. in 6.* & Panorm. *in cap. 2. & in cap. si diligenti, de for. competen.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num. 39.* Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 8. numero 21. vers. fallit.* Ludou. Carbo *in tra. de legib. lib. 8. disput. 6. in princip. vers. secunda regula.* Monet. *de distribut. quotid. p. 3. quæst. 7. num. 41.*

4 Nec denotat hæc dictio rem ipso iure fieri, *glos. in d. cap. quisquis, & in cap. si quis, de vita, & honest. Cleric.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num. 210. & seq.* Soar. *de leg. lib. 5. cap. 6. sub num. 25.* Farin. *fragm. crim. p. 2. verb. lex, num. 148.*

SVMMARIVM.

1 *Verificatio eius, quod per dict.* Forsan, Forsitan, & Fortassis *asseritur, non est necessaria, cùm per illas nihil affirmetur.*
2 *Assertionis notæ aliquando sunt dict.* Forsan, Forsitan, *&* Fortassis.
3 *Dubietatem facti in facto important dictiones* Forsan, Forsitan, *&* Fortassis, *non dubietatem Iuris.*
4 *Veritatem interdum importat dictio* Forsan.
5 *Assertiuè quandoque stat dict.* Forsan, *secundùm subiectam materiam.*
6 *Augmentatiuè in gratia stat nonnunquam dictio* Forsan.
7 *Narratiua concepta sub dict.* Forsan, *non eget iustificatione.*

Forsan, Forsitan, Fortassis.

DICTIO CXXVI.

1 QVando huiusmodi dictiones apponuntur, nihil affirmatur, & ideo non est necessaria verificatio eius, quod per tales dictiones asseritur, vt *in l. in substit. ff. de vulgari*, notant Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Forè, vers. Forsitan, pag. 38.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 32. num. 10. & 11.*

2 Aliquando sunt notæ assertionis, iuxta tradita per Rebuff. *in comment. ad l. ostensum 38. vers. fortè, ff. de verb. signif. pag. mihi, 208. & in concord. tit. forma mandati.* Apost. *pag. 715.*

3 Regula est, quod huiusmodi dictiones in facto important dubietatem facti, non dubietatem Iuris, vt per Ias. in *l. si ex falsis, num. 5. C. de transact.* Menoch. *consil. 759. numero 4.* Cardin. Tusch. *pract. concluss. tom. 2. lit. D. concl. 281. num. 1.* Et signanter quod dictio *Forsitan*, sit nota dubitationis, deprehenditur ex *l. Gallus, §. forsitan, ff. de liber. & posthum.* Et de dictione *Fortassis, in l. 1. §. si quis nesciat, ff. de tut. & facti ignorantia, l. Iulia, 2. ff. de ritu nupt.*

Interdum dictio *Forsan* importat veritatem, vt per glos. *verb. Forsan, in cap. 2. de testam.* Ias. *in d. l. si ex falsis, num. 5. & in l. substitutione, ff. de vulgari, etiam num. 5.* Cardin. Tusch. *d. concl. 281. num. 6.* vbi *nu. 7.* restringit, quando apponitur rationi, non autem decisioni Iuris, quia tunc ratio non est finalis. 4

Nonnunquam ista dictio *Forsan*, stat assertiuè secundùm iustam materiam, ex adductis per Rotam *decis. 35. num. 3.* apud *Farinac. in 1. collect. nouissimarum.* Vnde vulgò dicitur; *Sub dubio forsan respondent sæpe periti.* 5

Quandoque *Forsan* in gratia stat augmentatiuè, prout si impetrans beneficium dicat, quod forsan sit iurispatronatus, non tamen se restringit, sed auget gratiam. Rota *decis. 64. lib. 2. p. 3. diuers.* Cardin. Tusch. *d. lit. D. concluss. 281. num. 8.* Vide Menoch. *cons. 759. num. 5* Vnde narratiua concepta sub ista dictione *Forsan*, non eget iustificatione secundùm Felin. *in cap. accedens 1. num. 10. vers. melior responsio est, vt lite non contestata.* Natt. *cons. 245. incip. in causa, num. 3. lib. 2.* Crau. *consil. 157. incip. Nobilis, num. 9.* Quibus citatis fuit resolutum *in Ferrarien. Prioratus 28. Iunij 1610. coram Penia*, impress. per Farin. *decis. 248. num. 9. p. 1. recent.* 6 7

SVMMARIVM.

1 *Dubitationis nota est dict.* Fortè, *quando factum respicit.*
2 *Narrata per dict.* Fortè, *non sunt necessario verificanda.*
3 *Confessio non resultat ex dictis per dictionem* Fortè.
4 *Deponens per dictionem* Fortè, *nihil concludit, quia videtur dubitatiuè deponere.*
5 *Dubitationem non inducit dictio* Fortè, *quando ponitur super Iure.*
6 *Assertionis quandoque nota est dictio* Fortè.
7 *Consultor in suo consilio apponens dictionem* Fortè, *non inducit dubitationem Iuris, sed potiùs censetur affirmare.*
8 *Sententia valet si Iudex dicat*, condemno Titium in decem Sempronio, *quia fortè ei debitor est.*
9 *Lex quando causam, vel rationem adducit per dict.* Fortè, *illa causa non est finalis, sed impulsiua.*
10 *Ratio assignata per dictionem* Fortè, *quamuis cesset, non tamen cessabit dispositio, seu effectus.*

Fortè.

DICTIO CXXVII.

1 REgulariter hæc dictio est nota dubitationis, quando factum respicit, vt *in l. vrbana prædia, & in l. absentem, ff. de verbor. signific. & in l. mutus, & l. filiusfam. ff. de procur. & in l. si duo.* & ibi glos. *ff. de receptis arbitris. & in l. & si fortè, in princ. & in §. 1. ff. si seruitus vendicetur, & in l. 1. §. 1. iuncta glos. verbo, adiecta causa, ff. de rei vendic. & in cap. 2. de sponsalib.* tradunt Rebuff. *in comment. ad l. ostensum, 38. vers. fortè, ff. de verbor. significat. pag. mihi, 208. & in compendio*

alienation. pag. 66. Paris. *cons.* 29. *num.* 18. *vol.* 2. Ias. *in l. si ex falsis, num.* 5. *C. de transact. & in l. in substit. num.* 5. *ff. de vulgar.* Ludou. Gom. *in repet. cap.* 1. *nu.* 4. *de Iudicijs, in* 6. Iacob. de Beluiso *in repet. cap. Rom. num.* 54. *de foro compet. in* 6. Menoch. *cons.* 759. *num.* 4. Ruin. *cons.* 170. *num.* 5. *vol.* 2. Alex. *cons.* 29. *num.* 7. *vol.* 2. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 38. Dionys. Paulus *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap.* 3. *num.* 51. Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 281. *nu.* 1. Cened. *post lib. pract. & canon. quæst. sing.* 36. *num.* 1. Glorit. *resp.* 1. *p.* 3. *num.* 137.

2 Et ideo narrata per dictionem *Forte*, non sunt necessariò verificanda ad tradita per Ruin. *cons.* 170. *sub num.* 5. *vol.* 2. & per Cassad. *decis.* 4. *num.* 4. *cum seqq. de probat.* Paris. *cons.* 29. *num.* 19. *lib.* 2. Corn. *cons.* 184. *num.* 1. *vol.* 1.

3 Vnde qui loquitur per dictionem *Fortè* nihil concludit, quia dubitatiuè loquitur, & ex tali modo loquendi non resultat confessio, ad text. *in l. de ætate, §. nihil, ff. de interrog. action.* Alex. *in d. l. in substitutione, num.* 5. Menoch. *cons.* 112. *num.* 33. & *cons.* 759. *num.* 3.

4 Hinc etiam testis deponens per hanc dict. *Fortè* nihil concludit, quia videtur dubitatiuè deponere; ita Anton. de Butr. *cons.* 45. *vers. & non obstat*, Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 282. *num.* 2.

5 Verùm quando hæc dictio *Fortè* ponitur super Iure, non inducit dubitationem, vt *in cap.* 2. *vers. necessarium*, & ibi glos. *in verb. fortè, de testament.* & *in cap. quamobrem*, & ibi glos. *verb. si fortè, in fine, de pœnit. distinct.* 1. & *in cap. admonet, vers. idcirco*, 33. *q.* 2. & *in cap. accedens*, §. *cùm igitur*, & ibi glos. *in verb. propter contumaciam*, ac Panormit. *num.* 3. & Felin. *num.* 10. *vt lite non contestata*, Socin. *cons.* 28. *num.* 3. *vol.* 1. Ruin. *cons.* 170. *num.* 5. *vol.* 2. Cened. *d. sing.* 36. *num.* 2.

6 Quandoque enim est nota assertionis, vt *in cap. ex parte, de celebrat. Missar.* & *in cap. tua ad nos, de sponsalib.* iuncto intellectu glos. *ibidem, verb. fortè, cap.* 1. *de supplen. negligen. Prælat. lib.* 6. vbi Monach. *num.* 9. & Prob *ad eum num.* 8. & *in cap. si fortè, de elect. lib.* 6. iuxta tradita per Rebuff. *d. vers. fortè*, & Menoch. *cons.* 25. *num.* 14. & Vulpell. *citato loco*, Hostien. *in cap. tua, num.* 5. *de procur.* vbi quòd nonnunquam importat veritatem, Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub hac dict. num.* 19. *in fine*, Bernard. Gæuæ. *ad pract. cam. Imper. lib.* 2. *conclus.* 10. *num.* 10.

7 Ex quo inferunt Doctores, quòd si consultor in suo consilio apponit dictionem *Fortè*, quòd non propterea inducit dubitationem Iuris, nec minùs quæstionem indecisam pendere, sed potiùs censetur affirmare quod dixit, quia per verbum *Fortè* respondent sæpe periti, vt ait glos. *in l. si duo, ff. de receptis arbitris.* & refert Felin. *in d. cap accedens*, 1. *num.* 10. & Rebuff. *in d. l. ostentum, vers. fortè*, & tradunt Alex. *cons.* 19. *incip. Super eo, num.* 11. *lib.* 5. vbi Apostill. *in verb. fortè*, Socin. *cons.* 28. *col.* 2. *post med. lib.* 1. & *cons.* 93. *col.* 8. *vers. postremò, lib.* 1. Aym. *cons.* 91. *num.* 4. Mandos. *in glos. facult. in* §. *habita, in verb. forsan, pag.* 235. *col.* 2. Menoch. *cons.* 25. *num.* 14. Galganet. *de cond. lib.* 1. *cap.* 32. *num.* 10. Bertazol. *de clausul. instrument. claus.* 14. *glos.* 6. *num.* 3. Cened. *d. sing.* 36. *num.* 3. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 281. *num.* 4. Inde inferentes, quòd quamuis Iureconsultus in consiliis circa ea, quæ Iuris sunt, vtatur dictione *Fortè*, non propter hoc consilium est dubium, nec dubitatiuè, sed assertiuè consulere dicitur, ac proinde illi standum est, quia quantum ad se, censetur quæstionem decidere; sic etiam valet sen-
8 tentia, si Iudex dicat: Condemno Titium in decem Sempronio, quia fortè ei debitor est; quia importat certitudinem in eo casu hæc dictio *Fortè*, per ea, quæ tradunt Ias. *in d. l. in substitutione, num.* 5. & ibi Alex. *à num.* 6. Vulpell. *citato loco*, Felin. *in d. cap. accedens*, 1. *num.* 11. *vers. secundò nota*, Socin. *cons.* 28. *col.* 1. *vol.* 1. Vulpell. *citato loco*, Cened. *d. sing.* 36. *num.* 4.

Aduertendum est, quòd quando lex rationem, 9
vel causam adducit, per istam dict. *Fortè* illa causa non est finalis, sed impulsiua, iuxta tradita per Tiraquell. *in tract. cessante causa, limit.* 10. *num.* 1. Menoch. *cons.* 272. *num.* 55. Marc. Antonin. *variar. resolut. lib.* 3. *resol.* 40. *num.* 48. Vnde & si cesset ratio assignata 10
per dict. *Fortè*, non tamen cessabit dispositio, seu effectus; ita Ias. *in d. l. in substitutione, num.* 6. Dec. *in cap. super literis, num.* 38. *de rescript.* Cened. *d. sing.* 37. *num.* 5. Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.* 10. *num.* 1. vbi subdit, quòd hæc dictio respicit factum, siue facti accidentia, non verò Iuris dispositionem.

Aliquando ponitur hæc dictio explicatiuè, vt *in l. quòd si, ff. de pignor.* Non semel verò abundat, *l. si pupilli, § fin. ff. de negot. gestis.*

Frustrà.

Dictio CXXVIII.

IMportat nullitatem actus ipso Iure, vt per Tiraq. 1
in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 130. *C. de reuocan. donat.* Anton. Gom. *variar. resolut. tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 4. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub hac dict. num.* 20. Ferrer. *in constit. Cathalonia, glos.* 7. *num.* 132. Rebell. *de obligat. iust. p.* 1. *lib.* 1. *q.* 6. *sect.* 6. *num.* 37. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 39. vbi etiam ex Abb. dicit, quòd de proprietate huius dictionis est denotare quamdam adnihilationem, & actus nullitatem; subdirque, quòd potest stare, vbi actus exceptionis ope venit infringendus, per *l.* 1. *C. de non numeran. pecunia.*

Funditus.

Dictio CXXIX.

IPso Iure importat hæc dictio, iuxta glos. singu- 1
larem *in l. nil decernimus, C. de Episcop. & Cleric.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 103. vbi subdit, quòd hæc dictio importat idem, quod dictio *Omninò*; refert Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 124.

SVMMARIVM.

1 *Dominium, & possessionem, & de facto detentionem comprehendit verbum* Habere.
2 *Possessionem ciuilem denotat verbum* Habere, *si iungatur cum verbo* Possidere.
3 *Statutum si loquatur per verbum* Habeatur, *nunquid importet latam sententiam, vel ferendam remissiuè.*

Habere.

Dictio CXXX.

VErbum hoc est generale, & comprehendit tam 1
dominium, quam possessionem, & de facto defen

defensionem, *l. si stipulatio ista, §. habere, ff. de verbor. oblig.* vbi *Habere* dupliciter accipitur, *l. habere duobus modis, ff. de verbar. signif. l. 2. §. 1. ff. de religiosis, & sumpt. funer.* notant Petr. Enriq. *resp. opusc. 2. sub hoc verbo, num. 20. in fine*, Rebuff. *in comment. ad l. id apud se*, 143. *vers. 2. quis dicitur habere, ff. de verbor. signif. pag. 523.* Contar. *de mementan. possess. in verb. rationes decidendi, num. 34.* Decian. *cons. 108. num. 32. lib. 3.* Rot. *in Casalen. domus 12. January 1612. coram Vballo*, impressa per Farinac. *decis. 369. num. 1. p. 1. recent.* Bertazol. *de clausul. instrument. claus. 26. glos. 4. num. 2. & 3. & claus. 35. glos. 3. num. 1.* vbi *num. 2.* subdit, quòd verbum *Exigere* propriè importat ab inuito extorquere, per *l. debitor*, vbi Alciat. *in fine, ff. de verbor. signif.* & glos. *in l. fideicommiss. §. si rem, ff. de leg. 3.*

2 Si verò iungatur cum verbo *Possidere*, denotat ciuilem possessionem, iuxta tradita per Farinac. *in praxi crimin. p. 4. cons. 95. num. 6.* Et quòd verbum *Habere* accipiatur secundùm subiectam materiam, tradunt Decian. *d. cons. 108. num. 33.* & Rot. *d. decis. 369. num. 3.*

3 Lex, seu statutum si loquatur per verbum *Habeatur*, vt si dicatur: Habeatur pro confesso, pro conuicto, vel pro priuato, numquid importet latam sententiam, vel ferendam? Vide Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 216. cum seqq. & num. 219.* vbi quid si huiusmodi verbum in actiua significatione proferatur, putà si dicatur: Habeat, numquid sit directum, obliquum, vel commune, & *num. 220. cum seqq.* quid si hoc verbum *Habeatur* iungatur cum verbo *Sit*, putà si dicatur: Habeatur, & sit pro confesso, & *num. 223.* quid si dicatur: Nullam habeat factionem, vel iurisdictionem, vide Flamin. Chartar. *de execut. sent. capto bannito, cap. 1. num. 138. & seq.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 118. num. 3.*

Hactenus.

DICTIO CXXXI.

1 DEsignat hæc dictio tempus præteritum, *l. 1. in princip. ff. de noui operis nunciat.* Signorol. *cons. 22. incip. In quæstione vertente, col. penult. in princip.* Card. Tusch. *pract. concluss. tom. 2. lit. D. conclus. 283. num. 1.* Illúdque excludit vsque ad illum diem, Rolan. *cons. 8. num. 49. lib. 3.* Rimin. Iun. *cons. 491. num. 23. lib. 5.* Quibus citatis ita fuit resolutum *in Spoletana bonorum 13. Iunij 1608. coram Card. Marquemontio*, impressa per Farinac. *decis. 1223. num. 8. p. 2. recent.*

Haud.

DICTIO CXXXII.

1 INducit negationem hæc dictio, & ponitur pro *Non*, Cic. *pro Cluent.* Haud hæres est Cluentius. *l. ita stipulatus, ff. de verbor. oblig. l. 1.* vbi glos. *verb. controu. ff. solut. matrim.* glos. per text. ibi *in §. si verò, vers. eisdem pœnis*, & ibidem Bart. *num. 3. in authent. de non alienand. reb. Eccles.* Zabarell. per text. ibi *in Clem. 1. num. 1. de testib.* Alber. *in suo Dictionario, verb. haud*, Cened. post *libr. practic. & canonic. quæst. sing. 59. num. 3.*

2 *Haud* si adsciscat *Quaquam*, aut *Sanè*, vehementer negat, Cic. *3. de Orat.* Haudquaquam id est difficile Crasso. Idem *1. de Orat.* Quorum pater homo prudens, & grauis haudquaquam eloquens, saluti Reipublicæ fuit. Idem *de Amicit.* Haudquaquam mediocre condimentum amicitiæ. Idem *de Amicit.* Rem haud sanè difficilem admirari videmini.

SVMMARIVM.

1 *Demonstratiuum rei ad oculum est pronomen* Hoc.
2 *Demonstratiuum tam ad oculum, quàm ad intellectum est pronomen* Hoc.
3 *Relatiua est dict.* Hic, *& refertur ad proximiora.*
4 *Pronomen* Hic, hæc, hoc, *non semper demonstrat, nec refertur ad proximiora.*
5 *Repetitio qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & dispositionis in sequentem, inducitur per pronomem* Hic, hæc, hoc.

Hic, Hæc, Hoc.

DICTIO CXXXIII.

PRonomen *Hoc* est demonstratiuum rei ad oculum, *l. nemo, ff. de hæredib. instituen.* Paris. *cons. 19. num. 7. & cons. 35. num. 20. lib. 2.* Dec. *in l. vnic. in 1. lect. num. 13. & in 2. lect. num. 45. C. de sentent. quæ pro eo*, Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collat. post princip. in vers. cui, fol. 53. col. 4.* Ozasc. *decis. 52. num. 13.* Roman. *cons. 301. incip. in proposita, num. 6. vers. secundò probatur*, Rimin. *in §. 1. num. 139. Instit. de donat.* Surd. *decis. 125. num. 1. & cons. 308. num. 16.* Maresc. *variar. resolut. lib. 2. cap. 77. num. 25.* Cened. post *libr. practic. & canonic. quæst. sing. 59. num. 4.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. hactenùs, vers. hac*, vbi etiam dicit, quòd est demonstratiuum ad oculos intellectus, per *l. 1.* vbi Castr. *num. 1. ff. de pactis*, Card. Tusch. *pract. concluss. tom. 2. lit. D. conclus. 260. num. 3.* & intelligit Ozasc. *decis. 112. num. 4.* quando res demonstrata corporalis est. 1

Et quòd nomen istud sit demonstratiuum tam ad oculum, quàm ad intellectum, tradunt Bart. *in l. 1. num. 2. & 3. ff. de noui operis nunciat.* Rebuff. *in d. l. vnic. in 4. notab. num. 20. & glos. 1. num. 15. C. de sent. quæ pro eo*, Ozasc. *d. decis. 112. num. 4.* Cened. *d. sing. 49. num. 8.* 2

Relatiua est hæc dictio, & refertur ad proximiora, Paris. *cons. 20. num. 49. & cons. 35. num. 20. vol. 2.* Rebuff. *in l. l. vnica, glos. 1. num. 173.* 3

Verùm non semper demonstrat, nec refertur ad proximiora, vt per *l. ex eo iure, ff. de iustitia, & iure, & l. quæsitum, §. 1. ff. de precar.* tradunt Bart. *d. l. 1. ff. de noui operis nunciat.* & Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collat. §. statuit autem, in vers. hoc, fol. 8.* Cened. *d. sing. 59. num. 6. vers. sed non semper.* 4

Item per hoc pronomen inducitur repetitio qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & dispositionis in sequentem, vt per Calganet. *de cond. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 18. num. 13.* Et est repetitiuum personarum, & qualitatum, Bermond. *de publicis concubinar. in vers. in conciliis, num. 2. fol. 220.* Cened. *d. sing. 59. num. 6. in fine.* 5

SVMMARIVM.

1 *Extremitatem, & cohærentiam subiecti, importat dict.* Hinc, *vt tempus currat de momento enunciato ad momentum.*
2 Hinc *importat idem quod*, Ex hac die, In antea, *vel* Ab hoc tempore.
3 *Idem importat dict.* Hinc, *quòd* Ex hac causa, *vel* Ex hoc.
4 *Causam finalem importat dict.* Hinc.

Hinc.

DICTIO CXXXIV.

1 HInc *ad decem dies*, vel *hinc, & infra decem dies*, est aduerbium importans extremitatem, & cohærentiam subiecti, vt tempus currat de momento enunciato ad momentum. Ita Bart. Bald. & Angel. *in l. 1. ff. si quis caution.* Ang. *conf.* 404. *incip. Paulus, col. 2. vers. in contrarium*, Bald. *conf.* 246. *lib.* 5. Alex. *conf.* 73. *incip. Ponderatis, num.* 5. *vers. quia imo, lib.* 2. quod repetitur *conf.* 56. *vol.* 6. Guid. Pap. *decis.* 270. Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 23. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 40. Cened. post *lib. pract. & canonic. quæst. sing.* 59. *num.* 1. Card. Tusch. *pract. concluf. tom.* 2. *lit. D. concluf.* 285. *num.* 1. & *concluf.* 291. *num.* 5.

2 Et importat idem quod *Ex hac die, in anteà*, vel *ab hoc tempore*; Bart. *conf.* 13. *num.* 1. *vol.* 2. Mandos. *in glos. facult. si volentes, in vers. hinc, pag.* 150. Alex. *conf.* 34. *num.* 4. *lib.* 2. vbi *num.* 5. subdit, quòd importat non solùm initium temporis, sed etiam voluisse connumerare illud initium in tempore, quem refert Card. Tusch. *d. concluf.* 285. *num.* 2. Menoch. *conf.* 762. *num.* 2. & 3. vbi ait, quòd intelligitur à die factæ prorogationis.

3 Interdum importat idem quod *Ex hac causa*, vel *ex hoc*; vt *in l. Fulcinius*, §. *sed his, ff. quibus ex causis in possessionem*, vbi glos. *in verb. ne hinc*, exponit, *ne ex hac causa*: quòd si cessat negatiua, exponitur *hinc*, videlicet, *ex hac causa*, refert Card. Tusch. *d. concluf.* 285. *num.* 8.

4 Aliquando verò causam finalem importat, vt per *cap. inferior*, 21. *distinct.* tradunt Gozad. *conf.* 9. *num.* 36. & Cened. *d. sing.* 59. *num.* 3. & nemine citato, Card. Tusch. *d. concluf.* 285. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Sequentia eiusdem conditionis, quibus erant inclusa præcedentia, includit dict.* Hoc amplius.
2 *Repetitiua præcedentium est dictio* Hoc amplius.
3 *Substantiam præcedentis legati, & qualitates repetit dict.* Hoc amplius.
4 *Reiterationem actus inducit legandi dictio* Hoc amplius.
5 *Augmentum importat dict.* Hoc amplius.

Hoc amplius.

DICTIO CXXXV.

1 HÆc dictio includit sequentia eiusdem conditionis, quibus erant inclusa præcedentia, & quæ in præfationibus dicuntur, in sequentibus repetita intelliguntur. Ita Calder. *conf.* 550. aliàs 5. *de verbor. signif.* Card. Tusch. *pract. concluf. tom.* 2. *lit. D. concluf.* 286. *num.* 1. & 2. declarantes, vt non procedat, quando per repetitionem vitiaretur dispositio in sequentibus, quia tunc non repetit.

Est repetitiua præcedentium, adeò quòd ponit in 2 secundo casu omne quod dictum est in primo, & illud reducit ad qualitatem secundi, vt *in l. si tibi purè, ff. de leg.* 3. *l. qui dotem*, ibi, *hoc amplius denarios decem, de dote prælegata*, Paul. de Castr. *conf.* 16. *sub num.* 6. *p.* 2. & *conf.* 88. *num.* 1. *vol.* 1. Paris. *conf.* 95. *num.* 19. *vol.* 2. Ias. *in l. cætera, in princip. num.* 23. *ff. de leg.* 1. Gulielm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. Alterochæ, num.* 4. *de testam.* Ang. de Gambell. *in tract. de testam. glos.* 24. *num.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 179. *num.* 12. Ang. *conf.* 236. *incip. Punctus est*, vbi hoc dicit esse verum, nisi constet de contraria intentione, vbi loquitur in priuilegio immunitatis, Azeued. *l.* 2. *num.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conu. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 8. Anchar. Rhegien. *p.* 2. *q.* 53. *num.* 6. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 116. *num.* 30. Card. Tusch. *d. lit. D. concluf.* 286. *num.* 4. Cened. post *libr. pract. & canonic. quæst. sing.* 59. *num.* 7. vbi subdit, quòd inducit aliquid de nouo, Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 40. vbi etiam 3 notat, non solùm repetere substantiam præcedentis legati, sed etiam qualitates. Secùs autem est, si non sit apposita dictio *Hoc*, sed nudè dicatur *Amplius*, 4 quia tunc reiterationem actus inducit legandi, verumtamen antiquum legatum non repetit. Dec. *in l. lecta, num.* 24. *ff. si cert. petat.* Gulielm. Bened. vbi suprà, *num.* 3. Cened. *d. sing.* 59. *nu.* 7. Azeued. *d. l.* 2. *num.* 8. vbi citat text. *in l. si seruus leg.* §. *si ita scriptum, ff. de leg.* 1.

Item importat hæc dictio augmentum, ideò si 5 species apponitur post genus, per hanc dictionem, quæ est ampliatiua, tunc genus non restringitur; ita post Bald. *conf.* 329. *incip. Casus talis est, in fine, vers. in contrarium, lib.* 1. tradit Card. Tusch. *d. concluf.* 286. *num.* 3.

Hoc ipso.

DICTIO CXXXVI.

HÆc dictio denotat *ipso Iure*, vt per glos. *verb.* 1 *ipso Iure, in Clem. vlt. de præben.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 118. *C. de reuocan. donat.* Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *q.* 7. *num.* 35. Cened. post *lib. practic. & canonic. quæst. singul.* 59. *num.* 8. Et infrà latiùs dicemus sub dictione *ipso Iure.*

Hodie.

DICTIO CXXXVII.

NOn differt solutionem, sed repræsentat actio- 1 nem, id est, facultatem agendi. Idémque est, *Hodie dabis*, quod *In præsens dabis*, argum. *l. talis scriptura, in verb. quamuis, ff. de leg.* 1. Et quamuis regulariter dies adiecta solutionem differat, ita vt expectandus sit diei finis, *l. qui hoc anno, ff. de verbor. oblig.* tamen dictio hæc nullam tribuit dilationem, neque conditionem inducit, sed est significatiua præsentis temporis, vt *in l. liber homo*, §. *decem*, vbi Zaz. *ff. illo tit. de verbor. oblig.* Alber. *in suo Dictionario, verb.*

verb. hodie, Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 41.

SVMMARIVM.

1 *Relatiua præcedentium est dictio* Huiusmodi, *cum omnibus suis qualitatibus.*
2 *Proximè præcedentia ostendit ad oculum dict.* Huiusmodi.
3 *Dispositionem restringit ad id ad quod adijcitur dict.* Huiusmodi, *posita post certum ordinem expressum.*
4 *Dict.* Huiusmodi, *importat idem ac si diceretur*, Talis, *vel* Tales.
5 *Similitudinem importat dictio* Huiusmodi.

Huiusmodi.

DICTIO CXXXVIII.

1 RElatiua est hæc dictio præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, vt tradunt glos. *in cap. Abbate, & in cap. nemo, verb. huiusmodi, de elect. lib. 6.* Corn. *conf.* 235. *num.* 5. *ad med. lib.* 2. & *conf.* 97. *num.* 8. *lib.* 4. Paris. *conf.* 52. *num.* 32. *lib.* 3. & *conf.* 40. *num.* 8. *lib.* 4. Felin. *in cap. Apostolicæ, num.* 3. *in fine, vers. quia dictio, de except.* Nauarr. *in cap. si quando rem, 6. num.* 5. *de rescript.* Rebuff. *in comment. ad l.* 1. *vers. huiusmodi stipulationes, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 6. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 287. *num.* 1. *in fine*, Maresc. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 27. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. hodie, vers. huiusmodi, pag.* 41. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 4. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 388. *num.* 6. & *decis.* 606. *numero* 3. *&* 14. & *decis.* 624. *numero* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 554. *numero* 10. *tom.* 3. Et fuit dictum *in Romana legitima* 8. *Februarij* 1612. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano*, impressa per Farinac. *decis.* 373. *numero* 6. *p.* 2. *recent.*

2 Ostendit ad oculum proximè præcedentia, Menoch. *conf.* 586. *num.* 2. & reputatur vt demonstratiua, & vti relatiua prædicatur ab omnibus, iuxta resoluta per Ferrer. *in constitut. Cathalonia, glos.* 1. *numero* 110.

3 Posita post certum ordinem expressum, restringit dispositionem ad id, ad quod adiicitur, vt si dicatur ordinis huiusmodi; ita Feder. de Senis *conf.* 25. *num.* 4. *in fine, vers. respondeo, ista constitutio*, quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 287. *num.* 1. *in princip.*

4 Importat idem, ac si diceretur: Talis, vel tales, *l. huiusmodi, ff. de leg.* 1. Card. Tusch. *d. conclus.* 287. *num.* 2. vbi *num.* 3. per *l. denique, ff. de pignor. & cap. fin.*

5 *de foro competen. lib.* 6. subdit, quòd similitudinem importat.

SVMMARIVM.

1 *Temporis perfectio vt denotetur, sæpe oratio concipitur sub dict.* Iam.
2 *Tempori præterito iuncta dict.* Iam, *sæpe præpositioni* A, *vel* Ab, *copulatur.*
3 Iam nunc, *pro* Iam ex hoc tempore, *dicitur.*
4 *Completiua est dictio* Iam, *& non reddit rem dubiam.*

Iam.

DICTIO CXXXIX.

1 AD denotandam temporis perfectionem sæpe oratio concipitur sub dict. *Iam*, putà, *Iam factum est, iam præteriit, &c.* vt notant Socin. sen. *conf.* 59. *num.* 4. *&* 6. *vol.* 4. Corn. *conf.* 278. *num.* 2. *vol.* 3.

2 Præterito tempori iuncta hæc dictio, sæpe præpositioni *A*, vel *Ab* copulatur. Cic. *lib.* 1. *epist.* 1. Iam à prima adolescentia delectarunt. Idem *pro Balb.* Iam à principio Romani nominis. Item quoties tempus declarat, *Cùm* libenter adsciscit. Cæs. *lib.* 6. *de bello Gallico*: Iámque ab eo non longiùs bidui via aberat, cùm duas venisse legiones missu Cæsaris cognoscunt.

3 *Iam nunc*, pro *Iam ex hoc tempore*, elegantissimè dicitur. Cic. 1. *Verr.* Quæ cùm cogito, iam nunc timeo. Idem *lib.* 1. *epist.* 5. Iam nunc admodùm me delectant. Idem 1. *Verr.* Iam nunc mente, & cogitatione percipio, quæ tum studia hominum, qui concursus futuri sint. *Iam tum* pro *ex tunc* elegantiùs dicimus. Cic. *pro Cluent.* Qui omnes in iudiciis publicis iam tum florente Republica floruerunt. Idem *lib.* 13. *epist.* 16. Eius libertum Apollonium iam tum equidem cùm ille viueret, & magnificiebam, & probabam. Idem *lib.* 1. *epist.* 9. Iactat ea, quæ iam tum cùm aderas, offendere eius animum intelligebam.

4 Denique completiua est hæc dictio, & non reddit rem dubiam, iuxta resoluta per Gutier. *conf.* 18. *num.* 48. *&* 49.

SVMMARIVM.

1 *Tempori præterito plerumque adiungitur dict.* Iam diu.
2 *Præsenti tempori aptè etiam adiungitur dict.* Iam diu, *quoties actio adhuc durat.*
3 *Dictio* Iam diu, *non potest adaptari ad duos dies præcedentes, sed includit longum temporis spatium.*

Iam diu.

DICTIO CXL.

1 PLerumque hæc dictio præterito tempori adiungitur. Cic. *lib.* 2. *epist.* 13. Nam iam diu propter hiemis magnitudinem nihil noui ad nos afferebatur. Idem *Attic. lib.* 1. Conuentus, qui initio celebrabantur, iam diu desierunt.

2 Quoties verò actio adhuc durat, hæc dictio præsenti tempori aptè iungitur. Cic. 7. *Verr.* Per eos ipsos deos, de quorum religione iam diu dicimus. Idem *lib.* 15. Vt te, quem iam diu plurimi facio, tanto interuallo videram. Idem 1. *Academic.* Iam diu hæc tractantur à Græcis.

3 Non posse hanc dictionem adaptari ad duos dies præcedentes, sed includere longum temporis spatium, notat Card. Seraphin. *decis.* 47. *num.* 1.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 Iam dudum *longiùs spatium designat quàm* Dudum, *& ad præsens tempus, atque ad præteritum accommodatur.*

2 Iampridem *longius tempus designat, quàm dict.* Pridem.

Iam dudum, Iam pridem.

DICTIO CXLI.

1 HÆc dictio longius spatium designat, quàm *Dudum*; prout *Iam pridem*, quàm *Pridem*; & *Iam diu*, quàm *Diu*; & ad præsens tempus, atque ad præteritum accommodantur. Cic. *lib.* 2. *de Orat.* Quem iam dudum Cotta, & Sulpitius expectant, Idem *de Amicit.* Ea, quam iam dudum tractabamus, stabilitas.

2 De dictione *Iampridem*, quòd longius tempus designet, quàm dictio *Pridem*, colligitur ex Cic. *Attic.* Cupio equidem, & iam pridem cupio Alexandriam visere. Idem *ibidem*: Iam pridem intellexisti voluntatem meam. Idem *in Orat.* Nam in me quidem iam pridem effectum est, quod futurum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Causam ostendit dict.* Idcirco.

2 Idcirco, *idem est quod* Ideo; *sæpe iungitur cum* Quod, *interdum cum* Quia, *ac tum præcedit, tum subsequitur.*

Idcirco.

DICTIO CXLII.

1 OStendit hæc dictio causam, ejúsque natura est, vt causaliter ponatur; ita Bart. *in l. demonstratio falsa, §. quod autem, vers idem puto, ff. de condit. & demonstr.* quem refert Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 41.

2 *Idcircò* idem est quod *Ideò*, sæpe iungitur cum *Quòd*, interdum cum *Quia*; ac tum præcedit, tum subsequitur. Cic. *lib.* 9. *epist.* 2. Putaret me idcircò discedere, quòd quosdam homines oculi mei ferre non possent. Idem *Attic. lib.* 8. Ego quòd putabam dispersos nos, idcircò ad Domitium literas misi. Idem *lib.* 6. *epist.* 1. Qui me idcircò putant bene audire velle, vt ille malè audiat. Idem *lib.* 13. *epist.* 7. Quos idcircò non commemoro, ne de miseriis meorum necessariorum conquerens, homines, quos nolo, videar offendere.

SVMMARIVM.

1 *Relatiua est dict.* Idem, *& repetit qualitates in præcedenti dispositione expressas.*

2 *Tractum ad futura non habet dict.* Idem, *sed refertur tantùm ad præcedentia.*

3 *Relatiua est dict.* Idem, *non solùm ad id quod est idem in specie, sed etiam ad illud quod est idem in genere.*

4 Idem *dicitur illud, cuius est substantia.*

5 *Decisionem eandem, & eandem in diuersis casibus censuram importat dict.* Idem.

6 *Dictio* Idem, *cum* Ac, Atque, Et, Vt, *copulatur.*

7 *Dictio* Idem *assumit* Qui, Quæ, Quod.

Idem.

DICTIO CXLIII.

1 RElatiua est hæc dictio, & repetit qualitates in præcedenti dispositione expressas, seu qualitatem dispositionis, ad quam se refert, vt *in l. à filio, §. testator, &* ibi Bart. *de alim. & cibar. legatis, l.* 1. *in fine, ff. de iis, qui sunt sui*, notant Aret. *cons.* 155. *num.* 1. Crauet. *cons.* 45. *num.* 4. & *cons.* 98. *num.* 8. Paris. *cons.* 16. *num.* 44. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 3. *num.* 4 *vol.* 3. Rebuff. *in l. vnica, in* 4. *notab. num.* 26. *C. de sentent. quæ pro eo*, Mandos. *in glos. facult. in §. nos qui, vers. sed iam, & in §. volentes, in vers. ex eisdem, & in reg.* 32. *Cancellar. q.* 28. *num.* 6. Grat. *cons.* 21. *num.* 26. *vol.* 1. vbi dicit, quòd ista dictio repetit omnes qualitates præcedentes in sequentes, & ponit eamdem determinationem, & idem significat, eamdem esse in pluribus casibus censuram. Menoch. *cons.* 130. *num.* 7. vbi ait, quòd solet æquiparare casum sequentem præcedenti, Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 41. *col.* 2. Cened. post *lib. practic. & canonic. quæst sing.* 97. *num.* 1. Monet. *de commut. vltim. voluntat. cap.* 11. *num.* 33. Rota *decis.* 115. *num.* 13. *p.* 1. *diuers.*

Refertur hæc dictio tantùm ad præcedentia, nec 2
habet tractum ad futura, vt per Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 9. *num.* 24. vbi subdit *num.* 25. quòd non potest omnia referre ad præcedentia, nec cum omnibus suis qualitatibus; quem refert Cened. *d. sing.* 97. *num.* 2.

Relatiua est, & non solùm refertur ad id, quod 3
est idem in specie, sed etiam ad illud, quod est idem in genere, glos. *in l. finali, ff. de magistr. conuenien.* Dec. *in l. mutuum damus, in* 1. *lect. num.* 6. & *in* 2. *lect. num.* 5. *ff. si certum petatur*, Mandos. *in reg.* 8. *Cancellar. q.* 4. post *num.* 10. Cened. *d. sing.* 97. *num.* 3.

Idem dicitur illud, cuius est substantia, iuxta tra- 4
dita per Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 21. *glos.* 14. *num.* 8.

Importat hæc dictio omninò eamdem in diuersis 5
casibus censuram, seu decisionem: & ideò si statutum dicat, & idem seruetur in alio casu, censetur disponere, & decidere eodem modo quoad omnia, ita Bald. *cons.* 94. *incip. Casus præsumitur, num.* 2. *lib.* 3. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 288. *num.* 1. & 2. limitantes, quando ex sequentibus per talem dictionem induceretur alteratio; exemplum ponentes in statuto excludente filias fœminas, stantibus masculis, & subiungente: & idem seruetur in matre, quæ nullo modo succedat: nam non intelligitur stantibus masculis, propter adiecta verba, quæ nullo modo succedat, quia excluditur, siue exrent masculi, siue non.

Hæc dictio sæpe cum *Ac, Atque, Et, Vt* copulatur 6
Cic. *pro Syl.* Idémque valere debet, ac si pater iudicaret. Idem *pro Dom.* Vnum & idem videtur esse, atque id, quod de meipso nominatim tulisti. Idem 1. *Offic.* In eadem sunt iniustitia, vt si in suam rem aliena conuertant.

Persæpe

7 Perſæpe hæc dictio aſſumit *Qui, quæ, quod.* Cic. 3. *Verr.* Idem eſt, qui fuit ſemper Verres. Idem *lib.* 6. *epiſt.* 14. Non offendes eumdem bonorum ſenſum, quem reliquiſti. Idem *lib.* 1. *epiſt.* 14. Apud bonos iidem ſumus, quos reliquiſti.

Vide ſuprà dict. *Eadem*, 99.

SVMMARIVM.

1 Ideo, *eandem vim habet, quàm dictio* Idcirco.
2 *Cauſalis eſt dictio* Ideo, *& idem ſignificat quod* Ob cauſam.
3 *Cauſam finalem denotat dictio* Ideo.
4 *Illatiua eſt dictio* Ideo, *quia infert ex prædictis.*
5 Ideo *in rationali diſpoſitionis reſpectu omnium præcedentium poſita cenſetur.*
6 Ideo, *capitur pro* Itaque.

Ideo.

DICTIO CXLIV.

1 EAndem vim habet hæc dictio, quam *Idcircò*, & eoſdem vſus habet. Cic. 2. *Agr.* Neque verò nunc ideò diſputabo, quòd hunc ſtatum Reipublicæ non magnoperè defendendum putem. idem *lib.* 12. *epiſt.* 14. Ad te ideò antèà rariùs ſcripſi, quòd non habebam idoneum, cui darem. Idem 1. *Offic.* Ideò quia nihil decet inuita Minerua, vt aiunt.

2 Cauſalis eſt hæc dictio, & idem ſignificat, quod *Ob cauſam, ob id*, Bart. *in l. demonſtratio*, §. *quod aptè, ſub num.* 9. *ff. de condit. & demonſtr.* Rota *deciſ.* 29. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* Greg. *deciſ.* 2. *num.* 3.

3 Denotat igitur cauſam finalem, Socin. *conſ.* 159. *num.* 20. *in fine*, & *num.* 21. *lib.* 2. Crauet. *conſ.* 192. *num.* 1. *verſ. tertiò arguitur*, Bec. *conſ.* 20. *num.* 13. Mareſc. *variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 105. *num.* 19. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 289. *num.* 3.

4 Illatiua eſt hæc dictio, quia infert ex prædictis, *l. & ideò, ff. de legat. præſt.* vt per Natt. *conſ.* 59. *incip. Circa, num.* 9. *ad finem*, Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 289. *num.* 2.

5 Hæc dictio in rationali diſpoſitionis, veluti cùm dicitur: *Et hoc ideò fecit*: reſpectu omnium præcedentium fiat diſpoſitio, vt per Caſtr. *conſ.* 189. *incip. Videtur dicendum, circa finem, verſ. item non obſtat, lib.* 1. Abb. *conſ.* 81. *incip. Videtur, in princip. lib.* 1. quos refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 289. *num.* 1. vbi *num.* 4. poſt Abb. *d. conſ.* 81. ſubdit, quòd aliquando reſtringit liberationem generalem ad cauſam expreſſam; ideò ſi filia quietans patrem generaliter, & dicat: *Hoc ideò fecit, quia habuit à patre dotem maternam*: cenſetur reſtringere liberationem ad dotem maternam.

6 Interdum hæc dictio capitur pro *Itaque*, vt *in l. ager, ff. de verbor. ſignif.* Aliquando verò ſumitur pro *Ideoque*, vt *in l. aliud, ff. eodem tit.* & *in* §. *apum, Inſtit. de rer. diuiſ.*

SVMMARIVM.

1 Id eſt, *idem importat quod* Scilicet, *&* Videlicet.
2 *Reſtrictiuæ naturam habet dict.* Id eſt.
3 *Generalitatem præcedentem reſtringit dictio* Id eſt, *præcipuè ſi ponatur inter genus, & ſpeciem.*
4 *Declaratiuè, & non reſtrictiuè aliquando ponitur dict.* Id eſt.

Id eſt.

DICTIO CXLV.

1 IDem importat hæc dictio, quod *Scilicet*, & *Videlicet*, Socin. Iun. *conſ.* 30. *num.* 21. *vol.* 1. & *conſ.* 124. *num.* 7. *vol.* 3. Socin. ſen. *conſ.* 50. *incip. Viſo teſtamento, col.* 1. *ad finem, vol.* 3. Pariſ. *conſil.* 92. *num.* 33. *vol.* 1. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 38. *glaſ.* 3. *numero* 3.

2 Habet huiuſmodi dictio vim ac naturam reſtringendi, vt per Bart. *per text. ibi in l.* 1. *ff. ad leg. Aquiliam.* Iaſ. *in l.* 3. §. *ſaltem, numero* 2. *ff. de acquir. hæred.* Gratian. *conſ.* 54. *aliàs* 59. *num.* 12. *lib.* 1. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Item, verſ. Id eſt, pag.* 43. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 21. *gloſ.* 23. *num.* 3. Cened. *poſt lib. pract. & canonic. quæſt. ſing.* 97. *num.* 5. *in princ.* & reſtringit generalitatem præcedentem 3 per doctrinam Bart. *in l. quæſitum*, §. *ſi quis fundum, col.* 4. *ff. de fundo inſtr. & in d. l.* 1. *in princ.* Socin. Iun. *conſil.* 124. *num.* 6. *vol.* 3. Flamin. *de conſident. quæſt.* 28. *num.* 168. præcipuè ſi ponatur inter genus & ſpeciem, ex adductis per Pichard. *in* §. *item is cui.* 2. *nu.* 39. *Inſtit. quibus modis re contrahitur oblig.*

4 Aliquando verò ponitur declaratiuè, & non reſtrictiuè, vt *in l. cùm priorem.* vbi Dec. *num.* 2. C. *vnde legitimi, & in l.* 2. *ff. de adopt.* ibi, rogatur, *id eſt, interrogatur, & in l. ſi familiæ, ff. fam. herciſc. & in l. auxilium, in princ. ff. de minorib.* Aret. *in l. qui liberis, in princip. in* 3. *notab. ff. de vulgar.* Coſm. *in prag. ſanct. tit. de annatis, in verſ. item quod ſi, & in verſ. videlicet, ad finem.* Cened. *d. ſing.* 97. *num.* 4. Et in dubio quando præcedit diſpoſitio generalis, & ponitur exemplum per dictionem *Id eſt*, non ponitur reſtrictiuè, vt per Aret. *in d. l. qui liberis, in princip. in* 3. *notab.* Dec. *in d. l. cùm propriorem, num.* 2. Pariſ. *conſ.* 110. *num.* 18. *vol.* 3. Cened. *d. ſing.* 97. *num.* 5. *in fin.*

SVMMARIVM.

1 *Illatiuè regulariter ſtat dict.* Igitur.
2 *Inceptiuè aliquando ponitur dict.* Igitur.

Igitur.

DICTIO CXLVI.

1 ILlatiuè regulariter ſtat dictio iſta, vt *in l. Diuus, ff. de cuſtodia rerum, & in l. ſi procurator*, §. *ſi ignorantes, cum ſimilibus. ff. mandati.* Rip. *in l. re coniuncti, num.* 15. *ff. de leg.* 2. & Bologn. *ibi numero* 60. Octauian. Vulpell. *de præpoſit. ſignific. ſub dict. Item, verſ. igitur, pag.* 43. Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.* 11. *num.* 70.

2 Inceptiuè aliquando ponitur, vt *in l. Ius ciuile*, & ibi gloſ. *ff. de Iuſtitia, & Iure. & in l.* 1. §. 1. *ff. de condict. ob turpem cauſam, & in l. quidam referunt, ff. de Iure codicillorum.* prout refert Rip. *citato loco*, & Vulpell. *d. pag.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Demonstrationem ocularem & expressam significat dict.* Ille.
2 *Fœminam non refert dict.* Ille, *eo casu, quo masculinum non concipit fœmininum.*
3 *Masculinum quibus casibus concipiat fœmininum remissiuè.*

Ille.

DICTIO CXLVII.

1 SIgnificat hæc dictio ocularem, & expressam demonstrationem, vt notant Surd. *decis.* 125. *num.* 1. Anton. Monach. Bonon. *decis.* 61. *num.* 4. Et refertur solùm ad nominatos in proximo superiori versiculo. Glos. *in cap. vt circa, §. 1. vers. coram.* vbi Gemin. *de elect. lib.* 6. Alex. *cons.* 204. *num.* 4. *& 5. lib.* 2. Quod etiam procedit etiamsi oratio ab vnico verbo ptincipali regatur. Afflict. *decis.* 248. *num.* 13. Gabr. *cons.* 127. *num.* 3. *& 6. lib.* 2. vbi *numero* 9. aduertit,
2 hanc dictionem salua ratione recti sermonis non referre fœminam eo casu, quo masculinum non conci-
3 pit fœmininum. Quibus autem casibus, & qua dispositione masculinum concipiat fœmininum vide Tiraq. *de retractu lig. §. 1. glos. 9. num.* 200. Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 6. *tit.* 7. *num.* 18. *& lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 2. Pereg. *de fideicom. artic.* 25. *nu.* 2. Gam. Lusit. *decis.* 337. *num.* 5. Cost. *in cap. si pater, de testam. lib.* 6. *p.* 1. *verb. Si absque liberis, num.* 24. latè Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæst.* 16. *à principio.*

Illicitè.

DICTIO CXLVIII.

1 ILlicitè fieri dicitur quod à Iure prohibitum est, vt per text. *in l. fideicom. §. illicitè*, iuncta glos. *ff. de leg.* 3. *& in l. licitatio, §. quod illicitè. ff. de publican. & in l. si filiæ, C. de donat. ante nuptias*, notat Bertazol. *de clauf. instrum. clauf.* 27. *glos.* 19. *num.* 5. vbi subdit, quòd licere nobis dicitur quod conceditur.

SVMMARIVM.

1 Illico, *operatur*, Sine interuallo.
2 *Biduum importat dict.* Illico.
3 Illico, *intelligitur*, Ipso iure.
4 *Executionem paratam habet dict.* Illico, *& non requirit aliam condemnationem.*

Illico.

DICTIO CXLIX.

1 OPeratur hæc dictio, *Sine interuallo*, vt *in l. idémque, §. sicut mandauero, ff. mandati, & in l. si quis in tantam, C. vnde vi.* Et idem ostendit quod dictio *Protinus*, & *Sine cunctatione*, vt *in l. litigator, C. de appell.* notat Menoch. *remed.* 1. *recuper. num.* 252.

Biduum importat, vt per Rip. *in l.* 4. *§. si condem-* 2
natum, num. 32. *ff. de re iudicata.* Interdum illud dicitur *Illicò fieri*, quod infra triduum fit, vt per text. *in l. infrà decem dies, C. quomodo, & quando Iudex. & in l. fin. C. de indict. vidait. tollend.* tradunt Mascard. *de prob. conclus.* 1084. *num.* 10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 43. *num.* 51. Intelligitur *Ipso iure*, vt *in l. vlt. C. de iu-* 3
diciis, notant Socin. *reg.* 260. *in* 2. *fallentia.* Cremen. *sing.* 7. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Reuertatur, n.* 115. *C. de reuoc. donat.* vbi subdit, habere executionem 4
paratam, veluti rem iudicatam, nec requirere aliam condemnationem. Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *quæst.* 7. *n.* 36. *&* 37. Card. Tusch. *verb. Priuatio, conclus.* 719. *n.* 20. Ioan. de Salas *in tract. de legib. quæst* 96. *tract.* 14. *disp.* 15. *sect.* 6. *sub num.* 78. Farinac. *fragm. crim. p.* 2. *verbo, Lex. num.* 113.

SVMMARIVM.

1 Immediatè *dicitur quicquid per rerum naturam continuatè vnum & idem est.*
2 *Annum immediatè præcedentem aliquid denotat dict.* Immediatè.
3 *Interuallum omne ex vera & propria significatione reiicit dict.* Immediatè.
4 Immediatum *id dicitur, quod est sine medio, & denotat aliquid fieri ipso iure.*

Immediatè.

DICTIO CL.

IMmediatè dicitur quicquid per rerum naturam 1
continuatiuè vnum & idem est, vt tradunt Bald. *in l. acutissimi, C. de fideicomm. & in l.* 1. *col. penult. C. de cond. infert.* Capra *cons.* 18. *num.* 12. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub hac dict.* Caputaq. *decis.* 21. *num.* 3. *p.* 3. vbi ait, denotare annum immediatè præcedentem 2
aliquid. Decian. *resp.* 9. *num.* 10. *lib.* 2. Rot. *in Romana fideicomm. de Bertis*, 15. *May* 1588. *coram Card. Pamphilio.*

Ex vera & propria significatione reiicit omne in- 3
teruallum, nam id immediatum est, quod est sine 4
medio, & denotat aliquid fieri ipso iure, ex adductis per Tiraq. *in l. si vnquam, verb. Reuertatur, num.* 125. *C. de reuoc. donat.* & per Rebell. *de oblig. Iustitiæ, p.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Correctiua præcedentium est dict.* Immò.
2 *Testis si diceret vnum, & postea diceret* immò sic, *tunc vltimum dictum valebit, & non dicetur vacillare, sed se statim correxisse.*
3 *Sententia si diceretur*, Absoluimus Titium, immò condemnamus, *censetur condemnatus, & non absolutus.*
4 *Copulatiuè, & ampliatiuè, non verò correctiuè ponitur dictio* Immò, *quando ponitur cum dict.* Etiam, *vel cum copula* Et.
5 *Alternatiuè aliquando ponitur dictio* Immò, *quãdo in præcedẽti est eadẽ ratio, vel maior.*

Immò.

Immò.

DICTIO CLI.

1 DE sui natura regulariter est correctiua præcedentium, & eius effectus est, vt vltimum valeat, vt *in l. si ita scriptum fuerit, ff. de hæred. instituen.* Castr. per text. ibi *in l. si qua*, 21. *num.* 1. *ff. si seruitus vendicetur*, & *in l. Stichus*, *immò Pamphilus*, & ibi Bart. *ff. de manumiss. testam. l.* 1. *in princip. ff. ad legem Rhod. de iactu*, Panormit. per text. ibi *in cap. accedens, num.* 9. *vt lite non contestata*, glos. *in cap. prædicator*, 16. *q.* 1. Aret. *cons.* 18. *vers. sed in contrarium*, Alciat. *cons.* 577. *num.* 4. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub hac dict.* Pancirol. *cons.* 195. *num.* 25. Cuman. *in l.* 1. *num.* 13. *C. de nouo Cod. faciendo*, Socin. Iun. *cons.* 77. *num.* 13. *vol.* 4. Honded. *cons.* 69. *num.* 28. *&* 29. *vol.* 2. Bertrand. *cons.* 372. *vol.* 1.

2 Vnde fit, vt si testis diceret vnum, & postea diceret: *Immò sic*: tunc vltimum dictum valebit, & non dicetur vacillasse, sed se statim correxisse. Bart. *in d. l. si ita scriptum, num.* 2. Castr. *in d. l. si qua, num.* 2. quos refert Cened. post *libr. canonic. & pract. quæst. sing.* 52. *num.* 4.

3 Hinc etiamsi in sententia diceretur: *Absoluimus Titium*, *immò condemnamus*: quòd censetur condemnatus, & non absolutus, tradunt glos. *verb. immò, in d. cap. prædicator*, 16. *q.* 1. Castr. post Bald. *in l.* 1. *nu.* 16. *C. de nouo Cod. faciendo.* Verùm pro huius decisionis veritate vide Roman. *cons.* 14. & Dec. *cons.* 445. *num* 1. Alex. *cons.* 9. *col. penult. vol.* 1. & *cons.* 119. *col. penult. vers. & quamuis*, *vol.* 3. Curt. *in addition. ad Castrum, in d. l.* 1. *num.* 16. *in vers. de dictione Immò.*

4 Interdum tamen ista dictio non ponitur correctiuè, sed copulatiuè, & ampliatiuè; quando scilicet ponitur cum dictione *Etiam*, vel cum copula *Et*, vt declarat Bart. *in d. l.* 1. *§. quibus, num.* 17. *C. de nouo Cod. faciendo*, Alciat. *cons.* 577. *num.* 4. Cened. *d. sing.* 52. *num.* 5. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 43.

5 Aliquando ponitur alternatiuè, quando scilicet in præcedenti est eadem ratio, vel maior, vt *in l. iubemus*, *§. œconomus*, *C. de sacrosanct. Eccles.* Si verò non est eadem ratio, tunc ponitur correctiuè, vt *in l. si vehenda, in princip.* & *§.* [illegible] *ad legem Rhod. de iactu*, Bart. *in d. l. si ita scriptum*, [illegible] *num.* 1. & *in d. l.* 1. *num.* 17. Castr. *in d. l. si qua, num.* 1. *&* 2. quos refert Cened. *d. sing.* 52. *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Diuersimodè, multiplicitérque accipitur dictio* In.

2 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

3 Intra. }
4 Inter. |
5 De. |
6 Ex. |
7 Iuxta. |
8 Apud. |
9 Sub. } In, *nonnunquam importat*
10 Supra. |
11 Propter. |
12 Valde. |
13 Per. |
14 Ante. |
15 Vsque. }

16 *Intrinsecitatem in loco denotat dict.* In.

17 *Intrinsecitatem non denotat dict.* In, *ratione euitandæ contrarietatis.*

18 *Distributiua est dict.* In.

19 *Augmentatiuè quandoque ponitur dict.* In.

20 *Augmentum non significat, sed minuit, seu priuat dictio* In, *quando reperitur composita.*

21 *Inclusiua est dictio* In, *intelligendo vt ibi.*

22 *Dict.* In, *&* De, *in quibus differant, ostenditur.*

23 *Prouideri si mandatur de dignitate in Ecclesia, talis gratia non habet vnicam dignitatem.*

24 *Dict.* In, *posita in gratia expectatiua, importat & capit omnem Ecclesiam, præter Cathedralem, quando mandatur prouideri in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis.*

25 *Statutum disponens, quòd quis capi non possit in domo, potest capi in limine domus.*

26 *Locus exemptus sit ne de diœcesi, vel in diœcesi ostenditur.*

27 *Conditionem quando faciat dictio* In, *ostenditur.*

28 In dies, *&* in singulos dies, *an idem sint.*

29 In diem viuere.

30 In posterum.

31 In modum.

32 In speciem.

33 In manibus.

In.

DICTIO CLII.

1 DIuersimodè, multiplicitérque accipitur hæc dictio, vt per Archidiacon. *in cap. si Papa*, 40. *distinct.* Bart. *in l. Gallus*, *§. ille casus*, *ff. de liber. & posthum.* Roman. *cons.* 376. *num.* 1. *cum seqq.* vbi Apostill. Alber. *in suo Dictionario, verb. in*, Mandos. *in glos. facult. in §. habita, in verb. in*, Menoch. *de arbitr. casu* 495. De eius tamen vi, & effectibus vide

2 Tiraq. *de retractu, tit.* 1. *§.* 1. *glos.* 11. *num.* 74. Medic. *de acquir. possess. in princip. vers. in*, Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 44. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 292. Cened. post *libr. practic. & canonic. quæst. singul.* 17. Tursellin. *in libello de particulis Latinæ orationis*, *cap.* 77. Grat. *de dictionib. dict.* 91. Vnde propter multiplicem eius significationem arbitrio Iudicis relinqui, quod sit eius significatum, tradit Menoch. *d. casu* 495. *num.* 1. *&* 2.

3 *Intra* importat hæc dictio, vt *in l. Gallus, in princip. ff. de liber. & posthum.* Roman. *d. cons.* 376. *num.* 5. *vers. expositam etiam*, Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 26. *glos.* 4. *num.* 4. Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 12. Est enim omninò, aut propè eiusdem significationis, *l.* 1. *§. quod diximus, ff. de succes. edict.* Tiraq. *d. glos.* 11. *num.* 74. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 99. *num.* 7. & *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 126. *num.* 5.

Octauian. Vulpell. *citato loco, num.* 2. Surd. *decis.* 178. *num.* 3. Vnde Rot. *decis.* 683. *num.* 5. *p.* 1. *recent.* post Bald. *in l. Gallus, §. ille casus, vers. vltimo nota hic de dict.* in, Alex. *num.* 15. & Ias. *num.* 21. *ff. de liber. & posthum.* censuit, hanc dictionem adiectam nomini locum significanti, & in casu nedum ablatiuo, sed etiam accusatiuo designare confinia intùs.

4 *Inter* importat, *cap. sacros.* 22. *distinct.* glos. *in l. fin. ff. de reb. dubijs, & in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verbor. oblig.* Roman. *d. cons.* 376. *num.* 5. *vers. tertia ratio,* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 11. Card. Seraphin. *decis.* 874. *num.* 3.

5 *De* non semel importat, vt *in cap. accedens, vers. in aliquo beneficio, de conces. præben.* quod exponitur de aliquo beneficio, Roman. *d. cons.* 376. *in princip.* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 8.

6 *Ex* sæpe importat, vt per glos. *in l. si patroni, §.* 1. *ff. ad Trebell.* Roman. *citato loco,* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 9.

7 *Iuxtà* quandoque importat, maximè posita in accusatiuo casu, glos. *in l. si statua, C. de iure dotium,* Alex. *in l. si cui legetur, num.* 3. *ff. de leg.* 1. Surd. *decis.* 178. *num.* 3.

8 *Apud* importat, vt *in l. fundi, §. item quod, ff. de action. empti,* Roman. *d. cons.* 376. *num.* 5. *vers. aliquando etiam,* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 14.

9 *Sub* importat hæc dictio, *in authent. de deposito, collat.* 6. *circa princip. in vers. in cond.* Roman. *d. cons.* 376. *in princip.* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 7.

10 *Suprà* importat etiam, vt *in l. si duo, §. item videamus, ff. vti possidetis, & in l. si vitem, §. si quis proiectum, ff. quod vi, aut clàm,* Roman. *d. cons.* 376. *num.* 5. *vers. aliquando,* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 13.

11 *Propter* importat, quando non ponitur determinatè ad certum locum, & tempus, & significat actum immediatum, vt per Bero. *q.* 99. *num.* 8.

12 *Valdè* importat, vt per Bartol. *in l. Gallus, §. ille, num.* 2. *ff. de liber. & posthum.*

13 *Per* importat, *in cap. in vestra, de cohabit. Clericor. & mulier.* vbi glos. Roman. *d. cons.* 376. *num.* 4. *vers. secunda, quia,* Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 10.

14 *Ante* aliquando importat, vt per Corn. *cons.* 83. *num.* 2. *vol.* 1. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 8. *in verb. iour, num.* 19. *fol.* 328. Cened. *d. sing.* 17. *num.* 3. *in fine.*

15 *Vsque* importat, quando iungitur accusatiuo casui, vt si fieri promittatur aliquid in diem, interpretamur, id est, vsque ad diem. Vulpell. *d. loco, num.* 2. Bertazol. *d. glos.* 4. *num.* 4. *in fine.*

16 Intrinsecitatem in loco denotat hæc dictio, vt per Bart. *in l. Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posthum. & in l.* 1. *§. in flumine, ff. de flumin.* Bald. *cons.* 47. *num.* 1. *in princip. p.* 4. Papien. *in forma prod. test. ad perpetuam rei memoriam, §. vsque ad Kalendas, col.* 2. *num.* 2. *in fine, vers. vel testis,* Imol. *in Clem. causam, col.* 6. *ad med. vers. vnde differunt, num.* 34. *de elect.* Alex. *cons.* 22. *num.* 8. *lib.* 4. Corn. *cons.* 339. *num.* 3. *vol.* 1. & *cons.* 278. *num.* 7. *vol.* 3. Rimin. Iun. *cons.* 388. *num.* 30. & *cons.* 398. *num.* 9. & *cons.* 470. *num.* 54. *lib.* 4. Tiraq. *d. glos.* 11. *num.* 66. Paris. *cons.* 22. *num.* 25. *lib.* 2. Put. *decis.* 220. *num.* 4. *lib.* 2. *in correct.* Vulpell. *citato loco, in princip.* Bertazol. *d. glos.* 4. *num.* 4. Ioseph. Sesse Aragon. *decis.* 124. *num.* 27. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 460. *num.* 60. & 61. Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 1. vbi id intelligit, si iungatur ablatiuo casui: & *num.* 2. subdit, non denotare intrinsecitatem in accusatiuo, si apponatur loco, vel tempori. Cened. *d. sing.* 17. *num.* 2. vbi ait, quòd quando hæc dictio adiicitur nomini significanti locum, siue adiiciatur in accusatiuo, siue ablatiuo, significat quamdam intrinsecitatem; & citat Iason. *in d. l. Gallus, §. ille casus, num.* 21. tenentem contra Bart. *ibidem, num.* 2.

Limita tamen, hoc non procedere ratione eui- 17
tandæ contrarietatis, quia tunc non denotat intrinsecitatem, *l. si statua,* & ibi glos. *verb. monumento,* vbi Bart. *num.* 2. *ff. de iniur.* glos. *verb. domum, in Clem. causam, de elect.* quæ exponit *in domo,* id est, ante domum, ne sit contra *l. plerique, ff. de in ius vocando.* Tradunt Alex. & Ias. *in d. l. Gallus, §. ille casus.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 8. *verb. iour, num.* 19. *pag.* 328. Cened. *d. sing.* 17. *num.* 3.

Distributiua est hæc dictio, & sæpe distributioni 18
seruit. Cic. 4. *Verr.* Describebat Censores binos in singulas ciuitates. Idem *pro Balb.* Vt in singulas colonias ciues Romanos facere posset. cum aliis adductis per Octauian. Vulpell. *d. loco, num.* 3. *vers. est etiam,* & per Menoch. *cons.* 124. *num.* 65.

Augmentatiuè quandoque ponitur, vt per Bald. 19
in d. l. Gallus, §. ille casus, num. 1. Sed Cened. *d. sing.* 17. *num.* 1. ait, quòd quando reperitur hæc dictio composita, hoc est, alij dictioni adiuncta, regulariter significat augmentum, & ponitur pro *Valde,* & citat glos. *verb. inuigilare, in Clem. pastoralis, de re iud.* quæ exponit *inuigilare,* id est, valdè vigilare. Cosm. *in pragmat. sanct. in tit. de causis ad princip. in verb. inuigilare.* Mandos. *in glos. faculi. §. habita, in verb. vt officium, fol.* 238. *col.* 1. *ad finem.*

Quandoque tamen reperitur composita, & non 20
significat augmentum, sed minuit, seu priuat, vt in dictionibus *Intestatus, iniustus,* & aliis similibus apparet, tradunt Mandos. vbi suprà *fol.* 238. *col.* 1. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 1. *num.* 3. Cened. *d. sing.* 17. *num.* 1. *in fine.* Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ, glos.* 1. *num.* 27.

Inclusiua est hæc dictio, vt per Roman. *cons.* 376. 21
num. 5. Tiraq. *d. glos.* 11. *num.* 74. & *in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, num.* 210. *vers. nam.* Oldrad. *cons.* 49. *num.* 9. Feder. de Senis *cons.* 25. *num.* 2. *vers. item.* Card. Tusch. *d. tom.* 2. *conclus.* 238. *num.* 5. *lit. D.* Sub distinctione tamen resoluit Cened. *d. sing.* 17. *num.* 4. dicens, quòd quando coniungitur nomini significanti tempus, tunc si adiiciatur ablatiuo, intelligitur intra tempus: nam idem est dicere, *In anno,* quod *intra annum. l. si ita fuerit libertas, ff. de manumiss. testam.* Bart. *in l. si cui legetur, ff. de legat.* 1. Ruin. *cons.* 114. *num.* 6. & 7. & *cons.* 82. *num.* 1. *vol.* 1. Si verò ponatur cum accusatiuo, significat post tempus, scilicet annos proximos. *l. si in annos,* & *l. non putabam, ff. de condit. & demonstr.* vbi Socin. declarat.

Dictio *In,* & *De* differunt, quia si mandatur 22
prouideri de Ecclesia, importat omnem Ecclesiam; si verò in Ecclesia videtur excipi Ecclesia continens. Ita Calderin. *cons.* 239. aliàs 18. *de præbend.* Oldrad. *cons.* 305. *in fine, num.* 5. & *cons.* 304. *num.* 16. *vers. non obstat.* Gemin. *cons.* 36. *in princip.* vbi quòd 23
si mandatur prouideri de dignitate in Ecclesia, talis gratia non capit vnicam dignitatem: quia si vnica est dignitas, tunc dicitur esse Ecclesiastica dignitas, non in Ecclesia. Zabarell. *in Clem.* 1. §. 1. *num.* 7. *in* 6. *quæst. de præbend.* vbi quòd dictio *In,* quando adiicitur in Ecclesia, non comprehendit ipsam Ecclesiam, etiamsi aliud beneficium in ea non esset.

Declara, quòd dictio *In,* posita in gratia expecta- 24
tiua importat, & capit omnem Ecclesiam, præter cathedralem, quando mandatur prouideri in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis; quia ea, quæ exprimuntur per nomina plurium copulatiua, ampliorem significationem assumunt, vt per Oldrad. *cons.* 305. *in fine, vers. sed dato.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 292. *num.* 17. vbi dicit, secùs econtrà, quando

non

non dicitur: *In aliqua Ecclesiarum*, sed dicitur: *In Ecclesia.*

25 Sic etiam statutum disponens, prout Papiæ, quòd quis capi non possit in domo, potest capi in limine domus, licèt limen sit de pertinentiis; quia dictio *In domo* importat, vt intra mœnia domus. Ita per text. *in l. cum ancillis, in fine, ff. de incertis nuptiis*, tradit Signorol. *cons.* 16. *incip. Statuto ciuitatis*, vbi adducit simile, quia in ciuitate dicitur, qui est intra mœnia ciuitatis, refert Card. Tusch. *d. conclus.* 292. *num.* 19. vbi *num.* 20. post Ioan. de Imol. *cons.* 115. *in princip.* subdit, quòd vendens omnia bona, vel quidquid habet in castro Liuarij, non censetur vendere ipsum castrum, quia dictio *In* hoc ipsum importat.

26 Vtrùm autem locus exemptus sit, ne in diœcesi, vel de diœcesi, vide latè Felin. *in cap. graue*, vbi Doctores *de offic. Ordin.* Feder. de Senis *cons.* 2. glos. *verb. aut earum parte, in Clem. 1. de foro competen.* Abb. *in cap. Apostolica, notab. 3. de donat.* Castr. *cons.* 187. *vol. 2.* Mil. *in Repert. verb. diœcesis*, Bald. *cons.* 426. *p. 1.* Ang. *cons.* 133. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de annatis, §. item quod ratione, vers. in diœcesi*, Ioan. à Cochier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, p. 4. q. 55.* vbi ait, quòd adiect. particula *In* generali sermone diœcesis comprehendit quidquid est inter illius fines, ita quòd nullus locus excipiatur; si verò dicatur de diœcesi, locus exemptus non comprehenditur. Quando Pontifex, verbi gratia, mandat Episcopo, vt alicui prouideat in aliqua Ecclesia suæ diœcesis, an prouidere possit in exempta. Dupliciter subdistinctione quæstio hæc dirimitur, videlicet, vt si dicatur, *In diœcesi*, comprehendantur exempti, ex eo quòd sint in diœcesi; si verò dicatur, *De diœcesi*, minimè: non enim dicuntur exempti esse de diœcesi, à qua per exemptionem sunt eiecti. Ita Felin. *in d. cap. graue, de offic. Ordin.* Brixien. *in Repertorio, verb. exemptio, vers. an per mandatum*, Gemin. *in cap. si propter, de rescript. lib. 6.* Ioan. Copus *de fructib. lib. vlt. cap. 3. num. 14. & 15.* Anton. de Rosel. *in tract. de Indulgent. num. 314. cum seqq.* Abb. *in cap. pro illorum, num. 6. in fine, de præbend.* pariter resoluentes, quòd si concessum fuerit Episcopo priuilegium, vt habeat fructus beneficiorum vacantium in sua diœcesi, habebit etiam fructus beneficiorum exemptorum suæ diœcesis, prout eos refert Erasm. à Cochier *d. tract. de iurisdict. Ordin. in exemptos, p. 1. q. 5. num. 21.* Secundò distinctio fieri potest, an sit dispositio fauorabilis, vel odiosa, vt sub priori comprehendantur exempti, sub posteriori verò minimè, vt per Felin. *in d. cap. graue*, & Petr. Andr. Gamar. *in cap. 1. num. 109. de permut. benefic. in 6.* Erasm. à Cochier *in d. tract. p. 4. q. 29.*

27 Conditionem facit, quando scilicet dispositio suspenditur in aliquem incertum euentum futurum, vt *in l. solemus, ff. de condit. & demonstr.* & *in d. l. si cui legetur*, vbi Bart. *ff. de leg. 1.* Natt. *cons.* 661. *num.* 27. & *cons.* 519. *num. 4. tom. 4.* Paris. *cons.* 18. *num.* 16. *lib. 3.* Ruin. *cons.* 115. *num. 5. vol. 3.* Becc. *cons.* 41. *incip. Visis, num.* 26. Gabr. *cons.* 171. *num. 4. lib. 4.* Cened. *d. sing. 17. num. 6. & 8.*

Quando hæc dictio iungitur verbo importanti tempus, oportet illud esse completum, vt per Alex. *in d. l. si qui, num. 3. ff. de leg. 1.*

28 *In dies*, & *in singulos dies*, significationem eamdem habent; differunt tamen in hoc, quòd alterum imminutum est, alterum plenum. Cic. *Topicor.* In dies vitium crescit. Idem 3. *Catil.* Crescit in singulos dies hostium numerus. Idem *lib. 6. epist. 12.* Illa in dies singulos magis, magísque opinio confirmatur.

29 *In diem viuere*, Cic. 2. *Officior.* Barbarorum est in diem viuere. Idem 2. *Phil.* Iam minimè miror, te cum perditissimis latronibus non solùm de die, sed etiam in diem viuere.

In posterum dicimus, vel *in perpetuum.* Cic. 2. *Agr.* 30 Videte, ne Censoribus in posterum potestatem Regiam permittatis. Idem 2. *de Diuinat.* Defectionis Solis, & Lunæ cognitæ, prædictæque in omne posterum tempus. Idem 3. *in Verr.* Idcircò tibi amicum in perpetuum fore putasti.

In modum elegantes, ac varios vsus habet. Plaut. 31 *Trin.* Exornetur in peregrinum modum. Cic. 2. *Verr.* Seruilem in modum cruciari. Idem *de Prou. Cons.* Miserandum in modum necari. Idem *Attic. lib. 2.* Miserandum in modum iratus est. Idem *lib. 15. epist. 9.* Miserandum in modum gaudeo. Liu. *lib. 1.* Vaticinantis in modum cecinit.

In speciem non semel eleganter dicimus. Cic. 7. 32 *Verr.* Præclara classis in speciem, sed inops, & infirma. Liu. *lib. 3.* Dilatáque in speciem actione, re ipsa sublata. Idem *lib. 30.* Ducentos, paucos in speciem captiuos.

In manibus esse per translationem multa significat. 33 Cic. *Attic. lib. 6.* Res est in manibus, id est, iam agitur. Idem *Attic. lib. 4.* de libris Orator. loquens: Factum est à me, diligentes, diu, multúmque in manibus fuerunt, id est, expoliti sunt. Idem *de Amicit.* Sed & audiuistis, & est in manibus oratio, id est, vulgò habetur. Idem 2. *Verr.* Libelli nominum vestrorum in manibus erant omnium, id est, per manus omnium versabantur. Liu. *lib. 35.* Victoria est in manibus, id est, habetur pro secura.

In antea.

DICTIO CLIII.

HÆc dictio importat *Ab inde*, seu *in posterum*, vt *in l. cum stipulatus sum mihi à Proculo, ff. de verbor. oblig.* Capra *cons.* 44. Flamin. Paris. *de consident. beneficialib. q. 28. num.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Dictio* In circa *operatur in modico.*
2 *Iudicis arbitrio relinquitur quanta sit modica quantitas quam operatur dictio* In circa.
3 *Modicus defectus ordinatur in decima parte.*
4 *Excessus modicus dicitur in decima parte.*
5 *Tempus incertum, saltem per sex menses importat dict.* In circa.
6 *Quantitatem certam, & determinatam excludit dict.* In circa.
7 *Testes deponentes per dictionem* In circa, *an & quando probent, ostenditur.*
8 *Testes duo contrarij deponentes per dict.* In circa, *quomodo possint redigi ad concordiam, ostenditur.*

In circa.

DICTIO CLIV.

OPeratur hæc dictio in modico, *argum. l. 2. §. ex actis. ff. de origin. Iuris.* glos. *verb. Circa, in cap. 1.* 1

§. penult. de offic. Ordin. lib. 6. Ruin. conſ. 130. num. 5. vol. 1. Pariſ. conſ. 104. num. 13. & conſ. 35. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 46. num. 3. cum ſeq. Surd. conſ. 376. num. 15. Mart. de clauſ. p. 1. clauſul. 59. num. 2. Et fuit dictum in Maceraten. ſpolij 13. Iunij 1611. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo, impreſſa per Farinac. deciſ. 353. num. 2. in fin. p. 2. recent.

2 Qualis, & quanta ſit iſta modica quantitas, remittitur arbitrio Iudicis, inſpecta qualitate negotij, & perſonarum ac rerum quantitate. Ita Alex. conſ. 82. in fin. lib. 7. Gregor. deciſ. 344. num. 1. & 10. Et faciunt tradita per Menoch. de arbitr. caſ. 144. ſub n. 13.

3 Modicus igitur defectus ordinatur in decima parte, vt per Corne. conſil. 59. ſub numer. 6. libro 4. Et

4 exceſſus modicus dicitur etiam in decima parte, ſecundùm Bero. conſ. 85. num. 4. lib. 1. Et quòd modica portio verificatur in quarta parte voluit Corn. d. loco, & fuit dictum in Romana locationis vineæ 20. Decembris 1603. coram Gregorio XV. inter eius deciſiones impreſſas, deciſ. 128. quæ reperitur etiam im-

5 preſſa apud Farin. deciſ. 73. num. 3. p. 2. recent. Quoad

6 ætatem verò importat hæc dictio tempus incertum, ſaltem per ſex menſes. Guido Pap. deciſ. 290. & ſingul. 436. Rebuff. in praxi, tit. de diſpen. ratione ætatis, in verb. Seu circa, & in tract. de nomin. quæſt. 11. in fine, num. 31. vbi dicit hanc dictionem eſſe ambiguam. Ruin. conſ. 10. num. 3. lib. 3. Marchef. de commiſſ. p. 1. pag. 1173. num. 3. vbi dicit, reddere tempus incertum. Rot. deciſ. 788. num. 3. apud Farin. in 1. collect. nouiſſimarum.

6 Excludere certam & determinatam quantitatem tenent Ruin. conſ. 10. num. 3. lib. 4. Gregor. deciſ. 558. num. 1. Rot. deciſ. 73. num. 3. in princip. apud Farin. p. 2. recent.

7 Teſtes deponentes per dict. In circa, an & quando probent, vide Caſtr. conſ. 113. incip. Contra ſuperius, num. 4. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 144. num. 4. Ruin. conſ. 10. num. 3. lib. 5. Guid. Pap. ſingul. 436. Rebuff. in pract. beneficiali, tit. de diſpenſat. ratione ætatis, in verb. Vel circa, num. 6. vbi ſub num. 5. refert exemplum cuiuſdam Clerici, qui debuit ſtudùiſſe quinque annis completis, ſi dicatur illum ſtudùiſſe quinque annis in circa, talis atteſtatio non valet, quia incerta. Corn. conſ. 179. incip. Ex puncto, num. 4. lib. 3. vbi ait, quòd hæc dictio poteſt importare quartam partem; & quòd in teſte importat ambiguitatem, quæ non concludit: & plenius conſ. 197. incip. Viſa, n. 14. circa medium, lib. 2. vbi, quòd teſtis deponens vel circa, deponit incertè, & non probat: & conſ. 120. incip. Omiſſis, num. 8. lib. 2. vbi ait, quòd ſi teſtis deponit, quòd ſunt propè decem anni, vel decem anni in circa, quòd talis dictio refertur ad modicam quantitatem: & conſ. 149. num. 17. lib. 5. ait, quòd ſi probatio debet eſſe de certo tempore, & teſtis dicat de illo tempore in circa, non concludit: & conſ. 82. incip. in cauſa, in fine, verſ. inſuper, lib. 7. vbi ait, quòd in licentia vendendi certos campos in circa, importat arbitrium Iudicis. Angel. conſ. 127. incip. Viſis, in princ. vbi ait, quòd teſtes deponentes de quantitate certæ menſuræ adiicientes dictionem In circa, debent intelligi de modica quantitate minori. Gregor. deciſ. 344. num. 6. Card. Tuſch. pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 249. num. 3. cum ſeqq.

8 Illud ad hoc propoſitum non eſt contemnendum, quòd quando duo teſtes contrarij deponunt per dict. In circa, poſſunt redigi ad concordiam, detrahendo virtutem iſtius dictionis In circa, à maiori ſumma, de qua deponit primus teſtis, & virtute eius dictionis augendo minorem ſummam, de qua deponit ſecundus teſtis, iuxta tradita pe Alciat. in l. hac adiectio. ff. de verb. ſignific. Angel. conſ. 94. num. 4. in fin. Pariſ. conſ. 104. num. 35. lib. 1. Mandel. conſ. 266. num. 34. quibus citatis ſic cenſuit Rota in Tiburtina confinium 4. Maij 1611. coram Card. Sacrato, impreſſa per Farinac. deciſ. 334. num. 5. p. 2. recent.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

2 Incontinenti, *pluribus modis accipitur.*

3 Incontinenti, *ex propria eius natura ſignificat*, Sine interuallo.

4 *Actus, vt nullo alio actu etiam momentaneo interpoſito debeat celebrari, operatur dict.* Incontinenti.

5 *Celeritatem deſiderat dictio* Incontinenti.

6 *Interuallum aliquod temporis non excludit dictio* Incontinenti, *quando res incontinenti recuperari non poteſt.*

7 *Temporis modicum ſpatium quomodo dict.* Incontinenti *importet, oſtenditur.*

8 *Dictio* Incontinenti *verificatur, quando eadem die, & loco, & coram eiſdem teſtibus aliquid fit.*

9 *Charta de retrouendendo incontinenti dicitur fieri, quando fit ſub eodem notario, & teſtibus.*

10 Incontinenti *quæ fiunt, à iure ineſſe creduntur.*

11 *Temporis aliquod breue ſpatium arbitrio Iudicis taxandum dicitur* Incontinenti.

12 *Arbitrio Iudicis relinquitur, an aliquid dicatur factum* Incontinenti.

13 Incontinenti *intelligitur intra terminum ad probandum conceſſum.*

14 Incontinenti *fieri dicitur, quando fit in flagranti delicto.*

15 *Contractus quando dicatur fieri* Incontinenti *remiſsiuè.*

16 Incontinenti *vt plurimum denotat, & intelligitur intra tres dies, quandoque intra menſem, nonnunquam intra decennium.*

17 Incontinenti *interpretatur, cùm commodè potuerit arbitrio Iudicis.*

18 *Canonem latæ ſententiæ ſignificat dictio* Incontinenti.

Incontinenti.

DICTIO CLV.

DE vi & effectibus huius dict. vide Menoch. de 1
arbitr. caſu 9. cum tribus ſeqq. & conſ. 576. nu. 33. Vulpell. de præpoſ. ſignif. ſub hac dictione, pag. 46. Franc. de Souſa in comment. ad tit. ff. de pact. art. 8. quæſt. 1. num. 6. cum ſeqq. Cened. poſt lib. pract. & canon. quæſt. ſing. 56. Anton. Gabr. com. lib. 1. tit. de præſ. concl. 13. Tiraq. in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, in 3. fallentia, num. 114. & in verb. Donatione largitus, num. 117. cum ſeqq. C. de reuocan. donat.

Pluribus

2 Pluribus modis accipitur hæc dictio, vt per Bald. *in l. petens, 27. num. 54. C. de pactis.* Natt. *conſil. 50. incip. Materiam, numero 24. in fin.* Aret. *in l. 1. ff. de verb. obligat. num. 11. poſt princip.* & ibi Imola *numero 19.*

3 Ex propria eius natura ſignificat, *ſine temporis interuallo*, gloſ. *verb. Mox, in cap. Quia propter, de elect.* dum exponit, *Mox*, id eſt, *Incontinenti*, nullo actu intermedio: text. *in l. quod ait, §. vlt. ff. de adulter.* qui interpretatur *incontinenti*, id eſt, vno impetu. Vide Tiraq. *d. verb. reuertatur, num. 114.* Ioan. de Salas *de legib. quæſt. 96. tract. 14. diſput. 15. ſect. 6. ſub num. 78.*

4 & denotat vt nullo alio actu etiam momentaneo interpoſito debeat actus celebrari, vt probat text. & *ibi* gloſ. *in l. ſi pater captus. ff. de vulgari.* Auendan. *de exequen. mandat. p. 1. cap. 16. num. 1.*

5 Deſiderat hæc dictio, & ſimiles, quæ ſunt aduerbia temporalia, celeritatem, vt per Bermond. *de publ. concub. verb. Statim, num. 3. fol. 227.* Grillan. *de hæret. lib. 1. quæſt. 5. num. 5.* vbi *num. 13.* ſubdit, quòd etſi iſta dictio deſideret celeritatem, tamen quod debet intelligi cum ciuilitate, quem refert Cened. *d. ſing. 56. num. 1. in princ. & num. 4. propè finem.*

6 Vnde non excludit hæc dictio aliquod interuallum temporis, quando res *incontinenti* recuperari non poteſt, iuxta reſoluta per Tiraq. *de iure conſtitu-*

7 *ti, p. 3. limit. 21. num. 11.* Nam licèt de ſui natura importet modicum temporis ſpatium, tamen hoc debet intelligi cum quodam temporis moderamine, non autem ad vnguem, vt obſeruat Natt. *conſil. 50. num. 29.*

8 Verificatur hæc dictio, quando eadem die, & loco, & coram eiſdem teſtibus aliquid fit, iuxta tradita per Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ. rubr. 1. §. 1. verb. rentes, num. 36. & rubr. 7. §. 5. verb. ne ordonnance, nu. 10.* Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, nu. 119. & de ret. actu conuention. §. 1. gloſ. 4.*

9 Vnde *incontinenti* dicitur fieri charta de retrouendendo, quando fit ſub eodem notario, & teſtibus. Caſſan. *conſil. 33. num. 12.* & quòd paria ſint aliquid fieri ante actum, vel *incontinenti* poſt, etiam in iis quæ de neceſſitate debent fieri ante actum, probant Rebuff. *in concord. in rubr. de collat. §. præfatique graduati, in verb. Ante vacationem, pag. 372.* Cened. *ſin-*

10 *gul. 56. num. 6.* quia quæ *incontinenti* fiunt, à Iure ineſſe creduntur, *l. lecta, 40. §. dicebam, ff. ſi certum petatur. l. petens, C. de pactis, cap. officij, 38. de elect.* Gonzal. *ad reg. 8. Canc. gloſſ. 43. num. 54.* Cardin. Tuſch. *pract. concl. tom. 4. lit. I. concluſ. 81.* Mar. Anton. *var. reſolut. libro 1. reſolut. 69. numero 5. & reſolut. finali, caſ. 62.*

11 *Incontinenti* dicitur aliquod breue temporis ſpatium arbitrio Iudicis taxandum. Menoch. *de arbitr. cap. 12. num. 4.* Sanch. *de matrimon. lib. 10. diſput. 12. num. 23.* Et regulatur ſecundùm ſubiectam materiam, ex adductis per Sigiſmund. Scacc. *de camb. §. 2. gloſ. 5. num. 7.* Franc. de Souſa *in comment. ad tit. ff. de*

12 *pactis, art. 8. q. 1. num. 6.* Ac proinde relinquitur arbitrio Iudicis, an aliquid dicatur factum in continenti, vel non, ſecundùm ſubiectam materiam, vt per Felin. *in cap. præterea, num. 10. de teſtib. cogen.* Gig. *de penſ. q. vlt. num. 26.* Bermon. *de publicis concubinar. in verb. ſtatim, num. 8. fol. 227.* Neuizan. *conſ. 56. num. 8. & conſ. 82. num. 11.* Aym. *in conſuetud.* Alber. *tit. 3. art. 1. num. 11. fol. 10.* Menoch. *d. caſu 9. num. 5.* Neapod. *in caſu 1. in verb. in continenti, de iure dotium, fol. 232.*

13 Intelligitur intra terminum ad probandum conceſſum. Gregor. *l. 7. verb. poſſeſſion. tit. 4. partit. 5.* Molin. *de primogenit. lib. 3. cap. 13. num. 12. & 18.*

Incontinenti fieri dicitur, quando fit in flagranti 14 delicto, hoc eſt, donec animus continuus durat. Fr. Anton. de Souſa *in relect. de cenſur. Bullæ Cœnæ, cap. 15. diſput. 78. num. 6.*

Contractus quando dicatur fieri incontinenti, 15 vide Ioſeph. de Seſſe Aragon. *deciſ. 230. num. 16.*

Cùm igitur reguletur hæc dictio ſecundùm ſub- 16 iectam materiam, prout ſuprà diximus; ideò vtplurimùm denotat, & intelligitur intra tres dies, vt *in l. fin. §. illicò*, vbi Iaſon *C. de iudiciis, & in l. lecta, num. 19. ff. ſi certum petat.* Interdum vnius menſis ſpatium denotat, vt *in l. diuortio*, vbi Alex. *num. 10. ff. ſoluto matrimon.* Quandoque extenditur vſque ad decennium, gloſ. *in l. ab eo, C. quomodo, & quando Iudex.* vbi Bald. *num. 1.* Ita Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. num. 46.*

Denique interpretatur, cùm commodè potuerit 17 arbitrio Iudicis, iuxta reg. *l. 3. §. cùm igitur, ff. de vi, & vi armata*, tradunt Menoch. *de arbitr. caſu 13. & rem. 1. recuperandæ, num. 259.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1065. num. 7.* Azeued. *l. 71. num. 3. tit. 1. lib. 3. nouæ Recopil.* Vallaſc. *conſult. 88. num. 6. & de partit. cap. 3. num. 11.*

Ipſo Iure denotat, & canonem latæ ſententiæ 18 ſignificat, vt per Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 95.* Cened. *d. ſing. 56. num. 5.* Sayro *in Claui Regia, lib. 3. cap. 8. num. 27.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. num. 37.* Farinac. *fragment. crimin. p. 2. verb. lex, num. 113.*

Incurrat.

DICTIO CLVI.

VErbum hoc intelligitur ipſo Iure, ſine alia ſen- 1 tentia, iuxta reſoluta per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 145. C. de reuocand. donat.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. num. 22.* Ioan. de Salas *ib. q. 98. tract. 14. diſput. 15. q. 16. ſub num. 78.* Farinac. *fragment. crimin. p. 2. verb. lex, num. 145.* Sayro in Claui Regia, *lib. 3. cap. 8. num. 21. verſ. fallit*, vbi etiam idem dicit de verbo *Incidat.*

SVMMARIVM.

1 Inde *interdum infert, & ſignificat* Ex quo.
2 Deinde *aliquando importat dict.* Inde.
3 *Locum reſpicit quandoque dict.* Inde, *& ſignificat*, Ex quo loco.
4 Ex hoc *nonnunquam importat dict.* Inde.
5 *Perſonam reſpicit dict.* Inde, *& denotat*, Ex qua perſona.

Inde.

DICTIO CLVII.

HÆc dictio interdum infert, & ſignificat *Ex quo*, 1 vt *in l. cenſere, & in l. ſi calumnietur, ff. de verbor. ſignif. & in l. 1. ff. de pact. & in l. & tertium, ff. de iudic. & in l. item ſi obſtetrix, ff. ad legem Aquil.*

Aliquando accipitur pro *Deinde.* Cic. *in Brut.* 2 Deinceps inde multi. Idem *pro Mur.* Quid tum inde? Liu. *lib. 1.* Agrippa inde Tiberini filius.

Quandoque reſpicit locum, & ſignificat *Ex quo* 3 *loco*, vt *in l. portus, ff. de verbor. ſignif. & in l. plerique, ff.*

de in

de in ius vocand. & in l. hæres, §. proinde, ff. de iudiciis. Cic. 2. *de natura Deor.* Iam inde ab ortu. Idem *lib.* 13. *epist.* 39. Nec inde venit vnde mallem. Idem 1. *de Inuent.* Si inde incipimus narrare vnde necesse erit.

4 Nonnunquam ponitur pro *Ex hoc*, vt *in l. notionem, ff. de verbor. signif.*

5 Denique respicit personam, & denotat *Ex qua persona*; interdum tempus, & significat *Ex quo tempore*, vt *in l. ait lex, ff. ad legem Aquiliam.*

Indulgemus.

DICTIO CLVIII.

1 DEnotat hoc verbum concessionem priuilegij, vt *in cap. si de terra, de priuileg.* Quandoque tamen importat solum idem, quod primum, & de Iure competebat, vt per Gemin. *cons.* 72. *num.* 2. *vers. non obstat verbum Indulgemus*, quem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 293. *num.* 1. *& 2.*

Inest.

DICTIO CLIX.

VErbum hoc est significatiuum veritatis, per ea, quæ tradit Tiraquel. *de retractu conuention.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 28.

In euentum.

DICTIO CLX.

1 HÆc dictio addita alicui dispositioni reddit eam subsidiariam, vt scilicet locum non habeat, nisi in subsidium, vt fuit resolutum *in Romana, seu Ariminen. pecuniaria* 10. *Decembris* 1591. *coram Giptio, & in Romana supplementi legitimæ* 30. *Iunij* 1619. *coram Buratto.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

2 Infra, *contrarium habet* Supra.

3 *Extrema sua includere solet dictio* Infra, *& excludere ea quæ sunt extra.*

4 *Terminus si assignatur ad aliquid faciendum infra decem dies, qualibet die dictorum decem dierum poterit ille actus fieri, & postea non.*

5 *Diem, quo assignatur terminus, est de natura huius dict. excludere.*

6 *Licentiam accipiendi possessionem prædij sui si quis dederit, nempe infra annum, in qualibet anni parte possessio accipi potest.*

7 *Actum immediatè sequentem terminum, cui adiungitur denotat dictio* Infra, *aliquando actum mediatum, interdum extremam partem.*

8 *Tempus continuum significat dict.* Infra.

9 *Tempori iuncta dict.* Infra, *denotat diminutionem, seu imperfectionem temporis.*

10 *Relationem habet dictio* Infra *ad inferius dicenda.*

Infra.

DICTIO CLXI.

DE vi, & effectibus huius dictionis vide Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 48. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 194. Cened. post *libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 53. Tursellin. *in libello de particulis Latinæ orationis, cap.* 79. Grat. *de dictionib. dict.* 95. 1

Hæc dictio contrarium habet *Supra.* Cic. *lib.* 6. *de Rep.* Supra Lunam sunt omnia æterna, infra autem nihil est nisi mortale. Idem *Attic. lib.* 9. *epist.* 6. Et quidem supra me Atticus, infra me Vetrius, familiares tui. Idem 6. *Verr.* Ipse ad mare infra Ossidium expectabat. Idem *pro Quinct.* Non modò ex numero viuorum exturbatur, sed si fieri potest, etiam infra mortuos amandatur. 2

Regulariter solet sua includere extrema, & excludere ea, quæ sunt extra, vt *in l.* 1. §. 1. vbi Bart. & alij *ff. de offic. Præfect. vrbis, & in l. in venditione, ff. de act. empti.* Vulpell. *citato loco.* Marc. Anton. Bard. *de tempore vtili, & continuo, q.* 19. *num.* 19. Gemin. *cons.* 121. *incip. Attenta forma, num.* 3. *vers. & hoc importat*, vbi ait, quòd si assignatur terminus ad aliquid faciendum infra decem dies, qualibet die dictorum decem dierum poterit ille actus fieri, & posteà non. Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium Sedium erect. cap.* 16. *num.* 9. Flam. *de resign. lib.* 12. *q.* 8. *num.* 25. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 299. *num.* 2. Rot. *decis.* 60. *num.* 5. apud Farinac. *in* 1 *collect. nouissimarum.* 3 4

Natura huius dictionis est excludere diem, quo assignatur terminus; & sic quando ille assignatur per istam dictionem, dies ipse primus termini non computatur in termino, vt per Cened. *d. sing.* 53. *num.* 1. Sic etiam natura huius dictionis est, quòd contineat contenta inter extrema, quibus adiungitur, *cap.* 1. *cap. ex tua, de auctoritate, & vsu pallij.* Socin. *cons.* 182. *num.* 5. *lib.* 3. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. §. 8. *in verb. iour, num.* 9. *vers. & primò.* Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 76. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *sub hac dict.* Cened. *d. sing.* 53. *num.* 2. 5

Vnde si quis dederit licentiam accipiendi possessionem prædij sui, nempe infra annum, in qualibet anni parte possessio accipi potest, vt fuit dictum *in Perusina bonorum* 20. *Aprilis* 1592. *coram Penia*, impressa per Pic. *ad statuta Vrbis, decis.* 38. *num.* 12. 6

Denotat actum immediatè sequentem terminum, cui adiungitur, & aliquando actum mediatum, interdum verò extremam partem, vt per Gom. *in cap. si annum,* §. *si verò, num.* 2. *& 8. de iudiciis, lib.* 6. quem refert Cened. *d. sing.* 53. *num.* 4. 7

Significat tempus continuum, ita vt currat de momento ad momentum. Angel. *cons.* 404. *incip. Paulus, col.* 2. *vers. & hoc importat.* Bald. *cons.* 246. *lib.* 5. quos refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 294. *num.* 1. Et ita facit terminum momentaneum, idem Tusch. *d. lit. D. conclus.* 291. *num.* 4. 8

Iuncta tempori denotat diminutionem, seu imperfectionem temporis; vnde dicitur puellam esse 9

consti

conſtitutam infra duodecim annos, quando nondum peruenit ad pubertatem. Ita Panorm. *in cap. ex parte, num. 3. de reſtit. ſpol.* quem refert Cened. *d. ſing. 53. num. 5.*

10 Relationem habet ad inferiùs dicenda, & ſecundùm ea regulatur, vt per Pariſ. *conſ. 98. num. 22. vol. 1.* Rolan. *conſ. 34. num. 27. tom. 4.* Menoch. *conſ. 86. num. 9. & 71.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 575. num. 28.*

11 Et eſt eiuſdem effectus, ac ſi omnia nominata, & ſcripta fuiſſent. Bertazol. *de clauſul. inſtrument. clauſ. 4. gloſ. 3. num. 2.*

12 Propriè refertur ad locum, vt *in l. in venditione, ff. de action. empti*, ibi, *infra domum, l. ſcire oportet, §. multa, de excuſat. tutor. cap. 1. de auctoritate, & vſu pallij.* Dec. *in rubr. C. qui admitti, num. 8. in 1. lect. & num. 36. in 2. lect.* Licèt quandoque referatur, & reſpiciat tempus, ſecundùm eum ibidem plures textus citantem, refert Cened. *d. ſing. 53. num. 6.*

13 Interdum pro *Poſt* vſurpatur. Cic. *in Brut.* Homerus non infra ſuperiorem Licurgum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Relatiua ad caſus, qui infrà expreſsè enumerantur, & deſcripti apparent, eſt dictio* Infraſcripti.

2 *Verba* Infraſcriptos hæredes, *important ſolùm illas perſonas, quæ oculis corporis legi poſſunt, & diſcerni ex inſpectione teſtamenti.*

3 *Verba præcedentia ad perſonas expreſsè nominatas in inſtitutione, & ſubſtitutione, reſtringit dict.* Infraſcripti.

4 *Scriptos infra taliter quòd legi poſſint, non per ſubauditum ſermonem, importat dict.* Infraſcripti, *ſecùs ſi aliter non poſſet habere effectum diſpoſitio.*

Infraſcripti.

DICTIO CLXII.

1 HÆc dictio eſt relatiua ad caſus, qui infrà expreſsè enumerantur, & deſcripti apparent, vt per Pariſ. *conſ. 93. num. 24. & ſeq. lib. 1.* Rimin. Iun. *conſ. 181. num. 13. lib. 2.* Menoch. *conſ. 86. num. 71. & conſ. 200. num. 31.* Honded. *conſ. 2. num. 19. lib. 2.* Vnde

2 verba *Infraſcriptos hæredes* important ſolùm illas perſonas, quæ oculis corporeis legi poſſunt, & diſcerni ex inſpectione teſtamenti. Ita Alex. *conſ. 176. incip. Viſis narratis, num. 10. lib. 7.* quem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. lit. D. concl. 260. num. 5.*

3 Reſtringit verba præcedentia ad perſonas expreſsè nominatas in inſtitutione, & ſubſtitutione; & reſtringit diſpoſitionem ad ſubſequentia, vt per Menoch. *conſ. 347. num. 7.*

4 Importat ſcriptos infrà, taliter quòd legi poſſint, non per ſubauditum ſermonem. Alex. *conſ. 176. in fine, lib. 7.* Et ita non verificatur niſi in iis, quæ ſcripta ſunt, & oculis corporeis legi poſſunt. Bart. *in l. 1. in fine, ff. quæ in teſtam. delentur.* Natt. *conſ. 436. num. 6. tom. 2.* Rimin. *conſ. 229. num. 32. vol. 3.* Menoch. *conſ. 1020. num. 16. & 42.* Ioan. Bapt. Coſta *inter clauſulas Martæ, p. 1. clauſ. 308. num. 2. in vlt. impreſſ.* Quando verò aliter non poſſet habere effectum diſpoſitio, tunc continebit ea, quæ legi non poſſunt, ſed per intellectum capiuntur, vt poſt Alex. *conſ. 173. incip. Viſa facti narratione, num. 6. & ſeq. lib. 5.* tradit Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 266. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus perpetuum denotat dictio* In infinitum.

2 In perpetuum, *idem eſt quod* In infinitum.

3 In perpetuum, *quandoque ſecundùm ſubiectam materiam refertur ad hominis vitam, ſi actus de ſui natura, vel diſponendi modus perſonam reſpiciat.*

4 In infinitum, *operatur vltra decimum gradum, perpetuámque familiæ conſeruationem denotat.*

5 *Poſita dictio* In infinitum *in conceſſione rei, importat vt illa nunquam ſit reuerſura.*

6 *Fideicommiſſum perpetuum inducit dictio* In infinitum, *poſita in ſubſtitutione facta in omnes deſcendentes.*

7 In infinitum, *poſita in ſubſtitutione, intelligitur de vulgari, & poſita in vulgari, non extenditur ad fideicommiſſariam.*

8 *Fideicommiſſum nouum non inducunt verba* In perpetuum, *&* In infinitum, *quando ſunt poſita relatiuè.*

9 *Temporis tractum importat dictio* In infinitum.

In infinitum, In perpetuum.

DICTIO CLXIII.

DEnotat hęc dictio perpetuum tempus, & perinde eſt, ac ſi *Semper*, dixiſſet. *l. apud Celſum, §. in hac exceptione, ff. de doli except.* Pariſ. *conſ. 74. num. 85. & ſeq. vol. 3.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag. 49.* Mart. *de clauſul. p. 3. clauſ. 41. num. 1.* 1

In perpetuum idem eſt, quod *in infinitum*, & intelligitur etiam poſt centum annos, vt per Put. *deciſ. 115.* aliàs *110. num. 5. & 8. lib. 1. in correct.* Cephal. *conſ. 268. num. 3.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc. 2. ſub hac dict.* Rimin. Iun. *conſ. 219. num. 22. lib. 2.* Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ. 22. num. 9. & diſcept. forenſ. cap. 131. num. 14.* & ſine præfinitione temporis eſt interpretanda *l. Iuriſperitus, ff. de excuſat. tutor. l. qui ſaltum, ff. de legat. 3.* Pariſ. *conſ. 72. num. 85. lib. 4.* Grat. *conſ. 31. num. 24. lib. 2.* Port. *lib. 1. commun. opinion. reg. 27.* quos refert, & ſequitur Rot. *in Perufina bonorum 22. Aprilis 1580. coram Brauo*, impreſſa per Farinac. *deciſ. 10. num. 5. p. 1. recent.* 2

Quandoque ſecundùm ſubiectam materiam refertur ad hominis vitam hæc dictio *In perpetuum*, ſi actus de ſui natura, vel diſponendi modus perſonam reſpiciat, *l. 1. ff. pro ſocio, cap. tranſmiſſa, de eo, qui cognouit conſanguineam vxoris ſuæ*, gloſ. *in l. in perpetuum, ff. de procur.* Butr. *conſ. 49. circa finem.* Ruin. *conſ. 143. num. 6.* Petr. Enriq. *citato loco*, Alex. *conſ. 86. num. 2. lib. 1.* vbi declarat, id eſſe verum, cùm quid conceditur perſonæ. 3

4 Ex sua propria significatione hæc dictio *In infinitum* operatur vltra decimum gradum. Menoch. *cons.* 399. *num.* 8. perpetuámque familiæ conseruationem denotat. Intrigl. Siciliæ *decis.* 3. *num.* 19.

5 Posita in concessione rei importat, vt illa nunquam sit reuersura, vt post Socin. *cons.* 266. *num.* 37. *vol.* 2. tradit Gabr. *cons.* 76. *num.* 7. & 8. *vol.* 2. & censuit Rota *decis.* 10. *num.* 5. apud Farinac. *p.* 1. *recent.*

6 Posita in substitutione facta in omnes descendentes, inducit fideicommissum perpetuum, vt per Menoch. *cons.* 348. *num.* 16.

7 Item posita in substitutione intelligitur de vulgari, iuxta tradita per Surd. *cons.* 370. *num.* 9. & posita in vulgari non extenditur ad fideicommissariam, vt resoluit Mart. *d. claus.* 41. *num.* 5.

8 Verba *In perpetuum*, & *In infinitum*, non inducunt nouum fideicommissum, quando sunt posita relatiuè, sed recipiunt limitationem iuxta substitutionem relatam, ex adductis per Gregor. *decis.* 433. *num.* 11.

9 Importat hæc dictio tractum temporis. Seraphin. *decis.* 409. *num.* 15. Et quia huiusmodi dictio denotat qualitatem temporis, ideò semper refertur ad proximè immediata, & non ad alia, vt notatur *in l. filium, in princip. ff. quando dies legati cedat.* Mart. *d. claus.* 41. *num.* 2. vbi intelligit, præsertim quando diuersa ratio inter vnum, & alterum casum assignari potest.

Vide alia in dictione *Perpetuò*, 253.

Insimul.

DICTIO CLXIV.

1 HÆc dictio *Insimul* significat congregationem, & connexitatem, vt *in cap.* 1. ibi, *Cum reliquæ insimul, de consuet. lib.* 6. & *in l.* 3. *circa princip. ff. si fam. furt. fec. dic.* & *in l. Arethusa, ff. de statu homin.* & *in l. qui duos, ff. de vulgari, & pupill.* tradit Paris. *cons.* 79. *num.* 20. *lib.* 3.

Instar.

DICTIO CLXV.

1 SImilitudinem importat hæc dictio. Bald. *cons.* 232. *num.* 2. *vers. præterea, lib.* 1. & *in l.* 1. *C. de patr. qui fil. distrax.* Cardin. *in Clem.* 1. *in* 5. *notab. de iudic.* Mandos. *de priuileg. ad instar, q.* 1. *num.* 2. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 296. *num.* 1. vbi *num.* 2. post Bald. *d. cons.* 232. *num.* 2. declarat, quòd hæc dictio *Ad instar alicuius*, quod esse desinit, nihil operatur, ex quo iam desinit esse, & nulla similitudo esse potest eius, quod non est.

Cætera habes in *tractatu de Clausulis, claus.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Idem quod* Vltra *&* Vlteriùs *importat dict.* Insuper.
2 *Diuersitatem à præcedentibus importat dictio* Insuper.
3 *Clausula posita in principio, non refertur ad sequentia, quando adest dict.* Insuper.
4 *Continuatiuè de sui natura venit dict.* Insuper, *addendo ad superiora retenta eadem materia.*
5 Insuper, *ponitur pro*, Præterea, *& aliquando pro* Præcipuè, *vt num.* 6.

Insuper.

DICTIO CXLVI.

IMportat hæc dictio idem quod *vltrà*, & *vlteriùs*, 1
l. Seiæ, in princip. vers. Seiæ insuper, & ibi glos. *ff. de fundo instructo, cap. statutum, §. insuper, de rescript. in* 6. Petr. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §.* 1. *vers. insuper.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. in infinitum, vers. dictio Insuper, pag.* 50. Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 27. *glos.* 1. *num.* 5. Et fuit dictum *in Romana nullitatis*, 26. *Nouembris* 1616. *coram V baldo.*

Diuersitatem à præcedentibus denotat, *cap. in-* 2
super, de test. Vulpell. *citato loco*, Gemin. *cons.* 44. *num.* 2. vbi *num.* 4. *vers. hoc probat*, ait, quòd clausula posita in principio non refertur ad sequentia, quando adest 3
dictio *Insuper*, quæ importat diuersitatem, *& cons.* 23. *in princip.* ait, quòd si priuilegium continet plura capitula, illud dicitur diuersum ab aliis, quod incipit per istam dictionem *Et insuper.* Mandos. *de priuileg. ad instar, glos.* 1. *num.* 12. Flamin. *de resign. tom.* 2. *lib.* 11. *q.* 11. *num.* 18. Mart. *de clausulis, p.* 4. *claus.* 24. *num.* 4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 295. *num.* 1.

De sui natura venit continuatiuè, addendo ad 4
superiora, retenta eadem materia, dictum *cap. statutum, §. insuper, cap. vbi periculum, §. ipsos insuper, de elect. lib.* 6. Bero. *cons.* 80. *num.* 5. *lib.* 2. Flamin. *d. q.* 11. *num.* 24. Mateſc. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 151. *num.* 8. Et fuit dictum *in Romana Palatij*, 18. *Februarij* 1619. *coram Card. Sacrato.*

Ponitur pro *Præterea*, *l.* 1. *C. communia, de legatis*, 5
§. alia insuper, Instit. de donat. Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §.* 1. *in glos. verb. insuper*, quem refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 41. *nu.* 30.

Aliquando pro *Præcipuè* ponitur, *cap. cùm acces-* 6
sissent, de constit. Mandos. *d. glos.* 1. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 Integrè *habere dicitur qui totum habet, & nullam penitùs tenet diminutionem.*
2 *Liberatio facta integrè de eo omni, quod debetur ei qui liberat, comprehendit etiam debitum ratione personæ, vel officij, & vtroque modo.*
3 Integrum *dicitur, cui nulla pars deest.*
4 *Diminutio vbi aliqua est, non dicitur* integrum.
5 Domus integra *dicitur antequam ruat, demoliatúrve.*
6 Facultas integra, *id est, plena, & non dissipata.*
7 Pecunia integra, *id est, omnis.*
8 Fides integra, *id est, syncera, & perfecta.*
9 Integra petitio, *id est, tota.*
10 Præbenda integra, *id est, non diuisa.*
11 Fama & dignitas integra, *id est, nõ corrupta.*

12 Ritus

12 Riuus integer *dicitur, qui refectione non indiget.*

13 Dotem integram *ſi maritus promittat reſtituere, mortua vxore, cenſetur renunciare lucro quartæ partis ipſius dotis, quod per mortem vxoris ex forma ſtatuti lucrari debet.*

14 Fructus integri, *dicuntur non deductis expenſis.*

15 Legatum integrum, *dicitur ſine falcidiæ detractione.*

16 Dominium integrum, *id eſt, continuum, non amiſſum.*

17 Vas integrum, *id eſt, ſanum, & non ruptum.*

18 Animal integrum, *dicitur habens omnia corporis membra integrè formata.*

19 Reſtituere in integrum, *eſt reſtituere honoribus, ordini, & omnibus cæteris.*

20 Reſtituere integrè, *importat reſtitutionem vſque ad vltimum quadrantem.*

21 Ex integro, *id eſt*, Denuo, In ſolidum, In totum.

Integrè, Integrum.

DICTIO CLXVII.

1 *INtegrè* habere dicitur, qui totum habet. Menoch. *conſ.* 687. *num.* 43. Rot. *deciſ.* 300. *num.* 10. *p.* 1. *recent.* & nullam penitùs habet diminutionem. Idem Menoch. *conſ.* 918. *num.* 3. Vide Bald. *conſ.* 88. *lib.* 1. ait,
2 quòd liberatio facta integrè de omni eo, quod debetur ei, qui liberat, comprehendit etiam debitum ratione perſonæ, vel officij, & vtroque modo, niſi de contrario appareat, prout eum refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 297. *num.* 1.

3 *Integrum* dicitur, cui nulla pars deeſt, vel quod ſine diminutione ex omnibus ſuis partibus conſtat, *l. nomen filiarum, §. fin. ff. de leg.* 3. *l. decem, ff. de fideicommiſſ. libert.* Alex. *conſ.* 201. *num.* 7. *vol.* 6. Ruin. *conſ.* 159. *num.* 6. *vol.* 3. Pariſ. *conſ.* 116. *num.* 14. *vol.* 1. Ioan. de Amic. *cenſ.* 12. *num.* 29. Natt. *conſ.* 164. *num.* 9. Rolan. *conſ.* 27. *num.* 3. *tom.* 4. Menoch. *conſ.* 229. *num.* 10. & *conſ.* 374. *num.* 11. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 90. Surd. *conſ.* 511. *num.* 7. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ.* 12. *num.* 7. *in fine.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. integrè, pag.* 51. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 297. *num.* 1. Rota *deciſ.* 446. *num.* 1. apud Farinac. *in* 1. *collect. nouiſſimarum.*

4 Vbi enim eſt aliqua diminutio, non dicitur integrum. Gozad. *conſ.* 42. *num.* 8. Petr Enriq. *opuſc.* 2. *num.* 25. Nam integrum, & ſine diminutione dicitur corpus illud, cui nihil deeſt. Menoch. *conſ.* 264. *num.* 26.

5 *Integra domus* dicitur, antequàm ruat, demoliturve, *l. hoc ampliùs, ff. de damno infecto.*

6 *Integra facultas*, id eſt, plena, & non diſſipata, nec obligata, *l.* 2. *C. de debitor. ciuit. lib.* 11.

7 *Integra pecunia*, id eſt, omnis pecunia, *l. ſi rem, §. omnis, ff. de pignor. actione.*

8 *Integra fides*, id eſt, ſincera, & perfecta, *l. vnica, C. de ſuffragiis.*

9 *Integra petitio totius rei, vel debiti*, id eſt, tota, ſolida, non diminuta, *l. eum qui, in fine, ff. de inoffic. teſtament.*

Integra prabenda, id eſt, non diuiſa, nec diminuta, 10
cap. cui de non ſacerdotali, de præbend. lib. 6.

Integra fama, & dignitas, id eſt, non corrupta, læſa, 11
aut diminuta aliquâ notâ, ſeu crimine, *l. & tantùm, §.* 1. *ff. de ſeruo corrupto, l. capitalium, §. fin. ff. de pœnis.*

Integer riuus dicitur, qui refectione non indiget, 12
l. 1. *§. purgandi, ff. de riuis.*

Integram dotem ſi maritus promittat reſtituere, 13
mortua vxore, cenſetur renunciare lucro quartæ partis ipſius dotis, quod per mortem vxoris ex forma ſtatuti lucrari debet. Ita Marſil. *ſing.* 687. *incip. verbum integrè.* Alex. *conſ.* 5. *num.* 15. *lib.* 3. & *conſ.* 133. *num.* 5. *lib.* 5. vbi num. 7. reſtringit quoad impenſam funeris, & refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 297. *num.* 10. & 11.

Integrè fructus dicuntur, non deductis expenſis. 14
Alex. *d. conſ.* 133. *num.* 4. *verſ. & ſimiliter, lib.* 5. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 297. *num.* 9.

Integrum legatum dicitur ſine Falcidiæ detra- 15
ctione. Alex. *d. conſ.* 133. *num* 4. *lib.* 5. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 297. *num.* 8. Vnde ſi teſtator mandauerit integra legata ſolui legatariis, videtur prohibere hæredi detractionem Falcidiæ, Alex. *d. conſ.* 133. *num.* 6. *verſ. vbi habetur, lib.* 5. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 297. *num.* 12.

Integrum dominium, id eſt, continuum, non amiſ- 16
ſum, aut incorruptum dicitur, *l. Pomponius, in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Integrum vas ſi teneatur præſtare venditor, intel- 17
ligitur ſanum, & non caſſatum, nec ruptum, *l. tenetur, §. ſed ſi vas mihi vendideris, ff. de action. empti, l. vnica, C. de ſent. quæ pro eo.*

Integrum animal dicitur habens omnia corporis 18
membra integrè formata, *l. quod dicitur, ff. de liber. & poſthum.*

In integrum reſtituere, eſt reſtituere honoribus, or- 19
dini, & omnibus cæteris, *l.* 1. *& l. fin. C. de ſententiam paſſis.*

Integrè reſtituere importat reſtitutionem vſque 20
ad vltimum quadrantem, iuxta notata per Cald. Pereira *de empt. cap.* 9. *nu.* 7. Et in integrum reſtituitur minor, quando totum ius ſuum recuperat, *l. quòd ſi minor, §. reſtitutio, ff. de minorib.*

Ex integro, id eſt, denuò in ſolidum, in totum 21
l. ait Prætor, §. exitus, ff. quæ in fraudem creditor. l. Diuus, ff. de cuſtodia reorum.

Integraliter.

DICTIO CLXVIII.

HÆc dictio idem importat, quod ſine dimi- 1
nutione, vel cum integritate. Natt. *conſ.* 464. *num.* 9. & 10. *volum.* 2. Alex. *conſ.* 206. *Viſo themate, num.* 2. *verſ. fortificantur, lib.* 2. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 297. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Veritatem aliquando deſignat verbum* Intelligitur.

2 *Fictionem quandoque importat verbum* Intelligitur.

3 *Improprietatem nonnunquam importat verbum* Intelligitur.

4 *Præsumptionem interdum arguit, & ostendit verbum* Intelligitur.

Intelligirur.

Dictio CLXIX.

1 VErbum hoc veritatem aliquando designat, iuxta notata per Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 11. *num.* 11.

2 Interdum fictionem importat, vt per Abb. *cons.* 20. *col.* 2. *vers. nam verbum, lib.* 2. Brunor. à Sole *in locis commun. bus, lit. V. num.* 43. Tiraq. *de iure mariti, glos.* 2. *num.* 67. Bertazol. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. num.* 650. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 35. *num.* 9. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 394. *num.* 2.

3 Nonnunquam improprietatem denotat, vt per Tiraq. *de iure mariti, glos.* 7. *num.* 174. & *in tract. Le mort saisit le vif, p.* 2. *declar.* 10. *à num.* 7.

4 Quandoque arguit, & ostendit præsumptionem, secundùm Menoch. *d. cons.* 370. *num.* 10.

SVMMARIVM.

1 *Temporis extremitas notatur per dictionem* Inter.

2 *Distributiua est dict.* Inter, *quæ operatur, vt omnes quos respicit in dispositione considerati dicantur.*

Inter.

Dictio CLXX.

1 PEr hanc dictionem notatur temporis extremitas, *l. non omnis, ff. si certum petat.* Et illa ponitur inclusiuè, *l.* 1. *§. in initio, ff. de offic. Præfect. Vrbis, l. ade, §. interim, ff. de contrab. empt.*

2 Distributiua est hæc dictio, quæ operatur, vt omnes, quos respicit in dispositione, considerati dicantur, *l. inter pares, ff. de re iudic.* Menoch. *cons.* 200. *num.* 78. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. interdiu, vers. inter, pag.* 51. Card. Seraphin. *decis.* 874. *num.* 4.

Interdiu.

Dictio CLXXI.

1 ADuerbium est temporis, cuius contrarium est *Noctu.* Cato *de re rust.* Canes interdiu clausos tenere oportet, vt noctu acriores, & vigilantiores sint. *l. si commune, §. is qui nocturnam, ff. quemadmodum seruitus amittat. l. hoc edictum, §. Labeo, ff. de his, qui deiec. l. itaque, ff. ad legem Aquil.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 51.

Interdum.

Dictio CLXXII.

1 DE natura huius dictionis est, vt præsupponat regulam in contrarium, & denotat exceptionem, & raritatem, vt *in l. interdum, ff. de minorib. l. interdum, in princip.* & ibi glos. & Salicet. *ff. de condict. indeb. l. interdum,* & ibi etiam Salicet. *in princip. ff. qui pot. in pignor. hab. l. interdum, ff. de verbor. signif. l. seruitutes, §. stillicidium, ff. de seruitut. vrb. prædior. l. interdum, ff. de vsufruct. accresc. l. interdum, ff. rem ratam haberi, l. interdum, ff. de furtis.* Tiraq. *de retractu lign. §.* 1. *glos.* 9. *num.* 224. Corn. *cons.* 13. *col.* 1. *vol.* 4. Gom. *in §. sed istæ, num.* 21. *Instit. de actionib.* Signorol. *cons.* 155. *col.* 4. *vers. item certi sunt.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 52. Menoch. *consil.* 99. *num.* 187. Cened. *post lib. pract. & canon. quæst. singul.* 55. *num.* 1. vbi *num.* 2. *per l. legitima, ff. de pactis, & cap. quemadmodum, in fin. princip. de iureiur.* subdit, quòd aliquando videtur, quòd ista dictio denotat regulam.

SVMMARIVM.

1 *Temporis intermedij limitatiua est dictio* Interim, *& importat pendentiam, & idem quòd* medio tempore.

2 Interim, & Interea, *vim eandem habent.*

Interim.

Dictio CLXXIII.

1 EST limitatiua temporis intermedij, & importat pendentiam, & idem quod *medio tempore, l. qui ad certum, ff. locati, l. si chorus, in fin. ff. de legat.* 3. *l. libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municip.* Cephal. *cons* 450. *num.* 27. *lib.* 3. Signorol. *cons.* 189. *num.* 1. Rimin. Iun. *cons.* 244. *num.* 48. & 71. *lib.* 3. Vulpell. *de præpos. signif. sub dict. Interdiu, vers. Interim, pag.* 52. Magon. Florent. *decis.* 90. *num.* 13. Anton. Magon. Bononien. *decis.* 59. *num.* 20. Honded. *cons.* 97. *num.* 17. *lib.* 1. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 298. Et vltra illud tempus non protenditur. Surd. *consil.* 460. *num.* 68. Anton. Monach. *d. decis.* 59. *num.* 21. Et fuit resolutum *in Romana Societatis* 9. *Aprilis* 1612. *coram Card. Caualerio,* impressa per Zach. *post tract. de Societ. decis.* 78. *num.* 2.

Interim, & *Interea* vim habent eandem, sed *Interim* 2 ferè absolutè ponitur. Cic. *pro Ligar.* Interim Varus Vticam venit. Id. 2. *de Orat.* Hoc interim spatio conclaue illud concidit. Cæs. *lib.* 5. *de bello Gall.* Interim dum de conuentionibus inter se agunt.

SVMMARIVM.

1 Intra, *contrarium habet* Extra, *& ex diametro aduersantur.*

2 Intra *propriè sumpta refertur ad tempus.*

3 *Tempus, & diem termini quandoque includit dict.* Intra.

4 *Includit interdum dict.* Intra *rem, siue locum, vel sua extrema.*

5 *Anni perfectio quòd non requiratur, operatur dictio* Intra.

6 Intra, *in substitutionibus, secundùm mentem testatoris, importat idem quod* Citra, *vel quod* Ante.

7 Citra *sæpè importat dict.* Intra.

8 Iuxta *aliquando importat dict.* Intra.

Intra.

DICTIO CLXXIV.

1 INtra contrarium habet *Extra*, ac ſæpè ſtatum in loco declarat. Cic. *de Vniu.* Intra cœlum geniti Dij. Id. *Attic. lib.* 3. *epiſt.* 14. Quod facile fuiſſet, niſi intra parietes meos, de mea pernicie conſilia inirentur. Ex diametro igitur huiuſmodi dictiones ſibi aduerſantur, vt *in l.* 1. *§. ſiue autem, ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloſ.* 11. *numero* 72, Bertazol. *de clauſulis inſtrum. clauſ.* 26. *gloſ.* 6. *num.* 1. Cened. *poſt lib. practic. & canon. quæſt. ſingul.* 54. *numero* 4.

2 Propriè ſumpta hæc dictio, refertur ad tempus. Cic. 2. *Ver.* Quæ intra decem annos poſteaquam iudicia ad Senatum tranſlata in rebus iudicandis nefariè, flagitioſéque facta ſunt. *l.* 1. *ff. de doli except. l. emancipata, C. qui admitti.* Dec. *in rubr. C. qui admitti, num.* 8. *in* 1. *lect. & num.* 36. *in* 2. *lect.* Cened. *d. ſing.* 54. *num.* 1. vbi *num.* 2. ſubdit, quòd ſi hæc dictio reſpicit locum, denotat intrinſecitatem loci, & verificatur in qualibet parte loci.

3 Quandoque includit tempus & diem termini, *l. ſi ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. l. qui ante, ff. eod. tit. l. qui bona. §. fin. ff. de damno inf. l. intra, ff. de minor. l. ſi legatum, ff. de operib. publ. l. ſi intra, ff. de ſtatulib. l. plebiſcito, ff. de offic. Præſid.* Notant Tiraq. *d. gloſ.* 11. *num.* 24, Vulpell. *de præpoſit. ſignif. ſub hac dict. pag.* 48, Cardin. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 299. *num.* 3, Cened. *d. ſing.* 54. *num.* 1. vbi *num.* 3. ſubdit, quòd intra annum ſoluere includit vltimum diem anni.

4 Interdum includit rem, ſiue locum, vel ſua extrema; *l.* 1. *§. cùm vrbem, ff. de offic. Præf. Vrbis. l. fin. ff. de captiu. l. ade, ff. de contrah. empt. l. quæro, ff. de action. empti. l. vxore, §. item quæſitum, ff. de legat.* 3. *l. intra, ff. de appellat. l.* 1. *C. vt intra certum tempus ciuiles quæſt. termin.* Vulpell. *citato loco pag.* 48. Socin. *conſ.* 221. *in princip. verſ. & ſic videtur facta, lib.* 2. Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 9. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 299. *num.* 1, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 301. *num.* 20. & fuit dictum *in Romana Societatis* 2. *Iunij* 1608. *coram Card. Lancellotto.*

5 Operatur tamen quòd non requiratur anni perfectio, iuxta notata per Surd. *deciſ.* 178. *num.* 8.

6 In ſubſtitutionibus hæc dictio ſecundùm mentem teſtatoris importat idem quod *citra*, vel quod *ante*, veluti ſi pater ſubſtituat filio ſi decedat intra pubertatem, *l. qui habebat filium, ff. de vulg. & pupil.* quia ibi exponitur ante pubertatem. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 299. *num.* 4. vbi *num.* 5. poſt Bald. *conſ.* 111. *incip. Factum talis proponitur, num.* 2. *verſ. ſuper ſecundo, lib.* 4. extendit, vt idem ſit quando pater ſubſtituit filio decedenti intra legitimam ætatem, quia intelligitur ſi decedat antequàm ſit in ætate legitima.

7 Et quòd pro *Citra* ſæpe hæc dictio vſurpetur, colligitur ex multis locis Ciceronis, & præcipuè *pro Sext.* Antiochus intra montem Taurum regnare iuſſus eſt. Idem 1. *Verr.* Locus iam intra Oceanum nullus eſt. Idem *pro lege Manilia:* Nullam intra Oceani oram prædonum nauim eſſe audiatis.

8 Pro *Iuxta* aliquando aſſumitur, *l. ſi ſtatua*, cum ibi notatis. *ff. de reg. Iuris.* Et facit quod notatur *in l. eas, ff. de condit. & demonſtr.* Alex. *conſ.* 8. *num.* 7. *lib.* 4.

Intuitu.

DICTIO CLXXV.

1 IMportat idem quod contemplatione, vulgari Italico ſermone, *Per riſguardo*, aut *Per reſpetto del tale, cap.* 2. *de dolo, & contumac.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 300. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 Inuicem, *ab* In, *&* Vicem *componitur.*
2 *Reciprocationem inter partes denotat dict.* Inuicem.
3 *Communionem inter partes includit dict.* Inuicem.
4 *Dict.* Inuicem *poſita in ſubſtitutione, eam reciprocam oſtendit.*

Inuicem.

DICTIO CLXXVI.

AB *In*, & *vicem* componitur dictio *Inuicem*, vt 1 declarat text. *in l. qui inuicem, ff. de condict. indeb. auth. item ſibi inuicem, C. de ſacroſ Eccleſ.*

Denotat reciprocationem inter partes, *l.* 1. *ff. de* 2 *verbor. oblig. l.* 1. *C. de iis, qui ante apertas tab.* Et com- 3 munionem inter eas inducit, Ferrer. *in conſtitut. Cathaloniæ, gloſ.* 7. *num.* 15.

In ſubſtitutione eam reciprocam oſtendit, *l. in* 4 *teſtamento, §. hæc verba, ff. de hæred. inſtit.* Notat Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 52.

SVMMARIVM.

1 *Relatiua eſt dict.* Ipſe, *quæ habet relationem ad præcedentia.*
2 *Demonſtratiuè ſtat dict.* Ipſe, *ad ſignificandas perſonas expreſſas.*
3 *Reſtringit magis dict.* Ipſe, *quàm aliæ dictiones relatiuæ.*
4 *Demonſtratiua perſonæ ad oculum eſt dictio* Ipſe.
5 *Perſonaliſſima eſt dict.* Ipſe.
6 *Perſonalitatem oſtendit dict.* Ipſe.
7 *Excluſiua eſt alterius rei dict.* Ipſe.
8 *Teſtator ſi prohibeat, ne ipſe hæres meus bona alienet, talis prohibitio non comprehendit hæredem hæredis.*
9 *Dominium aliquàndo importat dict.* Ipſe.

Ipſe.

DICTIO CLXXVII.

RElatiua eſt hæc dictio, quæ habet relationem 1 ad præcedentia, operatúrque illorum repetitionem cum omnibus ſuis qualitatibus, *l. pluribus, in princip. ff. de verbor. oblig.* Dec. *conſ.* 71. *incip. In caſu, col.* 2. *verſ. ſimiliter.* Ruin. *conſ.* 161. *num.* 9. *& conſ.* 117. *num.* 1. *& 3. vol.* 2. Bald. *conſ.* 304. *num.* 2. *lib.* 4. Gemin. *conſ.* 108. *num.* 2. *&* 3. Pariſ. *conſ.* 95. *num.* 14. *vol.* 2. Rolan. *conſ.* 67. *num.* 82. *tom.* 3. *& conſ.* 30. *num.* 20. *& conſ.* 97. *num.* 20. *tom.* 4. Becc. *conſ.* 88. *ſub num.* 38. Menoch. *conſ.* 409. *num.* 94. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. conci.* 301. *num.* 1. Cened. poſt *libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 22. *num.* 3. Galganet. *de condit.*

& demonstr. p. 2. cap. 1. q. 18. num. 15. vbi addit, quòd per illam inducitur repetitio qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & dispositionum in sequentem. Et fuit dictum *in Romana hæreditatis*, 1. *Februarij* 1610. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, & in Baren. seu nullius Prioratus*, 20. *Junij* 1614. *coram Card. Sacrato*, impressa per Farinac. *decis.* 369. *num.* 5. *p.* 2. *recent.*

2 Demonstratiuè stat ad significandas personas expressas, vt per Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 25. Menoch. *cons.* 152. *num.* 40. & *cons.* 276. *num.* 13. vbi ait, quòd significat immedietatem quamdam; & *cons.* 331. *num.* 44. & *cons.* 349. *num.* 19. vbi ait, quòd stat demonstratiuè, non autem restrictiuè, quando coniecturæ concurrunt; & *cons.* 647. *num.* 13. vbi ait, quòd non stat restrictiuè, sed demonstratiuè.

3 Restringit enim magis, quàm aliæ dictiones relatiuæ. Doctores *in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *ff. de leg.* 1. Rebuff. *in l. sciendum*, §. *idem dicitur*, *col.* 4. *vers. vndecimus*, *ff. de verbor. signif.* Gratian. *cons.* 76. *num.* 11. *lib.* 1. Gabr. *cons.* 113. *num.* 64. & *cons.* 154. *num.* 13. *vol.* 2. Surd. *cons.* 448. *num.* 29. Honded. *cons.* 11. *num.* 21. *vol.* 2.

4 Demonstrat personam ad oculum. Bald *cons.* 304. *incip. Nobilis, in fine, lib.* 5. Surd. *cons.* 53. *num.* 11. & *cons.* 153. *num.* 15. & *decis.* 125. *num.* 1. & *decis.* 210. *num.* 18. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 104. *num.* 13. Card. Tusch. *d. lit. E. conclus.* 260. *num.* 1. & *conclus.* 301. *num.* 2. & 5. Roman. *cons.* 501. *incip. In proposita*, *num.* 6 *vers. secundò probatur.* Menoch. *cons.* 705. *num.* 30. & *cons.* 730. *num.* 3.

5 Est enim personalissima, vt per Bald. *cons.* 304. *num* 1. *in fine, vol.* 5. Barbat. *cons.* 87. *num.* 3. *vers. secundò dico, vol.* 4. glos. *verb. cum ipsa, in* §. *fuerat, Instit. de action.* Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *glos.* 6. *num.* 25. Dominic. *cons.* 108. *col.* 1. Socin. sen. *cons.* 250. *num.* 5. *vol.* 2. Socin. iun. *cons.* 144. *num.* 14. *vol.* 3. Zaz. *cons.* 12. *post princip.* Rolan. *cons.* 55. *num.* 29. & *cons.* 59. *num.* 27. *cum seqq. vol.* 3. & *cons.* 97. *num.* 21. *vol.* 4. Cephal. *cons.* 43. *num.* 8. *vol.* 1. Curt. Iun. *cons.* 144. *num.* 42. Grat. *cons.* 28. *num.* 10. *vol.* 1. & *cons.* 76. *num.* 11. *eod. vol.* 1. & *cons.* 52. *num.* 58. *vol.* 2. Bet. *cons.* 88. *num.* 10. & 88. Moron. *de pace*, *q.* 57. *num.* 1. Mandos. *in reg.* 34. *Cancellar. q.* 69. *num.* 5. Menoch. *cons.* 82. *num.* 158. & *cons.* 106. *num.* 196. & *cons.* 115. *num.* 5. & *cons.* 120. *num.* 20. & *cons.* 349. *num.* 3. & *cons.* 379. *num.* 10. & *cons.* 390. *num.* 14. & *cons.* 447. *num.* 7. & *cons.* 647. *num* 6. & *cons.* 688. *num.* 18. & *cons.* 705. *num.* 30. & *cons.* 730. *num.* 5. & *cons.* 985. *num.* 12. & *cons.* 1066. *num.* 2. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 13. *num.* 34. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 104. *num.* 13. & *cap.* 145. *num.* 5. Cened. *sing.* 22. *num.* 1. Melch. Phebos Lusitan. *decis.* 4. *num.* 7. Et fuit dictum *in Bononien. de Mangiolis*, 20. *Februarij* 1615. *coram Card. Caualerio, & in Romana domus*, 13. *Februarij*, & 24. *Nouembris* 1617. *coram Domino Pirouano.*

6 Restrictiua est ad personam, personalitatémque ostendit. Menoch. *cons.* 390. *nu.* 12. & *cons.* 730. *num.* 6. & *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 38. *num.* 130. Galganet. *d. p.* 2. *c.* 1. *q.* 12. *num.* 19. Cened. *d. sing.* 22. *num.* 1. Ita vt omnes alios excludat, per ea, quæ tradunt Iaf. *in l. filiusfamilias*, §. *Diui*, *in* 2. *lectura*, *num.* 181. & ibi Rip. *num.* 111. *vers. & idem si*, *ff. de leg.* 1. Natt. *cons.* 163. *num.* 8. Tiraq. *d. glos.* 6. *num.* 25. Quibus citatis ita fuit resolutum *in Placentina dotis*, 6. *Junij* 1614. *coram Patriarcha Pamphilio*, impressa per Farinac. *decis.* 619. *num.* 3. *p.* 1. *recent.*

7 Vnde exclusiuam esse alterius rei censuit Rota apud Seraphin. *decis.* 552. *num.* 1. & *decis.* 1049. *num.* 3. & 18. Nec ad aliam personam referri posse tradunt Surd. *cons.* 53. *num.* 7. & Cened. *d. sing.* 22. *num.* 1. quia facit semper actum personalem; Surd. *cons* 384. *num.* 47. Sic dispositio loquens de ipso hærede, non extenditur ad hæredem hæredis. Cotta *in memorabil. verb. ipse.* Vnde si in alienationis prohibitione testator dicat: Et volo, & prohibeo, ne ipse hæres meus bona alienet: quòd ista prohibitio non est perpetua, sed ipsum tantùm hæredem comprehendit, non autem hæredem hæredis; & ita per ipsum hæredem hæredis bene fieri poterit alienatio, quia illa demonstratio *Ipse* personam ipsam grauatam, veluti ad oculum, demonstrat, nec eam egreditur. Bald. *d. cons.* 304. Rip. *in d.* §. *Diui*, *num.* 111. vbi Iaf. *in* 2. *lectura*, *num.* 151. Tiraq. *d. glos.* 6. *num.* 25. Rolan. *cons.* 59. *num.* 29. *vol.* 3. & *cons.* 97. *num.* 22. *vol.* 4. 8

Aliquando importat dominium, ex adductis per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 98. *num.* 7. 9

SVMMARIVM.

1 *Canonem latæ sententiæ important hæ voces* Ipso facto, Ipso iure, *si adiiciatur verbo præterito, vel præsenti.*

2 *Verba* Ipso facto, Ipso iure, *synonyma sunt, & idem important.*

3 *Lex ex subiecta materia censetur per dict.* Ipso facto, *vel* Ipso iure, *obligare velle in conscientia ante sententiam.*

4 *Lex, seu statutum, si vtatur verbo* Ipso facto, *tunc pariter & annullatio, & pœnæ impositio censetur facta* Ipso iure.

5 *Nullitatem incontinenti operantur dict.* Ipso facto, Ipso iure, *absque alio Iudicis ministerio.*

Ipso facto, Ipso iure.

DICTIO CLXXVIII.

HÆ voces important canonem latæ sententiæ, 1 vt per Bald. *in rubr. C. si pendente appell.* Felin. *in cap. Rodulphus*, *num.* 48. & *seq. de rescript.* Adden. ad Alber. *in suo Dictionario*, *verb. ipso Iure.* Papien. *in forma libelli*, *in causa spol. possess. in glos. ipso facto num.* 1. Paris. *cons.* 91. *num.* 65. *lib.* 2. Tiraq. *in l. si vnquam*, *verb. reuertatur*, *num.* 142. *cum seq. C. de reuoc. donat.* Bartholom. Peret. *ad Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienand. vers. & si per sex menses*, *num.* 31. *cum seqq.* Rolan. *cons.* 90. *num.* 21. *cum seqq. lib.* 3. & *cons.* 62. *a num.* 20. & *num.* 112. *lib.* 2. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 53. Rebuff. *in praxi beneficiali*, *in* 3. *part. rubr. de modis amittendi beneficia*, *num.* 3. Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *q.* 7. *num.* 36. Carbo *de leg. lib.* 8. *disput.* 6. *vers. prima regula.* Franc. Leo *in thes. fori Eccles. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 31. & *p.* 4. *cap.* 2. *num.* 183. Bernard. Muscat. *de mod. fideiubendi*, *p.* 1. *modo* 14. *num.* 12. Sayro *in Claui Regia*, *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 24. & 26. Farinac. *fragm. crim. part.* 2. *lit. L. num.* 94. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 302. *num.* 1. vbi *num.* 3. post Socin. Iun. *cons.* 68. *num.* 37. & 38. *lib.* 3. subdit, quòd verba *Ipso Iure*, vel *Eo ipso*, vel *Ipso facto*, & similia important canonem latæ sententiæ, si adiiciantur verbo præterito, vel præsenti; secùs si verbo futuri temporis, quia requiritur declaratio, & *num.* 4. post Alex. *cons.* 139. *num.* 2. *lib.* 7. quòd hæ dictiones 2

Ipso

Ipso facto, vel *ipso Iure*, synonyma sunt, & idem important.

3 Per has dictiones censetur lex ex subiecta materia obligare velle in conscientia ante sententiam, ex adductis per Soar. *tom. 5. disput. 3. sect. 3. num. 8. & de legib. lib. 5. cap. 8. num. 1.* Salas *in simili tractatu de legib. q. 96. tract. 14. disput. 15. sect. 2.* Loriat. *p. 1. disput. 24. membr. 1. reg. 1. & membr. 2. § vlt.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. cap. 10. num. 22.*

4 Si verò lex, seu statutum vteretur verbo *Ipso facto*, tunc pariter & annullatio, & pœnæ impositio censetur facta ipso Iure, text. *in cap. 1. de homicid. lib. 6.* glos. *verb. ipso facto, in cap. 1. ne Clerici, vel Monachi, eod. lib. & in Clem. attendentes, in glos. vlt. de statu Monach.* Archid. *in d. cap. 1. in princ. in verb.* Ipso iure. *& in cap. fœlicis, in verb. infamis, de pœnis, eod. lib. 6.* Dec. *cons. 238. in princ.* Socin. *in reg. 360. in 2. fallentia.* Mathesilan. *singul. 111. in princ.* Marsil. *in pract. §. aggredior, num. 123.* Soar. *de legib. lib. 5. cap. 7. n. 4. & cap. 8. sub n. 1. & 2.* Ioan. de Salas *in simili tract. q. 96. tract. 14. disp. 15. sect. 6. sub num. 77. in princ. & disp. 16. sect. 8. num. 29. in fin.* Farinac. *d. lit. L. num. 93.* Et nullitatem in continenti operari has dictiones absque alio Iudicis ministerio firmauit Rota *in Veronen. pensionis 1. Iulij 1592. coram Illustrissimo D. meo Card. Millino.*

De dict. *Is*, vide dict. *Ea*, 98. *Eius, Eorum*, 103.

SVMMARIVM.

1 *Formam & modum determinatum cum certis qualitatibus includit dict.* Ita.
2 *Similitudinem denotat dict.* Ita, *atque declarationem ad rem expressam significat.*
3 *Exemplificatiuè interdum sumitur dict.* Ita.
4 *Affirmatiuè non semel profertur dict.* Ita.
5 *Continuatiua aliquando est dict.* Ita.
6 *Expositiua, & illatiua quandoque ex præcedentibus est dict.* Ita.
7 *Conditionem nonnunquam inducit dict.* Ita.
8 Adeo *sæpe importat dict.* Ita.
9 Hoc modo *importat dict.* Ita.
10 Itaque, Atque ita. } *Latini dicunt*
12 Ita vt, Ita vt si. } *Latini dicunt*
13 Ita quasi. } *Latini dicunt*
14 Ita quemadmodum. } *Latini dicunt*
15 Ita si. } *Latini dicunt*
16 Itane vero. } *Latini dicunt*

Ita.

DICTIO CLXXIX.

1 INducit hæc dictio formam, & modum determinatum cũ certis qualitatibus, vt per Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Ipso iure, vers. Itaque, pag. 54.* Steph. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 575. nu. 34.* Anton. Monach. Florent. *decis. 29. num. 43. & 44.* Quod intelligunt si iungatur dictioni *Vt*, non autem dictioni *Si.* Rebuff. *in comment. ad l. triplici modo, 142. vers. Ita, ff. de verb. signif. pag. 517. in fin.* Galganet. *de cond. & demonstr. p. 2. cap. 3. num. 1. & 3.*

2 Similitudinem denotat, atque declarationem ad rem expressam significat, tumque interpretatur pro *Sicut, l. quæsitum, §. peto, l. qui habebat, §. fin ff. de leg. 3. l. libertas, §. hæc scriptura, ff. de manumiss. testamento.* Notant Gozad. *cons. 8. num. 19.* Grat. *cons. 9. nu. 86. & cons. 13. num. 5. vol. 1.* Cosm. *in pragm. sanct. tit. de elect. in princ. in verb. Ita.* Mandos. *in glos. facult. in §. volentes, in verb. Ita, fol. 181. & 198.* & Steph. Gratian. *d. cap. 573. num. 33.* Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. sing. 38. num. 1.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. cap. 11. num. 2.*

Interdum sumitur hæc dictio exemplificatiuè, vt 3 *in l. si res ita, & in l. si ita, ff. de contrahen. empt.* Cened. *d. singul. 38. num. 2. in princ.*

Item affirmatiuè non semel profertur, vt *in cap.* 4 *Ita dominus, 19. distinct.* Cosm. *in d. verb. Ita.* Mandos. *in d. verb. Ita, fol. 198.* Cened. *d. num. 2.*

Aliquando est dictio continuatiua, iuxta tradita 5 per Paris. *cons. 17. num. 19. vol. 1.* quem refert Cened. *d. singul. 38. num. 2. in medio.*

Quandoque expositiua, & dilatiua ex præceden- 6 tibus, effectum eorum, quæ in præcedentibus erant disposita, inferens, & significans, non autem extensionem denotans. Grat. *cons. 9. num. 86. & cons. 13. num. 5. vol. 1.*

Nonnunquam conditionem inducit, *l. Iulianus.* 7 & ibi glos. *ff. de cond. & demonstr.* Tradunt Grat. *cons. 126. num. 31. vol. 2.* Paris. *d. cons. 17. num. 19. vol. 1.* quos refert Cened. *d. singul. 38. num. 2. in fin.*

Adeo sæpè importat hæc dictio. Cic. *pro Deiot.* Dij 8 te perdant fugitiue, ita non modò nequam, & improbus, sed & fatuus, & amens es. Id. *in Orat.* Rarus incessus, nec ita longus. Id. *6. Ver.* Simulachra præclara, sed non ita antiqua. Id. *in Brut.* Non ita multi sunt. Id. *2. Acad.* Hoc tibi non ita decorum est.

Idem quod *Hoc modo* importat, *vt in l. edificia, ff.* 9 *de verb. signific.* Honded. *cons. 13. num. 24. vol. 2.*

Itaque, siue *Atque ita*, importat. Cic. *5. Tusc.* Ita 10 nobilissima ciuitas Græciæ, & olim potentissima, sepulchrum ciuis sui ignorasset, nisi, &c. Id. *pro Quin.* Ita fit, vt ego qui tela depellere, & vulneribus mederi debeam, tum id facere cogar.

In iureiurando eleganter vsurpatur. Teren. *Eun.* 11 Ita me Dij ament, honestus est. Cic. *Attic. lib. 5.* Ita viuam, vt maximos sumptus facio. Id. *1. Ver.* Ita mihi Deos omnes propitios esse velim.

Ita vt, Ita vt si, pro *Adeo vt, Adeo vt si.* Cic. *Attic.* 12 *lib. 2. epist. 42.* Ita sum afflictus, vt nemo vnquam. Id. *lib. 13. epist. 21.* Mihi molestissimis temporibus ita beneuolè, fidelitérque præstò fuit, vt si esset à me manumissus.

Ita quasi, vel *Tanquam.* Cic. *lib. 7. epist. 4.* Ita me- 13 cum loquutus est quasi non dubium bellum habeamus. Id. *pro Quin.* Quasi domi nummos haberet, ita constituit Scapulis se daturum.

Ita quemadmodum, vel *Quomodo.* Cic. *de Fat.* Ita 14 certè euenit quemadmodum sit futurum. Id. *Attic. lib. 13. epist. 20.* Quare facies vt ita sit in libro, quemadmodum fuit.

Ita si, pro *Hac conditione.* Cic. *de senect.* Ita enim 15 senectus honesta est, si se ipsa defendit, si ius suum retinet. Id *1. Offic.* Nam hoc ipsum ita iustum est, si est voluntarium. Id. *lib. 15. epist. 20.* Crebris litteris nos appellato, atque ita si idem fiat à nobis.

Itane verò, vrgentis sunt, aut etiam stomachantis, 16 Cic. *2. de Diuin.* Itane censes? Id. *2. de nat. Deor.* Itane verò? Ego iniustus, qui & Consul rogaui, & augur, & auspicato. Id. *7. Ver.* Itane verò, tu tua pericula communi periculo defendes?

SVMMARIVM.

1 *Limitatiua præcedentis dispositionis est dictio* Ita de

Ita demum, *de sui propria natura.*

2 Tantùm *importat dict.* Ita demum.

3 Ita demum *aliquando significat idem quod* Præcipuè, Hoc ita, Quasi, Ea lege, Eo modo. Non aliàs.

4 Ita demum, *importat illud esse de forma, cui per partes renunciari non potest.*

Ita demum.

DICTIO CLXXX.

1 DE sui natura est limitatiua præcedentis dispositionis, vt per Aret. *in auth. ex testamento, num. 2. in 2. notab. C. de collation.* & Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. sing. 39. num. 3.* Et idem importat quod tantùm, *l. ita demum, C. de procurat.* Bertazol. *de clauss. instrum. claus. 14. glos. 4. num. 1.*

2 3 Aliquando idem significat quod *Præcipuè, Hoc ita, Quasi, Ea lege, Eo modo*, vt *in l. si quis, ff. quod quisque Iuris, & in l. in tradendis, §. 1. ff. comm. prædiorum, & in l. hæc autem, in fin. ff. de seruit. vrban. & in l. si quis libertatem, ff. de petitione hæred.* Importat etiam idem quòd *Non aliàs*, quàm hoc certo modo, vt *in l. si quis ex argentarijs, §. ex hoc edicto, ff. de eden.* notat Rebuff. *in comment. ad l. triplici modo 142. vers. ita demum, ff. de verb. signif. pag. 518.*

4 Vnde importat illud esse de forma, cui per partes renuntiari non potest, vt per Felin. *in cap. cùm dilecta, num. 7. vers. septimum signum, de rescript.* Cassan. *in consuetud. Burgundiæ rubr. 4. §. 2. verb. femme, num. 11. & 15. pag. 523. & seq. & cons. 49. num. 14.* quos refert Cened. *d. sing. 39. num. 3. post med.*

SVMMARIVM.

1 *Continuatiua est dict.* Itaque, *& determinatiua casus præcedentis, & restrictiua casus sequentis.*

2 *Declaratiua & limitatiua præcedentium est dict.* Itaque, *nisi verba ad ampliandum sint apposita.*

3 *Necessitatem inducit dict.* Itaque.

4 *Lex quando vtitur hac dictione, forma ab ea designata est substantialis.*

5 Proinde, *siue* Ergo, *importat aliquando dict.* Itaque.

6 Igitur *interdum importat dict.* Itaque.

Itaque.

DICTIO CLXXXI.

1 CONtinuatiua est hæc dictio, & determinatiua casus præcedentis, & restrictiua casus sequentis, vt *in l. libertis, §. hac scriptura, ff. de [illegible] estam. & in l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Trebell. & in l. hac edictali, §. his illud, in fin. C. de secundis [illegible] §. si constat. ff. commun. prædior. §. sic itaque,* vbi Dom. *num. 2. Instit. de action.* Dec. *cons. 226. num. 6. & cons. 521. num. 16. tom. 2.* Socin. *cons. 241. col. penult. & vlt. vol. 2.* Paris. *cons. 22. num. 39. vol. 3. & cons. 40. num. 9. vol. 4.* Cened. *post lib. practic. & canonic. quæst. sing. 39. num. 4.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. ipso jure, vers. itaque, pag. 54.* vbi subdit, quòd declarat, & limitat præcedentia, nisi verba ad ampliandum sint apposita, quia tunc restrictionem operari debent.

Necessitatem inducit, vt *in d. §. hæc scriptura, & in 3 l. ita tamen, ff. ad Trebell.* notat Burgos de Pace *in l. 3. Tauri, p. 2. conclus. 6. num. 1207.* vbi etiam asserit *num. 1209.* quòd quando lex vtitur hac dictione, 4 forma ab ea designata est substantialis.

Significat aliquando idem quod *Proinde, Ergo*, vt 5 *in l. coram, & in l. si calumnietur, §. fin. ff. de verbor. signif. & in l. 2. ff. de negot. gestis, & in l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. & in l. in re communi, ff. de seruitut. vrbanor. prædior.*

Interdum exponitur, id est, *Igitur*, vt *in l. 1. ff. de iis,* 6 *qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l. in repetendis, ff. de leg. 3.* Notant Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collat. §. volens itaque, in verb. itaque.* Cened. *d. sing. 39. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Limitatiua & restrictiua præcedentis dispositionis est dict.* Ita quòd, *taxationisque vim habet.*

2 *Augmentatiuè, & non restrictiuè aliquando stat dict.* Ita quòd.

3 *Fideicommissum ampliat, & non restringit dict.* Ita quod.

4 Ita quòd *potest accipi vel restrictiuè, vel declaratiuè, vel ampliatiuè secundùm subiectam materiam.*

5 *Testatoris mentem semper declarat dict.* Ita quòd, *& regulat præcedentem dispositionem.*

6 *Obligatio concepta sub verbis*, Ita quòd in quocunque casu, *&c. dicitur facta verbis illatiuis, & accessoryis ad præcedentem obligationem.*

7 *Declaratiua præcedentium est dict.* Ita quòd, *de illiúsque natura est quòd intelligatur secundùm supradicta.*

8 *Continuatiua præcedentis dispositionis est dict.* Ita quòd.

9 *Conditionem & qualitatem præcedentis dispositionis in sequentem repetit dictio* Ita quòd.

Ita quòd.

DICTIO CLXXXII.

1 LImitatiua, & restrictiua præcedentis dispositionis est hæc dictio, taxationisque vim habet, vt *in l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Trebell. & in l. Gallus, §. idem creden. in fine, [illegible] liber. & posthum.* Notant Dec. *cons. 5. num. [illegible] n. 1. & cons. 521. num. 16. tom. 2.* Socin [illegible]en. *cons. [illegible] l. 3. vers. cùm ergo, lib. 1. & cons. 49. n[illegible] m. 15. lib. 4.* Socin. Iun. *cons. 69. num. 33. vol. 3.* Rim[illegible] Iun. *cons. 263. [illegible]um. 40. & cons. 313. num. 29. vol. 1.* Paris. *cons. 92. num. 53. lib. 2.* Ruin. *cons. 18. num. 11. & [illegible]ns. 74. num. 17. vol. 2. & cons. 92. num. 2. vol. 3. & cons. 1. num. 12. vol. 4.* Berret. *cons. 147. num. 6.* Aym. *cons. 201. num. 41. & cons. 956. num. 14.* Menoch. *cons. 134. num. 15.* Gabr. *cons. 35. num. 26. lib. 1.* Tiber.

Decian.

Decian. *conſ.7.num.62. lib.1.* Honded. *conſ.69.num.45. lib. 2.* Surd. *conſ. 315. num. 24.* Mandoſ. *in gloſ. facult. §. ſitque, in verb. ita quod, d.pag.279.col.1.* Mart. *de iuriſd. p.4. cent.2. caſu 130. num.8.* Cened. *poſt libr.1. practic. & canonic. quæſt. ſing.39. num.1. in princip.*

2 Aliquando tamen ſtat augmentatiuè, & non reſtrictiuè, vt per Curt.ſen. *conſ.49. ſub num.40. verſ. confirmantur.* Pariſ. *conſ. 90. num. 27. vol.2.* Bero. *conſ. 77. num.16. vol.2.* Socin. *conſ.99. num.15. vol.4.* Ruin. *conſ. 18. num. 7. & 8. vol.1. & conſ. 84. num.2. vol. 3.*

3 Cened. *d.ſing.39. num.2.* Et quòd iſta dictio ampliet, & non reſtringat fideicommiſſum, tenet Pariſ. *conſ. 90. num. 26. cum ſeqq. vol.2.*

4 Poteſt igitur accipi vel reſtrictiuè, vel declaratiuè, vel ampliatiuè, ſecundùm ſubiectam materiam, iuxta reſoluta per Seraphin. *deciſ. 911. num. 7.* Magis tamen reſtringit, quàm quòd augeat, iuxta ea, quæ tradunt Alciat. *conſ. 492.* aliàs *conſ. 44. num. 3. lib.9.* Rimin.Iun. *conſ.491. num.63. lib.4.* Crauet. *conſ. 201. num. 41. lib. 2.* Honded. *conſ.45. num.47. & 43. vol.2.* Bertazol. *de clauſul. inſtrument. clauſ. 29. gloſ. 3. num. 2.*

5 In teſtamentis poſita vel ſtat ampliatiuè, vel declaratiuè, conſiderat poſt alios Pariſ. *conſ.90. num.26. & 27. & ſeq. lib. 2.* Semper tamen certum eſt, quòd declarat mentem teſtatoris, & regulat præcedentem diſpoſitionem, Socin. ſen. *conſ. 49. num. 2. verſ. aut dicimus, & num. 5. verſ. ad propoſitum, lib. 5.* Dec. *reſp. 33. num.94. vol.1.* Et fuit dictum *in Vrbeuentana fideicommiſſi, 27. Ianuarij 1606. coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo.*

6 Obligatio concepta ſub verbis *Ita quòd, in quocumque caſu, &c.* dicitur facta verbis illatiuis, & acceſſoriis ad præcedentem obligationem, ideò illam ampliare non poſſunt extra terminos dictæ primæ obligationis. Alciat. *reſp. 44. num. 30. tom. 3. lib. 9.* Et fuit dictum *in Romana fideicommiſſi, 30. Aprilis 1574. coram Oriolen. & in Bononien. domus de Blanchettis, 6. Martij 1592. coram Illuſtriſſima Domino meo Card. Millino.*

7 Regulariter hæc dictio profertur ad declarandum præcedentia, de illiúſque natura eſt, quòd intelligatur ſecundùm ſupradicta, *§. & quoniam ſcimus, verſ. & ita, in auth. de teſtib.* Alciat. *d. conſ.492. num.17.* Menoch. *conſ.332. num.1.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. ipſo Iure, pag.54.* Mart. *d. caſu 130. num.8.* Ruin. *d. conſ.18. num. 11.* vbi ait, intelligi eo modo, quod ſuprà fuerat dictum. Pariſ. *conſ. 90. num. 27. vol.2.* vbi dicit, relatiuam eſſe, retentis terminis præcedentibus. Capic. *deciſ. 108. num. 8.* vbi ait, quòd refertur ad proxima. Afflict. *deciſ.148. num.10. in fine,*

8 vbi ait, quòd eſt continuatiua præcedentis diſpoſitionis.

9 Conditionem repetit hæc dictio, & qualitatem præcedentis diſpoſitionis in ſequentem, vt per Pariſ. *conſ.17. num.19. lib.1.* Socin. *conſ.49. num.2. vol.1.* vbi ait, venire qualificatiuè, apponendo conditionem præcedenti diſpoſitioni. Galganet. *de condit. & demonſtr. p.2. cap.1. q.18. num.10.*

SVMMARIVM.

1 *Modificatiua, reſtrictiua, & limitatiua præcedentium eſt dict.* Ita tamen.

2 *Reſtrictiua, & declaratiua eſt dict.* Ita tamen, *ſecundùm ſubiectam materiam.*

3 *Reſtrictiua, & annullatiua actus, cui opponitur, eſt dictio* Ita tamen.

4 *Teſtator ſi legauit vxori victum, & veſtitum, ita tamen quòd teneatur bene regere, & gubernare, legatum victus, & veſtitus cenſetur reſtrictum & limitatum per verba regere, & gubernare.*

5 *Limitatiuè, & taxatiuè, non verò declaratiuè venit dict.* Ita tamen, *alibi quàm in fine inſtrumenti poſita.*

6 *Præcedentia omnia non reſpicit dict.* Ita tamen, *quando vel diuerſa eſt ratio, vel diſpar qualitas, vel cùm apponitur ad vnum caſum qualificandum.*

7 *Relata dicitur ſemper ad omnes dict.* Ita tamen, *ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine diſpoſitionis ſuper nominatione facienda apponatur.*

8 *Relatio ad omnia præcedentia ſemper fit quando non adeſt citra modum & formam aliqua ſpecialis, & propria prouiſio, ſeu determinatio.*

9 *Conditionem importat dict.* Ita tamen.

10 *Modum quandoque importat dictio* Ita tamen.

11 *Formam in reſcriptis inducit dictio* Ita tamen.

12 *Taxationis vim habet dict.* Ita tamen.

Ita tamen.

DICTIO CLXXXIII.

HÆc dictio eſt modificatiua, reſtrictiua, & limi- 1
tatiua præcedentium, vt *in l. vbi adhuc, verb. ita tamen*, vbi Salicet. *C. de iure dotium, l. Lucius, §. qui habebat, & l. ita tamen, ff. ad Trebell.* Notant Menoch. *conſ. 530. num. 19.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. ipſo Iure, verſ. ita tamen, pag. 54.* Bertazol. *de clauſul. inſtrument. clauſ. 23. gloſ. 1. num. 1.* Et ita reſtrin- 2
git, limitat, & declarat ſecundùm ſubiectam materiam, *conſ. 226. num.6.* Iaſ. *in l. 1. num.10. ff. ſi quis ius dicen.* Salic. per text. ibi *in l. vbi adhuc, verſ. ita tamen, C. de iure dotium.* Ruin. *conſ.74. num. 17. vol. 2.* Neuizan. *conſ. 50. num. 12.* Pariſ. *conſ. 106. num. 19. vol.1.* Alciat. *conſ.492. num.17.* Surd. *conſ.315. num.29.* Capic. *deciſ.108. à num.6.* Fr.Emman. *quæſt. regul. tom.3. q.10. art.5. in medio*, vbi ait, quòd eſt reſtrictiua, & annul- 3
latiua actus, cui apponitur. Rebuff. *in concord. tit. de mandat. Apoſt. §.1. in gloſ. ita tamen, & in praxi, tit. de diſpenſ. ratione ætatis, in verb. prouiſio, in princip. & in comment. ad legem Labeo, 14. §. item ſi dominus, in fine, ff. de verbor. ſignif.* Mandoſ. *in praxi ſignat. verb. licentia, verſ. an autem, fol.63. col.2. & in reg.32. Cancellar. q.28. num.4. cum ſeqq.* Seraphin. *deciſ.447. num.3.* vbi ait, quòd de ſua natura limitat, & reſtringit diſpoſitionem, cui adiicitur. Surd. *conſ. 315. ſub num. 27. verſ. & quòd dicitur, & conſ. 475. num.7.* vbi ait, quòd ponitur declaratiuè, & reſtrictiuè, nunquam autem augmentatiuè. Alber. *in Dictionario, verb. ita tamen*, vbi vult, quòd legatis domibus vxori, ita tamen, quòd ibi habeat habitationem omnibus diebus vitæ ſuæ, illa dictio *ita tamen* reſtringit legatum ſupradictum, taliter quòd comprehendit habitationem tantùm, non autem proprietatem; & ita tradunt Capic. *deciſ.108. num.7.* & Aym. *conſ.25. num.26.* vbi

4 consuluit, quòd si testator legauit vxori victum, & vestitum, ita tamen quòd teneatur bene regere, & gubernare, legatum victus, & vestitus censetur restrictum, & limitatùm per verba *regere*, & *gubernare*; adeò quòd non videtur vxori relicta proprietas, nec facultas alienandi, & Alber. ac Aym. refert, & sequitur Mandos. *in d. reg.* 32. *Cancellar. à num.* 4. *& in d. verb. licentia, fol.* 63. *col.* 2.

5 Hæc dictio alibi quàm in fine instrumenti posita limitatiuè, & taxatiuè, non verò declaratiuè venit intelligenda, ac proinde non operatur contra expressa, vt per Surd. *cons.* 475. *num.* 39. *vol.* 4. Bursat. *cons.* 140. *num.* 23. *vol.* 1. Ioan. Bapt. Costa *de clausul. conuention. claus.* 149. *num.* 3.

6 Quando vel diuersa est ratio, vel dispar qualitas, vel cùm apponitur ad vnum casum qualificandum, non respicit omnia præcedentia, nec casus indistinctè comprehendit, prout iuxta tradita per Capic. *decis.* 108. *num.* 8. *& seq.* fuit dictum *in Romana deuolutionis domus*, 5. *Aprilis* 1593. *coram Penia.*

7 Siue apponatur in principio, siue in medio, siue in fine dispositionis, super nominatione facienda, semper ad omnes dicitur relata, cùm non possit assignari ratio, cur magis ad vnum, quàm ad alium ex illis sit referenda, *l.* 1. *C. de liber. præterit. l.* 3. *§. filius, ff. de liber. & posthum. l. talis scriptura, §. fin. ff. de leg.* 1. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 181. Peregr. *de fideicommiss. art.* 16. *num.* 105. *cum seqq.* Seraphin. *decis.* 570. *num.* 2. Et fuit dictum *in Romana emphyteusis domorum*, 11. *Martij* 1616. impressa per Farinac. *decis.* 709. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* vbi habetur, hoc procedere etiam in odiosè, & strictè interpretandis. Et *num.* 4. subditur, quòd ad omnia expressa non refertur, quando sic eam referendo induceretur contrarietas, vel absurditas, seu actus inutilitas. Quando verò non adest circa modum, & formam
8 aliqua specialis, & propria prouisio, seu determinatio, tunc semper fit relatio ad omnia præcedentia, vt per *Gabr. lib.* 6. *commun. tit. de claus. concl.* 6. *nu.* 8. *limit.* 8. Peregr. *d. art.* 16. *nu.* 107. Menoch. *d. præsumpt.* 181. *num.* 6. 7. *&* 8. Rot. *d. decis.* 709. *num.* 8. Immò etiamsi capitula possint dici distincta, & separata, nihilominùs hæc dictio determinat omnia præcedentia, *l. ita tamen*, 27. *ff. ad Trebell. l. vbi adhuc*, 29. *vers. ita tamen, C. de iure dot.* Beroi. *cons.* 72. *num.* 6. *lib.* 2. Surd. *cons.* 475. *num.* 39. Rot. *decis.* 225. *num.* 1. & *decis.* 526. *num.* 3. *p.* 1. *diuers.*

9 Conditionem importat hæc dictio, vt *in l. Titio centum*, 70. *§. Titio centum, vers. conditio, & in l. Iulianus*, 85. *in princip.* vbi glos. *in verb. & ita, ff. de condit. & demonstr.* Luc. de Pena *in l.* 1. *vers. ita tamen, C. de collat. feud. lib.* 11. *l. fin.* vbi glos. & Bart. *C. de condit. rer. ad ciuit. pertin. lib.* 11. Felin. *in cap. cùm dilecta*, 22. *num.* 6. *vers. secundum, de rescript.* Rebuff. *in concord. §.* 1. *de mand. Apostol. vers. ita tamen.* Et fuit dictum *in Auximana Societatis*, 3. *Martij* 1595. *coram Iusto*, impressa per Marches. *de commiss. p.* 1. *pag.* 748. *col.* 1. *in vlt. impress. & in Romana laudi*, 28. *Iunij* 1613. *coram Buratto*, impressa per Farinac. *decis.* 513. *num.* 2. *p.* 1. *recent.*

10 Quandoque importat modum, iuxta tradita per Menoch. *cons.* 131. *numero* 3. & per Surd. *cons.* 437. *numero* 2.

11 In rescriptis inducit formam. Ozasc. *decis.* 128. *num.* 16. Ioan. Bapt. Costa *d. claus.* 149. *num.* 4. Quare scribit Rimin. Iun. *cons.* 240. *num.* 14. *cum seqq.* quòd hæc dictio habet vim taxationis, quæ taxatiua excipit solùm comprehensa sub ea, & in omnibus aliis firmat regulam; quod de dict. *sic tamen* dicit idem Rimin. *cons.* 291. *num.* 66.

SVMMARIVM.

1 Ita vt, *&* Ita quòd, *idem sunt.*
2 Sicut *aliquando importat dict.* Ita vt.
3 *Modum, similitudinem, & declarationem ad rem expressam denotat dict.* Ita vt.

Ita vt.

DICTIO CLXXXIV.

HÆc dictio, & dictio *Ita quòd*, idem sunt, *l.* 2. 1 *§. ideóque, ff. de iis, qui sunt sui, l. penult. §. quisquis, ff. de leg.* 1. Bart. *cons.* 4. *num.* 2. Mandos. *in glos. facult. §. volentes, in verb. ita vt, fol.* 181. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 38. *num.* 6.

Pro *Sicut* aliquando sumitur hæc dictio, vt *in l.* 2 *quidam testamento, in princip. ff. de leg.* 1. Mandos. *in d. verb. ita vt, fol.* 181. Cened. *d. sing.* 38. *num.* 7. *in princip.*

Denotat modum, similitudiaem, & declarationem 3 ad rem expressam, vt per Rimin. *in §.* 1. *num.* 499. *Instit. de donat.* Menoch. *cons.* 530. *num.* 33. *&* 34. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. ipso iure.* Cened. *d. sing.* 38. *num.* 7. vbi *num.* 8. post Mandos. *in d. verb. ita vt, in fine*, & Neapod. *in consuet. si qua mulier, in verb. ita tamen, num.* 6. *de mul. haben. fil. fol.* 206. quærit, an faciat conditionem.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiua, & repetitiua qualitatum præcedentis orationis est dict.* Item.
2 *Repetitiua similium de sui natura est dictio* Item, *quando adest eadem ratio, vel mens verisimilis disponentis.*
3 *Repetitiua qualitatum orationis præcedentis est dict.* Item, *quando præcedens oratio erat imperfecta ratione verbi, vel appositi, seu suppositi.*
4 *Repetitionem aliquando importat dict.* Item, *aliquando continuationem, quando orationi imperfectæ adijcitur.*
5 *Repetitionem nullam inducit dictio* Item, *quando ponitur in oratione perfecta, quæ non pendet à constructione orationis præcedentis.*
6 *Repetitiua non est dict.* Item, *quando sequentia habent specialem prouisionem.*
7 *Repetitiua est dict.* Item, *qualitatis præcedentis, etsi ponatur post orationem perfectam, quando est identitas personarum.*
8 *Repetitiua non est dict.* Item, *quando ponitur inter diuersas res.*
9 *Repetitiuè non stat dict.* Item, *sed potiùs continuatiuè, quando est diuersa ratio, vel non esset eadem æquitas.*
10 *Repetitiua non est qualitatum præcedentium* Item, *quando non est personarum & rerum identitas.*
11 *Capitulorum diuersitatem inter quæ ponitur, ostendit*

oſtendit dict. Item, *pluries repetita.*

12 *Legata ſi plura ſint facta in aliqua diſpoſitione cum dict.* Item, *numquid conditio in vno legato appoſita, virtute huius dictionis, cenſeatur etiam in alys legatis repetita remiſſiuè.*

13 *Legatorum, & conditionum in repetitione æquiparantur dict.* Item, *& dict.* Et.

14 Item, *importat idem quod* Similiter.

Item.

DICTIO CLXXXV.

1 HÆc dictio eſt continuatiua, & repetitiua qualitatum præcedentis orationis, vt *in l. item, ff. de procur.* & *in l. item eorum, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine.* Bart. *in l. in repetendis, num. 1. verſ. ſecundo caſu, in fine, de leg. 3. & conſ. 1. incip. Titius, num. 4.* Caſtr. *conſ. 88. num. 1. p. 1.* Dec. *conſ. 190. num. 1. & conſ. 433. num. 3.* Alex. *conſ. 37, num. 10. lib. 3. & conſ. 158. num. 5. & 6. lib. 6. & conſ. 99. num. 7. & 8. lib. 7.* vbi ait, operari de ſui natura repetitionem, ſi repetitio congrua fieri poteſt, aliàs ſecùs. Signorol. *conſ. 156. num. 24.* vbi ait, quòd à lege prolata inducit continuationem, quando eſt in verbis promulgatoriis legis, prout eum latè explicantem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. lit. D. concl. 256. num. 1. cum ſeqq.* Grat. *conſ. 114. num. 14. & conſ. 117. num. 19. lib. 1. & conſ. 18. num. 36. lib. 2.* Socin. Iun. *conſ. 85. num. 22. & 24. & conſ. 89. num. 25. vol. 3.* Silu. *conſ. 64. num. 8. & num. 28.* Pariſ. *conſ. 16. num. 44. vol. 3.* Gemin. *conſ. 62. num. 7. verſ. nec obſtat.* Cuman. *conſ. 22.* Hippol. *conſ. 75. num. 6. vol. 1.* Menoch. *conſ. 86. num. 5. & 81. & conſ. 291. num. 2. & 14. & conſ. 352. num. 22. & conſ. 1068. num. 1. & conſ. 1157. num. 24.* Gullelm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. in eodem teſtamento, num. 77. cum ſeqq.* Gomez. *in §. item Seruiana, num. 6. & in §. æquè, num. 19. Inſtit. de action.* Rebuff. *in comment. ad legem Labeo, 14. verſ. item, ff. de verbor. ſignif. pag. 98.* Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ. 20. gloſ. 1.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag 55.* Azeued. *ad l. 2. num. 1. tit. 1. lib. 6. noue Recopil.* Surd. *conſ. 455. num. 12. & conſ. 468. num. 11.* Ioan. Garc. *de nobil. in diuiſ. num. 53.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc. 2. ſub hac dict.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 8. num. 28.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 1. num. 5.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. tom. 3. cap. 563. num. 62.* Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing. 31. num. 1.* Galganet. *de condit. & demonſtr. p. 2. cap. 1. q. 18. num. 1.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 309. num. 1.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 19. num. 22.*

2 vbi ait, de ſui natura eſſe repetitiuam ſimilium, quando adeſt eadem ratio, vel mens veroſimilis diſponentis.

3 Et quamuis magna pars Doctorum ſuprà relatorum non diſtinguant, an oratio præcedens ſit perfecta, vel non, ſed generaliter dicant, quòd iſta dictio repetit qualitates orationis præcedentis, tamen debet intelligi, quando ipſa præcedens oratio erat imperfecta ratione verbi, vel appoſiti, ſeu ſuppoſiti, iuxta doctrinam Bart. *in d. l. in repetendis, num. 1. verſ. 2. de leg. 3. & in l. Seia, §. Caio, ff. de fund. inſtructo.* Iaſ. *conſ. 207. col. 2. vol. 2.* Curt. Iun. *conſ. 72. num. 6. & conſ. 102. vol. 2.* Cuman. *d. conſ. 22. incip.*

4 *Titius legauit, in princip.* vbi quòd importat aliquando repetitionem, aliquando continuationem, quando orationi imperfectæ adiicitur. Rolan. *conſ. 36. vol. 4.* Bertazol. *d. clauſ. 20. gloſ. 5. num. 2.* Anchar. *reg. 1. q. 53. in princip. & num. 1. p. 2.* Cened. *d. ſing. 31. num. 1. verſ. & licèt.* Gonzal. *d. gloſ. 1. num. 4.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 303. num. 2. & 4.*

Quando verò ponitur in oratione perfecta, quæ 5 non pendet à conſtructione orationis præcedentis, tunc nullam inducit repetitionem, ſed continuat eamdem materiam. Ita Gemin. *d. conſ. 62. num. 2. verſ. nec obſtat.* Cuman. *d. conſ. 22. ante medium, verſ. nec hic eſt.* Aret. *conſ. 1. & conſ. 121.* Natt. *conſ. 387. num. 12. vol. 2.* Socin. *conſ. 11. num. 26. vol. 1.* Grat. *conſ. 18. num. 39. col. 1.* Silu. *conſ. 64. num. 28.* Octauian. Vulpell. *citato loco.* Pariſ. *conſ. 49. num. 48. vol. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1265. num. 11.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 303. num. 8.*

Amplia primò, hanc dictionem non eſſe repe- 6 titiuam, quando ſequentia habent ſpecialem prouiſionem. Ita Alex. *conſ. 158. num. 5. verſ. ſecundò principaliter, lib. 6.* quem refert Card. Tuſch. *d. concluſ. 303. num. 9.*

Secundò amplia, ſeu potiùs declara illud, quòd 7 non ſit repetitiua qualitatis præcedentis, cùm ponitur poſt orationem perfectam; quando ſcilicet diuerſitas perſonarum, & rerum interuenit, ſecùs verò eſt, ſi ſit identitas perſonarum, quia tunc repetit, etſi ponatur poſt orationem perfectam, ſecundùm Curt Iun. *conſ. 102. num. 4.* & Anchar. *Reg. 1. q. 53. num. 2. & 3. p. 2.* quos refert Cened. *d. ſing. 31. num. 3.*

Tertiò amplia, ſeu potiùs declara, quando po- 8 nitur inter diuerſas res, vt per Bart. *conſ. 3. verſ. ſuper, 2. lib. 1.* Alex. *d. conſ. 158. num. 2. verſ. quibus purum, lib. 6.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 303. num. 10.*

Quartò ampliasvt hæc dictio non ſtet repetitiuè, 9 ſed potiùs continuatiuè, quando eſt diuerſa ratio, vel non eſſet eadem æquitas, vt per Pariſ. *conſ. 87. num. 40. vol. 2.* Curt. Iun. *conſ. 153. num. 7. & conſ. 44. num. 7. & conſ. 72. num. 5. verſ. non obſtat,* quos refert Cened. *d. ſing. 31. num. 4. in princip.*

Quintò amplia, quòd non repetit qualitates præ- 10 cedentes, quando non eſt perſonarum, & rerum identitas, vt per Ruin. *conſ. 104. num. 21. vol. 5.* Curt. Iun. *conſ. 44. num. 6 & conſ. 102. num. 4.* Anchar. *Reg. 1. q. 53. num. 2. & 3. in 2. parte, fol. 276.*

Hæc dictio pluries repetita oſtendit diuerſitatem 11 capitulorum, inter quæ ponitur, vt poſt Gemin. & Boër. ſcripſit Rebuff. *in d. l. Labeo, §. item ſi dominus, col. 3. verſ. & hæc dictio.* Honded. *conſ. 69. num. 24. vol. 2.*

Si autem plura ſint legata facta in aliqua diſpo- 12 ſitione, cum hac dictione, numquid conditio in vno legato appoſita, virtute huius dictionis, cenſeatur etiam in aliis legatis repetita? Vide Bened. Capra *conſ. 60. incip. Circa quod, num. 1.* Petr. Ioan. Anchar. *ſuarum quæſtion. famil. lib. 2. q. 53.* Curt. Iun. *conſ. 102. num. 4.* Rendin. *in Promptuar. recept. ſentent. tom. 1. tit. 27. num. 4.*

Dictio hæc, & copula *Et* æquiparantur in repe- 13 titione legatorum, & conditionum; ita Alex. *d. conſ. 158. num. 6. verſ. eo modo, lib. 6.* Gam. Luſit. *deciſ. 206. num. 15.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 303. num. 3.*

Apud Grammaticos *Item* idem importat, quod 14 *Similiter.* Cic. 5. *Verr.* Literæ iſtæ mittuntur à patre vehementes, ab amicis item. Idem 2. *de Diuinat.* Soliis defectiones, item Lunæ prædicuntur. Idem *in Brut.* Romulus augur, cum fratre item augure.

Cum negatione ſæpe in extremam coniicitur clauſulam, vt res, quæ conferuntur, diuerſas eſſe appareat. Cic. *in Orat.* Nam omnium magnarum artium, ſicut arborum altitudines delectant, radices, ſtirpéſque non item. Idem *Attic. lib. 1.* Spectaculum tibi vni iucundum, cæteris non item.

SVMMARIVM.

1 *Repetitiua eiusdem actus pro vna vice tantùm est dict.* Iterum.
2 *Repetitiua aliquando non est dict.* Iterum.
3 *Reiterationem actus quando denotet dict.* Iterum, *ostenditur.*
4 Iterum *nonnunquam sumitur, id est,* Diuersum.
5 Iterum *pro* Secundo *eleganter ponitur.*
6 Iterum *adsciscit* Semel, Tertium, *vel* Tertiò, *vt num.* 7.
8 Iterum *quandoque additur dictioni* Sæpius.

Iterum.

DICTIO CLXXXVI.

1 EST repetitiua eiusdem actus pro vna vice tantùm, vt *in l. fideicommissa, §. si quis alicui decem, circa finem,* vbi Bart. & Bald. *ff. de leg. 3. l. fin.* & ibi glos. *verb. quamuis, ad finem, ff. de bonis dict. iud. possid. cap. olim, in princip.* vbi Zabarel. *notab. 1. de rescript.* Fulgos. *cons. 154.* Gom. *in §. rursus, num. 9.* & Ias. *in §. Prætor ait, num. 10. Instit. de act.* Boër. *decis. 31. num. 14.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 57. num. 1.* Vulpell. *de prapos. & aduerb. signif. sub dict. item, vers. iterum, pag. 56.*

2 Interdum non est repetitiua, vt *in l. filio, quem pater, vers. iterum arrogauerit, ff. de adopt.* vbi notant Bart. & Ias. *num. 11.* quos refert Cened. *d. sing. 57. num. 4. in princip.* Strictè capta accipitur pro secunda vice, vt per Brederod. *de appell. p. 1. cap. 224. vers. ab eadem persona.* Vulpell. *citato loco, pag. 56.* vbi subdit, quòd largè capta etiam pro secunda vice accipitur, quoties opus fuerit; si à lege proferatur, quando
3 iteratio non tendit in grauamen alterius. Verùm vt resolutio clarior appareat, sciendum est, quòd quando hæc dictio profertur ab homine, denotat reiterationem eiusdem actus pro vna vice tantùm. Sic procedunt Iura suprà citata in principio huius dictionis; quando verò profertur à lege, quia lex debet poni, ita vt lites dirimat, tunc ista dictio denotat, & admittit reiterationem actus pro pluribus vicibus. Ita procedit *l. veluti, ad finem, ff. de edendo.* Quam distinctionem tradunt Bald. *in l. 1. vers. quartò quæro, C. de bis, quæ pœnæ nomine.* Ias. *in d. §. Prætor ait, num. 10.* Gom. *in §. sic itaque, num. 9. vers. & ideò pro vera resolutione, Instit. de action.* vbi alios in id citat, ad pluráque infert; & signanter, quòd si datur potestas, & facultas arbitrio ab homine prorogandi semel, & iterum, non intelligitur nisi pro duabus vicibus. Alex. *in l. qui bona, §. fin. in princip. & in l. si finita, in princip. num. 4. ff. de damno infecto.* Si verò datur facultas à lege, vel statuto, tunc actus fieri debet toties, quoties opus fuerit. Alex. *cons. 70. vol. 2.* cum aliis adductis per Gom. *d. num. 9.*

4 Nonnunquam *Iterum* sumitur, id est, *Diuersum, l. receptitia, vers. & liceat,* & ibi glos. *verb. iterum, ff. de constit. pecunia.*

5 Apud Grammaticos, & bonos linguæ Latinæ Auctores, *Iterum* pro *Secundò* eleganter ponitur. Cic. *Attic. lib. 4.* Flaminius Consul iterum. Idem *pro Sext.* Saturnius iterum Tribunus. Idem *in Brut.* Liuianæ fabulæ vix dignæ, quæ iterum legantur.

Aliàs adsciscit *Semel.* Cic. *5. Verr.* Duobus pretiis 6
vnum & idem frumentum vendidisti, semel ciuitatibus, iterum populo Romano. Idem *pro Do.* Audierat ex illo se à me bis salutem accepisse, semel separatim, iterum cum vniuersis. Idem *in Brut.* Antistius, & Piso sæpe dicebant, minùs sæpe Pomponius, rarò Carbo, semel, aut iterum Philippus.

Assumit autem *Tertium*, vel *tertiò.* Cic. *lib. 1. de* 7
Inuent. Primùm quidem decipi incommodum est, iterum stultum, tertiùm turpe. Idem *pro Roscio:* Iterum, ac tertiò nominaui. Idem *pro Deiot.* Ille iterum, ille tertiò auctionibus factis pecuniam dedit.

Nonnunquam ei additur *Sapiùs.* Cic. *Attic. lib. 13.* 8
epist. 42. Vt re experiatur, iterum, ac sæpiùs te rogat. Idem *pro Font.* Semel, atque iterum, ac sæpiùs. Idem *pro lege Manilia:* Testis iterum, ac sæpiùs Italia, quæ, &c.

SVMMARIVM.

1 *Significationes plures habet dictio* Iuxta, *secundùm subiectam materiam.*
2 Prope *importat dict.* Iuxta.
3 *Propinquitatem, & vicinitatem significat dictio* Iuxta.
4 *Vicinitas, quam importat dict.* Iuxta, *debet intelligi cum aliqua distantia.*
5 *Vicinitatem per decem pedes importat dictio* Iuxta.
6 Secundùm *nonnunquam importat dictio* Iuxta.
7 *Similitudinariè stat dict.* Iuxta, *quando ponitur pro* Secundùm.
8 *Demonstratiuè, & causatiuè potiùs, quàm conditionaliter, & restrictiuè stat dictio* Iuxta.
9 *Relatiua in omnibus ad relatum est dictio* Iuxta, *quando accipitur pro* Secundùm.
10 *Causatiuè, seu conditionaliter, an & quando stet dict.* Iuxta, *ostenditur, &* num. 11. & 12.
13 *Causaliter intelligitur stare dictio* Iuxta, *in priuilegijs.*
14 *Conditionaliter intelligitur stare dict.* Iuxta, *in rescriptis Iustitiæ.*
15 *Limitatiuè stat dictio* Iuxta, *relata ad facultatem alicui datam.*
16 *Perfectio anni vt non requiratur, operatur dict.* Iuxta.

Iuxta.

DICTIO CLXXXVII.

1 CVm plures habeat significatus hæc dictio, secundùm subiectam materiam, vt aduertunt Socin. *cons. 201. in princip. vers. accedat etiam, lib. 2.* & Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 304. num. 6.* ideò figillatim quidquid de ea dicendum occurrerit, explicabo.

2 Primò importat idem quod *Prope.* Cic. Sepultus est iuxta viam Appiam ad quintum lapidem. *l. qui ædes, ff. de incend. cap. solitæ, §. hoc autem, de maiorit. & obed.*

obed. Alex. *conſ.* 120. *incip. Omiſſis argumentis, num. 6. verſ. nam dicitur, lib. 2. & conſ. 44. num. 2. vol. 6.* Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de elect. §. ſtatuit, in verb. iuxta, pag.* 143. Intrigl. Siciliæ *deciſ.* 36. *num.* 16. Card. Tuſch. *d. concl.* 304. *num.* 7. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 32. *num.* 1.

3 Et tunc ſignificat propinquitatem, & vicinitatem, vt *in l. quidam Hiberius*, vbi Bart. *ff. de ſeruit. vrbanor. prædior.* Bald. *in l.* 1. *num.* 2. *C. de Epiſcopis, & Cleric.* Bero. *conſ.* 144. *num.* 16. *vol.* 3. Felin. *in cap. quia indicante, col. fin. de præſcript.* Coſm. *citato loco.* Surd. *conſ.* 429. *num.* 52. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub*

4 *dict. Item, verſ. iuxta, pag.* 56. Quæ quidem vicinitas debet intelligi cum aliqua diſtantia. Bald. *in l.* 1. *C. de ſacroſ. Eccleſ.* Grat. *conſ.* 112. *num.* 22. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 58. *num.* 58. *vol.* 2. vbi ait, quòd iſta dictio verificatur, nedum in contiguis, ſed etiam in aliquantulum diſtantibus. Alex. *conſ.* 120. *num.* 6. *vol.* 2. vbi dicit denotare propinquitatem per vnum, vel

5 duos pedes. Denique denotare vicinitatem per decem pedes prope, tenent Bart. *in l. decernimus, C. de aquæduct. lib.* 10. Felin. *in cap. ex parte, de reſcript.* Franc. Marc. *deciſ.* 644. *p.* 1. Petr Enriq. *reſponſ. opuſc.* 2. *ſub hac dict.*

6 Secundò ponitur quandoque pro dict. *Secundùm*, vt per Abb. *in cap. Abbate, num.* 20. *de verbor. ſignific.* Coſm. *d. verb. iuxta, pag.* 143. *& in tit. de pacif. poſſeſ. in fin. princip. in verb. iuxta, pag.* 70. vbi dicit, quòd iſta dictio *iuxta*, & *ſecundùm* æquipollent. Alber. *in dict. verb. Iuxta.* Bart. *in extrauag. ad reprimendam*, §. *prout, num.* 2. *& in l. edita num.* 28. *C. de edendo.* Rimin. iun. *conſ.* 106. *num.* 1. *vol.* 1. Cened. *d. ſingul.* 22. *numero* 3.

7 Et tunc ſtat ſimilitudinariè, vt dict. *Sicut, tanquam, ad inſtar, &c.* ſic *in l. leges vt generales, C. de legib. & in l.* 1. *C. de his qui parentes, vel lib. occid.* notant *verb. Iuxta* Menoch. *conſil.* 482. *ſub num.* 33. Glorit. *reſponſ.* 1. *part.* 3. *numero* 128. Bero. *conſil.*

8 38. *num.* 3. *vol.* 1. Et ſic in dubio cenſetur potiùs ſtare demonſtratiuè & cauſatiuè, quàm conditionaliter, & reſtrictiuè, vt per Dec. *in c. quoniam Abbas, nu.* 14. *verſ. & in dubio, de offic. deleg.* Roman. *conſil.* 336. *incip. Circa propoſitam, num.* 2. Pariſ. *conſ.* 4. *num.* 36. *lib.* 4. Curt. iun. *conſ.* 97. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 27. *nu.* 7. *p.* 2. *diuerſ.* Matien. *l.* 2. *gloſ.* 9. *num.* 12. *tit.* 4. *lib.* 5. *noua Recop.*

9 Eſt etiam in hoc ſenſu relatiua in omnibus ad relatum, vt *in cap. Abbate*, §. *præterea*, vbi gloſ. *de verb. ſignif.* tradunt Alex. *conſ.* 81. *num.* 6. *lib.* 6. Intrigl. Siciliæ *deciſ.* 36. *num.* 15. Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *quæſt.* 18. *num.* 13. Et fuit dictum *in Romana pecudum* 2. *Maij* 1614. *coram Vbaldo*, impreſſa per Farin. *deciſ.* 586. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* D. Loter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 219. Cardin. Tuſch. *d. concl.* 304. *num.* 3. Rot. *deciſ.* 40. *p.* 2. *diuerſ.* vbi tentum fuit, adeo eſſe relatiuam, vt ſi conſtet de relato, nihil diſponat vltra contenta in relato, vbi *num.* 7. ſubdit, quòd ſi referens plus diſponeret, quàm relatum, quandocunque de relato conſtaret, referens non attenditur, ſed relatum. Decian. *conſ.* 21. *num.* 37. item *lib.* 2. vbi ait, quòd promittens iuxta formam inſtrumenti de tali tempore, cùm ſint verba relatiua, ſi ex inſtrumento nihil apparet, non tenetur, quia falſa cauſa non nocet. Alex. *conſ.* 9. *incip. Ponderatis, n.* 12. *lib.* 5. vbi ait, quòd inueſtitura facta maſculo & fœminæ iuxta formam antiquarum inueſtiturarum, ſi ex inueſtituris antiquis conſtet quòd fœminæ ſunt excluſæ, erunt etiam excluſæ ex noua inueſtitura habente relationem ad antiquas.

10 An autem & quando hæc dictio ſtet cauſatiuè, & quando conditionaliter, non bene conſtat inter Doctores. Alex. enim *d. conſ.* 9. *num.* 12. tenet, ſtare cauſatiuè, dum ait, quod frater faciens ſe inueſtiri de certo feudo pro ſe, & fratribus, & ſororibus, iuxta tenorem aliarum inueſtiturarum antiquarum, cenſetur per errorem feciſſe, quia præſumitur credidiſſe inueſtituras ita loqui, & ſi contrarium loquantur, non ſibi præiudicauit. Cuius dictum notabile dicit Curt. iun. *conſ.* 92. *num.* 10.

Sed Caſtr. *conſ.* 17. *incip. In cauſa decimali, in princip.* 11 *& in fine lib.* 2. ait, quòd ſi fiat conceſſio inueſtituræ de omnibus, de quibus maiores ſui fuerunt inueſtiti, iuxta prædeceſſorum ſuorum inueſtituras, dictio iuxta ſtat conditionaliter, & ſi non conſtat de antiquis inueſtituris nihil eſt conceſſum; ſubditque, id reſtringi, quando conceſſio, ſeu inueſtitura eſt certa, vt quia conceduntur certa bona expreſſa: ita quòd non remanet aliqua incertitudo, licèt adiiciatur iuxta formam antiquarum inueſtiturarum, aut ſecundùm, vel prout ſui anteceſſores poſſederunt, quia tunc non facit conditionem, ſed modum, videlicet quia ſic ſui anteceſſores vſi ſunt. Inferens idem eſſe dicendum, quando quis condemnatur, vel ſe obligat ad ſoluendum ſingulis annis vnum par caponum, prout eius anteceſſores ſoluere conſueuerunt, quia exponitur, prout ſic ſui anteceſſores ſoluere conſueuerunt, niſi ex aduerſo probaretur, quòd ſoluere non conſueuerunt, quia ſi falſa eſt cauſa, tunc non valeret conceſſio. Vnde Matienſ. *d. l.* 2. *gloſ.* 2. *num.* 13. tradit, quòd quoties lex vel priuilegium non diſponit quid certum, ſed ſe refert ad aliam legem, ſeu priuilegium, tunc hæc dictio ponitur conditionaliter, ita vt donec conſtet de re, ad quam refertur, non valeat diſpoſitio.

Declarat tamen Grammat. *deciſ.* 59. *num.* 24. tres 12 caſus diſtinguens. Primum quando diſpoſitio eſt certa, & non apparet id ad quod fit relatio, & valet, quia quando hæc dictio profertur ſi per certo ſtat cauſatiuè, non autem conditionaliter. Dec. *conſ.* 169. *col.* 2. Aretin. *conſ.* 76. *col.* 3. Bellon. *conſ.* 36. *num.* 11. quos refert Cened. *d. ſingul.* 32. *num.* 4. *in princ.* Secundum quando diſpoſitio eſt incerta, & non apparet id ad quod fit relatio, & non valet, ex adductis per Grat. *conſ.* 105. *num.* 2. *vol.* 2. & Ruin. *conſil.* 25. *num.* 11. *lib.* 1. Socin. iun. *conſ.* 122. *num.* 33. *lib.* 3. Rot. *d. deciſ.* 40. *ſub num.* 4. *&* 5. Tertium quando diſpoſitio relata apparet magis ſtricta, & ſit reſtrictio. Quartum addit Card. Tuſch. *d. concluſ.* 304. *nu.* 15. poſt Caſtr. *conſ.* 17. *in fin. lib.* 2. quando diſpoſitio eſt certa; ſed conſtat quòd relatum eſt contrarium, quia ex aduerſo eſt probatum contrarium, & tunc facerent verba rationem conditionalem.

Tertiò in priuilegiis intelligitur ſtare cauſaliter. 13 Roman. *conſ.* 336. *num.* 3. In reſcriptis verò Iuſtitiæ conditionaliter, veluti ſi dicatur, exequutioni mandes talem ſententiam iuxta eius ſeriem, quia intelligitur ſi ex eius ſerie liquere poterit. Ita Roman. *d. conſ.* 366. *num.* 8. vbi Apoſtill. *in verb. conditionaliter.* Grammat. *d. deciſ.* 59. *num.* 24. Curt. iun. *conſil.* 97. *num.* 3. Ioan. Bapt. Ferret. *conſ.* 86. *num.* 5. Cardin. Tuſch. *d. concl.* 304. *num.* 17. quicquid dicant Riminald. *in l. edita, col. pen. verſ. & ideo, C. de edendo.* & Bellon. *conſ.* 36. *à num.* 11. quos refert Cened. *d. ſingul.* 32. *num.* 4. *poſt princ.*

Quartò relata ad facultatem alicui datam ſtat li- 14 mitatiuè, vt fuit dictum *in Romana pecuniaria* 18. *Iunij* 1607. *coram Penia.*

Quintò operatur vt non requiratur anni perfectio, 15 ſed ſufficiat inchoaſſe ex adductis per Surd. *deciſ.* 51. 8. *numero* 8.

SVMMARIVM.

1 *Factum, & modum concernit dictio* Legitimè.
2 *Factum* legitimè, *censetur factum ordine Iuris seruato.*
3 *Citatus vt* legitimè *compareat, intelligitur per se, vel per procuratorem.*
4 *Citatus ad comparendum legitimè in loco, ad quem prohibetur accessus citato, non tenetur comparere, nec mittere procuratorem.*
5 *Probationi, vel ostensioni adiecta dict.* Legitimè, *importat plenam, & veram probationem, non autem priuilegiatam.*

Legitimè.

DICTIO CLXXXVIII.

1 COncernit factum & modum: factum scilicet fuisse legitimum, & legitimo modo processisse, vt per Ioan. Monach. & Ioan. Andr. *in reg. factum legitimè, de reg. Iuris, lib. 6.* Bertazol. *de clausul. instrum. clausul. 8. glos. 6. & clausul. 35. glos. 12. num. 2.*

2 *Legitimè factum*, censetur factum ordine Iuris seruato, glos. & Abb. *in cap. consanguinei, de re iudic.* Bertazol. *d. glos. 6.* Seraphin. *decis. 290. num. 2. & decis. 433. num. 6.*

3 Vnde citatus vt legitimè compareat, intelligitur per se, vel per procuratorem. Ita Bald. *cons. 149. incip. Statuto, circa med. vers. in contrarium, lib. 5.* quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 3. lit. D. conclus. 305. num. 1.* vbi *num. 2.* cum eod. Baldo citato loco, restringit, nisi hæc dictio annexum haberet locum prohibitum, quia citatus ad comparendum legitimè in loco ad quem prohibetur accessus citato, non tenetur comparere, neque mittere procuratorem, ex quo ratione loci prohibiti hæc dictio non attenditur.

5 Adiecta hæc dictio probationi, vel ostensioni importat plenam & veram probationem, non autem priuilegiatam, vt per iuramentum, ita Ias. *in l. si quando, col. 2. num. 9. & seq. C. vnde vi.* quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 305. num. 3.* vbi *num. 4.* cum Alex. *cons. 119. num. 9. lib. 2.* extendit in tantum, vt etiamsi concurrat semiplena probatio, cum iuramento non erit legitima probatio.

SVMMARIVM.

1 *Institutionem hæredis inducit verbum* Lego, *adiectum vniuersitati bonorum.*
2 *Legatum, & non institutio intelligitur, quando verb.* Lego *adijcitur certæ quantitati, vel summæ.*
3 *Legata, fideicommissa, & cæteras omnes species relictorum comprehendit verbum* Lego, *in genere sumptum.*
4 *Fideicommissum vniuersale importat verbum* Lego, *tanquam obliquum adiectum hæreditati, siue alius sit hæres institutus, siue non.*

Lego.

DICTIO CLXXXIX.

1 VErbum hoc adiectum vniuersitati bonorum inducit hæredis institutionem, vt per Menoch. *cons. 86. num. 78.* Azeued. *ad l. 1. num. 167. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopilat.* Ceual. *comm. contra comm. quæstione 114.*

2 Quando verò adiicitur certæ quantitati, vel summæ, intelligitur legatum, & non institutio, iuxta resoluta per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 141. num. 34.* & per Brunor. à Sole *in locis commun. lit. V. num. 46.*

3 In genere tamen sumptum amplam retinet significationem, & comprehendit legata, fideicommissa, & cæteras omnes species relictorum, *l. fideic. 85. l. vxorem, 39. §. legauerat. ff. de leg. 3. l. æquis, 39. ff. de vsur. l. filium, §. si legata, iuncta l. 1. ff. de legatis præstand.* notat Pichard. *ad princ. Instit. de fideicom. hæred. numero 5.*

4 Et quòd hoc verbum tanquam obliquum adiectum hæreditati importet fideicommissum vniuersale, siue alius sit hæres institutus, siue non, ex Crass. *de succes. §. Institutio, quæst. 15. num. 2. & 3. & §. substitutio, quæst. 5. num. 23.* resoluit Monet. *de commut. vltim. volunt. cap. 9. num. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 *Actum quod quis facere possit sua sponte, & sine alterius licentia operatur dictio* Liberè.
3 Liberè, *intelligitur sine impedimento, contradictione, onere, grauamine, vel obstaculo.*
4 Liberè aliquid habens, *illud ab omni onere exemptum dicitur habere.*
5 *Venditionem immunem ab omni alia obligatione, ac proinde à pacto redimendi, importat dict.* Liberè.
6 Liberè *id fieri dicitur, quod quis sine aliqua obligatione, sed sua absoluta voluntate, alio non requisito facere potest.*
7 *Fundus quod non est obnoxius seruituti, denotat dict.* Liberè.
8 Liberè *idem importat, quod non obstante contradictione.*
9 *Electionem, seu consilium alterius qui expectare non debet, dicitur* liberè *facere.*
10 Liberè *idem significat quod arbitrio suo.*
11 *Substitutio facta* liberè, *importat integraliter, & sine diminutione.*
12 *Liberè operatur ab omni necessitatis obseruantia, & solemnitate abstractum.*
13 *Facultas alicui concessa de conferenda re aliqua cum dict.* Liberè, *non restringitur ad certum genus personarum.*
14 *Vxor si relinquatur vsufructuaria* liberè, *habebit plenum vsumfructum.*

15 *Libe*

15 *Liberationem totalem denotat dictio* Liberè.

16 *Obligationem omnem excludit dictio* Liberè.

17 Liberè *in venditione operatur reſpectu tranſlationis dominij pretio ſoluto.*

18 *Reſtitui ſi petatur* liberè, *dicitur intentatum petitorium.*

19 *Fideicommiſſarius vt poſſit apprehendere rem abſque conſenſu hæredis, operatur dictio* Liberè.

20 *Poteſtatem liberam & abſolutam, & nulli legi ſuppoſitam importat dict.* Liberè.

21 Facultas libera *ſi data ſit non ex hoc videtur Iuris communis ſublata diſpoſitio.*

22 *Teſtari prohibito ſi libera concedatur teſtandi facultas, intelligitur Iuris forma ſeruata.*

23 *Exceptionem prouenientem ex natura actus, & ſubiecta materia, excludit dictio* Liberè.

Liberè.

Dictio CXC.

1 De vi, & effectibus huius dict. vide Alber. *in ſuo diction. verbo Liberè*, Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §. prafatique, verb. Liberè, pag. mihi*, 308. Bartholom. Peret. *ad extrauag. ambitioſæ, de reb. Eccleſiæ non alienan. verb. Illis exceptis, num.* 16. *&* 17. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 30. *gloſ.* 10. *num.* 1. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignific. ſub hac dict. pag.* 56. Cald. Pereira *de renou. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 10. *cum ſeqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 53. *num.* 2. *&* 3. *& gloſ.* 45. *num.* 11. *&* 17. *& gloſ.* 46. *num.* 1. *&* 3. *& gloſ.* 53. Cened. *poſt lib. pract. & canonic. quæſt. ſingul.* 58. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſione* 306.

2 Denotat hæc dictio, quòd actum quis facere poſſit ſua ſponte, & ſine alterius licentia, & auctoritate. Ita Panorm. *in cap. ſi pro debilitate, num.* 5. & ibi Dec. *num.* 45. *&* 46. *de offic. deleg. cap.* 2. *de locato, cap. ſtatuimus, de regularib. cap. cùm plures*, vbi gloſ. *verb. Liberè, de offic. deleg. lib.* 6. *cap.* 1. *de cenſ. eod. lib. Clement. dudum, §. ſi verò*, vbi gloſ. *verb. Liberè, de ſepult.* & ibi Imol. *num.* 3. Alex. *conſ.* 80. *num.* 10. *vol.* 1. *& conſ.* 14. *num.* 3. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 360. *num.* 5. Andr. ab Exea *in cap.* 1. *num.* 422. *cum ſeq. de conſtit.* Aret. *conſ.* 76. *num.* 5. Gozad. *conſ.* 58. *num.* 2. *& conſ.* 91. *num.* 9. Curt. iun. *conſ.* 2. *num.* 3. Rimin. *in princ. Inſtit. de donat. num.* 515. Plot. *de in litem iurando, §.* 2. *num.* 28. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 135. *C. de reuoc. donat.* Rebuff. *d. verb. Liberè, verſ. ſeptimo, pag. mihi*, 620. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæſt.* 7. *num.* 34. *& conſ.* 121. *num.* 66. *& conſ.* 192. *num.* 9. Alciat. *conſ.* 212. *num.* 4. Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de elect. §. quod ſi, in verb. Liberè, fol.* 34. *col.* 1. Mandoſ. *reg. de Infirmis, quæſt.* 15. *num.* 3. Anchar. Regien. *quæſt.* 40. *nu.* 5. *&* 6. *p.* 2. *fol.* 244. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. Liberè.* Roland. *conſ.* 42. *num.* 19. *lib.* 1. vbi ait, quòd importat ſine licentia, ſine conſenſu, vel authoritate alterius, & ſine aliqua requiſitione. Surd. *conſ.* 313. *num.* 96. Flamin. *de reſign. lib.* 7. *quæſt.* 5. *n.* 8. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 20. *num.* 9. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 45. *num.* 11. *cum ſeqq. & gloſ.* 48. *num.* 3. *& gloſ.* 53. *num.* 3. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 306. *num.* 10. Cened. *d. ſingul.* 58. *num.* 1. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 7. *num.* 144. *& cap.* 8. *numero* 137.

Item, *Liberè* intelligitur, ſine impedimento, con- 3
tradictione, onere, grauamine, vel obſtaculo, aut vlla diminutione, vt *in Clem. fin. de ætat. & qualit. & in cap.* 1. *in princ. verb. Liberè, de reg. Iuris, lib.* 6. *& in cap. cùm Epiſcopus, verb. Liberè, de offic. Ordin. eod. lib.* Notant gloſ. *verb. Liberè, in d. Clement. dudum.* Alex. *conſ.* 214. *num.* 4. *vol.* 6. Curt. iun. *conſ.* 2. *num.* 3. Dec. *conſ.* 360. *num.* 50. Socin. ſen. *conſ.* 13. *in fine, lib.* 1. Socin. iun. *conſ.* 72. *num.* 7. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 1. *num.* 21. *vol.* 1. Alex. *conſ.* 214. *num.* 4. *vol.* 6. Rolan. *conſ.* 42. *num.* 18. Natt. *conſ.* 530. *num.* 10. *vol.* 3. Pariſ. *conſ.* 81. *num.* 5. *lib.* 3. Gozad. *conſ.* 47. *num.* 9. *& conſ.* 91. *num.* 7. *& conſ.* 58. *num.* 2. Rip. *de remed. ad conſeruandam vbert. num.* 242. Alciat. *reſp.* 603. *nu.* 3. Durant. *de arte teſtandi, in tit. de ſubſtit. num.* 32. Vincent. Caroc. *deciſ. ſeu caſ.* 80. *num.* 38. Tiraq. *d. verb. reuertatur, num.* 134. Coſm. *d. verb. Liberè, pag.* 104. Menoch. *remed.* 2. *adipiſcen. num.* 52. *& conſ.* 10. *num.* 10. Vulpell. *citato loco.* Corn. *conſ.* 267. *num.* 15. *lib.* 4. vbi loquitur in libero vſufructu. Decian. *conſil.* 41. *num.* 14. *lib.* 2. Surd. *deciſ.* 265. *num.* 3. *& deciſ.* 272. *num.* 14. Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *ſub hac dict.* Cald. Pereira *de renou. emphyt. quæſt.* 8. *num.* 12. Vallaſc. *conſult.* 123. *num.* 9. Franc. Leo *in theſ. fori Eccleſiaſtici, p.* 2. *cap.* 16. *num.* 56. *& p.* 4. *cap.* 1. *num.* 24. vbi ait, quòd in contractu emphyteutico tribuit abſolutam auctoritatem, omnémque contradictionem, & impedimentum remouet, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 33. *num.* 18. Mart. de Iuriſd. *p.* 4. *vent.* 1. *caſ.* 20. *num.* 9. Ludou. Rodolphin. *poſt tract. de abſoluta Principis poteſt. voto vnic. num.* 55. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 306. *num.* 9. Nicol. Garz. *de benef. p.* 1. *cap.* 5. *n.* 376. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 919. *num.* 13. *&* 20. Et fuit dictum *in Cuſentina penſionis* 29. *Maij* 1596. *coram Card. Pamphilio.*

Vnde qui liberè aliquid habet, illud ab omni 4
onere exemptum dicitur habere, gloſ. *verb. liberè, in d. Clem. dudum.* Menoch. *conſ.* 1042. *num.* 10. Sic de teſtatore relinquente aliquid liberè, quod ab omni onere fideicommiſſi cenſetur eximere, voluit Menoch, *conſ.* 640. *num.* 2. *&* 3. qui teſtatur idem ſentire Ruin. *conſ.* 131. *num.* 10. *vol.* 1. Ita etiam in venditione appoſita hæc dictio *Liberè*, importat ven- 5
ditionem immunem ab omni alia obligatione, & per conſequens à pacto redimendi. Pariſ. *conſ.* 45. *num.* 14. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 10. *num.* 10. Honded. *conſ.* 51. *num.* 51. *& ſeq. lib.* 1. Et fuit dictum *in Romana domus, 20. Februarij* 1615. *coram Vbaldo*, impreſſa per Farinac. *deciſ.* 669. *num.* 2. *p.* 1. *recent.*

Item *liberè* id fieri dicitur, quod quis ſine aliqua 6
obligatione, ſed ſua abſoluta voluntate, alio non requiſito, facere poteſt, vt per Aret. *conſ.* 76. *num.* 30. Socin. *conſ.* 13. *in fine, vol.* 1. *& conſ.* 170. *col.* 5. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 355. *num.* 4. *& conſ.* 360. *num.* 5. Pariſ. *conſ.* 26. *num.* 26. *vol.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 33. *cum ſeqq.*

Item *liberè* denotat, quòd non eſt fundus ob- 7
noxius ſeruituti, vel alteri obligationi. Rimin. *in princip. Inſtit. de donat. num.* 548. *fol.* 205. Cened. *d. ſing.* 58. *num.* 4.

Item *liberè* idem importat, quod non obſtante 8
contradictione. Rolan. *conſ.* 42. *num.* 17. Æmil. *conſ.* 6. *in princip.* Socin. Iun. *conſ.* 1. *num.* 13. *vol.* 4. Menoch. *conſ.* 10. *num.* 10. Brunor. à Sole *q.* 39. *dub.* 1. quos refert Cened. *d. ſing.* 58. *num.* 8.

Item *liberè* facere dicitur, qui alterius electionem, 9
vel conſilium expectare non debet. Verall. *deciſ.* 297. *num.* 6. *p.* 1.

Item

10 Item *liberè* significat idem, quod arbitrio suo. Alciat. *cons.* 212. *num.* 4. Cened. *d. sing.* 18. *sub num.* 4.

11 Item substitutio facta *liberè* importat integraliter, & sine diminutione, & quòd mortuo filio, cui substituitur in pupillari, substitutio sit pupillaris, & excludat matrem. Anton. de Butr. *cons.* 53. *num.* 1. *in fine.* Card. Tusch. *d. conclus.* 306. *num.* 8.

12 Item *liberè* operatur ab omni necessitatis observantia, & solemnitate abstractum. Bald. *in cap. quæ in Ecclesiarum, col.* 2. *num.* 4. *vers. ibi, liberam, de constit.* Marc. Anton. de Amatis Marchiæ *decis.* 53. *n.* 3. 4. *&* 5.

13 Item hæc dictio adiecta in facultate alicui concessa de conferenda aliqua re importat, vt facultas illa non restringatur ad certum genus personarum, vt fuit dictum *in Vallisoletana præeminentiarum*, 24. *Nouembris* 1603. *coram Card. Pamphilio.*

14 Item si per verbum *liberè* vxor relinquatur vsufructuaria liberè, habebit plenum vsumfructum, cùm tamen aliàs habeat sola alimenta, vt per Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, cap.* 1. *num.* 50. quem refert Cened. *d. sing.* 58. *sub num.* 3.

15 Item *liberè* intelligitur quoad omnia, & sic totalem liberationem denotat. Ita Crauet. *cons.* 122. *num.* 5. Alex. *cons.* 96. *col.* 1. *lib.* 5. Apostill. ad Butr. *cons.* 53. *in vers. liberè.* Rolan. à Valle *cons.* 42. *num.* 20. *lib.* 1. Card. Tusch. *d. conclus.* 306. *num.* 11. totalitatémque importat. Menoch. *cons.* 1. *num.* 13. *& cons.* 632. *num.* 14.

16 Item excludit omnem obligationem, vt *in l. non dubito, §. liberè autem, ff. de captiuis, & postlimin. reuers. cap.* 2. *de arbitr. lib.* 6. *cap. licet, de sepult. eod. lib.* Valasc. *consult.* 123. *num.* 8.

17 In venditione operatur respectu translationis dominij pretio soluto, vt per Seraphin. *decis.* 663. *num.* 5.

18 Si petatur *liberè restitui*, dicitur intentatum petitorium, quia ista dictio est huius naturæ, vt per eam illud intentatum censeatur. Menoch. *de recuper. possess. in præfat. num.* 15. quem refert Cened. *d. sing.* 58. *num.* 6.

19 Operatur, vt eius virtute fideicommissarius possit apprehendere rem absque consensu hæredis, vt per Anchar. Regien. *q.* 40. *num.* 56. *fol.* 244. quem citat Cened. *d. sing.* 58. *num.* 2.

20 Et licèt *liberè* importet liberam, & absolutam potestatem nulli legi suppositam, secundùm Caroc. *decis. seu casu* 80. *num.* 38. Socin. *cons.* 170. *num.* 8. *lib.* 2. & Rolan. *cons.* 42. *num.* 17. *lib.* 1. tamen requirit Iuris ordinem, iuxta resoluta per Hippol. *cons.* 49. *num.* 47. *vol.* 1. recipitque restrictionem à Iure, secundùm determinationem aliarum legum. Alex. *cons.* 80. *num.* 12. *lib.* 1. Card. Tusch. *d. conclus.* 306. *num.* 14.

21 Vnde si libera facultas data sit, non ex hoc videtur Iuris communis sublata dispositio, quia etiam tunc procedere debent iuxta Iuris dispositionem, vt per Rebuff. *d. verb. liberè, vers. & an verbum.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 36. *&* 37.

22 Sic etiam, si testari prohibito libera concedatur testandi facultas, intelligitur Iuris forma seruata, vt *in l. si quando, C. de inoffic. testam.* Vulpell. *d. loco, num.* 2. Menoch. *d. q.* 7. *num.* 39.

23 Non excludit tamen hæc dictio exceptionem prouenientem ex natura actus, & subiecta materia, vt per Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 24. *num.* 82. Card. Seraphin. *decis.* 516. *num.* 4. *& decis.* 576. *num.* 4. Cened. *d. sing.* 58. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Dict.* Licet, *sæpissimè absolutè ponitur.*

2 *Dict.* Licet, *pro* Etiamsi *nonnunquam vsurpatur.*

3 *Infinito modo iuncta dict.* Licet, *vsurpatur pro* Possumus.

4 *Doctores referuntur de vi & effectibus verbi* Licet *agentes.*

5 *Libertatem, & arbitrium denotat verbum* Licet, *non obligationem, & præcisam necessitatem.*

6 *Arbitrij liberam, & absolutam potestatem tribuit verbum* Libet.

7 *Taxatiuum non est verbum* Licet, *nec excludit alia.*

8 *Clausula* Liceat tibi propria auctoritate, &c. *intelligitur, volente ipso impetrante, & non illo inuito.*

Licet.

DICTIO CXCI.

DIctio *Licèt*, sæpissimè absolutè ponitur, & seruit 1 concessioni, Cic. *Attic. lib.* 14. *epist.* 4. Sed omnia licèt concurrant, Idus Martiæ consolantur. Idem *de Amicit.* Quantumuis licèt excellas. Idem *Attic. lib.* 2. *epist.* 24. Proinde isti faciant licèt, quos volent. Sæpe in hunc sensum adiicitur *Per me, per te, per illum*, & alia huiusmodi. Terent. *Adeph.* Sinatis hunc facere, dum per ætatem licet.

Nonnunquam pro *etiamsi* videtur vsurpari. Cic. 2 *pro Sest.* Licèt omnes in me terrores impendeant subitò. Idem *post red. in Sen.* Licèt corpus abesset meum, dignitas iam in patriam reuerterat. Et tunc implicat casum dubitationem, sicut dictio *etiam*, vt per Natt. *in comment. de vsuris, glos.* 15. *num.* 97. Polyd. Rip. *de nocturno tempore, cap.* 78. *num.* 4.

Verbum *licet* infinito modo iunctum vsurpatur 3 pro *Possumus.* Cic. 1. *Officior.* Licet ora ipsa cernere iratorum. Idem 2. *de Diuinat.* Mirari licet quæ sint animaduersa à Medicis herbarum genera. At verò vbi præcedit negatiua, veluti *Non licet*, æquipollet præcepto, & necessitatem importat, vt per Philiarch. *de officio Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *dict.* 3. Castr. *de lege pœnali, lib.* 1. *cap.* 5. *docum.* 4. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 38. *prope finem.*

Verbum *licet*, de cuius vi, & effectibus multa 4 cumulant Rebuff. *in comment. ad l. licet, 58. vers. licet, ff. de verbor. signif. pag.* 299. & Galganet. *ad statuta Vrbis, lib.* 1. *cap.* 143. *in princip.*

Libertatem, & arbitrium denotat, non autem 5 obligationem, & præcisam necessitatem, vt *in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbitr. l.* 1. *ff. de interrog. action.* Notant Menoch. *cons.* 381. *num.* 23. Ceuall. *commun. contra communes, q.* 750. *num.* 26. *& q.* 757. *num.* 61. Et ita est potestatiuum, non necessitatiuum. Card. Seraphin. *decis.* 739. *num.* 3. Sicut de verbo *Libet*, 6 quòd tribuat liberam, & absolutam arbitrij potestatem, dicit Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 32.

Non est taxatiuum hoc verbum *Licet*, nec exclu- 7 dit alia, iuxta notata per Seraphin. *decis.* 573. *num.* 2.

De clausula *Liceat tibi propria auctoritate, &c.* quòd 8 intelligatur volente ipso impetrante, & non illo inuito, tradit Socin. sen. *cons.* 115. *sub num.* 5. *prope finem, vers. sed ad hoc respondeo, lib.* 3. Et fuit dictum *in Regien. reseruationis fructuum*, 6. *Iunij* 1588. *coram Giptio.*

SVM

SVMMARIVM.

1 Longè, *propriè idem significat quòd* Procul.
2 Longè, latéque, *assumuntur ad significandam longitudinem, ac latitudinem spatij.*
3 Valde, *aut* Multum, *interdum denotat dict.* Longè.
4 Longè *pro* Multò *sæpe vsurpatur, nec rarò cum superlatiuo iungitur.*

Longè.

DICTIO CXCII.

1 LOngè propriè idem significat, quod *Procul.* Cic. *lib. 2. epist.* Longè absum, audio ferò. Idem *ad Q. Fratr. lib. 3.* Isti quàm longè sint, nescio. Idem *Attic.* Tu autem abes longè gentium. Idem 4. *Verr.* Epicrates longè mihi obuiam. Idem *de Amicit.* Vt nos longè prospicere oporteat futuros casus Reipublicæ.

2 *Longè, latéque* assumuntur ad significandam longitudinem, ac latitudinem spatij. Cic. 2. *de natura Deor.* Nam Solis candor illustrior est, quàm vllius ignis, quippe qui immenso mundo tam longè, latéque collucet. Idem *pro lege Manilia*: Ita tantum bellum, tam diuturnum, tam longè, latéque dispersum.

3 Pro *Valdè*, aut *Multùm* interdum vsurpatur. Cic. 1. *Academ.* Totáque ea res longè cæteris & studiis, & artibus antecedat. Idem *pro Font.* O fortunam longè disparem M. Fonteij. Idem *pro Syl.* Et erat huic iudicio longè dissimilis illa contentio. Idem 5. *de Finib.* Quàm longè, multúmque præstet mens, ac ratio.

4 Pro *Multò* sæpe vsurpatur, nec rarò cum superlatiuo iungitur. Cic. *pro Planc.* Quod est longè secùs. Idem *de Orat.* Longè omnium in dicendo & grauissimo, & elegantissimo Platoni. Idem *in Brut.* Vir longè post homines natos improbissimus. Idem *pro Rosc.* Hominem longè audacissimum nuper habuimus in ciuitate.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 Magis, *pro* Plus, *à Grammaticis vsurpatur.*
3 Magis *plerumque cum* Quàm *copulatur, sæpe absolutè ponitur, aliquando cum* Minus *comparatur, interdum iteratur rei magis explicandæ gratia.*
4 *Comparatiuè quandoque stat dictio* Magis.
5 *Electiuè nonnunquam stat dict.* Magis, *quando ponitur inter incompatibilia, seu contraria, vt* num. 6.
7 *Comparatiuè ponitur dictio* Magis, *quando stat inter duo compatibilia, quæ cadunt in eodem subiecto.*

Magis.

DICTIO CXCIII.

DE vi, & effectibus huius dictionis vide Rebuff. 1
in comment. ad l. quibus, 57. vers. & qui magis ff. de verbor. signif. pag. mihi 295. & in auth. habita, in vers. & maximè diuinarum, C. ne filius pro patre. Vulpell. *de prapos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 58.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 60.* Tursellin. *de particulis Latina orationis, cap. 91.* Grat. *de dictionib. dict. 120.*

Magis pro *plus* non temerè à Grammaticis vsur- 2
patur, licèt *magis* plerumque ad comparationem pertineat, & *potius* significet; *Plus* verò sæpe refertur ad magnitudinem, & contrariam habeat *minùs*: vt Plus virium, plus iucunditatis, item plus posse, plus efficere, & alia huiusmodi, quibus locis *magis* vsurpare non licet.

Plerumque cum *Quàm* copulatur hæc dictio. 3
Cic. 2. *de Orat.* Magis adeò id facilitate, quàm vlla mea culpa contigit. Idem *lib. 16.* Et si magis est quod gratuler tibi, quàm quod te rogem. Sæpe absolutè ponitur, sed ita vt *Quàm* ferè intelligatur. Cic. *lib. 16. epist. 19.* Expectabo tuas literas, te ipsum multò magis. Aliquando cum *minùs* comparatur. Terent. *Adelph.* Omnes, quibus res sunt minùs secundæ, magis sunt natura quodammodo suspicioſi. *l. properandum, §. fin. C. de iudic. l. 3. §. 1. ff. de vi bonor. rapt.* Interdum iteratur rei magis declarandæ gratia. Cic. *lib. ... epist. ...* Sed mihi quotidie magis, magísque de tuis rationibus cogitanti placet. Idem 1. *Philipp.* Quotidie magis, magísque perditi homines templis, tectísque Vrbis minitarentur. Idem *Attic.* Quotidie magis, ac magis suspicor, te in Epirum profectum.

Interdum hæc dictio stat comparatiuè, *l. magis* 4
puto, ff. de rebus eorum, qui sub tutela, glos. *in l. si constante, §. quoties, ff. solut. matrimon. & in l. clàm possidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. possess. l. 3. §. proinde, in vers. magis, ff. de minorib.*

Quandoque electiuè, *l. & si fortè, §. hæc actio, ff.* 5
si seruitus vendicetur, l. 1. cum ibi notatis, *C. communia. diuid.* glos. *in l. iubere, ff. de iurisdict. omnium iudicum, & in l. 2. §. 1. ff. si certum petat. l. si decem, §. cùm petitio,* vbi Ias. *num. 1. ff. de verbor. oblig.* Socin. *cons. 148. col. penult.* Ias. *in l. Stichum, qui meus erit, num. 17. ff. de leg. 1.* Paris. *cons. 115. num. 13. vol. 1.* vbi ait, quòd ista dictio quandoque electiuè, & quandoque comparatiuè ponitur.

Declara, quòd quando ponitur inter incompa- 6
tibilia, seu contraria, tunc necessariò stat electiuè, vt per Ias. *in d. l. iubere, num. 15.* vbi Dec. *num. 6.* & Corras. *in l. si tam angusti, num. 2. ff. de seruitutib.* quia ad positionem vnius contrarij sequitur remotio alterius, & tunc ista dictio ponitur electiuè, vt declarat Ias. *in d. l. iubere, num. 15.* vbi dicit sic poni *in l. filiofamilias,* & ibi glos. *in verb. magis, in vlt. opin.* quam sequitur ibi Bart. *ff. de condit. & demonstr. & in l. 2. §. 1.* & ibi glos. magna *ante med. ff. de reb. credit. & in l. in commodato, §. sicut,* & ibi glos. *verb. magis, ff. commodati, & in l. quia magis, ff. finium regund. & in l. 1. ff. comm. diuid.* vbi etiam glos. quæ ponit exemplum: Volo esse magis diues, quàm pauper.

Si verò ista dictio ponatur inter duo compatibi- 7
lia, quæ cadunt in eodem subiecto, tunc ponitur comparatiuè, vt declarat Ias. *in d. l. iubere, num. 15.* quo casu procedunt Iura suprà citata *in vers. interdum.* Ita distinguit Cened. *d. sing. 60. num. & 2.*

Magnoperè.

DICTIO CXCIV.

1 EX *Magno*, & *opere* facta hæc dictio vsurpatur pro *Multum*, aut *Valdè*. Cic. *lib.* 15. *epist.* 14. Ego cæterarum rerum causa tibi Romam magnoperè properandum censeo. Idem *pro Roscio*: Quorsum recidat responsum tuum non magnoperè laboro. Idem 7 *Verr.* Quid, inquam, magnoperè potuit Cleomenes facere, istius auaritia nauibus exinanitis? Idem *lib.* 6. *epist.* Philosophis magnoperè putaui oportere.

2 Quandoque hoc aduerbium diuiditur in ea, ex quibus conflatur. Cic. *Attic. lib.* 13. Magno opere accersitus. Idem *lib.* 13. *epist.* Magnóque opere abs te peto.

SVMMARIVM.

1 Malè sit, *vel* Dij malè faciant, *malè precantis erat.*
2 Malè narrare, *est triste nuntium afferre.*
3 Malè mulctare, *idem est quod pugnis, verberibúsque malè accipere.*
4 Malè accipere, *est malè tractare.*
5 Malè audire, *& bene audire, ferè ad malam, vel bonam famam pertinent.*

Malè.

DICTIO CXCV.

1 HÆc dictio ad plura deseruit, pluráque significat, secundùm verba, quibus annectitur. In primis, *Malè sit*, vel *Dij malè faciant*, malè precantis erat. Cic. *Attic. lib.* 13. Malè mihi sit, si vnquam quidquam tam enitar. Idem *lib.* 11. *epist.* Dij isti Segulio malè faciant homini nequissimo.

2 *Malè narrare* est tristem nuncium afferre. Cic. *Attic. lib.* 16. Malè narras de illo. Cui opponitur *Narras bene.*

3 *Malè mulctare* idem est, quod pugnis, verberibúsque malè accipere. Cic. *in Brut.* Addebat etiam scriptores illos malè multatos exiisse cum Galba. Idem 6. *Verr.* Qui primò obsistere conarentur malè multati, clauis, ac fustibus repelluntur.

4 *Malè accipere* est malè tractare, & refertur tum ad verba, tum ad facta. Cic. 3. *Verr.* Malè accipit verbis Rabonium. Idem 4. *Verr.* Epicrates homines multis verbis malè à se acceptos dimisit.

5 *Malè audire*, & *bene audire*, ferè ad malam, aut bonam famam pertinent: nam cui malè dicitur, is malè audit; cui bene dicitur, is audit bene. Cic. *Attic. lib.* 6. Qui me idcircò putant bene audire velle, vt ille malè audiat. Idem 5. *Tuscul.* Surdaster erat M. Crassus, sed aliud molestius, quòd malè audiebat, etsi, vt mihi videbatur, iniuria.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Mandare, *intelligi debet de coactione.*
2 Committere, *passim in Iure importat verbum* Mandare.
3 Delegare *aliquando importat verbum* Mandare.
4 *Delegatam iurisdictionem quandoque non importat verbum* Mandare.

Mandare.

DICTIO CXCVI.

VErbum hoc intelligi debet de coactione, vt 1
per Card. Seraphin. *decis.* 1212. *num.* 3. Nam positum in dispositionibus sua natura præceptiuis importat iussionem, & præceptum, iuxta text. *in cap. mandato*, 10. *de præbendis*, *lib.* 6. *& in cap. mandatum*, 38. *& in cap. eam te*, 7. *de rescript.* cum traditis per Felin. *ibid. num.* 9. Et quòd *Mando.* & *Præcipio* vsurpentur communiter pro eodem, & importent præceptum, docent S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 4. *cap.* 2. §. 3. *& p.* 3. *tit.* 16. *cap.* 1. §. 9. *in fine.* Butr. *in cap. nam concupiscentiam in fine, de constit.* vbi Alex. de Neuo *num.* 24. Felin. *num.* 5. *&* 7. Castr. *lib.* 1. *de lege pœnali, cap.* 5. *docum.* 4. Vasq. 1. 2. *q.* 96. *art.* 4. *disp.* 158. *cap.* 3. *num.* 21. *& cap.* 6. *num.* 56. Sanch. *in Decalog. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 35. quidquid dicant Sylvest. *in Sum. verb. præceptum, q.* 2. & Armil. *eod. verb. num.* 7. minùs bene existimantes, ad inducendum, & significandum præceptum, non sufficere simplex verbum *Mandamus*, nisi geminatè addatur, *Mandando præcipimus*, quorum opinionem iure optimo improbat Soar. *de legib. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 9. sic limitata decisione text. *in l.* 1. *ff. mandati, & in* §. *mandatum, Instit. eod.* dum in mandato videlicet, quòd procedit ex dispositione non quidem legis, aut alterius superioris ad subditum actiuè mandando loquentis, sed ex sola dispositione contrahentis, negant virtutem præcipiendi, & cogendi. Sic item limitata decisione text. *in cap. mandastis*, 2. *q.* 4. *& in cap. Guilielmus*, 23. *q.* 4. dum agunt de mandato non proprio, sed abusiuo, videlicet illo, quòd importat non præceptum, sed petitionem, quia scilicet ibi prolatum fuit ab inferiori ad superiorem, cuius respectu inferior nihil præcipiendo, sed rogando mandauit, vt intelligit glos. 1. *in eisdem Iuribus*; quamuis meliùs dicendum sit cum Soar. *d. num.* 9. verbum *Mando*, de quo in illis Iuribus, vel vbicumque superior, vt ibi loquitur ad inferiorem, vsurpari solùm vrbanitatis gratia ab eo, qui rogatur.

Passim in Iure accipitur pro *Committere*, ex no- 2
tatis per Hieronym. Fernandez de Otero *in repet. cap. gratum, de offic. deleg. num.* 44.

Interdum importat idem, quod delegare, vt *in tit.* 3
ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio, & in l. 1. §. *damus, ff. de suspect. tutor. & in l.* 1. §. 1. *ff. quis, & à quo appelletur.*

Quandoque verò non importat delegatam iu- 4
risdictionem, secundùm omnes communiter *in cap. licet in corrigendis, de offic. Ordin.* notat Mart. *de clausulis*, *p.* 1. *clausul.* 186. *num.* 5. aliàs *clausul.* 227. etiam *num.* 5. *in vlt. impress.*

SVMMARIVM.

1 *Implicatiua, seu comparatiua de sui natura est dictio* Maximè, *& implicat casum magis dubitabilem.*

2 Spe

2 *Speciem diuersam includit dict.* Maximè.

3 *Inclusiua & implicatiua est dictio* Maximè, *sicut dict.* Tam, *& habet vim augmentandi, & non minuendi.*

4 *Implicationem non denotat dict.* Maximè, *posita post genus speciem includens.*

5 *Ampliatiuè, & augmentatiuè aliquando stat dict.* Maximè.

6 *Statutum loquens, vel disponens aliquid per verba exprimentia genus, includit omnes species sub genere comprehensas.*

7 *Ratio si addatur per dict.* Maximè, *importabit quòd licèt aliæ rationes subsint, ista tamen expressa sit potentior.*

8 *Identitatem esse in casu contrario interdum denotat dict.* Maximè.

9 *Taxatiuam* Tantùm *quandoque importat dictio* Maximè, *sed impropriè, quando ponitur verbis importantibus causam finalem, vt* num. 10.

11 *Dict.* Maximè, *nonnunquam abundat.*

12 Præsertim, *interdum importat dictio* Maximè.

Maximè.

DICTIO CXCVII.

1 HÆc dictio de sui propria natura est implicatiua, seu comparatiua, & implicat casum magis dubitabilem, vt *in l. pro hærede §. si quid tamen,* vbi Ias. *in princ. ff. de acquir. poss. & in l. qui status. de testamen. militis, & in cap. ad abolendam, de filijs presbyterorum: & in cap. cùm Apostolica, de ijs quæ fiunt à Prælatis.* tradunt glos. *verb. æstimari, ad fin. in l. illud, ff. ad l. Aquilium.* Panorm. *in cap. damnamus, num. 3. de summa Trinitate.* Ias. *in l. qui se patris, num. 36. C. Vnde liberi.* & *ibi* Dec. *num.* 10. Alber. *in suo diction. in verb. Maximè.* Corn. *in cons. 69. num. 2. vol. 1. & cons. 329. n. 8. eod. vol. 1. & cons. 21. num. 12. vol. 2. & cons. 14. nu. 2. vol. 3.* Socin. iun. *cons. 30. à num. 41. vol. 1. & cons. 180. num. 71. vol. 2.* Paris. *cons. 90. num. 17. & cons. 60. num. 18. & cons. 292. num. 17. lib. 1.* Alex. *consil. 47. num. 6. lib. 6.* Alciat. *cons. 53. num. 18.* Aym. *cons. 227. num. 9. & 10.* Rimin. *in princ. de donat. nu. 157.* Menoch. *de arbitr. cas. 416. num. 19. & cons. 69. num. 26. & cons. 1034. num. 8.* Mandos. *in glos. facult. §. nos qui, in verb. præsertim, fol. 93.* Azeued. *l. 1. num. 32. tit. 19. lib. 8. 9. Recopil.* Mandos. *ad reg. de subrogan. collitigan. quæst. 6. num. 2.* Barthol. Peret. *ad Extrauag. Ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. pag. 256. numero 3.* Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 20. num. 6.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. quæst. 100. artic. 2. vers. circa quam notandum est.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. quæst. 6. numero 17.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 37. num. 1.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 290. num. 5. & concl. 309. num. 10.* Et fuit dictum *in Valentina beneficij, 15. Iunij 1609. coram Greg. XV. inter eius decisiones impressas, decis. 420. num. 3.* quæ reperitur etiam impressa per Farinac. *decis. 257.*

2 *num. 4. p. 2. recent.* Et quòd includat etiam speciem diuersam, dicit Gemin. *cons. 6. num. 5. vers. item dictio maximè.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 309. num. 5.*

3 Item est inclusiua, & implicatiua, sicut dictio *Tam,* & habet vim augmentandi, & non minuendi, stárque comparatiuè, includendo casum magis dubitabilem, implicátque idem esse in casu contrario, licèt in illo fortior militet ratio, vel ratio expressa deficeret, vt *in l. 1. §. vel maximè, ff. de collat. bonorum, & in l. scire oportet, §. & si maximè, ff. de excusat. tutor.* notant Couar. *lib. 2. variar. cap. 7. num. 5.* Aym. *d. cons. 227. num. 9. & 10.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Magis, vers. Maximè, pag. 58.* Gutier. *d. cap. 20. num. 5.* Flamin. *de resignat. lib. 1. q. 13. num. 31. & lib. 2. q. 1. num. 31.* Gard. Tusch. *d. lit. D. concl. 290. num. 5. & concl. 309. num. vlt.* vbi citat Alex. *cons. 111. num. 1. lib. 2. & cons. 47. num. 5. in fine, & num. 6. lib. 7.* Cened. *d. sing. 31. num. 2.* vbi *num. 3.* ait, quòd ponitur comparatiuè, idem implicans in casu conuerso.

4 Posita tamen post genus, speciem includens, non denotat implicationem, *auth. habita, C. ne filius pro patre.* Abb. *in cap. cariss imi, num. 8. de conuers. coniugator.* Surd. *cons. 330. num. 24.*

5 Aliquando hæc dictio stat ampliatiuè, & augmentatiuè, vt per Vulpell. *citato loco,* Ludou. Rodolphin. *post tract. de absoluta Principis potestate, lib. 2. var. q. 50. num. 28.* Et ideò statutum loquens, vel

6 disponens aliquid per verba exprimentia genus, includit omnes species sub genere comprehensas, etiam quando enumeratio aliquarum specierum fuit facta, modò fuerit facta cum hac dict. *Maximè,* quæ ampliat. Ita Gemin. *cons. 6. num. 3. & 4.* Alex. *cons. 133. incip. Viso processu, col. 2. in fine, vers. nec etiam, lib. 1.* quos refert Card. Tusch. *d. lit. D. concl. 309. num. 1.* vbi *num. 2. cum seqq.* post Bart. *in Extrauag. ad reprimen. in vers. & maximè,* subdit, quòd quando genus præcedit, & sequitur speciem per dictionem *Maximè,* adiecta importat rationem magis vrgentem in specie, quæ erat inclusa, & nihilominùs exprimitur cum dictione *Maximè.* Additque, quòd si addatur ratio per diction. *Maximè,*

7 importabit, quòd licèt aliæ rationes subsint, ista tamen expressa sit potentior, seu potentissima, & alias etiam causas comprehendere. Quam expressam tradunt Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus, sub num. 123. vers. idem foret.* Anton. Monach. Bononien. *decis. 28. num. 45.*

8 Interdum denotat identitatem esse in casu contrario, vt per Ang. de Perusio *in tract. sinitatis, q. 9. num. 19.* Card. *in Clem. vnica, in 3. notab. de rem. &c.* Cassad. *decis. 4. num. 8. de conces. præbendæ.* Mandos. *in reg. 9. Cancellar. q. 6. num. 2.* Hieron. Fernandez *in repet. cap. gratum, de offic. deleg. num. 37.*

9 Quandoque ponitur pro taxatiua *Tantùm,* licèt impropriè, glos. *verb. maximè, in cap. cùm contingat, de foro compet.* Addit. ad Panorm. *in cap. damnamus, num. 3. de summa Trinit.* Alex. *cons. 116. incip. Animaduersis, num. 16. vers. nec etiam absurdum, lib. 2.* Cosm. *in pragmat. sanct. in proœm. §. quæ quidem, verb. maximè.* Mandos. *in glos. facult. §. nos qui, in verb. præsertim, fol. 94.* Menoch. *de præsumption. lib. 4. præsumpt. 100. num. 12.* Azeued. *l. 1. num. 37. tit. 19. lib. 8. noua Recopil.* Petr. Enriq. *resp. opusc. 2. sub hac dict.* Cened. *d. sing. 37. num. 4.* Hieron. Fernandez *in repet. d. cap. gratum, num. 38.* Card. Tusch. *d. concl. 309. num. 6.*

10 Intellige, quando ponitur verbis importantibus causam finalem, quia tunc stat taxatiuè. Alex. *cons. 77. incip. Visis, num. 23. vers. nec obstat, lib. 3.* glos. *verb. in secularibus, in cap. ad abolendam, de filiis Presbyteror.* Couar. *d. cap. 7. rum. 5.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 50. num. 12.* Card. Tusch. *d. concl. 309. num. 7.* Sanch. *de matrim. lib. 6. disput. 14. num. 21.*

11 Nonnunquam abundat, *l. vlt. circa princip. C. de testam. l. ea quæ, ff. de rescind. vend.* Ias. *in l. qui se patris, col. 10. C. vnde liberi.* Mandos. *d. verb. præsertim, & in*

reg. 29. Cancellar. q. 6. num. 5. Cened. d. singul. 37. numero 5.

12 Importat etiam idem quod dictio *Præsertim*, vt per Cald. *cons.* 548. aliàs 3. *de verbor. signif.* Gemin. *cons.* 16. num. 4. *in fine.* Mandes. *super regul. de subrogan. collitigan. q.* 6. *num.* 2. Card. Tusch. *d. conclus.* 309. *num.* 9.

SVMMARIVM.

1 *Possessiuum est pronomen* Meus, *demonstrans tempus præteritum.*

2 *Dispositionem restringit ad tempus præsens, & bona præsentia pronomen* Meus.

3 *Legato indefinito quando adijcitur pronomen* Meum, *tunc illud pronomen tempus præsens demonstrat, ac proinde testator censetur legare illud quod habebat tempore testamenti.*

4 *Declarantur* l. vlt. §. 1. ff. de leg. 1. l. nomen, §. 1. ff. de legat. 3. l. Aurelius, §. 1. & 2. & l. vlt. in fine, ff. de liber. legata.

5 *Donatio omnium bonorum meorum valida est, quia sub ea solùm intelliguntur præsentia, & non veniunt postea acquisita.*

6 *Pronomen* Meum, *in vniuersali dispositione appositum, non restringit vniuersale dispositum.*

7 *Dominium denotat pronomen* Meum.

8 Meum & Tuum *propriè id dicitur, cuius dominium irreuocabile est.*

9 *Conditionem, vel demonstrationem quando faciat pronomen* Meum, *remissiuè.*

Meus, mea, meum.

DICTIO CXCVIII.

1 PRonomen hoc est possessiuum demõstrans tempus præteritum, vt per Corn. *cons.* 104. *num.* 4. *vol.* 4. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub dict. Magis, vers. Meus, pag.* 59. Menoch. *cons.* 106. *num.* 184. *cum seq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 98. *num.* 4. & *cap.* 104. *num.* 18. *cum seqq.*

2 Restringit dispositionem ad tempus præsens, & bona præsentia, vt *in l. si ita legatum*, 8. vbi Bart. *ff. de auro, & argento legato.* Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 127. *in fine, & cons.* 106. *num.* 170. & *num.* 187. & *num.* 192. & *cons.* 349. *num.* 21. Surd. *decis.* 233. *num.* 11. & *num.* 20. *in fine.* Ceual. *commun. contra comm. q.* 727. *num.* 64. & *q.* 900. *num.* 64. *me citate.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.* 5. *num.* 191. *in fine.*

3 Vnde quando legato indefinito adiicitur hoc pronomen *Meum*, veluti, *aurum meum, vestes meas*, & similia, tunc illud pronomen tempus præsens demonstrat, ac proinde testator censetur legare aurum, seu vestes quas habebat tempore testamenti, non postea quæsitas, *vt in l. si ita*, 8. *ff. de auro, & argento legato.* notat glos. *vltim. in l. serui elect. §. vltim. ff. de leg.* 1. quam ibi sequuntur Bart. Paul. Socin. & alij, quorum meminit Couar. *pract. cap.* 2. *num.* 2. *vers. quamuis in hoc.* Menoch. *d. præsumpt.* 127. *à num.* 34. & *d. cons.* 106. *à num.* 192. & *num.* 267. Ioan. Garc. *de exequijs, cap.* 22. *à num.* 3. Petr. Pecha. *de testam. coniugum, lib.* 5. *cap.* 29. *num.* 3. Quod autem huiusmodi legatum licet hoc pronomen additum non sit, sed simpliciter testator leget vestes, aurum, & similia, debeat intelligi solùm de præsentibus quæ habebat tempore testamenti, non de postea quæsitis, videntur probare *text. in l. vlt. §. 1. ff. de leg.* 2. *l. nomen, §. 1. ff. de leg.* 3. *l. Aurelius, §. 1. & 2. & l. vlt. in fin. ff. de liber. legata*, in quibus non reperitur appositum hoc pronomen *Meum*, & tamen dispositio ad tempus testamenti restringitur, per quæ iura hanc partem sustinent Raph. Cuman. Alex. Vinc. & alij, quos refert, & sequitur Couar. *d. num.* 2. & post Castr. *cons.* 132. *num.* 2. *volum.* 1. Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 4. *vers. item procedit.* quos etiam sequitur Castil. *quotidianarum quæst. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 7. & faciunt adducta per Pinel. *in rubr. C. de bonis maternis, p.* 1. *num.* 7.

Verùm prima opinio vera in se est, nec iura pro 4
secunda adducta aliquid concludunt, si aduertas, quòd licèt in eis appositum non reperiatur hoc pronomen, verba tamen ad præsens, vel præteritum tempus expresè referebantur, vt patet ex *d. l. vltim. §. 1. ff. de leg.* 2. ibi, *quæ mihi cum fratre meo patruo vestro communes sunt.* At verò *d. l. nomen, §.* 1. loquitur de verbis futuri temporis, & ad præsens restringitur propter specialem præsumptionem fraudis. Similiter *d. l. Aurelius*, §. 1. loquitur de verbo præteriti temporis, ibi, *quibuscumque legata in eo testamento, quod incideram, dedi.* Sic etiam de verbis præteriti loquitur text. *in §. 2. sub eadem l. Aurelius*, ibi, *quicquid sortis, & vsurarum nomine mihi debebat.* Text. autem in *l. vlt. in fin. eod. tit.* de verbis agit præsentis temporis, vt patet *ex princ. §. Caio*, cuius themate retento loquitur vsque ad finem ibi, *debitor est, &c.* Quid autem si legato indefinito adiiciatur, omnia bona mea, an veniant etiam futura, vide *infrà sub dict. Omnis, num.* 11. *cum seqq.*

Hinc etiam si quis simpliciter donauerit bona 5
sua, quinimò etiamsi donaret omnia bona sua, talis donatio valeret, cùm sub ea solùm intelligantur præsentia, & non veniant posteà acquisita, de quibus testari possit donator, vt probat text. *in l. vlt.* ibi, *cùm sit iusta, &c. C. quæ res pignori, & in l. omnes*, 22. *§. Lucius, ff. quæ in fraudem creditor.* tradunt Clar. *in §. donatio, q.* 19. *num.* 3. *cum seq.* Pinel. *in d. rubr. C. de bonis maternis, p.* 1. *num.* 3. Gama Lusitan. *decis.* 206. *num.* 3. Valasc. *de partit. cap.* 20. *num.* 14. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disput.* 280. *vers. idem est.*

Appositum hoc pronomen in vniuersali dispo- 6
sitione non restringit vniuersale dispositum, vt notat Natt. *cons.* 675. *num.* 3.

Denotat dominium, iuxta resoluta per Cald. Pe- 7
reira *de empt. & vend. cap.* 10. *num.* 2. Meum enim dicitur, quod ex re mea prouenit. Menoch. *cons.* 106. *num.* 182. & *num.* 236. & *num.* 239. & *cons.* 115. *num.* 60. Item *meum*, & *tuum* propriè id dicitur, cuius 8
dominium irreuocabile est. Idem Menoch. *cons.* 456. *num.* 6.

Pronomen *Meum* quando faciat conditionem, 9
vel demonstrationem, vide *l. nuper, ff. de leg.* 3. Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap.* 6. *num.* 184.

Mensuatim.

DICTIO CXCIX.

DIctio *Mensuatim* importat idem, quod singulo 1
mense, vt per Alex. *cons.* 206. *incip. Viso themate, num.* 3.

num. 3. verſ. illud verbum menſuatim, lib. 2. quem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 310. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 Minus *ſæpe pro* Parum *vſurpatur.*
2 Minus *pro* Non *ponitur, præſertim cùm antecedit* Si.
3 Minimè *plus eſt quàm* Minus, *ſed non penitùs negat.*
4 *Negatiua vniuerſalis eſt dictio* Minimè, *& habet præciſam excluſionem.*
5 Minimum *cum* Maximè, *vel* Plurimum *comparatur.*

Minus, Minimè, Minimum.

DICTIO CC.

1 MInùs ſæpe pro *Parum* vſurpatur. Cic. *de Amicit.* Si minùs intelligitur, quanta vis amicitiæ ſit, ex diſcordiis percipi poteſt. *Ibidem:* Quódque minùs per ſe quiſque poſſet, id acciperet ab alio. Idem *Philippic. 2.* Quum eo die minùs valerem.

2 Interdum *Minùs* pro *Non* ponitur, præſertim cùm antecedit *Si.* Cic. 1. *de Diuinat.* At nonnunquam quæ prædicta ſunt, minùs eueniunt. Idem 3. *Verr.* Si minùs necari, at cuſtodiri oportebat.

3 *Minimè* plus eſt, quàm *Minùs*, ſed non penitùs negat, ſi vim eius propriam ſpectemus. Cic. *in Brut.* Sed mihi placebat Pomponius maximè, vel minimè diſplicebat. Idem 7. *Verr.* Etſi in hac quadriremi minimè multi remiges, & milites deerant. Idem *lib.* 13. *epiſt.* 4. Homo minimè ambitioſus, miniméque in rogando moleſtus.

4 In Iure verò hæc dictio *Minimè* eſt vniuerſalis negatiua, & habet præciſam excluſionem, vt notat Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 40. *num.* 1.

5 *Minimum* cum *Maximè*, vel *Plurimum* comparatur. Cic. *de Amicit.* Vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maximè. Idem *in Orat.* Hoc in genere neruorum eſt vel minimum, ſuauitatis autem vel plurimum.

SVMMARIVM.

1 *Demonſtratiua eſt præſentis temporis dictio* Modò.
2 Modò *ad tempus relatum non eſt idem quod* Nunc, *ſed aliquando anté.*
3 Modò *quandoque vſurpatur pro* Nunc, Tantummodò, Dummodò, *&* Aliquando.

Modò.

DICTIO CCI.

1 DEmonſtratiua eſt hæc dictio præſentis temporis, vt *in* §. 1. vbi Port. *Inſtit. de rer. diuiſ.* Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. magis, in verſ. modò, pag.* 59. Importat enim idem, quod dictio *Nunc, l. 1. §. nunc tractemus, ff. de tutor. & rat. diſtrah.* ac proinde nullam dilationem admittit, ſed denotat aliquid eſſe faciendum nulla interpoſita mora, *l. ſcimus, C. de inoffic. teſtam.*

Verùm apud Gramm. icos, & bonos Latinæ 2
linguæ Autores, *Modò* ad tempus relatum non eſt idem, quod *Nunc*, ſed aliquando *Antè.* Cic. 6. *Verr.* Quid dico nùper? immò verò modò, atque adeò paulò antè. Idem *lib.* 4. *epiſt.* 13. In qua vrbe modò gratia, auctoritate, & gloria floruimus, in ea nunc iis quidem omnibus caremus. Idem 2. *Officior.* Modò enim hoc malum in hanc Rempublicam inuaſit. cum aliis adductis per Pichard. *in princip. Inſtit. de pupil. ſubſtit. num.* 32.

Iterata verò ſignificat idem, quod *Nunc*, vel *Aliùs*, 3
iteratum. Cic. 1. *de natura Deor.* Cotta meus modò hoc, modò illud. Et *ibidem, lib.* 2. Modò his, modò illis partibus. Interdum pro *Tantummodò*, vel *Dummodò* vſurpatur. Cic. *in Or.* At. Hi vnum modò quale ſit ſuſpicantur. Et ita accipitur *in l. fin. C. de offic. magiſtr. milit. l. fructus, in princip.* & ibi gloſ. *ff. de rei vendicat.* Nonnunquam ponitur pro *Aliquando*, vt *in §. is quoque.* & ibi gloſ. *Inſtit. quòd cum eo.*

Moneat.

DICTIO CCII.

VErbum hoc inducit conſilium, & non præ- 1
ceptum, vt per Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 7. num. 25. & cap. 30. num. 33. ad finem.* Cened. *ad Decretal. collect. 34. num. 2.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 2. dict. 3.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 6. q. 5.* Vaſq. 1. 2. *q. 96. art. 4. diſput. 158. cap. 3. num. 23.* Sayr. *in Claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 28.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 40.*

Si dicatur, *Moneas, & inducas*, non importat præ- 2
ciſam coactionem, ac proinde non datur poteſtas compellendi, ex adductis per Celſ. Vgon. *in tract. clauſul. pag. 493. col. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 *Interuallum modicum denotat dict.* Mox, *& ponitur pro* Statim, Incontinenti, Citò.
3 *Temporis interuallum aliquando denotat dictio* Mox, *& exponitur pro* Poſteà.
4 *Arbitrarium eſt Iudici iuxta ſubiectam materiam, quod tempus importet dict.* Mox.
5 Mox *accipitur pro*, Quamprimùm id fieri poteſt.
6 Mox, *pro ſpatio decem dierum.*
7 Mox, *pro triduo.*
8 Mox, *pro ſpatio duorum menſium.*
9 Mox, *id eſt*, anno ſequenti.
10 Mox, *triennium non ſemel denotat.*
11 *Summariè, & ſine figura iudicij* Mox *interdum importat.*
12 *Appellatio per dictionem* Mox, *non prohibetur.*

13 *Pœnam censeri irrogatam ipso iure facit dict.* Mox, *iuncta verbo futuri temporis.*

14 Modò, Nunc, & Mox, *in quo differant.*

Mox.

Dictio CCIII.

1 DE vi,& effectibus huius dictionis vide Viu.*tom. 2.commun. opin. lib. 9. tit.34. num.346.* glos.*verb. mox, in cap. si in qualibet*, 20. *q.* 2. glos. etiam verb. *mox, in cap.quia propter, de elect.* Ias.*in l.fructus, num.4. & seq. ff. soluto matrim.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. & postea, num.2. cum seqq. C.de reuocan. donat.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de public. concubin.* §. *necnon, in verf. mox.* Cotta *in memorabil. verb.mox.* Bermond. *in tit. de public.concubin. verb. mox.* Vulpell. *de præpos.& aduerb. signif. sub hac dict. pag.60.* Carbo *de legib. lib.8. disput. 16. verf. sexta regula.* Monet. *de distribut. quotid. p. 3. q.7. num.37.* Cened. *post libr. practic.& canonic. quæst. sing. 61.* Turfellin. *in libello de particulis Latinæ orationis, cap. 97.* Grat.*de dictionib. dict. 126.*

2 Dictio hæc de sui propria natura denotat modicum interuallum, & ponitur pro *Statim, Incontinenti, Citò.* Glos.*in l. momentanea, C.vnde vi.* Glos.*verb. Mox, in auth. de incest. nupt. in princip.* Ias.*in l. abrogator, num.10. de adopt. & in d.l.fructus, nu. 4.* Cosm. *in d.verf. Mox, fol. 178.col.3.* vbi ait, quòd ista dictio verificatur in modico tempore, secundùm quòd arbitratur bonus Iudex, habito respectu ad ipsius circumstantias. Vulpell. *d. loco, statim in princip.* Auendan. *de exequend. mandat. p. 1. cap. 16. num. 2.* Escobar. *de ratiocin. cap. 31. num. 24.* Cened. *d.sing. 61. num. 1.*

3 Aliquando tamen denotat interuallum temporis,& exponitur pro *Postea*, vt *in l. 1.* vbi glos.*verb. Mox,*& Dec. *num. 28. ff. de reb. credit. & in l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrogat. act.* notant Tiraq. *d. verb. & postea, num. 1.* Alex. *conf. 115. incip. In causa inquisitionis, lib. 1.* Ias. *in d.l.fructus, num.5.* Bermond. *in d. verb.Mox,num.2.* Rebuff. *in comment. ad l. edictum,14. verf. sed vt ad rem, ff. de verbor. signif. pag.100.* vbi ait, quòd differunt huiusmodi duæ dictiones, quando hæc nostra sine interuallo accipitur.Cardin. Tusch. *pract. concluf.tom.2.lit.D.concl. 3011.* Pichard. *in tract. de mora, num. 188.* Cened. *d. sing. 61. num. 2.*

4 Vnde arbitrarium est Iudici iuxta subiectam materiam, quod tempus importet hæc dictio *Mox*, vt obseruat Put. *decis. 259. num. 2. lib. 1. in correct.* Ac-

5 cipitur namque pro *Quamprimùm id fieri potest*, vt notant Doctores *in l. tutores, C. de administr. tutor.* Vulpell. *citato loco, num. 1. verf. accipitur.* Paul. Montan. *in tract. de tutel. & curis, cap. 32. num. 30.*

6 Aliquando sumitur pro spatio decem dierum, vt *in l. ad peremptorium, in fin. cum l. seq. ff. de iudicijs, & in l. promissor. ff. de constit. pecun.* Sylu. *conf. 27. nu.12.* Vulpell. *citato loco, num. 2.* Viu. *d. num. 346. in fine,* Cened. *d. sing. 61. num. 3.*

7 Interdum pro *Triduo* accipitur, vt *in l. cum speciali, C. de iudicijs.* & notat Vulpell. *citato loco.*

8 Nonnunquam pro curriculo, seu spatio duorum mensium exponitur, vt *in l. à Diuo Pio §. 1. ff. de re iudic.*

9 Quandoque interpretatur, id est, *anno sequenti*, vt *in l. sed & si quis, §. si operæ, iuncta glos. verb. Mox, ff. de vsufructu.*

10 Denique non semel denotat *Triennium*, vt per glos. *verb. Mox, in d. cap quia propter, de elect.* Alex. *in l. 1. §. qui præsens, num. 8. ff. de verbor. signif.*

Sumitur etiam pro *Summariè, & sine figura iudicij,* 11 vt per glos. *in l. momentanea, C. vnde vi.* Auendan. *d. cap. 16. num. 2.* Cosm. *in d. verf. Mox, fol. 178. col. 2.* Cened. *d. sing. 61. num. 4. in princ.*

Appellatio per hanc dictionem non prohibetur, 21 vt tradit Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 41. numero 12.*

Iuncta verbo futuri temporis facit pœnam cen- 13 seri irrogatam ipso iure, glos. *verb. imminere*, & ibi Bart. *num. 7. & 10. in auth. de incestis nupt.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 90. & 91. C. de reuoc. donat.* Berm. *in d. verb. Mox, num. 1. fol. 181.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 2. §. 1. in verb. il conuiendra, num. 2. fol. 368.* Corn. *conf. 226. nu.4. vol.1.* Benintend. *decis. 37. num. 7.* Cotta *d. verb. Mox, in fin. pag. 592.* Bertazol. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. num. 655.* Sayro *in claui Regia lib. 3. cap. 8. num. 27.* Card. Tusch. *verb. priuatio, concluf.719. nu. 20.* Salas *de leg. quæst. 96. tract. 14. disp. 15. sect.9. nu. 78.* Monet. *de distrib. quotid. p. 3. quæst. 7. num. 36. & 37.* Farin. *fragm. crim. p. 2. verb. Lex. num. 111.*

Illud aduertere oportet, quòd secundùm Gram- 14 maticos dictiones *Modò, Nunc,* & *Mox*, differunt, quia nunc de tempore præsenti dicitur, modò de eo quod aliquanto antè anteceſſit, mox de eo quod paulo pòst sequitur. Cic. 1. *de Orat.* Verùm illa mox, nunc de ipsa exercitatione quid sentias quærimus. Id. 1. *de Diuin.* Discedo paulisper à somniis ad quæ mox reuertar. Id. *Attic.* Iussitque mihi nuntiari mox se venturum.

Multi.

Dictio CCIV.

VErificatur hæc dictio in duobus, vel tribus & 1 vltra, vt *in l. 1. §. hoc rescriptum.* & ibi Bart. *ff. ad SC. Syllan. §. fin. Instit. de iure personarum*, glos. *verb. per multos, in cap. ad nostram, de rebus Eccles. non alien.* Dec. *conf. 429. num. 18. tom. 4.* Natt. *conf.649. nu.12. tom. 4.* Rol. à Valle *conf. 54. num.2. & seq. lib.1.* Honded. *conf. 102. num. 71. vol. 1.* Menoch. *conf. 512. nu. 12.* Petr. Enriq. *resp. opusc. 2. num. 61. in fin.* Intrigl. Siciliæ *decis. 44. num. 18.* Mar.Anton. *var.resol. lib.1. resol. 109. num. 36. & 37.*

Nam.

Dictio CCV.

REgulariter pro *quia* ponitur. Bart. *in l. demon-* 1 *stratio. §. quod autem. ff. de condit. & demonstr. l.fi. ff. de doli mali except.* Et denotat continuationem *l. nam Imperator, ff. de legat. 1. l. nam & ipsum, ff. de Instit. & Iure, l. nam ita diuus, ff. de adoption. l. 2. C. rerum amot.* tradit Alberic. *in suo diction. verb. Nam.*

Apud Grammaticos interdum anteoccupationi 2 seruit. Cic. *Phil.* 8. Nam quòd me tecum iracundè agere dixisti solere, non est ita, vehementer me agere fateor, iracundè nego. Id. 1. *de Inu.* Nam Hermagoras quidem nec quid dicat attendere, nec quid polliceatur intelligere videtur. Nonnunquam in enumeratione postremù locum obtinet, vt subiiciat quòd requirere posset auditor. Cic. *ad Q.Fr. lib.1. epist.* Nam quid ego de Gratio o dicam. Id. *lib. 14. epist.1.* Nam quid ego de Cicerone dicam.

Namque

Namque.

DICTIO CCVI.

1 PONitur pro *Certè*, vt *in §. hoc autem, Instit. de auctoritate tut. & in §. constituitur. Instit. de vsufr.* notat Vulpell. *de aduerb. & præpoſit. ſignificat. ſub hac dict. pag.* 61.

SVMMARIVM.

1 *Modum facit dict.* Ne, *quando accipitur pro* Vt non.
2 Ne *cùm prohibentis eſt, coniunctiuo & imperatiuo modo adiungi ſolet.*
3 Ne multa, Ne multis, *ſunt breuitatis notæ in narrationibus.*
4 Ne viuam, *iurantis.*
5 Ne dicam, *eſt correctio antequam dicatur.*
6 Nedum *plerumque ſubijcitur, & ſeruit parti deteriori.*
7 Ne quidem *vſurpatur pro,* Nec quidem.

Ne.

DICTIO CCVII.

1 ACcipitur pro *Vt non*, vt *in l. fin. C. vbi, & apud quos in integr. reſtit. & in cap. fin. de pœnit. & remiſſ. & in cap. ne captandæ, de conceſſ. prabend. lib.* 6. & tunc facit medium. gloſ. *in l. cùm pater, §. Titio frater, ff. de legat.* 2. Bart. *in l. qui abſenti, §.* 1. *num.* 2. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Corn. *conſ.* 287. *num.* 4. *vol.* 4. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. namque, verſ. ne, pag.* 61. Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 3. *q.* 3. *num.* 1. vbi *num.* 2. ſubdit, quòd ſi exponatur pro *vt*, facit conditionem, vt *in l. cùm tale, §. Titius*, vbi Bart. *num.* 1. *verſ. ſubdiſtingui, ff. de condit. & demonſtr.*

2 Apud Grammaticos *Ne*, cùm prohibentis eſt, coniunctiuo, & imperatiuo modo adiungi ſolet. Cic. 2. *de legib.* Ne cogito, quis ſtipem præter Idæas matris famulos. Plaut. *Mil.* Ne me moneatis, memini ego officium meum.

3 *Ne multa, ne multis*, ſunt breuitatis notæ in narrationibus. Cic. *pro Cluen.* Ne multa, requiritur à coactoribus, inuenitur ea ſeruula ad stratonem peruenisſe. Idem *ibidem*: Ne multis, Diogenes emitur.

4 *Ne viuam*, iurantis. Cic. *lib.* 9. *epiſt.* Sed ne viuam, ſi tibi concedo. Idem *Attic. lib.* 4. Quid poteris, inquit, pro his dicere? ne viuam, ſi ſcio.

5 *Ne dicam*, eſt correctio, antequàm dicatur. Cic. *lib.* 1. *de natura Deor.* In tam leues, ne dicam ineptas ſententias incidiſſe. Idem *lib.* 12. *epiſt. vlt.* Tu tibi fac vt perſuadeas, non eſſe me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, vt, &c.

6 *Nedum* plerumque ſubiicitur, & ſeruit parti deteriori. Cic. *pro Cluen.* Optimis temporibus non potuerunt, &c. nedum his temporibus, &c. Idem *Attic. lib.* 4. Quæ tantum habent myſteriorum, vt ea ne librariis quidem committamus, nedum cuilibet. Idem *pro Planc.* Ego verò ne immortalitatem quidem accipiendam putarem, nedum emori cum pernicie Reipublicæ.

7 *Ne quidem* vſurpatur pro *Nec quidem*, cùm negando aliquid augemus. Cicer. *Attic. lib.* 6. Si tu iudicabis, ne ad Catonem quidem prouocabo. Idem 1. *de natura Deor.* Ne fando quidem auditum eſt. Idem *pro Deiotar.* Deiotarus nunquam ſuccumbet inimicis, ne fortunæ quidem.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiua eiuſdem materiæ eſt de natura dict.* Nec, *& ſtare declaratiuè ad præcedentia.*
2 *Implicatiua caſus contrarij ad expreſſum eſt dict.* Nec.
3 *Negatiua eſt dict.* Nec.
4 Nec *ſæpe vſurpatur pro* Non.
5 Nec *pro* Neque *ponitur.*

Nec.

DICTIO CCVIII.

DE natura huius dictionis eſt continuare eamdem materiam, & ſtare declaratiuè ad præcedentia, *l. nec quidquam, ff. de offic. Proconſ. l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem, ff. de verbor. ſignif.* Bart. per text. ibi *in l.* 2. *ff. de ſolut. in verſ. ne cogitur.* Iaſ. *in l. ſi vnus, in princip. num.* 9. *ff. de pactis.* Pariſ. *conſ.* 111. *num.* 25. *vol.* 1. vbi ait, quòd natura huius dictionis eſt continuare ad proxima. Socin. *conſ.* 10. *num.* 5. *vol.* 3. Rolan. à Valle *conſ.* 80. *num.* 56. *tom.* 3. Ruin. *conſ.* 119. *num.* 2. *vol.* 4. Honded. *conſ.* 14. *num.* 81. *vol.* 2. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. namque, verſ. nec, pag.* 61. Bou. *ad ſtatut. Vrbis præſcript. gloſ.* 16. *num.* 6. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 63. *num.* 4. Signorol. *conſ.* 208. *incip. Factum, num.* 3. *verſ. præterea*, vbi ait, quòd repetita cenſentur præcedentia in ſequentibus per dictionem *Nec* copulatis. Angel. Aret. *conſ.* 89. *incip. Pro deciſ. num.* 7. vbi ait, quòd natura huius dictionis eſt iungere, ſeu continuare, & negare. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 312. *num.* 1. *cum ſeqq.* 1

Implicatiua eſt hæc dictio caſus contrarij ad expreſſum, vt *in l. milites ita, §. mulier, ff. de militari teſtam. & in l. ſacra loca, §. penult.* iuncta gloſ. ibi, *ff. de verum diuiſ. & in l. nec nos, ff. de captiuis, & in l. nec auus, C. de emancipat. liberor.* Cepol. *in l. ſæpe, num.* 21. *ad finem, ff. de verbor. ſignif.* Bart. *in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, num.* 13. *ff. de publicanis.* Pariſ. *conſ.* 36. *num.* 9. *vol.* 1. Vulpell. *citato loco.* Menoch. *conſ.* 542. *num.* 1. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 30. *num.* 20. Cened. *d. ſing.* 63. *num.* 1. 2

Negatiua eſt hæc dictio, & habet annexam copulam *Vt*, per Bart. *in l. ſæpe in verſ. quæro de dictione Nec.* vbi Cæpol. *num.* 21. *ad finem, & num.* 28. *ff. de verbor. ſignif.* Iaſ. *in l. ſi quis ita ſtipulatus*, 129. *num.* 6. *ff. de verbor. oblig.* Sylu. *conſ.* 63. *num.* 1. Pariſ. *conſ.* 111. *num.* 25. *vol.* 1. Bald. *conſ.* 497. *num.* 2. *vol.* 5. Socin. *conſ.* 10. *num.* 6. *vol.* 3. Azeued. *l.* 10. *num.* 40. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ Recopil.* Bou. *d. gloſ.* 16. *num.* 6. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 312. *num.* 3. Cened. *d. ſing.* 63. *num.* 2. 3

Nec ſæpe vſurpatur pro *Non.* Cic. *pro Quin.* Quo mortuo nec ita multo pòſt in Galliam proficiſcitur. Idem *lib.* 1. *de natura Deor.* Nec opinatum patrocinium à vobis eſſe ſuſceptum. Et *de Amicit.* Nec enim melior vir fuit Africano quiſquam, nec clarior. 4

Ponitur etiam hæc dictio pro *Neque*, vt *in l. inter, ff. de* 5

ff. de publicis iudiciis. & post Paris. conf. 36. num. 3. vol. 1. resoluit Bou. d. glos. 16. num. 6. quos refert Cened. d. sing. 63. num. 3. Cic. lib. 15. epist. 1. Nec opibus satis firmi, nec voluntate sunt. Idem lib. 3. epist. 5. Nec enim obscuris personis, nec paruis in causis res agetur.

SVMMARIVM.

1 *Qualitates omnes præcedentes repetit dictio* Necnon, *& resoluitur in copulatiuam.*

Necnon.

DICTIO CCIX.

1 REsoluitur hæc dictio in copulatiuam *Et*, repetítque omnes qualitates præcedentes. glos. *verb. necnon, in Clem. 1. de offic. deleg.* quam approbauit Rota *decis. 791. num. 2. p. 1. diuers.* Socin. sen. *cons. 10. num. 6. lib. 3.* Bart. *in l. Seio, §. Caio, ff. de fide instrum.* Cæs. de Grass. *decis. 132. num. 5. de reb. Eccles. non alien.* Neuizan. *cons. 72. num. 14.* Flamin. *de resign. lib. 3. q. 6. num. 22.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 3. num. 3. & glos. 5. §. 7. num. 78.* vbi subdit, quòd repetit omnes qualitates præcedentes. Menoch. *cons. 279. num. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 70. num. 32. & cap. 147. num. 18.* Et fuit dictum *in Interamnen. castri Pedisluci, 12. Februarij 1601. coram Reuerendissimo Patriarcha Domino Crescentio C. A. Clerico*, impressa per Farinac. *decis. 41. sub num. 13. p. 1. recent. & in Leodicen. domus claustralis, 23. Martij 1615. coram Cardinale Caualerio*, impressa per Farinac. *decis. 668. num. 1. p. 2. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis negatiua est dict.* Nemo.
2 *Exclusionem omnimodam importat dictio* Nemo.

Nemo.

DICTIO CCX.

1 ESt vniuersalis negatiua, vt post Abb. *cons. 3. incip. Nitar, in fine, lib. 2.* tradit Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 316. num. 2.* Et importat omnimodam exclusionem, Abb. *in cap. graue, num. 8. de offic. Ordin.* Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resol. fin. casu 42. vers. ponderabatur.* Cic. 5. *Tuscul.* Adhuc neminem noui Poëtam, qui sibi non optimus videretur. Idem *lib. 10. epist. 6.* Quorum nemo Consularis habitus, nisi qui animo extitit in Rempublicam consulari. Idem *de Amicit.* Nocere tamen nemini potest, nisi ei, qui eam recipit, eáque delectatur. Idem *lib. 1. epist. 5.* Amicum ex Consularibus neminem tibi esse video, præter Hortensium.

SVMMARIVM.

1 Nempe, *pro* Certè, *aut* Scilicet, *accipitur.*
2 Nempe *pro* Nonne *vsurpatur*, *& tunc interrogat.*
3 *Interrogationi nonnunquam subijcitur dictio* Nempe.

Nempe.

DICTIO CCXI.

1 PRo *Certè*, aut *Scilicet* hæc dictio accipitur, vt *in l. sed & si inter me, ff. de seruit. vrbanor. prædior.* Cic. *in Brut.* Nempe eum dicis, qui, &c. Idem 2. *Philippic.* Sed effugi insidias, nempe in conspectu Antonij veniendum est. Idem *pro Roscio*: Opinor esse in lege, quam ad diem proscriptiones, venditionésque fiant, nimirùm ad Kalendas Iunias.

2 Interdum interrogat, atque vsurpatur pro *Nónne*. Plaut. *Menech.* Nempe, rubes? Cic. 5. *Tuscul.* Nempe, negas ad beatam vitam satis esse virtutem?

3 Nonnunquam interrogationi subiicitur. Cic. 10. *Philippic.* Legiones abducis à Bruto, quas? nempe eas, quas ille ab Antonij scelere abripuit. Idem *pro Milone*: In qua tandem vrbe hæc homines stultissimi disputant? nempe in ea, quæ, &c. Idem 7. *Verr.* At quo tempore futurum est? nempe cùm, &c.

SVMMARIVM.

1 Nequaquam *importat idem quod* Nullo pacto, Nulla ex parte, Nullo casu.
2 Nequaquam *vehementiùs negat, quàm aliæ negatiuæ.*

Nequaquam.

DICTIO CCXII.

1 IMportat idem quod *Nullo casu, nullo pacto, nulla ex parte*, vt *in l. etiam, §. si quis absentis, ff. de petitione hæreditatis, & in l. Iulianus, §. sed cùm in facto, ff. de actionib. empti.* Et verba illa *Nullo pacto* idem important, quod *Nulla ratione*, vt per text. *in l. pupillus, 24.* vbi glos. *ff. qua in fraudem creditorum*, tradit Alber. *in suo Dictionario, verb. nullo pacto*, ac proinde trahuntur ad non specificata. Rolan. *cons. 2. num. 42. lib. 4.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. omnia, num. 14. C. de reuoc. donat.* Et ideò hæc dictio vehementiùs negat, quàm 2
aliæ negatiuæ. Cic. 1. *de Finib.* Nequaquam ista amicitia est. Idem 1. *de natura Deor.* Nequaquam satis explicatæ sunt.

Neque.

DICTIO CCXIII.

1 HAbet hæc dictio vim copulatiuæ, & est repetitiua præcedentium, seu transpositiua, vt *in l. nec mandante, ff. de tutor. & curator. datis ab his.* notant Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. namque, vers. neque, pag. 61.* Menoch. *cons. 3. num. 20.*

2 Concursum vtriusque requirit, vt *in l. si quis ita stipulatus fuerit, decem aureos, ff. de verbor. oblig. & in l. si is, qui ducenta, §. item si pater, ff. de reb. dubiis.* Bart. *in l. quidam testamento, ff. de vulgari, & pupillari.* Alex. *cons. 92. num. 14. lib. 3.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Negatiua vniuersalis est dictio* Nihil, *& omnia excludit, nullámque recipit restrictionem.*
2 *Exclusiua non est penitùs omnium aliquando dict.* Nihil.
3 *Negatiuam vniuersalem sine vlla distinctione, vel temperamento importat dict.* Nihil penitùs, Nihil omnino.
4 *Annullationem ipso iure inducunt verba* Nihil agit.
5 Nihil *pro* Non interdum *vsurpatur.*
6 Nihil *eleganter etiam cum locis, & personis comparatur.*

Nihil.

Dictio CCXIV.

1 VNiuersalis negatiua est hæc dictio, & omnia excludit, nullámque recipit restrictionem, vt *in l. is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dubiis, & in l. 2. ff. commun. diuidun.* glos. *verb. nihil, in auth. de hæred. & Falcidia.* Dec. *cons.* 442. *num.* 32. *tom.* 2. Alex. *in l. qui vsumfructum, col. penult. in fine, ff. de verb. oblig. & cons.* 58. *col.* 1. *& cons.* 173. *num.* 10. *vol.* 6. Cosmas *in pragmat. sanct. tit. de annatis, post princip. in vers. nihil, fol.* 151. *col.* 2. Cephal. *cons.* 86. *num.* 13. *lib.* 2. Roman. *cons.* 379. *num.* 2. Rolan. *cons.* 27. *num.* 26. *tom.* 4. Crau. *cons.* 294. *num.* 6. Gom. *in princip. Instit. de action. num.* 4. *&* 5. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. susceperit liberos, num.* 8. *& num.* 85. *C. de reuoc. donat.* Montal. *in praxi, lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. *& seq.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. namque, vers. nihil, pag.* 61. Mandos. *in glos. facult. in proœm. in vers. Nihil, fol.* 55. Surd. *de alim. tit.* 9. 9. 35. *num.* 39. *&* 9. 57. *num.* 12. Piscin. *in sua disput. de statut. excluden. fœmin. propter masculos, num.* 147. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 89. *num.* 24. *& cons.* 164. *num.* 3. *& cons.* 266. *num.* 3. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 27. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 64. *num.* 1. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 313. *num.* 1. vbi *argum. cap. statutum, §. prouisurus, de rescript. in* 6. & post Rom. *cons.* 379. *in princip.* infert, quòd si quis iurauit se nihil impetraturum, excludit se ab omni impetratione: quia dictio *Nihil* est exclusiua omnium, quæ impetrari possunt.

2 Aliquando verò non est penitùs omnium exclusiua, vt *in l. de ætate, §. nihil,* & ibi glos. *ff. de interrog. action. cap. nihil iniquius,* & ibi *glos.* 32. *q.* 1. *cap. nihil prodest,* cum glos. quæ supplet, *Prodest tamen ad minus supplicium habendum, de pœnitent. distinct.* 3. *glos. notab. in l. sacrilegij pœnam, in vers. condemnatus, post med. ff. ad legem Iuliam peculatus.* Mandos. *in d. vers. Nihil, fol.* 55. *col.* 2. Cened. *d. sing.* 54. *num.* 2.

3 Quando tamen est posita in lege, prout *Nihil penitùs,* vel *Nihil omninò,* quod est idem, tunc importat vniuersalem negatiuam sine vlla distinctione, vel temperamento, sed absolutè, & omni casu, vt per Alex. *cons.* 72. *num.* 10. *vers. secundò respondeo, lib.* 6. *& cons.* 13. *num.* 7. *lib.* 2. Card. Tusch. *d. lit. D. concl.* 313. *num.* 2. Card. Seraphin. *decis.* 461. *num.* 5. vbi ait, quòd hæc verba sunt limitatiua.

4 *Nihil,* idem importat quod *Nullum. Et nihil agit,* inducit annullationem ipso iure, & est canon latæ sententiæ, vt *in l. final. in vers. Nihil agit.* & ibi Bald. & Aret. *ff. de liber. & posthum. & in cap. prudentiam, in princip. ibi, Nihil legisse.* vbi Barbat. *col.* 10. *de offic. deleg.* Tiraq. *d. l. si vnquam, in verb. reuertatur, num.* 30. *vers. limitabis item procedere.* Gom. *in princ. Instit. de actio. num.* 4. *&* 5. Mandos. *in d. vers. Nihil, fol.* 56. *col.* 1. *in princ.* Cened. *d. singul.* 64. *num.* 3.

5 Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Auctores, *Nihil,* interdum vsurpatur pro *Non.* Cic. 1. *Philip.* Nihil dico quis fuerit ille Brutus. Id. 2. *Agr.* Beneficio isto legis nihil vtitur. Id. *lib.* 10. *epist.* 10. Nihil laboro nisi vt saluus sis. Id. *pro Rosc.* Nihil aliud fecerunt, nisi rem detulerunt.

6 *Nihil,* eleganter etiam cum locis, & personis comparatur. Cic. *Attic. lib.* 4. Nihil altius, nihil amœnius. Id. *lib.* 6. *de Rep.* Nihil mihi potiùs fuit, quàm vt Massinissam conuenirem.

Nihilominus.

Dictio CCXV.

1 DIspositionem auget hæc dictio, eámque præcisam reddit, vt *in l. finali, §. fructus, iuncta glos. in verb. Nihilo magis, ff. qui in fraudem creditorum. & in l. qui in potestatis, in fin. ff. qui testamenta facere possunt,* tradit Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. §.* 7. *proœm. num.* 124.

Nil.

Dictio CCXVI.

1 IDem est *Nil,* quod *Nihil,* de quo vide Alciat. *de verb. signif. lib.* 4. *num.* 25. Mandos. *in glos. facult. in proœmio in vers. Nil, fol.* 57. quos refert Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. sing.* 64. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 *Exceptiua est de sui natura dict.* Nisi, *& in effectu aduersatur præcedentibus.*
3 *Antecedentis, cui immediatè aduersatur, oppositum necessariò significat dict.* Nisi.
4 *Exclusiua est dict.* Nisi, *aliorum casuum, præter nominatos.*
5 *Oratio affirmatiua si præcedit dict.* Nisi, *negat, si verò oratio negatiua præcedit, affirmat.*
6 *Positionibus dict.* Nisi *affirmat, quando præcedit negatiua, & negat quando præcedit affirmatiua.*
7 *Includit dict.* Nisi *id quod est negatum, quando præcedit negatiua potentiæ, siue actus.*
8 Si, *ad euitandum absurdum aliquando importat dict.* Nisi.
9 *Conditionalis interdum importat dict.* Nisi, *maximè relata ad futurum tempus.*
10 *Formam quandoque importat dict.* Nisi.

11 *Limitativa est dict.* Nisi.
12 *Modificativa & exclusiva de sui natura est dict.* Nisi.
13 *Taxativæ vim habet dict.* Nisi.
14 *Exceptionem à regula ponit dict.* Nisi.
15 Nisi, *æquipollet quandoque dictioni* Non secùs.
16 Nisi, *à duabus dictionibus* Si, *&* Non, *componitur.*
17 Præter *interdum denotat dict.* Nisi.

Nisi.

Dictio CCXVII.

1 De vi & effectibus huius dict. vide Cacher. *decis.* 174. *num.* 2. Borrel. *cons.* 12. *num.* 16. Euerard. *in Topicis loco à contrario sensu, num.* 27. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. statuimus, in verb. Nisi.* Mandos. *in tract. de monitor. quæst.* 31. *num.* 10. *&* 11. Alduin. *cons.* 63. *num* 59. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dictione, pag.* 62. Galganet. *de cond. & demonstr. p.* 2. *c.* 1. *quæst.* 3. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 20. *num.* 40. *cum seqq.* Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. sing.* 23. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 314. Turrel. *in libello de particul. Latinæ orationis, cap.* 108. Grat. *de diction. dict.* 137.

2 De sui natura hæc dictio exceptiua est, & in effectu aduersatur præcedentibus, vt *in l. actione*, vbi Bart. Ias. & cæteri *C. de transact. & in reg. peccatum, de regul. iur. lib.* 6. tradunt Ias. *in l.* 3. *num.* 11. *ff. de offic. eius.* Socin. Iun. *cons.* 163. *num.* 36. *vol.* 2. Feder. de Senis *cons.* 80. *incip. Factum tale est, num.* 2. *vers. item non obstat.* Alexand. *cons.* 64. *incip. Circa præsentem, in princip. lib.* 4. Bero. *in cap. quod autem, num.* 36. *de iure patronatus, & in cap. nauiganti, num.* 18. *de vsuris.* Dec. *cons.* 386. *num.* 2. Cæpol. *cons.* 1. *num.* 14. *in ciuilibus.* Gom. *in cap.* 1. *num.* 88. *de constit. lib.* 6. Paris. *cons.* 17. *num.* 22. *& cons.* 96. *num.* 109. *vol.* 1. Grat. *cons.* 138. *num.* 9. *vol.* 1. Beltran. *cons.* 45. *num.* 3. *vol.* 3. *in prima parte, & cons.* 53. *num.* 1. *vol.* 3. *in* 2. *parte.* Cassan. in *consuetud. Burgundiæ, rubr.* 1. §. 5. *in vers. S'il n'a grace, num.* 13. Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. statuimus,* 1. *in verb. Nisi, & in tract. de alien. rerum Ecclesiæ, num.* 70. Mandos. *de monit. q.* 31. *num.* 11. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil.* 57. *num.* 12. Vulpell. *citato loco, statim in princip.* Stroz. *de offic. Vicarij, lib.* 2. *q.* 43. *num.* 23. Surd. *decis.* 225. *num.* 19. *& decis.* 264. *num.* 17. *& cons.* 71. *num.* 6. vbi quòd ponitur priuatiuè, & aduersatiuè ad præcedentia. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 446. *num.* 41. Cened. *d. sing.* 23. *num.* 1. *post medium.* Gregor. *decis.* 544. *num.* 25. Card. Tusch. *d. conclus.* 314. *num.* 1. Rot. apud Farinac. *decis.* 391.

3 *num.* 14. *p.* 1. *recent.* Et ita significat necessariò oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur. Dec. *in l. bonorum, in* 2. *lect. num.* 27. *C. qui admitti, & in l. si quis in aliquo, num.* 2. *C. de edendo.* Alex. *cons.* 83. *num.* 3. *vol.* 1. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 104. *num.* 7. Octauian. Vulpell. *d. loco, vers. regulariter, pag.* 65. Cened. *d. sing.* 23. *num.* 2.

4 Aliquando verò alios casus præter nominatos excludere videtur, vt *in l. qui aliena, §. si libertas, ff. de negot. gestis, & in cap. si duo, de procur. lib.* 6. tradunt Crauet. *cons.* 155. *num.* 1. Stroz. *d. lib.* 2. *q.* 111. *num.* 9. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 1. *cap.* 5. *num.* 70.

5 Amplia, & declara, quòd si oratio affirmatiua præcedit, negat; si verò oratio negatiua præcedit, affirmat, & includit, quia de sui natura est semper contradicere præcedentibus. Ita Bart. Salicet. Ias. *num.* 3. Dec. *num.* 5. Padil. *num.* 12. per text. ibi *in l. actione, C. de transact.* Din. *in d. reg. peccatum, num.* 1. *cum seqq. de reg. iur. lib.* 6. Bart. *in l. si eum, §. qui iniuriarum, num.* 3. *in fine,* & ibi Ias. *num.* 26. *ff. si quis cautionibus.* Grat. *cons.* 126. *num.* 19. *vol.* 2. Gerard. *sing.* 46. Cassan *citato loco, à num.* 10. Rebuff. *in compendio alienationum.* Corn. *cons.* 3. *num.* 2. *vol.* 4. Dec. *cons.* 532. *in princip. & num.* 1. Paris. *cons.* 96. *num.* 109. *vol.* 1. Alciat. *lib.* 5. *Parad. cap.* 4. Menoch. *cons.* 156. *num.* 9. *& cons.* 356. *num.* 9. Rendina *in Promptuario receptar. sententiar. tom.* 1. *tit.* 27. *num.* 2. Gutier. *canonic. quæst. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 2. Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 104. *num.* 6. *& decis.* 264. *num.* 17. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 27. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 542. *num.* 22. Seraphin. *decis.* 343. *num.* 3. Franc. Molin. *d. compar.* 20. *num.* 40. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 19. *num.* 3. Cened. *d. sing.* 23. *num.* 1. *in princip.* Card. Tusch. *d. conclus.* 314. *num.* 6. Et hoc ipsum fuit sæpe tentum *in Rota, & præcipuè in vna Romana Census de Muris,* 27. *Iunij* 1605. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino,* impressa per Farinac. *decis.* 96. *num.* 1. *p.* 1. *recent.* vbi habetur, quòd hæc dictio *Nisi* præcedens negatiuam ponit, & determinat affirmatiuam in casu nominato. Item *in vna Romana concordiæ sancti Petri,* 16. *Nouembris* 1609. *coram Card. Caualerio,* impressa per eumdem *decis.* 197. *num.* 2. *in fine, p.* 1. *recent.* vbi post Bart. *cons.* 46. *num.* 1. *lib.* 2. & Gemin. *cons.* 15. *num.* 18. *vers. super,* tentum fuit hanc dictionem *Nisi,* vbi præcedit negatiua, includere, & affirmare in exceptis. Item *in Firmana hæreditatis,* 12. *Decembris* 1614. *coram Buratto,* impressa per eumdem *decis.* 639. *num.* 2. *p.* 1. *recent.* vbi post Ruin. *cons.* 127. *sub num.* 13. *col. penult. vers. quandoque, & cons.* 132. *num.* 1. *lib.* 2. & Decian. *cons.* 78. *num.* 5. *&* 12. *vol.* 3. ac Rota *decis.* 322. *num.* 4. *p.* 1. *diuers.* fuit tentum, quòd hæc dictio affirmat, & ponit, quando est postposita negatiuæ. Et nouissimè *in vna Romana iurisdictionis,* 1. *Iulij* 1626. *coram Buratto,* post Bart. *in l. actione, num.* 1. *&* 15. & ibi Dec. *num.* 5. *C. de transact.* Alex. *cons.* 227. *num.* 11. *lib.* 6. Seraphin. *decis.* 343. *num.* 3. fuit dictum, hanc dictionem *Nisi,* præcedente negatiua *Non liceat,* ponere potentiam.

6 Amplia in positionibus, in quibus hæc dictio affirmat, quando præcedit negatiua, & negat, quando præcedit affirmatiua, vt citato Alex. *cons.* 83. *num.* 3. *lib.* 1. tradit Card. Tusch. *d. conclus.* 314. *nu.* 7. vbi *num.* 8. subdit, quòd includit id quod est negatum, quando præcedit negatiua potentiæ, siue actus, & citat Rayner. de Forli. *cons.* 68. *inter cons. Signoroli num.* 12. Signor. *cons.* 43. *incip. In quæst. in princ. vers. modo capio.* Castr. *cons.* 98. *col.* 2. *in princip. lib.* 2. Dec. *cons.* 386. *num.* 2. 4 *&* 6. *& cons.* 532. *in princ.* Paris. *cons.* 31. *num.* 36. *lib.* 2. Alex. *cons.* 227. *incip. Ponderatis, num.* 11. *vers. vt ostendit, lib.* 6.

7

8 Limita, quòd licèt hæc dictio de sui natura inducat exceptionem, tamen aliquando importat dictionem *Si,* ad euitandum absurdum. Nonnunquam verò exponitur pro *Quamuis,* quia menti debent deseruire verba. Alex. *cons.* 64. *num.* 4. *lib.* 4. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 314. *num.* 9. *&* 10.

9 Interdum est conditionalis hæc dictio, maximè relata ad futurum tempus, vt *in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de cond. & demonstr. & in l.* 1. *§. idem scribit, ff. depositi,* ibi, nec debere absolui, nisi restituat, *& in l. in testamento,* ibi, & nisi fierent hæredes magna pecunia mulctarentur *ff. de cond.* Roland. *cons.* 49. *n.* 14. *tom.* 30. Grat. *cons.* 48. *nu.* 6. *& cons.* 54. *nu.* 51. *& cons.* 138. *num.* 7. *lib.* 1. Socin. Iun. *cons.* 49. *nu.* 18. *vol.* 2. *& cons.* 134. *num.* 16. *vol.* 3. Cassan. *vbi suprà num.* 12.

*num.*12.*fol.* 185. Vulpell. *d. loco, verſ. & quod.pag.* 65. Anton. Monach. Lucenſ. *deciſ.* 67. *num.* 35. vbi ait, hanc dictionem non ſolùm facere orationem conditionalem, ſed in ſeipſa conditionem præcedenti conditioni contrariam. Franc. Molin. *d. comparatione* 20.*num.*49. Cened.*d ſing.*23.*num.*3. Et fuit dictum *in Treueren. loci Capitularis* 10. *Martij* 1606. *coram Illuſtriſſimo Patriarcha Manzanedo*, impreſſa per Farin. *deciſ.* 161. *num.* 7. *p.* 2. *recent.* Vnde Rip. *lib.*1.*reſponſ. cap.*2. *num.*24. ait, quòd hæc dictio addita verbo præſentis temporis in contractibus, non facit actum conditionale, ſed reſoluendum in euentum conditionis, niſi in contractu ſint appoſita alia verba ſuſpenſiua. Sed quod in ſententiis faciat conditionem ſuſpenſiuam tenent Decius *in cap. prætereà*, 2. *in princ. de appell.* Bald. *in d.l. quibus diebus*, §. *quidam Titio, verſ. quæro, quædam ſententia*, vbi Socin. *num.*9. *verſ. & prædicta. ff. de cond & demonſtr.* Mandoſ. *in tract. de monit. q.*31.*num.*11. *in princ.*

10 Nonnunquam hæc dict. importat formam, & idem quod *Non* ſignificat, vt per Oſaſc. *deciſ.* 174. *num.* 2. Grat. *conſ.*15.*num.*15.*vol.*1. Cened. *d. ſing.*23. *num.*6. Marc. Anton. *var. reſolut. lib.*1.*reſolut. vlt.*6*aſ.*32.*verſ. pro Epiſcopo, in fine.*

11 Eſt limitatiua hæc dictio iuxta notata per Flamin. *de reſign. lib.*5 *q.*6.*num.*183.

12 De ſui natura eſt modificatiua, & excluſiua, vt per Menoch. *conſ.* 3. *num.* 16.

13 Habet vim taxatiuæ, vt *in l. conſulta. C. de teſtam.* tradunt Couar. *de ſponſal. cap.* 4. *p.*2. §.1.*num.*8. Mar. Anton. *d.caſ.*42.*verſ. pro Epiſcopo.*

14 Ponit exceptionem à regula, vt per Dec. *in l.* 1. §. *fin.num.*7. *ff. de offic. eius.* Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.*9. *num.*26.

15 Æquipollet quandoque dictioni *Non ſecùs*, vt per Surd. *conſ.*427.*num.*29.

16 Hæc dictio, vt Grammatici aiunt, bonarúmque litterarum Auctores, compoſita eſt à duabus dictionibus *Si*, & *Non*. Indicatiuum petit in ſententiæ principio, ſubiunctiuum aliquando, Valla aſſertore *lib.*2. *Elegantiarum.* Vnde & Cic. ſæpiùs ſic accipit 4. *Ver.* Niſi (inquit) reſtituiſſent ſtatuas, vehementer minabatur. Terent. *in Heautont.* Nam niſi me animus fallit, hi ſunt germani duo. Plauti quoque loco altero idipſum innuitur. Niſi animus fallit, hic profecto eſt annulus quem ego ſuſpicor. Cic. *pro Cluen.* Nomen iudicum amittemus, niſi ex his ipſis cauſis iudicabimus.

17 Interdum pro *Præter* vſurpatur. Cic. *de Amicit.* Negat enim quemquam virum bonum eſſe niſi ſapientem. Id. *pro Sext.* Quem vnquam ciuem Senatus niſi me nationibus exteris commendauit? Id. *de Amicit.* Sed hoc primùm ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe non poſſe. Id. *Attic. lib.* 11. *epiſt.*6. Omnino hæc eodem modo ex hac parte fiunt niſi illud erat infinitum.

Nominatim.

Dictio CCXVIII.

1 ALiquid nominatim relinqui quando dicatur, vide Bart. *in l. turpia legata*, §. *fin. ff. de legat.*1. quem refert Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *num.*27. *in fine.*

2 Idem eſt dicere, *Nominatim*, ac *Specialiter*, vt *in l.*2. *ff. de liber. & poſthum. & in l. hæres ſeruus*, cum gloſ. *ff. de emict.* notat Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 97. *num.*16.

SVMMARIVM.

1 *Negatiuè ſumitur dict.* Non.
2 Non ſolùm *iungitur cum* Sed, Sed etiam, Sed quoque, Verùm etiam.
3 Non modò *ad plura vtimur.*

Non.

Dictio CCXIX.

HÆc dictio negat, & negatiuè ſumitur. Cic. *pro Planc.* Non valuit rebus iiſdem, quibus fortè nonnulli; at valuit aſſiduitate, at valuit ſeruandis amicis, valeat liberalitate. Idem *lib.*1.*epiſt.*9. Tantùm dicam non mihi exercitum, ſed duces defuiſſe. Aliquando tamen ponitur conuerſiuè, vt: In iudicium trahere non eſt neceſſe, id eſt, neceſſe eſt non trahere. Ita exponitur *in l.* 1. *ff. de in ius vocando.* 1

Non ſolùm iungitur cum *Sed*, *Sed etiam*, *Sed quoque*, *Verùm etiam.* Cic. *lib.*1. *epiſt.*6. Qui omnibus negotiis non interfuit ſolùm, ſed præfuit. Idem *de Amicit.* Non ſolùm fortuna cæca eſt, ſed eos etiam plerumque efficit cæcos, quos complexa eſt. Idem *lib.* 4. *epiſt.*3. Neque id ſolùm mea ſponte, ſed multo etiam magis monente, ac denunciante te. 2

Non modò ad plura vtimur. Cic. *lib.* 3. *epiſt.* 15. Dies non modò non leuat luctum hunc, ſed etiam auget. Idem *Attic. lib.* 16. *epiſt.* 6. Tu id non modò non prohibebas, verùm etiam approbabas. Idem *lib.*1.*epiſt.*8. Nullam partem tuorum meritorum non modò referenda, ſed ne cogitanda quidem gratia conſequi poſſum. Idem *lib.* 10. *epiſt.* 10. Cuius rei non modò non præteriit tempus, ſed ne maturum quidem etiam nunc meo iudicio fuit. Idem *lib.* 11. *epiſt.* 24. Mihi non modò iraſci grauiſſima iniuria accepta, ſed ne dolere quidem impunè licet. 3

Non aliàs.

Dictio CCXX.

DIxi de ea *in tractatu de Clauſulis vſufrequentioribus*, *clauſ.* 81. Illud in præſentiarum addendum duxi, quòd hæc verba, Italicè *Non altramente*, præciſam formam importare videntur, *l. de his*, vbi Bart. *num.* 3. *ff. de tranſact. l. cùm hi, in princip. ff. eod.* Card. Mantic. *de conjectur. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 8. *num.*12. *ad med.* Rot. *in Peruſina fideicommiſſi*, 14. *Iunij* 1599. *coram Litta*, impreſſa per Farinac. *deciſ.* 16. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* 1

Non niſi.

Dictio CCXXI.

HÆc dictio dat certam formam, ſecundùm Menoch. *rem.* 4. *adipiſcen. poſſeſſion. num.*710. & Marc. Anton. *variar. reſolut. lib.*1. *reſol.*94. *num.*2. 1

Nonnunquam.

Dictio CCXXII.

EXponi ſolet pro *Aliquando*, vt *in l. nonnunquam*, *ff. de re iudic. & in l. eum, quem temerè, in fine, ff. de collat. bonorum*, notat Rebuff. *in comment. ad l. qui* 1

mortui, 129. *vers. nonnunquam*, *ff. de verbor. signif. pag.* 489.

Non semper.

Dictio CCXXIII.

1 EXceptionem ostendit, sicut dictio *Plerumque*, vt *in l.* 3. *§.* 1. *ff. de offic. Præfecti vigilum, & in l.* 1. *§.* 1. *ff. de tutel. & ration. distrahen.* notat Rebuff. *in comment. ad l. interdum*, 78. *vers. idem, in verb. multoties*, *ff. de verbor. signif. pag. mihi* 3

Non solùm.

Dictio CCXXIV.

1 IMportat eamdem voluntatem, & dispositionem quoad omnia, vt *in l. cùm non solùm, C. de bonis, quæ liberis.* notant Rip. *de subst. resp.* 13. *num.* 9. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. in dict. Non solùm pag.* 66. vbi etiam aduertit, quòd quamuis hæc dictio vim affirmatiuæ habeat, vt: Titius non solùm doctus est, sed etiam probus: nihilominus si clausula negatiua sequatur per *Nec quidem*, tunc ipsa affirmatio negat.

SVMMARIVM.

1 *Personale est pronomen* Nos.
2 *Personalissimum tamen est si dicatur* Nosmetipsi.

Nos.

Dictio CCXXV.

1 PRonomen hoc est personale, *cap. literis, de rescript. cap. si gratiosa, eod. tit. lib.* 6. Cæs. Argel. *de contradict. legit. q.* 15 *num.* 62. Et fuit dictum *in Aquilana Canonicatus*, 6. *Octobris* 1586. *coram Card. Blanchetto*, impressa per Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 1. *num.* 652. vbi etiam habetur, quòd licèt sit personale, tamen attendenda est subiecta materia, & verosimilis mens concedentis.

2 Si tamen dicatur, *Nosmetipsi*, erit personalissimum, per ea, quæ tradunt Bald. *cons.* 304. *num.* 5. & Natt. *cons.* 163. *num.* 8. quos citat Rota *decis.* 201. *num.* 6. apud Farinac. *p.* 2. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Negatiua vniuersalis est dictio* Nullatenus, *excludens quamcumque minimam partem.*
2 Nullatenus *negat omnes casus, & omnem potentiam.*
3 *Dispensandi facultas tollitur per dictionem* Nullatenus.
4 *Nullitatem actus ipso iure importat dictio* Nullatenus.
5 *Decreti irritantis virtutem habet dictio* Nullatenus.
6 *Sententiæ latæ vim habet dict.* Nullatenùs, *& significat* Ipso iure..

Nullatenus.

Dictio CCXXVI.

ESt vniuersalis negatiua hæc dictio, excludens etiam quamcumque minimam partem, vt per glos. *in reg. nemo potest, de regul. Iuris, lib.* 6. *& in cap. statutum, verb. nullum, de rescript. eod. lib.* Roman. *cons.* 326. *col. vlt.* Rub. *cons.* 51. *num.* 3. Dec. *cons.* 310. *num.* 2. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. §. & vt omnia, in vers. recipere, ad medium, fol.* 39. *col.* 2. *& tit. de collat. §. quòd si quis, in vers. nullatenùs, fol.* 77. *col.* 3. Ruin. *cons.* 30. *num.* 3. *vol.* 5. Ias. *in l. fin. num.* 26. *ff. de feriis.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 66. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 69. *num.* 3. & 4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 315. *num.* 1. vbi post Gemin. *cons.* 35. *incip. Pro carnori, in princip. num.* 2. & 3. subdit, reuocationem priuilegiorum concessorum nullatenùs exemptis non reuocare, nec comprehendere priuilegia concessa aliquo modo exemptis. 1

Negat igitur omnes casus, & omnem potentiam, vt *in l. vlt. C. de testament. militis*, cum citatis per Menoch. *cons.* 383. *num.* 14. Et natura illius est negare in totum, & vniuersaliter iurisdictionem excludere, ex adductis per Mart. *de iurisdict. p.* 4. *centur.* 2. *cas.* 153. *num.* 10. 2

Per hanc dictionem tollitur facultas dispensandi, firmant glos. *in Clem.* 1. *§. si quis autem, in vers. nullatenùs, de sequestr. possessionis*, vbi Imol. *num.* 20. & Zabarell. *q.* 6. *num.* 6. glos. etiam *in Clem.* 2. *vers. concedatur, & vers. nullo modo, de etat. & qualit.* Archid. per text. ibi *in cap. quoniam, de immunit. Eccles. lib.* 6. Corset. *in sing. verb. nullatenùs.* Hippol. *sing.* 675. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 95. *circa med.* Bou. *in tract. de statutar. Vrbis, glos.* 17. *num.* 1. *fol.* 54. Cened. *d. sing.* 69. *num.* 5. Rebuff. *in concord. rubr. de Regia nomin. in §. in monaster. vers. nullatenùs. pag.* 192. vbi tamen limitat, quòd licèt tollatur dispensatio inferioris, non tamen per istam dictionem tollitur superioris, nisi illa sit posita in contractu. 3

Importat nullitatem actus ipso Iure, vt *in auth. si qua mulier*, vbi glos. *verb. nullatenùs, C. ad senatusconsult. Velleian. Clem. vlt.* vbi glos. *verb. nullatenùs, de sequestr. possess.* glos. *verb. nullatenùs, in Clem.* 1. *de etat. & qualitat.* Card. *in cap. super literis, num.* 5. *in fine*, & ibi Barbat. *num.* 82. *vers. vim etiam, de rescript.* Gig. *de pens. q.* 10. *num.* 10. *& seq.* vbi ait, idem importare, ac si dictum esset: Nullius sit roboris, & efficaciæ. Gram. *cons. crim.* 3. *num.* 12. Rot. *decis.* 24. *num.* 2. *p.* 2. *diuers.* Pur. *decis.* 254. *num.* 3. *lib.* 2. *in correct.* Flamin. *de resign. lib.* 8. *q.* 8. *num.* 53. *& lib.* 9. *q.* 12. *num.* 2. Rebuff. *d. verb. nullatenùs, fol.* 192. Boër. *decis.* 348. *num.* 1. Ceual. *commun. contra commun. q.* 527. *num.* 10. *& q.* 900. *num.* 5. Mandos. *in reg.* 7. *Cancellar. q.* 4. *num.* 2. *& in reg.* 15. *q.* 5. *num.* 8. Bou. *d. glos.* 17. *num.* 1. *fol.* 54. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 159. *num.* 18 Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos. vlt. num.* 65. Cened. *d. sing.* 69. *num.* 1. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *disput.* 32. *num.* 7. 4

Vnde habere virtutem decreti irritantis tradunt Imol. *in Clem.* 1. *num.* 20. *vers. ex hoc nota*, & ibi Cardin. *in §. si quis autem, sub num.* 6. Felin. *in cap. ex literis, num.* 7. *in* 5. *casu, de constit.* Rot. *d. decis.* 24. *num.* 4. 5

p. 2. *diuerſ.* Rolan. *conſ.* 27. *num.* 11. & 12. *tom.* 4. Marchef. *de commiſſ. p.* 2. *de aper. choris, num.* 66. Ac proinde habere vim præciſæ prohibitionis, actúmque in contrarium factum irritare tradunt Mandoſ. *in reg.* 7. *Cancellar. q.* 4. *num.* 2. & *in reg.* 15. *q.* 5. *num* 8. Cened. *d. ſing.* 69. *num.* 2. Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 51. *num.* 8.

6 Habet vim latæ ſententiæ, & ſignificat *Ipſo Iure.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 95. Mart. *d. cap.* 153. *num.* 10. Rebel. *de oblig. Iuſtit. lib.* 1. *q.* 6. *ſect.* 6. *num.* 44. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 109. Sayro *in Clavi Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. vbi ampliat, etiamſi iungatur cuicumque verbo cuiuſcumque temporis.

Nullius momenti.

Dictio CCXXVII.

1 IMportat ipſo iure nullitatem actus in contrarium geſti, vt *in l. ſi quis Sempronium, ff. de hæredib. inſtituend. & in l. de pupillo,* §. *ſi quis forte,* vbi Iaſ. *num.* 3. & 4. *ff. de noui oper. nunciat. & in l. non dubium, C. de legib. & in authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus vendit. & in cap. Ordinary, in fin. de offic. Ordinar.* notant Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. verb. reuertatur, num.* 97. & 101. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 57. *nu.* 7. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 35. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua vniuerſalis, & prohibitiua eſt dict.* Nullo modo, *excludens omnem caſum.*
2 *Prohibitionem præciſam operatur dictio* Nullo modo, *& idem quod clauſula decreti irritantis.*
3 *Potentiam omnem negat dict.* Nullo modo.
4 *Diſpenſationem excludit dict.* Nullo modo.
5 *Sententiæ latæ canonem importat dict.* Nullo modo.
6 *Dictio* Nullo pacto, *trahitur ad non ſpecificata.*

Nullo modo.

Dictio CCXXVIII.

1 VNiuerſalis negatiua, & prohibitiua eſt hæc dictio excludens omnem caſum, vt *in l. vlt. C. de teſtam. militis.* Iaſ. *in l.* 1. §. *ſublata, num.* 13. *in* 2. *lectura, ff. ad Trebell.* Dec. *conſ.* 640 *poſt num.* 9. Menoch. *conſ.* 383. *num.* 14. Mandoſ. *ad reg.* 34. *Cancellar. q.* 88. *num.* 3. Ferrer. *in conſtit. Cathaloniæ, gloſ.* 1. *num.* 20. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 70. *num.* 1.

2 Operatur præciſam prohibitionem, & idem quod clauſula decreti irritantis, vt per Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 51. *num.* 18. Eſt enim præciſa, ex Menoch. *conſ.* 22. *num.* 9. & habet duas ſignificationes, id eſt, *Nullo tempore*, & *Nulla ratione.* Strach. *de mercatur. tit. de decoctor. p.* 6. *num.* 28. *fol.* 154. negátque omnem potentiam, Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. rem.* 14. *num.* 6. quem refert Cened. *d. ſing.* 70. *num.* 3.

3

4 Excludit diſpenſationem, vt per gloſ. *in Clem.* 2. §. *illi verò, in verſ. nullo modo;* & ibi Zabarell. *num.* 3. *de ætat. & qualit.* Iaſ. *in l.* 1. §. *ſublata, num.* 13. *in* 2. *lect. ff. ad Trebell. & in l. penult. num.* 9. *C. de teſtam. militis.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num.* 94. Cened. *d. ſing.* 70. *num.* 2. Paul. Montan. *de tutel. & cur. cap.* 5. *num.* 92.

Importat canonem latæ ſententiæ, vt per Tiraq. 5
in d. verb. reuertatur, num. 77. & 78. & 93. Sayro *in Clavi Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 26. Bermond. *in tit. de publicis concubin. in verſ. iubemus vt ipſum, num.* 3. *fol.* 199. Ioan. de Salas *de leg. q.* 96. *tract.* 14. *diſput.* 16. *ſect.* 8. *num.* 29. *in fine.* Farinac. *fragment. crim. in. p.* 2. *verb. lex, num.* 108. & me citato, Sanctarell. *variar. reſolut. q.* 60. *num. vlt.*

Dictio *Nullo pacto* trahitur ad non ſpecificata, vt 6
per Stephan. Gratian. *d. deciſ.* 51. *num.* 14.

Vide alia in clauſula *Nullo modo*, &c.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua vniuerſalis eſt dict.* Nullus, *& omnia excludit, tam principale, quàm acceſſorium.*
2 Nullus *excludit omnem etiam minimam partem.*
3 *Nullitatem ipſo iure denotat dict.* Nullus.
4 *Negatiua vniuerſalis aliquando non eſt dict.* Nullus.
5 *Aliquis quandoque importat dictio* Nullus.
6 *Præſcriptionem temporis longiſſimi non excludit dict.* Nullus.
7 *Similia non excluduntur per dict.* Nullus.
8 *Diſtributiua eſt dict.* Nullus, *pertinens ad plura, nec poteſt de vno prædicari.*
9 Nullus *ſæpe ſignificat non quod inualidum eſt, ſed quod re vera non eſt.*
10 Nullus, *dictus quaſi* Non vllus, *latiùs patet quàm nemo.*
11 Nullus *interdum pro* Non *vſurpatur.*
12 *Neceſſitatem importat, & aufert poteſtatem aliter recipiendi dict.* Nullus, *propoſita verbo recipiatur.*

Nullus.

Dictio CCXXIX.

VNiuerſalis negatiua eſt hæc dictio, & omnia 1
excludit, tam principale, quàm acceſſorium, ſeu ſecundarium. Ita Panorm. *ad cap. ad noſtrum*, per text. ibi *num.* 5. *de elect.* Corn. *conſ.* 70. *num.* 12. *vol.* 2. & *conſ.* 37. *num.* 22. *vol.* 3. Gozadin. *conſ.* 51. *num.* 23. Bart. *conſ.* 47. *incip. Pucinus, in princip. lib.* 2. Gemin. *conſ.* 35. *incip. Pro clariori, num.* 4. & 5. vbi addit, 2
quòd ideò excludit omnem etiam minimam partem. Socin. *conſ.* 12. *num.* 16. *vol.* 1. Roman. *conſ.* 99. *col.* 1. Rimin. *in* §. 1. *num.* 70. *de donat.* Verall. *deciſ.* 283. *num.* 2. *p.* 3. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 93. & *ſeq.* & *num.* 229. *ac* 243. *C. de reuocand. donat.* Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *ſanè, in verb. nullum, fol.* 72. Bartholom. Perett. *ad Extranag. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alienan. verb. quidquam, num.* 7. *pag.* 238. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 76. *num.* 1. Seraphin. *deciſ.* 843. *num.* 6. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 315. *num.* 2. & *concl.* 316. *num.* 1.

Vnde propter huiuſmodi vniuerſalem negatiuam 3

in hac dictione inclusam, eam ipso Iure nullitatem denotare tradunt glos. *verb. nullam, in cap. innotuit, de elect.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num.* 243. *vers.* 76. *fallit.* Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disput.* 21. *num.* 75.

4 Aliquando tamen non est vniuersalis negatiua, vt per text. *in cap.* 1. iuncta glos. *de Capit. Conrad. & in cap. Abbas*, ibi, *Nullæ Ecclesiæ subiiciantur*, iuncto *cap. non solum, §. pro talibus*, 18. *q.* 2. tradunt Panorm. *in cap.* 1. *num.* 35. *de præscript.* Cened. *d. sing.* 67. *num.* 2.

5 *in princip.* Immò quandoque accipi pro dictione *Aliquis*, quæ non est vniuersalis negatiua, probat Bart. *cons.* 117. *incip. Ninarellus*, allegans text. iuncta glos. *patri, in l.* 2. §. 1. *ff. de verbor. oblig.* quibus adde Corn. *cons.* 180. *num.* 14. *lib.* 2.

6 Non excludit hæc dictio præscriptionem temporis longissimi, ex adductis per Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 12. quem refert Cened. *d. sing.* 67. *num.* 2. *post princip.*

7 Item non excluduntur similia per hanc dictionem, vt tradit Dec. *in l. cognitio, num.* 7. *ff. de iurisdict. omnium Iudic.* quem refert Card. *d. num.* 2. *in fine.*

8 Est distributiua hæc dictio pertinens ad plura, nec potest de vno prædicari. Ias. *in l. quemadmodum, num.* 3. per text. ibi *ff. de acquiren. possess.* Alex. *in l.* 1. *ff. eod. tit.*

9 *Nullus* sæpe significat, non quòd inualidum est, sed quòd re vera non est. Gozadin. *cons.* 51. *num.* 23. Caputaq. *decis.* 283. *num.* 2. *p.* 3. Rimin. Iun. *cons.* 61. *sub num.* 13. Roland. *cons.* 99. *num.* 27. *vol.* 4. Glorit. *resp.* 1. *p.* 2. *num.* 188. Pichard. *ad princip. Instit. de exhæred. liber. num.* 47.

10 *Nullus* dictus quasi *non vllus*, latiùs patet, quàm *Nemo*; quippe *nemo* de hominibus tantùm dicitur, *nullus, nulla, nullum* de rebus omnibus.

11 *Nullus* interdum pro *non* vsurpatur. Cic. *Attic. lib.* 12. Philotimus non modò nullus venit, sed ne per literas quidem, aut per nuncium certiorem me fecit. Idem 1. *Tusc.* Miseri ob id ipsum, quia nulli sunt. Terent. *Eunuch.* Memini, tametsi nullus monetis.

12 Dictio *Nullus* præposita verbo *recipiatur*, importat necessitatem, & aufert potestatem aliter recipiendi, iuxta glos. communiter receptam *in cap.* 1. *de regal. Iuris, in* 6. & ibi Franch. *num.* 7. Bart. *in l. de his, ff. de transact. num.* 4. & in simili notat Paris. *cons.* 58. *num.* 34. *& seq. lib.* 4. Et fuit dictum *in Treueren. loci Capitularis*, 10. *Martij* 1606. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per Farinac. *decis.* 167. *num.* 5. *p.* 2. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Demonstratiua præsentis temporis est dictio* Nunc.

2 *Tempus instans non semper denotat dictio* Nunc, *sed ad id, quod nouiter factum est, refertur.*

3 *Temporis extremitatem denotat dict.* Nunc.

4 *Temporis omnem dilationem tollit dictio* Nunc, *& importat vt quid fiat absque illa.*

5 Nunc *plerumque vsurpatur pro* Modo.

6 Nunc *sæpe adsciscit* Quum, Dum, Quando,

7 Nunc verò, *in comparatione rei fictæ augendi gratia subiici solet.*

Nunc.

Dictio CCXXX.

Est demonstratiua præsentis temporis, vt *in l.* 1. *ff. de condict. indeb. & in l.* 1. §. *nunc tractemus. ff. de tutelis, & rationibus distrahendis, & in l.* 4. §. *vlt. ff. de cond. & demonstr.* notant Bald. *in l. contrà rogatus, nu.* 1. *C. ad Trebell.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Nullatenus, vers. Nunc, pag.* 67. Menoch. *cons.* 14. *num.* 3. Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 317. vbi *num.* 2. post Alex. *in l. huiusmodi la* 2. *num.* 3. *ff. de verb. oblig.* & Felin. *in cap. licet causam., in* 6. *notab. de probat.* & Zuchar. *in lib.* 1. *num.* 123. *C. de pactis*, subdit, quòd denotat, præsens esse initium obligationis. 1

Non tamen semper denotat tempus instans, sed ad id quod nouiter factum est, refertur, vt *in cap.* 1. vbi Abb. *de verb. significat.* Vulpell. *cit. loco.* 2

Denotat temporis extremitatem, vt per Menoch. *cons.* 21. *num.* 6. *vbi num.* 27. subdit, quòd eius natura est, vt sit præcedentium declaratiua, & simul restrictiua. 3

Tollit omnem temporis dilationem, & importat vt quid fiat absque illa, *l. simul, §. cùm autem, C. de inoffic. testam. l.* 3. *ff. de condit. & demonstr.* Vulpell. *citato loco.* Paris. *cons.* 105. *num.* 30. *lib.* 1. 4

Apud Grammaticos *Nunc* plerumque vsurpatur pro *Modò*. Cic. *Attic. lib.* 1. Nunc reus erat apud Crassum diuitem Vectius de vi. Id. *in Brut.* Vidi nuper, & nunc videbam de ea re. 5

Sæpè adsciscit, *Quum*, aut *Dum*, aut *Quando*. Cic. *lib.* 13. *epist.* 56. Nunc quando mihi ab amico officiosissimo tantum oneris imponitur. Terent. *Heaut.* Nunc quum sine magno indetrimento non potest haberi. 6

Aliquando in comparatione rei fictæ augendi gratia subiici solet, *Nunc verò*. Cic. *pro Font.* Fonteium Iudicem in causa deficerent omnia, &c. tamen esset vobis magnoperè prouidendum, &c. nunc verò quum lædat nemo bonus, &c. 7

Nunquam.

Dictio CCXXXI.

Est vniuersalis negatiua comprehendens omnem casum, & omne tempus, vt *in l. prouidendum*, §. 1. vbi glos. *C. de postulando.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub hac dict. pag.* 67. Et æquipollet dictionibus vniuersalibus negatiuis, vt *in l. si pluribus. ff. de leg.* 2. *& in l. Iulianus, in princ. ff. de leg.* 3. Nullámque recipit restrictionem cùm sit indefinita. Crauet. *cons.* 194. *num.* 6. Cephal. *cons.* 172. *num.* 15. Socin. iun. *cons.* 116. *num.* 52. *vol.* 1. 1

Nusquam.

Dictio CCXXXII.

Accipitur pro *Nullo in loco*, vel, *Cùm nullibi est*, vt *in l. ex conducto*, §. *si vis tempestatis, vers. idemque dicendum. ff. locati*, notat Rebuff. *in comment. ad l. qui mortui.* 129. *vers. nonnunquam ff. de verb. signific. pag.* 489. Et in hoc sensu apud Grammaticos etiam vsurpatur. Cic. 1. *Tusc.* Ego verò nusquam esse illos puto. Id. *de Sen.* Nolite arbitrari me cùm à vobis discessero, 1

fero, aut nusquam, aut nullum fore. Terent. *Eunuch.* Ille autem bonus vir nusquam apparet.

SVMMARIVM.

1 *Causam remotam sine occasione designat dictio* Ob.
2 Ob *importat apud Grammaticos idem quod* Propter, *& significat tum causam efficientem, tum finalem.*
3 Ob *pro* Ante *interdum ponitur.*

Ob.

Dictio CCXXXIII.

1 CAusam remotam sine occasione designat, vt *in l.1.ff.quod vi aut clam, & in l.qui proprio, §.procurator.* vbi Bald. *ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, & in l.si ab hostibus, §.si vir.ff.solut.matrim.* Bald. *in l.1.C.si seruus externus.* Bart. *in l.non dubium, col.fin. C.de legibus.* Ruin. *cons.* 84.*num.*7.*vol.*4. Alex. *in l. diuortio, § si vir, num.*7.*ff.soluto matrim.* vbi ait, quòd significat causam immediatam. Tiraq. *in tract.cessante causa, limit.*20.*nu.* 27. Surd. *cons.*227.*num.*5. vbi quòd significat simpliciter causam, Vulpell. *de præpos.& aduerb.signif.sub hac dict. pag.* 68.

2 Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Auctores, importat idem quod *Propter*, & significat tum causam efficientem, tum finalem. Cic. *pro Marc.* Vt mihi quidem videantur Dij immortales, etiam si pœnas à populo Romano ob aliquod delictum expetiuerunt. Id. *pro Font.* Ob aliquod emolumentum suum, si qui aliquid cupidiùs dicere viderentur. Id 4. *Ver.* Quantò illud flagitiosius eum, à quo ob absoluendum, pecuniam acceperis, condemnare?

3 Interdum pro *Ante* ponitur. Cic. *pro Rab.* Ob oculos mihi sæpe mors versata est. Id. *pro Sext.* Mihi ob oculos exilium versatur.

Obtinuit.

Dictio CCXXXIV.

1 VErbum hoc significat Ius fuisse controuersum, vt *in l.cùm ex vno,* 32. *in fine,* ibi, *Omnibus experiri permitti post magnas varietates obtinuit. l. vetus,* 68. *ff.vsufructu, l. penult. ff.de leg.*1. Marc. Anton. *in comment.ad l.*3.*n.*60 *ff.de cond.& demonstr.*

Occupare.

Dictio CCXXXV.

1 VErbum hoc tam in bonam, quàm in malam partem accipi potest, vt notant glos. *verb. occupare, in cap.generali, de elect. lib.*6. Albet. *in suo Dictionario, verb. occupare.* Bertazol. *de clausulis instrument. clauf.*27. *glos.*19. *num.* 6. notantes differentiam inter verbum *Occupare*, & *Inuadere*; vt primum ad mobilia, sicut etiam verbum *Rapere*, pertineat; secundum verò immobilia concernat, licèt quandoque legislatores ea confundant, & eis promiscuè vtantur.

SVMMARIVM.

1 Occasio *apud Oratores pro opportunitate temporis accipitur.*
2 Occasione *apud Iureconsultos aliter, atque aliter accipitur.*
3 *Causam remotam, & impulsiuam importat dictio* Occasione, *siue directè, siue indirectè, vt num.* 5.
4 *Pater legans aliquid filiæ occasione dotis, non dicitur legatum conditionale pro dote, vt debeant expectari nuptiæ, sed debetur simpliciter.*
6 Occasio *à causa differt, quia causa propriè per se ordinatur ad aliquid, occasio verò etiam remotissimam causam, & non rationabilem comprehendit.*
7 Occasio *interdum sumitur pro causa remota & non vera, ac irrationabili, nonnunquam verò pro vera, & rationabili.*
8 Causa *accipitur pro finali*, Occasio *pro impulsiua.*
9 Causa *consistit in iure*, Occasio *verò in facto.*
10 *Facultatem habentes imponendi pœnas bannitis quocunque prætextu, vel occasione, non possunt imponere pœnam alijs non bannitis, etiam pro occasione bannitorum.*
11 Occasione, *idem importat quod dictio* Propter.

Occasione.

Dictio CCXXXVI.

1 APud Oratores pro opportunitate temporis accipitur, vnde Cic. dicit, quòd occasio est pars temporis in se habens alicuius rei idoneam faciendi opportunitatem, prout referunt Cagnol. *in l.capienda occasio, ff.de reg. l. Iuris.* Bertazol. *de clausulis instrument. clauf.* 27. *glos.* 11. *num.*1.

2 Apud nostros aliter, atque aliter accipitur, vt per Alberic. *in suo Dictionario, verb. occasio.* Tiraq. *in tract. cessante causa, lim.* 13. Card. Tusch. *practic. conclus. tem.*2. *lit.D. concl.* 378.

3 Importat hæc dictio causam remotam, & impulsiuam, vt *in l.qui occidit, ff.ad l.Aquiliam, & in cap.vlt. de iniur.* notant Tiraq. *d. lim.* 13. *num.* 8. Menoch. *cons.*395. *num.* 25. Ideò pater legans aliquid filiæ 4 occasione dotis, non dicitur legatum conditionale pro dote, vt debeant expectari nuptiæ, sed debetur simpliciter; quia dictio illa *Occasione* denotat causam impulsiuam, & non finalem. Ita Bald. *cons.*237. *incip. Titius in testamento, num.*4.& 5. *vers. vlteriùs quæritur, lib.* 1. Corn. *cons.* 153. *incip. In præsenti consult. num.* 5. & 6. *lib.*2. Felin. *in cap solita, num.*2. *de maiorit.& obedientia,* quos refert Card. Tusch. *d. lit.D. conclus.*318. *num.* 1.

5 Amplia, vt importet causam remotam, & impulsiuam, siue directè, siue indirectè, siue quocumque modo, vt per Angel. Aret. *cons.*87. *incip. In casu, num.* 54.& 55. Card. Tusch. *d. conclus.*318. *num.*6.

6 Intelligenda latissimè est hæc dictio, adeò vt com

comprehendat etiam quamcumque occasionem sine ratione: & ideò differt à causa, quæ propriè per se ordinatur ad aliquid; sed occasio etiam remotissimam causam, & non rationabilem comprehendit, vt per Bald. *cons. 119. incip. statuto cauetur, num. 7. vers. sed contra, lib. 2.* Felin. *in d. cap. solitæ.* Corn. *cons. 153. num. 5. & 6. lib. 2.* Angel. *cons. 288. incip. Viso themate, num. 3. vers. illud enim verbum.* Cæs. de Grass. *decis. 2. num. 12. de constit.* Menoch. *cons. 335. num. 25. & 28.*

7 Vnde vulgò dicitur: Qui vult discedere ab amico, occasionem quærit, id est, quamcumque causam remotam, & non veram. Corn. *d. cons. 153. num. 7. lib. 2.* Et sic sumitur pro causa irrationabili, licèt aliquando pro causa vera, & in partem bonam accipiatur, ex notatis per Felin. *in d. cap. solitæ, num. 2.*

8 Differt igitur *Occasio* à *Causa*, quia hæc accipitur pro finali; illa verò, scilicet *Occasio*, pro impulsiua sumitur, vt per Tiraq. *d. lim. 13. num. 4. & 5.*

9 In alio etiam differt *Occasio* à *Causa*, quia *Causa* consistit in Iure *Occasio* verò in facto; vt per Felin. *in d. cap. solitæ, num. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. concluf. 318. num. 5.*

10 Licèt autem hæc dictio importet latissimè causam remotam, tamen non importat, quòd recedatur à terminis, cuius occasione aliquid ordinatur; ideò habentes facultatem imponendi pœnas bannitis quocumque prætextu, vel occasione, non possunt imponere pœnam aliis non bannitis, etiam pro delicto, vel pro occasione bannitorum. Angel. de Perus. *cons. 63. incip. Nobilis, num. 5. vers. nec obstat, si dicatur.* Card. Tusch. *d. concluf. 318. num. 7.* vbi *num. 8.* post Castr. *cons. 25. in princip. vers. vnde superflua, lib. 1.* subdit, restrictionem vt non includatur species diuersa ex hac dictione. Et hinc infert, quòd si est factum compromissum occasione certæ hæreditatis, non veniet in compromisso res diuersa ab hæreditate.

11 Importat hæc dictio idem quod dict. *Propter*, vt per Signorol. *cons. 188. num. 7.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. concl. 346. num. 2.*

Olim.

Dictio CCXXXVII.

1 TRia tempora denotare potest hæc dictio, præsens scilicet, præteritum, & futurum, vt per glos. *in l. nec emptio, C. de contraben. empt. & in l. eius, qui in prouincia, ff. si certum petat.* Fulgos. *cons. 22. num. 3.* vbi idem de dictionibus *Quondam, iam, retrò,* & *dudum.* Gozad. *cons. 58. num. 22.* Corn. *cons. 163. sub num. 2. vers. olim, circa medium, vol. 1.* Tindar. *de testib. cap. 6. num. 19.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 68.* Card. Tusch. *practic. concluf. tom. 2. lit. D. concl. 319. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dictio* Omnimoda, *quæ comprehendit omnia.*

2 *Verba* Omnimoda dispositio *sunt generalia, & comprehendunt quamlibet dispositionis speciem.*

Omnimoda.

Dictio CCXXXVIII.

1 EST vniuersalis, quæ comprehendit omnia, vt per glos. *verb. omnimoda, in Clem. quamuis, de foro compet.* Anton. de Butr. *cons. 19. num. 5.* Decian. *cons. 35. num. 47. lib. 2.* Card. Tusch. *practic. concluf. tom. 2. lit. D. concl. 320. num. 1.*

2 Verba *Omnimoda dispositio* esse generalia, & comprehendere quamlibet dispositionis speciem tradunt Gemin. *cons. 15. num. 3.* & Card. Tusch. *d. lit. D. concluf. 485. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Præcisa est dictio* Omni modo, *& importat idem quod* Per omnem modum.

2 *Voluntatem liberam & præcisam denotat dictio* Omni modo.

3 Omnimodò *significat idem quod* Totaliter, Penitus.

4 *Substantiam, & totalitatem importat dictio* Omni modo.

5 *Dict.* Omni modo *est apta comprehendere omnes species eius, cui annectitur.*

6 *Perpetuitatem importat quandoque dict.* Omni modo.

7 *Potestatem plenariam denotat dictio* Omni modo.

8 *Dispensare nunquam potest inferior vbicunque à lege disponitur, vt aliquid omni modo fiat.*

9 *Dict.* Omni modo *iuncta alicui verbo, facit vt verbum illud capiatur vt genus, & omnia comprehendat.*

10 *Sententiæ latæ canonem quandoque importat dict.* Omni modo.

11 *Interpretationem congruam recipit à iure communi dict.* Omni modo, *licèt sit præcisa.*

Omni modo.

Dictio CCXXXIX.

1 HÆc dictio est præcisa, & importat idem quod *Per omnem modum*, vt per Panorm. *in cap. conquestus, num. 4. de foro compet.* Ias. *in l. liber homo, num. 2. ff. de verbor. oblig. & in §. curare, num. 4. Instit. de actionib.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 73. cum seqq. C. de reuocand. donat.* Paris. *cons. 38. num. 78. vol. 1. & cons. 1. num. 16. vol. 4.* Gram. *vot. 31. num. 3.* Dec. *cons. 356. num. 3.* Ruin. *cons. 61. num. 25. vol. 5.* Alciat. *cons. 486. num. 3.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 71. num. 1. in princip.* quoad alios denotans liberam, & præcisam voluntatem. Felin. *in cap. auditis, num. 7. vers. adde etiam, de præsumpt.* Gozad. *cons. 25. sub num. 16.* Socin. sen. *cons. 43. num. 12. vol. 4.* Paris. *d. cons. 1. num. 16. vers. & vlteriùs, lib. 4.* Tiraq. *in d. verb. reuertatur, num. 88. & 89.* Card. Tusch. *practic. concluf. tom. 2. lit. D. concl. 320. num. 2.* vbi *num. 3.* post Rotam *decis. 28. num. 3. & seq. p. 2. diuers.* declarat. vt

2

procedat,

procedat, quando ſtat de per ſe, ſecùs ſi haber ſecum adiunctam conditionem, vel voluntatem.

3 Significat indiſtinctè, & idem quod *Totaliter*, vel *Penitùs*, vt *in l. ſi cum exceptione*, §. *ſed quam*, vbi gloſ. & Bart. *ff. quod metus cauſa*. Grat. *conſ.* 160. *num.* 10. *lib.* 2. Rolan. *conſ.* 27. *num.* 24. *tom.* 4. Phanuc. *de inuent. p.* 7. *num.* 29.

4 Denotat ſubſtantiam, & totalitatem, vt per Rebuff. *in l. vnica, in* 4. *notab. num.* 21. *C. de ſentent. quæ pro eo*, quem refert Cened. *d. ſing.* 71. *num.* 3.

5 Non ſolùm eſt præciſa, vt ſuprà dixi, ſed etiam apta comprehendere omnes ſpecies eius, cui nectitur, vt fuit dictum *in Placentina Archidiaconatus*, 4. *Maij* 1574. *coram Card. Blanchetto, & in Aſſiſien. Canonicatus*, 14. *Iunij* 1600. *coram Card. Sacrato, & in Calaguritana Canonicatus*, 20. *Iunij* 1605. *coram Card. Lancellotto.*

6 Importat quandoque perpetuitatem, vt *in l. ſi cum exceptione*, §. *quatenus, verſ. omni modo*, & ibi Bart. *ff. quod metus cauſa*, gloſ. & Anchar. *in Clem.* 1. *de vita, & honeſt. Clericor.* notat Vulpell. *de præpoſ. & aduerb.*

7 *ſignif. ſub hac dict. pag.* 69. vbi etiam ſubdit, quòd denotat plenariam poteſtatem, & *num.* 4. tenet, quòd

8 vbicumque à lege diſponitur, vt aliquid omninò, vel omnimodò fiat, nunquam inferior diſpenſare poteſt, vel legem condere contra id, quod à maiori diſpoſitum eſt.

9 Iuncta hæc dictio alicui verbo facit, vt verbum illud capiatur vt genus, & omnia comprehendat, vt per Verall. *deciſ.* 297. *num.* 3. *p.* 1. Pariſ. *conſ.* 9. *num.* 3. *lib.* 1. Caputaq. *deciſ.* 297. *num.* 3. *p.* 1.

10 Canonem latæ ſententiæ quandoque importat, vt per gloſ. *verb. ſed meliùs, & verb. irroganda, in auth. qui res, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Roman. *ſing.* 1. *num.* 2. Matheſil. *ſing.* 111. *in princip.* Hippol. *in pract.* §. *aggredior*, *num.* 125. Tiraq. *d. verb. reuertatur, à num.* 88. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 122.

11 Verùm licèt hæc dictio ſit præciſa, nihilominus congruam recipit interpretationem à Iure communi, vt tradunt gloſ. Bart. & Iaſ. per text. ibi *in l. ſtipulatus ſum damnum, ff. de verbor. oblig.* Dec. *conſ.* 356. *num.* 4. *verſ. ſimiliter, & in l. ſi quis in conſcribendo, num.* 12. vbi Iaſ. *num.* 6. *C. de pactis.* Ruin. *conſ.* 8. *num.* 11. *vol.* 5. Rolan. *conſ.* 61. *num.* 55. *vol.* 2. *& conſ.* 75. *num.* 21. *vol.* 3. Cened. *d. ſing.* 71. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

3 *Caſus omnes indiſtinctè comprehendit dictio* Omninò.

Omninò *importat, & idem ſignificat quòd*:

2 Omni caſu, Nullo modo.
4 Abſolutè.
5 Penitùs.
6 Indiſtinctè, Omni ex parte.
7 Omnimodò.
8 Sine diminutione.
9 Sine fine, In perpetuũ.
10 Liberè.
11 Sine diſpenſatione.

12 *Præciſa eſt dict.* Omnino, *habétque præciſam naturam.*

13 *Reſtrictionem aliquam non patitur dictio* Omnino, *importátque præciſam exequutionem.*

14 *Neceſſitatem præciſam denotat dictio* Omnino.

15 *Decreti irritantis vim habet dictio* Omnino, *& quicquid ſit contra clauſulam vbi talis dictio reperitur, pro infecto haberi debet.*

16 *Proceſſum nullum reddit dictio* Omninò, *quemadmodum dict.* Nullo modo.

17 *Exceptionem excludit dict.* Omninò.

18 *Interpretationem à iure communi recipit dictio* Omninò.

19 *Sententiæ latæ eſt dict.* Omnino, *& importat idem ac* Ipſo iure, *vbi adijcitur verb. futuri temporis.*

Omninò.

DICTIO CCXL.

DE vi, & effectibus huius dictionis vidè Roland. 1 *conſ.* 84. *num.* 3. *cum ſeq. lib.* 1. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 73. *&* 76. *cum ſeqq.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. ſeu aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 70. Mathien. *in rubr. tit.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 39. *cum ſeqq. & l.* 1. *tit.* 4. *gloſ.* 4. *num.* 18. *lib.* 5. *noua Recopil.* Ruin. *conſ.* 133. *num.* 8. *& conſ.* 154. *num.* 8. *vol.* 1. *& conſ.* 150. *num.* 17. *vol.* 2. Dilect. *de arte teſtand. cautel.* 8. *num.* 4. Hojeda *de incompatib. benefic. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Grat. *conſ.* 1. *num.* 33. *vol.* 2. *& conſ.* 9. *num.* 91. *vol.* 1. Addit. ad Roman. *ſing.* 1. & ad Matheſil. *ſing.* 111. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil.* 21. *num.* 13. Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 32. *gloſ.* 4. *num.* 6. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 322. Cened. *ad Decretal. collect.* 177. *num.* 3. *& poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 24. Turſellin. *de particulis Latinæ orationis, cap.* 119. Grat. *de dictionib. dict.* 150.

Hæc dictio communiter accipitur, id eſt, *Omni* 2 *caſu*, ſeu *Nullo modo*, vt per Alex. *in l. qui vſumfructum, col. penult. ff. de verbor. oblig.* Iaſ. *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimon. num.* 25. *verſ. ſecundò ſtringit, & in l.* 5. §. *per ſeruum, num.* 2. *ff. de acquiren. poſſeſſ.* Alex. *conſ.* 13. *num.* 7. *lib.* 2. Decian. *conſ.* 582. *num.* 2. Grat. *citato loco.* Addit. ad Matheſ. *d. ſing.* 111. *num.* 2. Ruin. *conſ.* 133. *num.* 8. *vol.* 2. Nam indiſtinctè comprehendit omnes caſus, & non poſſumus dicere, quòd magis comprehendat vnum caſum, quàm alium. Socin. Iun. *conſ.* 131. *num.* 23. *vol.* 1. *& conſ.* 154. *num.* 8. *vol.* 1. *& conſ.* 61. *num.* 25. *vol.* 2. Rolan. *conſ.* 84. *num.* 24. *vol.* 1. *& conſ.* 61. *num.* 37. *vol.* 3. Flamin. *de reſign. lib.* 11. *in præfat. num.* 12. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 2. *num.* 205. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil.* 49. *num.* 44. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 322. *num.* 10. vbi poſt Iaſ. *in l.* 1. §. *per ſeruum, num.* 2. *in* 1. *notab. ff. de acquiren. poſſeſſ.* dicit, quòd non ſemper importat *Nullo modo.*

Item importat idem quod *Abſolutè, Liberè, To-* 3 *taliter*, & *Simpliciter*. Oldrad. *conſ.* 324. *num.* 8. *verſ. ſecundò in aliis*, quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 322. *num.* 1. Menoch. *conſ.* 2. *num.* 257. Rolan. *conſ.* 100. *num.* 144. *vol.* 4. Ruin. *conſ.* 117. *num.* 10. *vol.* 3.

Item importat idem quod *Penitùs*. Alex. *conſ.* 53. 4 *incip. Viſis, num.* 6. *verſ. tertio reſpondeo, lib.* 2. *& num.* 7. vbi Apoſtill. *in verb. Omninò.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 322. *num.* 2. *& num.* 9.

6 Item importat idem quod *Indistinctè*, & *Omni ex parte*, vt *in l. si cum exceptione*, §. *quatenùs*, & ibi glos. *ff. quod metus causa*, & *in l. vbi autem*, §. *fin. ff. de verbor. oblig.* & *in Clem.* 1. vbi glos. *verb. omninò*, *de vita*, & *honest. Clericor.* notant Tiraq. *d. verb. reuertatur*, *num.* 89. Octauian. Vulpell. *citato loco*, *statim in princip.* Alex. *cons.* 13. *num.* 7. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 1. *num.* 21. & *cons.* 687. *num.* 44. & *cons.* 401. *num.* 169. Ruin. *cons.* 20. *num.* 4. *vol.* 1. & *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 166. *num.* 49. Bertazol. *d. claus.* 32. *glos.* 4. *num.* 6. Matien. *in rubr. tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 39. *lib.* 5. *noua Recopil.* Flamin. *d. lib.* 11. *in præfat. num.* 11. D. Barbosa *in l.* 1. *p.* 4. *num.* 19. *ff. soluto matrimon.* Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil.* 58. *num.* 15. Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 32. *num.* 6. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de Iustitia, & Iure, p.* 1. *cap.* 8. *num.* 40.

7 Item idem importat, quod *Omnimodò*. Bart. *in l. Græcè*, §. *illud*, *num.* 2. *ff. de fideiussor.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 322. *num.* 3.

8 Item operatur *Sine diminutione*. Crescen. *decis.* 6. *de testam. num.* 6.

9 Item idem operatur, quod *Sine fine*, seu *In perpetuum*. Dec. *cons.* 260. *num.* 2. & *cons.* 265. *num.* 2. Menoch. *cons.* 1. *num.* 21. & *cons.* 2. *num.* 257. Vnde si dicatur, quòd omninò sint separati, hoc *Omninò* importat separationem perpetuam, seu continuam, vt per Abb. *cons.* 8. *incip. Videtur*, *col.* 2. *in princip. vers. nec obstat*, *lib.* 1. quę refert Card. Tusch. *d. concl.* 312. *n.* 8.

10 Idem operatur, quod *Liberè*. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. cap. licet*, §. *statuit*, *in verb. omninò*, quem refert Cened. *d. sing.* 24. *num.* 1. *in fine.*

11 Item operatur idem, quod *Sine dispensatione*. Abb. *in cap. qualiter*, 2. *de accusat. col.* 3. *num.* 18. *vers. sed contra*, vbi ait, quòd excludit omnem gratiam, & misericordiam, seu dispensationem, prout verba *Nullo modo*. sequitur Felin. *in cap. ex parte*, 1. *de officio deleg.* vbi quòd glos. ibi exponit, *Sine pactione aliqua*, refert Card. Tusch. *d. conclus.* 322. *num.* 7. & ita excludere omnem gratiam, & dispensationem, resoluunt Matien. *d. glos.* 1. *num.* 39. & Sanch. *d. lib.* 1. *disput.* 32. *num.* 6. & impedire dispensationem, vbi ponitur in lege, quòd aliquid omninò obseruetur, tradit Socin. sen. *cons.* 111. *num.* 6. *vol.* 1.

12 Est præcisa hæc dictio, habétque præcisam naturam, vt *in l. si cum exceptione*, §. *sed si quis*, & ibi glos. *in verb. omninò*, *ff. de eo*, *quod metus causa*, glos. *verb. omninò*, *in cap. ex parte*, *de offic. deleg.* glos. etiam *verb. omninò*, *in cap. & si Christus*, *de iureiurando*. Felin. *in cap. Rodulphus*, *col.* 21. *in verb. omninò*, *de rescript.* Dec. *in l. omnes*, *num.* 1. & 2. *C. qui testamenta facere possunt*, & *cons.* 1. *num.* 5. *tom.* 1. & *cons.* 582. *num.* 2. *tom.* 2. Alex. *cons.* 88. *incip. In causa*, *lib.* 4. Card. Tusch. *d. conclus.* 322. *num.* 4. Tiraq. *d. verb. reuertatur*, *num.* 78. Ias. per text. ibi *in l. precibus*, *num.* 2. *C. de impub. & in l.* 2. *num.* 72. *C. de iure emphyt. & in l. si insulam*, *num.* 16. *vers.* 4. *ff. de verbor. oblig. & in l. quòd ze*, *num.* 28. *ff. si certum petat.* Dilect. *de arte testandi*, *tit.* 8. *cautel.* 8. *num.* 4. Grat. *cons.* 1. *num.* 33. & *cons.* 9. *num.* 91. *lib.* 1. & *cons.* 66. *num.* 7. *lib.* 2. Hoieda *de incompatib. benefic. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Gozad. *cons.* 8. *num.* 8. Rolan. *cons.* 84. *num.* 23. *tom.* 1. & *cons.* 100. *num.* 144. *tom.* 4. Rimin. *in* §. 1. *de donat. num.* 43. & 142. Flamin. *de resign. lib.* 11. *q.* 11. *num.* 5. & *num.* 52. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 6. *num.* 20. Maresc. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 10. & *lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 22.

13 Vnde cùm hæc dictio præcisam naturam habeat, restrictionem aliquam non patitur, importátque præcisam exequutionem. Menoch. *cons.* 2. *num.* 256. Tiraq. *d. verb. reuertatur*, *num.* 78. vbi etiam subdit,

14 quòd præcisè cogit ad factum, præcisámque denotat necessitatem. Grammat. *vot.* 31. *num.* 4. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de concubin.* §. *quia verò*, *in verb. omnino*. Cened. *d. sing.* 24. *num.* 2. *in fine.*

Atque ita est præcisa, vt habeat etiam vim de- 15
creti irritantis, vt per Matien. *l.* 1. *glos.* 4. *num.* 18. *ad finem*, *tit.* 4. *lib.* 5. *noua Recopil.* Lambert. *de iure patronatus*, *lib.* 2. *p.* 1. *q.* 7. *art.* 30. *num.* 19. Ozasc. Pedem. *decis.* 165. *num.* 14. Maresc. *d. lib.* 2. *variar. resolut. cap.* 29. *num.* 11. Vnde cùm contineat clausulam decreti irritantis, quidquid fit contra clausulam, vbi talis dictio reperitur, pro infecto haberi debet; per ea, quæ tradunt Hoieda *de incompatib. benefic. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. Cabal. *milleloq.* 467. & Ceual. *commun. contra comm. q.* 727. *num.* 12. *cum seqq.* Et reddit processum 16
nullum, quemadmodum dictio *Nullo modo*, vt ex Tiraq. *d. verb. reuertatur*, *num.* 125. notat Stephan. Gratian. Marchiæ *decis.* 51. *num.* 11.

Sic etiam excludere exceptionem, tenet Sera- 17
phin. *de priuileg. iuramenti*, *priuil.* 49. *num.* 44. non tamen excludit illam, quæ prouenit ab ipsa dispositione habente talem orationem, vt ait Dec. *cons.* 356. *nu.* 3.

Verùm quamuis hæc dictio *Omninò* sit præcisa, 18
vt dictum est, recipit tamen congruam interpretationem à Iure communi, vt tradunt Corset. *sing.* 149. Ias. *in l. precibus*, *num.* 2. *C. de impub.* Bald. *in l. fin. col.* 1. *ff. de contrahen. empt.* Dec. *in l. si quis in conscribend. C. de pactis*, *num.* 12. quos refert Cened. *d. sing.* 24. *num.* 4.

Hæc dictio est latæ sententiæ, & importat idem 19
ac *Ipso Iure*, præcipuè vbi adiicitur verbo futuri temporis, vt per Alex. *in l. si insulam*, *num.* 13. *ff. de verbor. oblig.* Roman. *sing.* 1. *num.* 1. Corset. *sing.* 194. Addit. ad Mathesil. *sing.* 111. glos. *verb. carere*, *in cap. licèt canon*, *de elect. lib.* 6. Tiraq. *in d. verb. reuertatur*, *num.* 76. Bermond. *in tit. de publicis concubin. in verb. iubemus*, *vt ipsum*, *in princip. fol.* 197. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de concubin.* §. *quia verò*, *in verb. omnino*. Benintend. *decis.* 37. *num.* 7. Rebuff. *in comment. ad l. pecuniæ*, 178. *vers.* 2. *ff. de verbor. signif. pag.* 178. Rebell. *de oblig. Iustitiæ*, *p.* 1. *lib.* 1. *q.* 6. *num.* 44. Bernard. Muscatell. *de modo fideiubendi*, *p.* 1. *modo* 14. *num.* 12. Card. Tusc. *verb. priuatio*, *conclus.* 719. *num.* 22. Cened. *d. sing.* 24. *num.* 6. Franc. Leo *in Thesaur. fori Ecclesiast. p.* 4. *cap.* 1. *num.* 71. Monet. *de distribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *num.* 37. Ioan. de Salas *in tract. de legib. q.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 7. *sub num.* 79. & *disput.* 16. *sect.* 8. *num.* 29. *in fine.* Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex*, *num.* 121.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dict.* Omnis. *& nihil excludit.*
2 *Masculos & fœminas comprehendit dictio* Omnis.
3 Omnis, *complectitur ea, quæ aliàs non excluderentur.*
4 *Restrictionem nullam recipit dictio* Omnis, *prolata ab homine.*
5 *Casus plures etiam dissimiles facit comprehendere dict.* Omnis.
6 Omnis *comprehendit ea quæ aliàs non comprehenderentur.*
7 Omnis *in vno saluari, seu adaptari nõ potest.*
8 *Collectiua plurium est dictio* Omnis.
9 Omnis *ad minus verificatur in tribus.*
10 *Signum vniuersale est dictio* Omnis, *quod prædicatur de pluribus differentibus numero, non autem de differentibus specie.*
11 *Bona omnia, tam mobilia, & immobilia, quàm*

iura

Iura & actiones comprehendit dict. Omnia, *& an comprehendat futura, num.* 12. 13. *&* 14.

15 Omne, *&* Totum, *in quo differant, oſtenditur.*

16 Omne, *qui dicit, nihil excludit.*

17 *Voluntas reſtringendi quando ex verbis præcedentibus colligeretur, tunc dictio* Omnis *non eſt generalis.*

18 *Dictio* Omnia *non extenditur ad bona prohibita alienari.*

19 *Omnia non comprehendit dictio* Omnis, *quando ex tali comprehenſione abſurdum reſultaret.*

20 *Reſtringitur aliquando dict.* Omnis, *ratione ſubiectæ materiæ.*

21 *Collectiua plurium eſt dictio* Omnis.

22 *Diſtributiua eſt dict.* Omnis, *& attribuit actum cuilibet in ſolidum, quando ponitur in numero ſingulari, in plurali verò attribuit ſimul collectiuè.*

23 Omnis *apud Grammaticos ſæpe vſurpatur pro* Totus.

24 Omnis *pro* Quicumque *aliquando reperitur.*

25 Omnis *quandoque per traductionem iteratur, quæ valet ad breuiter ampliandum, vt* num. 26.

Omnis.

Dictio CCXLI.

1 ESt vniuerſalis hæc dictio, & nihil excludit, vt *in l. Iulianus, & in l. teſtatorem, in princ. ff. de leg.* 3. *& in l. hoc articulo, ff. de auro, & argento legato,* notant Ang. *conſ.* 331. *incip. An in reſtitutione, col.* 2. *in fine, verſ. verbum enim.* Rom. *conſ.* 44 *incip. Ex ſuprà narrato, n.* 5. *in fine, verſ. attendenda ergo,* vbi Apoſtill. *in verſ. Omni caſu.* Dec. *in l. omnia, ff. ſi certum pet. & conſ.* 30. *num.* 4. *tom.* 1. Roland. *conſ.* 87. *num.* 8. *vol.* 2. *& conſ.* 27. *num.* 27. *vol.* 4. *& conſ.* 85. *num.* 49. *etiam vol.* 4. Neuizan. *conſ.* 71. *num.* 6. Pariſ. *conſ.* 35. *num* 5. *vol.* 1. *& conſ.* 90. *num.* 6. *vol.* 4. Ruin. *conſ.* 76. *num.* 9. *vol.* 1. *& conſ.* 61. *num.* 25. *vol.* 5. Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. totam, num.* 1. *C. de reuoc. donat.* Natt. *conſ.* 63. *nu.* 12. *cum ſeqq. & conſ.* 160. *num.* 24. *tom.* 1. Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de reſeru. cap. & quia, in §. ipſas omnes, in verſ. Omnes.* Gom. *in §. ſequens, num.* 6. *& in §. omnium, num.* 7. *Inſtit. de action. & in reg. de triennali, quæſt.* 14. *col.* 2. *in princ.* Iaſ. *in authent. præterea. C. vnde vir, & vxor, num.* 15. Alex. *conſ.* 195. *incip. Perſpectis, nu.* 3. *&* 4. *lib.* 5. Mandoſ. *in tract. de priuileg. ad inſtar, gloſ.* 14. *num.* 6. Rimin. Iun. *conſ.* 27. *num.* 10. *& conſ.* 59. *num.* 5. Anton. Theſaur. *deciſ.* 199. Plot. *de in litem iuran.* §. 1. *num.* 14. Caualcan. *de vſufructu mulieri relicto, cap.* 1. *num.* 81. Menoch. *rem.* 15. *recuperan. num.* 294. vbi ait, quòd natura huius dictionis eſt latiſſima, & omnia comprehendit, ſiue mobilia, ſiue immobilia, & *conſ.* 20. *num.* 17. *& conſ.* 156. *num.* 23. *&*

2 *conſ.* 282. *num.* 12. *& conſ.* 585. *num.* 17. vbi ait, quòd eſt vniuerſalis, comprehendens tam maſculos quàm fœminas, & *conſ.* 1060. *num.* 12. *& conſ.* 1120. *num.* 3. Boër. *deciſ.* 158. *num.* 14. *poſt princip.* vbi ait, quòd eſt vniuerſalis & integralis, quando ad diuerſos, & non ad vnum refertur. Burgoſ. de Pace, *conſ.* 25. *nu.* 28. Curt. Iun. *conſ.* 183. *num.* 4. vbi dicit, quòd omnia comprehendit. Bertazol. *de clauſul. inſtrum. clauſ.* 21. *gloſ.* 4. *num.* 1. Surd. *deciſ.* 265. *num.* 30. *& conſ.* 170. *num.* 3. *& conſ.* 279. *num.* 17. *& conſ.* 380. *num.* 36. *& conſ.* 424. *num.* 17. *& conſ.* 466. *num.* 25. *& conſ.* 572. *num.* 3. Flamin. *de reſign. lib.* 11. *quæſt.* 3. *num.* 17. Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcopal. Neapolitanæ, deciſ.* 287. *num.* 1. *p.* 2. Cened. *poſt librum pract. & canonic. quæſt. ſing.* 25. *num.* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Canc. gloſ.* 6. *num.* 21. Anton. Monach. Florentin. *deciſ.* 69. *nu.* 7. *& deciſ.* 71. *num.* 18. Steph. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 24. *num.* 5. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 9. *n.* 5. Hond. *conſ.* 76. *num.* 33. *vol.* 2. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 1. *nu.* 187. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 397. *num.* 1. Gregor. *deciſ.* 315. *num.* 11. vbi ait, quòd neminem excludit, & idem operatur, ac ſi de ſingulis eſſet facta ſpecialis expreſſio. Præcipuè quando dicitur, omnes, & ſingulos: nam propter illam geminationem includuntur prorſus omnes abſque vlla reſtrictione, gloſ. *verb. omnia, in cap. vt circa, de elect. lib.* 6. Illæ enim dictiones interpretantur vt omnes ſimul, & ſinguli de per ſe ſumpti. Pariſ. *conſ.* 97. *incip. Vt præſentis, num.* 92. *lib.* 1. Surd. *conſ.* 73. *nu.* 64. vbi ſubdit, quòd huiuſmodi geminatio ſolet multum operari, per text. *in l. Balliſta. ff. ad Trebell.*

Amplia primò, quòd propter ſuam generalitatem 3
complectitur ea quæ aliàs non includerentur, vt ex notatis per Bart. *in l. generali, §. vxori, ff. de vſufructu legato.* Natt. *d. conſ.* 160. *num.* 29. Gratian. *conſ.* 5. *nu.* 59. *& conſ.* 65. *num.* 3. *lib.* 2. Anchar. *quæſt.* 72. *nu.* 32. *p.* 1. *& quæſt.* 7. *num.* 2. *p.* 2. Roland. *d. conſ.* 87. *num.* 8. *& ſeq.* Surd. *deciſ.* 255. *num.* 8. *& conſ.* 453. *nu.* 44. *& conſ.* 466. *num.* 25. Maſcard. *de probat. concluſ.* 148. *ſub num.* 9. *vol.* 1. Eſt enim adeo vniuerſalis, vt pro- 4
lata ab homine, nullam reſtrictionem recipiat, ſecundùm Bart. *in d. l. generali, §. vxori.* Ruin. *conſ.* 61. *nu.* 15. *vol.* 5. & Rol. *conſ.* 27. *num.* 22. *& ſeq. & conſ.* 76. *num.* 49. *tom.* 4.

Secundò amplia, quòd hæc dictio adeò eſt vni- 5
uerſalis, vt faciat comprehendere plures caſus etiam diſſimiles, ex adductis per Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiepiſcop. Neapolitanæ, deciſ.* 287. *num.* 4. *p.* 2. Gom. *in §. ſequens, num.* 6. *& in §. omnium, num.* 7. *Inſtit. de act.* Dec. *in cap. quoniam, num.* 2. *de conſtit.* & ibi Addit. *lit. A.* & B. Cened. *d. ſing.* 25. *num.* 7.

Tertiò amplia, quòd ita eſt vniuerſalis hæc 6
dictio, vt comprehendat ea, quæ aliàs non comprehenderentur, vt per Anton. Monach. *d. deciſ.* 69. *num.* 8. vbi *num.* 9. ſubdit, ſimiliter dicendum de his, quæ non comprehenderentur ex proprietate vocabuli.

Quartò amplia, generalitatem huius clauſulæ, 7
quòd nec in vno ſaluari, nec adaptari poteſt, vt per Oldrad. *conſ.* 139. *num.* 6. Corn. *conſ.* 245. *num.* 12. *vol.* 1. *& conſ.* 61. *num.* 27. *vol.* 3. *& conſ.* 103. *num.* 6. *& conſ.* 125. *num.* 7. *vol.* 4. Ruin. *conſ.* 104. *num.* 3. *vol.* 2.

Eſt enim collectiua plurium. Caſtr. *conſ.* 271. *in* 8
princip. lib. 2. Tuſch. *d. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 252. *num.* 5. nam ad minùs verificatur in tribus. Rebuff. *in l. vnica, in* 4. *not ab. num.* 17. *C. de ſent. quæ pro eo,* quem refert Cened. *d. ſing.* 25. *num.* 7. Et quòd contentatur etiam de duobus, dicit Caſtr. *conſ.* 123. *in cap. Viſo, in princip. lib.* 1. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 252. *num.* 6. Eſt enim ſignum vniuerſale, quod prædi- 9
catur de pluribus differentibus numero, non autem de differentibus ſpecie. Ita Iaſ. *in l. imperium, num.* 12. *&* 13. *ff. de iuriſdict. omnium Iudicum.* Card. Seraphin. *deciſ.* 205. *n.* 2. Card. Tuſch. *d. lit. D. concl.* 397. *n.* 3. *&* 13.

11 Quintò amplia, quòd natura huius dictionis ita est latissima,& vniuersalis,vt comprehendat omnia bona, tam mobilia, & immobilia, quàm Iura, & actiones, vt per Menoch. *remed. 15. recuperan. num.* 294. Seraphin. *decis.*584. *num.*3.

12 Vtrùm autem veniant etiam bona futura,quæstio est dubia: nam quòd veniant etiam futura, videtur probare text. vbi notauit glos. vlt. *in l. quoties, §. vlt. ff.de vsufructu,*dum resoluit,quòd si quis legat vsumfructum omnium bonorum suorum, venit vsusfructus præsentium bonorum, & futurorum, & videtur etiam deduci ex *l.nam quod,*14. *§.vlt. cum seqq. numer. ff. ad Trebell.* vbi fideicommissum omnium bonorum vniuersale esse Iureconsulti sæpiùs responderunt, adnotauit Bart. *in l.si ita, num.* 4. *vers. aut in testamento, ff. de auro, & argento legato,* sequitur constanter Bero. *q.*50.*familiari,à num.*5. Menoch.*de præsumptionib. lib.* 4.*præsumpt.* 127. *num.* 28. Et quòd comprehendat etiam futura, quæ aliàs non venirent; dicunt Abb. *in cap. fin, ne Cleric. vel Monach.* Surd. *cons.*73 .*num.* 63.

13 Verùm contrariam regulam negatiuam, quòd solùm præsentia, non futura comprehendantur, videntur Doctores communiter tradidisse *in l.vlt. §.*1. *ff. de leg.* 2. per text. ibi, vbi legatum generale de omnibus, seu vniuersis rebus cum fratre communibus, interpretatur Iureconsultus de existentibus tempore testamenti; & deinde quia in testamentis, & in contractibus, vbi aliud tempus non exprimitur, esse attendendum tempus testamenti, vel contractus, probatur ex generalibus principiis, *l.si ita scripsisset,* 47. *ff. de legat.* 2. *& l. Rutilia, ff. de contrahen.empt.* & deducitur ex verosimili testatoris,vel contrahentium voluntate; quæ non videntur intellexisse generalia verba de iis; quæ superueniunt. *l. Iulianus,* 6. ibi, *Nec aduertiuit casus computandi sunt, ff. qui & à quibus.* Ex quibus in illo casu, quando testator dixit: Lego omnes res meas, vel omnia bona mea,quæ habeo Romæ: resoluit Bart.*d.num.*4. *in princip.* quòd non veniunt futura. Sequuntur alij frequentissimè, vt per Bero. *citato loco.* Menoch. *d. præsumpt.* 127.*num.* 29. Card. Mantic.*de coniect. vltim. volunt.lib.*3.*tit.*11.*in princip,*

14 Quare in hac difficultate melius resoluitur cum eodem Bart. *d. num.* 4. *vers. & verius,* quem sequitur Bero. *num.* 10. malè eius mentem percipiens,distinguendo scilicet inter contractus, & vltimas voluntates; quòd scilicet in iis, si verba generalia sint, quia simpliciter dixit: Lego omnes res meas,omnia bona mea: etiam futura continentur, quia si hæc generalis dispositio importat titulum vniuersalem hæreditatis. Et hoc concludit fundamentum *d. l. nam quod, §.vlt.* iunctis iis, quæ de eius materia latè tradunt Cost. *in cap.si pater,p.* 1. *verb. bonis, à princip.* Peregr. *de fideicommiss.art.*5. *à num.*5. Vnde non idem erit dicendum, quando verba generalia hæreditatis vniuersalis titulum non important, veluti quando dixit: Omnia bona,quæ habeo Romæ: vel si dicat: Lego omnia mobilia: ex iis, quæ idem Costa citato loco latè disputat,& multi,de quibus Peregr.*d.art.*5. *num.* 43. & sic procedit *d. l. quoties, §. vlt.* In contractibus verò,quia verba illa, *Omnia bona mea* institutionem hæredis, & titulum vniuersalem non important, meritò contrarium est resoluendum ex adductis per Bart.vbi proximè, indéque cauendum est à Bero. qui ex sententia Bart. probare nititur,legatis omnibus mobilibus futura comprehendi: loquitur enim contra ipsum Bart. & quæ suprà adduximus.Doctrina igitur ipsius Bart. quòd legatum omnium bonorum ad futura extenditur, vera est, si vniuersalem titulum institutionis importet, vt ipse Bart. expresse se ipsum declarauit. Quando autem, & quibus casibus id fiat,ex aliis locis petendum est, præcipuè ex *d. l. nam quod,* & ex *l. his verbis,* 100. *ff. de legat.* 3. Couar. *in cap. Raynutius, §.* 1. *à num.* 9. *de testam.* Cost. *in d. cap. si pater, p.* 1. *verb. res certa, à num.* 12. Peregr. *de fideicommiss. art.* 3. *à n.* 7. *& art.* 5. *à num.*33. licet Castil. *quotid.quæst.lib.*1.*cap.*44 *num.*6. qua solet licentia, reprehendat Menochium, dum tradit, legatum omnium bonorum comprehendere futura; minimè aduertens,non esse singularem Menochij resolutionem, sed Bart. & aliorum omnium communiter, quos priùs refellere oportebat, quàm in vnum, & doctissimum Menoch. inuehi; præstabátque potiùs eos in sano sensu explicare, iuxta suprà dicta,quàm licentiosè reprehendere.

Vnde prouenit illud, quod inter *Omne,* & *Totum* 15
non est differentia,vt per Raudens. *de analogis, lib.* 1. *cap.* 12. *sub num.* 2. & Anton. Monach. *d. decis.*71. *num.* 22. Verùm Dec. *in l. omnia, num.* 2. *ff.si certum petat.* inter has dictiones *Totum,* & *Omne* illud interesse dicit, quòd *Totum* de eadem re dicitur, *Omne* verò de pluribus.Quod etiam tradere videtur Tiraq. *in d. l.si vnquam,verb.totum, num.*8. Galganet. *de different. indiuid. lit. O. num.* 13. vbi *num.*14. subdit,quòd *Omnis,* & *Quilibet* differunt: nam *Omnis* coniungit, *Quilibet* verò distribuit, per *l.si pluribus,* 33.*& l.seq.ff. de legat.* 1.

Hinc etiam vulgata regula: Qui *Omne* dicit,nihil 16
excludit:de qua *in d.l.Iulianus,in princ.& in l.hoc articulo,ff.de hæred.instituen.& in l.fin.ff.de penu legata, & in l.si quis,ff.de peculio legato,& in l.si cui seruo omnes, ff. de legat.*1. *& in l.pœnales, §. fin. ff. de lege Falcidia, & in l. à procuratore, C. mandati, & in cap.solita, de maioritate, & obedientia.* exornant Tiraq. *in d. l.si vnquam, verb. totam, num.* 1.Escobar *de ratiocin. cap.* 7. *num.* 47. *& cap.* 18. *num.* 3. Perett. *ad Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienand. pag.* 92. *num.* 17. Bertazol.*de clausulis instrument.claus.*4.*glos.*3.*num.*1. *& claus.* 21. *glos.* 3. *num.*1.*& in repet l.si quis maior, C. de transact. num.*205. *& num.* 707. Pichard. *ad princip. Instit. de adempt. legat. num.*30. Marc. Anton, *variar.resolut.lib.*1.*resol.*70. *num.*18.

Limita primò, vt non procedat supradicta huius 17
dictionis generalitas, & vniuersalis comprehensio, quando ex verbis præcedentibus colligeretur voluntas restringendi, secundùm Bart. per text. ibi *in l. generali§.vxori,ff.de vulgari.* Alexand.*cons.*167.*col.* 2.*vol.*7.Gom *in d.§.omnium,num.*7.*Instit.de action.*quos refert Cened.*d.sing.* 25.*num.*2.

Limita secundò, vt non extendatur hæc dictio 18
ad bona prohibita alienari, vt per Bero. *q.* 95. Aym. *cons.* 256. *num.*8.Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 105. Cened. *d.sing.* 25. *num.* 4. Adiecta enim in generali obligatione bonorum restringitur ad bona, quæ habilia sunt comprehendi in ea, non autem ad inhabilia, *l. obligatio generalis, ff. de pignor.* Negusan.*in tract.de pignor.membr.*2.*p.*2.*num.*40.

Limita tertiò,vt non comprehendat omnia,quan- 19
do ex eo absurdum resultaret,vt per Dec.*in l. omnia, num.* 1. *ad fin. ff. si certum petat.* Cened *d.singul.* 25. *num.* 4.

Limita quartò, quòd ratione subiectæ materiæ 20
aliquando restringitur, vt per Boër. *decis.* 158. *num.* 14.*prope med.*quem refert Cened.*d.sing.*25.*num.*5.

Dictio *Omnis* est collectiua plurium, vt per 21
Castrens. *cons.* 271. *in princip. lib.* 2. Cardin. Tusch. *practic, conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 252. *num.* 5. vbi *num.* 6. post eumdem Castren. *cons.* 123. *vers. Iis non obstantibus, lib.* 1. subdit, quòd dictio *Omnes* contentatur,

22 tatur etiam de duobus. Quando ponitur in numero ſingulari, attribuit actum cuilibet in ſolidum, & eſt diſtributiua, vt *Quilibet*. gloſ. & Bart. *in l. Moſchis, in princip. ff. de Iure fiſci.* Couar. *lib. 3. var. cap. 7. num. 7. in fine.* Boër. *deciſ. 158. num. 14.* Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de collat. §. ſtatuit, in verb. omnes.* Corn. *conſ. 237. num. 3. vol. 3.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concl. 252. num. 7.* Neguſan. *de pignor. p. 8. membr. 1. num. 49.* Quando verò in plurali profertur, attribuit ſimul collectiuè, & comprehendit Ciuitates, & Collegia. Ita Bart. *in Extrauag. qui ſint rebelles, in verb. Omnes.* Coſm. *in d. verb. Omnes.* Boër. *d. num. 14.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 397. num. 9.* vbi *num. 10.* poſt Alex. *conſ. 118. incip. In caſu, num. 5. verſ. Nam illa verba, lib. 5.* hoc intelligit maximè, quando ſunt geminatæ, quia dicitur, *Omnia, & quæcumque.*

23 Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Autores dictio *Omnis* ſæpe vſurpatur pro *Totus*. Cic. *pro Cluen.* Sanguinem omnem profundere mater cupit. Idem *de natura Deor.* Vim vitalem per omnem mundum pertinentem. Idem 2. *Tuſcul.* In profundenda voce omne corpus contenditur. Idem *in Brut.* Omni huic ſermoni propoſitum eſt.

24 Aliquando pro *Quicumque* reperitur. Cic. *pro Roſcio*: Non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire poſſis. Idem 1. *de natura Deor.* Omne, quod ortum eſt, mortalitas conſequitur.

25 Interdum eleganter *Omnis* per traductionem iteratur. Cic. *in Orat.* Par eſt omnes omnia experiri, Virgil. 1. *Georgic.* --- Non omnis fert omnia tellus. Idem *Eclog. 9.* --- Non omnia poſſumus omnes.

26 Sæpe valet hæc traductio ad breuiter ampliandum. Cic. *pro Rab.* Omnes omnium ordinum homines. Idem 5. *Tuſcul.* Omnes Philoſophi omnium diſciplinarum. Idem *Attic. lib. 1.* Omnia omnium miſeriarum pleniſſima. Idem 2. *Philippic.* Ex omnibus omnium flagitiis nullum turpius vidi, nullum audiui, quàm quòd, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrium excludit verbum* Oportet.
2 *Neceſſitatem aliquando importat verbum* Oportet.
3 *Decentiam & honeſtatem, non verò neceſſitatem quandoque denotat verbum* Oportet.

Oportet.

DICTIO CCXLII.

1 VErbum hoc excludit arbitrium Iudicis, vt *in l. verbum oportere, 37. ff. de verbor. ſignif.* vbi latè Rebuff. qui *in verſ. Idem dicerem, in fine*, aſſerit, interdum poni pro conſentaneo, & opportuno; refert, & ſequitur Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 146. num. 20.*

2 Aliquando neceſſitatem importat, vt *in auth. de Iudicibus, §. oportet, verſ. neceſſario, collat. 6. l. ſi quando, C. vnde vi, cap. non oportet, 3. q. 9. cap. 1. de præſcript. in 6.* vbi gloſ. *cap. cùm ab vno, de re iudicata, eod. libr.* vbi gloſ. *in verb. oportet.* Sayro *in Claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 20.* Emman. Sà *in Summ. verb. lex, num. 6.* Valent. 1. 2. *diſput. 7. q. 5. puncto 6. quæſtiunc. 3. verſ. Sunt autem circa hæc.* Philiarch. *de officio Sacerdot. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 2. dict. 3.* Melch. Phebos Luſitan. *deciſ. 9. num. 5.* Rota apud Farinac. *deciſ. 50. num. 2. in prima collect. nouiſſ.* Gregor. *deciſ. 23. num. 3.* vbi habetur, quòd excludit arbitrium, & inducit neceſſitatem.

Interdum decentiam, & honeſtatem, non verò 3
neceſſitatem denotat, vt per gloſ. *verb. oportet, in cap. 1. de præſcript. lib. 6.* gloſ. etiam *verb. oportere, in cap. 1. 25. q. 1.* vbi Archid. *num. vnic.* Turrect. *num. 2.* & poſt Felin. & Socin. notat Stephan. Gratian. *d. cap. 146. num. 18.* Salon. 2. 2. *q. 77. art. 1. controuerſ. 8. col. 5. verſ. ex his ſequitur.* Carbo *de legib. lib. 7. diſp. 4. ad finem.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 37. verſ. at verùs.*

SVMMARIVM.

1 Palàm, *importat idem quod* Coram pluribus.
2 Palàm, *& non clàm fieri dicitur quod publicè fit, vbi etiam teſtes adhibentur, & publicum inſtrumentum conficitur.*
3 Palàm, *&* Publicè, *in quo differant, oſtenditur.*

Palàm.

DICTIO CCXLIII.

HÆc dictio importat idem, quod *Coram pluribus, l. palàm, ff. de verbor. ſignif.* vbi latè Alciat. & Rebuff. *l. hæredes palàm, ff. de teſtam. l. cùm ipſe, ff. de contrahen. empt.* Id autem palàm, non clàm fieri dicitur, quod publicè fit; vbi etiam teſtes adhibentur, & publicum inſtrumentum conficitur, vt per Curt. Iun. *conſ. 64. num. 2. & 3.* Gom. *in §. ex maleficijs, num. 21. Inſtit. de action.* Ruin. *conſ. 14. num. 10. lib. 2.* quos refert Menoch. *de arbitr. lib. 2. caſu 194. num. 19.* & illis citatis tradit Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 111. num. 13.* 1 2

Differunt autem *Palàm*, & *Publicè* quid fieri: quia 3
palàm fieri dicitur coram pluribus, putà duobus; at publicè, quod fit coram populo, vt per Alciat. *in d. l. palàm, circa finem.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & adverb. ſignif. ſub hac dict. pag. 71.*

SVMMARIVM.

1 Par, *idem ſignificat quod* Æqualis *apud Grammaticos.*
2 Par eſt, *pro* Æquum eſt, *ſæpè dicit Cicero.*
3 Parium *eſt eadem diſpoſitio, & iudicium.*

Par.

DICTIO CCXLIV.

PAr idem quod *Æqualis* propriè accipitur apud 1
Grammaticos, & ſæpe abſolutè ponitur. Cic. *lib. 1. de natura Deor.* Cui celeritati par nulla ne cogitari quidem poteſt. Idem *lib. 4. epiſt.* Aut par, aut certè proximus ſum illi. Idem *pro Balb.* Ingenium minimè voluntati par. Idem *in Brut.* Gracchus ſi vixiſſet, eloquentiâ neſcio an habuiſſet parem ne-

minem. Idem *in Orat.* Erit rebus ipsis par, & æqualis oratio. Idem 1. *de Orat.* Virtutes ipsas esse inter se æquales, ac pares.

2 *Par est* pro *Æquum est.* Cic. *de Amicit.* Par est autem primùm ipsum esse bonum, deinde, &c. Idem *pro Mut.* His rebus fretum ad Consulatus petitionem aggredi par est. Idem *Attic. lib.* 9. Mihi dubitanti, quid me facere par sit. Idem *pro Rab. perd.* Quod ei præmium dari par fuisset.

3 Parium est eadem dispositio, & iudicium, *cap. inter corporalia, cap. sicut ergo, de translat. Episcopi,* & eadem est natura, *l. si socer, in fine, ff. soluto matrimon.* & eadem est potentia, nec maior, *l.* 1. §. *veteris, ff. de acquiren. possess. l. si reus, ff. de duobus reis.*

SVMMARIVM.

1 *Paritatem, identitatem, & similitudinem Iuris sicut temporis importat dict.* Pariter.
2 Pariter, *pro* Simul, *exponitur, &* num. 5.
3 Pariter, *idem quod* Commune *nonnunquam importat.*
4 Pariter *à* pari *ductum, est* Æquè *apud Grammaticos.*

Pariter.

Dictio CCXLV.

1 IMportat paritatem, identitatem, & similitudinem Iuris, sicut temporis, vt *in cap. venerabilem,* §. *quod autem, de elect.* tradunt Alber. *in suo Repert. verb. Pariter,* glos. *in verb. Ad nos, in cap. bona,* 1. *illo tit. de elect.* vbi dicit, hoc aduerbium *Pariter* importare similitudinem, non idem momentum temporis. Paul. de Castr. *in l. operis, ff. locati.* Gabr. *conf.* 6. *num.* 4. *lib.* 1. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Palàm, vers. pariformiter, pag.* 72. Flamin. Paris. *de consident. q.* 58. *num.* 42. vbi post Bart. Alexandr. Ias. & alios *in l.* 1. *ff. de legat.* 1. ait, quòd parificat vtrumque casum, & disponit idem in vtroque. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 323. *num.* 1. vbi *num.* 2. post Bart. *in l. si fundus,* §. *si duæ, num.* 2. *ff. de pignor.* subdit, quòd aliquando importat idem tempus, & idem momentum; aliquando idem tempus, sed diuersum momentum, de quo vide Menoch. *conf.* 973. *num.* 12. *&* 13.

2 Exponitur pro *Simul,* vt *in l. si pater, ff. de liberali causa, & in l.* 2. *ff. commun. diuidun.* cum aliis Iuribus, quæ adducit Petr. Rebuff. *in comment. ad l. paries,* 157. *vers. de aduerbio, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 548. vbi subdit, aliquando accipi pro *Similiter,* aut *Æqualiter.*

3 Nonnunquam importat idem, quod *Communiter,* vt *in cap. cum olim, circa finem, de offic. deleg.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 323. *num.* 4.

4 Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Autores, *Pariter* à pari ductum, est *Æquè.* Terent. *Heaut.* Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius. Liu. *lib.* 2. Vir omni vita pariter Patribus, ac plebi charus. Sallust. *in Iugurt.* Vultu, colore, ac motu corporis pariter, atque animo varius. Terent. *Adelph.* Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo. Idem *Aul.* Pariter moratus vt pater, auúsque huius fuit. Idem *Amph.* Pariter hoc fit, atque vt alia facta sunt.

5 Interdum pro *Simul* apud eosdem vsurpatur, & assumit *Cum.* Cic. 4. *Tuscul.* Animus & præsentem voluntatem percipit pariter cum corpore, & prospicit venientem. Idem *post redit. in Senat.* Secum pariter me Respublica reportauit. Idem 3. *Officior.* Vt qui hæc non vidit, & vixisse cum Republica pariter, & cum illa extinctus esse videatur. Idem 2. *de Diuinat.* Conchiliis omnibus contingit, vt cum Luna crescant pariter, paritérque decrescant.

SVMMARIVM.

1 Parum *apud Grammaticos contrarium habet* Multum, *aut* Nimium.
2 Parum, *pro* Non satis, *sæpè vsurpatur.*
3 Parum, *&* Nihil *æquiparantur, nisi detur diuersa ratio.*

Parum.

Dictio CCXLVI.

PArum apud Grammaticos contrarium habet *Multùm,* aut *Nimiùm.* Cic. *in Orat.* Omnibus in rebus magis offendit nimiùm, quàm parum. 1

Sæpè vsurpatur pro *Non satis.* Cic. 2. *de natura Deor.* Quæram ex te ea, quæ parum accepi. Idem 1. *Tuscul.* Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectæ functus est munere. Idem *Attic. lib.* 10. Vide, ne dum te pudet parum optimatem esse, parum diligenter quod optimum sit deligas. Plaut. *Rud.* Duas dabo, vna si parum est. Idem *ibidem*: Si parum intellexisti, dicam denuò. 2

Apud nostros idem importat, quod *Nihil,* quia *Parum, & Nihil* æquiparantur, *in l. quamuis, ff. de cond. & demonstr.* glos. *verb. ex contrario, in l. si pupillus,* §. *si ego, ff. ad legem Falcidiam, cap. coram dilecto,* 34. *de offic. deleg.* Hippol. *sing.* 276. Tiraq. *in tract. de Iudic. in rebus exiguis, vers.* 8. Sebastian. Neu. *ad l. minùs,* 32. *num.* 2. *ff. de verbor. signif.* Menoch. *conf.* 96. *num.* 8. *& conf.* 184. *num.* 3. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 2. *resol.* 18. *num.* 6. Surd. *conf.* 97. *num.* 2. vbi *num.* 21. limitat, nisi detur diuersa ratio. 3

SVMMARIVM.

1 Penè *idem significat quod* Quasi, *seu* Quemadmodum, *& sic fictionem & improprietatem denotat.*
2 Penè *demonstrat aliquando non semel rem, vel personam esse eandem.*
3 Penè *imminuit parum de significatione eius, cui adjicitur.*

Penè.

Dictio CCXLVII.

IDem significat quod *Quasi,* & *Quodammodò,* & sic fictionem, & improprietatem denotat, vt *in l. fin. ff. de impub. & aliis, & in l. patris, & filij, C. de vulgari, & pupillari,* notat Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Palàm, vers. Penè, pag.* 72. 1

Demonstrat non semper rem, vel personam esse eamdem, iuxta tradita per Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 18. *num.* 28. 2

Immi

3 Imminuit parum de ſignificatione eius, cui adiicitur, ac induit conſequentiam, vt per Vulpell. *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 Penes *eſt maioris potentiæ quàm* Apud.
2 Penes, *&* Apud *in quo differant, oſtenditur, &* num. 3.

Penes.

DICTIO CCXLVIII.

1 PEnes eſt maioris potentiæ, quàm dictio *Apud*, iuxta tradita per Rebuff. *in l. penes te amplius, col. 1. ff. de verbor. ſignif.* quem refert Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 737. num. 8.*

2 Multipliciter differunt *Penes te*, & *Apud te*, vt ait Caſſan. *in conſuetud. Burgund. rubr. 1. §. 2. verb. D'auoir, fol. 93.* Et primò, quia *Apud* perſonæ præponitur, vt patet *Geneſ. 8.* Cuncta animantia, quæ ſunt apud te. *& cap. 12.* Et laudauerunt eam apud illum. *& cap. 24.* Aduena ego ſum apud vos. text. *in l. 1. verſ. domos, & verſ. videas, C. ue falſa moneta, & in l. 1.* ibi, *Apud ſe, C. de deſertorib. lib. 12. Penes* autem præponitur rei, quia res dicitur eſſe penes eum, & non apud eum. Luc. de Penna *in l. litibus, col. 5. verſ. Et res dicitur apud eum, & non penes eum deponi, C. de agricolis, & cenſitis, lib. 11.*

3 Deinde *Penes*, & *Apud* differunt: quia *Apud* ſignificat perſonam ſimul eum loco, Apud Platonem, id eſt, in loco, in quo eſt Plato. *Penes* verò perſonam, dominium, ac poteſtatem denotat, vt Penes te eſt ſalus, & vita mea. Colliges has differentias ex Mandoſ. *in gloſ. facult. in proœmio, in verb. Apud quos, fol. 54. & 55.* Cened. *d. ſing. 79. num. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

1 *Præciſa eſt dict.* Penitùs, *nullam limitationem admittens.*
2 *Excluſiua eſt dict.* Penitùs, *& minima reïcit.*
3 Penitùs *idem importat quod* Omninò, Ex toto, In totum, Prorſus, *& ſimiles.*
4 Penitùs *idem importat quod* Omni caſu.
5 *Clauſul.* Derogatoriam Derogatoriarum *operatur dictio* Penitùs, *eo ſcilicet caſu, quando teſtator in ſuo teſtamento dixerit,* Volo hoc teſtamentum penitùs valere.
6 *Nullitatem actus ipſo iure ſignificat dictio* Penitùs.

Penitùs.

DICTIO CCXLIX.

1 HÆc dictio eſt præciſa, nullam limitationem admittens, vt *in l. ambiguitatem, C. de vſufructu, & in §. eſt & aliud, Inſtit. de donat.* tradunt Dec. *conſ. 401. num. 3. tom. 2.* Alex. *in l. qui vſumfructum, ff. de verbor. oblig.* Iaſ. *in auth. qui rem, num. 22.* vbi Dec. etiam *num. 22. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Angel. de Peruſ. *conſ. 31. incip. Viſo laudo, circa finem, num. 9. verſ. Quod verbum Penitùs.* Alex. *conſ. 13. incip. Viſis, num. 6. & 7. verſ. tertiò reſpondeo, lib. 2.* Crot. *conſ. 32. num. 20.* Boër. *q. 23. num. 23.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, num. 88. C. de reuocan. donat.* Rolan. *conſ. 27. num. 20. tom. 4.* Menoch. *rem. 14. recuper. num. 5. & rem. 4. adipiſcen. num. 19. & de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 166. num. 49.* Seraph. *deciſ. 325. num. 17.* Mart. *de Iuriſd. part. 4. centur. 1. caſ. 85. num. 19.* Cened. *poſt lib. pract. & canonic. quæſt. ſingul. 33. num. 1.* Ceual. *comm. contra comm. quæſt. 828. num. 22.* Steph. Gratian. Marchiæ *deciſ. 51. num. 23.* Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom. 2. lit. D. concluſ. 325. num. 1.*

Excluſiua non ſolùm eſt hæc dictio, ſed etiam minima reiicit, vt per gloſ. *in l. ſi qui Aduocatorum, C. de poſtulando, & in l. 2. C. de conſtitut. pecunia.* Alber. *in ſuo diction. verb. Penitùs.* Pariſ. *conſ. 58. num. 11. lib. 1.* Socin. ſen. *conſ. 20. num. 6. vol. 4.* Mareſc. *var. reſol. lib. 1. cap. 32. num. 6.* 2

Idem importat hæc dictio quòd *Omninò, Ex toto, In totum, Prorſus*, & ſimiles, vt *in cap. 1. de ſupplenda negligent. Prælat. lib. 6. & in l. 1. C. de gladiatoribus, lib. 11.* Ioan. Andr. *in cap. 1. in verb. Penitùs, poſt gloſ. de poſtulat. Prælator. lib. 6.* Rom. *conſ. 82. incip. Quoad, in fin.* Tiraq. *in d. l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num. 106.* Gozad. *conſ. 71. ſub num. 4.* Alex. *conſ. 13. incip. Viſis, num. 6. verſ. Tertiò reſpondeo, lib. 2. & conſ. 72. col. 2. verſ. nam vniuerſalis, eod. lib. 2.* Grat. *conſ. 65. num. 23. vol. 2. & conſ. 86. num. 3. eod. vol.* Ruin. *conſ. 41. num. 8. & conſ. 117. nu. 7. vol. 3.* Cephal. *conſ. 35, num. 5. in crimin.* Rolan. à Valle *conſ. 27. num. 21. & 22. tom. 4.* Honded. *conſ. 40. num. 13. lib. 2.* Bertaz. *de clauſ. inſtrum. clauſ. 21. gloſ. 29. num. 3. & clauſ. 41. num. 8. gloſ. 8.* Vincen. de Franch. *deciſ. 179. num. 1.* Surd. *conſ. 267. num. 16.* Card. Tuſch. *d. concluſ. 325. num. 2.* Cened. *ſing. 73, num. 2.* 3

Item importat etiam idem quod *Omni caſu*, & habet adeò præciſam naturam, vt nullam recipiat modificationem, ſeu limitationem. Natt. *conſ. 63. num. 16.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag. 72.* Rot. *deciſ. 526. num. 4. p. 1. diuerſ.* Seraphin. *deciſ. 447. num. 4.* 4

Operatur clauſulam derogatoriam derogatoriarum, eo ſcilicet caſu, quando teſtator in ſuo teſtamento dixerit: Volo hoc teſtamentum penitùs valere, non obſtante alio quocumque teſtamento per me facto; quia tunc cenſetur mutatum primum teſtamentum, etiamſi habuerit clauſulam ſpecialem derogatoriam, vt per Couar. *in rubr. de teſtam. p. 2. num. 11. verſ. 14. & in verſ. Decimò.* idem eſſe dicit de dictione *Præciſè*, refert Cened. *d. ſing. 73. num. 4. verſ. Penitùs ſi apponatur.* 5

Significat nullitatem actus ipſo iure, vt *in cap. noui, de ſimonia, & in cap. ſuper hoc, de hæret. lib. 6.* Sed quia de hoc eſt inter Doctores concertatio; ideò lectorem remitto ad gloſ. *in l. ſi quis Aduocatorum,* vbi Angel. & Fulgoſ. *C. de poſtulan.* Rebuff. *in repet. cap. poſtulaſtis, num. 149. de Clerico excommunicato miniſtrante.* Addit. ad Matheſil. *ſing. 111. n. 18.* Dec. *conſ. 327. num. 3.* Socin. *reg. 360. in 7. fallentia.* Marſil. *in §. aggredior, num. 123.* Benintend. *deciſ. 27. num. 7.* Natt. *conſ. 63. num. 16. & conſ. 147. num. 16.* Ruin. *conſ. 117. num. 7. vol. 3.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num. 105. cum multis ſeqq.* Coſm. *in pragmat. ſanct. in verb. Ipſo Jure. fol. 33. col. 2.* Bertazol. *d. clauſ. 41. gl. 8. n. 8.* Menoch. *rem. 4. adipiſcendæ, n. 19. & rem. 14. recuperandæ, n. 5.* Monet. *de diſtribut. quotid. p. 3. q. 7. n. 37.* Sanch *de matrimon. lib. 8. diſput. 21. num. 75.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 8. cap. 1. num. 5.* Ioan. de Salas *de legib. q. 96. tract. 14. diſput.* 6

disput. 15. sect. 6. sub num. 79. Cened. *ad 6. collect. 25. num. 3. & d. sing. 33. num. 3. & 4.* Farinac. *fragment. crimin. p. 2. verb. Lex, num. 123. & me citato* Sanctarel. *variar. resolut. q. 60. num. 5.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib. 5. tit. 5. num. 13.* vbi subdit, aliquando propter subiectam materiam non significare actum ipso iure nullum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 *Continuationem totius temporis significat dictio* Per, *coniuncta tempori.*
3 *Consummationem, seu perfectionem eius rei, cui adjcitur, significat dict.* Per.
4 *Testes deponentes quòd quis possedit per annum, intelligitur per annum perfectum, & integrum.*
5 *Causam efficientem denotat dict.* Per.
6 *Augmentum denotat dict.* Per.
7 Per, *apud Grammaticos vulgò ad locum, sed sæpè etiam ad personam refertur.*
8 Per, *interdum refertur ad tempus.*
9 Per, *significat idem quod* Propter.
10 Per, *nonnunquam obsecrantis est.*
11 Per, *quandoque concedentis est.*
12 Per se, *id est, sine alterius ope.*
13 Per simulationem, per speciem, per causam, *idem ferè significant.*
14 Per litteras, *idem est quod litteris.*
15 Per ætatem, *id est, ob ætatem.*

Per.

DICTIO CCL.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Cosin. *in pragmat. sanct. tit. de causis, §. inoleuerunt, in verb. Permulti, fol.* 108. *col.* 4. latè Mandos. *in glos. facult. in vers. Ac etiam, in verb. Per, fol.* 257. *& fol.* 305. *& seq.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl.* 324. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 76. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 74. Turselin. *de particulis Latinæ orationis, cap.* 124. Grat. *de dictionib. dict.* 158.

2 Coniuncta tempori significat continuationem totius temporis, vt *in l. vrbana*, 166. *§. pernoctare, ff. de verbor. signif.* vbi Rebuff. *vers. Notandum, pag.* 531. idem Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §. 1. in vers. Per decennium, fol.* 265. Paul. de Castro per text. ibi *in l. Stichus, num. 2. & 3. ff. de condit. indeb.* Socin. *cons.* 118. *num.* 8. *vol.* 4. *& cons.* 42. *num.* 3. *vol.* 1. Lap. *alleg.* 47. *num.* 3. *vers. Ad idem facit.* Franch. *in cap. 1. num. 3. vers. Item dictio, de regulis Iuris, lib.* 6. Mandos. *in glos. facult. §. ac tam, vers. Per personas, fol.* 306. *col.* 1. *ad med. & in reg.* 33. *Cancellar. q.* 21. *num.* 2. Mascard. *de probat. conclus.* 1215. *num.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 462. *num.* 7. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *q.* 3. *num.* 3. Bott. *de statutar. Vrbis prescription. glos.* 2. *num.* 21. *fol.* 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 9. *in annot. num.* 89. Cened. *d. sing.* 76. *num.* 1. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 324. *num.* 1.

3 Significat consummationem, seu perfectionem eius rei, cui adiicitur, vt *in d. l. vrbana, §. pernoctare, & in l. 2. §. peregisse, ff. de adulter. & in l. qui procuratorem, in princip. ff. de procurat.* notant Bart. *in l. quinquaginta, num.* 1. *ff. de excusat. tutorum.* Panorm. *in cap. si constiterit, num.* 13. *de accusat.* Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §.* 1. *verb. Per decennium, fol.* 265. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 194. *C. de reuocan. donat.* Roman. *cons.* 301. *num.* 13. Corn. *cons.* 313. *num.* 1. *vol.* 1. *& cons.* 280. *num.* 3. *vol.* 4. Socin. Iun. *cons.* 134. *num.* 93. *vol.* 3. Ioan. de Imol. *cons.* 101. *incip. In causa, num.* 1. Mascard. *de probationib. conclus.* 1215. *num.* 2. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. *§.* 2. *in verb. Par l'espace, num.* 3. *fol.* 94. Polydor. Rip. *de noctur. tempore, cap.* 167. *num.* 30. Mandos. *in glos. facult. §. Ac tam, in verb. Per personas, fol.* 35. *& seq. & in §. Ac etiam, verb. Per, fol.* 257. *& in reg.* 33. *Cancellar. q.* 20. *num.* 7. Cened. *d. sing.* 76. *num.* 4. Card. Tusch. *d. conclus.* 324. *num.* 2. vbi subdit, quòd ideò testes 4
deponentes, quòd quis possedit per annum, intelligitur per annum perfectum, & finitum. Et fuit dictum *in Perusina ciuilitatis, 26. January* 1615. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per Farinac. *decis.* 637, *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Vnde requirere tempus perfectum, tradunt Vulpell. *citato loco, num.* 2. *pag.* 74. & Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 26. *in medio.*

Denotat etiam causam efficientem, vt *in cap. vt* 5
veritatis, 12. *q.* 1. tradunt Roman. *d. cons.* 301. *num.* 13. *vers. & ex dictione Per.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 324. *num.* 3.

Vlteriùs denotat augmentum, vt *in l. verùm, §.* 6
restit. in fine, ff. de minorib. & in l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, & in cap. significasti. de elect. notant Mandos. *in d. §. ac etiam, verb. Per, fol.* 257. Mar. Socin. *in suo tract. de testib. num.* 50. Cened. *d. sing.* 76. *num.* 3. *in princip.*

Apud Grammaticos hæc dictio vulgò ad locum, 7
sed sæpe etiam ad personam refertur, Cic. *Attic. lib.* 4. Nihil interest, vtrùm per procuratorem agas, an per te ipsum. Idem *pro Roscio*: Per alium transigam, recede de medio. Idem 1. *de Orat.* Plura detrimenta publicis rebus, quàm adiumenta per homines eloquentissimos importata.

Interdum refertur ad tempus. Cic. *Attic. lib.* 2. 8
epist. 23. Nulla abs te per hos dies epistola inanis aliqua re vtili, & suaui venerat. Idem 2. *Verr.* Nulla res per triennium nisi ad nutum istius est iudicata. Idem *de Diuinat. lib.* 1. Per multas ætates fuerunt. Idem *in Brut.* Duo fratres per idem tempus dissimiles inter se.

Aliquando idem quod *Propter* significat. Cic. 9
3. *de Orat.* Per inuidiam depelli Tribunatu. Idem 1. *Tuscul.* Per iram aliquid facere, quod nos pœniteat.

Nonnunquam obsecrantis est. Cic. *Attic. lib.* 13. 10
Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe. Idem *ad Brut. epist.* 15. Sed propera, per Deos.

Quandoque concedentis, Cic. 4. *Academic.* Per me 11
vel stertas licet. Idem *Attic. lib.* 4. Per me ista pedibus trahantur. Idem 2. *Philippic.* Petis, vt tibi per me liceat quemdam ab exilio reducere. Idem *pro Milone*: Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas sit, aut per leges liceat.

Per se, id est, *sine alterius ope.* Cic. *de Senect.* Homo 12
per se cognitus nulla commendatione maiorum. Idem *pro Sest.* Per se ipsa splendet virtus semper, neque alienis vnquam sordibus obsolescit. Idem *de Amicit.* Amicitia per se, & propter se expetita.

Per simulationem, per speciem, per causam, idem ferè 13
significant. Cic. *post redit. ad Quir.* Per simulationem amicitiæ nefariè prodiderunt. Idem 6. *Verr.* Per simulationem ædilitatis statuas auferre. Liu. *lib.* 1. Per

speciem

ſpeciem alienæ fungendæ vicis ſuas opes firmauit. Idem *lib.* 2. Per caulam renouati ab Æquis belli.

14 *Per literas* idem eſt, quod literis. Cic. *in Piſon.* Is à Senatu ſupplicationem per literas poſtulauit. Idem *Attic. lib.* 1. Antonius purgat ſe mihi per literas.

15 *Per ætatem*, id eſt, ob ætatem. Cic. *lib.* 13. *epiſt.* 30. Vt primùm per ætatem iudicium facere potueritis. Idem *pro lege Manilia*: Nam quum anteà per ætatem huius autoritatem loci contingere non auderem. Idem *pro Dom.* Factus eſt eius filius contra fas, cuius per ætatem pater eſſe potuiſti.

Perdat.

Dictio CCLI.

1 HOc verbum non denotat canonem latæ ſententiæ, iuxta tradita per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, num.* 156. *C. de reuocan. donat.* Card. Tuſch. *lit. P. verb. Priuatio, concluſ.* 719. *num.* 8. *& num.* 19. *& verb. Pœna, concluſ.* 238. *num.* 6. *&* 7. Ioan. de Salas *de legib. q.* 96. *tract.* 14. *diſput.* 15. *ſect.* 6. *ſub num.* 78. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. Lex, num.* 128.

SVMMARIVM.

1 *Improprietatis & fictionis ſignificatiua eſt dictio* Perinde.

2 *Similitudinem omnimodam quandoque denotat dict.* Perinde.

3 *Aequalitatem omnimodam importat dictio* Perinde.

4 Perinde *refertur ad omnes qualitates, & æquiparat vnam alteri.*

5 Perinde *pro* Æquè, *vel* Ita, *apud Grammaticos vſurpatur.*

Perinde.

Dictio CCLII.

1 HÆc dictio eſt ſignificatiua improprietatis, & fictionis, vt *in l. ſed & ſi lex, §. perinde, ff. de petit. hæred. & in l. ſacrilegij, ff. ad legem Iuliam peculatus.* gloſ. Roman. & Alex. *in l. ſi quis, ff. de acquiren. poſſeſſ.* Iaſ. *in l. ſi is, qui pro emptore, num.* 79. 191. *&* 274. *ff. de vſucap.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Suſceperit liberos, num.* 7. *C. de reuocan. donat. & in l. connub. gloſ.* 7. *num.* 187. *& de retract. tit.* 1. *§.* 1. *gloſ.* 6. *num.* 27. Sebaſt. Medic. *de regulis Iuris, p.* 1. *reg.* 10. *num.* 39. Cagnol. *in l. per ſucceſſ. num.* 1. *ff. de regulis Iuris.* Hipp. *ſing.* 236. *& in rubr. C. de prob. num.* 76. *& in l. ſi quis obrepſerit, num.* 3. *ff. ad legem Cornel. de falſis.* Ruin. *conſ.* 54. *num.* 3. *& conſ.* 43. *num.* 2. *vol.* 5. Mandoſ. *in ſignat. in verb. Perinde valere, poſt princip. fol.* 17. *col.* 2. Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 74. Menoch. *conſ.* 158. *num.* 72. Surd. *conſ.* 375. *num.* 42. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 33. *num.* 1.

2 Quandoque denotat omnimodam ſimilitudinem, vt *in l. cùm hæres, in princip. ff. de acquiren. hæred. & in l. qui à patre*, vbi Bart. *ff. de confirm. tutor. & in §. item nobis, in fin. Inſtit. per quas perſonas nobis acquiratur.* idem Bart. *in Extrauag. ad reprimen. verſ. Perinde.* Rolan. *conſ.* 47. *num.* 3. *tom.* 4. Grat. *conſ.* 137. *num.* 10. *lib.* 1. Ruin. *conſ.* 53. *num.* 3. *vol.* 1. *& conſ.* 169. *num.* 3. *vol.* 4. Dec. *conſ.* 124. *col.* 3. *poſt med. & conſ.* 190. *num.* 3. *col.* 2. *verſ. Et quia, & conſ.* 361. *num.* 4. Socin. *conſ.* 240. *num.* 2. *lib.* 2. Mandoſ. *de priuileg. ad inſtar, q.* 2. *num.* 15. Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *num.* 33. Rebuff. *in comment. ad l. vnus,* 18. *verſ. Perinde, pag. mihi* 116. *& ad l. portus,* 59. *verſ. Perinde, pag.* 305. *ff. de verbor. ſignif.* Menoch. *de arbitr. caſu* 314. *num.* 13. Mench. *illuſtr. lib.* 3. *cap.* 107. *num.* 3. Gam. Luſitan. *deciſ.* 123. *num.* 2. Cened. *d. ſing.* 33. *num.* 2. *cum ſeqq.* Ceual. *commun. contra comm. q.* 7. *num.* 14. vbi ait, quòd denotat ſimilitudinem, non verò identitatem ſubſtantiæ. Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 375. *num.* 12. vbi *num.* 13. poſt Bart. *in d. Extrauag. ad reprimendum, verſ. Perinde*, declarat, quòd hæc dictio *Perinde*, & aliæ ſimiles importantes ſimilitudinem, debent importare omnem ſimilitudinem, & ſic per omnia, niſi induceretur contrarietas; quia tunc ad euitandam contrarietatem ſimilitudo non fit quoad omnia.

Importat etiam omnimodam æqualitatem, ſecundùm Bonau. *commun. opin. verb. Dictio, pag.* 52. *verſo.* 3

Refertur ad omnes qualitates, & æquiparat vnam alteri, vt *in l. filio, §. penult. ff. de aliment. & cibar. legat.* Menoch. *conſ.* 20. *num.* 19. Cald. Pereira *quæſt. forenſ. conſ.* 4. *num.* 35. 4

Apud Grammaticos vſurpatur *Perinde* pro *Æquè*, vel *Ita*; iungitur autem ſæpe cum *Ac*, *Ac ſi*, *Atque vt.* Cic. 1. *Tuſcul.* Philoſophia perinde ac de hominum eſt vita, merita laudatur. Idem *pro Mar.* Vereor, vt hoc quod dicam, perinde intelligi auditu poſſit, atque ipſe cogitans ſentio. Idem *lib.* 9. *epiſt.* 15. Non perinde vt eſt reapſe ex literis percipere potuiſti. Idem 2. *de Orat.* Sed hæc omnia perinde ſunt, vt aguntur, id eſt, prout aguntur. Cæſ. *lib.* 4. *de bello ciuili*: Perinde ac ſi virtute viciſſent. 5

SVMMARIVM.

1 *Subſtantiam omnem, & qualitatem importat dict.* Per omnia.

2 *Tempus omne reſpicit dict.* Per omnia, *& trahitur ad futura.*

Per omnia.

Dictio CCLIII.

VErba hæc ſimul iuncta multum operantur, & important omnem ſubſtantiam, & qualitatem, vt per Alex. *in l.* 1. *num.* 9. *ff. de legat.* 1. Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *num.* 31. Cott. *in memorabil. verb. Per omnia, pag.* 679. & nihil omninò excludent. Surd. *conſ.* 412. *num.* 29. 1

Reſpiciunt omne tempus, & trahuntur ad futura, iuxta reſoluta per Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 75. 2

Vide in clauſula *Omnia, & ſingula*, & in clauſula *In omnibus, & per omnia.*

SVMMARIVM.

1 Perpetuò, *ſeu* In perpetuum, *multis modis ſumitur.*

2 Perpetuò, *ſine præfinitione temporis accipitur, & ſe in infinitum extendit, ac impor-*

tat idem quod semper, & omni tempore.

3 *Tempus in sæcula sæculorum significat dictio* Perpetuò.

4 *Infinitatem significat dictio* Perpetuò, *cùm testator vocat successiuè in infinitum.*

5 *Perpetuum nihil potest esse sub Sole, nisi per subrogationem.*

6 Perpetuò *quandoque accipitur ad vitam, seu quamdiu aliquis fuerit superstes.*

7 *Perpetua dici possunt ea omnia, quæ licèt aliquo modo ante mortem finiri possint, apta sunt ad vitam durare.*

8 *Perpetuus censetur actus, qui certo temporis spatio non concluditur.*

9 Perpetuò, *intelligitur non in infinitum, sed donec quis viuit, propter subiectam materiam.*

10 Perpetuò *in vsufructu relicto personis, quæ nunquam moriuntur, intelligitur vsque ad centum annos.*

11 Perpetuò *quandoque intelligitur vsque ad tertiam generationem, & quando vsque ad quartam, vt* num. 12.

13 Perpetuò *non semel 30. vel 40. annos importat.*

14 *Præscriptionem 10. vel 20. annorum, non verò 30. vel 40. excludit dictio* Perpetuò.

Perpetuò.

Dictio CCLIV.

1 HÆc dictio *Perpetuò*, seu *In perpetuum*, multis modis sumitur, de quibus per Alex. *cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 6. vbi ait, quòd plures habet significatus secundùm subiectam materiam. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil.* 58. *num.* 14. Pute. *decis.* 110. *num.* 13. *cum seqq. lib.* 1. *in correctis.* Mandos. *in glos. facult. in proœm. in verb. Ad perpetuam, fol.* 12. *cum seq. per plures columnas, & in* §. *volentes, in verb. Perpetuò, fol.* 205. Surd. *cons.* 554. *num.* 38. vbi quomodo, & qualiter intelligatur in fideicommissis, Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 326. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 78.

2 Natura huius dictionis est, vt sine præfinitione temporis accipiatur, & se in infinitum extendat, ac importet idem, quod *Semper*, & *omni tempore. l. purè, in fine, ff. de excepit. l. fundi,* §. *Labeo, ff. de action. empti, l. eum debere, ff. de seruitut. vrbanor. prædior. l. fin. C. de fuis, & leg. hæred. l.* 1. *C. soluto matrimon.* Dec. *cons.* 472. *num.* 22. *& cons.* 521. *num.* 12. *& cons.* 616. *num.* 15. *tom.* 2. Paris. *cons.* 81. *num.* 5. *vol.* 3. *& cons.* 100. *num.* 38. *& 39. vol.* 4. *& cons.* 53. *num.* 33. *& 34. vol.* 3. Anton. Butr. *cons.* 48. *num.* 3. Bald. *cons.* 372. *vers. Tertiò, lib.* 4. Gozadin. *cons.* 102. *num.* 7. Socin. *cons.* 43. *num.* 4. *& 5. vol.* 3. Pute. *d. decis.* 110. *num.* 8. Mandos. *in glos. facult.* §. *volentes, in vers. Perpetuò, fol.* 204. Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *num.* 67. *C. de bonis mat.* Cott. *in memorabil. verb. Perpetuum, pag.* 683. Molin. *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 1. §. 1. *num.* 29. Anchar. Rhegien. *q.* 72. *num.* 10. *& 13. p.* 1. D. Barb. *in l. quia tale, num.* 7. *ff. soluto matrimon.* Surd. *cons.* 67. *num.* 36. *& cons.* 123. *num.* 5. Anton. Monach. Bononien. *decis.* 40. *puncto* 3. *num.* 36. *& 37.* Card. Tusch. *d. concluf.* 326. *num.* 8. Cened. *d. sing.* 78. *num.* 1.

Vnde hanc dictionem significare tempus in secu- 3
la seculorum, tradit Paris. *cons.* 30. *num.* 24. *vol.* 2. quem refert, & sequitur Anchar. *d. q.* 72. *num.* 10. *& 13.*

Et significare infinitatem, cùm testator vocat 4
successiuè in infinitum, ait Menoch. *cons.* 1023. *num.* 8.

Verùm quia perpetuum nihil potest esse sub 5
Sole, nisi per subrogationem, *l. eum debere columnam, ff. de seruitut. vrbanor. prædior.* cum traditis per Molin. *de primogenit. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 15. ideò hæc dictio plures habet significatus, & diuersimodè accipitur secundùm subiectam materiam. Alex. *cons.* 71. *num.* 2. *lib.* 6. Card. Tusch. *d. concluf.* 326. *num.* 3. Menoch. *cons.* 451. *num.* 25. Bertazol. *de clausulis instrument. clauf.* 42. *glos.* 5. *num.* 1.

Primò quandoque accipitur ad vitam, seu quam- 6
diu aliquis fuerit superstes, vt per Menoch. *cons.* 265. *num.* 35. *& cons.* 29. *num.* 28. Petr. Enriq. *respons. opusc.* 2. *num.* 30. Seraphin. *decis.* 874. *num.* 5. Bald. *cons.* 372. *incip. Tempore D. Federici, lib.* 4. Card. Tusch. *d. concluf.* 326. *num.* 5. Lusit. Franc. de Scusa *in repet.* §. *actionum, Instit. de actionib.* §. 4. *art.* 2. *num.* 7. Perpetua enim 7
dici possunt ea omnia, quæ licèt aliquo modo ante mortem finiri possint, apta sunt ad vitam durare, quia non habent tempus certum, intra quod duratura sint. *l. sufficit,* 56. *ff. de condict. indeb. cap. vlt.* iuncta glos. *verb. Perpetuus, de rescript. in* 6. cum aliis adductis per Tiraq. *de retractu, tit.* 1. §. 1. *glos.* 4. *num.* 120. *& tit.* 2. §. 1. *glos.* 1. *num.* 39. Soar. *de legib. lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 1. *cum seq.* Vnde perpetuus censetur actus, 8
qui certo temporis spatio non concluditur, *l. Iurisperitus, in princip.* & ibi Bart. *ff. de excus. tut. l. de pupillo,* §. *si quis ipsi Prætori, ff. de noui operis nunciat. cap. si gratiosè, de rescript. lib.* 6. Flamin. *de resign. lib.* 11. *q.* 5. *num.* 42.

Intelligitur igitur hæc dictio ***Perpetuò*** non in 9
infinitum, sed donec quis viuit, propter subiectam materiam, sicut in vsufructu, qui morte finitur, *l.* 3. §. *fin. ff. quibus modis vsusfructus amittatur, & in l.* 1. *ff. pro socio, & in* §. *finitur, Instit. de vsufructu.* notant glos. *verb. Eius, in Clem.* 1. *de reb. Eccles. non alienan.* Dec. *cons.* 521. *num.* 12. *tom.* 2.

In vsufructu verò relictis personis, quæ nunquam 10
moriuntur, veluti Ciuitati, municipio, Ecclesiæ, vel similibus, intelligitur vsque ad centum annos, non autem in infinitum, ne proprietas sit inutilis, *l. cùm antiquitùs, C. de vsufructu.* Alex. *cons.* 60. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 143. *col.* 4. *lib.* 4. Natt. *cons.* 67. *num.* 31. *tom.* 4.

Quandoque accipitur vsque ad tertiam gene- 11
rationem, vt ex Mandos. notat Cened. *d. sing.* 78. *num.* 4. & in emphyteusi Ecclesiæ importare tertiam generationem, *ex auth. de non alienand.* §. *emphyteusis.* & Bald. *cons.* 372. *vers.* 4. *lib.* 4. tradit Card. Tusch. *d. concluf.* 326. *num.* 7. vbi *num.* 9. ex Bald. *loco proximè citato* declarat, quòd hodie concessio in emphyteusim facta in perpetuum, intelligitur etiam sine tempore, quamuis emphyteusis sit Ecclesiastica, ex quo potest propria concessio fieri.

Nonnunquam *Perpetuum* intelligitur vsque ad 12
quartam generationem, ex adductis per Menoch. *cons.* 197. *num.* 65. Prohibitio enim facta, ne perpetuò bona alienentur extra familiam, extenditur etiam vltra quartum agnationis gradum, secundùm Menoch. *cons.* 95. *num.* 4.

Non semel etiam triginta, vel quadraginta annos 13
importat, *princip. Instit. de perpetuis, & temporalib. actionib.* Bald. *d. cons.* 372. *lib.* 4. Pute. *decis.* 110. *num.* 13. *lib.* 1. *in correctis.* Card. Tusch. *d. lit. D. concl.* 326. *num.* 6.

Vnde

14 Vnde excludere præſcriptionem decem, vel viginti annorum, non verò aliam triginta, vel quadraginta annorum hac dictione tolli probant text. *in l. minor, §. ſtatu liber. ff. de euict. & in l. Prætor ait, §. hoc interdictum, ff. de noui operis nunciat. & in §. 1. Inſtit. de perpetuis, & temporalib. actionib.* adductis per Cenèd. *d. ſing. 78. num. 5.* quia licèt denotet perpetuitatem longiſſimam temporis, non tamen excludit præſcriptionem longiſſimam, vt per Roman. *in l. 1. ff. de vſucap.* Bertran. *conſ. 46. col. 1. vol. 1.* Tiraq. *de retractu, tit. 1. §. 1. gloſ. 2. num. 8. & 11.* Pariſ. *conſ. 90. num. 2. vol. 3.* Ruin. *conſ. 150. num. 2. & 10. vol. 4.* Mandoſ. *in gloſ. facult. §. volentes, in verb. Perpetuò, in finè, fol. 205.*

15 *Perpetuum* quando dicatur, & quibus modis ſumatur, latiùs Card. Tuſch. *lit. P. concluſ. 312.*

Vide quæ dixi ſub dictione *In infinitum, In perpetuum, 163.*

Perſona.

Dictio CCLV.

1 MAſculinum, & fœmininum complectitur, vt per text. *in cap. mulieres, de ſentent. excommunic.* reſoluunt Alphonſ. de Azeued. *ad l. 1. num. 175. tit. 5. lib. 8. nouæ Recopil.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap. 58. num. 19. cum ſeqq.* D. Parens meus *in comment. ad Ordinationem Regiam Luſitan. lib. 4. tit. 36. in princip. num. 2.* Campan. *ad ſtatuta Mediolan. tom. 1. cap. 284. num. 1.* Rota *deciſ. 125. num. 36. p. 2. diuerſ.* Et fuit dictum *in Rauennaten. bonorum, 16. Decembris 1613. coram Vbaldo,* impreſſa per Farinac. *deciſ. 548. num. 3. p. 1. recent.* Et vltra hanc vulgarem ſignificationem, qualitatem in homine notat, qua vnus ab alio differt, vt poſt Coraſ. *in §. Sacerd. p. 4. cap. 3. num. 4.* tradit nouiſſimè D. Lotter. *de re beneſic. lib. 1. q. 16. num. 52.*

Perſuadere.

Dictio CCLVI.

1 PErſuadere eſt plus, quàm compelli ſibi placere, vt per Menoch. *conſ. 175. num. 4.* vbi *num. 9.* ſubdit, quòd perſuadere dolo is dicitur, qui ſciens rem aliter proponit, & ſuadet.

2 Verbum hoc non inducit mandatum, vt *per l. 1. §. idem Papinianus, ff. depoſiti.* notat Nicol. Mozzius *tract. de contract. tit. de ſubſtant. mandati, num. 9.*

SVMMARIVM.

1 Pertinere *latiſsimas habet habenas.*

2 Pertinere *comprehendit eum, cui debetur actione perſonali, omnem titulum, & ad poſſeſſorium, ac petitorium adaptari poteſt.*

3 *Poſſeſsionem & dominium importat verbum* Pertinere.

4 *Dominium importat verbum* Spectare.

5 *Verbum* Pertineat, *nunquid ſit directum, vel obliquum remiſsiuè.*

Pertinere.

Dictio CCLVII.

HOc verbum latiſſimas habet habenas, *l. verbum illud Pertinere,* vbi Alciat. & Rebuff. *ff. de verbor. ſignif.* Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ. 15. gloſ. 2. num. 2. & clauſ. 26. gloſ. 13. num. 1.* Menoch. *conſ. 963. num. 20.* vbi ait, quòd quatuor modis dicitur negotium ad aliquem pertinere. 1

Et ita latiſſimè ſumitur, vt comprehendat etiam eum, cui debetur actione perſonali, vt per Hippol. *conſ. 26. num. 13. & conſ. 40. num. 25. & conſ. 60. num. 8. vol. 1.* Item & omnem titulum, iuxta notata per Portol. *de conſortibus, cap. 3. num. 5. & cap. 5. num. 19.* Ac proinde ad poſſeſſorium, & petitorium adaptari poteſt, vt per Menoch. *in prælud. recuperandæ, num. 13.* Rot. *deciſ. 9. num. 1. & 2. de cauſa poſſeſſ. & propr. in nouis, & deciſ. 49. num. 3. in antiq.* Aretin. *conſ. 6. num. 8.* Mantic. *deciſ. 296. num. 9.* 2

Vnde etiam cùm ſit verbum latiſſimum, importare poteſt poſſeſſionem, & dominium, ac proinde adaptatur ad vtrumque, vt *in l. liber homo, ff. de acquiren. rerum domin. & in l. per ſeruum, verſ. Quemadmodum. ff. eod. tit.* Felin. *in rubr. de reſcript. num. 7. verſ. Hoc autem limitatur.* gloſ. *verb. Pertinere.* & ibi idem Felin. *num. 2. in cap. inter dilectos, de fide inſtrum.* Menoch. *conſ. 21. num. 4.* Bertazol. *d. gloſ. 13. num. 1.* Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 22. num. 22.* Glorit. *reſp. 12. num. 18.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 327. num. 1.* vbi *num. 2.* cum Socino *conſ. 8. num. 4. lib. 1.* tenet, quòd non procedit inquiſitio contra furem, ſi dicatur, quòd furatus eſt rem ad me pertinentem; quia non concluditur, quòd ſit mea, quia poteſt verificari in poſſeſſione. & *num. 3.* poſt Felin. *in d. rubr. de reſcript. col. 4. num. 7. in fine,* ſubdit, 3

quòd ſi dicatur, *Spectat, & pertinet,* tunc intelligitur ratione dominij, quia verbum *Spectat* importat dominium. 4

Verbum *Pertineat* numquid ſit directum, vel obliquum, & an ſuapte natura ſignificet *ipſo Jure,* an verò ſecùs, vide Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. in verb. Reuertatur, num. 190. cum ſeqq.* vbi teſtatur communem eſſe opinionem, hoc verbum non eſſe ſimpliciter directum, ſed obliquum, nec importare *ipſo Jure,* ad ſententiam ferendam, refert Farinac. *fragment. crimin. p. 2. verb. Lex, num. 140.* 5

Et latiùs quid importet *Pertinere,* declarat Card. Tuſch. *lit. P. concluſ. 324.*

Perueniat.

Dictio CCLVIII.

VErbum hoc importat perfectum veniendi modum, vt notat Ægid. Bellam. *conſ. 39. num. 11. verſ. viget alia ratio.* quem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 328. num. 1.* 1

Placere.

Dictio CCLIX.

VErbum hoc de boni viri arbitrio intelligitur, iuxta notata per Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc Jure, ff. de Juſtitia, & Jure, p. 1. cap. 8. num. 60.* 1

SVMMARIVM.

1 Planè *vulgariter ponitur pro* Certè.
2 Planè *sæpè idem significat quòd* Clarè, *&* Apertè.
3 Planè *pro* Omnino *quandoque vsurpatur.*

Planè.

Dictio CCLX.

1 HÆc dictio pro *Certè* vulgariter ponitur, vt *in l. vlt. ff. de Iure fisci.* Cic. *lib.* 1. *de legib.* Sed ego planè vellem me arbitrum inter eos datum. Plaut. *Mosc.* Ipsáne ea est? immò planè ea est.

2 Sæpe idem significat, quod *Clarè*, & *Apertè*. Cic. 2. *de Finib.* Epicurus autem, vt opinor, necnon vult planè, & apertè loqui. Idem *ibidem*: Sed tu dixisti istud bene Latinè parum planè.

3 Quandoque vsurpatur pro *Omninò*. Cic. *Attic. lib.* 12. Accepi Atticum planè bellè se habere. Idem *lib.* 4. *epist.* 4. Si te habebo, non mihi videbor planè perisse. Idem *lib.* 16. *epist.* 1. Vt te Leucadem deportares, vt ibi planè te confirmares. Idem *in Brut.* Effice id, quod iam propemodùm, vel planè potiùs effeceras.

SVMMARIVM.

1 Plenum *illud dicitur, cui aliquid iuris nihil deest.*
2 *Diminutionem non recipit, & additione non indiget dict.* Plenum.
3 Plenum *dicitur perfectum, & cui nihil deest.*
4 Plenum *dicitur, cui nihil addi potest, &* Plenarium *quod adiectione non indiget.*
5 *Vsusfructus plenus si legatur, non restringitur solùm ad alimenta, sed ad vsumfructum omnium rerum, & bonorum hæreditatis.*
6 Plenum, *&* Liberum, *sunt verba æquipollentia.*
7 Plenarium *dicitur, quod adiectione non indiget.*
8 Plenissimum *importat idem quod* Omni meliori modo.
9 *Securitas plenissima data dicitur, cui nulla obstat exceptio, & contra quam nulla datur restitutio.*

Plenum, Plenarium, Pleniſſimum.

Dictio CCLXI.

1 PLenum, *Plenè*, & *Plenissimè* intelliguntur, id est, sine aliqua diminutione; & plenum illud dicitur, cui aliquid Iuris non deest, vt post Bald. & Imol. notat Iaſ. *in l. huiusmodi, §. edes, num. 5. ff. de legat.* 1. Bald. loquens de plena proprietate *in l. fœmina, §. illud*, per illum text. *C. de secund. nupt.* idem Bald. loquens de plena possessione *in l. mater, C. ad Tertull. & in l. raptores, §. sin autem, C. de Episcop. & Cleric.* Menoch. *conſ.* 325. *num.* 17. *cum seqq. & conſ.* 336. *num.* 10. Hinc est, quòd plenum tamquam vniuersale omnia comprehendens non recipit diminutionem, seu additione non indiget, quia ei nihil potest addi, nec ab eo aliquid potest minui, *cap. bene quidem*, 96. *dist. cap. Apostolicæ, de prebend. in* 6. Bald. *conſ.* 293. *incip. Thema, circa finem, num.* 3. *lib.* 4. *& conſ.* 379. *in princip. verſ. Item dicitur plenum.* glos. *in Clem.* 1. *de re iudic.* Gozad. *conſ.* 47. *num.* 7. Ruin. *conſ.* 100. *verſ.* 3. *col.* 6. *vol.* 3. Socin. Iun. *conſ.* 1. *num.* 17. *vol.* 4. Rolan. *conſ.* 85. *num.* 53. *vol.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 95. Surd. *conſ.* 515. *num.* 5. *vol.* 4. Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Plenè, pag.* 70. Menoch. *conſ.* 19. *num.* 12. Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 239. *num.* 5. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 297. *num.* 14. *& concl.* 329. *num.* 1. 2

Plenum dicitur perfectum, & cui nihil addi debet. 3
Decian. *conſ.* 36. *num.* 3. *lib.* 2. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 329. *num.* 4.

Item *Plenum* dicitur, cui nihil addi potest; & *Plenarium*, quod adiectione non indiget. Bald. *conſ.* 379. *in princip. verſ. Item dicitur plenum.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 329. *num.* 5. ita quòd minima pars non deficiat. Gozad. *conſ.* 47. *num.* 7. 4

Vnde si legetur plenus vsusfructus, non restringitur solùm ad alimenta, sed ad vsumfructum omnium rerum, & bonorum hæreditatis, vt per Gozad. *conſ.* 47. *num.* 5. Surd. *conſ.* 18. *nu.* 12. *& conſ.* 515. 5

Plenum, & *Liberum* sunt verba æquipollentia, 6
l. fideicommiſſa, §. quamquam, ff. de legat. 3. Bald. *in l. & si post tres, ff. si quis cautionib.* Alex. *conſ.* 108. *incip. Viso, num.* 5. *lib.* 2. Rolan. *conſ.* 85. *num.* 51. *vol.* 4. Peregr. *de fideicommiſſ. art.* 3. *num.* 55. *in fine.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 331. *num.* 8. *Plenum* quandoque adeò dicitur liberum, vt etiam importare possit arbitrium iniquum declarando, vt per Bald. *conſ.* 379. *in princip. verſ. Quandoque, lib.* 3. quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 329. *num.* 7.

Plenarium dicitur, quod adiectione non indiget 7
Bald. *conſ.* 379. *incip. Quando, in princip. lib.* 3. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 330. *num.* 1.

Pleniſſimum importat idem, quod *Omni meliori* 8
modo. Alex. *conſ.* 50. *incip. In cauſa, num.* 9. *verſ. Poſtremò, lib.* 7. quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 330. *num.* 2. Vnde pleniſſima securitas data dicitur, 9
cui nulla obstat exceptio, & contra quam nulla datur restitutio, aliàs non diceretur pleniſſima. Alex. *d. conſ.* 50. *num.* 9. *lib.* 7. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 330. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Frequentiam casus ostendit dict.* Plerumque, *quasi sæpissimè.*
2 Plerumque, *importat nonnunquam idem quod* Semper.
3 Plerumque *aliquando exponitur pro* Interdum.
4 *Regulam notat, & designat de sui natura dict.* Plerumque.
5 *Exceptionem, & regulam esse in contrarium denotat dict.* Plerumque.

Plerumque.

Dictio CCLXII.

OStendit hæc dictio casus frequentiam quasi sæ- 1
pissimè, vt per Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif.*

significe. sub hac dict. pag. 76. Menoch. *rem.* 8. *recuper. num.* 91. Paul. Montan. *de tutelis & curis, cap.* 15. *nu.* 139. *in fine.*

2 Importare quandoque idem quod semper, ait Castil. *cons.* 36. *num.* 31. quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 322. *num.* 2.

3 Quandoque exponitur pro *Interdum*, iuxta notata per Menoch. *de præsumptionib. lib.* 5. *præsumpt.* 30. *numero* 19.

4 De sui natura denotat & designat regulam. *l. plerumque, in princ.* cum ibi notatis *ff. de iure dotium, l. Titia, §. idem respondit, ff. de verb. oblig.* Bart. *in l.* 1. *ff. de tutel. & ration. distrahen.* Corn. *cons.* 68. *num.* 5. *vol.* 8. Menoch. *de arbitrar. casu* 390. *num.* 3. *vers. secundus est casus. & de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 22. *num.* 25.

5 Mascard. *de prob. conclus.* 892. *num.* 2. Vide denotare exceptionem, & regulam esse in contrarium per *l. plerumque, & l. locus, & l. pronunciatio, §.* 1. *ff. de verb. significe. & l.* 1. *§.* 1. *ff. de itinere, actuque priuato*, notat Tiraq. *de retractu, tit.* 1. *§.* 1. *glos.* 9. *num.* 224.

SVMMARIVM.

1 *Ternario numero contenta est dictio* Pluries.
2 Pluries *verificari potest in tribus, vel quatuor vicibus, & in bino.*
3 Multa, *verificatur in tribus.*

Pluries.

Dictio CCLXIII.

1 TErnario numero contenta est hæc dictio, vt *in cap. Olim*, vbi Bald. *de rescript.* Vulpell. *de præpos. & aduerb signif sub hac dict. pag.* 77. Borgnin, *decis.* 43.
2 *num.* 7. vbi ait, quòd hæc dictio est ambigua, & potest verificari in tribus, vel in quatuor vicibus. Bald. *in cap. in præsentia, col.* 2. & ibi Felin. *col. fin. de testib.* Syluan. *cons.* 2. *num.* 2. Gom. *in cap. cùm in multis, num.* 3. *de rescript. in* 6. Natt. *cons.* 70. *incip. Vidi, nu.* 60. vbi ait, quòd potest verificari in bino. Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. sing.* 80. *num.* 4. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 135. *num.* 10. vbi *num.* 11. subdit, quòd dictio
3 *Multa*, etiam verificatur in tribus.

SVMMARIVM.

1 Plus *est aduerbium comparatiuum, & de modica quantitate intelligitur.*
2 *Dict.* Plus, *à teste prolata, cùm sit ambigua, nihil operatur.*
3 *Verba* Plus, minusve, *nihil addunt, nihilque imminuunt de confessione, nisi aliud probetur.*
4 *Tempus illud quod à principio litis vsque ad diem examinis seu depositionis, non potest suppleri vigore dictionis* Plus.
5 *Tempus perfectum quandoque significat dict.* Plus, *cùm agitur de certo tempore probando.*
6 Plus *consideratur non solùm respectu quantitatis, sed etiam respectu temporis.*
7 *Substantiam rei non mutant* Plus *&* Minus, *nec illam faciunt differre specie.*
8 Plus *scilicet, quod est, minus licitum est.*
9 Plus *apud Grammaticos vsurpatur pro* Magis, *seu* Amplius.

Plus.

Dictio CCLXIV.

PLus est aduerbium comparatiuum, & de modica quantitate intelligitur, vt *in l. hæc adiectio, ff. de verbor. signif. & in l. cùm filius, §. pater, ff. de legat.* 2. *& in l. & si post tres*, vbi glos. & Bald. *ff. si quis caution.* notant Ias. *in l. cùm quidam, num.* 1. *C. de verbor. signif.* Euerard. *in Topicis legalib. cap. ab absurdo, fol.* 65. *col.* 1. Boër. *decis.* 147. *num.* 7. Ruin. *cons.* 55. *num.* 1. *& 3. vol.* 1. Gabr. *cons.* 168. *num.* 4. *tom.* 1. Strach. *in tract. de mercatura, p.* 1. *num.* 27. *fol.* 18. & de adiecto *p.* 4. *q.* 1. *num.* 7. *fol.* 246. *& p. vlt. q. fin. num.* 34. *fol.* 284. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 78. Menoch. *de arbitr. casu* 145. *num.* 4. *cum seq.* 1

Prolata à teste, cùm sit ambigua, nihil operatur, 2
vt per Alex. *cons.* 109. *num.* 15. *vol.* 4. Ias. *in rubr. ff soluto matrimon. num.* 5. Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *de testib. num.* 379. Menoch. *de arbitr. casu* 47. *in princip.* Mascard. *de probat. conclus.* 1396. *num.* 7. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 1. *num.* 31. *in princip.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 277. *num.* 10. *cum seqq.* Cened. *d. sing.* 80. *num.* 2.

Et dictio *Plus, minúsve* nihil addit, nihilque mi- 3
nuit de confessione, nisi aliud probetur, vt per Bart. *in l. Publia, §. fin. ff. depositi, & in l. in actione, ff. de furtis*, vbi ait, admittendum esse libellum, in quo certum petitur, & additur clausula illa *Et plus*: nam dictio *Plus* nihil operatur, nisi postea probetur aliquid certum. Alex. *cons.* 8. *in fine, vol.* 4. Strach. *d. p. vlt. q. fin. num.* 37. *cum tribus seqq. fol.* 284.

Nec vigore huius dictionis potest suppleri illud 4
tempus, quod est à principio litis, vsque ad diem examinis, seu depositionis, vt notat Mascard. *de probat. conclus.* 424. *num.* 24. quem refert Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 9. §. 1. *in annot. num.* 91.

Interdum significat tempus perfectum, cùm 5
agitur de certo tempore probando, ex notatis per Menoch. *de arbitr. casu* 47. *num.* 1. & nihil releuat, secundùm Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 61.

Plus consideratur non solùm respectu quanti- 6
tatis, sed etiam respectu temporis, iuxta tradita per Menoch. *cons.* 279. *num.* 7.

Plus, & *Minus* non mutant substantiam rei, nec 7
illam faciunt differre specie, vt *in l. fin. ff. de fundo instructo, & in l. legato generaliter, ff. de legat.* 1. Marc. Anton. *variar. lib.* 3. *resolut.* 39. *num.* 4. Ferrer. *in constit. Cathalonia. glos.* 8. *num.* 155. Thomas de Thomasset *reg.* 225. vbi subdit, procedere, quando differunt accidentaliter, secùs autem si differant essentialiter.

Plus scilicet, quod est minùs, licitum est; *l. non* 8
debet, ff. de regulis Iuris, auth. multò magis, C. de sacrof. Eccles. cap. cui licet, 53. *de regulis Iuris, lib.* 6. Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *cons.* 60. *num.* 109. Thomas de Thomasset *reg.* 85. Ferrer. *in constit. Cathalonia, glos.* 4. *num.* 43. vbi ait, quòd cui non licet quod est minus, nec licere debet quod est plus.

Plus apud Grammaticos magis accedit ad nomen, 9
quàm *Magis*, proinde non temerè pro magis vsurpandum est. Cic. *de Amicit.* Ne plus æquo quid in amicitia congeratur. Idem *Attic. lib.* 6. Dimidio plus scripsit.

10 Sæpè autem vsurpatur pro *Amplius*. Cic. 2. *de natura Deor.* Molestum est vno digito plus habere. Idem 1. *Philippic.* Plus vna me nocte retinere non potuit. Idem *pro Quinct.* Ac tecum ann⁹ plus vixit.

SVMMARIVM.

1 Plures *verificantur in duobus.*
2 *Testis si dicat quòd Titius possedit per plures, & plures annos, intelligitur de quatuor propter geminationem.*
3 *Pluralis numerus vno non contentatur, sed in duobus ad minus verificari debet.*
4 *Numerum quemcumque importat dictio* Plures, *quando est comparatiuè posita, & denotat excessum.*
5 Plures *cùm vocantur sub plurali numero, omnes æqualiter eodem tempore succedunt.*
6 *Pluribus quando per verbum obliquum relinquitur, ij omnes alternatiuè dicantur vocati ordine successiuo.*
7 *Dict.* Plura, *in materia prohibitiua verificatur solùm in duobus.*

Plures.

DICTIO CCLXV.

1 DIctio *Plures* verificatur in duobus, vt per Marsil. *sing.* 378. *num.* 5. Roch. de Curte *in tract. de consuet. part. num.* 371. *vers. prima est conclusio.* Dom. *in cap. cùm plures, in princip. de offic. deleg.* Borgnin. *decis.* 43. *num.* 7. Benintend. *decis.* 43. *num.* 6. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 23. *num.* 26. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 33. Ruin. *cons.* 44. *num.* 13. *lib.* 4. Honded. *cons.* 100. *num.* 32. *vol.* 1. Mascard. *de probat. conclus.* 838. *num.* 12. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 80. *num.* 3. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb.*
2 *signif. sub dict. Plus*, *num.* 6. vbi cum Rom. subdit, quòd si testis dicat, quòd Titius possedit per plures, & plures annos, intelligendum est de quatuor propter geminationem; de quo etiam Ioan. de Imol. *cons.* 101. *incip. In causa*, *num.* 2. quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tem.* 2. *lit. D. concl.* 33. *num.* 2.
3 Pluralis enim numerus vno non contentatur, vt per Menoch. *cons.* 198. *num.* 6. *& cons.* 404. *num.* 2. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 353. *num.* 1. *& lit. P. conclus.* 367. Immò in duobus ad minùs verificari debet, *l. vbi numerus, ff. de testib. cap. pluralis locutio*, 40. *de regulis Iuris, lib.* 6. cum citatis per Mascard. *conclus.* 838. *num.* 12. & Escobar *de ratiocin. cap.* 18. *num.* 43. & Euerard. *in Topicis, loco* 54.
4 Quando autem hæc dictio est comparatiuè posita, & denotat excessum, tunc importat quemcumque numerum, vt per Signorol. de Homodæis *cons.* 148. *in fin. vers. item pars aduersa.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 333. *num.* 3.
5 Plures cùm vocantur sub plurali numero, omnes æqualiter eodem tempore succedunt. Menoch. *cons.* 158. *num.* 27. declarando vt ibi *num.* 53.
6 Pluribus verò quando per verbum obliquum relinquitur, ij omnes alternatiuè dicuntur vocati ordine successiuo, ex eodem Menoch. *cons.* 328. *num.* 44.
7 In materia verò prohibitiua dictio *Plura* verificatur solùm in duobus, vt fuit dictum in Rota *decis.* 235. *num.* 25. *p.* 1. *diuers. & decis.* 528. *num.* 3. apud Farinac. *p.* 1. *recent.*

Plurimi.

DICTIO CCLXVI.

DIctio *Plurimi* ad minùs in tribus debet verificari. glos. *in §. & quod sæpe, in auth. de trient. & semiss.* Doct. *in l. continuus*, §. *item qui insulam, ff. de verbor. oblig.* Benintend. Bononiæ *decis.* 43. *num.* 7. Petr. Enriq. *resp. opusc.* 2. *num.* 33. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 80. *num.* 3. *in princip.* 1

SVMMARIVM.

1 Porrò, *idem significat quòd* Deinde, *seu* Posteà.
2 Porrò *aliquando pro* Vltrà *vsurpatur.*
3 Porrò *non semel pro* Autem *vsurpatum, continuat orationem.*

Porrò.

DICTIO CCLXVII.

IDem significat apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Autores, quòd *Deinde*, seu *Posteà*. Cic. 3. *Verr.* Hominibus & natura, & consuetudine, & disciplina leuissimis, porrò autem populi Romani conditione sociis, fortuna seruis. Idem *Verr.* 4. Sic porrò nostros homines diligunt. Terent. *Andr.* Moue ocyùs te, vt quid agam, porrò intelligas. 1

Aliquando ponitur pro *Vltrà*. Cic. 4. *de Finib.* Perge porrò, nam de isto magna dissensio est. Liuius *lib.* 1. Ex loco infecto agere porrò armentum cœpit. 2

Non semel pro *Autem* vsurpatum continuat orationem. Cic. *pro Milone*: Eum porrò summo consensu populi Romani Consulem fieri videbat. Idem *pro Planc.* Nihil porrò tam inhumanum, &c. Idem 7. *Verr.* Age porrò tu, qui te tam religiosum existimari voluisti interpretem fœderum. Idem *pro Quinct.* Clamabat porrò Quinctius. Idem *Attic. lib.* 1. Porrò autem neque mihi accidit. 3

SVMMARIVM.

1 *Facultatem, ac liberam voluntatem, non autem necessitatem importat verbum* Possum, *quando affirmatiuè profertur.*
2 *Arbitrium, & electionem inducit verbum* Possum, *affirmatiuè conceptum.*
3 *Necessitatem importat verbum* Possum, *negatiuè prolatum, & actum contrà gestum omnino reddit nullum, priuátque omni potentia.*
4 *Negatiua præposita verbo* Possum, *reddit ipso iure actum inutilem, si fiat in contrarium.*
5 *Verbum* Possum *iunctum cum dict.* quouis, *seu*

ſeu quoquomodo, *operatur impotentiam ex aliqua alia cauſa, iure, vel titulo.*

6 *Extenſiuum eſt verbum* Poſſum, *quod trahitur ad futura habentia cauſam de præſenti.*

7 *Verbum* Poſſum *comprehendit illud quod licitè & commodè fieri poteſt, non autem id quod eſt contra bonos mores.*

8 *Verbum* Poſſum *intelligitur ſecundùm Iuris diſpoſitionem.*

9 Poſſe *videtur, qui facit quominùs poſſit.*

10 Poſſe *quis non dicitur quod incommodè poteſt, vel facilè, aut ſine periculo exequi non valet, vel quod non honeſtè poteſt, vel quod contra ius poteſt.*

Poſſum.

Dictio CCLXVIII.

1 VErbum hoc importat facultatem, ac liberam voluntatem, & non neceſſitatem, quando affirmatiuè proferatur, vt *in l. ſapè*, cum ibi notatis, *ff. de offic. Præſidis, & in l. 1. C. quomodo, & quando Iudex*, notant gloſ. *verbo poſſit, in cap. ſtatutum, de reſcript.* Coſm. *in pragm. ſanct. tit. de collat. verb. Poterunt. pag.* 280. Menoch. *conſ.* 1069. *num.* 4. *& conſ.* 1199. *num.* 12. Surd. *de alim. tit.* 5. *quæſt.* 4. *nu.* 14. *&* 17. Catoc. *deciſ ſeu caſu* 36. *num.* 3. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 27. *gloſ.* 13. *nu.* 5. Gutier. *de tutel. & cur. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 6. Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg.* 33. *num.* 69. *cum ſeqq.* Morl. *in emporio Iuris, p.* 1. *tit.* 2. *in prælud. num.* 18. Aloyſ Ricc. *in praxi rerum fori Eccleſ. deciſ.* 720. *nu.* 1. *in* 1. *edit. aliàs reſol.* 610. *num.* 7. *in* 2. *edit.* Pichard. *in diſp. de mora. num.* 121. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *lib.* 1. *tit.* 3. *quæſt.* 23. *num.* 5. Caſtil. *controu. lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 41. Melch. Phebos Luſitan. *deciſ.* 9. *num.* 6. Sanch. *de Matr. lib.* 6 *diſput.* 38. *num.* 20. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 146. *num.* 15 *& tom.* 3. *cap.* 506. *num.* 12. *&* 13. Gregor. *deciſ.* 85. *num.* 7. Et in hoc ſenſu exponitur pro verbo *Debet*. Flam. *de reſign. lib.* 5. *quæſt.* 3. *num.* 84. Seraph. *d. priuilegio* 23. *num.* 71. Et quòd ſit meræ facultatis, & non neceſſitatis, tam in reſcriptis, quàm in legibus, & in contractibus, di-
2 cit Rot. *deciſ.* 329. *num.* 3. *p.* 2. *recent.* Affirmatiuè etiam conceptum inducit arbitrium, & electionem, ex traditis per Ferrer. *in conſtit. Cathalon. gloſ.* 1. *n.* 322.

3 Negatiuè autem prolatum neceſſitatem importat, & actum contrà geſtum omnino reddit nullum, priuátque omni potentia, iuxta Gloſ. *verb. Non poteſt, in cap. non poteſt de reg. iur. lib.* 6. Bernard. *reg.* 487. Bart. *in l. Mœuius, §. duobus, col.* 8. *verſ.* 4. *quæro, num.* 20. *ff. de leg.* 2. Roland. *conſ.* 2. *num.* 40. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 58. *nu.* 35. *lib.* 4. Tiraq. *de iure mariti, gloſ.* 4. *nu.* 1. *&* 11. Vital. de Camb. *intract. clauſ. pag.* 400. *num.* 1. Hipp. *conſ.* 65. *nu.* 17. *vol* 1. Molin. *de primog. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 11. *cum ſeq.* Ioan. Garc. *reg.* 485. Gallet. *in margar. caſuum Conſcientia, verb. clauſ. pag.* 40. Auila *ad cap.* 3. *Prætorum, in gloſ. Puedan.* Lancell. Gallia. *in conſuetud.* Alexand. *in gloſ. non poſſit, in princ. à num.* 2. Burſatt. *conſ.* 164. *num.* 3. Paul. Fuſch. *lit. P. ſingul.* 57. Alex. *conſ.* 77. *num.* 2. *vol.* 3. Roland. *conſ.* 80. *num.* 57. *vol.* 3. *& conſ.* 2. *num.* 40. *vol.* 4. Petr. Madagl. *de num. teſtium in teſtam. p.* 1. *cap.* 10. *num.* 101. Gutier. *in repet. l. nemo poteſt, num.* 145. *ff. de leg.* 1. *& pract. lib.* 3. *quæſt.* 52. *num.* 2. Mench. *vſufrequen. cap.* 10. *num.* 3. Azeued. *ad l.* 1. *num.* 1. *tit.* 3. *lib.* 5. *& l.* 4. *num.* 1. *tit.* 6. *& l.* 8. *n.* 1. *tit.* 10. *eod. lib.* 5. *noua Recopil.* Couar. *in cap. quamuis pactum, de pactis, lib.* 6. *p.* 2. §. 4. *num.* 4. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, in princ. num.* 27. *C. de in integr. reſtit. & de poteſt. eligendi, cap.* 10. *num.* 1. *& num.* 42. *& de reſol. emphyt. cap.* 3. *num.* 1. Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *nu.* 33. Card. Tuſch. *lit. P. concluſ.* 464. Sanch. *de Matr. lib.* 6. *diſp.* 38. *num.* 20. *& in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *nu.* 38. *verſ. idem.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *quæſt.* 41. *num.* 31. Rota *deciſ.* 515. *num.* 3. *p.* 1. *recent.* Et quòd ratione ſubiectæ materiæ importet hoc verbum neceſſitatem, & obligationem, cenſuit eadem Rot. *deciſ.* 48. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* Negatiua enim præpoſita huic ver- 4
bo reddit ipſo iure actum inutilem, ſi fiat in contrarium, iuxta reſoluta per Gomez. *in cap. vt animarum, §. ſtatuto, nu.* 24. *de conſtit. lib.* 6. Ceual. *com. contra comm. quæſt.* 404. *num.* 5. Rebell. *de oblig. Iuſtit. p.* 1. *lib.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 42.

Si quoque addantur verba *quouis*, ſeu *quoquomodo*, 5
dicendo, *non poſſint quouis modo, operarentur, vt quis ex aliqua alia cauſa, iure, vel titulo petere non valeat.* Ruin. *conſ.* 98. *num.* 11. *lib.* 2. Cephal. *conſ.* 13. *num.* 2. *vol.* 1. Vnde nec includere modos ſimiles & diſſimiles, æquales & inæquales, ac maiora expreſſis. Roland. *conſ.* 2. *num.* 32. *vol.* 4. *& conſ.* 5. *num.* 46. *vol.* 1. Ceph. *conſ.* 121. *num.* 1. *vol.* 1. & etiam modos indirectos, idem Ceph. *conſil.* 76. *numero* 15. *&* 16. *in fine, & conſil.* 688. *numero* 7.

Verbum hoc eſt extenſiuum, quod trahitur ad fu- 6
tura habentia cauſam de præſenti, vt *in l. ſi ita quis teſtamento* 53. vbi gloſ. *verb. quandoque. ff. de leg.* 2. *quod ſeruus, 8. in fine, vbi gloſ. verb. poteſt. ff. de condict. cauſa data*, notant Alex. *conſ.* 46. *incip. Viſis, num.* 2. *verſ.* 3. *lib.* 1. *& conſ.* 1. *incip. Perſpectis, nu.* 6. *lib.* 5. vbi Apoſtil. *in verb. extenſiuum*, ait, quòd comprehendit ius de futuro. Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 555. *num.* 17. Bertaz. *de clauſul. inſtrum. clauſ.* 27. *gloſ.* 13. *num.* 5. vbi etiam di- 7
cit de iſto verbo, quòd comprehendit illud, quod licitè & commodè fieri poteſt, *per text. in l. nepos Proculo*, vbi Alciat. *ff. de verb. ſignif.* Gloſ. *verb. licitè, in reg* 1. *de regulis Iuris, lib.* 6. Et quòd non comprehendit id, quod eſt contra bonos mores, *per l. culpa caret.* & ibi Cagnol. *num.* 3. *ff. de reg. Iuris.*

Intelliguntur ſecundùm Iuris diſpoſitionem, iux- 8
ta tradita per Seraph. *de priuileg. iuramenti. priuileg.* 73. *num.* 72.

Poſſe videtur qui facit quominùs poſſit, *l. ſi bona* 9
fide, 12. *ff. de noxalibus action.* Poſſe quis non dicitur 10
quod incommodè poteſt. Menoch. *conſ.* 2. *num.* 10. Vel quod facilè, aut ſine periculo exequi non valet. Idem Menoch. *conſ.* 351. *num.* 34. Vel quod non honeſtè poteſt. *d. l. nepos Proculo.* Surd. *conſ.* 203. *num.* 44. Menoch. *conſ.* 901. *num.* 61. Vel quod contra ius poteſt, cùm verba ſint intelligenda ſecundùm ius, *l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati, cap. cauſam, quæ. de reſcript. cap. cùm dilectus, de conſuetud.* Steph. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 13. *num.* 34.

SVMMARIVM.

1 Poſt, *&* Poſteà, *eiuſdem ſunt ſignificationis & naturæ.*

2 *Tempus non certum, ſed ambiguum ſignificant dict.* Poſt, *&* Poſteà, *ſecundùm ſubiectam materiam.*

3 *Separatiuæ dictiones ſunt* Poſt, *&* Poſteà.

4 *Actum ſequentem factum incontinenti, & ex interuallo poſſunt ſignificare dictiones* Poſt, *&* Poſteà.

Poſt,

Post, Posteà.

Dictio CCLXIX.

1 HIusmodi dictiones eiusdem esse significationis,& naturæ,probant Tiraq. *in l. si vnquam, verb. & posteà, à num.* 15. *cum seqq.* vbi *num.* 13. ait, quantum ad interuallum nihil omninò differre, sicut *Ante*,& *Anteà*. Rebuff. *ad l. Labeo*, 14. §. *item si dominus, ff. de verbor. signif. pag.* 138. *vers. posteà*, vbi ait,
2 eas non certum tempus, sed ambiguum secundùm subiectam materiam significare. Anton. Thes. *decis.* 30. *num.* 2. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 34. *num.* 4. *&* 5.

3 Sunt dictiones separatiuæ, vt *per l. si cui legetur, ff. de legat.* 1. notat Octauian. Vulnell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Post, pag.* 78. vbi *num.* 2. asserit,
4 quòd denotare possunt actum sequentem factum incontinenti; & ex interuallo, secundùm sermonis proprietatem, & quòd significant extremitatem, & lapsum totius temporis, ac inducunt conditionem.

SVMMARIVM.

1 *Ambigua dictio est* Post, *& varij sensus.*

2 *Exclusiuè stat dictio* Post, *quando apponitur in dispositione in qua tempus, vel terminus statuitur.*

3 *Termino, vel dilationi alicui iuncta dictio* Post, *importat vt dilatio præcedens totaliter sit consumpta.*

4 *Interuallum modicum denotat dictio* Post, *quando ponitur in dispositione, in qua potest significare & modicum, & longum interuallum.*

5 *Actum immediatè sequentem sine interuallo importat dict.* Post.

6 *Ordinem successiuum denotat dict.* Post, *præcipuè quando respicit personam.*

7 *Ordinem per prius, & posterius importat dict.* Post.

8 *Conditionem an & quando denotet dict.* Post, *ostenditur.*

9 Post, *quando apponitur in aliqua dispositione, in qua potest stare inceptiuè, seu inchoatiuè, & potest similiter stare completiuè, perfectiuè, siue finitè, semper tunc accipienda est perfectiuè, completiuè, & finitè.*

10 *Testificantes variè per dict.* Post, *gratia contrarietatis euitandæ, quomodo concordandi, ostenditur, &* num. 11. & 12.

13 *Dict.* Ante, *&* Post, *ita sunt intelligendæ, vt actus, de quo quæritur, non vitietur.*

14 Post, *omnino contraria est dict.* Ante.

15 Post, *apud Grammaticos qualiter accipiatur, &* num. 16.

Post.

Dictio CCLXX.

1 ESt dictio ambigua,& varij sensus, vt refert Galliaul. *in repet. l. Gallus, ff. de liber. & posthum. num.* 37.

Quando hæc dictio *Post* apponitur in dispo- 2
sitione, in qua tempus, vel terminus statuitur, & ponitur ante dictionem *Diem*, tunc stat exclusiuè, & facit, vt dies ille, cui adiicitur, non comprehendatur in termino. Ita glos. *verb. proponitur, in cap. frequens, de restit. spol. lib.* 6. & ibi Archid. *ante num.* 1. *in vers. Post diem, glos.* 1. *post med. in cap. quod à patribus*, 75. *distinct.* Speculat. *in tit. de citat.* § *Vlt. col. vlt. vers. Item nota.* Alber. *in Dictionario, verb. Post diem Sabbati.* Bart. *in l.* 2. §. *creditum, col.* 2. *vers. aduerte, ff. de rebus creditis.* Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num* 40. & 50. Perez *ad l.* 22. *vers. Item nam dictio Post, tit.* 2. *lib.* 7. *Ordinam. pag.* 408. Cened. *d sing.* 34. *num.* 1.

Adiuncta hæc dictio alicui termino, vel di- 3
lationi, importat, vt dilatio præcedens totaliter sit consumpta, vt si assignatur terminus post primam dilationem, ille terminus non currit, nisi totaliter consumpta prima dilatione. Ita per text. *in cap. Capellanus, de feriis.* notant Gemin. *cons.* 121. *num.* 4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 336. *num.* 1. vbi *num.* 3. post eumdem Gemin *d. cons.* 121. *num.* 10. 11. & 16. restringit, nisi is, ad cuius fauorem statuitur terminus, velit præuenire, quia tales termini bene non possunt præteriri; sed tamen hæc dictio *Post* non importat, quin is, qui habet dilationem, possit illi termino renunciare, & tunc succedit alius terminus assignatus pòst.

Quando verò ista dictio ponitur in dispositione, 4
in qua potest significare & longum, & modicum interuallum, tunc hæc dictio *Post* denotat modicum interuallum, quia illa simpliciter posita differt à dictione *Posteà* pariter simpliciter posita; cùm hæc dictio *Pòst* non denotet interuallum, sed pro *Confestim*, aut *Incontinenti* accipiatur. Dictio verò *Posteà* suapte natura interuallum longum, vel si malueris paruum significat, secundùm subiectam materiam, ex Tiraq. *in d. l. si vnquam, vers. & posteà, à num.* 7. Ita probat text. *in l. iuris gentium*, §. *quinimò, ff. de pactis*, ibi, *post emptionem ex interuallo.* Si namque *Pòst* importasset ex interuallo, frustrà fuisset additum. & similis text. *in l. duobus, in princip. ff. de duobus reis*, & facit text. *in cap.* 1. *in princip. de restit. spol. in* 6. per quem dicit ibi Gemin. *num.* 8. quòd dictio *Pòst* importat actum immediatè sequentem 5
sine interuallo. Vnde si testis dicat Titium possedisse post Sempronium, intelligitur immediatè; quam opinionem, & differentiam inter prædictas dictiones sequuntur Ias. *in l. iuris gentium*, §. *quinimò, num.* 8. *ff. de pact. & in l. dotem, num.* 3. *& in l. fructus, num.* 5. *vers. tu autem dic, ff. soluto matrimon.* Tiraq. *d. verb. Posteà, num.* 12. Gom. *in cap.* 1. *num.* 116. *de constit. lib.* 6. Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 6. *in verb. Apres le treſpas, ante num.* 1. *pag.* 592.

Ordinem successiuum denotat hæc dictio *Post*, 6
præcipuè quando respicit personam, vt *in l. liberorum, ff. de verbor. signif. & in l. Iurisconsultus, ff. de gradibus, & in l. post consanguineos, ff. de suis, & legitimis hæredibus.* Dec. *cons.* 431. *num.* 6. Decian. *cons.* 1. *num.* 226. *lib.* 1. Card. Tusch. *d. lit. D. concl.* 336. *num.* 6. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. dictio*, 21. Im- 7
portat enim ordinem per priùs, & posteriùs, prout citato Paris. *cons.* 19. *num.* 6. *lib.* 2. fuit dictum *in Treueren. loci Capitularis*, 10. *Martij* 1606. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per Farinac. *decis.* 167. *num.* 6. *p.* 2. *recent.* vbi etiam habetur, quòd importat conditionem ad text. *in l. inter illam, ff. de verbor. oblig.* Et quòd hæc dictio posita in aliqua dispositione, in qua potest denotare conditionem, tunc eam inducit principaliter, & non accessoriè; & quòd in hoc differt à dictione

Cum,

Cùm, quæ acceſſoriè conditionem denotat, vt poſt alios tradit Iaſ. *in l. ſi cui legetur, §. hoc autem, num. 9. ff. de legat. 1.* quem refert Cened. *d. ſing. 35. num. 11.*

9 Quando verò hæc dictio *Poſt* apponitur in aliqua diſpoſitione, in qua poteſt ſtare inceptiuè, ſeu inchoatiuè, & poteſt ſimiliter ſtare completiuè, perfectiuè, ſiue finitè, tunc ſemper eſt accipienda perfectiuè, completiuè, & finitiuè, vt probat text. *in l. ſi ita fuerit libertas, 41. ff. de manumiſſ. teſtam.* notant gloſ. *verb. fari poſſit, in l. inter illam, 217. ff. de verbor. ſignif.* dum ait, eſſe differentiam, ſi teſtator dicat: Anno duodecimo liber eſto, vel poſt annum duodecimum: quia primo caſu ſtatim inchoato duodecimo anno liber erit, ſed in ſecundo minimè, donec fuerit annus perfectus, prout refert Cened. *d. ſing. 35. num. 53.*

10 Verùm gratia contrarietatis euitandæ aliter ſumitur, videlicet quando profertur à teſtibus inuicem contrariis; nam ſi vnus teſtis dicat: Promiſit poſt nuptias; alter verò dicat: Promiſit ante nuptias; tunc dictio *Poſt* intelligitur, poſt nuptias ſcilicet contractas, & alter teſtis intelligitur ante nuptias ſcilicet finitas. Ita Bart. *in l. 2. §. creditum*, & ibi Dec. *num. 5. in 1. lectura, & num. 9. in 2. lectura.* & Iaſ. *num. 9. ff. de rebus creditis.*

11 Sic etiam ſi vnus dicat, Poſt guerram, alter verò, Ante, primus intelligitur, Poſt guerram cœptam; ſecundus verò, Ante illam finitam, vt poſt Bart. tradit Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 336. num. 5.*

12 Sic etiam quando vnus teſtis diceret hoc contigiſſe poſt publicationem, & alter teſtis diceret ante publicationem; nam dictio *Poſt* hoc caſu interpretari debet poſt publicationem ſcilicet inchoatam, & ante publicationem ſcilicet finitam, vt per Dec. *in d. l. 2. lectura 2. num. 9. cum ſeqq.* Ang. *conſ. 278. col. penult. verſ. nunc venio.* Capic. *deciſ. 37. num. 1.* Teſtes enim debent reduci ad concordiam, ſi poſſibile ſit, ex adductis per Rebuff. *in tract. de reprobat. teſtium, num. 98.* Farinac. *in praxi crimin. q. 65. num. 92. cum ſeqq.* quos refero ego ipſe *in collect. ad cap. in noſtra, 32. num. 14. de teſtibus.*

13 Illud aduertere oportet, quòd dictiones *Ante*, & *Poſt*, ſicut & dictiones *Priùs*, vel *Poſteà*, ſic ſunt intelligendæ, vt actus, de quo quæritur, non vitietur, iuxta reſoluta per Bald. *conſ. 179. incip. Ad euidentiam, num. 2. verſ. ſed pro ſtipulatore, lib. 2.* quem refert Card. Tuſch. *d. concluſ. 336. num 4.*

14 Hæc dictio *Poſt* eſt omninò contraria dictioni *Ante*; quia dictio *Ante* denotat tempus, quod præcedit; *Poſt* verò denotat tempus, quod ſequitur, vt ex Bart. & aliis tradit Dec. *in d. l. 2. §. creditum, in 1. lectura, num. 11. & in 2. lectura, num. 23. ff. de rebus creditis.* quem refert Cened. *ſing. 34. num. 12.*

15 Apud Grammaticos *Poſt* vel eſt præpoſitio, vel aduerbium; quatenùs præpoſitio eſt, accuſatiuum regit, illíque opponitur *Ante*. Cic. *Attic.* Hic magiſtratus multis annis poſt Decemuiros inſtitutus. Idem *pro Roſcio*: Aliquot poſt menſes is occiſus eſt. Cæſ. *lib. 3. de bello Gallico*: Repentè poſt tergum equitatus cernitur. Cic. *in Catilin.* Cauſa enim eſt poſt Vrbem conditam hæc inuenta ſola, in qua, &c. Idem *in Brut.* Longè autem poſt homines natos improbiſſimus. Idem *de optimo genere orandi*: Optimus longè poſt homines natos. Idem 5. *Verr.* Quod nemo vnquam poſt hominum memoriam fecit. Idem *Attic. lib. 9.* Poſt diem quartam, quàm ab Vrbe diſceſſimus.

16 Quando verò ponitur vt aduerbium, nullum caſum regit, licèt ſæpe iungatur cum ablatiuo temporis. Cic. *in Brut.* Ita recepi me biennio pòſt. Idem *2. de Diuinat.* Anno pòſt Paulus periit. Idem *pro Flac.* Multis pòſt annis pecunia recuperata eſt.

SVMMARIVM.

1 *Interuallum de ſui natura ſignificat dictio* Poſteà.

2 Poſteà, *verificari poteſt incontinenti, & ſine interuallo, nonnunquam cum interuallo longo, aut modico ratione ſubiectæ materiæ.*

3 *Actum perfectum & non pendentem denotat dictio* Poſteà, *aliquando verò incœptum.*

4 *Excluſionem inducit dict.* Poſteà.

Poſteà.

DICTIO CCLXXI.

HÆc dictio *Poſteà* de ſui natura ſignificat interuallum, vt per Dec. *in l. certi conditio, §. depoſiti, num. 1. ff. ſi certum petatur, & in l. in bonæ fidei, num. 10. C. de pactis, & conſ. 639. num. 4.* Iaſ. per text. ibi *in l. iuris gentium, §. quinimò, num. 8. ff. de pactis, & in l. ait Prætor, §. denique, num. 7. ff. de iureiuran.* Corſet. *in ſing. 221. incip. Poſteà.* Alex. *conſ. 141. incip. Viſo teſtamento, num. 2. & 3. lib. 2.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. Poſteà, C. de reuocan. donat.* Couar. *lib. 1. variar. cap. 14. num. 1.* latè Anton. Burg. *in cap. ſi venditor, num. 2. de empt. & vend.* Rota *deciſ. 883. incip. Quidam laicus donauit, in antiquis.* 1

Quandoque tamen verificari poteſt inconti- 2
nenti, & ſine interuallo, nonnunquam ex interuallo longo, aut modico, ratione ſubiectæ materiæ, loci, vel temporis, vt notant gloſ. & Bartol. *in l. ab hoſtibus, ff. ex quibus cauſis maiores.* idem Bart. *in l. quoties, §. ſi quis ita ſcripſerit, de hæred. inſtituen.* Tiraq. *d. verb. Poſteà, num. 6. & 7.* Iaſ. *in l. fructus, num. 6. ff. ſoluto matrimon. & in l. non hoc, num. 15. in 9. limit. C. vnde legitimi.* Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ. 2. num. 15.* vbi *num. 17.* ſubdit, quòd exponitur pro *Confeſtim.* Burg. *in d. cap. ſi venditor, num. 2.* vbi dicit, quòd iſta dictio poteſt verificari mediatè; & immediatè, quod etiam fuit dictum *in Vlcdiſtauien. prædiorum, 4. Februarij 1611. coram Reuerendiſſimo Domino meo Piruano.*

Denotat hæc dictio *Poſteà* actum perfectum, & 3
non pendentem, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. gloſ. 11. num. 24. & 25.* Mandoſ. *in reg. 21. Cancellar. q. 8. num. 7.* Aliquando verò denotat actum incœptum ſolùm, & nondum perfectum, vt *in l. 2. §. fin.* vbi gloſ. & Doctores *ff. ſi certum petatur, l. 4. in fin. ff. de vſu, & habitatione.*

Inducit excluſionem, vt per Perez *l. 22. verſ. item* 4
nam dictio Poſt, tit. 2. lib. 7. Ordinam. pag. 408. Et excludit præcedentia, ſecundùm Azeued. *ad l. 4. num. 12. tit. 3. lib. 7. nouæ Recopil.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

2 *Conditionem inducit dict.* Poſtquàm.

3 *Incluſiuè ponitur dict.* Poſtquàm *in diſpoſi-*

tione in qua statuitur dies, tempus, vel terminus, & talis dies termini computatur in termino.

4 *Tempus omne anterius excludit dictio* Postquàm.

Postquàm.

Dictio CCLXXII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide latè Galganet. *de condit. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 4.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Post, vers. Postquam, pag. 79.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 75.*

2 Hæc dictio inducit conditionem, secundùm Bart. *in l. quibus diebus, §. Termilius, num. 5. ff. de condit. & demonstr. l. si ita, §. fin.* & ibi glos. *ff. de legat. 2. l. ab hostibus, in fin. ff. ex quibus causis maiores.* Menoch. *cons. 695. num. 5. & cons. 1103. num. 3.* Et fuit dictum *in Paduana iuris patronatus*, 1. *July* 1601. *coram Corduba*, impressa per Farinac. *decis. 46. num. 2. p. 2. recent. & in Signina Castrorum*, 13. *Nouembris* 1623. *coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, in vers. quod verò.* Et præsertim si iungatur verbo futuri temporis, ad mittit Hieron. de Monte *q. 24. num. 1.*

3 Quando verò ponitur in aliqua dispositione, in qua statuitur dies, tempus, vel terminus, tunc vigore huius dictionis, quæ ponitur inclusiuè, *l. Æmilius, ff. de minor.* Vulpell. *citato loco*, ille talis dies termini computatur in termino; & ista dictio facit, vt tempus currat de momento ad momentum, putà si statuto caueatur, quòd intra annum postquàm emptor notificauerit consanguineis venditoris, possint rem redimere, quia tunc ista dictio denotat, quòd tempus currit de momento ad momentum, & ideò dies termini computatur in termino. Quod per text. *in l. si ita fuerit libertas, in vers. sed ita scriptum, ff. de manumiss. testam. l. in vsucap. cum l. seq. ff. de vsucap.* tradunt glos. *verb. sciuerit, in cap. concertationi, de appell. in 6.* Dom. *in cap. felicis, §. vlt. col. 2. de pœnis, eod. lib.* Ang. *cons. 404. col. 2. in vers. hoc confirmatur.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 11. num. 28.* refert, & sequitur Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 75. num. 1.*

4 Excludit hæc dictio *Postquam* omne tempus anterius, secundùm Paris. *cons. 31. num. 83. vol. 1.* & sic respicit tempus non anterius, sed posterius. Menoch. *cons. 1103. num. 4.*

Præcipere.

Dictio CCLXXIII.

1 PRæcipere idem importat, quod iubere, & sic præceptum, vt docet glos. *verb. de more, in Clem. pastoralis, de sent. & re indic. & verb. iubemus, in Clem. fin. de censib.* vbi Card. *num. 1.* & Imol. *num. 2.* Castr. *lib. 1. de lege pœn. cap. 5. docum. 4.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 7. num. 21.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 6. q. 5.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 2. dicto 3.* Vasq. *1. 2. q. 96. art. 4. disput. 158. cap. 3. num. 22.* Sayr. *in Claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 27.* Brunor. à Sole *in locis communib. lit. V. num. 52.* quamuis minùs bene Emman. Sà *verb. lex, num. 6.* dicat verbum *Præcipimus* importare præceptum, non autem verbum *Iubemus*, cùm idem importet vtrumque verbum.

Apud Grammaticos idem significat, quod præ- 2
sentire, præuidere, & præuenire, vt colligitur ex Cic. *Offic.* Ingenij magni est præcipere cogitatione futura. Virgil. 6. *Æneid.*

Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.

Idem *lib. 11.*

Exultátq; animis, & spe iam præcipit hostem;

cum aliis adductis per Pichard. *ad §. Istis præcepta. 3. à num. 4. Instit. de Iustitia, & Iure.*

SVMMARIVM.

1 Præcipuè, *idem importat quod* Maximè.
2 Præcipuè *ponitur solùm, vt ostendat maiorem esse rationem.*
3 *Maiora includit dict.* Præcipuè.
4 Præcipuum *dicitur quod ante alios quis habet proprium.*
5 Præcipuum legatum, *vocatur prælegatum quod vnus ante alios hæredes capit.*

Præcipuè.

Dictio CCLXXIV.

IDem importat hæc dictio, quod *Maximè*, & 1
ostendit aliquem aliis de causis motum esse, *l. 1.* vbi glos. *verb. præcipuè, ff. de testib.* Anton. Monach. Bononien. *decis. 28. num. 44.*

Ponitur, vt ostendat solùm maiorem esse ra- 2
tionem, secundùm Tiraq. *de priuileg. pia causa, priuil. 34. in fine*, cæteros non excludendo, iuxta tradita per Burgos de Pace *in relect. l. 2. Tauri, num. 23.*

Et eius vis est maiora includere, sicut diximus de 3
dictione *Maximè*, quæ exprimit casum minùs dubium, & alium magis dubium includit, vt per Bartholom. Perett. *in comment. ad Extrauag. ambitiosa, de rebus Eccles. non alienand. verb. Illorum præcipuè, num. 2.*

Præcipuum dicitur, quod ante alios quis habet 4
proprium, & peculiare, *l. Pomponius, ff. famil. hercisc. l. si fratres, §. idem Papinianus, in fine, ff. pro socio.* Præcipuum legatum vocatur prælegatum, quod vnus 5
ante alios hæredes capit, *l. fin. in princip. ff. de legat. 2. l. 1. C. si certum petatur.*

SVMMARIVM.

1 *Interpretationem omnem extrinsecam excludit dictio* Præcisè, *excepta iusta & legitima.*
2 Præcisè *significat, vt sine vlla exceptione, distinctè, & sine conditione aliquid fiat.*
3 Præcisè, *idem importat quod absolutè, & sine causæ cognitione, nullo excepto.*
4 *Derogationis specialis vim habet dictio* Præcisè.
5 Præcisum *dicitur quod strictè admodum intelligitur.*

Præcisè.

Præcisè.

Dictio CCLXXV.

1 DEnotat hæc dictio, quòd quis absolutè, & ad litteram exequatur, & proinde excludit omnem interpretationem extrinsecam, excepta iusta, & legitima à iure proueniente, *l. semper, §. demonstratur. ff. de iure immunitatis.* Corn. *conf. 75. num. 3. vol. 2.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 80.* Menoch. *conf. 132. num. 35. & seq. & conf. 1039. num. 12.*

2 Significat vt sine vlla exceptione, & vt vulgò dicitur, sine remedio, & ad vnguem, distinctè, & sine conditione id fiat, secundùm Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num. 79. C. de reuoc. donat.*

3 Idem importat quod *absolutè*, & *sine causæ cognitione*, ac in statutis habet vim clausulæ derogatoriæ secundùm Abb. *in cap. 2. de rescript.* denotátque nullo scilicet excepto, ex Menoch. *conf. 132. num. 25.* & tantum valet, quantum firmiter, & inuiolabiliter, vt per Bald. *in l. clari iuris, C. de fideicom. & in l. si causam indicati, C. de exequut. rei iudicata.* Card. *in cap. penult. in 6. notab. de arbitris.*

4 Vim habet specialis derogationis, iuxta tradita per Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 166. numero 46.*

5 *Præcisum* illud esse dicitur, quod strictè admodum intelligitur, vt per Menoch. *conf. 134. num. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Repetitionem eorum quæ dicta sunt superiùs importat dictio* Prædicta.

2 *Dict.* Prædicti, *&* Præfati, *repetunt, & restringunt ad præcedentes nominatos.*

3 *Relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus est dictio* Prædicti, *ac si omnia præcedentia nominatim & specificè essent expressa, vt* num. 4.

5 *Relationem facit dictio* Prædicti *ad eos, quorum nomina in testamento, vel instrumento legi possunt.*

6 *Restrictio censetur facta quod ad alios per dictionem* Prædicti.

7 *Repetitionem & restrictionem ad dicta superius importat dictio* Prædicti.

8 *Dictio* Omnia prædicta, *refert omnia tam in proximo capitulo, quàm in alijs capitulis.*

9 *Sequentia non respicit dict.* Prædicti, *licèt sit relatiua præcedentium.*

10 *Repetitionem eorum quæ dicta sunt superiùs non inducit dict.* Prædicta, *quando læderetur rectitudo sermonis, vel offenderetur mens, & intentio disponentis.*

Prædicti.

Dictio CCLXXVI.

1 HÆc dictio *Prædicti*, sicut & *Prædicta*, importat repetitionem eorum, quæ dicta sunt superiùs, vt per Bart. *in l. 1. §. fin. ff. si familia furtum fecisse dicatur. & in l. qui liberis. §. hæc verba. ff. vulgari. & in l. 1. §. hoc edicto. ff. de postulando.* Paris. *conf. 1. num. 134. lib. 3.* Ceph. *conf. 181. nu. 25. lib. 1.* Bero. *conf. 132. num. 7. lib. 3.* Ruin. *conf. 206. num. 5. lib. 2.* Roland. à Valle, *conf. 34. num. 31. & conf. 180. num. 6. & 10. lib. 4.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 8. glos. 7. num. 24.* Decian. *conf. 72. num. 47. lib. 2.* Menoch. *conf. 348. num. 41. & conf. 1033. nu. 16.* Surd. *decis. 210. num. 17. & decis. 319. num. 9. & conf. 455. num. 13.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 337. num. 1.* Rota *decis. 714. num. 3. apud Farinac. p. 1. recent. & decis. 644. num. 1. apud eund. p. 2. recent.*

Primò amplia hanc dictionem tantum importare 2
quantum dictionem *Præfati*, quia vtraque repetit, & restringit ad præcedentes nominatos. Ita Crau. *conf. 929. num. 8.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. concluf. 337. num. 2.*

Amplia secundò vt sit relatiua præcedentium cum 3
omnibus suis qualitatibus, vt per Natt. *conf. 204. nu. 11. circa finem, & num. 12.* Paris. *conf. 21. num. 37. & nu. 38. lib. 3.* Surd. *conf. 546. num. 9.* Rot. *decis. 194. num. 7. p. 2. recent.* Decian. *conf. 17. num 10. & 11. & conf. 51. nu. 5. lib. 1.* Card. Tusch. *d. lit. D. concluf. 337. num. 4. & 5.* Et quod importet repetitionem rerum vel personarum quibus apponitur cum suis qualitatibus tradunt Beroc. *conf. 132. num. 7. lib. 3.* Ruin. *conf. 55. num. 4. lib. 3.* Crauet. *conf. 739. num. 3. & 4.* Card. Tusch. *d. concluf. 337. num. 9.*

Amplia tertiò, quòd ita est relatiua præcedentium, 4
vt importet, acsi omnia præcedentia nominatim, & specificè essent expressa, vt per Surd. *conf. 394. nu. 4. & 5.* Crau. *conf. 739. incip. Sub anno, num. 3. & 4.* Rota *decis. 713. num. 2. & 3. p. 1. diuers.* Honded. *conf. 86. num. 12. vol. 2.* Card. Tusch. *d. concluf. 337. num. 11.*

Amplia quartò, quòd facit relationem ad eos, 5
quorum nomina leguntur in testamento, vt per Simon. de Prætis *conf. 42. num. 18.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concluf. 337. num. 3.* Et sic dirigitur solùm ad personas, quarum nomina legi possunt in instrumento. Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 31. num. 4.* Ac proinde non refertur ad eos qui non possunt legi, licèt ratione comprehendi possint. Idem Surd. *d. tract. tit. 9. priuil. 13. num. 32.*

Amplia quintò, quòd restrictionem operatur ex 6
eo, quòd in tantum refert omnes præcedentes, vt censeatur facta restrictio quoad alios. Ita Paris. *conf. 49. num. 22. lib. 3.* Crau. *conf. 98. num. 8.* Card. Tusch. *d. concluf. 337. num. 7.*

Amplia sextò, quòd importat repetitionem, & re- 7
strictionem ad dicta superiùs, vt per Alex. *conf. 59. incip. Attentis verbis, in fin. lib. 3.* Dec. *conf. 291.* Cardin. Tusch *d. concl. 337. num. 14.*

Amplia septimò multò magis procedere, si adiicia- 8
tur dictio generalis, vel vniuersalis, putà omnes prædicti, seu, omnia prædicta, quia tunc refert omnes tam in proximo capitulo, quàm in aliis capitulis, vt per Bero. *conf. 191. in princ. lib. 3.* refert Cardin. Tusch. *d. concluf. 337. num. 12.*

Limita primò quòd non refertur ad sequentia, li- 9
cèt sit relatiua præcedentium. Ideo si testator fecit plura legata, deinde dedit exequutores ad supra dicta omnia, postea mandauit distribui bona reliqua per exequutores, & non nominat aliquos, intelligitur de Episcopo, vt per Cast. *conf. 67. col. 1. in fin. vers. quæ verba, lib. 2.* Card. Tusch. *d. concluf. 337. num. 8.*

Limita secundò, quando læderetur rectitudo ser- 10
monis, vt per Rom. *conf. 180. incip. Si admittimus, n. 10.* Card. Tusch. *d. concluf. 337. nu. 15. & 16.* extendentes, multò magis limitationem locum habere, si offenderetur mens, & intentio disponentis.

SVMMARIVM.

1 *Comparatiuè propriè ponitur dict.* Præsertim, *& importat idem quod* Maximè, *seu* Præcipuè.

2 *Sententia, in qua Iudex plures causas expressit, sustinetur, licèt expressa per dict.* Præsertim *falsa reperta sit.*

3 *Dict.* Præsertim, Præcipuè, Maximè, *includunt alias personas, & casus.*

4 *Casum minus dubitabilem exprimit dictio* Præsertim, *& implicat magis dubitabilem.*

5 *Ius idem esse in casu contrario denotat dictio* Præsertim.

6 *Argumentum à contrario sensu desumptum ex legibus, vel statutis vtentibus dict.* Præsertim, *vel* Maximè, *non valet.*

7 *Causam finalem nonnunquam importat dictio* Præsertim.

8 Præsertim *interdum exponitur pro* Tantùm.

Præsertim.

DICTIO CCLXXVII.

1 PRopriè hæc dictio ponitur comparatiuè, & importat idem quod *Maximè*, seu *Præcipuè*. Notant Bertachin. *in suo repert. verb. Præsertim. pag.* 160. *versa.* Calder. *cons.* 548. aliàs 3. *de verb. signific.* Gemin. *consil.* 16. *num.* 4. *in fine, vers. non obstat*, vbi quòd non inducit necessitatem probandi id quod dicitur per dictionem *Præsertim*, vel *Maximè*, Gemin. *cons.* 16. *num* 4. *in fin.* Capra *reg.* 87. *num.* 173. Gutier. *canonic. q. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 5. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 83. *num.* 1. *in princ.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 338. *num.* 1. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub hac dict. pag.* 80. vbi *num.* 1. subdit, huiusmodi
2 dictiones, *Præsertim, Præcipuè*, vel *Maximè*, operari vt sustineatur sententia in qua Iudex plures causas expressit, licèt expressa per dictionem *Præsertim*, falsa re-
3 perta sit, quia hæc dictio includit, vt etiam ex aliis causis motus fuerit. Vtraque etiam est implicatiua eiusdem iuris, secundùm Azeued. *l.* 3. *num.* 2. *tit.* 7. *lib.* 3. *nouæ Recopil.* Et quòd hæ dict. *Præsertim, Præcipuè, Maximè*, includant alias personas & casus, post Cæpol. *de simul. contract. nu.* 216. tradit Flamin. Paris. *de confident. benef. quæst.* 29. *num.* 54.

4 Vnde exprimit casum minùs dubitabilem, & implicat magis dubitabilem, *l. fin. & ibi glos. in verb. Præsertim, ff. de liber. exhibendis, cap. pro humano, in verb. Præsertim.* & ibi Doctor. *de homicidio, lib.* 6. Cosm. *in pragm. sanct. tit. de auctor. gener. concil. in* §. *præmissis*, *in glos. Præsertim, fol.* 70. *& in tit. de his qui tempor. in princ. in glos. Præsertim, fol.* 144. Mandos. *reg.* 29. *Canc. quæst.* 6. *num.* 2. *& in tertia forma commiss. in verbo Præsertim, fol.* 18. *& in glos. facult.* §. *Nos qui, in verb. Præsertim, fol.* 93. Menoch. *de arbitr. cas.* 416. *num.* 19. *& cons.* 69. *num.* 26. Azeued. *ad l.* 1. *nu.* 32. *tit.* 19. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Sanch. *de Matr. lib.* 2. *disp.* 39. *num.* 6. *& lib.* 10. *disp.* 5. *num.* 4. *in fin.* Cened. *d. sing.* 83. *num.* 1. *post princip.*

5 Denotat igitur hæc dictio idem Iuris esse in casu contrario, secundùm Natt. *cons.* 590. *num.* 4. *tom.* 3. Cassad. *decis.* 4. *num.* 8. *de conces. præbend.* Cened. *d. sing.* 83. *num.* 2. In statutis posita debet semper intelligi pro *Maximè*, hoc est, quòd præsupponat idem esse in suo positiuo, seu in casu contrario; quia cùm ista dictio propriè ponatur pro *Maximè*, & verba in statutis debeant propriè intelligi, sequitur, quòd si ista dictio in statutis reperiatur, semper debet intelligi pro *Maximè*, & sic propriè, non autem impropriè. Ita tenet Panorm. *in cap. per tuas, num.* 5. *in fine, de simonia.* Vnde non valet ar- 6
gumentum à contrario sensu desumptum ex legibus, vel statutis vtentibus dictione *Præsertim*, vel *Maximè*, quia denotant esse maiorem rationem in casu, in quo ponuntur, vt tradit Ias. *in l.* 1. *num.* 37. *ff. de offic. eius*, post Butr. & Imol. *in cap. cùm Apostolica, de iis, quæ fiunt à Prælatis, &c.*

Nonnunquam importat causam finalem, ex tra- 7
ditis per Menoch. *cons.* 308. *num.* 30.

Interdum exponitur pro *Tantùm*, vt *in cap. discre-* 8
tionem, iuncta glos. *in verb. Præsertim, de eo, qui cognouit consanguineam.* Panorm. *in cap. licet, num.* 12. *de foro compet. & in cap. cùm voluntate, num.* 6. *de verbor. signif.* Calder. *d. cons.* 548. aliàs 3. *illo tit. de verbor. signif.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de his, qui tempore diuini Officij, in princip. verb. Præsertim, fol.* 144. Mandos. *in glos. facult.* §. *nos qui, in verb. Præsertim, fol.* 94. *ad princip.* vbi etiam subdit, quòd aliquando abundant, *& in reg.* 29. *Cancellar. q.* 6. *num.* 4. *in fine.* Cened. *d. sing.* 83. *num.* 3. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 338. *nu.* 2.

SVMMARIVM.

1 Præsumere, *est ausu temerario contra legem sine superioris auctoritate facere.*

2 *Dolum ac temeritatem denotat verbum* Præsumere.

3 *Dispositio puniens aliquid præsumentem, non comprehendit illum qui id bona fide, ignoranter, aut imprudenter, siue inaduertenter facit.*

4 Præsumptio *quandoque in bonam partem accipitur.*

Præsumere.

DICTIO CCLXXVIII.

1 PRæsumere est ausu temerario contra legem sine autoritate superioris facere, vt *in cap.* 2. *de iudic.* vbi Abb. *num.* 6. Felin. *in rubr. de præsumpt.* Rebuff. *in tract. nominat. q.* 5. *num.* 29. Et denotat, quòd quis non faciat actum autoritate propria, sed cum autoritate Iudicis, vt *in cap. decernimus, de iudic.* vbi glos. *verb. præsumat.* Alex. *cons.* 123. *incip. Scripsit, num.* 9. *vers. quinimò plus dico, lib.* 4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 339. *num.* 1.

Dolum igitur, ac temeritatem denotat, vt per 2
Bald. *cons.* 486. *num.* 5. *vol.* 4. Barbat. *in cap. prudentiam, notab.* 1. *de offic. deleg.* Decium *in cap.* 2. *sub num.* 6. *vers. secundò principaliter, de iudic.* Hippol. *in l. de minore, in princip. num.* 39. *ff. de quæst.* Iacob. de Grassis *in aureis decis. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 72. Nauarr. *in Manual. cap.* 27. *num.* 156. *cum seq.* Menoch. *cons.* 763. *num.* 10. Sanch. *de matrimon. lib.* 9. *disput.* 32. *num.* 38. Lotter. *de re benefic. lib.* 2. *q.* 14. *à num.* 54. Rot. *in Aquen. irregularitatis*, 14. *Maij* 1607. *coram Card. Caualerio.* Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordin.*

in exem

in exemptos, lib.4. q.75. num.4. Glorit. *resp.12. num.26.* Et ad incurrendas pœnas contra tale quid facere præsumentes, non satis est animo aliquid concipere, sed necesse est, quòd fuerit deuentum ad factum: nam hoc importat verbum hoc *Præsumere. Clem.1. de priuileg. d.cap.2. de indic.* latè Felin. *in cap. Iudæi, num.8. de restitb.* præsertim si iunctum sit infinito, quia tunc multo fortiùs effectum importat, vt in solo conatu non verificetur, *cap. veritatis,* ibi, *celebrarè præsumpserit, de dolo, & contumac. cap. fraternitati,* ibi, *copulare præsumpserit, de eo, qui cognouit consanguineam vxor. sua.* Tiraq. *in verb. generaliter. q.25. num.93. C. de reuocan. donat.*

3 Vnde dispositionem punientem aliquid præsumentem non comprehendere illum, qui id bona fide, ignoranter, aut imprudenter, siue inaduertenter facit, tradunt Nauarr. *in cap. accepta, de restitut. spoliat. oppos. 8. num. 33. & in Extrauag. de datis, & præmissis, num.35. vers. audeat, siue præsumat, & in cap. statuimus, 19. q.3. num.62. in fine, vers. nota septimò, & in Manual. cap. 27. num. 155. in fine.* Auendan. *de exequend. mandat. lib. 1. cap. 4. num. 38. vers. verùm sicut Penè.* quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 45. num. 3.*

4 Est tamen & præsumptio in bonam partem, vt obseruat Felin. *d. rubr. de præsumptionib.* vnde S. Thom. *2. 2. q.21. art. 1. in princip.* dicit, præsumptionis vocabulum esse æquiuocum in vsu Iuristarum, & in ipsa morali Theologia.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 *Inclusiua, seu potiùs exclusiua an sit dict.* Præter, *&* num. 3. 4. 5. *&* 6.
7 *Implicatiua est dict.* Præter, *in materia fauorabili, secùs in odiosa.*
8 *Repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & dispositionis in sequentem inducit dict.* Præter.
9 Præter *legem fieri dicitur, quod fit extra dispositionem legis.*
10 Præter, *pro* Ante, *apud Grammaticos aliquando accipitur, sed motum adsignificat.*
11 Præter, *pro* Extra, *quandoque vsurpatur.*
12 Præter, *sæpè significat idem quod* Supra.

Præter.

Dictio CCLXXIX.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Ias. *in l. si eum, §. qui iniuriarum, num. 36. ff. si quis cautionib. & in l. actione, num.4. C. de transact.* Imol. *in cap. si quis, num.10. de reb. Eccles. non alienand.* Innoc. & Apostill. *in cap. dudum, 2. num.19. de elect.* Roman. *cons. 328. incip. Prætoris.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 11. num. 73.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. dictio, num. 22.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 81.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 41.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 340.* Turselin. *de particulis Latinæ orationis, cap. 16.* Grat. *de dictionib. dict. 181.*

Quæstio est controuersa, an hæc dictio sit inclu- 2
siua, seu potiùs exclusiua. Quòd includat, colligitur *ex l.1.* & ibi glos. *ff. de pignor. act. & ex l. Seio, §. vxori,* vbi Bart. *ff. de annuis leg. & ex l. falsos,* vbi Fulgos. *C. de furtis,* tradunt Panorm. *in cap. prouideas, de offic. Vicar. num.2. & in cap. literas, num.10. de præsumpt. & in cap. cùm ab omni, num. 5: de vita, & honest. Clericor.* Ias. *in l.1. num. 14. ff. si quis caut.* Menoch. *de præsumptionib. lib.4. q.145. num. 3.*

Contrarium verò, immò quòd hæc dictio sit ex- 3
ceptiua, & excludat de regula, *per l. fundo §. facta, vers. & nihilominùs, ff. de alimen. leg. l. nullum, ff. de diuortiis, Clem. multorum, de pœnis.* tenet Aym. Crau. *cons. 320. num.1.*

Pro concordia tamen distinguendum esse puto, 4
vt scilicet si oratio affirmatiua præcedat, hæc dictio regulariter excludit; si verò præcedat negatiua, tunc includit, sicut dictum fuit de dictione *Nisi.* Ita Octauian. Vulpell. *citato loco.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de elect. verb. Præter, pag.102.* Sanch. *de matrimon. lib.1. disput. 19. num.9.*

Vel melius distingui potest, quòd quando adiecta 5
est hæc dictio rei, quæ sui natura comprehenditur sub genere præcedentium, & in illo includitur genere, tunc excipit à genere, siue excludit, & stat priuatiuè, veluti si dicatur: Lego omnes vestes meas, præter pallium: certè tunc à legato vestium pallium excluditur *l. nam quòd, ff. de penu legata.* Quando verò adiicitur rei, quæ sub genere præcedentium minimè includitur, sed est alterius diuersi generis, & tunc augendi virtutem habet, quia excipitur res illa à genere præcedenti, & ponitur pro *Vltra*, nec priuat, sed ponit, *l. Seio, §. vxori, ff. de annuis legatis.* Vt si dictum sit: Lego tibi omne argentum meum, præter libros: tunc vltra libros videtur etiam argentum legatum. Ita Bart. *in l.1. in fine, ff. de pignor. act. & in l. actione, num.2.* vbi Dec. *num.8. C. de transact.* Ias. *in l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. & in l. si ita legatum, num.7. ff. de legat.1.* Panorm. *in cap. literas, num.10. de præsumpt.* Rip. *in cap. cùm M. num.19. de constit.* Zabarell. *in Clem.1. num.2. de summa Trinit.* Paul. de Monte pic. *cons.51. num. 11.* Ludou. Rom. *cons. 328. incip. Præsens dubitatio, col.1. num.1.* plures, quos refert, & sequitur Rendin. *in Promptuar. recept. sent. tom.1. tit. 27. num.8.* Cened. *d. sing. 41. num. 1.* Card. Tusch. *d. lit. D. concluf. 340. num. 6. cum seqq.* vbi diuersimodè distinguit, & intelligit, & præcipuè *num.11. & 12.* post Rom. *d. cons. 328. col.1. & 2.*

Limita tamen, vt hæc vltima distinctio non præ- 6
cedat in odiosis, in quibus hæc dictio *Præter* indistinctè exclusiuè ponitur. Vnde si summus Pontifex dispenset cum aliquo, vt possit obtinere beneficium curatum, præter obtentum, illa dictio *Præter* stat exclusiuè, & non videtur dispositio facta super beneficio obtento, vt illud possit obtinere, vel retinere quia materia est odiosa, in qua dictio *Præter* indistinctè stat exclusiuè. Ita Dec. *in d. l. actione, num.8.* & ibi Bart. *num. 2.* & Ias. *num. 6.* Zabarell. *in d. Clem.1. num.2.* Ang. *cons.293. col.3.* Rip. *in cap. cùm M. num. 19. de constit.*

Implicatiua est hæc dictio in materia fauorabili, 7
sicut in materia odiosa. Angel. *cons.294. num.5.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. concluf.290. num.3.*

Inducit repetitionem qualitatum, & conditio- 8
num præcedentis legati, & dispositionis in sequentem, vt per Galganet. *de condit. & demonstr. p.2. cap.1. q.18. num.7.*

Præter legem dicitur fieri, quod fit extra dispo- 9
sitionem legis, & ideò differt à dictione *Contra*; quia importat, quòd fiat contra legem. Ita Bald. *cons.316.*

num.4. in fine, vers. tunc dicitur fieri, lib.3. Card. Tusch. *d.lit.D. concluſ.340. num.1.* vbi *num.2.* subdit, quòd si fiat constitutio certam determinationem faciens, & subiungatur, quòd si quis præter hanc constitutionem fecerit, intelligitur pro *Contra*, & *num.3.* declarat in formalibus, prout in electionibus faciendis sub certa forma; quia idem operatur dictio *Præter*, quod operatur *Contra*; quia pariter actus est nullus, siue sit præter, siue sit contra formam.

10 Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Autores, hæc dictio *Præter* aliquando pro *Ante* accipitur, sed motum *ad* significat. Cic. *5. Verr.* Præter oculos Lollij omnia ferebantur. Liu. *lib.38.* Præter Caralitem paludem agmen ductum. Idem *lib.3.* Præter oram Hetruſci maris Neapolim transmiſit.

11 Quandoque pro *Extra* vſurpatur. Cic. *1. Philippic.* Multa autem impendere videbantur præter naturam, prætérque fatum. Idem *in Catilin.* Cùm ei nihil adhuc præter voluntatem ipſius, cogitationémque acciderit. Idem *in Piſon.* Illud etiam accidit præter optatum meum, ſed valdè ex voluntate. Idem *lib.2. epiſt.8.* Quod quoniam præter opinionem mihi acciderat. Idem *Attic. lib.15.* Præter ſpem ſi quid erit, facies, vt ſciam. Idem *1. de Diuinat.* Prætèr modum creuit lacus Albanus.

Excipit aliquando hæc dictio ſimiliter, vt *Extra*. Cic. Amicum ſibi ex Conſulibus neminem eſſe video, præter Lucullum. Idem *pro Cluen.* Omnibus ſententiis præter vnam Scamander damnatus eſt.

12 Sæpe ſignificat idem quod *Supra*. Cic. *ad Q. Fratr. lib.1. epiſt.1.* Quòd ſi vt optimum nomen conſequeremur, vnus præter cæteros adiuuiſti. Idem *in Orat.* Attici in eo genere præter cæteros excedunt. Idem *pro Syl.* Hoc mihi præcipuũ eſt præter cæteros.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiua materiæ ad præcedentia eſt dict.* Prætereà, *& ponitur pro* Item.

2 *Actus diſpoſitionem protendit dict.* Prætereà.

3 *Interuallum quoddam annuit dictio* Prætereà, *& veluti rerum gerendarum ſucceſſionem, & ordinem inducit.*

4 Prætereà, *quaſi* præter ea *dicta, ad perſonas quoque accommodatur etiam numero ſingulari,*

Prætereà.

DICTIO CCLXXX.

1 COntinuat hæc dictio materiam ad præcedentia, & ponitur pro *Item*, repetítque omnes qualitates præcedentes in ſequentes, vt *in §. prætereà, Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtament. §. prætereà, Inſtit. quibus modis Ius patriæ poteſtatis ſoluitur.* notant Grat. *conſ.163. num.40.* Octauian. Vulpell. *de præſcr. & aduerb. ſignif. ſub dict. Præſertim, vers. prætereà, pag.81.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc.2. num.35.*

2 Extendit mentem, & actus diſpoſitionem protendit, *§. Prætereà quæſdam, Inſtit. de act. cap. ſuper quibuſdam, §. prætereà, de verbor. ſignif.* Franc. Molin. *de brachio ſeculari, cap.3. num.12.*

3 Interuallum quoddam annuit, & veluti rerum agendarum ſucceſſionem, & ordinem inducit. Dec. *in auth. Prætereà, in princip. C. vnde vir, & vxor.* Mazol. *conſ.50. num.19.* Franc. Molin. *d. cap.3. num.13.*

Apud Grammaticos hæc dictio, quaſi *præter ea* dicta, ad perſonas quoque accommodatur etiam numero ſingulari. Cic. *lib.4. epiſt.3.* A me verò ſic diligitur, vt tibi vni concedam, prætereà nemini, id eſt, præter te. Idem *pro Marc.* Hunc vnum ab hoſtibus metui, prætereà neminem, id eſt, præter eum. Idem *1. Philippic.* Num qui exules reſtituti? vnum aiebat, prætereà neminem. 4

SVMMARIVM.

1 *Naturam habet dict.* Prætèrquàm *eximendi aliquos caſus ab ipſa noua diſpoſitione, & eos relinquere ſub eadem Iuris diſpoſitione, qua priùs continebantur.*

2 *Exceptiua eſt dictio* Prætèrquàm, *& importat contrarium eius, quod in regula continetur.*

3 Prætèrquàm, *pro* Niſi, *apud Grammaticos vſurpari ſolet.*

4 Prætèrquàm quòd, *pro* Niſi quod, *aliquando accipitur.*

Prætèrquàm.

DICTIO CCLXXXI.

HAbet hæc dictio naturam eximendi aliquos caſus ab ipſa noua diſpoſitione, & illos relinquere ſub eadem Iuris diſpoſitione, qua priùs continebantur, vt expreſsè probat text. *in l. Prætor ait, in princip. ff. ne quid in loco publico.* Et fuit dictum *in Bononien. hæreditatis de Beroaldis*, 10. *Martij* 1597. *coram Litta.* 1

Exceptiua eſt, & importat contrarium eius, quod in regula continetur. Rota *in Romana, ſeu Foroliuien. de Theodolis*, 27. *Nouembris* 1602. *coram Penia.* 2

Apud Grammaticos pro *Niſi* vſurpari ſolet. Cic. *lib.3. epiſt.7.* Nullas iis, prætèrquàm ad te, dedi literas. Idem *lib.3. in Catilin.* Pro tantis rebus nullum à vobis præmium poſtulo, prætèrquàm huius diei memoriam ſempiternam. 3

Prætèrquàm quòd pro *Niſi quòd* aliquando accipitur. Cic. *lib. ... epiſt. ...* Neque quod diſpliceat committam, prætèrquàm quòd hominis mihi coniunctiſſimi doleo grauem caſum. Interdum vſurpatur pro *Non modò*. Cic. *1. de Diuinat.* At id prætèrquàm quòd fieri non potuit, ne fingi quidem poteſt. 4

Pridie, Poſtridie.

DICTIO CCLXXXII.

PRidie dictum quaſi *priori die, Poſtridie* verò *poſtero die*, æquè vtrumque copulatur cum *Quam*. Cic. *de Amicit.* Pridiè quàm exceſſit è vita. Idem *lib.14. epiſt.6.* Poſtridie intellexi quàm à vobis diſceſſi. Idem *lib.2. de Orat.* Poſtero die quàm illa erant acta. 1

Quandoque aſſumunt *eius diei*. Cic. *lib.1. epiſt.4.* Sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus. Idem *lib.13. epiſt.46.* Dolabella venit ad me poſtridie Iduum. Cato *de re ruſtic. lib.1.* Poſtridie eius diei villicum vocat.

Nonnunquam *Idus, Nonas, Kalendas* quarto caſu adſciſcunt. 2

adſciſcunt. Cic. *lib.* 13. *epiſt.* 25. Ego Romam pr[illegible] Idus. Idem *lib.* 13. *epiſt.* 14. Si me in Tuſculano poſtridie Nonas manè conuenerint.

SVMMARIVM.

1 Primò, *&* Primùm, *in quo differant, oſtenditur.*
2 Primò *ad tempus pertinenti reſpondet* Deinde, *aut* Poſt.
3 Primùm *ſæpe adſciſcit dictio* Deinde, *vel* Poſt.

Primò, Primùm.

DICTIO CCLXXXIII.

1 PRimò, & *primùm* hoc ferè differunt; quia *primò* ad tempus, *primùm* ad ordinem pertinet.
2 *Primò* ſic ad tempus pertinenti reſpondet *Deinde*, aut *poſt*. Cic. *pro Cluen.* Ea igitur primò, neque id ipſum dici quoquo modo poterat, in illa cupiditate continebatur, deinde ita flagrare cœpit amentia, vt eam non pudor, &c. Idem *de Amicit.* Videtis in tabella iam antè quanta ſit facta labes, primò Gabinia lege, biennio pòſt Caſſia.
3 Sic etiam *Primùm* ſæpe adſciſcit eaſdem dictiones *Deinde*, vel *poſt*. Cic. *de Amicit.* Primùm vt monitio acerbitate careat, deinde vt obiurgatio contumeliâ careat. Idem *lib.* 3. *epiſt.* 5. Primùm vt ipſe tu, tuique omnes, deinde etiam vt reliqui ſcire poſſint me, &c. Idem *lib.* 16. *epiſt.* 5. Te valere tua cauſa primùm volo, tum mea. Cic. *de lege Manil.* Primùm mihi videtur de genere belli, deinde de magnitudine, tum de Imperatore deligendo eſſe dicendum. Idem *lib.* 15. *epiſt.* 14. Primùm vt te tanto interuallo viderem, deinde vt tibi poſſem præſens gratulari, tum vt quibus de rebus vellemus, inter nos communicaremus, poſtremò vt amicitia noſtra confirmaretur vehementiùs. Idem 5. *de Finib.* Et ipſa charitas generis humani ſerpit ſenſim foràs cogitationibus primùm, tum affinitatibus, deinde amicitiis, pòſt vicinitatibus, tum ciuibus, deinde totius complexu gentis humanæ. Interdum abſolutè ponitur. Cic. *lib.* 2. *epiſt.* 7. Primùm tibi, vt debeo, gratulor, lætórque. Idem *lib.* 7. *epiſt.* 23. Primùm ipſas ego Muſas nunquam tanti putaſſem.

Principaliter.

DICTIO CCLXXXIV.

1 REferri poteſt hæc dictio ad id, quod erat faciendum de reliquo, vt per Card. Seraphin. *deciſ.* 643. *num.* 3.

Priuetur.

DICTIO CCLXXXV.

1 VErbum hoc an, & quando ſignificet latam, vel ferendam ſententiam, vide Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 176. *C. de reuocan. donat.* Cardoc. *in praxi Iudicum, & Aduocator. verb. Verbum, num.* 21. Sayro *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 22. Card. Tuſch. *lit. P. verb. Priuatio, concluſ.* 719. *num.* 8. Ioan. de Salas *de legib. q.* 96. *tract.* 14. *diſput.* 15. *ſect.* 3. *ſub num.* 41. *& ſect.* 6. *ſub num.* 78. Melch. Phebos Luſitan. *deciſ.* 88. *num.* 12. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 130. Flamin. Pariſ. *de confident. q.* 58. *num.* 36.

SVMMARIVM.

1 *Ordinem reſpectu eiuſdem inſtantiæ, & non diuerſæ denotat dict.* Priùs.
2 *Formam præciſam in ſententia nonnunquam importat dict.* Priùs, *quando debitum eſt liquidum.*
3 *Exequutionem non impedit in obligatione Camerali dict.* Priùs, *quoad liquida.*
4 *Verba* quòd Iudex priùs pronuntiet ſuper nullitate, &c. *ad illum inſtruendum poſita ſunt, ita vt non vitietur ſententia, ſi aliter faciat.*
5 Prior, & poſterior, *apud Grammaticos de duobus dicuntur.*

Priùs.

DICTIO CCLXXXVI.

1 DEnotat hæc dictio ordinem reſpectu eiuſdem inſtantiæ, & non diuerſæ, vt per Butr. *in cap. in literis, num.* 12. *de reſtit. ſpol.* Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *ſub num.* 35.

2 Quandoque in ſententia importat formam præciſam, quando debitum eſt liquidum; ſi verò eſt liquidandum, prout, ſi dicatur: Refectis priùs expenſis ſufficit fideiuſſio, vt per Benintend. *deciſ.* 77. *num.* 11. *& ſeq.* & Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 341. *num.* 1.

3 Et poſita in obligatione camerali, incontinenti videlicet, quòd priùs fiant computa, non impedit exequutionem quoad liquida, ſed ſolùm quoad non liquida. Ita poſt Rotam per Cott. *deciſ.* 237. tradit Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 341. *num.* 12.

4 Et verba, *Quòd Iudex priùs pronunciet ſuper nullitate, quàm ſuper negotio principali; & priùs ſuper poſſeſſorio, quàm ſuper petitorio*; licèt inducant neceſſitatem Iudici ad ſic faciendum, & ſi aliter faciat, malè faciat, tamen non propterea vitiatur ſententia, ſi aliter faciat, quia eſt conſilium legis, & ad inſtruendum Iudicem. Ita poſt Caſtr. *conſ.* 232. *incip. In cauſa, quæ vertitur, num.* 2. *verſ. nec obſtat, lib.* 1. ſentit Card. Tuſch. *d. concluſ.* 341. *num.* 3.

5 *Prior*, & *poſterior* apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Auctores, de duobus dicuntur. Cic. *in Piſon.* Me Ædilem priorem, & Prætorem primùm populus Romanus fecit. Idem *pro Quinct.* Priore loco dicere. Idem 1. *de Finib.* Qui poſterius priori non conuenit. Idem *lib.* 5. *epiſt.* Priora tempora in ruinis Reipublicæ, noſtríſque iacuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

2 *Dict.*

2 *Dict.* Pro, *habet varios significatus, & sumitur diuersis modis.*

3 *Causam immediatam & proximam plerumque denotat dict.* Pro, *& in hoc differt à dictione* Propter, *quæ denotat causam remotam.*

4 *Causam remotam quandoque importat dictio* Pro, *quando importat* Propter, *vel* Ob.

5 *Causam finalem aliquãdo importat dict.* Pro.

6 *Priuilegium concessum pro habitatione intelligitur, etiamsi habitatio non sit continua.*

7 Pro, *importat causam finalem vbicumque apponitur causæ finali, quæ debet omnino sequi ratione personarum, vt* num. 8.

8 *Causam finalem importare præsumitur in contractibus dictio* Pro, *si non constet, quòd sit adiecta causæ finali, vel impulsiuæ.*

9 *Causam excitatiuam importat dict.* Pro.

10 *Modum aliquando importat dictio* Pro, *nonnunquam conditionem.*

11 *Veritatem interdum denotat dict.* Pro, *quando accommodatur veritati, & possibili, quandoque fictionem.*

12 *Compensationem, & taxationem nonnunquam importat dictio* Propter, *ne plus petat.*

13 *Accessionem importat etiam dictio* Pro.

14 *Limitationem denotat etiam dictio* Pro.

15 *Dominium, vel vsum quandoque importat dictio* Pro.

16 *Repræsentationem importat etiam dictio* Pro.

17 *Paria sunt dicere, promittis mihi decem pro tali, vel, promittis mihi nomine talis.*

18 Pro tali, *importat idem quod nomine, vel ad instantiam talis.*

19 *Dictio* Pro hæredibus, *ponitur ad ampliandum.*

20 Pro tempore *existens, complectitur actum à principio vsque ad finem.*

21 Pro, *sæpè apud Grammaticos contrarium habet*, Contra.

Pro, *interdum importat*
- 22 Ante.
- 23 In.
- 24 Secundùm.
- 25 Ob, *vel* Propter.
- 26 Pro vice.

27 Pro suo iure facere, aut dicere aliquid, *id est, pro potestate, &c.*

28 Pro mea facere, *idem est quòd facere quantum possum.*

29 Pro se quisque, *idem est quod*, pro sua quisque parte.

30 Pro virili parte, *est pro eo quantum vnus vir potest.*

31 Pro portione, *idem est quòd* pro rata portione, *vel* parte.

Pro.

Dictio CCLXXXVII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Rebuff. *in comment. ad l. coniunctionem, 29. vers. notanda sunt, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 170. Mandos. *in glos. facult. §. Ac etiam, in verb. Pro vno, fol. 242. & §. sanè, in verb. Pro tempore, fol.* 80. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 82. Bertazol. *de clausulis instrument. claus. 26. glos. 10. num* 2. Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 134. num. 11. & cons. 352. num. 2. & 7.* Alduin. *cons. 73. num. 14.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 342.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 81.*

Hæc dictio habet varios significatus secundùm subiectam materiam, & sumitur diuersis modis, vt per Salicet. *in l. vnica, C. de sent. quæ pro eo,* vbi Dec. *num. 15.* Corn. *cons. 187. col. penult. lib. 2.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 342. num. 3. & 5.* 2

Denotat igitur plerumque causam immediatam, & proximam, & in hoc differt à dictione *Propter*, quæ denotat causam remotam, vt *l. dominus Sticho*, vbi glos. *verb. Pro quibus, ff. de peculio legato.* Bart. *cons. 102. in fine primi dubij.* Bald. *in l. 1. col. penult. num. 16. vers. venio, C. per quas personas nobis acquiritur, & in l. 1. in fine, C. si seruus extero.* Dec. *cons. 46. num. 1. & 4.* Gulielm. Benedict. *in cap. Raynutius, in verb. cætera bona, num. 29. de testament.* Corn. *cons. 133. num. 2. lib. 1.* Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 20. vers. verùm dictio Pro, num. 28.* Mandos. *in glos. facult. §. Ac etiam, fol. 244. col. 2.* Bertazol. *d. glos. 10. num. 2.* Cened. *d. sing. 81. num. 1.* 3

Quandoque tamen importat causam remotam, quia pro dictione *Propter*, vel *Ob* interdum ponitur, quæ causam remotam important; tamen hoc est impropriè, & non secundùm propriam naturam huius dictionis. Ita Bart. *cons. 101, incip. Girard. num. 4. lib. 1.* Card. Tusch. *d. conclus. 342. num. 4.* 4

Importat aliquando causam finalem, vt *in l. procuratore qui, ff. de procur. l. penult. §. fin. vers. si pro alimentis, ff. de aliment. & cibar. legat.* Alex. *cons. 79. num. 3. lib. 2.* Dec. *cons. 46. num. 1, tom. 1. & cons. 150. num. 2. in fine.* Rip. *in cap. cùm M. num. 7. in fine, de constit.* Gozad. *cons. 8. num. 11.* Ruin. *cons. 23. num. 19. lib. 2.* Grat. *cons. 68. num. 22. vol. 2.* vbi ait, quòd hæc dictio iuncta gerundio ablatiui casus, denotat causam finalem. Gabr. *cons. 178. num. 15. lib. 1.* Mandos. *in glos. facult. §. Ac etiam, in verb. Pro vno, fol. 244. col. 2.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de annatis, in verb. Pro, fol. 150. col. 3.* Honded. *cons. 53. num. 7. vol. 2.* Octauian. Vulpell. *citato loco, num. 1.* Menoch. *cons. 312. num. 2.* Surd. *cons. 445. num. 29.* Cened. *d. sing. 81. num. 3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 96. num. 26.* Surd. *de aliment. tit. 2. q. 5. num. 9. & 10.* Accac. Anton. *in comment. ad l. demonstratio falsa, 17. num. 16. ff. de condit. & demonstrat.* 5

Amplia primò, seu potiùs declara, quòd licèt ista dictio importet causam finalem, intelligitur secundùm animi modum, & arbitrio Iudicis, vt non sit continua. Vnde priuilegium concessum pro habitatione, intelligitur, etiamsi habitatio non sit continua; ita Bald. *cons. 234. incip. Decretum, vltra medium, vers. quid vltra, lib. 1.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 342. num. 7.* 6

Amplia secundò, in contractibus, quia quod dicitur, hanc dictionem *Pro* importare causam finalem, procedit vbicumque talis dictio apponitur causæ finali. Bald. *cons. 337. incip. Et præmitto, num. 2. vers. item est sciendum, lib. 3.* vbi quòd isto casu oportet causam existere, & impleri, *& cons. 433. incip. Casus talis. num. 5. lib. 5.* Card. Tusch. *d. conclus. 342. num. 8.* vbi *num. 9.* restringit ampliationem, vt non procedat, quando hæc dictio apponitur causæ impulsiuæ, quia tunc nõ est necesse, quòd causa existat, cùm propriè non sit causa, sed motiuum impellens. 7

Amplia

8 Amplia tertiò, quòd hæc dictio importat causam finalem, quæ debet omninò sequi ratione personarum, veluti si Abbas daret Monacho pecunias pro vestimentis, tenetur Monachus emere vestimenta, & non posset pecunias in alium vsum conuertere. Ita Bald. *cons.* 337. *ante finem, vers. Item ratio personæ, lib.* 3. Card. Tusch. *d. concluſ.* 340. *num.* 10. vbi *num.* 11. declarat, quia in contractibus vbicumque constat, quòd contrahentes aliter volebant contrahere, semper illa erit causa finalis, etiamsi aliter diceretur impulsiua, & è contrà finalis efficitur impulsiua, si nihilominùs contrahentes erant contracturi; & ideò cognoscitur hoc à voluntate contrahentium, an sit causa finalis, vel impulsiua.

Amplia quartò, quòd hæc dictio, si non constat, quòd sit adiecta causæ finali, vel impulsiuæ, præsumitur causam finalem importare in contractibus, quando apponitur verbis prolatis ad fauorem tradentis, vt per Bald. *d. cons.* 337. *num.* 2. *vers.* 3. *lib.* 3. *& cons.* 433. *num.* 5. *lib.* 5. quem refert Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 12.

9 Amplia quintò, quòd hæc dictio nedum importat causam finalem, sed etiam causam excitatiuam; ideò lex, vel statutum dans potestatem præmiandi quoscumque exterminantes, & prosequentes bannitos, & rebelles. Pro extirpandis bannitis ista dictio operatur, quòd etiam pro eo, qui iam interfecit insignem bannitum, possit deputari præmium, quia excitantur alij, & sic hæc dictio *Pro* importat excitationem. Ita Bald. *cons.* 264. *incip. Qui feruore, in fine, lib.* 3. quem refert Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 13.

10 Modum aliquando importat hæc dictio *Pro, l. antepenult.* §. 1. *ff. de legat.* 2. *l. cùm mota, C. de transact. l. ſi quis pro redemptione, C. de donationib. l. pro oneribus, C. de iure dotium.* Ruin. *conſ.* 44. *num.* 5. Corn. *conſ.* 345. *in fine, lib.* 1. Rimin. Iun. *conſ.* 549. *num.* 6. *lib.* 5. Bartol. *in l. quibus diebus,* §. *Termilius, ff. de condit. & demonſtr.* Caputaquenſ. *deciſ.* 273. *num.* 1. *p.* 2. Verall. *deciſ.* 75. *p.* 2. Ioan. de Monte Sperell. *conſ.* 191. *num.* 6. Honded. *conſ.* 53. *num.* 33. *&* 36. *vol.* 2. Reusner. *deciſ.* 7. *num.* 48. *lib.* 4. Menoch. *conſ.* 146. *num.* 21. Octauian. Vulpell. *d. loco ſtatim, in princ.* Quando per se simpliciter apposita est, tunc facit modum, *d. l. antepenult.* §. 1. *ff. de leg.* 2. vel apposita per nomina in genere, *l. nulli, in princ. C. de Epiſcop. & Cleric.* At verò quando per nomina in specie apposita est, facit conditionem, *l. ſtipulatio, ff. de iure dotium, l. Titio,* §. *Titio, ff. de cond. & demonſtr.* Et colligitur ex traditis per Galganet. *de cond. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 3. *quæſt.* 2. & per Bald. *conſ.* 440. *num.* 5. *lib.* 5. Quamuis Peregr. *conſ.* 64. *num.* 9. *in fine. lib.* 3. dicat quòd non facit conditionem, sed significat causam. Ad quod propositum Ang. *conſ.* 30. *incip. Domina Franciſcina, in princ.* quem refert Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 19. ait, quod quandoque importat conditionem in vltimis voluntatibus, quandoque apponitur causæ, ad quam non obligatur de iure is, qui se obligat: ideo si is, qui non est obligatus dotare mulierem, legat mulieri pro nubenda ea, legatum dicitur conditionale, & non debetur nisi nubat, secùs si legans esset obligatus dotare de iure.

11 Interdum denotat veritatem, & quandoque fictionem; veritatem, quando accommodatur veritati, & possibili, vt si statutum dicat, quòd omnes Florentini habeantur pro ciuibus, nam verè ciues sunt, quia etiam oriundi sunt, vel ibi habitantes. Socin. *conſ.* 1. *incip. In caſu, num.* 10. *& ſeq. vers. quod paria, lib.* 1. Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 14. vbi *num.* 15. addit, quòd si non concurrit veritas, veluti si dicat statutum, quòd Florentini habeantur pro Perusinis, tunc est per fictionem, & non per veritatem, & *num.* 16. post Put. *deciſ.* 329. *lib.* 3. aliàs *deciſ.* 328. *in correct. eod. lib.* 3. ampliat hanc dictionem quandoque importare æquiuocationem, & incertum, & ideo quòd commissio, vel exequutio facta pro parte N. non debet inducere nocumentum N. quia illa verba non probant, quòd ipse fecerit, cùm sint æquiuoca.

12 Nonnunquam importat compensationem, & taxationem, ne plus petat, vt si dictum sit, quòd testator legat pro omni eo, quod petere potest. Ita Ruin. *conſ.* 60. *num.* 6. *lib.* 2. Hipp. Rimin. *conſ.* 157. *n.* 14. *vers. tertiò accedit,* vbi quòd legatum factum pro omni eo, quod petere potest filia occasione legitimæ, censetur animo compensandi legitimam. Refert Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 20.

13 Item importat hæc dictio accessionem, vnde obligans se pro Titio, licèt principaliter obligetur, dicitur obligatus tanquam fideiussor respectu eius, pro quo obligatur. Ita Bald. *conſ.* 198. *lib.* 1. quod duplicatur *conſ.* 153. *num.* 9. *vers. item dictio, lib.* 5. Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 34.

14 Item denotat limitationem, veluti si legetur Ecclesiæ prædium, vel possessio pro vita Rectoris, intelligitur facta limitatio, quòd Rector habeat victum ex tali legato, & sic hæc dictio est limitatiua, vt per Bald. *conſ.* 250. *ante finem, vers. quia illa dictio, lib.* 4. Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 35.

15 Item quandoque importat dominium, vel vsum, vt si legetur domus Fraticellis pro eorum habitatione, de rigore iuris dominium domus legatæ est Fraticellorum, licèt de æquitate secùs, quia censetur legatus vsus, & habitatio, & dominium est penes hæredem. Ita Bald. *conſ.* 59. *incip. Quædam mulier, lib.* 5. quem refert Card. Thus. *d. concl.* 342. *num.* 36.

16 Item importat repræsentationem, ideo si fiat solutio Titio pro me, importat solutionem mihi factam, & à me Titio; & sic tantum est dicere solvere Titio pro me, quantum soluere mihi, vel loco mei. Ita Paris. *conſ.* 107. *num.* 44. *lib.* 3. Card. Tusch. *d. concl.* 342. *num.* 23.

17 Paria enim sunt dicere; promittis mihi decem pro tali, vel promittis mihi nomine talis, vt per Rom. *conſ.* 441. *incip. Præſens inſtrumentum, num.* 4. *in fine, vers. vnde notandum.* vbi Apost. *ad eund. in vers. nomine,* ait, idem esse dicere pro te, vel nomine tuo: sic etiam actus factus pro Titio idem importat, ac si esset dictum nomine Titij. Alex. *conſ.* 80. *incip. Examinato, num.* 8. *lib.* 2. quem refert Card. Tusch. *d. concluſ.* 242. *num.* 17.

18 *Pro tali,* importat idem quod *nomine,* vel *ad inſtantiam talis,* vt per Felin. *in cap. cùm M. Ferrarienſis, ne.* 3. *de conſtit.* & ibi Rip. *num.* 7. Dec. *in l.* 1. *num.* 15. *C. de ſent. quæ pro eo, quod intereſt.* Cened. *d. ſingul.* 81. *num.* 4. Card. Tusch. *d. concluſ.* 342. *num.* 27. vbi *num.* 28. infert, quòd ideo emens pro tali proinde acquirit tali, ac si diceret acquirere nomine talis.

19 *Pro hæredibus,* ista dictio ponitur ad ampliandum, & eius natura est, vt ampliet. Felin. *conſ.* 28. *num.* 6. quem refert Cened. *d. ſing.* 81. *num.* 6.

20 *Pro tempore exiſtens,* ista verba complectuntur actum à principio, vsque ad finem; & significant temporis aptitudinem, vt per Rebuff. *in rubr. de Regia ad Prælaturas nominat.* §. 1. *verb. Pro tempore, fol.* 125. quem refert Cened. *d. ſingul.* 81. *num.* 5. Et de his verbis, *Pro tempore,* vide Mandos. *in gloſ. facult.* §. *ſanè, in verb. Pro tempore, fol.* 80. *& in* §. *habita, verb. Pro tempore, fol.* 224.

21 Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ au-

ctores, hæc dictio *Pro*, sæpè contrarium habet *Contra*. Cic. 3. *de Orat.* Hoc non modò pro me, sed contra me est potiùs. Id. *Attic. lib.* 11. Non tam pro se, quàm contra me laborare dicitur.

22 Vsurpatur interdum pro *Ante*, Cic. 2. *Phil.* Hasta posita pro æde Iouis Statoris, bona Cn. Pompeij acerbissimæ voci subiecta præconis. Id. *ibid.* Nonne audiente populo Romano sedens pro æde Castoris dixit. Id. *pro Mil.* Illa præsidia quæ pro templis omnibus cernitis.

23 Aliàs pro *In*, Liu. *lib.* 38. Laudati quoque pro concione omnes sunt. Cæs. *lib. 6. de bello Gallico.* Hac re pro suggestu nunciata.

24 *Secundum* aliquando denotat dictio *Pro*, Cic. 7. *Ver.* Ciuitatibus pro numero militum pecuniæ summas describere. Id. *lib.* 11. *epist.* 12. Non dubito autem pro tua singulari prudentia quin perspicias. Id. *pro Mur.* Ego vos pro mea summa, & vobis cognita in Rempubl. diligentia moneo, pro auctoritate Consulari hortor, pro magnitudine periculi obtestor, vt, &c.

25 Interdum vsurpatur pro *Ob*, vel *Propter*. Cic. *Attic. lib.* 1. Misi qui pro vectura solueret. Id. 2. *de Orat.* Dixit se dimidium, quod pactus esset, pro illo carmine daturum. Plaut. *Aul.* Pro vapulando hercle à te mercedem petam. Terent. *Eun.* Heri trinas vigilias pro ambobus dedi.

26 *Pro vice*, aut *loco*; accipitur quandoque hæc dictio *Pro*, Cic. 6. *Ver.* Tibi Marcelli statua pro patibulo fuit. Id. *Attic. lib.* 2. Vnus Cato mihi est pro centum millibus. Id. *Attic. lib.* 1. Hoc pro mercede, vel præmio tibi erit. Vnde trita illa, *pro nihilo habere, ducere, putare, &c.*

27 *Pro suo iure facere*, aut *dicere aliquid*, est idem quòd iure suo, ac pro potestate, quam habeat in aliquam rem, dicere aliquid, aut facere sine reprehensionis metu, quod nemo possit de iure reprehendere. Cic. *pro Flac.* Pro meo iure dico. Id. 7. *Ver.* Tum deprecabitur à vobis, tum etiam pro suo iure contendet. Plaut. *Rud.* Nempe pro tuo iure oras. Virg. 4. Æneid. pro re pauca loquar. Hinc *pro tempore, pro opibus, pro facultatibus, pro dignitate*, & similia proueniunt.

28 *Pro mea facere*, idem est quòd facere quantum possum. Cic. *lib.* 5. *epist.* 8. Vt ita fieret pro mea parte adiuui. Id. *pro Syl.* Omnes qui adsunt pro sua parte & auctoritate defendunt. Id. 1. *Tusc.* Pro sua quisque facultate parant.

29 *Pro se quisque*; idem est quod *pro sua quisque parte*. Cic. 3. *Offic.* Pro se quisque quod ceperat, afferebat. Id. 3. *Ver.* Pro se quisque manus affert. Liu. *lib.* 26. Pro se quisque aurum, argentum, & æs publicum conferunt.

30 *Pro virili parte*; est pro eo quantum vnus vir potest. Cic. *pro Sext.* Hæc qui pro sua parte virili defendunt. Id. 13. *Philip.* Tum me eius beneficio plusquàm pro virili parte obligatum puto.

31 *Pro portione*; idem est quod pro rata portione, vel parte. Cic. 2. *de Orat.* Sed oportet, vt ædibus ac templis vestibula, & aditus, sic causis principia pro portione præponere. *Id. lib.* 6. *de Republ.* Qui interuallis coniuncti imparibus, sed tamen pro rata portione distinctis. Id. 1. *Tusc.* Omnia ita perinde, vt cuique data sunt, pro rata parte, à vita, longa aut breuia ducuntur.

SVMMARIVM.

1 *Actus vt reddatur nullus, licèt lex non processerit vlterius annullando, efficit verbum* Prohibemus.

2 Prohibere *non potes quod tibi non nocet, & alteri prodest.*

3 Prohibitum *illud dicitur, quod lege expressa prohibetur.*

Prohibere.

DICTIO CCLXXXVIII.

VErbum hoc efficit, vt actus reddatur nullus, licèt lex non processerit vlteriùs, annullando, vt tradit Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 19. *num.* 52. Importat enim præceptum verba significantia prohibitionem, qualia sunt, *Prohibeo, Inhibeo, Veto, Interdico*; quippe quòd omnis prohibitio præceptum abstinendi se à re prohibita continet, vt per Butr. *in cap. nam concupiscentiam, in fine, de constitut.* vbi Abb. *num.* 5. Felin. etiam *num.* 5. Alex. de Neuo *num.* 22. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 21. Euerard. *loco ab æquipollent. num.* 11. Sayr. *in Claui Regia lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 27. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 16. *q.* 5. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 34. 1

Prohibere non potes quod tibi non nocet, & alteri prodest, *l.* 2. §. *idem aiunt, & §. denique in primo, ff. de aqua pluuia arcen. l. si cui, ff. de seruit. l. in creditore, ff. de euict.* Couar. *variar. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 8. *vers. item, & pract. cap.* 37. *num.* 2. *&* 3. *col.* 3. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 2. *num.* 17. Menoch. *rem.* 6. *& in num.* 114. *cum seqq. & cons.* 14. *num.* 8. *& cons.* 51. *num.* 45. *& cons.* 121. *num.* 8. *& de arbitr. lib.* 2. *cap.* 168. *num.* 12. *& casu* 237. *num.* 19. Surd. *decis.* 120. *num.* 12. *& decis.* 236. *num.* 12. D. Barbosa *in l.* 2. *in princip. p.* 2. *num.* 34. *cum seqq. ff. soluto matrimon.* 2

Prohibitum illud dicitur, quod lege expressè prohibetur. Menoch *cons.* IIII. *num.* 1. Et prohibita quæ non inueniuntur, per legem permissa censentur, *l. necnon*, 28. *post princip.* ibi, *sed si lex non prohibeat.* iuncta glos. *verb. non prohibeat, ff. ex quibus causis maiores, l.* 1. *ff. de legat. l. mutuus*, §. *quæritur, ff. de procur. l. ab ea parte, ff. de probat. cap. omnes.* & ibi glos. 3. *distinct. cap.* 1. *de translat. Prælati*, vbi glos. *verb. non inuenitur, cap. nuper*, 29. *vers. in secundo, cap. cùm illorum*, 32. *de sentent. excommunic.* Alciat. *respons.* 8. *num.* 18. Bursat. *cons.* 110. *num.* 27. *lib.* 1. Burg. de Pace *cons.* 8. *num.* 3. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. prohibitio*, 1. Bertazol. *de clausulis instrument. clausu.* 2. *glos.* 1. *num.* 5. Bobadil. *in sua Politica, lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 44. D. Barbosa *in l. cùm Prætor*, §. 1. *num.* 95. *ff. de iudiciis.* 3

SVMMARIVM.

Proinde *interdum importat*
- 1 Cæterùm, Propterea, Itaque.
- 2 Inde.
- 3 Ergo, Igitur.

4 *Improprietatis est nota dict.* Proinde.

5 *Veritatem quandoque importat dictio* Proinde.

6 *Identitatem nonnunquam denotat dictio* Proinde.

Proinde.

Dictio CCLXXXIX.

1 Accipitur hæc dictio pro *Caterùm*, *Propterea*, *Itaque*, vt *in l. hæres abſens*, §. *proinde*, *ff. de iudicis*, & *in l. proinde*, §. 1. & 2. *ff. ad legem Aquiliam.*

2 Aliquando ſignificat idem quod *Inde*, vt *in l.* 1. *in princip. ff. quibus modis vſusfructus amitt.* gloſ. *in l.* 1. *in princip. ff. de edendo.*

3 Interdum exponitur pro *Ergo*, *Igitur*, vt *in l. proinde*, vbi gloſ. *ff. ſi certum petatur*, & *in l. pronunciatur*, & *in l. vrbana prædia*, *ff. de verbor. ſignif.*

4 Nonnunquam eſt nota improprietatis, ſecundùm Bartol. *in l. qui à patre*, *in princip. ff. de confirm. tutor.* & notatur *in d. l. proinde*, *in princip. ff. ad legem Aquiliam.*

5 Pierumque importat veritatem, vt *in l. ſi quis obrepſerit*, *ff. ad legem Corneliam*, *de falſis*, vbi Hippol. *num.* 3.

6 Quandoque identitatem denotat, iuxta tradita per Hippol. *ad l. vtrum*, *num.* 4. *ff. ad legem Pompeiam*, *de parricidiis.*

SVMMARIVM.

1 *Stipulationem importat verbum* Promiſit, *in inſtrumento poſitum.*

2 *Pactum importat verbum* Promiſit, *ſi viua voce prolatum ſit.*

3 *Teſtes etiam plures ſi deponant Titium promiſiſſe*, *non præſumitur ſtipulationem interueniſſe.*

4 *Notarius deponendo de verbo* Promittere, *intelligitur nudo pacto*, *non per ſtipulationem.*

5 *Verbum* Promiſit, *in inſtrumento appoſitum*, *ſignificat partes fuiſſe præſentes.*

Promittere.

Dictio CCXC.

1 Verbum hoc in inſtrumento poſitum importat ſtipulationem, putà ſi Titius promiſit Seio, intelligitur per ſtipulationem, vt præſumatur ſolennitas, & detur actio, vt *in §. ſi ita ſcriptum*, *Inſtit. de vtilib. ſtipulat.* & tradunt Anton. Gom. *tom.* 2. *variar. cap.* 11. *num.* 17. Ægid. Bellam. *conſ.* 1. *num.* 17. *verſ. quia verbum Promiſiſſe.* Ioan. de Imol. *conſ.* 86. *incip. In cauſa*, *qua vertitur*, *num.* 3. Corn. *conſ.* 238. *incip. Viſa copia*, *circa finem*, *lib.* 3. Socin. *conſ.* 157. *incip. Præſens conſultatio*, *lib.* 2. *circa finem.* Rota *deciſ.* 489. *num.* 5. *p.* 1. *dec.* Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 4. *gloſ.* 26. *num.* 6. Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 348. Ceual. *commun. contra comm. q.* 399. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 344. & *lit. P. concluſ.* 910. Gregor. *deciſ.* 328. *num.* 6. Card. Seraphin. *deciſ.* 427. *num.* 6. vbi *num.* 1. ſubdit, licèt per Notarium non fuerit deſcriptum promiſiſſe ſibi, ſtipulante pro abſente, & *deciſ.* 1167. *num.* 4.

2 Si verò ſit viua voce prolatum, importat pactum, ſecundùm Bertazol. *d. gloſ.* 26. *num.* 6. de quo vide Menoch. *conſ.* 705. *num.* 2.

3 Vnde ſi teſtes deponant Titium promiſiſſe, tunc non præſumeretur ſtipulationem interueniſſe, quia intelligitur de nuda promiſſione, niſi addat, quòd præceſſit interrogatio, vt tradunt gloſ. *in d. l. ſi ita ſcriptum.* Anton. Gom. *d. num.* 13. *verſ. item adde.* Anchar. *conſ.* 331. *incip. Viſis diligenter*, *num.* 8. Bertazol. *d. clauſ.* 4. *gloſ.* 4. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 344. *num.* 3. quidquid dicat Caſtrenſ. *conſ.* 332. *incip. In cauſa Silueſtri*, *col.* 3. *num.* 3. *verſ. præterea*, *lib.* 1. Quod amplia, etiamſi plures teſtes hoc deponerent, iuxta tradita per Ioan. de Imol. *conſ.* 102. *incip. In cauſa*, *num.* 7. *verſ. item obijcitur.* quem refert Card. Tuſch *d. lit. D. concluſ.* 344. *num.* 5.

Amplia, etiamſi eſſet Notarius, qui examinaretur, 4 quia deponendo de verbo *Promiſit*, intelligitur nudò pacto, non per ſtipulationem, vt per Anchar. *d. conſ.* 331. *num.* 9. quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 344. *num.* 4.

In inſtrumento appoſitum ſignificat partes fuiſſe 5 præſentes, iuxta reſoluta per Bertazol. *d. tract. de clauſulis inſtrument. clauſ.* 17. *gloſ.* 3. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Quantitatem modicam*, & *modicum tempus importat dict.* Prope.

2 *Contiguitatem denotat dict.* Prope.

3 Prope *apud Grammaticos pro* Iuxta *accipitur.*

4 Prope *cùm ablatiuum caſum adſciſcit*, *vſurpatur pro* Non procul.

Prope.

Dictio CCXCI.

Hæc dictio refertur ad modicum tempus, & 1 modicam quantitatem, vt tradunt Ang. *conſ.* 127. *incip. Viſis petitione*, *num.* 2. Alex. *conſ.* 120. *num.* 8. *lib.* 2. Bart. *in auth. de Monachis*, § *ſi verò intra*, *num.* 1. vbi dicit, quòd ſi teſtis dicat, quòd Titius poſſedit propè per viginti annos, quòd teſtis probat de decem & nouem annis cum dimidio. Aret. *in l. properandum*, §. *ſiquidem*, *C. de iudiciis.* Menoch. *de arbitr. caſu* 57. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 345. *num.* 1. Cened. *poſt libr. practic.* & *canonic. quæſt. ſing.* 81. *num.* 7.

Denotat contiguitatem, & non poteſt verificari 2 in loco remoto, vt per Aret. *in* §. *quòd ſi naturali*, *Inſtit. de rerum diuiſ.* Bart. *in tract. Tiberiad. p.* 2. *de Inſul. in verb. Prope ripam prædia poſſident.* Boër. *deciſ.* 51. *num.* 15. quos refert Cened. *d. ſing.* 81. *num.* 8.

Apud Grammaticos pro *Iuxta* accipitur. Cic. *in* 3 *Brut.* Cùm plebs prope ripam conſediſſet. Idem *lib.* 7. *epiſt.* 24. Vt non modò prope me, ſed planè mecum habitaret.

Aliquando cùm ablatiuum caſum adſciſcit, vſur- 4 patur pro *Non procul.* Cic. 7. *Verr.* At cùm bellum in Italia tam propè à Sicilia gereretur, tamen in Sicilia non fuit. Idem *in Piſon.* Propè à meis ædibus ſedebas. Cùm ſine caſu ponitur, aduerbij vicem obtinet, & contrarium habet *Procul.* Cic. *lib.* 9. *epiſt.* 7. Volebam propè alicui eſſes. Idem *de Senect.* Adoleſcentia magis delectatur, propè voluntates intuens; delectatur etiam ſenectus, eas procul aſpectans. Plaut. *Caſin.* Nemo audet propè accedere.

SVMMARIVM.

1 *Causam nedum proximam, sed etiam remotam & impulsiuam denotat dict.* Propter.
2 *Causam ob quam motus est Princeps ad ita constituendum significat dict.* Propter.
3 *Causam efficientem plerumque declarat dictio* Propter.
4 Propter, *pro* Prope, *sæpè vsurpatur.*

Propter.

DICTIO CCXCII.

1 HÆc dictio nedum causam proximam, sed etiam causam remotam, & impulsiuam denotat. Ita Calder. *cons.* 282. *num.* 2. *vers. & pro hac parte*, aliàs 4. *de locato*, vbi quòd promissa remissio per locatorem conductori propter bellum, debet fieri ex omni causa prouenient à bello, etiamsi sit remota. Bald. *cons.* 329. *incip. Casus talis est*, *num.* 2. *vers. & ideò attendenda*, *lib.* 1. vbi quòd importat causam, vel occasionem immediatam, vel remotam. Angel. *cons.* 312. *incip. Prout patet, in princip. vers. Contrarium dico.* Signorol. *cons.* 185. *num.* 7. vbi subdit, quòd importat idem, quod dictio *Occasione.* Rom. *cons.* 89. *num.* 7. *vers. secundò quia.* Gozad. *cons.* 58. *num.* 11. Gulielm. Bened. *in cap. Raynutius, verb. cætera bona, num.* 29. *de testament.* Tiraq. *in tract. cessante causa, lim.* 20. *num.* 24. vbi *num.* 25. subdit, quòd aliquando causam proximam designat. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 346. *num.* 1.

2 Significat causam, ob quam motus est Princeps ad ita constituendum, secundùm Menoch. *cons.* 383. *num.* 15.

3 Plerumque apud Grammaticos causam efficientem declarat. Cic. *in Brut.* Eáque suspicio propter eam causam fuit. Idem *pro Roscio:* Susceptum onus aut propter perfidiam abiicere, aut propter imbecillitatem animi deponere. Idem 1. *de Finib.* Virtus per se, & propter se expetenda.

4 Sæpe autem vsurpatur pro *Prope.* Cic. 3. *de natura Deor.* Vulcanus tenuit insulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ appellantur. Idem *in Brut.* In pratulo propter Platonis statuam consedimus. Idem 4. *Verr.* Propter ædem Vulcani. Idem 6. *Verr.* Etenim propter est spelunca quædam. Idem *pro Roscio:* Duo filij propter patrem cubantes.

SVMMARIVM.

1 *Causam proximam importat dictio* Propterea.
2 *Causam expressam dispositionis denotat dictio* Propterea.
3 *Dispositionem coniungit dict.* Propterea, *posita post copulatiuam* Et.
4 Propterea, *ex* propter *&* ea *factum, apud Grammaticos vsurpatur pro* Idcirco, *& ferè cum* Quod, *vel* Vt, *vsurpatur.*

Propterea.

DICTIO CCXCIII.

Vnde si in contractu promittitur, & datur facultas redimendi, quandocumque venditor voluerit, non obstante huiusmodi dictione, huic pacto præscribitur spatium triginta annorum. Ita Rol. *cons. 126. à num. 24. vol. 2.* Ruin. *cons. 111. vol. 1.* Balb. *de præscriptionib. in 4. parte quintæ princip.* Ant. Gabr. *commun. tit. de præscript. conclus. 3.* Menoch. *cons. 962. num. 38. & seq.* Boër. *decis. 131. num. 21.* Tiraq. *d. tit. 1. §. 1. glos. 10. num. 34.* Couar. *lib. 1. var. cap. 9. num. 4.* Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, cap. 9. num. 175.* Vulpell. *citato loco, statim in princip.* Surd. *decis. 2. num. 10.* Calder. Pereira *in l. si curatorem, verb. sua facilitate,* 7

*cilitate, num.*70. Perez *l.*1. *tit.*2. *lib.*8. *Ordinam. pag.*41. *& l.*1. *vers. quæro,* 29. *tit.*9. *lib.*3. *pag.*647. Mart. *de iurisdict. p.*1. *cap.*34. *num.*11. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.*2. *num.*5. Molin. *de Iustitia, tract.*2. *disput.* 374. *vers. quando.* Cened. *d. sing.* 85. *num.*2. Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.*4. *tit.*31. *num.*26. Bernard. Grauæ. *in pract. Camer. Imper. lib.*2. *conclus.* 18. *consid.*1.

8 Addita cum clausula *Toties quoties,* quid operetur, vide Boër. *decis.*131. *num.*21.

9 *Quandocumque substituere*, significat compendiosam. Menoch. *cons.* 1010. *num.*13. *& cons.* 1155. *num.*34.

SVMMARIVM.

1 *Regulam esse in contrarium, & exceptionem propriè significat dict.* Quandoque.

2 Quandoque, *interdum ponitur pro* Aliquo tempore, *seu* Quandocumque.

Quandoque.

Dictio CCCIX.

1 DEnotat hæc dictio regulam esse in contrarium, & exceptionem propriè significat, vt *in l. rogo, ff. quando dies legati cedat, & in l. penult. §. fin. ff. de rebus eorum, & in l. continuus, §. item qui insulam, ff. de verbor. oblig. & in l.*3. *§. hæc pœna, ff. quod quisque Iuris, & in l. interdum, ff. de condict. indeb. & in princip. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio.* notant Alberic. *in suo Dictionario, verb. Quandoque.* Grat. *cons.* 2. *num.*24. *lib.*1. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. verb. Quandoque, pag.*89. Menoch. *cons.*99. *num.*187.

2 Interdum ponitur pro *Aliquo tempore*, notat Dec. *in l. si quis, num.*4. *ff. quod quisque Iuris, & in cap. quoniam contra, num.*6. *de probationib.* Et aliquando idem importat, quod *Quandocumque*, vt *in princip. Instit. quibus modis re contrahitur obligatio*, ibi, *& quandoque nobis non eadem res, sed alia eiusdem naturæ, & qualitatis reddantur*, id est, quocumque tempore mutuum soluatur, non esse eamdem rem, sed aliam reddendam, vt ibi explicat Pichard. *num*56.

Quantus.

Dictio CCCX.

1 NOn solùm numerum, sed qualitatem propriè significat, vt *in l. quantæ, ff. de publican.* notant Tiraq. *de retractu lign. §.*1. *glos.*21. *num.*13. & alij, quos refert Matiençó *ad l.*2. *num.*16. *glos.*2. *tit.*4. *lib.*5. *nouæ Recopil.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

2 *Improprietatem, fictionem, & diminutionem denotat dict.* Quasi.

3 *Veritatem denotat interdum dictio* Quasi.

4 *Proprietatem denotat dict.* Quasi.

5 Quasi, *apud Grammaticos aduerbium est similitudinis, & significat* Tanquam.

Quasi, *vsurpatur pro* { 6 Sicut. Non secus ac. 7 Ferè.

8 *Ironiam sæpè continet* Quasi.

Quasi.

Dictio CCCXI.

DE vi, & effectibus huius dictionis vide Rebuff. *ad l. inter stuprum,* 101. *§. seruus legatis, vers. quasi commune, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 429. Felin. *in cap. gratum, num.* 12. *de offic. deleg.* Alex. *cons.* 15. *num.* 10. *vol.*1. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. qualiter ore, ad finem, verb. quasi, fol.*168. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.*2. *lit. D. concl.*350. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 89. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 84. Tursellin. *de particulis Latinæ orationis, cap.*149. Grat. *de dictionib. dict.*202. 1

Propria natura huius dictionis est denotare improprietatem, fictionem, & diminutionem, vt *in l. item mera, §. Celsus, & §. quamuis. ff. ad legem Aquiliam, & in l. item ait Prator, §. item,* & ibi glos. *ff. ex quibus causis maiores, & in l. factum,* & ibi glos. *ff. de condit. & demonstr.* notant Alex. *in l. non erit, §. datum, num.*1. *ff. de iureiurando, & cons.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 15. *num.* 7. *lib.* 1. Dec. *in l. si ego, num.* 1. & ibi addit. *ff si certum petatur, & cons.*539. *num.*11. Ias. *in §. præterea, num.*41. *Instit. de act. & in l. si ante nuptias, num.*1. *ff. soluto matrimon.* Rol. *cons.*83. *num.* 5. *vol.*3. Hip. *in l. si quis dolo, num,* 2. *ff. ad legem Corneliam, de sicariis,* Cephal. *cons.*74. *num.*26. Tiraq. *de iure mariti, glos.*7. *num.*187. Medicis *in regulis Iuris, p.*1. *reg.*10. *num.* 40. Rebuff. *in l. vnica, glos. prout, num.*19. *C. de sentent. quæ pro eo.* Cosm. *citato loco.* Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.*27. *num.* 5. 6. *&* 10. *& præsumpt.*86. *num.* 13. *& cons.* 266. *num.* 33. *& cons.*163. *num.*11. Bertazol. *in repet. l. si quis maior, num.*229. *C. de transact.* Curt. Iun. *cons.*163. *num.*13. Honded. *cons.*85. *num.*15. *vol.*1. Octauian. Vulpell. *citato loco.* Flamin. *de resign. lib.* 7. *q.* 1. *num.* 89. Ioseph. de Sesse Arag. *decis.*105. *num.*30. Cened. *d. sing.*84. *num.*1. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 350. *num.* 9. *&* 10. Ioan. à Cochier. *de iurisdict. Ordinam. in exemptos, lib.*4. *q.*20. *num.* 6. Rota *decis.* 2. *num.* 3. *in fine, de alienat. iudicij mutandi causa facta, in nou. & decis.*781. *num.* 6. apud Farinac. *in* 1. *collect. nouissimar. & decis.* 268. *num.* 3. *vers. nam fuit responsum, apud eumdem, p.*1. *recent.*

Interdum verò ista dictio denotat veritatem, vt probatur ex autoritate *Ioan.* 1. Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre. *cap. ex parte, de sponsalib. vtrum, ff. de reb. dubiis, l. omnes populi,* 11. ibi, *quasi ius proprium, ff. de Iustitia, l.* 1. ibi, *quasi de re dubia, ff. de transact.* Panorm. *in cap. Parochianos, num.*2. post glos. ibi, *in verb. Quasi debita, de decim. & in cap. prout, num.*16. *de dolo, & contumac.* Hippol. *in d. l. si quis dolo, num.*1. Rot. *decis.*672. *num.*1. *in fine,* apud Farinac. *p.*1. *recent.* Barbat. *cons.* 33. *vol.*3. Felin. *in d. cap. gratum, circa finem.* Oldrad. *cons.*155. *incip. Quia de forma, in princip.* Alex. *cons.* 15. *num.* 7. *lib.* 1. vbi ait, quòd importat veritatem, quando non potest aliter fieri. Boër. *decis.*44. *num.*29. Menoch. *de arbitr. cas.*362. *num.*28. Card. Tusch. *d. conclus.*350. *num.*7. & 8. Pichard. *in princip. Instit. quibus modis re, num.*81. Cened. *d. sing.*84. *num.*2. Bald. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verbor. oblig.* vbi dicit, quòd quandoque ista dictio *Quasi* ponitur per modum causæ, & tunc 2 3 4 5 6 7 8

exprimit veritatem, sed quando ponitur per modum similitudinis, denotat fictionem.

4 Sic etiam hæc dictio interdum denotat proprietatem, vt per Apostill. ad Felin. *in d. cap. gratum, num.* 12. *in vers. verbum Quasi.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 350. *num.* 6. vbi *num.* 11. subdit, quòd excludit, quando est adiuncta numero, vel quantitati. & *num.* 4. quòd denotat etiam similitudinem. & *num.* 5. post Dyn. *cons.* 41. *num.* 3. addit, quòd denotat diminutionem rei.

5 Apud Grammaticos verò, & bonos Latinæ linguæ Autores, *Quasi* aduerbium est similitudinis, & *Tamquam* significat. Cic. 1. *de Orat.* Philosophia laudandarum omnium artium procreatrix quædam, & quasi parens. Idem 5. *Tusculan.* Sic eas exponam, quasi agatur res, non quasi narretur. Et quòd *Tamquam* importet hæc dictio, asserunt Felin. *in d. cap. gratum, num.* 12. Alex. *cons.* 2. *num.* 4. *lib.* 1. quos refert Cardin. Tusch. *d. tom.* 2. *lit. D. conclusione* 350. *numero* 2.

6 Aliquando idem quod *Sicut*, vel *Non secùs ac* significat. Cic. *lib.* 9. *epist.* 16. Vt quasi aurum igne, sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit. Idem *de Senect.* Literas Græcas sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens. Idem *pro Quinct.* Quasi tua res, aut honos agatur, ita laboras.

7 Interdum vsurpatur pro *Ferè*. Cic. 2. *Verr.* Ex his quasi decem fiscos ad Senatorem illum relictos esse. Idem 2. *Academic.* Quantulus vobis videtur? mihi quidem quasi pedalis.

8 Sæpe ironiam continet. Cic. 2. *Philippic.* Medico tria millia iugerum, quasi te sanum facere potuisset. Idem 1. *de Finib.* Quasi me pudeat istorum, aut non possim, quemadmodum dicantur, ostendere. Idem 3. *Verr.* Quasi verò id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut studio partium fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem importat dictio* quatenus, *quando est iuncta verbo futuri temporis.*

2 *Limitatiua est, seu restrictiua dictio* quatenus, *& denotat incertitudinem.*

3 *Limitatiua quando est dictio* quatenus *exponitur, id est,* In quantum.

4 *Causaliter, temporaliter, & quantitatiuè exponitur dict.* quatenus.

Quatenus *interdum importat*
- 5 Quousque. Donec.
- 6 Qualiter. Quomodo.
- 7 Quia.
- 8 Quantumcumque.
- 9 Ad quem locum.
- 10 Qua ex parte.

Quatenus.

DICTIO CCCXII.

1 COnditionem importat hæc dictio, præcipuè quando est iuncta verbo futuri temporis; ita Bart. *in l.* 1. *num.* 20. vbi Castr. Imol. & Socin. *ff. de condit. & demonstr.* Rebuff. *in l. luttus publicum*, §. *quatenus fluit*, *ff. de verbor. signif.* Bero. *cons.* 51. *num.* 12. *vol.* 2. *& cons.* 14. *num.* 1. *vol.* 3. Mandos. *in reg.* 32. *Cancellar. q.* 24. *num.* 3. & 4. Aym. *cons.* 802. *num.* 1. Borgnin. *decis.* 46. *num.* 382. *p.* 1. Rot. *decis.* 381. *num.* 2. *p.* 1. *diuers.* Honded. *cons.* 2. *num.* 16. *& cons.* 57. *num.* 20. *& cons.* 68. *num.* 11. *vol.* 2. Pacific. *de Salu. interd. inspect.* 4. *cap.* 2. *num.* 40. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. in princip. pag.* 90. Rimin. Iun. *cons.* 139. *num.* 20. *l.b.* 2. Surd. *cons.* 186. *num.* 20. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 86. *in fine.* Gregor. *decis.* 550. *num.* 2.

Est limitatiua, seu restrictiua, & denotat incer- 2
titudinem, iuxta tradita per Dec. *cons.* 385. *num.* 2. Bero. *cons.* 140. *num.* 17. *vol.* 2. Surd. *cons.* 186. *num.* 14. Matien. *ad l.* 2. *glos.* 2. *num.* 16. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Vulpell. *citato loco.*

Et quando est limitatiua, exponitur, id est, *In* 3
quantum, vt *in l. si quis crediderit*, vbi glos. *ff. de pact. & in cap. placet, de conuers. coniugat.* & tradunt Dec. *cons.* 385. *num.* 2. *tom.* 2. Rebuff. *in l. locum, col.* 10. *vers. quatenus, ff. de verbor. signif.* Honded. *d. cons.* 57. *num.* 21. *& cons.* 68. *num.* 12. *vol.* 2. Mandos. *de signat. fol.* 73. *col.* 1. *in princip.* Cened. *d. sing.* 86. *num.* 1. *in princip.* & operatur, vt dispositio adaptetur pro ea parte pro qua fieri potest, vt per Seraph. *decis.* 545. *numero* 1.

Tribus modis exponitur hæc dictio, scilicet cau- 4
saliter, temporaliter, & quantitatiuè, vt per Ruin. *cons.* 61. *num.* 43. *vol.* 5. quem refert Cened. *d. sing.* 86. *vers. quatenus tribus.*

Aliquando accipitur pro *Quousque*, vel *Donec*, vt 5
in l. rogatus, ff. mandati, & in l. Rutilia, ff. de contrahen. empt. & in l. locus, ff. de verb. significat.

Nonnunquam interpretatur pro *Qualiter*, seu 6
Quomodo, vt *in l. metum*, §. *sed quod Prætor, ff. quod metus causa.*

Quandoque ponitur pro *Quia*, vt *in l. cum filius*, 7
& ibi glos. ff. de verb. oblig. & in l. in personam. in princ. ff. de pœnis, & in l. properandum, §. 1. *C. de iudicijs.*

Plerumque pro *Quantumcumque* accipitur, vt *in l.* 8
quatenus, ff. de reg. Iuris.

Apud Grãmaticos *Quatenus* idem importat quod 9
Ad quem terminum. Cic. *de Amicit.* Quamobrem id primùm videamus, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Id. *ibidem.* Est enim quatenus amicitiæ dari venia possit.

Interdũ vsurpatur pro *Qua ex parte.* Cic. *lib.* 2. *ep.* 2. 10
Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat, &c. Bibulo assensum est.

SVMMARIVM.

1 *Similitudinem facti, & non Iuris denotat dictio* Quemadmodum, *sine interrogatione prolata, & capitur pro* Sicut.

2 *Interrogatiuè quandoque profertur dictio* Quemadmodum, *& tunc sumitur pro* Quomodo, *vel* Ad quem locum.

3 *Subrogationem indicat dictio* Quemadmodum *antea.*

4 Quemadmodum *factum ex tribus verbis, Quem, ad, modum, idem significat apud Grammaticos quod* Quomodo.

5 Quemadmodum, *assumit quandoque* Si, Ita, Sed.

Quemad

Quemadmodum.

Dictio CCCXIII.

1 SIne interrogatione prolata capitur pro *Sicut*, ſimilitudinem facti, & non Iuris denotans, vt *in l. paterfamilias, & in l. quemadmodum, ff. de acq. poſſ. & in l. verbum erit, ff. de verb. ſignific. & in l. 3. §. ſi quis duobus*, vbi Gloſ. *ff. de adimen. legat. & in l. quemadmodum, C. de agricolis & cenſitis, lib. 11.* notant laſ. *in l. ſi familia, num. 1. ff. de iuriſd. omnium iudic.* vbi Dec. *nu.* 17. & 18. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignificat. ſub dict. Quatenus, verſ. Quemadmodum, pag.* 90. Bertazol. *de clauſ. inſtrum. clauſ.* 21. *gloſ.* 23. *num.* 1. Cened. *poſt lib. canonic. & pract. quæſt. ſing.* 89. *num.* 1.

2 Quando verò profertur interrogatiuè, ſumitur pro *Quomodo*, vel *Ad quem modum*, vt *in l. ſæpe, §. item dubitatum eſt, ff. de verbor. ſignif. & in tit. ff. quemadmodum ſeruitutes amittantur, & in rubr. quemadmodum teſtamenta aperiantur, & in rubr. ff. ſoluto matrimon. & quemadmodum dos petatur*, ſentit Cened. *d. ſing.* 89. *num.* 2.

3 Dictio *Quemadmodum* anteà ſubrogationem indicat, vt *in l. ſi eum, §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cautionibus*, notat Calder. Pereira *de empt. cap. 5. num.* 2. *in fine.*

4 *Quemadmodum* factum ex tribus verbis, *quem, ad, modum*, idem eſt quod *Quo modo*. Cic. *Attic. lib.* 1. *epiſt.* 5. Velim cogites, quemadmodum bibliothecam nobis conficere poſſis. Idem *Attic. lib.* 7. *epiſt.* 24. Hæc res quemadmodum ceciderit, &c. velim ad me ſcribas.

5 Aliquando aſſumit *Sic*, vel *Ita*, aut *Sed*. Cic. *ad Quint. Fratr. lib.* 1. *epiſt.* 1. Vt quemadmodum gubernatores optimi vim tempeſtatis, ſic illi fortunæ impetum ſuperare non poſſent. Idem *ad eumdem lib.* 2. *epiſt.* 14. Tu quemadmodum me cenſes oportere eſſe in Republica, &c. ita & eſſe, & fore auricula infima molliorem ſcito. Idem *pro Flac.* Nunquam laborant, quemadmodum probent quod dicunt, ſed quemadmodum ſe explicent dicendo. Idem 3. *Verr.* Quærat non ſolùm quemadmodum noſtro crimini, ſed etiam quo pacto ſuæ confeſſioni medeatur.

SVMMARIVM.

1 *Cauſatiuè ponitur dictio* quia, *quia reddit cauſam, & rationem de præcedentibus.*

2 *Cauſam finalem, & impulſiuam exprimit dictio* quia.

3 Quia, *aliquando importat* Cum, *vel* quando.

4 Quia *apud Grammaticos cauſam reddit plerumque, & reſpicit* quare.

Quia.

Dictio CCCXIV.

1 HÆc dictio ponitur cauſatiuè, nam reddit cauſam, & rationem de præcedentibus, vt *in l. hæc actio, ff. de calumniatorib. & in l. ſi quis animo*, vbi notatur *ff. de acquiren. poſſeſſ. & in cap. quia propter, de reſcript. & in cap. quia fruſtrà, de ſentent. excommunic. & in cap. quia periculoſum, de elect. lib.* 6. notant Bart. *in l. demonſtratio, in §. quod autem, num.* 6. *& ſeq.* vbi Socin. *num.* 3. *ff. de condit. & demonſtr.* Menoch. *conſ.* 134. *num.* 19. Azeued. *ad l.* 1. *num.* 1. *tit.* 1. *& l.* 1. *num.* 221. *tit.* 2. *lib.* 6. *nouæ Recopil.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 352. *num.* 1. vbi *num.* 2. declarat, niſi apponatur iuncta verbis dubitatiuis. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 91. Et exprimere cauſam finalem, & impulſiuam, tradunt Gram. *deciſ.* 59. *num.* 3. & Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 12. *num.* 33. 2

Aliquando importat idem quod dictio *Cùm*, vel *Quando*, vt per Ang. *conſ.* 393. *incip. Si bene, num.* 2. *verſ. nec obſtat.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 352. *num.* 3. 3

Apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Auctores, hæc dictio *Quia* cauſam reddit plerũque, & reſpicit *Quare*. Cic. *de Senect.* Vt bene vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim. Idem *Attic. lib.* 10. *epiſt.* 15. Quia ſcripſeras te proficiſci cogitare, eò te hærere cenſebam. Idem *lib.* 12. *epiſt.* 11. Quia ſemper animaduerti ſtudiosè te, &c. propterea non dubito, quin, &c. 4

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalis & præciſa eſt dictio* quicquid, *omnem modum comprehendens.*

2 *Caſus alioquin priuilegiatos comprehendit dictio* quicquid.

3 *Ius omne continet dictio* quicquid, *ita vt propter ſuam vniuerſalitatem nihil remaneat penes concedentem.*

4 *Dict.* quicquid, *comprehendit omnia etiam minutiſſima, & verificatur etiam in minutiſſimo.*

5 *Conditionem facit dictio* quicquid, *iuncta verbo futuri temporis.*

Quicquid.

Dictio CCCXV.

1 EST vniuerſalis hæc dictio, & præciſa, omnem modum comprehendens, vt *in l. in fideicommiſſi, §. cùm Pollidius, ff. de vſuris.* notant Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verb. quidquam, C. de reuocan. donat.* Creſcen. *deciſ.* 6. *num.* 4. *de teſtament.* Gozad. *conſ.* 9. *num.* 2. Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 93. *in princip.* Rebuff. *ad l. creditor*, 11. *verſ. idem, in dict. quidquid, ff. de verbor. ſignif. pag.* 75. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 8. *num.* 13. Bartholom. Perett. *in comment. ad Extranag. ambitioſæ, verb. prædeceſſorum, num.* 25. *de reb. Eccleſ. non alienan.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 11. *num.* 72. Etiam caſus alioquin priuilegiatos comprehendit, ſecundùm Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 145. *num.* 15. 2

Continet omne ſus, ita vt propter ſuam vniuerſalitatem nihil remaneat penes concedentem, vt *in l. etiam, ff. ſoluto matrimon.* Grat. *conſ.* 9. *num.* 82. *lib.* 1. Immò operatur, quòd omne verbum ſui natura impetrans arbitrium boni viri, mutet naturam, & liberum importet arbitrium. Roland. *conſ.* 55. *num.* 49. *vol.* 3. Natt. *conſ.* 684. *num.* 7. *tom.* 4. 3

Omnia comprehendit etiam minutiſſima, & verificatur etiam in minutiſſimo, vt per Gulielm. de Monte Lauduno *in Extranag. ſuſcepti regiminis, in* 4

verſ. ſi quidquam, ne Sede vacante. Cened. *poſt lib. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 89. *num.* 4. Vnde *Quidquid*, id eſt, omnia, interpretantur Cephal. *conſ.* 14. *num.* 6. *vol.* 1. & Grat. *d. num.* 82. Reſtringitur tamen à verbis præcedentibus, iuxta tradita per Menoch. *conſ.* 681. *num.* 15.

5 Iuncta verbo futuri temporis facit conditionem, vt *in l. qui Romæ, §. Agerius, ff. de verbor. ſignif.* Et cum copula *Et* ſtat augmentatiuè, vt *in l. hac adiectio, ff. de leget.* 3. notat Vulpell. *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalis præciſa dictio eſt* Quicquam, *omnia comprehendens.*

2 Quicquam *in minimo etiam verificatur.*

Quicquam.

DICTIO CCCXVI.

1 EST dictio latæ ſignificationis, præciſa vniuerſalis omnia comprehendens, vt *in cap. quia ſæpe, de elect. lib.* 6. notant Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. omnia, num.* 17. *C. de reuocan. donat.* Bald. *in l. cùm virum, C. de fideicommiſſ.* Dec. *conſ.* 29. *num.* 3. Gozadin. *conſ.* 8. *num.* 24. *& conſ.* 9. *num.* 2. Aym. *conſ.* 227. *num.* 13. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Quidquid, verſ. quidquam, pag.* 93. *col.* 2. Cened. *d. ſing.* 89. *num.* 5.

2 In minimo etiam verificatur, ſecundùm Bart. *in l. ſi ſeruum, §. Prætor, in* 2. *notab. ff. de acquiren. hæred.* Bartholom. Perett. *in Extrauag. ambitioſæ, de reb. Eccleſ. non alienand. ſuper verba Quidquam alienare præſumpſerit, num.* 3. *pag.* 237. vbi ſubdit, quòd *Quicquam*, ſiue *quidquam* idem eſt, quod *Omnia.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalis eſt dictio* Quicumque, *omnia comprehendens.*

2 *Vniuerſalis eſt dictio* Quodcumque.

3 *Dictio* Quibuſcumque *omnia comprehendit, & propter ſuam generalitatem ad caſus etiam improprios trahitur.*

4 *Maiora expreſſis comprehendit dictio* Quicumque.

5 *Dictio* Quicumque *facit vt ij comprehendantur, qui alias non comprehenderentur.*

6 *Caſus ad improprios trahitur dict.* Quicumque.

7 *Genus omne perſonarum comprehendit dictio* Quicumque.

8 *Perſonas omnes etiam priuilegiatas includit dict.* Quicumque, *dummodo tamen ſpecialia priuilegia non habeant in materia de qua agitur.*

9 *Diſpoſitionem ad extraneos extendit dictio* Quibuſcumque.

10 *Dictio* Quicumque, *facit vt diſpoſitio quæ de ſe habet terminos præfixos, excedat terminos, & extendatur in infinitum.*

11 *Diſtributiua eſt dict.* Quicumque, *& attribuit rem cuilibet in ſolidum.*

12 *Dictio* Quicumque, *licèt extendatur ad omnes caſus & perſonas, reſtringitur tamen ad perſonas habiles.*

13 *Dictio* Quicumque *reſtringitur ſecundùm naturam actus, cui attribuitur.*

14 *Dictio* Quodcumque, *in materia fauorabili auget, at in materia odioſa eſt ſtricti iuris.*

15 Quodcumque, *&* Omne, *differunt.*

16 Quodcumque *qui dicit, nihil excipit.*

17 *Dict.* Alius, *licèt importet ſimilitudinem, tamen quando iungitur cum dict.* Quicumque, *non patitur reſtrictionem, niſi verba proferantur à lege, quia recipiunt reſtrictionem ex habilitate, vt* numero 18.

Quicumque.

DICTIO CCCXVII.

VNiuerſalis eſt hęc dictio *Quicũque*, omnia includens, & nihil excludens, vt *in l. à procuratore, C. mandati, & in cap. ſolita, de maiorit. & obed.* notant Gloſ. *verb. Quicumque, in cap. Quicumque, de ſent. excom. lib.* 6. Tiraq. *de retract. lig. §.* 1. *gloſ.* 3. *num.* 20. Apoſtil. ad Roman. *conſ.* 31. *verſ. Quacumque.* Rimin. iun. *conſ.* 450, *num.* 35. *vol.* 4. Roland. *conſ.* 5. *num.* 44. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 600. *num.* 5. *& conſ.* 1129. *num.* 28. *& remed.* 6. *recup. num.* 15. Rot. *apud Marchef. de commiſſ. p.* 1. *pag.* 241. *num.* 2. *& pag.* 978. *num.* 2. *in vlt. impreſ.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 93. *col.* 2. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 351. Marc. Antonin. *var. reſolut. lib.* 2. *reſol.* 40. *num.* 2. Honded. *conſ* 64. *num.* 4. *vol.* 1. *& conſil.* 86. *num.* 15. *vol.* 2. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 2. *num.* 193. Iaſ. *in l. Quodcumque, num.* 1. *de verb. oblig.* Aym. *conſil.* 308. *num.* 4. *&* 5. Pariſ. *conſ.* 9. *num.* 8. *& conſil.* 90. *num.* 6. *vol.* 1. Burſat. *conſ.* 9. *num.* 3. *vol.* 1. Gom. *in reg. de triennali, quæſt.* 2. *verſ. tamen iſtis.* Mandoſ. *in reg.* 17. *Cancel. quæſt.* 8. *num.* 2. *& reg.* 21. *quæſt.* 5. *num.* 2. Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 11. *num.* 72. Pariſ. *de conſident. quæſt.* 27. *à num.* 24. Sanctarel. *var. reſol. quæſt.* 2. *num.* 21. vbi cum Ruin. *conſ.* 103. *num.* 9. *vol.* 3. hoc intelligit in materia fauorabili, ſecùs in odioſa. 1

Et de dictione *Quodcumque* nuncupatim agentes, idem tradunt Crau. *conſ.* 294. *col.* 5. *verſ. Ad idem adduco, vol.* 2. Ruin. *conſ.* 98. *num.* 11. *vol.* 2. Rom. *conſ.* 31. *num.* 2. Menoch. *conſ.* 496. *num.* 65. *& ſeq.* Rol. *conſil.* 12. *num.* 40. *vol.* 4. *& conſil.* 61. *num.* 35. *vol.* 1. Rimin. iun. *conſ.* 450. *ſub num.* 42. *vol.* 4. vbi de verbis *Quocumque caſu*, Mandoſ. *in reg.* 17. *Canc. quæſt.* 8. *num.* 2. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 1. *num.* 195. *& reſp.* 11. *num.* 26. Cened. *ſingul.* 90. *num.* 1. *in princ.* Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 11. *num.* 72. 2

Et de dict. *Quibuſcumque*, in datiuo, vel ablatiuo caſu concepta, quòd omnia comprehendat, & propter ſuam generalitatem ad caſus etiam improprios trahatur, notant Tiraq. *de retract. tit.* 1. *§.* 1. *gloſ.* 7. *à num.* 20. Rimin. iun. *conſ.* 450. *num.* 35. *vol.* 4. Rol. *conſ.* 5. *num.* 44. *vol.* 1. Honded. *conſ.* 64. *num.* 4. *vol.* 1. *& conſ.* 86. *num.* 15. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 335. *num.* 23. *& conſ.* 1129. *num.* 29. Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 4. *gloſ.* 30. *à num.* 1. Mart. *de iuriſd. p.* 4. *cent.* 2.

cent. 2. caſ. 130. num. 7. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing. 91. num. 1.* Steph. Gratian. Marchiæ *de iſ. 24. num. 7. & diſcept. forenſ. cap. 82. num. 32.* Aloyſ. Ricc. *in deciſ. Curiæ Archiep. Neapol. deciſ. 136. nu. 16. p. 1.* Glorit. *reſp. 1. p. 1. num. 193.*

4 Amplia primò, quòd hæc dictio *Quicumque*, eſt adeo vniuerſalis, vt comprehendat maiora expreſſis, vt per Gloſ. *in Clem. 1. de re iudicata.* Rol. *conſ. 5. num. 44. vol. 1.* Ruin. *conſ. 103. num. 9. vol. 3.* Gabr. *com. lib. 6. tit. de verb. ſignific. concluſ. 4.* Surd. *conſ. 453. nu. 8.* Mareſc. *var. reſol. lib. 2. cap. 101. num. 3.* Marc. Anton. *var. reſol. lib. 1. reſol. 39. num. 14.* Et nuncupatim agentes de dict. *Quibuſcumque*, hanc eandem ampliationem firmant Bertazol. *de clauſ. inſtrument. clauſ. 20. gloſ. 4. num. 3.* Steph. Gratian. *locis proximè citatis.* Rota *deciſ. 680. num. 5. p. 2. recent.*

5 Secundò amplia, vt hæc dictio *Quicumque*, faciat etiam vt ij comprehendantur qui aliàs non comprehenderentur, maximè concurrente identitate rationis, vt per Rotam *deciſ. 781. num. 10. p. 1. diuerſ.* & apud Pic. *poſt gloſ. ad Statuta vrbis, d. 2.* Honded. *conſil. 76. num. 16. lib. 2.* Seraph. *deciſ. 980. num. 8.* Gregor. *deciſ. 267. numero 5.* Et de dict. *Quibuſcumque* agens, idem ait Seraph. *deciſ. 325. num. 7.* Et quòd hæc eadem dict. *Quibuſcumque* ſoleat includere ea, quæ ex propria ſignificatione non venirent, & ea quæ ſpecialem mentionem requirerent, tradit Intrigliol. Siciliæ, *deciſ. 3. num. 131.*

6 Tertiò amplia, vt etiam hæc dictio *Quicumque*, propter ſuam generalitatem ad improprios caſus trahatur, vt tradunt Abb. *conſ. 3. dub. 3. num. 2.* Alex. *conſ. 7. lib. 6. & conſ. 95. lib. 7.* Corn. *conſ. 16. lib. 1.* Barbat. *conſ. 18. lib. 4.* Alciat. *deciſ. 386.* & alij plures, quos refert & ſequitur Santarel. *variar. reſolut. quæſt. 48. num. 29.* Octauian. Vulpell. *d. loco, verſ. & ſunt, pag. 94.* & ita ſub hac dict. eos quoque includi, qui non propriè, ſed impropriè ſunt tales, aſſerunt Bart. *in l. quicumque, C. de ſeruis fugitiuis.* & Barbat. *conſ. 48. col. antepen. vol. 4.* Et de dict. *Quibuſcumque*, quòd comprehendat etiam improprie, & abuſiuè reſoluit Mart. *d. p. 4. cent. 1. caſ. 20. num. 25.*

7 Quartò amplia, quòd ſub hac dict. *Quicumque*, comprehenditur omne genus perſonarum, vt per Rot. *deciſ. 368. num. 5. p. 1. diuerſ.* Menoch. *conſ. 224. num. 7.* Anton. Monach. Bononien. *deciſ. 54. nu. 48.* Et ideo tam maſculum, quàm fœminam complecti aſſerunt Rebuff. *in tract. de pacif. poſſeſſorib. num. 3.* vbi *num. 6.* ſubdit, comprehendere collegium. Burſat. *conſ. 32. num. 14. & 16. lib. 1.* Socin. iun. *conſ. 89. nu. 13. vol. 3.* Honded. *conſ. 92. num. 7. vol. 1.* Cened. *ſing. 85. num. 5.*

8 Quintò amplia, quòd includit omnes, & quaſcumque perſonas etiam priuilegiatas, dummodò tamen ſpecialia priuilegia non habeant in materia, de qua agitur, vt *in l. in fraude, §. vlt. ff. de militari teſtament.* Vulpell. *citato loco.* Farinac. *in praxi crimin. p. 3. q. 108. num. 6.* quamuis in dictis perſonis requireretur ſpecialis mentio, vel conceſſio, ſecundùm Calder. Pereira *quæſt. forenſ. conſ. 30. num. 16.* Et nuncupatim de dictione *Quibuſcumque* agentes, ampliationem firmant Menoch. *rem. 15. recuperan. numero 83.* & Gutier. *canonicar. lib. 1. cap. 34. numero 57.*

9 Sextò amplia, quòd dictio *Quibuſcumque* adeò eſt vniuerſalis, vt extendat diſpoſitionem ad extraneos, & eos, qui non venirent, vt per Alex. *conſ. 30. incip. Præſuppoſitis, num. 14. in 6. dub. lib. 5. & conſ. 1. & conſ. 193. num. 4. lib. 6.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 351. num. 3.* Mart. *d. caſu 130. num. 7.* Et de dictione *Quodcumque* agentes idem aiunt, Iaſ. *in l. quædam, §. nihil intereſt, num. 3. verſ. limita quatuor modis, ff. de edendo.* Pariſ. *conſ. 9. num. 8. verſ. ſicuti in ſimili, lib. 1.* Mandoſ. *in reg. 21. Cancellar. q. 5. num. 2.* Cened. *ſing. 90. num. 1. poſt medium.* Vnde licèt de feudi propria natura ſit, vt ad hæredes extraneos, ſeu fœminas non tranſeat, tamen vbi in illius conceſſione appoſita fuerit hæc dictio *Quibuſcumque*, propter eius generalitatem ſic feudi natura immutatur, vt ad hæredes extraneos tranſeat, iuxta ea, quæ dixi *in tractatu de Clauſulis, ſub clauſ. Pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, num. 1. cum ſeqq.* vbi *num. 6.* idem ſubdidi in iure patronatus, & *nu. 7.* in emphyteuſi. Et quòd dictio *Quicumque* faciat, vt diſpoſitio, quæ de ſe habet terminos præfixos, excedat terminos, & extendatur in infinitum, tradit Pute. *deciſ. 115. num. 1.* aliàs *110. lib. 1. in correctis.* 10

Septimò amplia, quòd hæc dictio eſt diſtributiua, & attribuit rem cuilibet in ſolidum, vt tradunt Bart. *in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtituend.* Iaſ. *in l. ſi quis in fundi vocabulo, §. ſi quis hæredes, num. 2. ff. de legat. 1. & in l. qui filiabus, §. ſi quis ita, num. 7. ff. de legat. 1.* Ruin. *conſ. 76. num. 4. vol. 1.* Natt. *conſ. 7. num. 13. vol. 1.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 31. gloſ. 1. num. 12.* Cened. *ſing. 85. num. 6.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 269. num. 12.* Item eſt dictio collectiua, & diſtributiua, habens effectum importantem vniuerſitatem, prout dictio *Omnia, & ſingula.* Anton. de Butr. *conſ. 19. num. 3. verſ. in priuilegio autem.* quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 252. num. 1.* 11

Octauò amplia, quòd adeò eſt vniuerſalis hæc dictio *Quicumque*, vt non reſtringatur, ſed potiùs extendatur ad omnes caſus, & perſonas, vt per Menoch. *de præſumptionib. lib. 4. præſumpt. 198. num. 21.* Farinac. *in praxi crimin. p. 4. conſ. 65. num. 8.* & nedum comprehendit omnes caſus ſuprà enumeratos, ſed alios quoſcumque. Specul. *in tit. de inſtrument. præſent. §. fin. verſ. quòd ſi quis.* vbi Ioan. Andr. *in addit.* Curt. Iun. *conſ. 38. in fine.* Caputaquenſ. *deciſ. 296. num. 6. p. 2.* etiam quòd ſint caſus diuerſi ab expreſſis, *l. ſi fundum ſub conditione, §. ſi libertus, ff. de legat. 1.* Pariſ. *conſ. 79. num. 21. lib. 2.* Tiber. Decian. *conſ. 24. num. 99. lib. 1.* Dec. *conſ. 653. num. 4. in fine.* Et includit omnes omiſſos in ſpeciali enumeratione. Doctores poſt gloſ. *in auth. ex teſtamento, verb. quodcumque, C. de collation. l. Julianus, ff. de legat. 3.* Corn. *conſ. 63. ſub num. 8. vol. 1.* Et fuit dictum *in Sabinen. Caſtri Montis rotundi, 8. Februarij 1627. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino Decano.* Reſtringenda tamen eſt ad perſonas habiles, vt per text. *in l. vt gradatim, ff. de munerib. & honorib.* reſoluunt Rebuff. *de pacif. poſſeſſor. num. 172.* Ludou. Gom. *in reg. de annali poſſeſſ. q. 3. verſ. non obſtat.* Calder. Pereira *de poteſt. eligendi, cap. 1. num. 57.* Sanctarell. *variar. reſolut. q. 48. num. 29.* Amic. *de iure emphyt. in prælud. num. 21.* Rot. *deciſ. 642. à num. 2. p. 1. recent.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 351. num. 9.* vbi poſt Apoſtill. ad Roman. *conſ. 31. in verſ. quacumque*, ait, quòd in odioſis, & vbi conſtat de mente diſponentis, verbum *quicumque* reſtringitur ad ſimilia, & ad habiles, & ad vnum tantùm; & quòd hæc dictio intelligatur de habili, firmat Pariſ. *de confident. benefic. q. 58. num. 51.* 12

Item reſtringitur ſecundùm naturam actus, cui attribuitur, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 7. num. 26.* vbi *num. 29.* ſubdit, quòd ſi dictio *Quodcumque* profertur à lege, reſtringitur de habilitate, ſecùs ſi ab homine, quia non recipit reſtrictionem; & quòd reſtringatur ſecundùm ſubiectam materiam, tenent Rebuff. *in concord. tit. forma mandati Apoſtol. in verſ. Quibuſcumque.* Caualcan. *de viſifructu* 13

mulieris

mulieri relicto, cap. 9. num. 106. Card. Tusch. d. lit. D. concluſ. 397. num. 18.

14 Dictio *Quodcumque* in materia fauorabili auget, ſed in materia odioſa eſt ſtricti Iuris, & non includuntur ea, quæ ſunt diuerſæ ſpeciei, & maiora expreſſis, vt per Ruin. *conſ.* 103. *num.* 9. *vol.* 3. quem refert Cened. *ſing.* 90. *num.* 2. Geminata verò comprehendit odioſiora, maximè in materia fauorabili, iuxta tradita per Mart. *de iuriſdict. p.* 4. *cent.* 2. *caſu* 129. *num.* 14. vbi loquitur de dictione *Quicumque*.

15 *Quodcumque*, & *Omne* differunt, quia dictio *Quodcumque* eſt vniuerſalis, & magis lata, quàm dictio *Omne*, quæ eſt generalis, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 7. *num.* 26. quem refert Gened. *d. ſing.* 90. *num.* 4.

16 *Quodcumque* qui dicit, nihil excipit, vt per Narbona *de appellatione à Vicario ad Epiſcopum, p.* 2. *fundament.* 1. *num.* 33. vbi. *num.* 36. ſubdit, dictionem

17 *Quomodocumque* idem eſſe, quod *Quocumque*. Vnde licèt dictio *Alius, alia, aliud* importet ſimilitudinem, tamen quando adeſt dictio *Quacumque alia*, non patitur reſtrictionem. Gozadin. *conſ.* 1. *num.* 19. quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 355. *num.* 6. Et fuit reſolutum *in d. Sabinen. Caſtri Montis rotundi, coram Illuſtriſſimo Domino Coccino, verſ. & in hoc.* Idem in modo vacandi expreſſo; quia licèt alius modus, quàm expreſſus, non veniat, tamen ſi eſt dictum *Vel alio quocumque modo*, comprehendit omnem alium modum. Socin. *conſ.* 32. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 1. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 355. *num.* 7. Sic etiam licèt verbum *Hæredes* in materia feudali intelligatur de maſculis, & deſcendentibus, tamen quando adeſt dictio *Quoſcumque hæredes*, intelligitur de extraneis, ſecundùm Roland. *conſ.* 96. *num.* 45. *lib.* 1. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 355. *num.* 8. Hinc etiam in legato facto vxori de omnibus, & quibuſcumque, quæ habet in domo, veniunt etiam venalia, quæ aliàs non venirent, Curt. Iun. *conſ.* 1. *num.* 1.

18 Limita, & declara, hanc proximam reſolutionem procedere, niſi verba proferantur à lege, quia recipiunt reſtrictionem ex habilitate. Curt. Iun. *conſ.* 1. *num.* 3. *& ſeq.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 355. *num.* 10. vbi *num.* 11. poſt Apoſtill. ad Roman. *conſ.* 31. *in verſ. quacumque*, hanc limitationem, intelligit, niſi agatur de fauore publico, quia tunc non fit reſtrictio ad habiles etiam in lege, vel ſtatuto.

19 Limita deinde in verbis vniuerſalibus, vt ad expreſſa reſtringantur, *l. ſi de certo, C. de tranſact.* Oldrad. *conſ.* 8. *incip. Quidam pater.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 355. *num.* 13. Vnde ſi conſtituatur procurator in cauſa certa contra Titium, & in quacumque alia cauſa, intelligitur contra Titium, non contra alium. Dec. *conſ.* 502. *num.* 9. Sic etiam in vacatione beneficij per obitum, vel ceſſionem Titij, vel aliàs quomodocumque, & qualitercumque, venit omnis alius modus; ſed ex perſona Titij expreſſa, non ex alia. Socin. *conſ.* 32. *num.* 12. *lib.* 1. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 355. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Diminutionem denotat dict.* Quid, *& refertur ad minimũ, ſeu verificatur in minimo.*

2 Quid, *&* Quod, *in quo differant, oſtenditur.*

3 *Interrogatiua eſt dictio* Quidni, *ſicut dictio* Cur.

Quid.

DICTIO CCCXVIII.

REfertur hæc dictio ad minimum, ſeu verificatur in minimo, & denotat diminutionem, vt per Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 26. *gloſ.* 12. *num.* 1. Ludou. Gom. *in* §. *pœnales, num.* 4. *Inſtit. de act.* vbi ſubdit, quòd hæc dictio refertur ad minimum, 2 dictio verò *Quod* ad vniuerſum. Et ſic eſt differentia, quia *Quid* denotat diminutionem, *Quod* autem perfectionem, refert Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 89. *num.* 3.

Dictio *Quidni* eſt interrogatiua, ſicut dictio *Cur*, 3 vt *in l.* 1. §. *ſi quis ita, ff. de verbor. oblig.* vbi Zazius *num.* 4. & Rip. ſubdunt, quòd etiam quandoque eſt affirmatiua, & ſecum habet affirmationem incluſam, vt refert Octauian. Vulpell. *de prapoſ. & aduerb. ſignif. in dict. Quidni, pag.* 95. *col.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Certum honorem, aut rem declarat dict.* Quidam.

2 Quidem, *aduerbium, nominibus propriis eleganter adiungitur, ſed in fine magis, aut in medio, quàm in principio.*

Quidam, Quidem.

DICTIO CCCXIX.

HÆc dictio ſecundùm Grammaticos, & bonos 1 Latinæ linguæ Autores, certum hominem, aut rem declarat. Cic. *de Orat.* Tu pudore à dicendo, de timiditate ingenua quadam refugiſti. Terent. *Eunuc.* Nec tibi obſtat, quod quidam facit.

Quidem aduerbium nominibus propriis eleganter 2 iungitur in principiis, ſæpiùs pronominibus, ſed in fine magis, aut in medio, quàm in principio. Cic. 1. *Philippic.* Nimis iracundè tu quidem, & valdè intemperanter. Idem *lib.* 2. *epiſt.* 24. Tantum doleo, & mirificè quidem. Idem *Attic. lib.* 6. *epiſt.* 2. Sed eſt varium illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium. Cùm autem res dubia antecedit, *Quidem* certè pro *Saltem* ſubiicitur. Idem *Attic. lib.* 1. *epiſt.* .... Spero me tibi cauſam probaſſe, cupio quidem certè. *Quidem profectò* vehementer affirmat. Idem *Attic. lib.* 6. Nunc quidem profectò Romæ eſt.

SVMMARIVM.

1 *Vniuerſalis eſt dict.* Quilibet, *omnia comprehendens, etiam minima.*

2 Quilibet, *operatur idem quod dictio* Omnis.

3 *Inhabiles omnes ad accuſandum comprehendit dict.* Quilibet.

4 Quilibet *attribuit actum cuilibet in ſolidum.*

5 *Diſtributiua eſt ſingulorum ſuprà poſitorum dict.* Quilibet.

6 *Relictum si fiat cuilibet ex consanguineis, omnes admittuntur.*

7 *Personis distributiuè nominatis attribuit in solidum dict.* Quilibet.

8 *Substitutio facta pluribus filiabus, si dicatur cuilibet earum, videtur facta singulis earum.*

9 *Restrictionem non recipit dictio* Quilibet, *posita ab homine, cùm sit vniuersalis.*

10 *Vniuersalis est dict.* Quolibet modo, *omnes casus comprehendens.*

Quilibet.

Dictio CCCXX.

1 EST vniuersalis hæc dictio, omnia comprehendens, etiam quantumuis minima, vt *in l. cùm quid, ff. si certum petatur.* notant glos. *verb. quaslibet alias, in l. omnes, C. de quadrienny præscript. & in Clem. 1. verb. quauis alia, de re iudicata.* Dec. *cons.* 619. *num.* 2. Rebuff. *in comment. ad l. creditorum*, 11. *vers. quilibet, ff. de verbor. signif. pag.* 75. Menoch. *cons.* 33. *num.* 21. Azeued. *d. l.* 2. *num.* 2. *tit.* 10. *lib.* 10. *nouæ Recopil.* Ioan. Franc. de Ponte *decis.* 3. *num.* 4. Glorit. *resp.* 1. *p.* 1. *num.* 185. Franc. Leo *in thes. fori Ecclesiast. p.* 1. *cap.* 15. *num.* 60.

2 Operatur idem quod dictio *Omnis*, vt per Mandos. *in reg.* 12. *Cancellar. q.* 6. *num.* 9. Rot. *in Carinolen. præceptoriæ*, 28. *Nouembris* 1616. *coram Coccino*, licèt aliquando differant, secundùm Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 7. §. 3. *verb. vn chacun, num.* . *pag.* 921. Natt. *cons.* 675. *num.* 27. Paris. *cons.* 49. *num.* 3. *lib.* 2. Surd. *cons.* 549. *num.* 5. dum aiunt, dictionem *Omnis* distribuere collectiuè, dictionem verò *Quilibet* distributiuè.

3 Et adeò est vniuersalis, vt comprehendat etiam omnes inhabiles ad accusandum. Hipp. *cons.* 85. *num.* 26. subdens etiam *num.* 27. quòd est dictio generalis, & comprehendit maleficium, etiam non punibile.

4 Attribuere actum cuilibet in solidum, est de natura huius dictionis, vt *in l. in hoc articulo, ff. de hæredib. instituen. & in l. si pluribus*, vbi Bart. & Imol. *ff. de legat.* 2. *& in l. non distinguemus, §. cùm plures, ff. de arbitr. & in cap. si propter, de rescript. lib.* 6. notant Socin. sen. *cons.* 16. *num.* 19. *vol.* 4. Corn. *cons.* 40. *num.* 19. *vol.* 2. Ruin. *cons.* 76. *num.* 4. *vol.* 1. Rolan. à Valle *cons.* 70. *num.* 44. *tom.* 2. Decian. *cons.* 73. *num.* 16. *vol.* 1. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Quicumque, vers. & natura, pag.* 94. Gozadin. *cons.* 26. *num.* 38. Paris. *cons.* 9. *num.* 3. *& seq. vol.* 2. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 269. *num.* 11. Ozasc. *decis.* 23. *num.* 11. Bertazol. *de clausulis instrument. clausul.* 39. *glos.* 5. *n.* 6. Martarel. *iur. clausul. p.* 2. *clausul.* 9. *num.* 6. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 272. *num.* 3. Rota apud Zach. *post tract. de oblig. camerali, decis.* 22. *num.* 2. *& decis.* 23. *num.* 3. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 26. *num.* 1. Farinac. *in præxi crimin. p.* 1. *q.* 22. *num.* 11.

5 Distributiua est singulorum suprà positorum, vt *in l. si pluribus*, vbi Bart. *ff. de legat.* 2. *& in cap. quorumdam, de elect. lib.* 6. notant Rebuff. *d. vers. quilibet.* Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collat. verb. quoliber, pag.* 247. Farinac. *d. q.* 22. *num.* 11. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 269. *num.* 14. Rota *decis.* 125. *num.* 5. apud

6 Farinac. *p.* 1. *recent.* Vnde si cuilibet ex consanguineis fiat relictum, omnes admittuntur. Castren. *cons.* 384. *incip. Notandum, num.* 2. *lib.* 1. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 397. *num.* 23.

Et eius natura est, attribuere solidè, seu in so- 7
lidum personis sic distributiuè nominatis, vt per Rip. *in l. hæredes, §. cùm ita, num.* 3. *ff. ad Trebell.* Anton. de Butr. *cons.* 29. *num.* 2. Rolan. à Valle *cons.* 30. *num.* 44. *lib.* 3. Decian. *cons.* 73. *num.* 16. *lib.* 2. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. conclus.* 269. *num.* 11. *& conclus.* 397. *num.* 23. vbi post Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 37. ait, quòd legatum factum familiæ, & cuilibet de familia, censetur factum omnibus in solidum, & ordine successiuo. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. quolibet, pag.* 97.

Operatur idem, ac si essent factæ plures dispo- 8
sitiones, & dinumerationes. Vnde si substitutio facta pluribus filiabus, si dicatur, *Cuilibet earum*, videtur facta singulis earum, maximè quando actus est reiterabilis, vt per Alex. *cons.* 175. *incip. Perspectis, num.* 2. *vers. distributiuum, lib.* 5. quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 269. *num.* 10. vbi *num.* 14. subdit, post Bart. *in d. l. hoc articulo, num.* 4. quòd dictiones *Quilibet*, & *Quisque* important idem, vt sint distributiuæ.

Prolata tamen ab homine, cùm sit vniuersalis, 9
vt dixi, non recipit restrictionem, ad notata per Bald. *in cap. imperialem, in princip. de prohibita feudi alienat.* Rolan. *cons.* 70. *num.* 42. *tom.* 3. Anchar. Rhegien. *q.* 9. *num.* 20. *lib.* 3. & neminem excludit. Ruin. *cons.* 76. *num.* 4. Corn. *cons.* 123. *num.* 4. *& cons.* 323. *num.* 7. *vol.* 3.

Dictio *Quolibet modo* est vniuersalis, omnes casus 10
comprehendens, vt *in l. omnes*, vbi glos. *verb. quaslibet, C. de quadriennali præscript.* notat Menoch. *rem.* 6. *recuper. num.* 14.

Quinimò.

Dictio CCCXXI.

AFfirmatiuè ponitur hæc dictio, vt *in l. iuris* 1
gentium, §. quinimò, ff. de pactis, & in cap. causa, de verbor. signif. Aliquando verò negatiuè, vt *in l. non dubium.* vbi Florian. *ff. de legat.* 3. notat Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Quidni, vers. Quinimò, pag.* 95.

Ponitur nonnunquam pro *Quinetiam*, vt *in l. iuris* 2
gentium, §. 1. *ff. de pactis, & in l. athletas, in fine, ff. de his, qui notantur infamia, & in l.* 1. §. 1. *ff. si pars hæredit. petatur, & in l. & si. C. de noxalib. actionib. & in l. communi, in fine, C. communi diuidun.*

SVMMARIVM.

1 *Restrictiuam naturam habet dictio* Quis, *per quam præcedentia restringuntur ad casum relatum, quando sine copula est adiecta.*

2 *Relatiua est dict.* Quis, *& demonstrationis causa apposita, distribuens cuilibet in solidum.*

3 *Generalis est dict.* Quis, *comprehendens tam masculum, quàm fœminam, maiores, & minores.*

4 *Conditionem facit dictio* Quis, *iuncta verbo futuri temporis.*

Quis.

Dictio CCCXXII.

1 HAbet hæc dictio naturam restrictiuam, per quam præcedentia restringuntur ad casum relatum, quando sine copula est adiecta, vt *in l. ea tamen adiectio*, vbi Bart. *ff. de legat. 3.* Angel. *in §. omnium*, vbi Ias. *Instit. de actionib.* Panorm. per text. ibi *in cap. de cætero, de Clericis non residentib. & in cap. nouit, num. 17. de iudiciis.* Dec. *conf. 261. num. 1. vers. his non obstantibus.* Mandos. *in glos. facult. in §. sanè, verb. Quod, fol. 75. & in verb. Qui, fol. 172. & in verb. Quod, fol. 278. & in reg. 27. Cancellar. q. 16. num. 4.* Menoch. *conf. 177. num. 22. & conf. 336. num. 2.* Cott. *in memorabil. verb. Quis, pag. 727.* Surd. *decis. 282. num. 6. & conf. 127. num. 47.* Morot. *resp. 5. num. 5. & seq.* Calder. Pereira *de potest. eligendi, cap. 11. num. 19. & de extinct. emphyt. cap. 10. num. 49.* Anton. Monach. Lucen. *decis. 57. num. 6.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 27. num. 4.* vbi *num. 5.* limitat, & declarat, quando absurditas resultaret, si restrictiuè intelligeretur, & sex alias limitationes affert Ias. *in l. cunctos populos, num. 2.* vsque *ad num. 6. C. de sacrosanct. Eccles.*

2 Item est relatiua, & demonstrationis causa apposita, quæ refert in alio loco contenta cum omnibus suis qualitatibus, vt *in l. à filio, §. testator, ff. de aliment. & cibariis legat. l. 1. §. sed cùm plures*, & ibi Bart. *ff. si fam. furtum fecerit*, Matien. *l. 2. glos. 1. num. 16. tit. 4. lib. 5. nouæ Recopil.* Azeued. *l. 2. num. 48. tit. 14. lib. 4. nouæ Recopil.* Surd. *conf. 352. num. 22.* Relatiua igitur est, & distribuens cuilibet in solidum, secundùm Bart. *in l. hoc articulo, num. 7. ff. de hæred. instituen.* quem refert Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. conclus. 269. num. 13.*

3 Generalis est, comprehendens tam masculum, quàm fœminam, maiores, & minores liberos, & in potestate constitutos, vt *in l. 1. §. de pupillo*, & ibi Bart. *ff. de constituta pecunia. & in l. 2. §. 1. ff. de adoptionib. & in l. 4. §. 1. ff. de in ius vocando. & in l. Gallus, in princ. ff. de liber. & posthum.* tradunt Dec. *conf. 339. col. 1. & conf. 507. col. 1. & in l. generaliter, n. 8. C. de instit.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 9. num. 216. cum seqq.* Viu. *tom. 1. comm. opin. lib. 2. tit. 26. pag. 347.* Rebuff. *in tract. nominat. quæst. 8. num. 9.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 89. num. 48. & conf. 587. nu. 5.* Bartholom. Peret. *in Extravag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien. verb. prædecessorum, num. 41. pag. 233.* Surd. *de alim. tit. 8 priuil. 38. nu. 18.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 353. num. 1.* vbi *num. 2.* limitat, quando sumus in materia odiosa, vel correctoria, & statutum loquitur cum termino masculino, secùs si cum termino communi.

4 Iuncta verbo futuri temporis facit conditionem, vt *in l. Stichum qui meus erit, ff. de leg. 1. l. ferui electione, §. Labeo, ff. eod. tit. l. nuper, ff. de leg. 3.* notant Tiraq. *in l. boues, 16. lim. num. 1.* Ias. *in d. l. Stichum, à num. 1. & in l. si ita quis promiserit, à num. 2. ff. de verb. obligat.* Cened. *d. sing. 27. num. 6.* Galganet. *de cond. & demonstr. p. 1. cap. 4. num. 11.* Accac. Anton. *in comment. ad rubr. ff. de cond. & demonstr. cap. 2. num. 9.* Ioseph. Sesse Arag. *decis. 124. num. 17.* vbi *num. 18.* subdit, quòd hoc relatiuum debet intelligi tantùm de expressatis in referente.

Quisque.

Dictio CCCXXIII.

1 ESt pronomen collectiuum, ex Bart. *in l. hoc articulo, num. 5. ff. de hæred. instit.* quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 269. num. 15.* vbi etiam, quòd importat distributionem, & quòd sit dictio vniuersalis quæ non recipit restrictionem, ex Alex. *conf. 118. incip. In casu, num. 5. vers. & tanto magis, lib. 5.* tradit Card. Tusch. *d. lit. D. concl. 397. num. 20. & 21.*

Vide quæ dixi suprà sub dict. *Cuique.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dictio* quisquis.
2 *Masculinum concipit & fœmininum dictio* quisquis.
3 *Collectiua est dictio* quisquis.
4 *Distributionem nonnunquam importat dict.* quisquis.
5 *Coniunctos haberi pro disiunctis facit dictio* quisquis.

Quisquis.

Dictio CCCXXIV.

VNiuersalis est hæc dictio, vt per Glos. *in l. si necessaria, §. si annua, in verb. his verbis, ff. de pignor. act.* Bald. *in l. qui vnum, C. de fideicommiss.* Rota apud Picum, ad Statuta vrbis, *decis. 26. num. 7.* ac proinde generaliter est intelligenda, iuxta tradita per Aloys. Riccium *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis. 222. num. 2. p. 2.* 1

Masculinum concipit, & fœmininum, secundùm Tiraq. *de retract. tit. 1. glos. 9. num. 216.* 2

Collectiua est secundùm Bart. *in l. hoc articulo, nu. 5. ff. de hæred. instituen* sed tamen etiam importat distributionem propter viciniratem quam habet ad dictionem *Quisque*, & alias distributiuas, vt post Bart. Castr. & Imol. concludit Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concl. 269. num. 15.* 3 4

Ideo facit coniunctos haberi pro disiunctis. Paul. de Castr. *in l. cùm plures, 33. num. 2. ff. de vulgari.* Ang. *conf. 290.* Cened. *d. sing. 27. num. 1.* vbi subdit, quòd ista dictio est huius naturæ, vt videlicet quando plures vocati sunt sub nomine collectiuo, habeantur pro vno tantùm; secùs verò quando sunt vocati cum hoc verbo distributiuo *Quisquis*, quia tunc perinde est, ac si essent singulariter nominati, & veluti omnes in viriles; secundùm Bart. Alex. Ias. & Dec. *num. 1. in l. finali, C. de impub. & alijs.* vbi tamen ipse Dec. *num. 3.* impugnat hoc, & tenet, quòd immo ista dictio non facit, vt vocati substituti veniant in viriles, sed pro portione hæreditaria, quia verbum *Quisquis mihi hæres erit*, non viriliter, sed pro portionibus hæreditariis intelligitur, *l. qui liberis, §. hæc verba. ff. de vulgari, & l. sed si plures, eod. tit.* 5

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est, & omnia comprehendit dictio* quiuis, *maximè quando ponitur in dativo vel ablativo casu.*
2 *Personas omnes, omnes Ordines & religiones, ac pia loca comprehendit dict.* quiuis.
3 *Maiora expressis comprehendit dict.* quiuis, *quando est prolata ab homine.*

4 *Verba*

4 *Verba* quæuis perſona, *comprehendit vniuerſitatem, quæ eſt perſona ficta.*

5 *Verba* Cuiuſuis ex nominatis, *important in ſubſtitutione reciproca, vt neceſſariò contineatur compendioſa annexio, & in ſingulos ſit facta ſubſtitutio.*

Quiuis.

Dictio CCCXXV.

1 HÆc dictio præcipuè quãdo in datiuo, ſeu ablatiuo caſu pluralis numeri poſita reperitur, vniuerſalis eſt, & omnia comprehendit, vt per Alexan. *conſ.* 30. *ſub num.* 14. *vol.* 5. quem refert Glorit. *reſp.* 1. *p.* 1. *num.* 193. Farinac. *in praxi crim. p.* 4. *deciſ.* 93. *num.* 1. Card. Seraph. *deciſ.* 1022. *num.* 1.

2 Comprehendit etiam omnes perſonas, omnes Ordines, & religiones, ac pia loca, ſecundùm Franciſc. Leon. *in theſaur. fori Eccleſiaſt. p.* 4. *cap.* 2. *numero* 194.

3 Item comprehendit maiora expreſſis, præcipuè quando eſt prolata ab homine, ita vt etiam trahatur ad caſus etiam improprios, iuxta tradita per Steph. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 24. *num.* 6.

4 Verba *Quæuis perſona*, comprehendunt vniuerſitatem, quæ eſt perſona ficta, cùm dictio *Quæuis* ſit vniuerſalis, & idem de quauis actione, quia comprehendit officium Iudicis, licèt non ſit actio propriè. Ita Alex. *conſ.* 17. *incip. In cauſa, & lite, in fine, lib.* 2. quem refert Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 397. *num.* 24.

5 Verba *Cuiuſuis ex nominatis*, important in ſubſtitutione reciproca, quæ ſolam vulgarem continet vt neceſſariò contineatur compendioſa annexa, & in ſingulos ſit facta ſubſtitutio, vt per Alex. *conſil.* 100. *incip. Super primo dubio, num.* 3. *verſ. Sed prædictis, lib.* 7. quem citat Card. Tuſch. *d. concl.* 397. *num.* 22.

SVMMARIVM.

1 Quoad, *importat idem quod* Donec, Quamdiu, *vel* Quouſque, *vt ſint temporales, non perpetuò excluſiuæ.*

2 *Conditionem importat diſpoſitio concepta per dict.* Quoad.

3 *Conceſſio ſi fiat quoad expreſſa, importat* Quantum *ad expreſſa.*

Quoad.

Dictio CCCXXVI.

1 HÆc dictio idem importat, quod *Donec, Quamdiu*, vel *Quouſque*, vt ſint temporales, non perpetuò excluſiuæ, vt per Anchar. *conſ.* 220. *incip. Hæc quæſtio, num.* 4. Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Quidni, verſ. Quoad, pag.* 95. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 354. *num.* 1. vbi *num.* 2. poſt Crauet. *conſ.* 326. *num.* 8. *lib.* 3. ſubdit, quòd hæc dictio relata ad tempus eſt limitatiua temporis, denotat etiam temporis proceſſionem. Surd. *conſ.* 319. *num.* 16. *lib.* 3.

2 Conditionem etiam important verba, ſi dicatur: Quoad dotem petierit vxor, lego annua centum; quia intelliguntur, donec petierit, vt per Crauet. *conſ.* 966. *num.* 11. *cum ſeqq. lib.* 5. quem refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 354.

3 Interdum reſtringit diſpoſita, vt ſi conceſſio fiat quoad expreſſa, importat quantum ad expreſſa, dictio *Quoad* importat *quantum, cap. cùm M. Ferrarienſ. in princip.* vbi gloſ. *verb. quo, de conſtit.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 354. *num.* 4. Et quòd reſtringat, & limitet præcedentem diſpoſitionem, ait Card. Seraphin. *deciſ.* 911. *num.* 3.

SVMMARIVM.

Quòd *nonnunquam importat*
1 Quia.
2 Et.
3 Sed.
4 Quantum.

5 *Conditionem facit dictio* Quòd, *quando ſuſpendit diſpoſitionem, in aliquem futurum euentum.*

6 *Repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem inducit dict.* Quòd.

7 *Qualitatis præcedentis orationis aduerſari, & repetere eſt de natura dict.* Quòd.

8 *Perfectionem denotat dict.* Quòd, *& refertur ad vniuerſum.*

9 *Aduerſatiua in iure, & in facto eſt dictio* Quòd ſi, *ſi ponatur ſine copula.*

Quòd.

Dictio CCCXXVII.

HÆc dictio multipliciter accipitur: primò 1
enim accipitur pro *Quia*, vt *in l.* 3. §. *ſalua*, vbi gloſ. *verb. quòd, ff. de acquiren. poſſeſſ. & in l. fin.* vbi gloſ. *ff. de vſucap. & in l.* 1. vbi gloſ. *ff. de dote prælegatâ, & in l. cùm filius*, §. *ſeruus*, iuncta gloſ. *verb. quod, ff. de legat.* 2. quæ exponit *quòd*, id eſt, *quia*. Ita Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *ſanè, in verb. & quòd.* Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 94. *num.* 1.

Interdum ſumitur pro copula *Et*, vt *in l. ſi quis* 2
in hoc iure, vbi gloſ. *C. de Epiſcop. & Cleric.*

Nonnunquam accipitur pro *Sed*, vt *in l. ita ſtipu-* 3
latus, iuncta gloſ. *in verſ. quòd*, & ibi Bart. *col.* 1. & Alex. *num.* 2. *ff. de verbor. oblig. & in l. quòd ſi domus*, iuncta *gloſ.* 1. *ff. locati, & in l. quòd ſi filius*, iuncta *gloſ.* 1. *ff. de captiuis, & poſtlim. reuerſ.* tradunt Mandoſ. *in gloſ. facult.* §. *ſanè, verſ. quòd, fol.* 76. *col.* 2. Cened. *d. ſing.* 94. *num.* 6.

Quandoque capitur pro *Quantum*, vt *in l. quod* 4
attinet, ff. de regulis iuris, ſecundùm Cened. *d. ſing.* 94. *num.* 2.

Quando hæc dictio *Quòd* ſuſpendit diſpo- 5
ſitionem in aliquem futurum euentum, facit conditionem, iuxta notata per Cottam *in memorabil. verb. Quòd, pag.* 729.

Inducit repetitionem qualitatum, & condi- 6
tionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem, vt per Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *num.* 8. Et quòd natura huius dictionis 7
ſit aduerſari, & repetere qualitates præcedentis orationis, tradunt Iaſ. *in l. ſi filius hæres, num.* 25. *ff. de liber. & poſthum.* Bald. *in l. omnes populi, ff. de Iuſtitia, & iure.* Alex. *in l. filius à patre, ff. de liber. & poſthumis.* cum aliis citatis per Cened. *d. ſing.* 94. *num.* 5.

8 Refertur ad vniuersum, & perfectionem denotat, vt per Gomez. *in* §. *pœnales, num.* 4. *Instit. de act.* quem refert Cened. *sing.* 89. *num.* 3. & ita totum refert, & demonstrat, secundùm Pichard. *ad* §. 9. *num.* 44. & 46. *Instit. de legat.*

9 Dictio *Quòd si* est aduersatiua in Iure, & in facto, si ponatur sine copula, vt *in l. quòd si alij. ff. de adimen. legat. & in l.* 1. §. *quòd si, C. de natural. liber. & in* §. *quod si partim, Instit. de rerum diuis. & in cap. cùm non ignores, vers. quòd si forte, de præbend. & in cap. per tuas, vers. quòd si absolutionis, de sent. excommun. & in cap. cupientes,* §. *quòd si per viginti, de elect. lib.* 6. notant Dec. *in l. milites, num.* 1. & 2. *C. de testament. militis.* Ias. *in l. re coniuncti, num.* 37. *de legat.* 3. Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubr. Des Iustices, in vers. Es Droicts, num.* 5. *vers. aduerte.* Cened. *d. singul.* 94. *numero* 4.

SVMMARIVM.

1 *Improprietatem denotat dictio* quodammodo.

2 *Fictionem importat dictio* quodammodo.

Quodammodo.

Dictio CCCXXVIII.

1 HÆc dictio denotat improprietatem, vt *in l.* 2. *ff. qui, & à quibus, & in l. in suis, ff. de liber. & posthumis, & in auth. de iureiuran. à moriente præst.* §. 1. *collat.* 5. notant Ias. *in l. scire, num.* 4. *ff. de verbor. oblig.* Bart. *in l.* 1. *num.* 1. *ff. rerum amotarum.* Cephal. *cons.* 74. *num.* 26. *vol.* 1. Octauian. Vulpell. *de præpos. seu aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 96. Gozadin. *cons.* 48. *num.* 22. Menoch. *cons.* 526. *num.* 10. Franc. March. *decis.* 288. *num.* 9. *p.* 2. Vinc. de Franch. *decis.* 289. *num.* 9. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 92. *num.* 3.

2 Vnde fictionem importat, vt *in l. Prætor,* §. 1. *ff. de edend. & in l.* 1. vbi Aret. *ff. de verbor. oblig.* Tiraq. *in tract. de iure primogen. q.* 33. *num.* 9. Octauian. Vulpell. *citato loco, num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Modum omnem importat dictio* quomodocumque, *& comprehendit omnia vltra expressa.*

2 *Modos omnes vniuersaliter includit dictio* quomodocumque, *si adiiciatur alicui dispositioni vniuersali.*

3 Quomodocumque *inducit illud quod impropriè est tale, etiam in materia stricta.*

4 *Mortem ciuilem includunt verba* quomodocumque decesserit.

5 Quomodocumque *in statuto appositа, impedit illud pati posse restrictiuam interpretationem, quam sine dictione pati potuisset.*

6 *Promittens de euictione* quomodocumque *ad quid teneatur.*

7 *Dictio* quomodocumque *licèt sit vniuersalis, tamen restringitur secundùm naturam actus, cui adiicitur.*

8 *Dict.* quomodocumque, *& quouis modo, idem important.*

Quomodocumque.

Dictio CCCXXIX.

1 HÆc dictio importat omnem modum, & comprehendit omnia, etiam vltra expressa, vt per Seraphin. *decis.* 317. *num.* 3. Et ita quòd comprehendat omnem modum, & omnem formam, præsertim quando est repetitiua, & geminata, tradunt Curt. Iun. *cons.* 48. *num.* 3. Aym. *cons.* 294. *col.* 3. & 4. Tiraq. *de retractu lign.* §. 1. *glos.* 7. *num.* 20. quos refert, & sequitur Rot. *in Interamnen. Castri Pedisluci,* 12. *Februarij* 1601. *coram Reuerendissimo Patriarcha Domino Crescentio C. A. Clerico,* impressa per Farinac. *decis.* 41. *num.* 4. *p.* 1. *recent.* Et est ampliatiua dumtaxat ad ea, quæ sunt, eiusdem generis, secundùm Ruin. *cons.* 68. *num.* 11. *vol.* 4. quem refert Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 95. *num.* 6. *in princip.*

Vnde si adiiciatur alicui dispositioni vniuersali, 2
includit vniuersaliter omnes modos. Gemin. *cons.* 22. *incip. Præmitto, num.* 4. *vers. in contrarium, num.* 7. *in fine, cum seq. lib.* 2. vbi prohibitus molestare quomodocumque, & qualitercumque prohibetur, etiam in casu licito, quia omnem modum molestiæ prohibet. Socin. Iun. *cons.* 112. *num.* 29. *& seq. lib.* 1. quos refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 355. *num.* 1. vbi *num.* 2. post Angel. *cons.* 331. *num.* 3. ampliat, vt nedum omnem modum, sed etiam qualitatem demonstret, ita vt nihil videatur exceptum, dummodò ex significatione termini, cui adiungitur hæc dictio, possit venire.

Inducit illud, quod impropriè est tale, etiam in 3
materia stricta, vt *per cap. indemnitatibus, de elect. lib.* 6. notat Grat. *cons.* 20. *num.* 76. *lib.* 2. subdens, quòd 4
verba *Quomodocumque decesserit* includunt etiam mortem ciuilem. Refert Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Quomodocumque, pag.* 96.

In statuto appositа impedit illud pati posse re- 5
strictiuam interpretationem, quam sine dictione pati potuisset, vt per Ruin. *cons.* 109. *col.* 2. *num.* 1. & *cons.* 37. *col.* 3. *vol.* 2. Alex. *cons.* 103. *col. fin. vol.* 6. Rolan. *cons.* 5. *num.* 49. *tom.* 1. Licèt enim statutum pati debeat restrictionem, secundùm Ius commune, tamen secùs est, quando adsunt verba *Quomodocumque, & qualitercumque,* vt per Alex. *cons.* 118. *lib.* 5. & Gozadin. *cons.* 1. *num.* 19. quos refert Card. Tusch. *d. lit. D. concl.* 355. *num.* 5.

Sic etiam licèt promittens de euictione non te- 6
neatur, quando res euincitur propter laudum, vel concordiam ex compromisso facto, tamen secùs est, quando promissum fuit de quacumque euictione, vel de euictione quomodocumque, & qualitercumque. Ita Alex. *cons.* 4. *incip. Viso processu, in princip. lib.* 3. Gozadin. *cons.* 1. *num.* 19. Curt. Iun. *cons.* 1. *num.* 2. Grat. *cons.* 63. *num.* 22. *lib.* 2. Card. Tusch. *d. concl.* 355. *num.* 4.

Tamen licèt ista dictio sit vniuersalis, nihilo 7
minùs restringitur secundùm naturam actus, cui adiicitur, vt per Caualcan. *de usufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 106. Menoch. *cons.* 1099. *num.* 22. Cened. *sing.* 95. *num.* 6.

Quomodocumque, & quouis modo idem important, 8
secundùm

secundùm Bertazol. *de clausulis instrument. clauſ. 21. gloſ. 16. num. 1. in fine.*

SVMMARIVM.

1 Quomodolibet *idem importat quòd* Quocumque modo.

2 *Ius omne directum, siue indirectum, ac etiam impropriè ſumptum comprehendit dictio* quomodolibet.

3 Quomodolibet, *intelligitur non ſolùm de iure communi, ſed etiam de iure ſpeciali, conſuetudine, aut priuilegio Apoſtolico.*

4 *Modum quemcumque qui comprehendi poteſt, comprehendit dictio* quomodolibet; *& ſic omnia, quæ aliàs non comprehenderentur.*

5 Quomodolibet, *reſtringitur ſecundùm ſubiectam materiam.*

6 *Ius omne, etiam minimum includit dictio* quomodolibet.

7 *Modum omnem penitus includit dict.* quomodolibet.

8 Quomodolibet *operatur etiam vltra expreſſa.*

9 *Statutum ſi dicat quòd occidens quomodocumque puniatur, intelligitur etſi occidat vel dolo, vel culpa.*

10 Quomodolibet, *fortius agit, omnia continet, nullúmque reſpicit caſum.*

Quomodolibet.

DICTIO CCCXXX.

1 HÆc dictio, quæ importat idem quod *Quocumque modo*, vel *Quomodolibet modo*, ſecundùm Pariſ. *conſ. 58. num. 10. vol. 1. & conſ. 142. num. 6. vol. 4.* Gozadin. *conſ. 14. num. 22.* & Rolan. *conſ. 2. num. 23. tom. 4.* eſt vniuerſalis, & omnes caſus comprehendit, eóſque diſtribuit. Dominic. *conſ. 115. col. 2.* Staphil. *de literis gratiæ, & Iuſtitiæ, tit. de virt. & effect. clauſul. cap. 4. num. 3.* Hippol. *conſ. 80. num 38.* Ruin. *conſ. 15. num. 36. & 37. vol. 1.* Menoch. *rem. 6. recuperan. num. 15.* Rebuff. *in comment. ad l. creditor, 11. verſ. quomodolibet, ff. de verbor. ſignif.* Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing. 95. num. 3.*

2 Item hæc dictio comprehendit omne Ius directum, ſiue indirectum, ac etiam impropriè ſumptum, vt per Ioan. Andr. *in cap. indemnitatibus, ſub num. 2.* & ibi Archid. *ſub num. 4. verſ. quomodolibet, de ſenteni. excommunic. lib. 6.* Ang. *conſ. 228. num. 3. verſ. hoc etiam coadiuuatur.* Gozadin. *d. conſ. 14. num. 22.* Rota *deciſ. 364. num. 1. & deciſ. 505. num. 19. p. 1. diuerſ.* Quibus citatis fuit dictum *in Reatina penſionis, 1. Decembris 1614. coram Vbaldo*, impreſſa per Farinac. *deciſ. 602. num. 4. p. 2. recent.*

3 Nec ſolùm intelligitur de Iure communi, ſed etiam de Iure ſpeciali, conſuetudine, præſcriptione, aut priuilegio Apoſtolico, ſecundùm Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. gloſ. 29.* per totum. Cenſuit Rota *in vna Plocen. Canonicatus, 15. Decembris 1614. coram Reuerendiſſimo Domino meo Coccino*, impreſſa per Farinac. *deciſione 614. numero 2. part. 2. recent.*

4 Vnde hanc dictionem comprehendere quemcumque modum, qui comprehendi poteſt, idémque importare, quod *quocumque modo*, reſoluunt Pariſ. *conſ. 58. num. 10. vol. 1. & conſ. 142. num. 6. vol. 4.* Gozadin. *conſ. 14. num. 22.* Rolan. *conſ. 2. num. 23. cum ſeq. vol. 4.* Glorit. *reſp. 1. p. 1. num. 194.* Narbona *de appell. à Vicario ad Epiſcopum, p. 2. fundament. 1. num. 35.* & omnia ea, quæ aliàs non comprehenderentur, ſecundùm Alex. *conſ. 155. num. 3. vol. 2.* Ruin. *conſ. 68. num. 10. vol. 4.* Grat. *conſ. 163. num. 19. cum ſeq. vol. 2.* quos refert Cened. *d. ſing. 95. num. 5.*

5 Habet tam latam interpretationem, vt operetur quocumque modo reſpectet ad eum, ad quem diſpoſitio loquitur, quòd quomodolibet reſpectet Titio. Ita Alex. *conſ. 35. incip. Viſo proceſſu, num. 10. & 11. lib. 4.* Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ. 355. num. 15.* vbi *num. 16.* declarat, reſtringi ſecundùm ſubiectam materiam.

6 Includit omne Ius etiam minimum, ſecundùm Seraphin. *deciſ. 1082. num. 2.* ac omnem penitùs
7 modum, vt *in Clem. 2. verſ. ne igitur*, vbi gloſ. *verb. quomodolibet, de ſentent. excommunic. cap. indemnitatibus, verſ. ſi qua verò, de elect. lib. 6.* notant Menoch. *d. rem. 6. recuperan. num. 15.* & Flamin. *de reſignat. lib. 9. q. 25. num. 4.* Velaſq. *conſult. 61. num. 6.* Mandoſ. *in reg. 18. Cancellar. q. 14. num. 5. & in gloſ. facult. §. & in ipſa, in verb. quomodolibet.* Cened. *d. ſing. 95. num. 1.* vbi *num. 4.* ſubdit, quòd ampliat, & extendit diſpoſitionem vſque ad improprietatem.

8 Operatur etiam vltra expreſſa, vt *in Clem. 1.* vbi gloſ. *de re iudic.* Flamin. *d. lib. 9. q. 25. num. 50.* Et propter ſuam generalitatem omnia comprehendit, de quibus in genere ſufficit, quòd fuerit cogitatum, vt per Card. Seraphin. *deciſ. 350. num. 2.*

9 Hinc eſt, quòd ſi ſtatutum dicat, quòd occidens quomodocumque puniatur, intelligitur, & ſi occidat vel dolo, vel culpa; propter dictionem *quomodocumque*, quæ illa de ſui natura comprehendit, vt per Alex. *conſ. 35. vol. 6.* Rimin. *in princip. quibus alienare non licet, num. 164.* Hipp. *conſ. 80. num. 44. & conſ. 85. num. 20.* Cened. *d. ſing. 95. num. 5.*

10 Denique hæc dictio fortiùs agit, omnia continet, nullúmque reſpicit caſum, vt notat Franc. Molin. *de brachio ſeculari, cap. 4. num. 48.*

SVMMARIVM.

1 *Tempora tria, videlicet præteritum, præſens & futurum ſignificare poteſt dict.* Quondam.

2 *Tempus præteritum propriè importat dictio* Quondam, *& remouet qualitatem de præſenti.*

3 *Demonſtrationem, quòd iſte talis ſit defunctus, importat dict.* Quondam, *appoſita nomini proprio.*

4 *Vxor quondam talis aliquid acquirens non poteſt dici, quòd acquiſierit marito, quia verba inſtrumenti denotant maritum mortuum.*

Quondam.

DICTIO CCCXXXI.

1 TRia tempora ſignificare poteſt hæc dictio, videlicet præteritum, præſens, & futurum, vt per

Fulgos. *cons.* 22. *circa finem, vers.& quamquam.* Ruin. *cons.* 70. *num.* 1. *tom.*2. Octauian. Vulpell. *de præpos.& aduerb. signif. sub hac dict. pag.*97. Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 3. *glos.* 1. *num.*4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.*2. *lit. D. concl.*356. *num.* 3.

2 Sed tamen propriè, & secundùm communem vsum loquendi importat tempus præteritum, & remouet qualitatem de præsenti, vt *in l. eius qui in prouincia, ff. si certum petatur, & in l. cui eorum, §. affinitatis, ff. de postulando, & in cap. ad petitionem, & in cap. accedens, de accusat.* Mandos. *in glos. facult. §. sanè, in verb. quoddam, fol.*76. & 77. Tiraq. *de retract. tit.*1. §. 1. *glos.* 9. *num.* 51. Grat. *cons.*76. *num.*2. *vol.*2. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.*92. *num.*1.

3 Apposita nomini proprio importat demonstrationem, quòd iste talis sit defunctus, & ampliùs non viuat. glos. *verb. defuncti, in d. l. eius qui in prouincia.* Alberic. *in suo Dictionario, in verb. quondam.* Felin. *in cap. ex parte, num.* 2. *& seq. de foro competen.* Alex. *cons.*14. *num.*15. *vol.* 6. Tiraq. *d. num.*51. Corset. *de potest. Regia, q.* 29. *num.* 4. *& seq.* Mandos. *in d. verb. quondam, fol.* 77. *col.* 1. Vulpell. *citato loco, num.* 1. Sebastian. Medicis *in tract. Mors omnia soluit, p.* 1. *num.* 93. quia huiusmodi dictio profertur impropriè, cùm relatio cesset, vt per Bart. & alios *in d. l. eius qui, in princip.* Natt. *cons.*537. *sub num.*65. *tom.*3. Gabr. *cons.*22. *num.*5. *lib.*1.

4 Vnde, vxor quondam talis aliquid acquirens non potest dici quòd acquisiuerit marito, quia verba instrumenti denotant maritum mortuum, vt per Bald. *cons.*166. *incip. A libello, num.* 2. *vers. in primis, lib.*4. Bald. *cons.*408. *num.* 5. *vers. vnde colligitur, lib.* 1. Ang. *cons.*356. *num.* 3. *in fine.* Cuman. *cons.* 43. *incip. In quæst. circa medium.* Ioan. de Imola *cons.*110. *incip. In causa, in fine.* quos refert Card. Tusch. *d. lit. D. concluf.* 356. *num.*1.

SVMMARIVM.

1 *Causalis, & rationalis est de sui natura dictio* Quoniam.

2 *Ratio mouens disponentem redditur per dict.* Quoniam.

3 *Statum rei, & conditionem plerumque declarat dict.* Quoniam, *& est idem quod* Siquidem, *vel* Quando, *seu* Quandoquidem.

4 Quoniam, *pro* Quia, *apud Grammaticos nimirum cum causa redditur, rarum est.*

Quoniam.

Dictio CCCXXXII.

1 HÆc dictio est causalis, & rationalis de sui natura, & confirmat, aut præcedentia, aut subsequentia, iuxta Dec. *cons.*282. *num.*11. Et fuit dictum *in Bononien. fideicommissi de Sarnbert.* 11. *Martij* 1611. *coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per Farinac. *decis.* 300. *num.*16. *p.*1. *recent.*

2 Et ita per illam redditur ratio mouens disponentem, vt *in l. Herennius, & l. mulieris, §. res abesse, ff. de verbor. signif.* vbi Rebuff. *in vers. quoniam.* Rota *decis.* 193. *num.* 9. *p.* 1. *recent.* vbi etiam fuit dictum, quòd iuncta ista dictio *quoniam* verbo *voluit*, reddit rationem, & disponit.

Plerumque etiam apud bonos Latinæ linguæ 3
Autores hæc dictio *quoniam* rei statum, aut conditionem declarat, & est idem quod *Siquidem*, vel *Quando*, seu *Quandoquidem*. Cic. 1. *de legib.* Quoniam in populari ratione omnis nostra versatur oratio, populariter interdum loqui necesse erit. Idem *pro Planc.* Quoniam tu ita vis, nimiùm me gratum esse concedam.

Pro *quia*, nimirum cùm causa redditur, rarum est. 4
Cic. *lib.* 4. *epist.* 5. Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata erat. Idem 3. *Tuscul.in.* Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens, mala consuetudine in vitio ponitur.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

2 Quoque, *pro* Etiam, *aliquando accipitur, & eius natura est, vt qualitas quæ erat in casu præcedenti, sit in sequenti.*

3 *Copulatiua est dictio* Quoque, *& inducit repetitionem præcedentium.*

4 *Implicatiua eiusdem sensus est dictio* Quoque, *& tunc pro* Etiam *ponitur; quandoque verò secundùm subiectam materiam non implicat.*

5 *Aduersatiua aliquando est dictio* Quoque.

6 *Similitudinem regulariter denotat dictio* Quoque.

7 *Similitudinem quando significat dict.* Quoque, *ponitur continuatiuè.*

Quoque.

Dictio CCCXXXIII.

DE vi, & effectibus huius dictionis latè agit 1
Rebuff. *in comment. ad l. detestatio,* 10. §. *familiæ appellatione, vers. quoque, pag.* 222. *ff. de verbor. signif.* & Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.*93.

Accipitur aliquando pro *Etiam*, & eius natura 2
est, vt qualitas, quæ erat in casu præcedenti, sit in sequenti, vt *in l. verbo victus, & in l. locus, in fine, & in l. interdum, ff. de verbor. signif. & in l. seruum quoque, ff. de procur. & in l.* 2. *in princip. ff. de pactis.* Rebuff. *in d. §. familiæ, vers. quoque, & vers. secundò natura, & in concord. in rubr. de collat. §. volumus, in verb. statuimus, fol.* 400. *& seq.* Pichard. *ad §. si eadem res,* 9. *num.* 45. *Instit. de legat.* Cened. *d. sing.*93. *num.*1. *in princip.*

Et ita est copulatiua, & inducit repetitionem 3
præcedentium. Oldrad. *cons.*103. *incip. Quæstio est, num.*4. *vers.*4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.*2. *lit. D. concl.*357. *num.*1. Alphons. glossator antiquus *in reg. de publican. resignat. num.*9. vbi dicit, quòd copulat, & est similitudinaria extensiua ad præcedentia, & de eius natura est, præcedentium omnium, & eorum accedentium repetitionem iudicare.

Vnde, esse implicatiuam eiusdem sensus, & tunc 4
pro *Etiam* poni, *per l.* 2. *in princip.* & ibi Bart. & Ias. *num.*12. *ff. de pactis.* resoluunt Ias. *in l. si id quod, num.*2. *ff. de condict. indeb.* Berou. *in cap. vlt. num.*21. *de vsuris.* Dec. *in l. si certis annis, num.* 39. *ad finem, C. de pactis, & cons.*527. *num.* 2. Cosm. *in pragmat. sanct. tit. de collat.*

collat. §. cui rei, verb. sed, & in vers. quoque, fol. 58. col. 1. Strach. *de assecurat. in præfat. num. 34. fol. 22.* Surd. *decis. 264. num. 20. & 21.* Implicat igitur casum magis dubitabilem, & ponitur inter diuersa eiusdem generis, secundùm Vulpell. *de prapos. & aduerb. signif. sub dict. quondam, vers. quoque, pag. 98.* Tamen aliquando secundùm subiectam materiam non implicat, iuxta tradita per Petr. Sancter. *in tract. de sponsal. mercat. in 1. parte, num. 25. fol. 492.* quem refert Cened. *d. sing. 93. num. 5. in princip.* vbi cum Strach. *de assecurat. in*
5 *præfat. num. 33.* subdit, quòd aliquando est aduersatiua.

6 Similitudinem regulariter denotat hæc dictio, vt *in l. 2.* vbi glos. *ff. pro hærede,* tradit Ferrer. *in constit. Cathaloniæ, glos. 1. num. 53.* Et est repetitiua similis qualitatis, vt per Girond. *de priuileg. & exempt. ex-*
7 *plicat. num. 576.* Et illo casu, quo significat similitudinem, ponitur continuatiuè, id est, quòd idem sit in casu sequenti. Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §. volumus, in verb. statuimus, fol. 430. & seq.* Cened. *d. sing. 93. num. 2.*

8 Denique aliquando continuat, vt *in cap. quoniam, de elect. lib. 6.* aliquando implicat, interdum similitudinem denotat, nonnunquam superfluit, vt tradunt Cosm. *in d. verb. quoque, fol. 58. col. 1.* & Cened. *d. sing. 93. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dictio* Quoquomodo, *comprehendens omnem modum, qui excogitari potest.*

2 *Modum omnem excogitabilem significat dictio* Quoquomodo.

3 *Modos omnes etiam improprios denotat dict.* Quoquomodo.

4 Quoquomodo, *operatur vt in concessione complectantur, quæ aliàs non venirent.*

5 *Casus similes & dissimiles, proprios & improprios comprehendit dictio* Quoquomodo.

6 *Modum omnem nullitatis comprehendit dictio* Quoquomodo.

7 *Casus omnes, qui succedere possunt, comprehendit dictio* Quoquomodo, *tanquam ampliatiua.*

8 *Geminationis vim de per se habet dict.* Quoquomodo.

9 *Casus omnes alios requirentes specialem expressionem comprehendit dict.* Quoquomodo.

10 *Dictio* Quoquomodo *comprehendit ea, quæ aliàs ex natura sermonis non comprehenderentur.*

11 *Voluntatem plenam, & exuberantem prohibentis ostendit dict.* Quoquomodo, *adiuncta verbis prohibitiuis.*

12 Quoquomodo, *idem importat quod* Quolibet modo, *&* Quomodolibet.

13 Quoquomodo, *exponitur etiam pro* Quomodocumque.

14 *Alienationis bonorum prohibitio comprehendit necessariam alienationem, si adsit dict.* Quoquomodo.

15 *Statutum si puniat homicidium,* quoquomodo *committatur, debet puniri committens, licèt iustam causam habuerit.*

16 *Statutum si dicat, aliquem* quoquomodo *non posse molestari, importabit etiam de iure.*

17 *Hæredes omnes comprehendit dict.* Quoquomodo, *si dictum fuerit, hæredes quoquomodo.*

18 *Restrictionem patitur secundùm subiectam materiam dict.* Quoquomodo.

Quoquomodo.

DICTIO CCCXXXIV.

EST vniuersalis comprehendens omnem modum, 1
qui excogitari potest, vt per Stephan. Gratian. Marchiæ, *decis. 51. num. 29.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 2. lit. D. concluf. 359. num. 4.* Rot. *decis. 505. nu. 19. p. 1. diuers.* & apud Farinac. *decis. 68. n. 3. p. 1. recent.* Flamin. Paris. *de confident. benefic. quæst. 34. num. 48.*

Vnde omnem excogitabilem modum significare 2
tradunt Cæpol. *cons. crim. 14.* Dec. *consil. 2. num. 90. lib. 2.*

Amplia primò, quòd continet omnes modos 3
etiam improprios, vt *in l. quidam, §. 1.* vbi glos. *ff. de fideicom. libert.* notat Menoch. *cons. 344. num. 19.* Rol. *cons. 5. num. 47. lib. 1. & cons. 2. num. 32. lib. 3.* Ceph. *cons. 121. nu. 1. lib. 1.*

Secundò amplia, quòd operatur, vt in concessio- 4
ne complectantur, quæ aliàs non venirent, vt *in l. 1. vers. quoquomodo, ff. de testam. & in l. 1. §. quidam,* iuncta glos. *verb. Quoquomodo, ff. de fideicom. libert.* Dec. *cons. 37. num. 1. tom. 1. & cons. 613. num. 1. vers. illa verba, Quoquomodo, tom. 2.* Ruin. *cons. 20. nu. 4. vol. 1.* Rol. à Valle *cons. 5. num. 47. & 48. tom. 1. & consil. 2. num. 32. vol. 4.*

Tertiò amplia, quòd adeò est ampliſſimus effe- 5
ctus huius dictionis, vt comprehendat & complectatur omnes modos, & casus similes & dissimiles, proprios & improprios, iuxta tradita per Hippol. *cons. 80. num. 37. vol. ....* Ceph. *cons. 149. num. 15. & cons. 53. num. 22. & cons. 76. num. 16. & cons. 121. num. 1. lib. 1.* Stroz. *de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 111. nu. 8.* Menoch. *consil. 344. num. 19.* Mascard. *de probat. concluf. 1131. num. 16.* Valasc. *de partit. cap. 13. num. 93. & consult. 61. nu. 6.* vbi etiam asserit quòd com- 6
prehendit omnem modum nullitatis; de quo etiam Farinac. *in praxi crimin. part. 4. decis. 68. in addit. numero 3.*

Quartò amplia, quòd tanquam ampliatiua com- 7
prehendit omnes casus qui succedere possunt. Aret. *in l. ventre, num. 8. ff. de acq. hæred.* Ceph. *cons. 688. num. 7. lib. 5.* Decian. *cons. 57. nu. 26. lib. 1.* vbi non solùm appellat huiusmodi dictionem valdè prægnantem, sed dicit denotare omnem modum, qui excogitari potest, etiam improprium. Mandos. *de priuil. ad instar. glos. 14. nu. 1.* quia habet de per se vim 8
geminationis, vt per Octauian. Vulpell. *de prapos. & aduerb. signific. sub hac dict. numero 2. pag. 98.* Alciat. *consil. 42. numero 3. libro 9.* Alexand. *consil. 30. num. 6. libro 5.*

Quintò amplia vt comprehendat omnes alios ca- 9
sus requirentes specialem expressionem, *cap. qui ad agendum,*

agendum, de procur. lib. 6. Clem. non potest. vbi Vital. & alij, *eod. tit.* Rot. *decis.* 106. *num.* 1. *p.* 1. *diuers.*

10 Sextò amplia, vt comprehendat ea quæ aliàs ex natura sermonis non comprehenderentur. Roland. *d. cons.* 5. *num.* 48. Gabr. *cons.* 20. *num.* 18. *lib.* 3. Rota Auenionen. *decis.* 110. *num.* 1.

11 Septimò amplia, quòd adiuncta verbis prohibitiuis ostendit plenam, & exuberantem voluntatem prohibentis. Dec. *cons.* 137. *sub num.* 1. Mandos. *de priuileg. ad instar. glos.* 14. *num.* 1.

12 Octauò amplia, quòd hæc dictio importat idem quòd *Quolibet modo*, & *Quomodolibet*, vt per Menoch. *rem.* 6. *recuper. num.* 14. Steph. Gratian. March. *decis.* 51. *num.* 17.

13 Exponitur etiam pro *Quomodocumque*, vt *in l. si extraneus, ff. de condict. causa data.* Sic etiam pro *Quocumque casu*; vt *in l. si cum dotem, ff. sol. matrim.* & *in l. bis solis, ff. de condict. indeb.* Idem significat quòd *Omnimodo*, & habet vim taxatiuæ, quæ alios casus excludit, secundùm Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 112. *num.* 13. Habet etiam eandem vim & significationem, quam habet dictio *Quouis modo*, iuxta notata per Rebuff. *in comment. ad l. credit.* 11. *verf. Quoquomodo, ff. de verb. signif. pag.* 75.

14 Vnde infertur, quòd licèt prohibitio alienationis bonorum non comprehendat necessariam alienationem, tamen secùs erit, si adsit hæc dictio *Quoquomodo*, vt per *glos. in l. quidam, §. fin. in verbo Quoquomodo, ff. de fideicom. libertatib.* tenent Ruin. *consil.* 32. *num.* 7. *lib.* 2. & Rol. à Valle, *cons.* 80. *num.* 37. *lib.* 3. quos refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 359. *numero* 8.

15 Sic etiamsi statutum puniat homicidium, *Quoquomodo*, vel *Quouis modo*, aut *Qualitercumque* committat homicidium, etiam debet puniri, licèt iustam causam habuerit, vt per Ruin. *d. cons.* 32. *num.* 7. *lib.* 2. latè Menoch. *rem.* 5. *recuper. num.* 63. Cardin. Tusch. *d. conclus.* 359. *num.* 9.

16 Sic etiam, si fuerit dictum, aliquem *quoquomodo* non posse molestari, importabit etiam de iure, quia sunt verba vniuersalia. Decian. *cons.* 2. *nu.* 90. *& seq. libro* 2.

Sic etiam licèt statutum puniens homicidium pœna mortis, debeat intelligi de homicidio ex dolo commisso, non autem ex culpa tantùm, tamen si dicat quòd committens homicidium *quoquomodo*, vel *quouis modo*, habebit locum, etiamsi casu, vel culpa, & sine dolo sit commissum, vt per Iaf. *in l.* 1. *nu.* 19. *& nu.* 25. *ff. de legib.* Ruin. *cons.* 77. *num.* 8. *lib.* 2. Socin. iun. *cons.* 113. *num.* 29. *lib.* 1. Crau. *cons.* 294. *nu.* 2. quos refert Cardin. Thusc. *d. conclus.* 359. *numero* 15.

17 Apposita alicui termino, prout hæredes *quoquomodo*, vel *quouis modo*, comprehendit omnes hæredes. Alex. *cons.* 95. *incip. Requisitus, num.* 3. *verf. præterea, lib.* 7. quem refert Cardin. Thusc. *d. conclus.* 359. *numero* 14.

18 Declara tamen quia licèt verba illa *quoquomodo*, vel *quomodocumque*, sint vniuersalia, tamen patiuntur restrictionem, & ciuiliter intelligenda sunt, vt per Crauet. *cons.* 6. *num.* 126. *& consil.* 8. *num.* 2. *& consil.* 9. *num.* 24. & in pace recepta, vt non committatur pœna ex leui offensa, vel ex noua causa, tradit Siluan. *cons.* 74. *num.* 14. & plura Mascard. *de probat. conclus.* 1157. *num.* 89. *& seq.* Card. Thusc. *d. concl.* 359. *num.* 5. Et quòd restringatur ad modos proportionatos, Crau. *cons.* 256. *num.* 8. Vulpell. *sub hac dict. n.* 1. *pag.* 98. Cardin. Thusc. *d. conclus.* 359. *num.* 6. Nam bene fit restrictio ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua exprimitur & secundùm subiectam materiam, iuxta tradita per Gemin. *cons.* 29. *nu.* 3. *in fine, verf. nec obstant.* quem refert Card. Thusc. *d. conclus.* 359. *num.* 18. vbi *num.* 16. post Bart. *cons.* 21. *num.* 5. subdit, quòd hæc dictio non importat aliam quamcumque causam, vel quamuis causam, quia differunt modus, & causa; cùm modus respiciat futura, causa autem respiciat præterita. Curt. iun. *consil.* 1. *num.* 3. vbi ait, quòd tum demum ista dictio *Quoquomodo*, restringitur de habilitate, quando est prolata à lege, ne sequatur Iurium correctio, secùs si ab homine proferatur, quia tunc cessat ista ratio, de quo etiam Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 106. quem refert Cened. *post lib. pract. & canonic. quæst. singul.* 96. *num.* 4.

Quot, Quotus.

Dictio CCCXXXV.

Significat, & denotat quantitatem, iuxta tradita per Benedict. Ægid. *in repet. l.* 1. *C. de sacrosanct. Eccles. p.* 5. *in initio, num.* 2. 1

Refertur ad numerum, cui respondet *Tot*, vel *Totidem*. Cic. 3. *de Orat.* Vt quot Oratores, totidem reperiantur genera dicendi. 2

Vnde *quotus* ad numerum ordinandi refertur. Cic. 5. *Verr.* Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus? Ouid. 1. *de Ponto, eleg.* 10. 3

Qui quota teneris pars solet esse mei?

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*

2 *Repetitiua est dictio* Quoties, *& numerum respicit.*

3 *Potestatem variandi si non reperitur restricta, importat vniuersaliter dict.* Quoties.

4 Quoties *apud Cicer. idem est quod barbari dicunt,* quot vicibus, *& refertur ad* toties.

Quoties.

Dictio CCCXXXVI.

De vi, & effectibus huius dictionis vide Rebuff. *in comment. ad l. ostentum,* 38. *verf. quoties, ff. de verbor. signif. pag.* 208. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 100. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 358. 1

Est repetitiua, & numerum respicit, vt *in l. sicut, ff. quemadmod. seruit. amitt. l.* 3. *ff. quib. modis seruit. amitt.* Alciat. *cons.* 6. *num.* 38. *lib.* 5. Octauian. Vulpell. *citato loco, statim in princip.* vbi subdit, quòd addita dictioni *Toties* verificatur in quatuor, vel pluribus vicibus, per glos. *in l. cùm quæstio, C. de legat.* Et est reiteratiua, vt *in l. fin. C. de indict. vid. tollen. & in cap. quoties,* 2. *q.* 6. 2

Eius est naturæ, vt importet vniuersaliter potestatem variandi, si non reperitur restricta, vt per Gemin. *cons.* 97. *num.* 2. *verf. & hoc ostendit.* Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, limit.* 26. *num.* 1. *ff. de verbor. signif.* Card. Tusch. *d. conclus.* 358. *num.* 1. 3

Apud Ciceronem *quoties* idem est, quod barbari dicunt, 4

dicunt, *quot vicibus*, & refertur ad *toties*, aliquando verò *cumque* assumit. Cic. 1. *de Orat.* Quoties dicitur, toties de nobis iudicatur. Idem *Attic. lib.* 5. *epist.* 12. Quoties patriâ videret, toties se beneficium meum videre, &c. Idem *pro Cluen.* Quotiescumque dico, toties mihi videor in iudicium venire, non ingenij modò, sed etiam virtutis.

Alia vide in Clausula *Toties quoties.*

SVMMARIVM.

1 *De vi & effectibus huius dict. qui tractet, refertur.*
2 *Vniuersalis est dictio* Quotiescumque, *& omnia comprehendit etiam in materia odiosa.*
3 *Reiterationem vicium, seu casuum significat dict.* Quotiescumque.
4 *Infinitatem importat dictio* Quotiescumque.
5 *Promittens retrouendere* quotiescumque, *lapsu triginta annorum liberatur.*

Quotiescumque.

Dictio CCCXXXVII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis plura cumulat Rebuff. *in comment. ad l. ostentum*, 38. *verf. quoties, ff. de verbor. signif. pag.* 208.

2 Vniuersalis est hæc dictio, & omnia comprehendit, etiam in materia odiosa, secundùm Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolitan. decis.* 287. *num.* 1. & 2.

3 Significat plures vices, & sic reiterationem vicium, seu casuum, vt *in l. vxorem*, §. *testamento, ff. de legat.* 3. *& in l.* 1. *ff. de vacat. mun. & in l. si tibi decem*, §. *de pignore, ff. de pactis, & in l. sed etsi, in fine, ff. ex quibus causis mai.* notant Menoch. *cons.* 143. *num.* 15. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 101.

4 Infinitatem importat, ex notatis per Surd. *cons.* 281. *num.* 23.

5 Promittens tamen retrouendere, quotiescumque lapsu triginta annorum liberatur; de quo vide Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 2. *tit.* 3. *de pact. num.* 18. *in princip. & lib.* 4. *tit.* 37. *de pact. inter emptorem, num.* 25. *pag.* 645. Emman. Suarez *tom.* 2. *lib.* 7. *tit.* 5. *de præscript. triginta, num.* 1. *pag.* 235. vbi Pichard. *num.* 77. *pag.* 236. Anton. Gabr. *tom.* 3. *lib.* 5. *de præscript. concluf.* 6. Perez *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 8. *Ordinam. pag.* 41. *l.* 1. *verf. quæro*, 29. *tit.* 9. *lib.* 3. *pag.* 657. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 2. *num.* 5. Mart. *de iurisdict. p.* 1. *cap.* 34. *num.* 11. Calder. Pereira *in l. si curatorem, verb. sua facilitate, num.* 70. Molin. *de Iustitia, tract.* 2. *disput.* 374. *verf. quando.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig. conuent. lib.* 4. *tit.* 31. *num.* 26. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. lib.* 2. *conclus.* 18. *consid.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quotidianum respicit dictio* Quotidie.
2 *Perpetuitatem significat dict.* Quotidie.
3 Quotidie, *apud Grammaticos est singulis diebus.*

Quotidie.

Dictio CCCXXXVIII.

RESpicit tempus quotidianum, vt *in l. diariis, ff. de aliment. & cibariis legat. & in l. nec semel*, §. *si in habitatione.* vbi notatur *ff. quando dies legat. cedat.* 1

Et perpetuitatem significat, secundùm Felin. *in proœm. Decretal. verb. quotidie.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. quotiescumque, verf. quotidie, pag.* 101. quos refero ego ipse *in collect. ad proœm. Decretal. num.* 27. 2

Quotidie apud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Autores, est *singulis diebus.* Cic. *lib.* 1. *de Finib.* Quotidie inter nos ea, quæ audiebamus, conferebamus. *Quotidie magis, quotidie plus* idem est, quod *in dies magis.* Cic. *lib.* 6. *epist.* ... Me quotidie Cæsar magis amplectitur. Idem 1. *Philippic.* Quotidie magis, magisque perditi homines tectis, ac templis Vrbis minarentur. Idem 4. *de Finib.* Alter valet quotidie plus, alter videt. 3

SVMMARIVM.

1 *Generalis est dictio* Quouis modo, *omnia comprehendens, etiam ea quæ alias non venirent.*
2 *Modum omnem tam principalem, quam directum, & incidentem, ac indirectum.*
3 *Dict.* Quouis modo, *comprehendit ea, quæ alias simpliciter non comprehenderentur.*
4 *Formam omnem importat dictio* Quouis modo, *omnésque modos secundùm subiectam materiam, cui adijcitur.*
5 *Interpretationem restrictiuam impedit dictio* Quouis modo, *& includit omnes modos similes, & dissimiles, ac etiam maiora expressis.*
6 *Generalitatem, & vniuersitatem infert dictio* Quouis modo, *& omnia comprehendit, etiam maiora & diuersa expressis, qua iungitur cum dict.* alio.
7 *Statutum si dicat, quòd occidens aliquem* quouis modo *puniatur, intelligitur comprehendi, etsi occidat dolo, vel culpa.*
8 *Fœmina dotata, quæ vigore statuti nihil petere potest* quouis modo *de bonis paternis, potest ex aliqua causa, titulo, siue iure aliquid petere.*
9 *Dict.* Quouis modo, *licèt sit generalis, restringitur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ.*

Quouis modo.

Dictio CCCXXXIX.

HÆc dictio est generalis, omnia comprehendens, etiam ea, quæ aliàs non venirent, vt per Dec. *cons.* 486. *num.* 2. Syluan. *cons.* 25. *num.* 18. Socin. 1

Iun. *conf.* 2. *num.* 27. *vol.* 1. Hippol. *conf.* 80. *num.* 44. Cephal. *conf.* 121. *num.* 2. *cum seq. vol.* 1. Strach. *de mercatur. p.* 1. *num.* 83. Menoch. *remed.* 6. *recuperan. num.* 16. *& conf.* 550. *num.* 10. vbi ait, quòd extendit dispositionem ad quemcumque casum. *& conf.* 1093. *num.* 9. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 96. *num.* 1.

2 Item includit omnem modum tam principalem, quàm directum, & incidentem, ac indirectum. Gemin. *conf.* 29. *incip.* IESV CHRISTI *nomine*, *num.* 2. *vers. addit, & num.* 3. quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 359. *num.* 1. vbi post Alex. *conf.* 95. *incip. Requisitus*, *num.* 3. *& seq. lib.* 7. subdit, quòd verba huius dictionis sunt latissimè extendenda ad comprehendendos omnes modos.

3 Item comprehendit ea, quæ aliàs simpliciter non comprehenderentur, secundùm Ruin. *conf.* 98. *num.* 11. *vol.* 2. Dec. *conf.* 373. *num.* 5. Rolan. *conf.* 80. *num.* 37. *vol.* 3. Hippol. *conf.* 80. *num.* 38. *&* 39. Curt. Iun. *conf.* 1. *num.* 2. Cephal. *conf.* 58. *num.* 17. *vol.* 1. quos refert Cened. *d. sing.* 96. *num.* 3.

4 Item importat omnem formam, omnésque modos secundùm subiectam materiam, cui adiicitur, vt per Ang. *conf.* 288. *num.* 3. *vers. hoc etiam coadiuuatur.* quem refert Cardin. Tusch. *d. concl.* 359. *numero* 2.

5 Impedit etiam interpretationem restrictiuam, & includit omnes modos similes, & dissimiles, ac etiam maiora expressis. glos. *in Clem. ne Romani, verb. quouis modo, de elect. & in cap. fin. verb. quouis modo, de sentent. excommunic. lib.* 6. notant Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict quouis modo, pag.* 102. Menoch. *conf.* 496. *num.* 66. *&* 67.

6 Iuncta cum dictione *Alio* generalitatem, & vniuersalitatem infert, & omnia comprehendit, etiam maiora, & diuersa expressis, secundùm Mari. Alter. *de censur. Eccles. tom.* 1. *disput.* 16. *lib.* 5. *cap.* 3. *lit. A.*

7 Vnde si statutum dicat, quòd occidens aliquem quouis modo, puniatur, intelligitur comprehendi, etsi occidat dolo, vel culpa. Ita Ias. *conf.* 147. *num.* 3. *vol.* 4.

8 Hinc etiam fit, vt non possit quis ex aliqua causa, titulo, siue Iure aliquid petere; sicut fœmina dotata, quæ vigore statuti nihil petere potest quouis modo de bonis paternis. Ruin. *conf.* 98. *num.* 11. *tom.* 2. Cephal. *conf.* 13. *num.* 12. *lib.* 1.

9 Tamen licèt ista dictio sit generalis, restringitur ad modos proportionabiles materiæ idoneæ, in qua exprimitur. Aym. *conf.* 256. *num.* 8. Menoch. *d. remed.* 6. *num.* 17. Card. Tusch. *d. conclus.* 259. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Temporis aduerbia sunt* quousque, *&* Donec, *ac idem significant.*

2 *Tractum temporis successiuum significat dict.* quousque.

3 *Limitatiua, & restrictiua simul est dict.* quousque.

4 *Conditionem importat dict.* quousque.

5 *Statutum fœminarum excludens propter masculos operatur earundem exclusionem ad tempus, nimirum quamdiu extabunt masculi.*

6 Quousque *fuerit satisfactum, importat reintegrationem facta satisfactione.*

Quousque.

DICTIO CCCXL.

HÆc dictio, & dictio *Donec* sunt aduerbia temporis, & idem significant, vt per Menoch. *conf.* 274. *num.* 10. Paris. *conf.* 25. *num* 16. *vol.* 2. Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 15. *glos.* 4. *num.* 1. vbi ait, quòd huiusmodi dictiones sunt limitatiuæ temporis, & determinant tempus. 1

Et quòd hæc dictio significet tractum temporis successiuum, ait Menoch. *conf.* 816. *num.* 8. 2

Limitatiua, & repetitiua simul hæc dictio est, vt *in l. sicut in annos, ff. quibus modis vsusfructus amittatur.* Castr. *conf.* 87. *num.* 9. *p.* 1. Dec. *conf.* 637. *num.* 13. *tom.* 2. Corbul. *de iure emphyt. cap.* 15. *lim.* 4. *num.* 1. 3

Conditionem etiam importat, vt per Ias. *in l. si sufficit, num.* 5. *ff. de condit. & demonstr.* Maresc. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 9. *& lib.* 2. *cap.* 46. *num.* 4. 4

Vnde statutum fœminarum excludens propter masculos, operatur earumdem exclusionem ad tempus, nimirùm quamdiu extabunt masculi, vt *in l.* 1. *§. fin. ff. de ventre in possessionem mitten. & in l. sine, §. tamdiu, ff. de condict. furtiua.* Rota *decis.* 475. *num.* 1. *in fine.* apud Farinac. *p.* 2. *recent.* Et ita inducere exclusionem temporalem tradit Ioseph. Sesse Aragon. *decis* 76. *num.* 10. 5

Quousque fuerit satisfactum, importat reintegrationem facta satisfactione, vt per Castren. *conf.* 237. *incip. Primò videndum, in princip. lib.* 1. quem refert Card. Tusch. *tom.* 2. *practic. conclus. lit. D. concl.* 360. *num.* 1. 6

SVMMARIVM.

1 Rata pars *idem est quod pro* rata parte.

2 *Iustitiæ distributiuæ & commutatiuæ consideratio versatur circa dict.* Rata.

3 Rata *quandoque dicitur pars virilis contrahentis, vel hæredis.*

4 Pro rata, *id est, pro portione, quam Iuris ratio vnicuique distribuit.*

5 Rata portio, *in quibus casibus debeatur remissiuè.*

Rata.

DICTIO CCCXLI.

IDem est dicere, *Rata pars*, vel *Pro rata parte*; & quid importet, vide Ioan. Baptist. Costam *in tract. de portione rata, præmiss.* 6. vbi etiam *præmisso* 7. tradit, Iustitiæ distributiuæ, & commutatiuæ considerationem versari circa huiusmodi dictionem *Rata, & præmisso* 8. agit, in quo differat verbum *Quota* à *Rata.* 1 2

Dicitur quandoque pars virilis contrahentis, vel hæredis, vt *in l.* 1. vbi glos. *C. vnde liberi, & in l. fin. C. de impub. & aliis.* Quandoque hæreditaria, vt *in l.* 1. *C. eod. tit.* licèt in dictis locis de hoc verbo *Rata* mentio non habeatur, vt dicit Bald. *in d. l. fin. num.* 1. Scias tamen, alibi dicere Bald. *in auth. defuncto, num.* 11. *C. ad Tertull.* quòd dictio *Pro rata* intelligi debet pro portione, quæ se contingit, & secundùm naturam subiacentem, id est, pro portione, quam Iuris ratio vnicuique distribuit. Quo sensu etiam accipitur 3 4

pitur *in l. ſic pro rata, ff. de religioſis, & ſumptibus funer.* notant Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 11. *gloſ.* 8. Strach. *in tract. de decoctorib. vltim. part. nu.* 28. quos refert Bertazol. *in tract. de clauſulis inſtrument. clauſ.* 37. *gloſ.* 3.

5 *Rata portio*, non autem æqualis, quòd debeatur multis in caſibus, & in quibus, vide Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 6. *lit. R. concl.* 7. Et de remiſſione penſionis pro rata facienda à conductore, & in quibus caſibus id contingat, vide Surd. *deciſ.* 326. *num.* 16. *& 21.*

Cætera vide ſub Clauſula *Prorata.* 108.

Realiter.

Dictio CCCXLII.

1 HÆc dictio oſtendit actum veræ numerationis interueniſſe, quæ ſi non interueniſſet, & additum fuiſſet, reprobaretur inſtrumentum, vt de hac dictione, & ſimul de alia, etiam cum effectu, tradit Socin. *conſ.* 143. *num.* 4. *vol.* 1. quem refert Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 34. *gloſ.* 7. *num.* 1.

Recipere.

Dictio CCCXLIII.

1 VErbum *Recipere* non importat dominij tranſlationem, ſicut nec verbum *Tradere*; ſed ſi adiiciatur generi, vel quantitati promiſſæ in genere, tunc propter adiunctum importabit tranſlationem dominij, vt tradit Bart. & ſequuntur Paul. & Iaſ. *in l. naturalis*, §. *& ſi quidem.* per text. ibi, *ff. de præſcript. verb. & Moder. in l. cùm mota, C. de tranſact.* vbi Bart. videtur voluiſſe contrarium. Refert igitur, cui adiiciatur: nam ſi promitto te recepturum rem aliquam in genere, & tunc importat me tranſlaturum dominium; ſi verò in ſpecie, ſecùs, cùm de natura venditionis id non veniat, refert Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 17. *gloſ.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*
2 Rectè, *non ſolemnitatem, ſed ius partis oſtendit.*
3 Rectè, *&* Ritè, *in quo differant, oſtenditur, &* num. 4.

Rectè, & Ritè.

Dictio CCCXLIV.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam, num.* 33. 34. *&* 35. *C. de reuocan. donat.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Rectè, pag.* 102. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 98.

2 Dictio *Rectè* non ſolemnitatem, ſed Ius partis oſtendit. gloſ. *in l. non putauit*, §. *non quauis, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, & in l.* 2. *C. de inoffic. teſtament.* notat Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 67. *num.* 24.

3 *Rectè, & Ritè* differunt; quia *Rectè* cauſæ iuſtitiam ſignificat, *Ritè* verò ſolemnitatem ordinis, ſeu Iuris, vt per Vital. de Camban. *in tract. clauſul. pag.* 7. *col.* 2. *num.* 1.

Differunt etiam, quia *Rectè* reſpicit Iuſtitiam, & 4 importat iuſtè, & æquè factum. *Ritè* verò reſpicit ordinem, & ſolemnitatem, & importat ſolemniter, & ordine debito eſſe factum. gloſ. & Bart. *in l. non putaui.* §. *non quauis, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas.* gloſ. *in l.* 2. *ff. de inoffic. teſtament.* text. *in l. generaliter*, §. *ſin autem*, ibi, *non ritè illatum, rectè autem accuſatum, C. de rebus creditis.* Alex. *in l.* 3. & ibi Iaſ. *num.* 3. *ff. de liber. & poſthum.* Panorm. *in cap.* 1. §. *vna verò, num.* 1. *de ſumma Trinit.* Rimin. *in* §. *ſin. num.* 14. *quibus alienare non licet.* Verùm contrarium, immò quòd iſta differentia non ſit verà, & quòd aliquando dictio *Rectè* denotat ordinem, & ſolemnitatem Iuris, & dictio *Ritè* reſpicit Iuſtitiam, & etiam ordinem, tenent Iaſ. *in l. Titius, num.* 3. *ff. de liber. & poſthum. & in l. ab hoſtibus*, §. *ſi vir, num.* 5. *ff. ſoluto matrimon.* Dec. *in l. lecta, num.* 21. *&* 22. *ff. ſi certum petatur.* Tiraq. *in præfat. d. l. ſi vnquam, num.* 35. Vulpell. *ſub hac dict. pag.* 102. *col.* 2. Cened. *d. ſing.* 98. *num.* 2.

Reddas, Redeat.

Dictio CCCXLV.

1 VErbum *Reddas* eſt præſentis temporis impe-ratiui, quod neceſſitatem diſpoſitionis inducit, vt per Acacc. Anton. *in comment. ad l.* 1. *num.* 74. *ff. de condit. & demonſtr.*

2 Verbum *Redeat* an ſit directum, an verò obliquum? vide Tiraq. *in l. ſi vnquam, verb. reuertatur, num.* 158. *cum duobus ſeqq. C. de reuocan. donat.* Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 137.

SVMMARIVM.

1 *Vltimæ voluntati, non autem donationi inter viuos ſolùm conuenit verbum* Relinquo.
2 *Ad actus inter viuos aliquando trahitur verbum* Relinquo.
3 *Donationi cauſa mortis congruit verbum* Relinquo.
4 *Hæredis ad inſtitutionem, & ad legata adaptatur verbum* Relinquo.
5 *Bonorum vniuerſitati adiectum verbum* Relinquo, *pro hæredis inſtitutione accipitur.*
6 *Inſtitutionem hæredis non ſignificat verbum* Relinquo, *adiectum rei certæ, & particulari.*
7 *Legatum relictum venientibus ab inteſtato poteſt inducere verbum* Relinquo.
8 *Legatone, an fideicommiſſo, an magis conueniat verbum* Relinquo *remiſſiuè.*

Relinquo.

Dictio CCCXLVI.

1 VErbum hoc ſolùm conuenit vltimæ voluntati, non autem donationi inter viuos, vt *in l.* 1. §. *vlt.* vbi gloſ. *ff. de tabul. exhib. & in l. iubemus nulli,*

§. *vlt.* in glos. *verb. velin quo*, *C. de sacrosanct. Eccles.* Menoch. *cons.* 344. *num.* 2.

2 Aliquando tamen trahitur ad actus inter viuos, vt *in l. hoc sermone, ff. si liber ingenuus esse dicatur*, *& in l. cum oportet*, §. *si autem*, *C. de bonis, quæ liberis.* Menoch. *cons.* 344. *num.* 27. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 124. *num.* 4. *cum seq.*

3 Congruit donationi causa mortis, secundùm Calder. Pereira *quæst. forens. cons.* 19. *num.* 23.

4 Adaptatur ad hæredis institutionem, & ad legata, iuxta tradita per Menoch. *d. cons.* 344. *num.* 15. & per Gam. Lusitan. *decis.* 196. *num.* 1.

5 Vt autem pro hæredis institutione habeatur, debet adiici vniuersitati bonorum, secundùm Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 362. Vallasc. *consult.* 165. *num.* 4. Melch. Phebos Lusitan. *decis.* 59. *num.* 3. *tom.* 1.

6 Adiectum verò rei certæ, & particulari, non significat hæredis institutionem, vt *in l. Lucius*, 90. §. *filiam, ff. de legat.* 3. tradunt Clar. §. *testamentum, q.* 38. *num.* 11. Vallasc. *d. num.* 4. Menoch. *cons.* 408. *num.* 36. nisi quando appareat, sic loquentem voluisse testamentum condere, vt intelligit idem Menoch. *cons.* 434. *num.* 18.

7 Potest tamen inducere legatum relictum venientibus ab intestato, secundùm Spin. *in Specul. testam.* 8 *glos.* 9. *num.* 22. *col.* 4. Cui verò magis conueniat, legatóne, an fideicommisso? vide Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 9. *num.* 24.

Reliquum.

Dictio CCCXLVII.

1 Dictio *Reliqua* comprehendit omnia, præter excepta, vt per Menoch. *cons.* 1020. *num.* 39.

2 *Reliquum est*, idem est, quod, *Restat.* Cic. *ad Quint. fratr. lib.* 1. *epist.* 1. Reliquum est, vt te orem, &c. Idem *lib.* 9. *epist.* 16. Reliquum est, ne quid stultè, ne quid temerè dicam contra potentes. Idem *lib.* 14. *epist.* ... Reliquum est, quòd ipsi optimè considerabitis, vestri similes fœminæ sintne Romæ. Idem *lib.* 10. *epist.* 21. Quod reliquum est, munus tuum tuere, id est, de reliquo. Idem *lib.* 13. *epist.* 28. Quod reliquum est, velim augeas tua in eum beneficia.

SVMMARIVM.

1 Residuum, *verificatur in eo toto quod remanet.*

2 Residuum *denotat, quòd nihil amplius debeatur.*

3 Residuum *facit, quòd reliquum includatur.*

4 *Partem summæ omninò solui debere præsupponit dictio* Residuum.

5 *Partis solutionem, ad quam quis tenebatur, arguit dictio* Residuum.

Residuum.

Dictio CCCXLVIII.

1 Hæc dictio propriè verificatur in eo toto, quod remanet, vt *in l. quòd si medius*, *ff. de hæredib. instituend. & in l. qui non militabat*, §. *vlt.* & ibi Bald. *ff. eod. tit. & in l. pater tuus*, *C. eod.* Paul. de Castr. *cons.* 71. *num.* 22. *p.* 1. Marescot. *variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 72. *num.* 17. Octavian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 103. vbi subdit, quòd cauti creditores esse debent, vt si debitor in centum soluat vigintiquinque, pro residuo ipsis patientibus sibi præiudicarent in residuo, quia illa dictio probat, quòd totum solutum fuerit, *per l. si ex pluribus, in princip.* vbi glos. *verb. reliquum, de accept. lat.*

Denotat enim, quòd nihil ampliùs debeatur, vt 2 fuit tentum in Rota apud Farinac. *decis.* 94. *num.* 2. *in* 1. *collect. nouissimarum.*

Facit, quòd reliquum includatur ex Card. Se- 3 raphin. *decis.* 544. *num.* 2. Præsupponit partem 4 summæ omninò solui debere, alias non esset residuum, vt ait ipse Seraphin. *decis.* 242. *num.* 2.

Arguitque solutionem partis, ad quam quis te- 5 nebatur, vt tradit idem Seraphin. *decis.* 617. *num.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Responsum interroganti præbere propriè significat verbum* Respondere.

2 Responsum *secundum interrogationem debet intelligi, & ab ea declarari.*

3 *Interrogatio qualis fuerit ex responsione colligi potest.*

4 Respondere *duo significat, litigare scilicet, & soluere.*

Respondere.

Dictio CCCXLIX.

Verbum hoc propriè significat interroganti 1 responsum præbere, quod tunc debet conuenire interrogationi. Menoch. *cons.* 47. *num.* 1. *&* 12. & secundùm eam intelligi, ex eod. Menoch. *cons.* 221. 2 *num.* 24. *& cons.* 82. *num.* 31. & ab ea declarari solere tradit idem Menoch. *cons.* 33. *num.* 13. *& cons.* 244. *num.* 2. Nam ex responsione colligi potest, qualis 3 fuerit interrogatio. Natt. *cons.* 98. *num.* 22. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 3. *resol.* 44. *num.* 5. *vers. tum quia.*

Duo significat hoc verbum, *litigare* scilicet, & 4 *soluere*, iuxta tradita per D. Barbosam *ad l.* 1. *art.* 3. *num.* 231. *ff. de iudiciis.*

SVMMARIVM.

1 Restituere *à Iudice prolatum in sententia, fructus quoque comprehendit.*

2 Restituere, *importat idem quod* Soluere.

3 *Necessitatem dispositionis inducit interdum verbum* Restituere.

Restituere.

Dictio CCCL.

Verbum hoc à Iudice prolatum in sententia 1 plenam habet significationem, ita vt fructus quoque comprehendat, vt *in l. restituere*, 35. *ff. de verb. signif. & in l. videamus*, §. *in Fabiana, ff. de vsuris, & in*

l. in

l. in condemnatione, §. 1. *ff. de regulis Iuris*, & *in l.* 1. *C. si maior factus*, & *in cap.* 1. *de in integrum restitut.* notant Couarr. *variar. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1. Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 12. *pag.* 336. Menoch. *remed.* 1. *recuperan. num.* 412. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 38. *num.* 30. Ceual. *commun. contra communn. q.* 762. *num.* 69. Cabed. Lusitan. *decis.* 68. *num.* 3. *p.* 1. D. Barbosa *in rubr. ff. soluto matrimon. p.* 3. *num.* 73. Restituere enim est, omnia in pristinum statum reponere. Menoch. *cons.* 229. *num.* 9.

2 Aliquando importat idem, quod verbum *Soluere*, iuxta tradita per Stephan. Gratian. Marchiæ *decis.* 147. *num.* 6.

3 Interdum necessitatem dispositionis inducit, secundùm Acacc. Anton. *in comment. ad l.* 1. *num.* 74. *ff. de condit. & demonstr.*

Reuertatur.

Dictio CCCLI.

1 VErbum hoc numquid importet canonem latæ sententiæ, & sit ipso Iure, & consequenter an sit directum, an verò obliquum, ita quòd autoritate propria fieri possit, an verò potiùs necesse sit de manu alterius accipere? vide Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 5. *cum seqq. C. de reuocan. donat.* Rolan. *cons.* 62. *lib.* 2. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 136. Rot. *in Romana viginti millium*, 11. *& 14. Maij* 1582. *coram Card. Lancellotto*, impressa per Farinac. *decis.* 1. *num.* 2. *p.* 2. *recent.* vbi fuit dictum, huiusmodi verbum esse resolutiuum, nec aliquod requirere extrinsecum factum. *& num.* 3. addit, quòd licèt verbum hoc sit commune, scilicet obliquum, & indirectum, tamen verbum commune ratione adiuncti potest effici directum, veluti si addantur verba *Pleno Iure*, ex adductis per Abb. *in cap. conquerente, num.* 4. vbi Felin. *num.* 1, *cum seq. de foro competen.* Rip. *in l. centurio, num.* 182. & Galiaul. *num.* 518. *ff. de vulgari*, & Tiraq. *in d. verb. reuertatur, num.* 138. *vers. quadragesimoprimo.*

Retrò.

Dictio CCCLII.

1 IMportat hæc dictio tria tempora, præsens, præteritum, & futurum, prout dict. *Olim, Quondam, Iam*, & *Dudum*, vt tradit Fulgos. *consil.* 22. *incip. Visis quatuor, circa finem, num.* 3. quem refert Cardin. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 366. *num.* 1.

Rogo.

Dictio CCCLIII.

1 VErbum hoc à summo Pontifice prolatum, habet vim præcepti, vt *in cap.* 1. *de statu Regul.* Glos. *in cap. Beatus* 7. *quæst.* 1. *& in cap. rogo*, 11. *quæst.* 3. cum multis, quæ eleganter cumulat Tiraq. *de pœnis temperan. causa* 35. *num.* 4. *cum seqq.* Butr. *in cap. nam concupiscentiam, in fine, de constitut.* & ibi Abb. *num.* 3. & Imol. *num.* 8. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 32. vbi obseruat, ratione subiectæ materiæ quandoque verba importantia consilium sumi pro præcepti verbis, & è contrà hæc pro verbis consilij. Et quid apud Latinæ linguæ Auctores, & Iureconsultos importet, tradit Monet. *de commut. vltim. volunt. cap.* 12. *num.* 193.

SVMMARIVM.

Rursus *aliquando importat*
- 1 Iterum.
- Denuò.
- 2 Posteà.
- Quasi.

3 Rursus, *secundùm legis dispositionem accipitur pro* Toties quoties, *attenta verò dispositione hominis, intelligitur pro secunda vice, & sic duabus vicibus est contenta.*

Rursus.

Dictio CCCLIV.

HÆc dictio importat idem quod *Iterum*, *Denuò*, vt *in l. pacta conuenta, in fine, ff. de contrahenda emption. & in l. damni, in fine, ff. de damno infecto*, cum aliis quæ adducit Rebuff. *in comment. ad l. sylua cædua*, 30. *vers. Rursus, ff. de verb. signific. pag.* 175. 1

Nonnunquam accipitur pro *Posteà*, vel *Quasi*, vt *in l. arbor. ff. comm. diuidun.* Aliquando pro *E contrà*, vt *in l. quicquid, ff. de verb. obligat. & in l.* 1. *C. de probat. & in auth. de nuptijs*, §. *Rursus.* Interdum pro, *Id est*, sumitur, vt *in auth. vt nullus fabricet oratoriam domum, in princip.* 2

Secundùm legis dispositionem hæc dictio accipitur pro *Toties*, *quoties*; attenta verò dispositione hominis, intelligitur pro secunda vice, & sic duabus vicibus est contenta, vide Bald. & Alex. *in l. si cum dotem*, §. 1. *num.* 8. *ff. solut. matrim.* Bart. *in l. eum, qui.* & ibi Alex. & Aret. *ff. de verb. oblig.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub hac dict. pag.* 103. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, num.* 36. *C. de in integr. restitut.* 3

SVMMARIVM.

1 *Subsidiaria est dict.* Saltem, *& diminutiua.*

2 *Numerum maiorem quàm fuerit expressum non excludit dictio* Saltem, *adiecta dispositioni numerali.*

3 Saltem, *includit etiam alia subiecta, quàm expressum sit, dummodò sint proportionabilia.*

4 *Exclusiua non est dictio* Saltem, *de sui natura.*

5 *Implicatiua, non autem limitatiua est dictio* Saltem.

6 *Alternatiua Ordinis, & non electionis est dictio* Saltem.

Saltem.

Dictio CCCLV.

ESt subsidiaria hæc dictio, & diminutiua, vt *in* 1 *cap. statutum*, §. *cum verò, de rescript. lib.* 6. Castren.

conf. 79. incip. Propleniori, num. 7. vers. contrarium, lib. 1. vbi ait, quòd posita inter duas petitiones per dict. *Saltem*, distinctas, censetur petere per subsidium. Et sic, si prima petitio non intrat, Corn. *consil. 190. in princ. vol. 1.* Bald. *cons. 69. incip. Factum tale est, numero 2. vers. nam dictio, lib. 2.* Paris. *cons. 34. num. 6. lib. 3.* Menoch. *consil. 1061. num. 44.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 104.* Surd. *cons. 447. n. 27. & de alim. tit. 8. priuil. 3. num. 6.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 367. num. 3. & 4.* Anton. Riccius *de iure personarum, lib. 5. cap. 2. num. 13.*

2 Adiecta disposition numerali non excludit maiorem numerum, quàm fuerit expressum, vt si dicatur quòd debeant esse tres canonici saltem, possunt adesse quatuor, quia non restringitur dispositio, vt *in cap. excommunicamus, §. addamus, de hæreticis*; tradunt Gemin. *cons. 37. incip. Dubitatur, num. 5. vers. secundo*, quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 367. num. 1.* vbi *num. 2.* cum eod. Gemin. *d. cons. 37. num.*

3 *6.* declarat, quòd hæc dictio *Saltem*, includit etiam alia subiecta, quàm expressum sit, dummodò sint proportionabilia; de quo etiam Vulpell. *citato loco.*

4 De sui enim natura non excludit. Gregor. *decis. 434. num. 7.*

5 Est implicatiua, non autem limitatiua, secundùm

6 Seraph. *decis. 787. num. 8.* Alternatiua est etiam, non electionis, sed ordinis, *vt in l. cùm pater, §. 1. ff. de leg. 2.* tradit Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. verb. Saltem, pag. 246. verso.*

SVMMARIVM.

1 *Superiora omnia modificat, & restringit dictio* Saluo, *& per illam supradicta limitantur.*

2 *Orationem præcedentem extinguit, & in negationem resoluit dict.* Saluo, *si non inueniat quid modificet.*

3 *Præcedentia non solùm, sed etiam sequentia modificat dict.* Saluo.

4 *Exceptionem à regula præcedenti denotat dictio* Saluo.

5 *Reseruatiua casuum sub ea positorum est dictio* Saluo.

Saluo.

DICTIO CCLVI.

1 HÆc dictio modificat, & restringit omnia superiora, & per illam supradicta limitantur, vt notant glos. *in l. si debitor, §. 1. ff. quibus modis pignus, & in l. item Labeo, §. purè, ff. famil. herciscun.* Dec. *cons. 5. num. 1. tom. 1. & cons. 656. num. 6. tom. 2.* Alciat. *de præsumptionib. reg. 2. præsumpt. 28. num. 4.* Corset. *in sing. Saluo Iure.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. Saluo.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. num. 1. vers. Insuper, pag. 104.* Menoch. *de arbitr. casu 303. num. 27. & cons. 61. num. 17. & cons. 334. num. 34. & cons. 514. num. 14. & cons. 631. num. 23.* Roland. *cons. 54. num. 13. tom. 4.* Surd. *cons. 572. num. 20.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 100. num. 1.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 308. num. 1.* Melchior Phebos Lusitan. *decis. 34. num. 13. tom. 1.*

2 Et in tantum de natura huius dictionis est modificare, vt si non inueniat quid modificet, extinguit orationem præcedentem, & in negationem resoluit, vt *in l. si quis a filio, §. 1.* & ibi glos. *ff. de legat. 1.* Ang. *cons. 290. num. 4. vers. quinimo.* Crott. *cons. 79. num. 56.* Roland. *cons. 54. num. 14. tom. 4.* Natt. *cons. 372. in fine.* Ozasc. Pedemont. *decis. 104. num. 10.* Octauian. Vulpell. *citato loco, num. 2.* Card. Tusch. *d. conclus. 308. num. 2.*

Amplia, vt non solùm modificet præcedentia, sed 3 etiam sequentia, secundùm Paris. *cons. 70. num. 15. cum seqq. vol 3.* Alciat. *cons. 101. num. 12.* Bec. *cons. 74. num. 14.* Menoch. *cons. 4. num. 24. & cons. 61. num. 17.* Surd. *d. cons. 522. num. 20.*

Exceptionem à regula præcedenti denotat hæc 4 dictio, vt *in l. si debitor, §. in venditione, ff. quibus modis pignus.* glos. *in l. actioni, C. de transact. & in cap. consultationi, de offic. deleg.* notat Octauian. Vulpell. *citato loco, statim in princip.* Menoch. *cons. 134. num. 11. & cons. 1042. num. 4.* Gutier. *practic. lib. 1, q. 3. num. 13.* Cened. *d. sing. 100. num. 3.* Melchior Phebos *d. decis. 34. num. 15.*

Est reseruatiua casuum sub ea positorum, vt per 5 Azeued. *ad l. 2. num. 154. tit 13. lib. 8. nouæ Recopil.*

Cætera habes sub Clausula *Saluo*, &c.

SVMMARIVM.

1 *Restrictiua de sui natura, vel declaratiua est dictio* Scilicet, *& ideò importat alterum de duobus, prout magis verisimile fuerit.*

2 Scilicet *dictum, quasi* Scire licet, *vsurpatur pro* Certè, *aut* Videlicet.

Scilicet.

DICTIO CCCLVII.

EST restrictiua de sui natura, vel declaratiua, & 1 ideò importat alterum de duobus, prout magis verisimile fuerit, vel secundùm benigniorem interpretationem, notant Fulgos. *cons. 141. num. 2.* Menoch. *cons. 328. num. 11.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 369. num. 1.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 105. & seq.*

Scilicet apud bonos Latinæ linguæ Autores, dictũ 2 quasi *Scire licet*, vsurpatur pro *Certè*, aut *Videlicet*. Cic. *lib. 10. epist. 26.* Scilicet id agitur, vtrùm hac petitione, an proxima Prætor fias. Idem *pro Milone*: Me scilicet latronem, ac sicarium abiecti homines, ac perditi designabant. Idem *Attic. lib. 4. epist. 15.* Si iaceo oppressus, & captus quo dolore esse debeo? pro te scilicet. Non rarò vsurpatur per ironiam. Cic. 4. *Verr.* Consumetur, inquis, scilicet, consumetur legitimum illud quinquennium. Idem *Attic. lib. 13.* Id populus curat, scilicet,

---

SVMMARIVM.

1 *Limitatiua, & restrictiua præcedentium est dict.* Secundùm.

2 *Promissionem, seu dispositionem limitat dictio* Secundùm.

3 *Causatiuè pro* Quia, *& interpretatiuè stat dictio* Secundùm.

4 *Modum, qui præſupponit eſſentiam denotat dict.* Secundùm.

5 *Aſſertiuè, & demonſtratiuè ponitur dictio* Secundùm.

6 *Relatiua eſt dictio* Secundùm, *& facit relationem eorum quæ ſuprà dicta ſunt.*

7 *Dict.* Secundùm, *importat, quòd tota diſpoſitio ad quam fit relatio, expreſſa videatur.*

8 *Cauſaliter, an verò conditionaliter intelligatur dict.* Secundùm, *oſtenditur, &* numero 9.

10 *Repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati & diſpoſitionis in ſequentem inducit dict.* Secundùm quod.

11 Secundùm, à Sequor, *vel* Secus *ducta, idem importat quod* Præter.

12 Secundùm, *pro* Poſt, *plerumque vſurpatur.*

Secundùm.

Dictio CCCLVIII.

1 HÆc dictio eſt limitatiua, & reſtrictiua præcedentium, vt per Dec. *conſ.* 195. *num.* 1. *& conſ.* 360. *num.* 6. *& in l.* 1. *C. de bonor. poſſeſſ. contra tabulas, num.* 4. Ruin. *conſ.* 61. *num.* 36. *ad medium, vol.* 5. Cotta *in memorabil. verb. ſecundùm, pag.* 750. Grat. *conſ.* 103. *num.* 20. *vol.* 1. *& conſ.* 26. *num.* 24. *vol.* 2. Gozadin. *conſ.* 62. *num.* 11. *verſ. præterea.* Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 28. *num.* 5.

2 Limitat igitur promiſſionem, ſeu diſpoſitionem, vt tradunt Gozadin. *conſ.* 31. *num.* 18. Neuizan. *conſ.* 12. *num.* 4. Socin. Iun. *conſ.* 122. *num.* 23. *vol.* 3. Menoch. *conſ.* 391. *num.* 5. Azeued. *ad l.* 1. *num.* 50. *tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ Recopil.* Surd. *conſ.* 460. *num.* 70.

3 Stat etiam cauſatiuè pro *Quia*, & interpretatiuè, vt per Menoch. *d. conſ.* 391. *num.* 32. Matien. *ad l.* 2. *num.* 12. *gloſ.* 9. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Recopil.*

4 Denotat modum, qui præſupponit eſſentiam, quæ ſine ſubſtantia ſtare non poteſt, vt poſt Bart. & Grat. notat Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. num.* 1. *pag.* 106.

5 Ponitur etiam aſſertiuè, & demonſtratiuè, vt *in cap. Abb. de verbor. ſignif.* declarat Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 370. *num.* 1. vbi *num.* 2. poſt Bald. *conſ.* 187. *in fine, lib.* 4. declarat, quòd hæc dictio poſita poſt ſpeciem importat demonſtrationem, poſt genus verò importat reſtrictionem, *& num.* 4. poſt Bald. *conſ.* 408. *num.* 8. *lib.* 1. obſeruat, quòd quando non poteſt importare demonſtrationem, importat ſimilitudinem.

6 Relatiua eſt, & facit relationem eorum, quæ ſupra dicta ſunt, vt *in l. item quæritur, §. idem Iulianus, ff. locati.* notant Iaſ. *in l. admonendi, num.* 32. *cum ſeqq.* & ibi Alex. & Ripa *ff. de iureiuran.* Bald. *conſ.* 53. *in princip. lib.* 5. Pariſ. *conſ.* 39. *num.* 4. *lib.* 3. Curt. Iun. *conſ.* 98. *num.* 4. Azeued. *d. l.* 1. *num.* 50. Ceual. *commun. contra comm. q.* 828. *num.* 130. Card. Tuſch. *d. lit. D.*

7 *concluſ.* 370. *num.* 3. Cened. *d. ſing.* 28. *num.* 6. Et importat, quòd tota diſpoſitio, ad quam fit relatio, expreſſa videatur, vt *in l. ſi teſtamentum, C. de inſtit.* notat Vulpell. *citato loco, num.* 2.

8 Vtrùm autem, & quando hæc dictio intelligatur cauſaliter, an verò conditionaliter, ſolet à Doctoribus dubitari, inter quos illa diſtinctio tradi ſolet, quòd quando apponitur in reſcriptis Iuſtitiæ, ſtat conditionaliter, quia omnia verba facti narratiua in huiuſmodi reſcriptis proculdubiò ſtant conditionaliter, ſempérque in eis ineſt tacita, vel expreſſa conditio: Si preces veritate nitantur. *l. fin. C. de diuerſ. reſcript.* At verò in legibus, priuilegiis, contractibus, ſententiis, & aliis, quæ fiunt cum cauſæ cognitione, & reſcriptis gratiæ, & eorum, ex quorum natura eſt aliquid diſponere, tunc ponitur cauſatiuè, cùm appareat de certa intentione reſcribentis, ad purè, & ſimpliciter diſponendum de narratis, & contentis in reſcripto, vt tradunt Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verb. Prout, in verſ. ad cuius intelligentiam.* Dec. *conſ.* 169. *num.* 4. *ante finem.* Felin. *in cap. ex parte, il* 1. *num.* 10. *de reſcript.* Bellon. *conſ.* 36. *num.* 5. Curt. Iun. *conſ.* 98. *num.* 4. Rom. *conſ.* 336. *num.* 2. aſſerentes, quòd quando ponuntur cauſatiuè, hæc dictio, & illi ſimilis *Prout*, falſa cauſa non vitiat diſpoſitionem, quando diſpoſitio in ſe eſt vera, nec tunc opus eſt, quòd illa relatio aliter verificetur. Et optimè tradit Boër. *deciſ.* 16. *num.* 1. ſubdens *num.* 2. quòd ſi quis fuerit condemnatus dare vnum par caponum, ſecundùm quod ſui anteceſſores ſoluebant, & ſoluere conſueuerant, dicitur purè condemnatus; quia illa verba non faciunt conditionem, & ideò non oportet probare, quòd anteceſſores ſoluere conſueuiſſent, quia hæc dictio non importat conditionem, ſed exponitur pro *Quia*. Ita tenent Alex. *conſ.* 146. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 63. *num.* 5. *& conſ.* 169. *num.* 4. *in fine, verſ. vltimò non obſtat, & in l. edita, num.* 86. *C. de eden.* Iaſ. *in l. admonendi, in* 2. *lect. à num.* 32. vbi Alex. & Rip. ac Caſtr. *col.* 3. *verſ. ſed quæritur, ff. de iureiuran.* Bologn. *conſ.* 2. *col.* 4. *verſ.* 4. Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, rubr.* 4. *§.* 6. *in verſ. Selon la generale couſtume, num.* 2. *pag.* 590. Octauian. Vulpell. *citato loco, verſ. & quid.* Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 34. *num.* 63. Matien. *d. l.* 2. *gloſ.* 9. *num.* 12. *ad medium, tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ Recopil.*

Intellige, vt procedat ſupradicta reſolutio, dummodò certitudo haberi poſſit in eo, quod relatum ſit, aliàs ſecùs, ſiquidem dictio *Secundùm*, vel *Prout* facerent conditionem, nec ſtarent cauſaliter, vt per Bald. *in l.* 1. *in fin. C. de Epiſcop. & Cleric.* Gram. *deciſ.* 59. *num.* 8. Socin. *conſ.* 53. *num.* 9. *vol.* 1. Cened. *d. ſing.* 28. *num.* 4. vbi ſublimitat, vt non procedat, quando relatio fit per eum, qui circa eam tunc habet poteſtatem diſponendi: nam ſi conſtat de eius voluntate, valet diſpoſitio data, quòd relatio non verificetur, licèt ad illam relatio facta ſit, & deinde ſublimitationem intelligit, vt procedat, & ſit vera, quando illa diſpoſitio, ad quam facta fuit relatio, non reperitur; quia tunc non receditur à diſpoſitione referente, quæ certa eſt. Secùs verò eſt, ſi diſpoſitio, ad quam fit relatio, reperiatur, & aliter dicit, quàm relatum fuerit; quia tunc illa diſpoſitio non valet, cùm erronea videatur. Et citat Alex. *conſ.* 9. *num.* 12. *verſ. & hoc ſaltem, vol.* 5. Zabarel. *conſ.* 11. *col.* 1. Dec. *conſ.* 63. *num.* 6. *& in cap.* 2. *col.* 2. *de reſcript. & in cap. quoniam Abbas, in fine, de offic. deleg.* Siluan. *conſ.* 68. *num.* 15. Pariſ. *conſ.* 7. *num.* 5. *vol.* 3. Neuizan. *conſ.* 12. *num.* 10. Bellon. *conſ.* 23. *num.* 2. *&* 3. Et licèt plures ex iis Doctoribus non loquantur ſpecificè de hac dictione, ſed de dictione *Prout*, tamen idem ſentire videntur de hac dictione, cùm idem ſint quoad propoſitum. 9

Dictio *Secundùm quod* inducit repetitionem qualitatum, & conditionum præcedentis legati, & diſpoſitionis in ſequentem, vt per Galganet. *de condit. & demonſtr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *num.* 13. 10

Apud bonos Latinæ linguæ Autores hæc dictio *Secundùm* à *ſequor*, vel *ſecùs* ducta eſt, propriè autem 11

idem

idem importat, quod *præter*. Cic. *Attic. lib.* 16. An iret ad tres legiones Macedonicas, quæ iter secundùm mare superum faciunt. Idem *Attic. lib.* 8. Et si secundùm mare ad me ire cœpisset, confestim in Samnium ad me venturum.

12 Plerumque pro *Post* vsurpatur. Cic. *Attic. lib.* 3. Spem ostendis secundùm comitia. Idem 1. *de Orat.* Sed opinor, secundùm hanc diem. Idem *in Orat.* In actione secundùm vocem, vultus valet, id est, primas vox tenet, secundas vultus. Idem 2. *Offic.* Secundùm Deum homines hominibus vtiles esse, id est, post Deum. Idem *Attic. lib.* 12. Secundùm te nihil est mihi amicius solitudine.

SVMMARIVM.

1 *Aduersatiuè ponitur dictio* Secùs, *& importat conditionem contrariam præcedenti dispositioni.*
2 Secùs, *interdum ponitur pro* Iuxta.
3 Secùs, *idem est quod* Aliter.
4 *Negandi vim habet dictio* Secùs.

Secùs.

Dictio CCCLIX.

1 Aduersatiuè ponitur hæc dictio, & importat conditionem contrariam dispositioni præcedenti, vt *in l. per seruum, §. penult. ff. de acquiren. rerum domin.* notant Bart. *in l.* 1. *num.* 11. *ff. de condit. & demonstr.* Surd. *cons.* 437. *num.* 29. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 107. vbi
2 subdit, quòd interdum ponitur pro *Iuxta*, vt *in l. quidam Hiberus, ff. de seruit. vrbanor. prædior.*
3 Apud Latinæ linguæ Autores idem est, quod *Aliter*. Cic. *in Brut.* Nemo dicet secùs. Idem *lib.* 6. *epist.* 4. Et si nonnullis idem videatur secùs. Idem *pro Planc.* Cuius ego salutem non secùs ac meam tueri debeo. Idem *pro Muren.* Non secùs ac si meus esset frater. Idem *Attic. lib.* 6. *epist.* 2. Id mihi autem erit maximè curæ, ne quid fiat secùs, quàm volumus.
4 Interdum negandi vim habet. Cic. *in Pison.* Rectè, an secùs, nihil ad nos. Idem *Attic. lib.* 1. *epist. penult.* Affirmat à se nihil cuiquam de re secùs esse dictum.

SVMMARIVM.

1 *Aduersatiua est dict.* Sed, *& quid operetur quando cum copula* Et, *vel sine illa ponitur, ostenditur.*
2 Sed, *interdum non aduersatur.*
3 Sed, *quandoque aduersatur proximè superioribus, nonnunquam ijs quæ sunt eiusdem qualitatis.*
4 *Inclusiuè stat dict.* Sed, *posita in materia prohibitiua post orationem negatiuam.*

Sed.

Dictio CCCLX.

1 Aduersatiua est hæc dictio, quæ si ponitur simpliciter sine copula *Et*, aduersatur præcedentibus in iure, & in facto; si verò cum copula & bene denotat diuersitatem facti, & identitatem iuris, vt *in l. sed & si lege, in princip. ff. de petitione hæred. & in l. patris, & filij, ff. de vulgari, & pupil.* vbi glos. & *in l.* 1. *in princip. & in l.* 2. §. 1. *Offilius, ff. ne quis eam.* notant Iaf. *in d. l.* 2. *num.* 11. *& in l.* 1. §. *municipes, num.* 3. *ff. de acquiren. possess.* Bart. *in l. qui quartam, num.* 4. *ff. de legat.* 1. *& in l. prætoris,* §. *sed & si nullus, num.* 1. per illum text. *ff. de prætor. stipulat.* Deci. *cons.* 335. *num.* 3. Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubr.* 7. §. 6. *in vers. magis, in princip. fol.* 984. *& cons.* 14. *num.* 22. Paris. *cons.* 45. *num.* 8. *vol.* 3. Boër. *decis.* 155. *num.* 20. Ruin. *cons.* 41. *num.* 8. *vol.* 2. Mandos. *in glos. facult.* §. *nos qui, in verb. sed, fol.* 109. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 108. Azeued. *l.* 2. *num.* 229. *tit.* 13. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Burgos de Pace *ad l.* 3. *Tauri, p.* 1. *conclus.* 2. *num.* 85. Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 35. *num.* 2. Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *disput.* 22. *num.* 18. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 35. *num.* 1.

Interdum etiam hæc dictio non aduersatur, vt 2
in l. 2. *in princip. vers. sed Seruius, ff. ad legem Rhodiam, de iactu, & in l. qui se debere, ff. de condict. causa data, & in* § *sciendum, vers. sed quidem, Instit. quibus non est permissum facere testament.* vbi ponitur pro *Etiam*, 3
quandoque aduersatur proximè superioribus, vt per Iaf. *in l.* 1. §. *municipes, num.* 3. *ff. de acquiren. possess. & in l. qui vsumfructum, num.* 8. *ff. de verbor. oblig.* Mandos. *in d. verb. sed, fol.* 109. *col.* 2. Cened. *d. sing.* 35. *num.* 5. Nonnunquam etiam aduersatur iis, quæ sunt eiusdem qualitatis, & aduersatur retentis eisdem terminis. Grat. *cons.* 15. *num.* 17. *vol.* 1. Portolef. *de conserv. cap.* 40. *num.* 10. Dec. *cons.* 386. *num.* 7. qui hoc limitat, quando esset diuersa ratio, quia tunc non repetit qualitates præcedentes, nec aduersatur retentis eisdem terminis, vt etiam notat Alex. *cons.* 66. *col.* 2. *vol.* 2. refert Cened. *d. sing.* 35. *num.* 6.

Posita in materia prohibitiua post orationem 4
negatiuam stat inclusiuè, ita vt denotet positum in oratione negatiua stare exclusiuè; & id, quod dictioni adiungitur, stare inclusiuè, vt tradunt Dominic. *in cap.* 2. *num.* 13. *de rebus Eccles. non alienan. lib.* 6. Mandos. *in glos. facult.* §. *habita, in verb. sed, fol.* 225. *col.* 1. *ad finem.* Rebuff. *in l. hæc verba, num.* 193. *ff. de verbor. signif. pag.* 852. *in princip.* Cened. *d. sing.* 35. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis affirmatiua est dict.* Semper, *& denotat regulam, & idem importat quod* Plerumque.
2 *Tempus omne includit dict.* Semper, *& exponitur pro* Omni tempore, *&* omni casu.
3 *Generalitatem quoad tempus, non quoad casus denotat dict.* Semper.
4 *Perpetuitatis nota est dict.* Semper, *& tunc pro* Perpetuò *solet exponi.*
5 *Tractum in futurum habet dict.* Semper.
6 *Temporis continuationem denotat etiam dict.* Semper, *& exponitur pro* Quotidie, *vel* Assiduè.
7 *Fideicommissum vt resultet absolutum, multum operatur dict.* Semper.
8 Semper, *aliquando accipitur pro* Multo-

ties.

ties, Frequenter, Plerumque.

9 Semper, *differt à dictione* Quandocumque.

10 Semper, *quandoque accipitur, id est*, In omni contractu.

11 Semper *restringitur secundum naturam actus cui adijcitur.*

12 Semper, *denotat idem quod* Continuè, *si iungatur actui, qui continuè fieri solet.*

13 Semper, *restringitur ad spatium* 30. *annorum, maximè in materia præscriptionis, vt* num. 14.

Semper.

Dictio CCCLXI.

1 VNiuersalis affirmatiua est hæc dictio, & denotat regulam, & idem importat, quod *Plerumque*, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 9. *num.* 221, 224. *& seq.* Socin. *cons.* 11. *num.* 5. *vol.* 1. Boër. *decis.* 158. *num.* 7. *&* 8. Ozasc. *decis.* 83. *num.* 8. Mandos. *in glos. facult.* §. *nos qui, in vers. semper, fol.* 100. *col.* 1. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 33. Surd. *cons.* 281. *num.* 1. Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 44. *num.* 1.

2 Includit omne tempus, exponiturque pro, *Omni tempore, & omni casu*, vt *in l.* 1. *ff. sol. matrim. & in l. quia semper, ff. de in ius vocan. & in cap.* 1. *de restit. in integr.* Boër. *decis.* 158. *num.* 4. Bero. *in rubr. de iurepatron. num.* 81. Paris. *cons.* 93. *num.* 17. *vol.* 2. Mandos. *in glos. facult.* §. *nos qui, in vers. Semper, fol.* 100. *col.* 1. Rebuff. *in concord. rubr. de Regia nominat.* §. 1. *in vers. Semper, fol.* 156. Cæsar de Grass. *decis.* 180. *num.* 15. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. vers. & qualificat, pag.* 109. Auendan. *ad l.* 40. *Tauri, glos.* 15. *num.* 1. Menoch. *cons.* 706. *num.* 36. Surd. *decis.* 112. *num.* 4. *& decis.* 255. *num.* 7. *& cons.* 179. *num.* 16. *& cons.* 281. *numero* 20. *& cons.* 402. *numero* 70. Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 66. *num.* 25. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. conclus.* 371. *numero* 1. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *lib.* 1. *quæst.* 39. *num.* 101. *& p.* 4. *cons.* 54. *num.* 5. Steph. Gratian. March. *decis.* 183. *num.* 6. Cened. *d. sing.* 44. *num.* 1. Accac. Anton. *in comment. ad l. Titio centum, num.* 105. *ff. de cond. & demonstr.* Rot. *decis.* 128. *num.* 3. *p.* 2. *diuers. & decis.* 146. *num.* 19. apud Farinac. *in* 1. *collect. nouissim. & decis.* 324. *num.* 14. apud eundem *p.* 1. *recent.* Denotat tamen generalitatem quoad tempus, non verò quoad casus, vt per Boër. *decis.* 158. *num.* 9. Cened. *d. sing.* 44. *num.* 5.

4 Est etiam nota perpetuitatis, & tunc exponi solet pro *Perpetuò*, vt *in l. semper in ciuitate. ff. de iure immunit. & in l. Caio*, §. *Imperator. ff. de alimen. & cib. leg. & in l.* 1. *ff. de iure dotium, & in l. fin. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & in l. quisquis*, §. *filij, C. ad leg. Iul. Maiest. & in l. lex quæ tutores*, §. *ante omnia, C. de adminis. tut.* notant Socin. *cons.* 11. *num.* 5. *vol.* 1. Gozadin. *cons.* 102. *num.* 7. Paris. *cons.* 37. *num.* 24. *vol.* 2. Ruin. *consil.* 128. *col. fin. vol.* 1. Roland. à Valle *cons.* 23. *num.* 18. *tom.* 4. Boër. *decis.* 158. *à princip.* Sim. de Prætis, *de interpret. vlt. volunt. lib.* 3. *dub.* 5. *n.* 19. *& seq.* Surd. *decis.* 112. *num.* 4. *& decis.* 255. *nu.* 7. *& cons.* 179. *n.* 14 *& cons.* 241. *num.* 32. *& cons.* 281. *num.* 18. *& cons.* 403. *num.* 70. *& cons.* 448. *num.* 7. Maresc. *variar. resol. lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 5. Rot. *decis.* 359. *num.* 3. *p.* 2. *diuers.* Mandos. *in glos. facult.* §. *nos qui, in vers. Semper, fol.* 110. *col.* 1. Auendan. *ad l.* 40. *Tauri, glos.* 15. *num.* 1. Mor-la *in emporio Iuris, tit.* 6. *in prælud. num.* 60. Octauian. Vulpell. *d. loco, statim in princ.* Menoch. *cons.* 106. *nu.* 63. *& cons.* 244. *num.* 22. *& cons.* 328. *num.* 96. *& cons.* 475. *num.* 2. Veral. *decis.* 35. *num.* 9. *p.* 2. vbi ait, quòd æquipollet dictioni *Perpetuò*. Azeued. *ad l.* 6. *num.* 31. *tit.* 15. *lib.* 4. *nouæ Recopil.* Molin. *d. cap.* 5. *num.* 33. Ioan. Garc. *de nobilit. glos.* 1. §. 1. *num.* 23. Gutier. *d. q.* 66. *num.* 25. Farinac. *d. p.* 1. *quæst.* 29. *num.* 70. Cened. *d. singul.* 44. *num.* 1. *vers. & ista dictio.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis.* 287. *num.* 8. *p.* 2. Rota *decis.* 231. *num.* 4. apud Farinac. *p.* 2. *recent.* vnde contrariam esse dict. nunquam dicit Hippol. *cons.* 40. *num.* 22. *vol.* 1. Et quòd habeat tractum in futurum, & notet tempus in sæcula sæculorum, & sine præfinitione tradunt Caputaq. *decis.* 35. *num.* 9. *p.* 2. Roland. *consil.* 23. *num.* 38. *&* 39. *tom.* 4. Mantic. *decis.* 39. *num.* 7. *vers. quartum adminiculum.* Menoch. *cons.* 38. *num.* 43. vbi dicit, quòd significat actum successiuum, & futurum respicit. 5

Quòd autem denotet etiam temporis continuationem, & exponatur pro *Quotidie*, vel *Assiduè*, per *l.* 1. §. *perenne, ff. de fluminibus.* notant Corn. *cons.* 171. *num.* 6. 7. *&* 13. *vol.* 2. Boër. *decis.* 158. *num.* 6. 7. *&* 9. *cum tribus seqq.* Mandos. *in d. vers. semper, fol.* 100. *col.* 2. Octauian. Vulpell. *citato loco, vers. & quòd ostendat.* Surd. *d. cons.* 281. *num.* 19. Farinac. *d. q.* 29. *num.* 70. Cened. *d. sing.* 44. *num.* 2. Aloys. Ricc. *proximè citato loco.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *cap.* 597. *num.* 14. Franc. Leo *in Thesaur. fori Ecclesiast. p.* 3. *cap.* 4. *num.* 109. Rot. *decis.* 445. *num.* 3. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* Et licèt inducat continuationem temporis, si tamen testis dicat, quòd talis semper à tali tempore, & citrà possedit, & posteà inueniatur modico tempore non possedisse, minimè est falsus, vt ait Rom. *cons.* 263. *per totum*, vbi Apostill. *in verb. pacificus, & cons.* 301. *in princip.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 371. *num.* 4.

7 In fideicommissis solet hæc dictio multùm operari, ad hoc vt resultet fideicommissum absolutum, vt per Curt. Iun. *cons.* 22. *num.* 23. *& cons.* 161. *num.* 12. Boër. *decis.* 158. *à num* 1. Cened. *d. sing.* 44. *num.* 3.

8 Aliquando hæc dictio accipitur pro *Multoties, Frequenter, Plerumque*, vt *in l.* 1. §. *semper*, vbi glos. *eod. verb. ff. vt legatorum, & in l. nam quem*, 149. *ff. de verbor. signif. & in l. fin. C. de testament.* notant Ozasc. *decis.* 87. *num.* 8. Farinac. *d. q.* 29. *num.* 70. Cened. *d. sing.* 44. *num.* 1.

9 Interdum differt à dictione *Quandocumque*, ex Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 10. Nonnunquam verò minimè, secundùm Surd. *cons.* 280. *num.* 21.

10 Quandoque vsurpatur, hoc est, in omni contractu, iuxta notata per Calder. Pereira *de empt. & vend. cap.* 4. *num.* 1.

11 Restringitur tamen secundùm naturam actus, cui adiicitur. Escobar. *de ratiocin. cap.* 41. *num.* 18. Octauian. Vulpell. *citato loco, vers. & capitur.* Rota *decis.* 268. *num.* 14. *p.* 1. *recent.* & etiam secundùm subiectam materiam, ex Surd. *cons.* 298. *num.* 21.

12 Vnde quando ista dictio iungitur actui, qui continuè fieri potest, denotat idem quod *Continuè*; si verò iungitur actui interpellato, tunc dicitur semper fieri, quod fit ex interuallo, & debito tempore, vt per Felin. *in proœm. Decretal. Rex pacificus, vers. sed & ista.* Corn. *cons.* 171. *num.* 7. *vol.* 2. Boër. *decis.* 158. *num.* 6. Cened. *d. sing.* 44. *num.* 4. *post princip.*

13 Restringitur à lege ad spatium triginta annorum, vt in text. iuncta glos. *in cap.* 8. *vers. quandocumque, de feudo dato in vicem legis commiss.* Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *glos.* 2. *num.* 9. Surd. *decis.* 2.

num. 10. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 2. num. 1.* Ceual. *commun. contra comm. q. 207.*

14 Et maximè in materia præscriptionis non importare temporis præfinitionem, sed restringi ad triginta annos, voluerunt Tiraq. *proximè citato loco.* Surd. *d. decis. 2. num. 12.* & Cened. *d. sing. 44. num. 4. in princip.*

SVMMARIVM.

1 Sæpè, *verificatur ad minimum in duobus.*
2 Sæpius, *quandoque duabus vicibus contentatur, regulariter tamen tres requirit actus.*
3 Sæpissimè, *requirit saltem numerum trium actuum, quandoque verò significat numerum infinitum.*
4 *Iudicis arbitrio relinquitur quot actus denotent dictiones* Sæpè, Sæpius, Sæpissimè.
5 Sæpè, *importat regulam esse in contrarium, & exceptionem propriè significat.*

Sæpè, Sæpius, Sæpissimè.

DICTIO CCCLXII.

1 VErificatur dictio *sæpe* ad minimum in duobus, vt *in l. iusta, & in l. liberorum, ff. de verbor. signif. & in auth. de testib. § quia verò, collat. 7. & in cap. consideres, de pœnitent. distinct. 5.*

2 Sæpius verò quandoque duabus vicibus contenta est, regulariter tamen tres requirit actus, vt *in l. veluti, § si. ff. de edendo, & in l. seruos, C. de vi pub.*

3 Sæpissimè requirit saltem numerum trium actuum, quandoque verò significat numerum infinitum, vide *l. vbi actum, in princip. ff. de verbor. oblig. cap. si quis erga.* vbi *glos.* 10. *q.* 7. notant de his tribus dictionibus agentes, Natt. *cons. 410. num. 19. tom. 2.* Grat. *cons. 150. num. 8. lib. 2.* Alberic. *in Dictionario, in verb. sæpe.* Dec. *in l. vnica, C. de error. calcul.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & criminalia, different. 168. num. 6.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. sæpius, num. 1. pag. 110.*

4 Arbitrio tamen Iudicis relinquitur, quot actus denotent huiusmodi dictiones, vt per Rebuff. *in comment. ad l. sæpe, § 3. vers. colligite, ff. de verbor. signif. pag. 270.* & per Matt. *de iurisdict. p. 2. cap. 23. num. 17.*

5 Important regulam esse in contrarium, & exceptionem propriè significant: quod enim sæpe fieri dicitur, non semper fit, *l. sæpe, ff. de offic. Præsidis, & sub dict. sæpe.* & idem probat text. *in l. si in diem, § fin. ff. de condit. & demonstr.*

SVMMARIVM.

1 *Alternatiuè, seu disiunctim, vt accipiatur propria vis, & significatio est dict.* Seu.
2 *Ordinis significatiua, atque alternatiua est dictio* Seu, *& natura sua cadit inter diuersa.*
3 *Similitudinem & conformitatem arguit dict.* Seu, *licèt ponatur inter diuersa.*
4 *Alternatiua dicitur dict.* Seu.
5 Seu, *disiungit verba inter quæ ponitur, dispositio verò de vno disiunctorum ampliatur ad aliud.*
6 *Copulatiua, & augmentatiua aliquando est dict.* Seu, *non verò disiunctiua, seu alternatiua.*
7 *Declaratiuè, & expositiuè interdum ponitur dictio* Seu, *præcipuè quando stat inter duas dictiones idem significantes.*
8 *Ampliatiuè, & augmentatiuè in legatis, & vltimis dispositionibus ponitur dictio* Seu, *sicut etiam ponitur in dispositione fauorabili, vt* num. 9.
10 *Ampliat moderatè dict.* Seu.
11 *Ampliatiua, & augmentatiua est dictio* Seu, *quando ponitur in legato concepto per verba pluralis numeri, secùs autem per verba numeri singularis, intelligendo vt ibi.*
12 *Copulatiuæ vim habet dict.* Seu, *quando ponitur inter duo, quorum vnum sub altero continetur.*
13 *Coniunctiuæ, & copulatiuæ vim etiam habet dict.* Seu, *quando ponitur inter genus & speciem, inter totum & partem.*
14 *Correctiuè nonnunquam stat dict.* Seu.
15 *Conditionem quandoque facit dict.* Seu.
16 Seu, *eandem vim habet quàm dict.* Siue.
17 Seu, & Vel, *in quo differant, ostenditur.*

Seu.

DICTIO CCCLXIII.

PRopria vis, & significatio huius dictionis est, vt 1 disiunctim, seu alternatiuè accipiatur, *l. 1. § sublata, ff. ad Trebell. l. si quis ita legauerit, ff. de auro, & argento legato, l. generali.* vbi Bart. *C. de sacrosanct. Eccles. l. filiæ.* & ibi Bald. *in prima opposit. C. de collat. cap. vlt. circa finem, 75. distinct.* notant Bart. *in l. si is, qui ducenta, §. verùm, num. 1.* & ibi Socin. *col. 2. ff. de reb. dub.* Gom. *in § sed iste, num. 36. Instit. de act.* Rom. *cons. 65. ad finem, & cons. 179. num. 8.* Gemin. *cons. 28. num. 11.* Natt. *cons. 650. num. 6.* Mandos. *in glos. facult. §. & proprium, in vers. seu, fol. 331. col. 2.* Alex. *cons. 79. num. 5. vol. 5.* Franc. *in cap. licet, num. 3. de offic. Vicar. in 6.* Strach. *in tract. de adiectio, p. 4. q. 1. à num. 4.* Octauian. Vulpell. *de prapos. & aduerb. signif. sub hac. dict. pag. 111.* Menoch. *cons. 738. num. 1. & 8.* Cened. *post libr. canonic. & practic. quæst. sing. 15. num. 1.*

Et ita est significatiua ordinis, atque alternatiua, 2 ex Menoch. *cons. 341. num. 1. & 2. & cons. 1061. num. 41.* Natura enim sua cadit inter diuersa, secundùm Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 48. num. 17.*

Et licèt ponatur inter diuersa, arguit tamen simi- 3 litudinem, & conformitatem, vt per Card. Seraphin. *decis. 393. num. 8.*

Et tunc propriè dicitur dictio alternatiua, quia 4 de sui natura hoc importat. Crauet. *cons. 967. num. 3. cum seq.* latè Ægid. Bellam. *cons. 39. num. 6. 7. & 8.* vbi subdit, quòd licèt quandoque ampliet, vel coniungat secundùm propriam naturam, importat alternatiuam. Rom. *cons. 179. num. 7.* Patris. *de confident. q. 29. num. 46.* Gabr. *cons. 118. num. 3. & 4. lib. 2.* Card. Tusch. *d. conclus. 372. à num. 29. & ead. lit. D. conclus.*

244. *num.*

244. *num.* 7. vbi *num.* 1. poſt Calder. *conſ.* 248. *circa medium*, aliàs *conſ.* 27. *de præben.* Rom. *conſ.* 65. *in fine*, *& conſ.* 179. *num.* 7. ſubdit, quòd ponitur inter nomina alternatiua.

5 Et quòd diſiungat verba, inter quæ ponitur, ſed tamen diſpoſitio de vno diſiunctorum amplietur ad aliud, tenet Bald. *conſ.* 331. *num.* 6. *lib.* 3. quem refert Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 372. *num.* 2. Et licèt verba diſiungat, coniungit tamen ſenſum, vt per Socin. Iun. *in l. Centurio. num.* 174. *verſ. ad ſecundum*, *ff. de vulgari.* Apoſtill. ad Roman. *conſ.* 179. *num.* 7. *in verb. Regulariter.* Curt. Iun. *conſ.* 145. *num.* 12. Octauian. Vulpell. *citato loco.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 372. *num.* 20. vbi *num.* 21. poſt Iaſ. *in l. ſi ita quis ſtipuletur*, *num.* 3. *& 4 ff. de verbor. oblig.* declarat, quòd diſiungit quoad verba, & ſenſum, quando ſunt res diuerſæ; ſi verò eadem res, vel perſona, habet plura nomina, diſiungit verba, & coniungit ſenſum.

6 Aliquando hæc dictio non eſt diſiunctiua, vel alternatiua, ſed potiùs copulatiua, & augmentatiua, vt tenent Iaſ. *conſ.* 64. *num.* 2. *vol.* 1. vbi dicit, quòd regulariter ita ſtat. Corn. *conſ.* 18. *col.* 3. *verſ. quinimò*, *vol.* 1. Cotta *in memorabil. in verb. ſeu.* Dec. *conſ.* 69. *num.* 5. *verſ. præterea. & in l. petens*, *num.* 11. per illum text. *C. de pactis.* Aym. *conſ.* 105. *num.* 5. Grat. *conſ.* 153. *num.* 22. *&* 57. *vol.* 2. Socin. *conſ.* 63. *num.* 21. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 22. *num.* 64. *&* *num.* 68. *vol.* 3. *& conſ.* 7. *à num.* 38. *vol.* 2. Cæpol. *conſ.* 2. *crim. num.* 5. Rom. *conſ.* 363. *num.* 2. Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de collat. §. videlicet*, *in verb. ſeu.* Gom. *in cap. ſtatutum*, *num.* 22. *de reſcript. lib.* 6. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 14. *num.* 44. Mandoſ. *in d. verſ. ſeu*, *in princip. fol.* 331. Brunor. à Sole *in locis communib. verb. dictio*, 28. Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 26. *gloſ.* 6. *num.* 7. Menoch. *conſ.* 307. *num.* 28. *& conſ.* 753. *num.* 19. Bern. d. Muſcatel. *de cognit. & probat. delictorum*, *in proœmio*, *num.* 11. Cened. *d. ſing.* 15. Card. Tuſch. *d. lit. D. concluſ.* 372. *num.* 9. vbi poſt gloſ. *in l. decernimus*, *C. de Epiſcop. audientia.* & Alex. *conſ.* 22. *col.* 2. *lib.* 1. declarat, quòd ſi copula cum hac dictione ponatur inter ea, quæ ſunt diuerſa, ſtat augmentatiuè. *& num.* 16. poſt Bald. *conſ.* 218. *num.* 3. *lib.* 2. pariter declarat, vt ampliatiuè ponatur, quando ponitur inter diuerſa: ſecùs ſi ponatur inter ea, quorum vnum venit ad poſitionem alterius, quia tunc ponitur reſtrictiuè, vel declaratiuè. *& num.* 17. ſubdit, quòd ſi poteſt poni vtroque modo, exponitur augmentatiuè.

7 Interdum ponitur declaratiuè, & expoſitiuè, præcipuè quando ſtat inter duas dictiones idem ſignificantes, quia exponit etiam præcedentia, vt *in cap. licet*, *in princip. de elect. & in cap. bona*, 1. vbi *gloſ.* 1. *de poſtulat. Prælator.* notant Alberic. *in Dictionario*, *verb. ſeu.* Strach. *d.* 4. *part. q.* 1. *num.* 6. Cened. *d. ſing.* 15. *num.* 10. Gemin. *conſ.* 115. *circa finem*, *num.* 7. *verſ. quia dictio ſeu.* Bald. *conſ.* 442. *num.* 2. *verſ. item illa dictio*, *lib.* 1. *& conſ.* 218. *num.* 3. *verſ. ſi autem ponitur*, *lib.* 2. Caſtr. *conſ.* 379. *verſ. tertiò dico*, *lib.* 1. vbi ait, quòd ſtat expoſitiuè, ne inducatur ſuperfluitas in diſpoſitione teſtatoris. Socin. Iun. *ad d. l. Centurio*, *num.* 174. *verſ. ad ſecundum.* Apoſtill. ad Rom. *conſ.* 179. *num.* 7. *verb. Regulariter*, *verſ. & id circò.* Vulpell. *citato loco*, *num.* 7. *verſ. & id.* Menoch. *conſ.* 755. *num.* 5. *& conſ.* 1029. *num.* 13. Seraphin. *deciſ.* 393. *num.* 9. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 372. *num.* 4 vbi *num.* 6. cum Bald. *conſ.* 203. *num.* 2. *lib.* 5. ampliat, vt declaret etiam hæc dictio. *& num.* 7. poſt Alex. *conſ.* 125. *in princip. lib.* 7. addit, quòd quando ponitur inter genus, & ſpeciem, putà in ſtatuto loquente, quòd fiat compromiſſum inter coniunctos, ſeu conſortes, ſtat declaratiuè, videlicet coniunctos, id eſt, qui ſint de eadem parentela. Et tunc ponitur pro *Quia*, vt *in l. commodiſſimè.* vbi Caſtr. *num.* 5. *ff. de liber. & poſthum.* Dec. *in rubr. C. qui admitti*, *in* 1. *lectura*, *num.* 26. *in fine.* Bart. *in l.* 1. *ff. de offic. eius*, *num.* 7.

In legatis, & in vltimis diſpoſitionibus fauore 8
legatorum iſta dictio *Seu* ſemper ponitur ampliatiuè, & augmentatiuè, & copulat potiùs, quàm diſiungit, & ex ea vtrumque debetur, *l. ſi quis ita legauerit*, *ff. de auro*, *& argento legato.* vbi text. ait, quòd ſi teſtator dicat: Titio vina, quæ in Vrbe habeo, ſeu in portu, do, lego: omnia in legato veniunt. Ex quo ad varia ampliantes ita tradunt Bart. *in d. l. ſi is*, *qui ducenta*, *oppoſ.* 6. *& in l. cùm quis decedens*, *§. vlt. ff. de legat.* 3. Panorm. *in cap. inter cæteras*, *num.* 4. vbi Dec. *num.* 9. *de reſcript.* Alex. *conſ.* 193. *num.* 4. *vol.* 2. Calder. *conſ.* 548. *in fine*, aliàs 4. *de verbor. ſignif.* Iaſ. *conſ.* 64. *num.* 2. *vol.* 1. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 5. *num.* 10. *ad medium.* Archid. *in cap. ſtatuimus*, *§. cùm verò*, *col.* 1. *de reſcript. in* 6. vbi Gom. *num.* 22. *& in §. ſed iſte*, *num.* 38. *Inſtit. de act.* Natt. *conſ.* 626. *num.* 11. Cremen *ſing.* 57. Rom. *ſing.* 552. Strach. *in tract. de adiecto*, *in* 4. *parte*, *q.* 1. *a num.* 4. Bald. *conſ.* 442. *incip. Verba*, *num.* 2. *lib.* 1. plenè Crauet. *conſ.* 105. *num.* 6. vbi quòd is, qui vendidit cameram, ſeu angulare, dicitur vendidiſſe vtrumque; quia vel auget, vel copulat, ne verba ſint ſuperflua. Cened. *d. ſing.* 15. *num.* 3. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 372. *num.* 11. *cum ſeqq.* quidquid contrarium teneant Bald. Mar. Socin. & Rip. *num.* 44. *in d. cap. inter cæteras.* Fachin. *controuerſ. lib.* 5. *cap.* 68. *verſ. ſed contrarium.* Cavalcan. *de vſufructu mulieri relicto*, *cap.* 9. *num.* 98. vbi ait, ſibi perſuadere non poſſe, quòd ſi teſtator legat vxori vſumfructum fundi Semproniani, ſeu Cornelſani, quòd vtrumque debeatur; quia hoc videtur eſſe contra expreſſam mentem teſtatoris, qui alterum tantùm relinquere voluit.

Verùm hoc multipliciter declaratur, & primò, 9
vt dictio hæc poſita in diſpoſitione fauorabili, prout in beneficio Principis, vel Indulgentia conceſſa pro ſalute animæ, tunc ſtat augmentatiuè, & ampliatiuè. Rom. *conſ.* 179. *num.* 7. *& conſ.* 363. *num.* 2. *verſ. ſecundò demonſtratur.* Alex. *conſ.* 193. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Card. Tuſch. *d. concluſ.* 37. *num.* 12. *cum ſeqq.*

Secundò, vt ampliet, moderatè tamen, ſicut dictio 10
Plus, quæ ad modicam ſummam referri ſolet, vt per Iaſ. *in l. cùm quidam*, *num.* 1. *C. de verbor. ſignif.* Cotta *in memorabil. verb. ſeu.* Strach. *d.* 4. *parte*, *q.* 1. *num.* 7. Cened. *d. ſing.* 15. *num.* 5.

Tertiò declara, vt procedat, quando dictio *Seu* 11
ponitur in legato concepto per verba pluralis numeri; ſecùs autem, ſi per verba numeri ſingularis. Vnde ſi teſtator legat equum ſuum album, ſeu nigrum, vnus tantùm debetur; quia ex eo quòd teſtator vſus eſt ſingulari numero, apparet, vnicum equum legare voluiſſe, vt tenent Bald. *in d. cap. inter cæteras*, *col. fin.* vbi Mar. Socin. Euerard. *in loco à vi numeri*, *ex princip.* Strach. *d. p.* 4. *q.* 1. *num.* 8. ſed Couar. *d. cap.* 5. *num.* 10. *poſt princip. verſ. nec refert*, hanc limitationem reiicit, dicens, quòd nihil refert, an concipiatur legatum per verba ſingularis, ſeu pluralis numeri; vnde ſecundùm illum non eſt vis, an verba concipiantur in numero plurali, vel ſingulari.

Quartò declara, quòd quando hæc dictio po- 12
nitur inter duo, quorum vnum ſub altero continetur, habet vim copulatiuæ, & tunc non diſiungit, ſed potiùs copulat, & ampliat. Ita Dec. *in d. cap. inter cæteras.* & ibi Rip. *num.* 44. Strach. *d. p.* 4. *q.* 1. *num.* 9. Couar. *d. cap.* 5. *num.* 6. *verſ. non obſtat.* Cened. *d. ſing.* 15. *num.* 7.

13 Coniunctiuæ, & copulatiuæ vim quoque habet, quando ponitur inter genus & speciem, inter totum & partem. Ita Dec. & Rip. *num.* 44. *in d. cap. inter cæteras.* Strach. *d. p.* 4. *quæst.* 1. *num.* 9. *ad med. vers. Quibus addes.* Couarr. *d. cap.* 5. *num.* 10. *vers. non obstat.* Cened. *d. sing.* 15. *num.* 8.

14 Nonnunquam correctiuè stat hæc dictio, vt *in cap.* 1. *de statu Regul. lib.* 6. Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. in §. insuper, verbo Seu.* Ias. *conf.* 64. *num.* 2. *vol.* 1. Apostill. ad Roman. *conf.* 179. *num.* 7. *verbo Regulariter, vers. Quandoque.* Menoch. *conf.* 817. *num.* 7. Card. Tusch. *d. concluſ.* 372. *num.* 24. Et fuit dictum *in Gerunden. Vini* 4. *May* 1616. *coram Illustrissimo Patriarcha Pamphilio.*

15 Quandoque conditionē facit; Apostilla ad Rom. *conf.* 179. *verbo Regulariter, vers. Interdum autem,* quem refert Card. Tusch. *d. concl.* 372. *num.* 25.

16 Hæc dictio *Seu*, habet eandem vim & naturam, quam dict. *Siue*, secundùm Cened. *singul.* 42. *num.* 1. Apostil. ad Rom. *d. conſ.* 179. *in verbo Regulariter, circa finem, vers. præterea aduerte,* quem refert Card. Tusch. *d. concl.* 332. *num.* 26.

17 Est tamen differentia inter hanc dictionem, & dict. *Vel*, quia dict. *Vel* disiungit verba, & mentem; hæc verò dict. *Seu*, disiungit verba, sed non mentem. Ita Castren. *conſ.* 162. *incip. Viſis, num.* 4. *vers. nec obstat, lib.* 2. vbi Apost. citat Corn. *conſ.* 113. *propè num.* 3. *lib.* 4. & Socin. *conſil.* 64. *vers. capiendo, lib.* 1. *num.* 11. quos refert Card. Tusch. *d. concluſ.* 372. *numero* 3.

SVMMARIVM.

1 *Conditionem regulariter denotat dict.* Si.

2 *Conditio ſi repugnaret facto diſponentis, tunc eam non denotat dict.* Si.

3 *Conditionem quando non importat dictio* Si, *refertur.*

4 *Conditio reſultans ex dictione* Si, *inducit formam.*

5 *Dict.* Si, *quando apponitur termino de præterito, exponitur pro* Quamuis, *ad deducendam concordiam in depoſitione teſtium.*

6 *Monitionem potiùs, quàm conditionem importat dict.* Si.

7 *Cauſam finalem nonnunquam deſignat dict.* Si, *prolata à lege.*

8 *Dubiam rem interdum facit dict.* Si.

9 Si, *quandoque ponitur pro* Quia, *præcipuè quando ponitur ſuper re certa.*

10 Si, *non ſemel pro* Quando, *exponitur.*

11 *Aduerſatiua eſt dict.* Si autem.

12 *Aduerſatiua in iure, & in facto eſt dictio* Si verò; *quod declaratur multipliciter ibi.*

Si.

DICTIO CCCLXIV.

1 REgulariter hæc dictio denotat conditionem, maximè iuncta verbo futuri temporis, vt *in l.* 1. vbi Doctores *ff. de cond. & demonſtr.* & *in l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. eod. tit. & in l.* 1. *§. ſi quis, ff. de verb. oblig.* notant Bart. *in d. l.* 1. *num.* 2. *&* 3. vbi distinguunt Ias. *in l. extraneum, num.* 4. *ff. de hæred. inſtituend.* Oldr. *conſ.* 242 *n.* 7. *vers. ſed ad hoc inſtatur.* Alex. *conſ.* 127. *incip. Viſo proceſſu, in princ. lib.* 7. Bald. *conſ.* 150. *incip. Propònitur, n.* 7. *vers. reſtat, lib.* 5. vbi ait, quòd importat cōditionem; non autem modum, prout è contra dict. *Vt*, importat modum, & non conditionem, Octau. Vulpel. *de præpoſ. & aduer. ſignif. ſub hac dict. pag.* 113. Castren. *conſ.* 259 *col.* 2. *circa med. vers. ad quod facit, lib.* 1. vbi ait, quòd præcisa conditionem importat. Becc. *conſ* 41. *nu.* 26. Gozad. *conſ.* 51. *n.* 10. Grat. *conſ.* 48. *num.* 6. *lib.* 1. *& conſ.* 26. *num.* 21. *& conſ.* 43. *num.* 32. *& conſ.* 49. *num.* 7. *& conſ.* 50. *num.* 10. *lib.* 2. Pariſ. *conſ.* 18. *num.* 1. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 70. *num.* 9. *tom.* 2. Socin. iun. *conſ.* 46. *num.* 23. *vol.* 4. Honded. *conſ.* 60. *num.* 24. *& conſ.* 6. *num.* 18. *& conſ.* 16. *num.* 36. *& conſ.* 34. *num.* 5. *vol.* 1. Nicol. Genua *in tract. de verb. enunciat. quæſt.* 4. *nu.* 17. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 15. *nu.* 14. *& conſ.* 262. *num.* 3. *& conſ.* 498. *nu.* 24. *& de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 21. *num.* 27. *& præſumpt.* 34. *nu.* 24. *& præſumpt.* 183. *num.* 53. Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 10. *tit.* 5. *num.* 4. Rimin. iun. *conſ.* 173. *num.* 19. *& conſ.* 617. *num.* 26. Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuileg.* 17. *rem.* 3. Vinc. de Franchis Neapol. *deciſ.* 231. *num.* 2. Ioſeph. de Seſſe Aragon. *deciſ.* 131. *num.* 11. Surd. *conſ.* 381. *num.* 11. Rota Bonon. *diuerſ. deciſ.* 34. *num.* 31. Farin. *in praxi crim. p.* 1. *quæſt.* 46. *num.* 3. Ferrer. *in conſtit. Cathaloniæ. gloſ.* 5. *num.* 133. *&* 190. Flamin. Pariſ. *de confident. benef. quæſt.* 32. *num.* 12. Card. Tusch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 373. *num.* 2. *&* 3. *& latiùs lit. C. concl.* 583. *num.* 1. *cum ſeq.* Glorit. *reſp.* 1. *p.* 3. *num.* 26. *& reſp.* 6. *num.* 15. Et fuit dictum *in Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ* 1. *Februarij* 1608. *coram Card. Lancellotto,* impreſſa per Farin. *deciſ.* 505. *num.* 1. *p.* 2. *recent.* & nouiſſimè *in Ianuen. Abbatiæ* 22. *Iunij* 1626. *coram Buratto.*

Declara, niſi conditio repugnaret facto diſponentis; putà ſi teſtator inſtituit hæredem ſi non diſſipauerit, & non alienauerit; quia hæc eſt inſtitutio conditionalis. Tamen ſi teſtator dedit licentiam hæredi alienandi certa forma tradita, hæc inſtitutio non poteſt eſſe conditionalis, quia repugnaret facultati alienandi, ſeruata certa forma, vt per Bald. *conſ.* 67. *incip. Queſitum eſt, in princ. lib.* 1. quem refert Card. Tusch. *d. lit. C. concluſ.* 583. *num.* 4. vbi *num.* 7. *&* 8. poſt eumdem Bald. *conſ.* 76. *incip. Factum, vers. porrò, lib.* 1. reſtringit, non importare conditionem, quando hæres inſtituitur, ſi adiuerit hæreditatem, quin eo repudiante hæreditas vadat ad coniunctum cum onere ſuo. Et pariter reſtringit, quando hæreditas eſt data cum onere, ſi deueniat in fideicommiſſarium, quia tunc iſta dictio, *Si deueniat*, non importat conditionem, quin fideicommiſſario repudiante debeantur legata. 2 3

Illud aduertere oportet, quòd conditio reſultans ex hac dictione *Si* inducit formam, ſecundùm Bald. *in auth. matri, & auiæ, C. quando mulier offic. tut.* Ruin. *conſ.* 199. *num.* 1. *vol.* 1. Tiraq. *de retract. conuent. §.* 2. *gloſ.* 1. *num.* 3. Becc. *conſ.* 39. *num.* 19. *& conſ.* 58. *num.* 18. *vol.* 1. Menoch. *conſ.* 35. *num.* 6. Surd. *conſ.* 371. *num.* 69. Glorit. *reſp.* 1. *p.* 3. *num.* 27. 4

Licèt autem hæc dictio importet conditionem, tamen quando apponitur termino de præterito, exponitur pro *Quamuis*, ad inducendam concordiam in depoſitione teſtium. Alex. *conſ.* 64. *num.* 4. *lib.* 4. Bolognin. *ad conſ. Ioan. de Anania,* 55. *num.* 8. Franc. Marc. *deciſ.* 231. *num.* 2. *p.* 2. Card. Tusch. *d. lit. D. concluſ.* 373. *num.* 3. 5

Aliquando hæc dictio importat potiùs monitionem, quàm conditionem, ſecundùm Ioſeph. de Seſſe *deciſ.* 31. *num.* 7. 6

7 Nonnunquam prolata à lege importat, & designat causam finalem, vt per Bart. *in l. 1. ff. de donat.* Ias. *in l. 2. §. quòd si in pactis, ff. soluto matrimon.* Gozadin. *cons. 51. num. 10.*

8 Interdum rem dubiam facit, iuxta tradita per Menoch. *de præsumptionib. lib. 6. præsumpt. 28. num. 4.*

9 Quandoque ponitur pro *Quia*, præcipuè quando ponitur super re certa, vt *in l. commodissimè.* vbi Castr. *num. 5. ff. de liber. & posthum. l. videamus, in princip. ff. de in litem iuran.* Corn. *cons. 119. num. 1. vol. 1.* Alex. *cons. 1212. incip. Ponderatis, num. 32. vers. & licet, lib. 6.* Vital. de Camb. *in tract. clausul. pag. 20. col. 1. num. 1.* Octauian. Vulpell. *citato loco, num. 1. in fine.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 373. num. 4.* vbi *num. 5.* subdit, quòd importat quandoque causam, & ponitur *Si verò, Quia.*

10 Non semel pro *Quando* exponitur, vt per Bart. *in l. hac verba, num. 4. ff. de legat. 1.* Paris. *de confident. beneficial. q. 32. num. 11.*

11 Dictio *Si autem* est aduersatiua, quæ continet repetitionem præcedentium, nisi coniectura sit, quòd repetitio non fiat de omnibus, sed de aliquibus. Ita Bald. *cons. 135. incip. Factum proponitur, lib. 4.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 240. num. 10.*

12 Dictio *Si verò* est aduersatiua in Iure, & in facto, vt per Alex. *cons. 134. num. 23. lib. 6. & cons. 99. num. 9. lib. 7.* Abb. *cons. 63. in fine, lib. 1.* Gutier. *in l. nemo potest, num. 268. ff. de legat. 1.* Ferret. *in constit. Cathalonia, glos. 3. num. 50.* Card. Tusch. *d. conclus. 240. num. 2. & 3.* vbi *num. 4.* post Signorol. *cons. 110. num. 12. vers. præterea*, restringit, quòd non est aduersatiua, quando cadit inter ea, quæ eadem ratione censentur, vel quando obuiat Ius publicum, & quando identitas rationis inter casum, & casum adest. *& num. 5.* post Zabarel. *cons. 68. num. 1.* subdit, quòd hæc dictio *Si verò* importat, vt præcedens dispositio excludat sequentem, & durante prima non intrat secunda aduersatiua.

SVMMARIVM.

1 *Continuatiua & repetitiua formæ ac qualitatis præcedentis vocationis est dict.* Sic.
2 *Limitatiua est dictio* Sic, *habens relationem ad præcedentia, & ad ea concessionem restringens.*
3 *Illatiuè, seu expositiuè stat dict.* Sic, *iuncta cum copula præcedenti.*
4 *Declaratiua modorum expressorum est dictio* Sic.
5 *Demonstratiua ad oculum quoad formam, & modum faciendum, est dict.* Sic.

Sic.

DICTIO CCCLXV.

1 EST continuatiua, & repetitiua formæ, ac qualitatis præcedentis vocationis, & significat idem quod *sicut*, vt per Grat. *cons. 106. num. 52. & cons. 21. num. 80. lib. 2.* Ioan. Garc. *de nobilitate in diuisione, num. 51.* Menoch. *cons. 1040.* Gutier. *practic. lib. 3. q. 19. num. 23.* Rota *decis. 455. num. 10.* apud Farinac. *p. 1. recent. & decis. 432. num. 6. & decis. 687. num. 9. p. 2. recent.*

2 Limitatiua etiam est, habens relationem ad præcedentia, & ad ea concessionem restringens. Grat. *cons. 106. num. 52. lib. 2.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. statum in princip.*

Iuncta cum copula præcedenti stat illatiuè, seu 3
expositiuè, vt *in cap. frequens, in princip. vers. & sic, de restitut. spol. lib. 6.* Et colligitur ex notatis per glos. *verb. præter, in cap. ex ore, de priuileg.* Ruin. *cons. 102. num. 12. lib. 2. & cons. 184. num. 6. eod. lib. 2.* Sarnen. *de triennali, q. 10. num. 7.* vbi quòd est declaratiua 4
modorum expressorum, Honded. *cons. 64. num. 7. lib. 2.* Cened. *practic. & canonic. quæst. lib. 1. q. 21. num. 17.* Rota *decis. 128. num. 4. p. 2. diuers.* Vulpell. *citato loco*, vbi subdit, quòd est demonstratiua ad ocu- 5
lum quoad formam, & modum faciendum, *per l. Gallus, §. ille casus. ff. de liber. & posthum.*

SVMMARIVM.

1 *Similitudinem omnimodam, & identitatem importat dict.* Sicut.
2 Sicut, *idem importat ac si diceretur,* Eodem modo.
3 *Relationem importat aliquando dictio* Sicut, *& limitat totam dispositionem secundum relatum.*
4 *Causam designat dict.* Sicut, *quando apponitur in dispositione de sui natura ordinata ad aliquid concedendum, & ponitur pro* Quia, *si dispositio est certa.*
5 *Conditionem importat dictio* Sicut, *in confirmatione facta in forma communi, secus si confirmatio est ex certa scientia, quia tunc importat causam.*
6 *Causatiuè stat in priuilegijs dict.* Sicut.
7 Sicut, *ad quæ referatur, ostenditur.*

Sicut.

DICTIO CCCLXVI.

IMportat hæc dictio omnimodam similitudinem, 1
& identitatem, vt *in l. si quis obreperit, ff. de falsis, & in cap. olim, de verb. signif. & in cap. cùm in Ecclesia, de præbend. lib. 6.* notant Angel. *cons. 338. incip. Simon. num. 3.* Anton. de Butr. *cons. 19. num. 4. vers. item.* Roman. *cons. 328. num. 7. & seq.* Carau. *super Constit. Regni, in repet. vers. Sicut.* Honded. *cons. 86. num. 54. vol. 2.* Tiraq. *de iure primog. quæst. 40. num. 30.* Decian. *cons. 9. num. 16. vol. 2.* Socin. sen. *cons. 255. incip. Visis, num. 1. lib. 2.* Menoch. *cons. 232. num. 22.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Sic, vers. Sicut, pag. 114.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verb. dictio 29.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 374. num. 1. cum seqq.* vbi *num. 13.* limitat, non omninò importare similitudinem, quando loquitur inter habentes diuersam potestatem. De quo etiam Gemin. *consil. 79. numero 9. vers. Nec obstat si dicatur.*

Eadem importat ac si diceretur, *Eodem modo*, vt no- 2
tatur *in l. Sicut, ff. quod cuiusque vniuers. nom.* Gozad. *cons. 8. num. 18.*

Aliquando importat relationem, & limitat totam 3
dispositionem secundùm relatum, vt per Angel. *consil. 338. num. 4. vers. pro hoc facit.* Alex. *cons. 23. num. 4. 5. & 6. lib. 7.* Natt. *cons. 387. in fine,* Rot. *decis. 555. num. 6.* apud Farin. *p. 2. recent.* Azeued. *l. 1. num. 50. tit. 1. lib. 6. noua Recopil.* vbi ait, quòd denotat formam,

modum, & dispositionem limitatiuam, & relatiuam, Galganet. *de condit. & demonstr. p. 2. cap. 1. quæst. 18. num. 15.* vbi dicit, quòd facit repetitionem qualitatum, & conditionem præcedentis legati & dispositionis in sequentem Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 374. à num. 1.* vbi *num. 10.* post Bald. *cons. 209. post med. vers. casus est, lib. 3.* declarat, quòd referri debet solùm ad id quod salua ratione recti sermonis potest referri.

4 Quando apponitur in dispositione de sui natura ordinata ad aliquid concedendum, tunc semper causam designat, & ponitur pro *Quia*, si dispositio est certa, prout si Papa concedit castrum, vel aliud feudum, & addat, sicut tui maiores habere consueuerunt, ita Boss. *in tit. de Principe, & priuil. eius, num. 351.* Alex. *cons. 145. incip. quoniam, num. 4. vers. circa tertium, lib. 2.* vbi Apostill. *in verb. Sicut*, refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus. 374. num. 6.*

5 In confirmatione facta in forma communi hæc dictio importat conditionem, secùs verò si confirmatio sit certa, & ex certa scientia, quia tunc importat causam, vt per Roman. *cons. 328. num. 7.* vbi Apostil. *in verbo Sicut.* Cardin. Tusch. *d. conclus. 374. num. 7.*

6 In priuilegiis stat causatiuè, ne priuilegium reddatur inutile, & sonat ac si dictum esset, *Ita est*, vt per Glos. & DD. *in cap. examinata, de constitut. vtili.* Alex. *cons. 16. num. 28. lib. 5.* Card. Tusch. *d. conclus. 374. num. 12.*

7 Interdum refertur ad demonstrationem, quandoque ad modum modi, quandoque ad causam finalem, quandoque ad impulsiuam, quandoque ad conditionem, quandoque restringit, quandoque non, secundùm relationem: nam quando refertur ad causam finalem, vel ad conditionem restringit, aliis verò casibus non restringit, si fauor non patitur. Ita Bald. *cons. 209. incip. Illa verba, in princ. vers. & hic considero, lib. 3.* refert Cardin. Tusch. *d. conclus. 374. numero 8.*

SVMMARIVM.

1 *Similitudinem facti & modi ostendit dictio* Similiter.
2 *Repetitiua est dictio* Similiter.
3 Similitudo *est rerum singularium, vel differentium comparatio.*
4 Simile *dicitur, quod in aliquo habet differentiam, sed in pluribus tenet conuenientiam.*
5 *Similitudinem respectu facti, modi, & qualitatum absque vlla differmitate denotat dict.* Similiter.

Similiter.

DICTIO CCCLXVII.

1 OStendit hæc dictio similitudinem facti, & modi, significátque æqualitatem, & identitatem, vt per Crescen. *decis. 41. de dolo, & contumac.* Socin. *cons. 281. incip. In causa, num. 3. lib. 2.* Alberic. *in suo Dictionario, verb. similiter.* Menoch. *cons. 124. num. 60. & cons. 618. num. 9.* vbi air, quòd significat idem quod *Æqualiter.* Gabr. *cons. 8. num. 8. & cons. 148. num. 13. lib. 2.* Mandel. *cons. 71. num. 9.* Decian. *cons. 2. num. 60. lib. 4.* Surd. *cons. 303. num. 34.* Honded. *cons. 4. num. 83. lib. 1.* Ruin. *cons. 169. num. 4. vol. 2.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 114.* Seraphin. *decis. 1384. num. 1.* Anton. Monach. Floren. *decis. 46. num. 3. & decis. 47. num. 13.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 375. num. 7.* vbi *num. 9.* post Dec. *cons. 646.* subdit, quòd hæc dictio præcedente copula, putà *Et similiter, &c.* importat similitudinem ad præcedentia, prout text. est *in l. Clemens patronus, in princip. ff. de hæred. instituen. & num. 10.* post Socinum *cons. 281. num. 3. lib. 2.* addit, hanc dictionem in tantum similitudinem importare, vt licèt differens vsus sit habitationis, & habitatio, si tamen testator legat Titio vsum habitationis, & Seio similiter legat habitationem, dictio *similiter* restringit habitationem ad vsum habitationis.

Repetitiua est etiam, vt per Ruin. *cons. 169. sub num. 2. vol. 3.* Gabr. *com. lib. 6. tit. de clausul. conclus. 91. num. 21.* Surd. *decis. 88. num. 55.* Et inducit dispositionem similem præcedenti, ex Card. Seraphin. *decis. 1384. num. 1.* 2

Similitudo, teste Boëtio *super Topica Tullij, lib. 4.* quem refert Ioan. Andr. *in cap. non potest, de præben. lib. 6.* est rerum singularium, vel differentium comparatio, & secundùm Bald. est in diuersis rebus eadem, vel similis qualitas. 3

Simile dicitur, quod in aliquo habet differentiam, sed in pluribus tenet conuenientiam, vt ex Bald. refert Bertazol. *de clausulis instrument. clausul. 4. glos. 23. num. 2.* Nullum enim simile est idem, glos. *in l. quod Nerua*, & ibi Bart. *ff. depositi.* Marc. Mantua *sing. 318.* Cassan. *in Catalogo gloriæ mundi, p. 1. consid. 48. vers. quartus casus.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. casu 84.* Gutier. *practic. lib. 2. q. 176. num. 4.* Ferrer. *in constit. Cathaloniæ, glos. 7. num. 10.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 3. num. 51.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. S. conclus. 247.* 4

Denotat tamen similitudinem respectu facti, modi, & qualitatum, absque vlla difformitate, vt tradunt Innocen. *in cap. ex rescripto, de iureiuran.* Socin. *cons. 281. num. 3. lib. 2.* Gabr. *cons. 8. num. 8. & cons. 148. num. 13. lib. 2.* Rot. *decis. 327. num. 7.* apud Farinac. *p. 1. recent.* 5

SVMMARIVM.

1 Simpliciter, *id est*, sine plica, & duplicatione.
2 *Positionibus* simpliciter, *& non qualificatè est respondendum.*
3 *Positionibus* simpliciter *respondere quando dicatur, ostenditur.*

Simpliciter.

DICTIO CCCLXVIII.

1 SIgnificat hæc dictio, id est, *sine plica, & duplicatione*, vt per glos. *verb. simpliciter, in Clem. sæpe, de verbor. signif.* Aret. *in l. 1. §. si quis similiter, num. 20. ff. de verbor. signif.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 1055.* Et est repetitiua, ex Surd. *decis. 88. num. 15.*

2 *Simpliciter*, & non qualificatè positionibus esse respondendum tradunt Menoch. *de arbitr. casu 251. à princip.* Galganet. *de condit. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 73. num. 6.* Amat. Roder. *in practic. cap. 7. num. 65.*

3 Dicitur autem simpliciter positionibus responderi, quando respondetur ad literam, prout iacet

positio

positio. Ita Iaſ. & Modern. *in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter, num. 8. ff. de verbor. oblig.* Octauian. Vulpell. *citato loco, num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *De vi & effectibus huius dict. qui plura dicat, refertur.*
2 *Congregationem, & connexitatem denotat dictio* Simul.
3 *Vnire quæ ſequuntur cum præcedentibus eſt de natura dict.* Simul.
4 Simul, *idem eſt quod* Vnà, *aut* Pariter.
5 Simul, *interdum vſurpatur pro* Deinde, *vel* Item.

Simul.

DICTIO CCCLXIX.

1 PLura circa ſignificationes huius dictionis cumulat Rebuff. *in comment. ad l. reſtituere, 35. verſ. ſimul, ff. de verbor. ſignif. pag.* 201.

2 Denotat congregationem, & connexitatem, vt *in cap. 1. de conſuetud. lib. 6.* & habet vim coniunctiuæ, ſeu copulatiuæ, ſecundùm Bald. *in l. 1. §. bis itaque, col. 1. verſ. putant quidam, C. de caduc. tollend.* Rolan. à Valle *conſ. 62. num. 14. tom. 3.*

3 Et eius natura eſt vnire quæ ſequuntur cum præcedentibus, *l. fin.* cum gloſ. *ff. ad legem Aquiliam.* notant Cephal. *conſ. 365. num. 7. lib. 3.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag. 116.* Flamin. Pariſ. *de reſident. benefic. q. 33. num. 27.*

4 *Simul* idem eſt, quod *Vnà* aut *Pariter*, apud bonos Latinæ linguæ Autores. Cic. *ad Attic.* Propter propinquitatem totos dies ſimul eramus. Idem *lib. 3. de Orat.* Et cum Republica pariter vixiſſe, & cum ea ſimul extinctum eſſe. Idem *pro Font.* Niſi aliquoties ex accuſatoribus vobiſcum ſimul audiſſem. Idem *lib. 2. de Finib.* Omne autem animal ſimul vt ortum eſt, & ſe ipſum, & partus ſuos diligit. Idem *pro Mur.* Simul atque increpuit ſuſpicio tumultus, arces illicò noſtræ conticeſcunt.

5 Interdum vſurpatur pro *Deinde*, vel *Item*. Cic. *pro Bal.* Simul illud neſciebas. Idem *ad Quint. frat. lib. 1. epiſt. 1.* Simul & illud cogita. Idem *pro Ligar.* Simul ne per inſolentiam quis exiſtimet, memet ſtudium meum laudando extollere.

SVMMARIVM.

1 *Alternatiua eſt dictio* Sin autem.
2 *Aduerſatiua eſt dict.* Sin autem, *& qualitates præcedentes repetit.*

Sin autem.

DICTIO CCCLXX.

1 EST alternatiua hæc dictio, vt *in l. Prætor edixit, §. quod autem, ff. de iniuriis, & in l. 2. §. 2. ff. de ea, quod certo loco.* notant Menoch. *conſ. 122. num. 1. cum ſeq.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Simul, verſ. ſin autem, pag. 116.*

Item eſt aduerſatiua, & qualitates præcedentes repetit, vt per Rot. *deciſ. 501. num. 2.* apud Farinac. *in 1. collect. nouiſſimar.* Octauian. Vulpell. *citato loco,* vbi ſubdit, quòd ſub ea aduerſatiue diſpoſitum non procedit, ſi habeat locum id, quod diſpoſitum eſt in præcedenti diſpoſitione, per text. *in l. ſi ita ſcriptum.* & ibi Bart. *ff. de liber. & poſthum. & in l. in repetendis, ff. de legat. 3.* 2

SVMMARIVM.

1 *Negationem, priuationem, & excluſionem important* Sine, *&* Abſque.
2 *Licentiam debes obtinere, nec ſufficit petere tantum quando dico, quod non poſſis facere ſine licentia.*
3 *Carentiam omnium requirit dict.* Sine, *ad hoc vt verificetur.*
4 *Conditionem importat dict.* Sine, *adiecta verbo futuri temporis.*
5 *Conditionem importat dictio* Sine liberis.

Sine.

DICTIO CCCLXXI.

SIne, & *Abſque* idem important, & denotant negationem, priuationem, & excluſionem, vt *in l. creditores, ff. de verbor. ſignif. & in l. actor, C. de probat.* notant Rebuff. *in comment. ad l. ager, 27. verſ. ſine, ff. de verbor. ſignif. pag. 156.* Salicet. *in l. ſi anno, num. 2. in fine, C. de liberis præterit.* vbi ait, quòd eſt abrogatiua. Caſſan. *conſ. 24. num. 12.* 1

Et denotat, quòd actus aliter factus non valet; & ideò ſi dico: Non poſſis facere ſine licentia: importat, quòd debes obtinere licentiam; nec ſufficit petere tantùm, ſecundùm Caſſan. *in conſuetud. Burgundiæ, rubr. 1. §. 8. in verb. ſans congé, num. 5.* 2

Et iſta dictio *Sine* requirit carentiam omnium, ad hoc, vt verificetur, putà ſi dicatur: Sine licentia patris, & matris: requiritur, quòd nec pater, nec mater præſtiterit licentiam. Plot. *de in litem iuran. §. 7. num. 29.* quem refert Cened. *poſt librum canonic. & pract. quæſt. ſing. 100. num. 5.* 3

Adiecta verbo futuri temporis, vt ſi dicatur; *Non dentur ſine licentia*, importat conditionem: caſus eſt expreſſus *in l. Centurio, in fine ff. de manumiſſ. teſtam.* Bald. *conſ. 264. num. 3. lib. 1.* Vnde ſi Papa faciat gratiam abſenti, quæ valeat ſtatim quòd acceptet, ſi dicit quòd non valeat ſine literis, vel quòd non dentur litteræ ſine licentia concedentis, dicta gratia eſt ſub conditione, ſi dentur litteræ, & ſi accedat licentia. Ita Rom. *conſ. 353. incip. Quoad primum, num. 8. & ſeq. verſ. Quoad quartum*, quem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. C. concluſ. 583. num. 12.* 4

Dictio *Sine filijs*, importat conditionem, vt per Bald. *conſ. 264. incip. Statuto cauetur, num. 3. lib. 1.* quem refert Card. Tuſch. *d. tom. 2. lit. D. concl. 377. numero 1.* 5

SVMMARIVM.

1 *Actum cuilibet in ſolidum attribuit dictio* Singulis.

2 *Diui*

2 *Diuisionem, & disiunctionem capitulorum importat dict.* Singuli.

3 Singulis *si sit facienda solutio, debet fieri in principio cuiuslibet anni.*

Singuli.

Dictio CCCLXXII.

1 ATtribuit actum cuilibet in solidum, iuxta notata per Surd. *decis.* 278. *num.* 5.

2 Importat diuisionem, & disiunctionem capitulorum, vt post Bald. *in l.* 2. *col. fin. C. de probat. & decis.* 461. *incip. Inter Ioannem, num.* 6. *vol.* 1. & Aret. ac Ias. *in l. Titia, §. fin. ff. de verb. oblig.* firmat Bertazol. *de clauf. instrum. clauf.* 4. *glos.* 3. *sub num.* 11.

3 Singulis si sit facienda solutio, debet fieri in principio cuiuslibet anni, vt post *glos. verbo annuos, in l.* 1. *C. quando dies usurarum cedat*, resoluit Bertazol. *d. tract. de clauf. instrum. clauf.* 41. *glos.* 3. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Generalis admodum est dict.* Si quis.

2 *Masculinum, & fœmininum sexum comprehendit dict.* Si quis.

3 *Personam veram, non fictam comprehendit dict.* Si quis.

4 *Dict.* Si quis, *intelligitur de personis, non autem de Collegijs, seu Vniuersitatibus.*

5 *Distributiuè omnes terminos comprehendit dict.* Si quis.

6 *Signum particulare vnus, an verò distributiuum sit dict.* Si quis, *sub conditione prolata, ostenditur.*

Si quis.

Dictio CCCLXXIII.

1 ADmodum generalis est hæc dictio, vt post Bart. *in l.* 1. *num.* 2. *ff. de verbor. signif.* Zabarel. *in Clem.* 1. *q.* 3. *num.* 9. *de elect.* Curt. Iun. *conf.* 35. Deci. *conf.* 453. *num.* 7. Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 27. *num.* 23.

2 Masculinum, & fœmininum sexum comprehendit, ad notata *in l. hominis, ff. de verbor. signif.* Dec. *conf.* 338. *num.* 1. *tom.* 1. *& conf.* 570. *num.* 3. *tom.* 2. *& conf.* 391. *num.* 4. *tom.* 4. Bertazol. *in repet. l. si quis maior, à num.* 73. & præcipuè *num.* 102. *C. de transact.*

3 vbi *num.* 145. subdit, quòd personam veram, non fictam comprehendit. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 89. *num.* 48. *& conf.* 625. *num.* 21. *& conf.* 541. *num.* 24. vbi intelligit, quando eadem est ratio.

4 Intelligitur de personis, non autem de Collegiis, seu Vniuersitatibus, ex latè traditis per Bertazol. *in repet. d. l. si quis maior, num.* 144. 151. & 154. & 173. Menoch. *conf.* 709. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 37. *num.* 15.

5 Distributiuè omnes terminos comprehendit, vt *in l. qui filiabus, §.* 1. *ff. de legat.* 1. *& in l. si necessaria, §. si annua, C. de pignorat. act.* cum aliis adductis per Tiraq. *in l. si vnquam, verb. omnia, num.* 40. *in fine, C. de reuocan. donat.*

6 Sub conditione prolata an sit signum particulare vnius, an verò distributiuum, dubium est. In quo duæ reperiuntur opiniones: Vna tenet, quòd signum sit particulare, quod in vno verificatur, quam sustinet Bart. *in l. si is, qui ducenta, §. vtrum, col. vlt. num.* 8. *ff. de reb. dubijs.* cui subscripsit Raphaël Cuman. *in l. qui filiabus, §. si quis ita, ff. de legat.* 1. & meliùs probari dicunt *in l. si necessarias, §. annua, ff. de pignorat. actione.* Alteram sententiam tuetur Bart. sibi contrarius *in d. §. si quis ita, num.* 1. *&* 2. videlicet, quòd potiùs signum sit distributiuum, actum verbi vnicuique in solidum tribuens, eúmque ibidem sequuntur Paul. de Castr. Alex. Ias. & alij omnes *in princip.* Et hanc esse communem testatur Rip. *in l. heredes mei, §. cùm ita, num.* 9. *ff. ad Trebel.* quorum plerique inferunt ad quæstionem, Si Princeps per publicum proclama edixerit, quòd si quis prior fuerit portam Ciuitatis ingressus, centena lucrifaciat: si eodem tempore tres fuerint ingressi, an quilibet ex tribus valeat præmium promissum lucrari? Pro concordia tamen prædictarum opinionum vide pulcram distinctionem, quam ponit Rip. *in d. §. cùm ita.*

SVMMARIVM.

1 *Canon latæ sententiæ est verbum* Sit, *& importat ipso iure.*

2 *Exequutionem denotat verbum* Sit.

Sit.

Dictio CCCLXXIV.

VErbum hoc est canon latæ sententiæ, & importat *Ipso iure*, veluti si dicatur: Infamis sit, Anathema sit, vt per glos. *verb. relegati, in fine, in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de capitis diminut. & verb. priuatus, in cap. licet canon, de elect. lib.* 6. *& verb. innodetur, in fine, in cap.* 2. *de hæret. eod. lib.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 180. *C. de reuocan. donat.* Azeued. *l.* 11. *num.* 9. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ Recopil.* Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 118. *num.* 11. Carbo *de legib. lib.* 8. *disput.* 6. *vers. septima regula.* Ioseph. de Sesse Aragoniæ, *decis* 230. *num.* 18. Ioseph. Aldret. *in allegat. pro omnimoda Regularium exemptione, p.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. bene Monet. *de distribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *num.* 31. Soar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 28. Ioan. de Salas *in simili tractatu, q.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 6. *num.* 78. *in fine.* Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 147. 1

Denotat exequutionem, vt per citatos ab Azeued. *ad l.* 15. *num.* 46. *tit.* 4. *lib.* 4. *nouæ Recopil.* qui alios effectus huius verbi adducunt. 2

Vide sub dictione *Esse*, & *Sum.*

SVMMARIVM.

1 *Disiunctiua est dictio* Siue, *& disiungit verba, sed coniungit significatum, eandémque vim, & naturam habet, quàm dict.* Seu.

2 *Alternatiuam inducit dictio* Siue, *sicut dictio* Aut.

3 *Augmentatiuè, seu ampliatiuè aliquando stat dict.* Siue, *maximè in dispositionibus fauorabilibus.*

4 *Ampliare potiùs quàm restringere est de natura dict.* Siue.

5 *Argumentum à contrario sensu, nedum non impedit, sed immò inducit dict.* Siue.

6 *Declaratiuè, seu expositiuè, pro* Id est, *quandoque ponitur dict.* Siue.

7 *Ordinem successiuum interdum denotat dict.* Siue.

Siue.

DICTIO CCCLXXV.

1 DIctio hæc eamdem vim, & naturam habet, quam dictio *Seu*, quia est disiunctiua, & disiungit verba, sed coniungit significatum. Ita Castr. *cons.* 162. *num.* 4. *vol.* 2. *& cons.* 318. *incip. Viso, num.* 4. *vol.* 1. Ruin. *cons.* 57. *num.* 3. *vol.* 1. *& cons.* 18. *num.* 11. *vol.* 5. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 82. *num.* 15. Octauian. Vulpell. *de præpos. & adverb. signif. sub dict. Simul, vers siue, pag.* 116. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 378. *num.* 1. *cum seqq.* vbi *num.* 3. post Imol. *cons.* 44. *num.* 3. declarat, quòd solùm importat coniunctionem duobus casibus, videlicet quando constat de mente proferentis, & in legatis fauore legatorum ampliandorum. Et quòd posita inter eadem non faciat diuersitatem, censuit Rota *decis.* 570. *num.* 3. apud Farinac. *parte* ...

2 Ita alternatiuam inducit, sicut dictio *Aut*, vt per Socin. Iun. *cons.* 41, *num.* 34. *vol.* 3. Et idem est iudicium huius dictionis cum dictione *Seu*, quia idem omninò significant, secundùm Strach. *de adiecto, p.* 4. *q.* 2. *num.* 1. Et ideò quod dictum est in dictione *Seu*, de legato facto cum illa, habet locum, si fiat per hanc dictionem, vt obseruat Caualcan. *de vsufructu mulieri relicto, cap.* 9. *num.* 48. quem refert Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 42. *num.* 2. D. Lotter. *de re benefic. lib.* 1. *q.* 40. *num.* 201.

3 Aliquando stat augmentatiuè, seu ampliatiuè, maximè in dispositionibus fauorabilibus, vt *in l. si quis, ff. de auro, & argento legato.* notant Bart. per text. ibi *in l. cùm quis decedens, ff. de legat.* 3. Vital. *in Clem. si Religiosus, num.* 7. *de procur.* Rom. *cons.* 363. *num.* 2. Mandos. *in glos. faculi. §. & proprium, in vers. Seu, fol.* 331. Rebuff. *in tract. nomin q.* 14. *num.* 44. Menoch. *cons.* 753. *num.* 18. Cened. *d. sing.* 42. *num.* 3. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 372. *num.* 16. *& conclus.* 378. *num.* 4. Gregor. *decis.* 21. *num.* 2.

4 Nam naturæ suæ est potiùs ampliare, quàm restringere, *vt in d. l. cùm quis decedens, §. fin.* Rot. *decis.* 275. *num.* 4. apud Farinac. *in prima collect. nouissimarum.*

5 Argumentum à contrario sensu nedum non impedit, sed immò inducit Apostill. ad Rom. *cons.* 164. *num.* 8. *in vers. inducere*s, quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 378. *num.* 5.

6 Declaratiuè, seu expositiuè pro, *Id est*, quandoque ponitur, vt per Bart. *cons.* 41. *incip. Statuto ciuitatis, num.* 3. *vers. & quòd ponatur, lib.* 2. Curt. *cons.* 23. *num.* 4. Socin. iun. *cons.* 69. *num.* 22. *vol.* 1. Osasc. *decis.* 89. *num.* 4. Cened. *d. sing.* 42. *num.* 4. *in princ.* Card. Tusch. *d. conclus.* 378. *numero* 6.

7 Interdum denotat ordinem successiuum, vt in *l. cùm pater, §. penult. ff. de leg.* 2. *& in l. hæredes mei, §. penult. ff. ad Trebell.* notant Ruin. *cons.* 149. *num.* 13. *lib.* 2. & Octauian. Vulpell. *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 Solitum *dicitur, quod pluries obseruatum est.*

2 Solitus *aliquid facere vt quis dicatur, plures actus exiguntur, nec vnus sufficit.*

3 Solitæ *vt dicantur res, concedi in emphyteusim requiritur, saltem quòd bis fuerint concessæ spatio quadraginta annorum.*

4 Solitum *quandoque secundùm subiectam materiam verificari potest in vna vice, & in vno actu.*

Solitum.

DICTIO CCCLXXVI.

SOlitum dicitur, quod pluries obseruatum est, vt 1
in §. pauonum, Instit. de rerum diuis. & in l. lege. §. igitur, ff. de verb. signific. & in l. si quis donaturus, ff. de vsufructu, & in l. solet, ff. de feriis. Ita Perett. *ad Extrauag. ambitiosæ, verbo Ac, de rebus Eccles. non alienand. à num.* 37. *pag.* 197. Bertazol. *de claus. instrum. claus.* 21. *glos.* 12. *num.* 2. vbi ait, quòd solitus aliquid fa- 2
cere, vt quis dicatur, plures actus exiguntur, nec vnus sufficit.

Vnde vt res dicantur solitæ concedi in emphy- 3
teusim, requiritur saltem, quòd bis fuerint concessæ spatio quadraginta annorum, vt tradunt Bartholom. Peret. *d. loco, num.* 40. Clar. *in §. feudum, quæst.* 13. *num.* 4. Afflict. *decis.* 305. *num.* 10. Balb. *de præscript. p.* 1. *quinta princip. quæst.* 20. Gama *decis.* 342. *num.* 4. Cam. Borell. *in summa omnium decis. tit.* 33. *num.* 136.

Quandoque secundùm subiectam materiam ve- 4
rificari poterit in vna vice, & in vno actu; vt *in l. Mela, §. sed si alimenta, ff. de alim. & cibar. legatis*; notant Kirchou. *tom.* 2. *com. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 159. Gabr. *com. lib.* 3. *tit. de empt. conclus.* 2. *num.* 5. Bertazol. *d. claus.* 21. *glos.* 12. *n.* 1.

Soluere.

DICTIO CCCLXXVII.

VErbum hoc pertinet ad omnem liberationem, 1
l. solutionis verbum, vbi Bart. *num.* 1. *vers. quandoque, ff. de solutionib.* Rota *in Romana fideiussionis* 20. *Nouembris* 1602. *coram R. D. meo Coccino Decano*, impressa per Farin. *decis.* 70. *num.* 5. *p.* 2. *recent.* Exigit veram pretij solutionem; & excludit confessionem, depositum, seu consignationem; iuxta tradita per Card. Pereira *de extinct. emphyt. cap.* 16. *numero* 92. vbi subdit, quòd videtur compensationem remouere, & pignorum oblationem, vt nec fideiussores præstare sufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Taxatiua, & limitatiua est dict.* Solùm.

2 *Hæredis personam excludit dict.* Solùm.

3 *Personam omnem aliam excludit dictio* Solùm.

4 *Casus similes non excludit dict.* Solùm, *posita ratione frequentioris vsus.*

5 *Negatiua, & priuatiua est etiam dict.* Solùm, *sicut dict.* Tantùm.

6 *Negatiuam implicitam habet dictio* Solùm,

quando adiungitur dispositioni affirmatiuæ.

7 *Singularitatem denotat dict.* Solùm.

Solùm.

Dictio CCCLXXVIII.

1 TAxatiua, & limitatiua est hæc dictio, *in l. fin. C. de legibus, & in cap. si quis cum, 21. quæst. 2.* notant Dec. *cons.* 479. *num. 2. tom. 2.* Alber. *in suo diction. in verbo Solùm.* Corn. *cons.* 167. *num.* 9. *vol.* 3. Paris. *cons. 7. n. 12. lib. 2.* Grat. *cons. 137. n. 18. lib. 2.* Cassan. *in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. verb. Seulement, n. 1.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signific. sub dict. Simul, vers. Solum, pag. 116. col. 2. in fin.* Rebuff. *in tract. nominat. q. 14. num. 20.* Surd. *cons.* 403. *num.* 62. Azeued. *ad l. 2. num. 1. tit. 13. lib.* 8. *nouæ Recopil.* Steph. Gratian. Marchiæ *decis.* 78. *num.* 28. Declara, vt hæc dictio ea tantummodo excipiat quæ sub ea sunt comprehensa, nam in omnibus aliis firmat regulam & dictum, vt *in l. nam quod liquidum, in fine, ff. de penu leg.* cum aliis adductis per Roland. à Valle *cons.* 12. *num.* 54. *tom.* 4.

2 Excludit personam hæredis, vt per *l. non solùm §. sale, ff. de liber. legata.* tradit Surd. *d. cons.* 403. *num.*

3 62. Omnémque aliam personam excludit, vt fuit decisum in Rota *decis.* 426. *num.* 5. apud Farin. *p. 2. recent.*

4 Posita tamen ratione frequentioris vsus, non excludit casus similes, vt per Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 121. *num.* 20. vbi subdit, quòd non restringit dispositionem.

5 Negatiua, & priuatiua est etiam, sicut dict. *Tantum*, secundùm Dec. *cons.* 3. *num.* 7. *vers. superest, & cons.* 479. *num.* 2.

6 Quando adiungitur dispositioni affirmatiuæ, habet implicitam negatiuam, vt per Azeued. *d. lib. 2. num. 2.* Escobar. *de ratiociniis, cap. 7. num. 44.*

7 Denotat etiam singularitatem, & ideò testis deponens talem solùm possidere, excludit possessionem cuiuscumque alterius: *l. si te solùm, ff. de hæredib. instituend.* Mohed. *decis. 10. de restit. spoliator.* Achil. *decis.* 21. *num.* 2. *de probat.* Et fuit dictum *in Maceraten. spoly 15. Iunij 1615. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo*, impressa per Farinac. *decis.* 729. *num. 2. p. 2. recent.*

Solummodò.

Dictio CCCLXXIX.

1 ADicta hæc dictio potestati aliquid faciendi solummodò in certas personas, veluti relinquendi bona solummodò illis de familia, est exclusiua aliorum, qui non sunt de familia, vt per Bald. *cons.* 331. *incip. In quæstione, num. 2. lib. 3.* vbi subdit, quòd hoc sciunt magistri Grammaticæ; refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl.* 379. *num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Exclusiua est omnium aliorum dictio* Solus.

2 *Personas & casus similes non excludit dictio* Solus, *præsertim vbi est eadem ratio.*

Solus.

Dictio CCCLXXX.

1 OMnes alios excludit, vt *in l. 2. ff. de vsu, & habitat. & in l. 1.* ibi, *soli domino, ff. de condict. furtiua, & in l. 3.* ibi, *solus Princeps, C. si aduersus rem iudicatam, & in l. 1. C. vbi & apud quem, & in l. his solis, C. de reuocan. donat. & in l. vlt.* vbi Castren. *C. de legib. & in cap. si solus Christus, 5. dist. & in cap. in omnibus 81. dist. & in cap. quæ sicut, in princ. de verb. signif.* latè Dec. *in l. 1. num. 5. C. de bonor. possess. contra tabulas.* Seraph. *decis.* 820. *num.* 6. Rota *decis.* 445. *num.* 9. apud Farinac. *p. 1. recent. & decis.* 426. *num. 5. apud eumdem, p. 2. recent.*

2 Personas verò, & casus similes non excludit, præsertim vbi est eadem ratio, vt latè tradunt Glos. Bart. & Ias. *in l. ob as, C. de prædijs minor.* Glos. *in l. illud,* vbi Bald. *num. 4. C. de sacros. Eccles.* Bart. *in l. serui nomine, ff. de vsucap. & in l. si constante, num.* 42. & ibi Ias. *num.* 84. *cum seqq. ff. sol. matr.* Bald. *in l. nullus, in fine, C. ad l. Iuliam Majest.* vbi ait, quòd excludit dissimilia, non autem similia. Dec. *in d. l. 1. num. 2. & 5. cum seqq. C. de bonor. possess. contra tabulas.* Euerard. *in topicis legalibus, centur. 721. limit. 2.*

SVMMARIVM.

1 Specialiter *æquipollet dict.* Expressè.

2 Specialiter *quid fieri plus est quàm generaliter.*

Specialiter.

Dictio CCCLXXXI.

1 ÆQuipollet dictioni *Expressè*, vt *in l. si quando, §. generaliter, C. de inoffic. testam. & in l. fin.* vbi Glos. *C. de neg. gest. & in l. fin.* vbi etiam Glos. *verbo Specialiter, C. quod cum eo.* Glos. *in l. 1. in verb. Specialiter, ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd.* notant Paris. *cons. 45. n. 9. lib. 3.* Octau. Vulpel. *de præpos. & aduer. signif. sub dict. Simul, vers. Specialiter, pag. 117.* Ceual. *commun. contra commun. q. 780. nu. 240.* Et plus est quid specialiter fieri, quàm

2 generaliter, *cap. 2.* vbi *glos. 2. de offic. Ordin. & cap. Quamquam, 30. dist.* notat Octau. Vulpell. *d. loco.*

Spolietur.

Dictio CCCLXXXII.

1 VErbum hoc, quia sonat in merum factum, & Iuris executionem, ideò importat latam sententiam, & ipso Iure, etiam quòd loquatur per verbum futuri temporis, ad text. *in l. 2. ff. de bonis damnat.* glos. *verb. contenderit.* iuncto text. *in verb. spolietur, in cap. de multa, de præbend.* glos. *verb. spolietur, in l. quoties, C. de dignitat. lib. 12.* Rebuff. *in repet. cap. postulastis, num.* 250. *de Cleric. excommunic. ministr.* Tiraq. *in l. si vnquam, verb. euertatur, num.* 167. *C. de reuocand. donat.* vbi *num.* 168. asserit, quòd non exigit ordinem Iuris, vide Soar. *de legib. lib. 5. cap. 6. num. 25. circa med.* Farinac. *fragment. crimin. verb. lex, num* 131.

SVMMARIVM.

1 Sponte *factum dicitur, quod nullius petitione,*

tione, vel instantia factum sit.
2 *Libertatem præcisam arguit dict.* Sponte, *non autem causam vrgentem.*
3 *Voluntatem liberam, & propriam importat dict.* Sponte.
4 Sponte *dicitur factum vbi fit ab eo, qui ex priuilegio cogi non poterat ad faciendum, etsi citatus fecerit.*
5 *Exceptionem metus excludit dict.* Sponte.
6 *Alienationem spontaneam denotat dictio* Sponte.
7 *Notarij de stylo in contractibus præsumitur apposita dict.* Sponte.

Sponte.

Dictio CCCLXXXII.

1 APud Grammaticos, & bonos Latinæ linguæ Autores accipitur pro *Motu proprio*, vt sic illud dicatur factum sponte, quod nullius petitione, vel instantia factum sit. Tamen aliter secundùm Legistas accipitur, quia etiam sponte aliquid facere censetur, qui ad instantiam, vel requisitionem alterius id facit, vt probatur *in l.* 2. vbi Dec. *notabil.* 2. *C. de pactis*, tenet Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 11. *glos.* 1. *num.* 1. In quo autem differat *Sponte* à *Voluntariè*, vide Galganet. *de indiuid. lit. S. num.* 44.

2 Arguit præcisam libertatem, non autem causam vrgentem, vt per Surd. *cons.* 361. *num.* 17. Vnde liberam, & propriam voluntatem importare asserunt Alberic. *in Repertor. verb. Sponte.* Parisi. *cons.* 107. *num.* 9. *vol.* 4. Et fuit dictum *in Bononien. censu*, 24. *Aprilis* 1600. *coram Card. Pamphilio.*

3 Quia sponte aliquis actum facere non censetur, qui alicuius cogente imperio facit, vt probatur *in l. si quis maior.* vbi Alciat. *super verb. nullo cogente imperio, C. de transact.* vbi etiam Bertazol. *in repet. num.* 305. Alex. in addit. ad Bart. *in l.* 1. *§. fin.* vbi Hippol. *num.* 59. *ff. de quæst.* Doctores *in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vend.* vbi Corn. *in repet. col.* 5.

4 *Sponte* dicitur factum, vbi fit ab eo, qui ex priuilegio cogi non poterat ad faciendum, etsi citatus fecerit, secundùm Surd. *decis.* 79. *num.* 6.

5 Excludit exceptionem metus, vt *in auth. sacramenta puberum.* vbi Moderniores, & glos. *in corpore, vnde sumitur, C. si aduersus vendit.* Marant. *disput.* 10. *num.* 10. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Simul, vers. Sponte, pag.* 117. Bertazol. *d. claus.* 1. *in fine.* Card. Seraphin. *decis.* 224. *num.* 3.

6 Vnde hæc dictio solet in omnibus contractibus, & præcipuè in venditionibus apponi ad excludendam vim, & metum, & denotat spontaneam alienationem, vt voluit Seraphin. *decis.* 224. *num.* 3.

7 *vol.* 1. Et præsumitur de stylo Notarij, secundùm Abb. *in cap. cùm contingat, col.* 17. *de iureiuran.* Bero. *in cap.* 2. *num.* 46. *vers. sed contrà, de restitut. spoliat.* Menoch. *rem.* 1. *recuperan. num.* 262. Vincent. Carocc. *decis. seu casu* 22. *num.* 27.

SVMMARIVM.

1 *Dilationem nullam admittit dictio* Statim, *& regulariter intelligitur sine temporis interuallo.*
2 Statim, *aliquando pro* Protinus *accipitur.*
3 *Mensem vnum interdum significat dict.* Protinus.
4 Statim, *cum temperamento intelligitur.*
5 Statim *significat*, Summariè, sine processu, & sententia.
6 *Sententiæ latæ significatiua est dict.* Statim, *& denotat ipso iure.*
7 Statim, *à stando dictum, significat* Illicò.
8 Statim vt, *satis vsitatum est.*

Statim.

Dictio CCCLXXXIII.

1 DIlationem nullam admittit, & regulariter intelligitur sine temporis interuallo, vt *in l. si finita, §. non autem statim, ff. de damno infecto, & in l. cùm quidam, ff. de legat.* 2. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 120. *C. de reuocand. donat.* Surd. *decis.* 57. *num.* 9. *& decis.* 211. *num.* 32. *& cons.* 437. *num.* 31. vbi quòd aliquando impropriè admittit interuallum, Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *cap.* 5. *num.* 85. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 41. *num.* 10. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapol. pa.* 1. *t.* 4. *decis.* 288. *num.* 5. vbi *num.* 6. asserit, quòd denotat celeritatem; quod etiam tenet *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 308. *num.* 2.

Nonnunquam accipitur pro *Protinus*, vt *in l.* 2 *diuortio.* vbi glos. *verb. si non protinus, ff. de negot. gestis, & in §. idem Iuris, vers. nec in pendenti.* vbi glos. *verb. Protinus, Instit. de inutilib. stipulat.*

Interdum significat vnum mensem, vt per Surd. 3 *cons.* 550. *num.* 6. Alex. *in l. diuortio, num.* 10. *ff. soluto matrimon.*

Intelligitur cum temperamento secundùm sub 4 iectam materiam, vt *in l. quod dicimus, ff. de solut. & in l. fin. C. de iudic.* glos. *verb. statim, in cap. quicumque,* 77. *distinct.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num.* 109. *cum seq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 9. *num.* 4. Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *decis.* 10. *num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 9. *§.* 1. *in annot. num.* 217. Stephan. Gratian. *d. cap.* 41. *num.* 12.

Significat summariè *Sine processu, & sententia.* 5 Intrigl. Siciliæ *decis.* 44. *num.* 10. Surd. *cons.* 437. *num.* 31. Non excludit tamen appellationem, vt tenet Gonzal. *d. §. in annotat. num.* 217. quem refert Stephan. Gratian. *d. cap.* 41. *num.* 12.

Est significatiua latæ sententiæ, & denotat ipso 6 Iure, vt *in l. commissa.* vbi glos. *verb. statim, ff. de publican. & vectigal. & in §.* 1. *verb. statim, Instit. quibus non est permissum facere testament.* Tiraq. *d. verb. reuertatur, num.* 116. Octauian. Vulpell. *de prepos. & aduerb. signif. sub dict. Simul, vers. statim, pag.* 117. Surd. *decis.* 211. *num.* 32. *& cons.* 437. *num.* 33. Sayro *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. Monet. *de distribut. quotidian. p.* 3. *q.* 7. *num.* 36. *&* 37. Card. Tusch. *verb. Priuatio, conclus.* 719. *num.* 20. Salas *de legib. q.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 6. *sub num.* 78. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 114.

Statim à stando dictum significat *Illicò* apud Ci- 7 ceronem, & bonos Latinæ linguæ Autores. Cic. *Attic. lib.* 12. Philippus, vt me salutauit, statim Romam profectus. Idem *de Amicit.* Itaque statim hoc sum aggressus, Catone absoluto.

Statim vt, satis vsitatum est. Cic. *lib.* 1. *epist.* 9. 8 Statim vt ille Prætor est factus. Idem *pro Quin.* Quæsiuit à te statim, vt Romam rediit Quinctius.

Interdum adsciscit *Simul vt*, vel *Simul ac*. Cic. *Attic. lib.* 10. *epist.* 4. Ego ad te statim habeo quod scribam, simul vt Curionem videro. Idem *Attic. lib.* 15. *epist.* 12. Statim se iturum simul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset.

Statuimus.

Dictio CCCLXXXIV.

1 VErbum hoc est Iuris noui inductiuum, vt *in cap. pastoralis, de iudic. & in cap.* 1. *de offic. deleg. lib.* 6. *& in Clem. fin.* vbi glos. *verb. statuimus, de rescript.* notant glos. *verb. statuimus, in cap statuimus*, 13. *de offic. deleg. lib.* 6. Alex. de Neuo *in cap. nam concupiscentiam, num.* 28. *de constit.* vbi ait, non inde concludi obligare ad culpam. Rebuff. *in concord. rubr. de collat.* §. 1. *lit. A.* Card. Seraphin. *decis.* 510. *num.* 4. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *cap.* 1. *num.* 9. Flamin. Paris. *de consident. benefic. q.* 58. *num.* 44.

2 Rem perfectam interdum significat, & habet vim, siue firmitatem diffinitiuæ sententiæ, vt ait glos. *verb. statuimus, in cap. cùm ab vno, de sentent. & re iudic. lib.* 6. Non importat tamen præceptum, vt per Butr. *in cap. nam concupiscentiam, in fine, de constitut.* vbi Abb. *num.* 4. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 25. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 6. *q.* 5. Sayr. *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 28. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *num.* 40. quamuis Felin. *in d. cap. nam concupiscentiam, num.* 8. *limit.* 4. & ibi Dec. *in* 2. *lectura, num.* 25. *in noua edit.* & Imol. *num.* 8. & 9. dicant hoc verbum importare præceptum.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dict. agentes.*
2 Sub, *ponitur aliquando pro* Coram.
3 *Tempus interdum respicit dict.* Coram, *& exponi solet pro* Circa, *& accusatiuo frequenter iungitur.*
4 Sub, *apud Cicer. contrarium habet* Supra.

Sub.

Dictio CCCLXXXV.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Corn. 187. *num.* 14. *lib.* 4. Rebuff. *in comment. ad l. ad edictum*, 10. *verf. Sub, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 72. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag.* 117. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 340. Turselin. *de particulis Latinæ orationis, cap.* 175. Grat. *de dictionib. dict.* 256.

2 Ponitur aliquando hæc dictio pro *Coram*, vt *in l. Manichæos, C. de hæret. & in l. generaliter, C. de rebus creditis.* Octauian. Vulpell. *citato loco.* Multoties accipitur pro *Cum, In, Subtus, Sub potestate*, vt *in l.* 3. *ff. de in litem iuran. & in l.* 3. *in fine, ff. de eo, quod certo loco, & in l. pronunciatio*, §. 1. *ff. de verbor. signif.*

3 Interdum respicit tempus, & exponi solet pro *Circa*, & accusatiuo frequenter adiungitur, vt *in l. ædiles*, 2. §. *sed non tantum, ff. de ædilit. edicto, & in l. quæ tamen, ff. de donat. inter virum, & vxorem.*

Sub apud Ciceronem contrarium habet *Supra.* 4 Cic. 1. *de natura Deor.* Homines sub terra habitantes. & 2. *Philippic.* Ne, si re sub scalas tabernæ librariæ confecissent.

Successiuè.

Dictio CCCLXXXVI.

ORdinem successiuum denotat hæc dictio, vt 1 *in l. auia, in princip.* vbi glos. *ff. de condit. & demonstr.* Surd. *cons.* 365. *num.* 9. Honded. *cons.* 49. *num.* 19. *lib.* 2. Quin etiam præcedentium qualitatum repetitionem inducere censuit Rota *decis.* 453. *num.* 1. *in fine.* apud Farinac. *p.* 2. *recent.*

Subiaceo.

Dictio CCCLXXXVII.

VErbum hoc siue in præterito, siue in futuro 1 tempore denotat latam sententiam, vt per glos. *verb. subiaceat, in cap. si quis suadente*, 17. *q.* 4. *& in cap. Clerici, in fine, ne Clerici, vel Monachi. & glos. vlt. in cap. non minùs, de immunit. Eccles. & verb. subiacere, in cap. excommunicationi, de raptorib. & in cap. indemnitatibus*, §. *postremò, de elect. lib.* 6. Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 148. *C. de reuocan. donat.* Sayro *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 21. *verf. fallit autem.* Soar. *de legib. lib.* 5. *cap.* 6. *sub num.* 25. Ioan. de Salas *in simili tract. q.* 96. *tract.* 14. *disput.* 15. *sect.* 6. *sub num.* 78. Farinac. *fragment. crimin. p.* 2. *verb. lex, num.* 146.

Subitò.

Dictio CCCLXXXVIII.

DEnotat latam sententiam, nec vlla Iudicis est 1 necessaria ad exequutionem pœnæ, secundùm Sayro *in Claui Regia, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 27. & faciunt, quæ Monet. *de distribut. quotid. p.* 3. *q.* 7. *num.* 35. *cum duob. seqq.*

Subsequenter.

Dictio CCCLXXXIX.

SIgnificat hæc dictio *Immediatè*, vel *Incontinenti*, 1 vt *in l. hac conditio, ff. de condit. & demonstr.* Bald. *cons.* 105. *in princip. verf. nam dictio, lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 379. *lib.* 5. quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 381.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Succedat, *intelligitur ab intestato.*
2 *Hæreditarium titulum importat verbum* Succedat, *adiunctum vniuersitati bonorum, vel quotæ, secùs si adiunctum sit rei particulari.*

Succedat.

Succedat.

DICTIO CCCXC.

1 VErbum hoc ita prolatum intelligitur ab inteſtato, vt *in l.* 3. §. *de illo, ff. pro ſocio.* Surd. *conſ.* 81. *num.* 1. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *q.* 3. *num.* 32. Et eſt commune, non directum, ſecundùm Ceual. *deciſ.* 20. *num.* 14. *p.* 3. Surd. *d. conſ.* 81. *num.* 5. & 6. Franc. Molin. *d. q.* 3. *num.* 24.

2 Adiunctum verò vniuerſitati bonorum, vel quotæ, importat titulum hæreditarium, vt per Ang. *conſ.* 81. quem ſequuti ſunt alij, teſtante Surd. *d. conſ.* 81. *num.* 6. Secùs ſi adiunctum ſit rei particulari, vt quia dictum eſt: Succedat in domo, vel certis reditibus: tunc enim titulum hæreditarium non inducit, vt *per l. cogi, §. generaliter, l. mulier, §. fin. ff. ad Trebel.* reſoluit Franc. Molin. *d. q.* 3. *num.* 33. & 34.

SVMMARIVM.

1 *Subſtantiuum eſt verbum* Sum, *& de præſenti effectiuum, & productiuum.*
2 *Subſtantiam importat verbum* Sum.
3 *Dominium denotat verbum* Sum.
4 *Veritatem denotat verbum* Sum.

Sum.

DICTIO CCCXCI.

1 VErbum hoc ſubſtantiuum eſt, & de præſenti effectiuum, & productiuum, vt *in l. his verbis, in princip. ff. de hæred. inſtituen.* notant Bald. *in conſ. ſeu quæſtione ſchiſmatis poſita ſub rubric. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, in §. ſed in contrarium, num.* 13. *in verſ. item reſpondetur.* vbi ait, non eſſe aliud verbum ita ſubſtantificum in mundo, ſicut hoc verbum. Refert Dionyſ. Paul. *de vera Patriarchal. ſedium erect. cap.* 5. *num.* 60. & ſentit Gutier. *practic. lib.* 2. *q.* 118. *num.* 10.

2 Subſtantiam importat, vt per Azeued. *ad l.* 1. *num.* 10. *tit.* 16. *& ad rubr. tit.* 19. *num.* 70. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloſ.* 1. *num.* 38. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 17. *num.* 116.

3 Dominium denotat, vt *in d. l. his verbis.* tenet Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap.* 5. *num.* 15. Proprietatem, & eſſentiam, ex Ceual. *commun. contra comm. tom.* 4. *q.* 906. *num.* 25.

4 Veritatem denotat, vt *in l. ſi maritus, §. legis Iulia, ff. ad legem Iuliam, de adulter.* notant Rebuff. *in comment. ad l. rectè dicimus,* 25. *verſ. ſecundò, ff de verbor. ſignif.* Gutier. *in repetit. §. ſui, num.* 15. *Inſtit. de hæredum qualit. & different.*

Vide dictionem *Eſſe*, 109

Summariè.

DICTIO CCCXCII.

1 HÆc dictio ſolet apponi in reſcriptis Principum, & ſignificat, vt Iudex ſummatim, & breuiter in cauſa procedat, cuius vigore abbreuiantur dilationes, non tamen ita vt probationes fieri nequeant, nec vt aliquid ex ſubſtantialibus omittatur, ſecundùm Bart. *in Extrauag. ad reprimen. in verſ. ſummariè.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*
2 *Dict.* Super, *appoſita alicui ſolutioni, vel debito ſuper certo corpore, operatur quod illud corpus dicatur hypothecatum.*
3 *Ampliatur in donatione cauſa mortis.*
4 *Liber eſt hypothecatus, ſi dico me mutuare tibi decem ſuper illo.*
5 *Legatum factum ſuper tali re, inducit ſpecialem hypothecam illius rei.*
6 *Hypothecam ſpecialem rei, quæ exprimitur, & generaliter omnium rerum ſi exprimatur, importat dict.* Super.
7 *Fructus beneficij ſunt hypothecati pro penſione aſſignata ſuper illis.*
8 *Hypothecam importat dict.* Super, *non ſolùm ſi agatur contra debitorem, ſed etiam ſi contra tertium.*
9 *Hypothecam non importat dict.* Super, *in ſtatuto odioſo, & correctorio iuris.*
10 *Temporis contingentiam non denotat dictio* Super.

Super, *interdum importat*
- 11 Vltra.
- 12 Prout.
- 13 Præter.
- 14 De.

Super.

DICTIO CCCXCIII.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gloſ.* 11. *num.* 78. Rebuff. *in comment. ad l. appellatione parentis,* 51. *verſ. ſuper, ff. de verbor. ſignif. pag.* 268. Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 120. Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 26. *gloſ.* 5. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 383.

2 Appoſita hæc dictio alicui ſolutioni, vel debito ſuper certo corpore, operatur, quòd illud corpus dicatur hypothecatum, veluti ſi fuerit dictum: Obligo creditum ſuper tali re: tunc illa dictio *Super* operatur, ac ſi dixiſſet: Hypotheco hanc rem. Ita Bart. *in l. codicillis, §. inſtituo, ff. de legat.* 2. Bald. *conſ.* 182. *incip. Caſus talis eſt, num.* 2. *lib.* 5. Caſtrenſ. *conſ.* 106. *ſub num.* 3. *verſ. conſtat autem, lib.* 1. Aym. *conſ.* 20. *num.* 10. Natt. *conſ.* 109. *num.* 10. *& conſ.* 341. *num.* 6. *lib.* 2. Afflict. *deciſ.* 162. *num.* 6. Gig. *de penſ. q.* 51. *num.* 17. Rom. *conſ.* 338. *num.* 2. Iaſ. *in auth. ſacramenta puberum, num.* 26. *C. ſi aduerſus venditionem.* Neguzan. *de pignor. in* 4. *membro ſecundæ partis princip. num.* 164. *verſ.* 33. *caſus, & in* 1. *membro* 3. *partis, num.* 5. *verſ. item conſtituitur.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. dictio,* 30. Honded. *conſ.* 86. *num.* 3. *vol.* 2. Flamin. *de reſignat. tom.* 1. *lib.* 6. *q.* 2. *num.* 96. Surd. *conſ.* 162. *num.* 10. *& conſ.* 243. *num.* 12. *& conſ.* 330. *num.* 29.

Amplia primò, in donatione cauſa mortis; quod 3 fuiſſe in ſacra Rota reſolutum refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 383. *num.* 2.

Amplia ſecundò, in mutuo, & alio contractu ce- 4 lebrato, vt ſi dico me mutuare tibi decem ſuper tali

libro, liber est hypothecatus. Sic Neguzan. *in tract. de pignor. in 1. membro 3. partis princip. num. 5.* quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 383. num. 3.* Et de mutuante super tali prædio, vel alia re, quòd dicatur habere hypothecarum prædium, & rem, super qua fecit mutuum, tradunt Roman. *sing. 631.* Franc. Cremen. *sing. 45.* Card. Tusch. *d. conclus. 383. num. 10.*

5 Tertiò amplia, in legato factò super tali re, quia inducit specialem hypothecam illius rei, vt per Iaf. *in d. auth. Sacramenta puberum, num. 26.* quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 383. num. 4.* vbi *num. 5.* dicit, importare hypothecam maximè in legato alimentorum, super tali re, & quòd illa res non possit alienari.

6 Amplia quartò, vt non solùm procedat, quando dicitur, Super tali re particulari, sed etiam quando dicitur generaliter, super omnibus bonis. Nam sicut hæc dictio importat hypothecam specialem rei, quæ exprimitur, quando super re particulari profertur; ita etiam importat generalem omnium bonorum, quando profertur super omnibus bonis. Ita Rot. *decis. 260. num. 3. p. 1. diuers.*

7 Amplia quintò, in pensione assignata super fructibus certi beneficij, quia fructus beneficij sunt hypothecati, vt per Rom. *cons. 388. in princip.* qui licèt dicat hoc procedere, quando pensio est pro alimentis, alias secus, tamen procedere simpliciter tenent Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de constit. reddit. glos. 14. num. 38.* Co n. *cons. 292. lib. 1.* quos refert Card. Tusch. *d. conclus. 383. num. 3.*

8 Amplia sextò, imporare hypothecam, non solùm si agatur contra debitorem, sed etiam si contra tertium possessorem, vt per Rip. *in l. 1. §. hæres, num. 14. ff. ad Trebel.* Card. Tusch. *d. conclus. 384. num. 9.*

9 Limita tamen in statuto odioso, & correctorio Iuris communis: quia sufficit, quòd aliquid operetur, & ideò constitutio, seu statutum Senarum, quòd communitas negligens capere malefactorem incurrat tantam pœnam, quam tamen possit recuperare super bonis delinquentis, fratrum, & filiorum eiusdem, quia non habet communitas hypothecata bona, ex illa dictione *Super*. Ita Rom. *cons. 508. incip. Præsens consultatio.* quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 383. num. 11.*

10 Non denotat hæc dictio contingentiam temporis, putà si exigatur iuramentum super contractu, quod antè, vel pòst præstari possit; tradunt omnes post glos. *in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersùs vendit.* teste Bertazol. *d. claus. 26. glos. 5. num. 1. in fine*, vbi *num. 2.* subdit, quòd significat accessionem, & ipsam rei, quæ geritur, subsantiam. *& num. 3.* quòd aliquando importat rei obligationem.

11 Interdum exponitur pro *Vltra*, vt *in l. diuortio, §. quod in anno, vers. item si, ff. locati, & in l. 1. ff. de peric. & commodo rei vend.* secundùm Ruin. *cons. 94. num. 1. lib. 4.* quem refert Octauian. Vulpell. *citato loco.*

12 Aliquando significat idem quod *Prout*, *l. 1. ff. de tutelis, l. sæpe, ff. de verbor. signif. §. tutores, Instit. de tutelis, §. certè, Instit. qui testam. tut. dari possint.*

13 Nonnunquam sumitur pro *Præter*, vt *in l. penult. ff. de per. cul. & commodo rei vendit.* Apostill. ad Ioan. An dr. *in proœm. Decretal.* Cor cons. 189. *num. 4.* Card. Tusch. *d. conclus. 383. nu 12.*

14 Dicimus, *Super rebus*, id est, *a rebus* vt *in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudic.* l. 3. *in fine, ff. de testib.* illa tamen constituta di entia, quòd dictio *De* significat decisionem, & hæc dictio *Super* accessionem, vt notat Bertazol. *d. glos. 5. num. 2.* Et quòd etiam apud Ciceronem interdum vsurpetur pro *De*, deprehenditur ex illo *Attic. lib.* 6. Simúlque cogites, quid nobis agendum sit super legatione. *Et alibi*: Hac super re scribam ad te.

SVMMARIVM.

1 Suprà, *&* Super, *videntur synonymæ dictiones, & eiusdem significationis.*
2 *Relatiua ad præcedentia cum omnibus suis qualitatibus est dict.* Suprà.
3 *Inclusionem, seu implicationem importat dict.* Suprà.
4 Suprà, *contrarium habet* Sub, Subter.

Suprà.

DICTIO CCCXCIV.

SVpra, & *Super*, videntur synonymæ dictiones, & eiusdem significationis, tam apud Latinos, quàm apud legistas, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 11. num. 77. & 78.* Bertazol. *de clausul. instrum. claus. 26. glos. 5. in princ.* licèt Laur. Valla *lib. 2. elegant. cap. 91.* relatus à Iaf. *in auth. Sacramenta puberum, col. 6. vers. contrarium dicit, C. si aduersùs vendationem,* velit, eas differre: quia dictio *Super*, contiguitatem, seu contingentiam aliquam importat; dictio verò *Suprà* interuallum, & instantiam; vt, sedeo super lapidem; auis, vel nebula est super nos: quæ differentia videtur confundi ex *text. in l. 3. §. videamus, si proiectum, & §. sed si supra eas ædes, ff. vti possidetis, & in l. quemadmodum, §. 1. ff. ad leg. Aquiliam,* vbi dictio *Suprà*, stat contiguè, & denotat contiguitatem; & non interuallum; & se habet tanquam superficies ad aream; & videtur idem probari *in l. peregrè, in princ. ff. de acq. poss.* 1

Est relatiua ad præcedentia cum omnibus suis qualitatibus, vt per Bart. *in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postulando.* Ruin. *cons. 18. num. 12. vol. 2. & cons. 147 num. 3. vol. 5.* Paris. *cons. 93. num. 25. vol. 1.* Crau. *cons. 88. num. 3. & cons. 329. num. 10. & 11.* Rol. *cons. 30. nu. 23. tom. 4.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. num. 1.* Menoch. *cons. 544. num. 59.* Surd. *cons. 352. num. 8. & cons. 362. num. 9. & consil. 578. num. 2.* Galganet. *de cond. & demonstr. p. 2. cap. 1. quæst. 8. num. 7.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 384. num. 1.* vbi *num. 3.* declarat Peregr. *cons. 83. incip. quoniam, num. 37. lib. 3.* 2

Importat inclusionem, seu implicationem, vt per Ang. *cons. 294. incip. Quoniam, num. 5.* Menoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 145. num. 5.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. conclus. 290. numero 2.* 3

Supra contrarium habet *Sub, Subter*, aut *Infra*. Cic. *2. de nat. Deor.* Mare quod supra terram est. Id. *lib. 6. de Repub.* Supra Lunam sunt omnia æterna. Id. ad Q. Fr. *lib. 1. epist. 1.* Ecce supra caput homo leuis ac fordidus. 4

SVMMARIVM.

1 *Relatiua præcedentium est dictio* Supradicta.
2 *Restrictiua dispositionis ad casum priùs expressum est dict.* Supradicta.
3 *Dict.* Prædicti, *restringitur ad eos, de quibus proximè mentio facta fuerat.*

4 *Dict.* Prædicti, *refertur ad eos, qui oculariter leguntur.*

5 *Repetitiua, & relatiua præcedentium est dict.* Suprascripti.

6 *Hæredum suprascriptorum appellatione non veniunt hæredes hæredis.*

Supradicti.

Dictio CCCXCV.

1 HÆc dictio stat repetitiuè, ac relatiuè ad omnia quæ suprà dicta fuerunt, & ideò dicitur relatiua præcedentium, vt voluerunt Dec. *conf.* 423. *nu.* 5. *tom.* 2. Paris. *conf.* 1. *num.* 134. *lib.* 3. Ruin. *conf.* 55. *num.* 4. *lib.* 3. Tiraq. *de retract. lig.* §. 8. *glos.* 7. *num.* 24. Cravet. *conf.* 94. *num.* 8. Veral. *decis.* 42. *num.* 2. *p.* 2. Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 11. *num.* 23.

2 Imò restringit dispositionem ad casum priùs expressum, iuxta tradita per Dec. *conf.* 377. *num.* 5. *tom.* 1. Rip. *in l. filiusfam.* §. *Diui, num.* 1. *ff. de legat.* 1. Cephal. *conf.* 292. *num.* 9. Roland. *consil.* 34. *num.* 30. *tom.* 4. Maresc. *variar. resol. lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 7.

3 Et ad eos de quibus proximè mentio facta fuerat ex Bart. *in l.* 1. §. *hoc edicto, num.* 2. *ff. de postulando.* Paris. *conf.* 37. *num.* 59. *lib.* 2.

4 Et refertur ad eos, qui oculariter leguntur secundùm Alex. *conf.* 173. *num.* 4. *& seq. lib.* 5, *& conf.* 176. *in fine, lib.* 7. Et fuit dictum *coram Vbaldo sen. in Romana pecuniaria* 31. *Maij* 1617. *& in Bononien. successionis* 9. *Decemb.* 1622, *& in Romana prætensi fideicommissi de Colomna* 31. *Martij* 1623. *coram eodem.*

5 De dict. *Suprascripti*, quòd etiam sit repetitiua, & relatiua præcedentium tradunt Menoch. *conf.* 160. *num.* 33. Mascard. *de probat. concl.* 1265. *num.* 34. Ita vt non sufficiat casus contineri per interpretationem, sed requiratur illos corporalibus oculis perspici posse, *l. qui liberis*, §. *hæc verba ff. de vulgari.* & ibi Bart. *circa finem*, & Alex. *num.* 11. *& conf.* 273. *num.* 6 4. *& 5. lib.* 5. *& conf.* 176. *in fine, lib.* 7. Vnde appellatione hæredum suprascriptorum non venire hæredes hæredis tradunt Ruin. *conf.* 206. *num.* 5. *vol.* 1. Socin. iun. *conf.* 102. *num.* 3. *vol.* 3. Roland. *conf.* 30. *num.* 21. *& seq. vol.* 4. Card. Mantic. *de coniect. lib.* 8. *tit.* 14. *in fine*, Surd. *conf.* 123. *num.* 13. *& conf.* 336. *num.* 19. *& conf.* 417. *num.* 2. *& 3. & conf.* 464. *num.* 2. *& decis.* 85. *num.* 3.

Suspendatur.

Dictio CCCXCVI.

1 VErbum hoc est futuri optatiui modi respiciens actum, ac Iudicis ministerium, ideo importat sententiam ferendam, iuxta resoluta per Tiraq. *in l. si vnquam, verb. reuertatur, num.* 39. *C. de reuocan. donat.* Ludou. Carbo *de legib. lib.* 8. *disp.* 6. *vers. tertia regula.* Sanch. *de Matr. lib.* 3. *disp.* 48. *num.* 2. Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *quæst.* 7. *num.* 21.

SVMMARIVM.

1 *Dominium denotat dict.* Suus.

2 *Possessionem denotat dict.* Suus.

3 *Personalitatem importat dict.* Suus.

4 *Restrictiuè stat dict.* Suus, *& significat quandam immedietatem.*

5 *Fideicommissariæ adiecta dictio* Suus, *quos demonstret, remissiuè.*

6 *Fœminam non comprehendit dict.* Sui, *in odiosis, odio irrationabili.*

7 *Dictio* Sibi, *importat, omne acquisitum esse suum.*

8 *Dictio* Suis, *in testamento refertur ad testatorem.*

9 *Instituens fratrem & suos, censetur instituisse fratrem pro dimidia, & filios eius natos pro alia dimidia.*

Suus.

Dictio CCCXCVII.

DEnotat hæc dictio dominium, vt *in l. quintus.* 2. §. *argento*, & ibi Bart. *nu.* 3. *ff. de auro, & argento legato.* notant Menoch. *conf.* 129. *num.* 7. *& de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 162. *num.* 28. Cald. Pereira *de empt. & vend. cap.* 3. *num.* 2. *& cap.* 10. *num.* 2. Gregor. *dec.* 115. *n.* 6. Rota *dec.* 90. *n.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recent.* 1

Possessionem denotat, vt per Bald. *in l.* 1. *circa princip. ff. de statu hominum.* Anchar. Regien. *q.* 7. *num.* 6. *p.* 2. Rot. *decis.* 90. *sub num.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recent.* 2

Personalitatem importat secundùm Seraph. *decis.* 1337. *num.* 4. Ferret. *in constit. Cathaloniæ glos.* 1. *num.* 216. Crau. *conf.* 929. *num.* 11. quem refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom.* 2. *lit. D, conclus.* 260. *num.* 4. 3

Stat restrictiuè, & significat quandam immediatem, ex Menoch. *conf.* 328. *num.* 14. Et restringit obligationem ad præsens tempus, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 104. *num.* 19. Item coarctat contractum venditionis ad res venditoris, vt per Cald. Pereira *d. cap.* 10. *num.* 1. vbi etiam ampliat in re legata, & emphyteusi. 4

Fideicommissariæ adiecta quos demonstret, vide Menoch. *conf.* 106. *num.* 214. & quando restringat, *num.* 279. 5

Dictio *Sui*, in odiosis, odio irrationabili non comprehendit fœminam, iuxta tradita per Bertazol. *in repet. l. si quis maior, C. de transact. num.* 113. 6

Dict. *Sibi*, importat omne acquisitum esse suum, & ad eam personam referenda est, ad quam magis conuenit vt referatur. Ita Natt. *conf.* 508. *nu.* 24. *tom.* 2. Gabr *conf.* 56. *num.* 11. *lib.* 2. Quæ si apponatur in substitutionibus, potest sumi singulariter, & pluraliter, vt per Corn. *conf.* 273. *sub num.* 2. *circa med. volumine* 1. 7

Dictio *Suis*, in testamento refertur ad testatorem, & non ad alium, vt per Seraph. *decis.* 553. *n.* 6. 8

Instituens fratrem, & suos, censetur instituisse fratrem pro dimidia, & filios eius natos pro alia dimidia, vt per Dec. *conf.* 242. *incip. Proponitur, in princ.* vbi exponit illam dictionem, *Et suos*, maximè *num.* 3. *vers. nam licèt sui*, refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 382. *num.* 1. 9

SVMMARIVM.

1 *Limitatiua, & præcedentium restrictiua est dict.* Taliter.

2 *Repetitiua certæ & determinatæ qualitatis est dict.* Talis.

3 Talem

3 Talem esse, *& pro tali haberi differt.*
4 Tale *non dicitur propriè, quod non est simpliciter tale.*

Taliter.

Dictio CCCXCVIII.

1 HÆc dictio est limitatiua, & præcedentium restrictiua, vt *in cap. 2. de tempor. ordinat.* notant Grat. *conf. 54. num. 13. lib. 1.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 121. col. 1.* & accipitur quandoque pro *Sic*, vt *in l. si hominis ff. de iniur. & in l. Æmilius*, §. 1. *C. de bonis quæ liberis.* Alber. *in suo diction. verbo Taliter.*

2 Dictio *Talis*, est repetitiua certæ, & determinatæ qualitatis, vt per Card. Seraph. *decis. 822. num. 2.*
3 Vnde talem esse, & pro tali haberi differt, & non infertur de vno ad aliud. Menoch. *conf. 35. num. 21.*
4 Tale enim non dicitur propriè, quod non est simpliciter tale. Idem Menoch. *conf. 461. n. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Dictiones* Tam, *&* quam, *actum æqualiter tribuunt vtrique copulatum.*
2 *Copulatiuè interdum ponuntur dict.* Tam, *&* quam.
3 *Augmentatiuè quandoque accipiuntur dict.* Tam, *&* quam.
4 *Separatiuè nonnunquam stant dict.* Tam, *&* quam.
5 *Copulatiuè interdum stant dictiones* Tam, *&* quam.
6 Tam, *&* quam, *implicant casum magis dubitabilem.*
7 *Dubitationem, quæ possit venire, extendunt aliquando, vel tollunt dictiones* Tam, *&* quam.
8 *Verba*, tam per testamentum, quàm per donationem, *quid importent, ostenditur.*

Tam, & quam.

Dictio CCCXCIX.

1 ACtum æqualiter tribuunt vtrique copulatum, vt *in l. sancimus, C. de testament.* notant Surd. *cons. 317. num. 16. & conf. 401. num. 12.* Anton. Monach. Lucen. *decis. 58. num. 11.* & Bononien. *decis. 61. num. 51.* significant enim æquiparationem, & qualitatem quandam. Menoch. *cons. 793. n. 2. & 23.* & cùm sint diuisiuæ, actum tribuunt æqualiter cuilibet enunciatiuè, idem Menoch. *conf. 400. num. 9.*

2 Ponuntur interdum copulatiuè, ex adductis per Surd. *conf. 407. num. 4.* Ideò si statutum dicat, quòd debitor fugiens obliget fratres stantes ad eumdem panem, pro debitis tam factis, quàm faciendis, intelligitur de factis ante fugam, & faciendis ante fugam, vt sit comparatio in tempore, licèt quoad intellectum temporis statuti possit intelligi de factis, & faciendis ante statutum, & in futurum, dummodò ante fugam fiant, vt tollatur absurdum. Ita Cuman. *conf. 146. incip. Simon, num. 2.* quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 386. num. 1.*

Quandoque accipiuntur augmentatiuè, vt per 3 Aym. *conf. 227. num. 9.* Menoch. *conf. 195. num. 7.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 121.*

Nonnunquam separatiuè, ex adductis per Vul- 4 pell. *citato loco*, & per Menoch. *de arbitr. casu 314. num. 11.* Anton. Monach. Lucen. *decis. 58. num. 11.*

Interdum copulatiuè, Simon de Præt. *de interpret.* 5 *vltim. volunt. lib. 9. dubit. 4. num. 89.* Et tunc non successiuè, sed simul coniungunt. Surd. *cons. 407. num. 3. in fine*, vbi *num. 4.* subdit, importare maiorem coniunctionem vtriusque extremi.

Implicant casum magis dubitabilem, per ea, quæ 6 Surd. *conf. 317. num. 17.*

Extendunt aliquando, vel tollunt dubitationem, 7 quæ posset venire, veluti si alicui concedatur priuilegium in omnibus, & per omnia, prout habet talis, & subiungitur tam quoad iurisdictionem, quàm quoad alia, quia non restringunt. Ita Anton. de Butr. *conf. 19. num. 4.* quem refert Card. Tusch. *d. conclus. 386. num. 3.*

Verba *Tam per testamentum, quàm per donationem*, 8 æquipollent verbis, *Tam in vita, quàm in morte*; quæ est coniectura cogitantis de speciali, & non de generali dispositione ex testamento, vel ab intestato. Ita Card. Mantic. *de coniectur. vlti. volunt. lib. 7. tit. 7. sub num. 14.* Surd. *cons. 269. sub num. 40. vers. tertiò respondeo.* Anton. Monach. Bononien. *decis. 61. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Limitatiua, restrictiua, seu exceptiua superiorum est dict.* Tamen.
2 *Aduersatiua iuris & facti est dict.* Tamen, *& aduersatur in eodem genere, retentis eisdem terminis.*
3 *Modum & conditionem importat dict.* Tamen.

Tamen.

Dictio CCCC.

1 HÆc dictio est limitatiua, restrictiua, seu exceptiua superiorum, vt *in l. pro hærede*, §. *quod autem, ff. de acquiren. hæred. & in l. ita tamen, ff. ad Trebell. & in l. vbi adhuc*, §. *ita tamen, C. de iure dotium.* notant Ruin. *conf. 1. num. 12. lib. 4.* Menoch. *conf. 146. num. 8.* Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. pag. 121. col. 1.* Anton. Monach. Lucen. *decis. 67. num. 15.* Marc. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resol. 27. num. 6.* & ex Bald. *conf. 195. num. 12. lib. 2.* firmat Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 387. num. 2.*

2 Est Iuris, & facti aduersatiua, & aduersatur in eodem genere, retentis eisdem terminis, vt per Paris. *conf. 78. num. 2. & 3. & conf. 17. num. 20. lib. 1.* Bald. *d. conf. 195. num. 11. vers. secundò, lib. 2.* Ruin. *conf. 2. num. 9. & conf. 41. num. 8. vol. 2.* Cæsar de Graff. *decis. 154. num. 6. de testament.* Rota apud Farinac. *decis. 75. num. 4. p. 2. recent.* Gregor. *decis. 85. num. 9.* Vulpell. *citato loco, vers. & venit.* vbi subdit, quòd aduersari debet præcedentibus; & quòd sit aduersatiua diuersificans vnum casum ab alio, & includens quod terminat, & omne aliud excludens, Alex. *conf. 9. incip. Attentis, num. 4. lib. 7.* vbi quòd repetit præcedentia, retento eodem themate, Decian. *conf. 1. num. 27. & conf. 40. num. 32. & conf. 60. num. 30. lib. 3. & conf. 15.*

conf. 15. *num.* 21. *lib.* 1. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de Iustitia, & Iure, p.* 1. *cap.* 8. *num.* 64. *vers. pro cuius.* Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 240. *num.* 14.

3 Importat modum, & conditionem, iuxta tradita per Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 1. *resol.* 51. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de vi, & effectibus huius dictionis agentes.*

2 *Taxatiua est dict.* Tantùm, *quæ includit expressum, & reliqua excludit.*

3 *Extensionem ad non expressa impedit dictio* Tantùm.

4 *Negatiuam implicitam habet dict.* Tantùm.

5 *Exceptiua est dict.* Tantùm, *limitat, restringit, & excludit, sicut dictio* Tantummodò.

6 *Diuersa, & separata excludit dict.* Tantùm, *non autem connexa.*

7 *Iudices omnes alios præter illos, quibus anteà competebat iurisdictio generalis in eisdem causis excludit dict.* Tantùm.

8 *Casus similes non excludit dict.* Tantùm.

9 *Dict.* Tantùm, *apposita in lege continente casum fauorabilem, vel pium, impedit extensionem ad casus similes.*

10 *Dispositio, seu contractus, vt non transeat ad hæredes, operatur dict.* Tantùm.

11 *Promittens de suo facto* tantùm, *an censeatur promittere de facto hæredis, ostenditur.*

Tantùm.

DICTIO CCCCI.

1 DE vi, & effectibus huius dictionis vide Iaſ. *in l.* 1. *num.* 10. *cum ſeqq. ff. ſi quis cautionib. & in l. ſi conſtante, à num.* 86. *ff. ſoluto matrimon.* Cotta *in memorabil. verb. Tantùm, fol.* 839. Rebuff. *in comment. ad l. pratum,* 31. *verſ. Tantùm, pag.* 193. *& ad l. propemodùm.* 88. *verſ. Tantùm, pag.* 385. *ff. de verbor. ſignif.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. pag.* 124. Cened. *poſt libr. practic. & canonic. quæſt. ſing.* 21. Turſellin. *in libello de particulis Latinæ orationis, cap.* 184. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 388. *num.* 4. *cum ſeqq.* Grat. *de dictionib. dict.* 270.

2 Taxatiua eſt hæc dictio, quæ includit expreſſum, & reliqua excludit, vt *in l. qui alienæ, §. libertos, ff. de negot. geſtis, & in l. qui ſella, §. qui actum, ff. de ſeruitutib. ruſticor. prædior.* notant Bart. *in l.* 1. *num.* 1. & ibi Iaſ. *num.* 9. *ff. ſi quis Ius dicenti non obtemperauerit.* Card. *in cap. contingit,* & ibi Felin. *num.* 3. *de fide inſtrument.* Panorm. per text. ibi, *in cap. cùm Eccleſia Sutrina, num.* 9. *de cauſa poſſeſſ.* Petr. de Anchar. *conſ.* 95. Abb. *conſ.* 51. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 168. *incip. Viſis, & ponderatis, num.* 11. *verſ. alias ſequeretur, lib.* 7. Dec. *conſ.* 327. *num.* 5. *tom.* 1. Gozadin. *conſ.* 31. *num.* 22. Curt. Iun. *conſ.* 12. *num.* 4. Ruin. *conſ.* 45. *num.* 13. *vol.* 1. Tiraq. *de retractu conuent.* §. 1. *gloſ.* 6. *num.* 2. & 8. Cotta *in memorabil. verb. Tantùm.* Cartar. Ianuenſ. *deciſ.* 70. *num.* 54. Rimin. Iun. *conſ.* 262. *num.* 2. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 705. *num.* 19. *& conſ.* 1036. *num.* 10. Stroz. *de offic. Vicar. lib.* 2. *q.* 1020. *num.* 11. Surd. *deciſ.* 291. *num.* 19. *& de aliment. tit.* 1. *q.* 2. *num.* 2. Flamin. *de reſignat. lib.* 13. *q.* 5. *num.* 47. Calder. Pereira *de renou. emphyt. q.* 11. *num.* 15. Franc. Leo *in Theſauro fori Eccleſ. p.* 2. *cap.* 2. *num.* 33. Cened. *d. ſing.* 21. *num.* 1. Anton. Ricciul. *de Iure perſonar. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 22.

Et impedit extenſionem ad non expreſſa, ex Farinac. *conſ.* 76. *num.* 13. *p.* 4. 3

Habet enim negatiuam implicitam, ita quòd aliter fieri non poſſit, ſecundùm Aym. *de antiquit. temporum, p.* 4. *num.* 112. Quia per hanc dictionem conſtituuntur pacta perſonalia, ad notata per Franc. à Souſa *in comment. ff. de pact. art.* 9. *q.* 2. *num.* 7. 4

Item eſt exceptiua, limitat, reſtringit, & excludit, ſicut dictio *Tantummodò*, vt *in l. Iulianus, & in l. & non tantùm, ff. de petit. hæred. & in l. his ſolis, ff. de condict. indeb. & in l. aduersùs, C. ſi aduerſus rem iudic. & in l. his ſolis, C. de reuocan. donat. & in §. item, Inſtit. de vſu, & habit.* notant Pariſ. *conſ.* 7. *num.* 13. *lib.* 2. Corn. *conſ.* 199. *num.* 3. *vol.* 1. Caputaquenſ. *deciſ.* 47. *num.* 4. *& deciſ.* 148. *num.* 6. *p.* 3. Vincen. de Franch. Neapolit. *deciſ.* 123. *num.* 4. *p.* 1. Menoch. *conſ.* 362. *num.* 36. *& conſ.* 1110. *num.* 30. vbi quòd excludit diuerſa, Azeued. *ad l.* 2. *num.* 1. *tit.* 3. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* Octauian. Vulpell. *citato loco, ſtatim in princip.* Card. Seraphin. *deciſ.* 237. *num.* 2. Rota apud Pacific. *poſt tract. de Salu. interdict. deciſ.* 58. *num.* 4. & apud Farinac. *deciſ.* 740. *num.* 4. *& deciſ.* 600. *num.* 7. *p.* 2. *recent.* 5

Excludit diuerſa, & ſeparata, non autem connexa, & pertinentia ad diſpoſitionem expreſſam. Menoch. *conſ.* 705. *num.* 22. & cenſuit Rota *deciſ.* 442. *num.* 3. apud Farinac. *p.* 2. *recent.* 6

Appoſita in aliqua conceſſione excludit omnes alios Iudices, præter illos, quibus anteà competebat iurisdictio generalis in eiſdem cauſis, vt *in l.* 1. *C. de offic. Præfecti Vrbis.* notat D. Barboſa *ad l.* 1. *art.* 4. *num.* 106. *ff. de iudiciis.* 7

Verùm licèt hæc dictio ſit taxatiua, reſtrictiua, & limitatiua, non propterea excludit caſus ſimiles, vt notant gloſ. *in l. ob æs, C. de prædiis minorum, & in l. ſi mora, verb. dumtaxat, ff. ſoluto matrimon. & in l. vlt. C. de reuocan. donat.* Iaſ. *in d. l.* 1. *à num.* 10. *ff. ſi quis Ius dicenti, & in d. l. ſi conſtante, num.* 86. Bart. per text. ibi, *in l. ſeruum nomine, num.* 2. *ff. de vſucap.* Dec. *in rubr. de conſtit. lect.* 1. *num.* 18. *& in l.* 1. *num.* 3. *C. de bonorum poſſeſſ.* Tiraq *d. §.* 1. *gloſ.* 6. *num.* 6. Sebaſt. Medicis *de diffinit. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 6. Zaz. *in l.* 1. §. *per ſeruum, num.* 14. *ff. de acquiren. poſſeſſ.* Socin. Iun. *conſ.* 1. *num.* 137. *lib.* 1. Octauian. Vulpell. *loco ſuprà citato, verſ. non tamen.* Lara *in l. ſi quis à liberis, §. idem ius, num.* 49. *ff. de liber. agnoſcen.* Surd. *d. q.* 2. *num.* 10. Menoch. *conſ.* 432. *num.* 36. *& conſ.* 1122. *num.* 24. Gutier. *canonic. quæſt. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. *& practic. lib.* 3. *q.* 15. *num.* 23. Paul. Montan. *de tutel. & curis, cap.* 37. *num.* 66. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *diſput.* 31. *num.* 6. Ceual. *commun. contra comm. q.* 504. *num.* 4. Calder. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 14. *num.* 23. *& cap.* 20. *num.* 15. *& cap.* 28. *num.* 4. Cened. *d. ſing.* 21. *num.* 2. Melch. Phebos Luſitan. *deciſ.* 54. *num.* 14. *tom.* 1.

Appoſita verò in lege continente caſum fauo- 9
rabilem, vel pium, impedit extenſionem ad caſus ſimiles, vt per Viuium *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 34. *num.* 64. Bened. Ægid. *in repet. cap. ex hoc Iure, ff. de Iuſtitia, & Iure, p.* 1. *cap.* 11. *num.* 39. Sed in materia fauorabili perſonam non excludere, in qua eſt eadem æquitas, tenent Alex. Rauden. *de analog. cap.* 15. *num.* 84. & Octauian. Vulpell. *citato loco, verſ. & quod.*

Operatur hæc dictio, vt depoſitio, ſeu contractus 10
non tranſeat ad hæredes, vt *in l. non ſolùm, §. tale, ff. de liber. legata.* tradunt Bart. *in l. qui in futurum, §.* 1.

ad finem, ff. de pactis. Octauian. Vulpell. *citato loco, versf. excludunt.* Anton. Gom. *variar. tom. 2. cap. 11. num. 13.* Rebuff. *in comment. ad d. l. propemodum, versf. Interdum.* Calder. Pereira *d. cap. 20. num. 23.* Et facit Ordinatio Regia Lusitanorum, *lib. 3. tit. 25. §. vlt.* vbi in casu, de quo illa agit, dictio hæc excludit personam hæredis.

11 Sed non excludere personas extraneas, verum videtur; & ideò promittens de suo facto tantùm, censetur promittere etiam de facto hæredis, & successoris sui, cùm censeatur eadem persona cum defuncto. Et venditor promittens euictionem de facto suo tantùm, censetur etiam factum hæredis promittere; ita Iaſ. *in l. 1. num. 11. in 4. limitat. ff. si quis ius dicenti, & in l. si tibi, §. si quis, à num. 1. ff. de pactis.* Rom. *in rubr. de arbitr. col. 9. versf. sciás tamen.* Dec. *conſ. 262. col. 2. versf. 6. & conſ. 281. col. 3. versf. ad maiorem, & in l. hæredem, poſt med. ff. de regulis Iuris.* Alex. *conſ. 18. col. 3. & 4. vol. 5.* Fabian. *in tract. de empt. 6. q. princip. col. penult. versf. circa.* Curt. Iun. *conſ. 76. col. penult.* Ruin. *conſ. 94. col. 4. versf. nec obſtat, vol. 1.* Boër. *deciſ. 67. num. 5.* Hippol. *ſing. 656.* Anton. Gabr. *comment. lib. 6. tit. de verbor. ſignif. concluſ. 5. num. 2.* Calder. Pereira *d. cap. 20. num. 23.* In dubio enim ſemper persona hæredis censetur comprehensa, licèt expreſſa non ſit, vt *per l. Iuris gentium, §. Prætor, ff. de pact.* censuit Rota *deciſ. 361. num. 3.* apud Farinac. *in 1. collect. nouiſſimar.* Nec in hac re contemnenda eſt diſtinctio, quam tradit Ruin. *conſ. 94. num. 6. vol. 1.* & ſequitur Anton. Gabr. *d. concluſ. 5. num. 3.* quòd aut quis promiſit de facto ſuo tantùm in contractu, in quo quis tenetur etiam de facto extranei, & tunc dictio taxatiua personam hæredis non excludit; ſi tamen dictio taxatiua fuit adiecta in contractu, in quo quis de facto extranei non tenetur, tunc, ne taxatiua videatur ſuperfluè appoſita, persona hæredis excluditur.

SVMMARIVM.

1 *Improprietatem & fictionem regulariter importat dict.* Tanquam.

2 *Similitudinem, & veritatis expreſsionem denotat aliquando dictio* Tanquam, & num. 3.

Tanquam.

Dictio CCCCII.

1 REgulariter, & de ſui natura denotat improprietatem, & fictionem, vt *in l. ſi pecunia, ff. ſi cert. pet. & in l. iubemus. §. ſanè, 1. C. de ſacroſ. Eccleſ.* notant Gloſ. *verbo Tanquam, in cap. ſolita.* & ibi Felin. *num. 3. de maiorit. & obed.* Iaſ. *in l. 1. num. 2.* & ibi Gloſ. *verbo Tanquam, C. de hæredib. inſtituend.* Socin. *conſ. 1. incip. In caſu, num. 4. versf. nec videtur obſtare, lib. 1.* Hippol. *in l. ſi quis obrepſerit, nu. 4. ff. ad l. Corneliam de falſis.* Rimin. *in §. 1. num. 22. Inſtit. per quas perſonas nobis acquiritur.* Hippol. *ſing. 236. num. 1.* Rebuff. *in compendio alienationum, num. 101.* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. Statim, in princ.* Cened. *practic. & canonic. quæſt. lib. 1. q. 34. nu. 5.* Socin. iun. *conſ. 5. vol. 6. num. 4.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 16. nu. 3.* Aloyſ. Ricc. *in praxi aureæ, reſol. 449. num. 4.* Gregor. *deciſ. 467. num. 12.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 385. num. 1.* vbi *num. 2.* cum Socino *d. conſ. 1. num. 10.* declarat, niſi illud improprium omninò ſit æquiparatum, quia tunc verè dicitur, & propriè eſſe tale.

Aliquando tamen denotat ſimilitudinem, & ve- 2
ritatis expreſsionem, vt *in l. 1. ibi, & tanquam adulationem, C. de hæredib. inſtituend. & in l. ſæpe, ff. de verb. ſignificat. & in l. item Mela, §. ſi plures, ff. ad l. Aquiliam, & in l. ſi familia, ff. de iuriſd. omnium iudicum*, notant Bart. *in l. omnes populi, qualt. 6. princip. ff. de Iuſtitia, & Iure.* Bald. *conſ. 492. num. 2. vol. 1.* Octau. Vulpel. *citato loco.* Steph. Gratian. Marchiæ *deciſ. 177. numero 16.* Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom. 2. lit. D. concl. 375. num. 11.* vbi poſt Socin. *conſ. 240. num. 2. lib. 2.* ait, quòd importat omnimodam ſimilitudinem, niſi ratio diuerſitatis obſtet.

Apud Ciceronem etiam ſæpe aduerbium eſt ſimi- 3
litudinis, vt *in Vatin.* Repentè enim tanquam ſerpens te è latibulis intuliſti. Id. *2. Phil.* Vt iſtum tanquam ſi Conſul eſſet ſalutarent. Id. *pro Roſcio.* Tanquam ſi offuſa Reipublicæ ſempiterna nox eſſet, ſic ruebant in tenebris.

Tantummodo.

Dictio CCCCIII.

TAxatiua eſt hæc dictio, omnéſque caſus exclu- 1
dit, qui nominatim excluſi non reperiuntur, vt *in l. Lucius, §. quæ habebat, ff. ad Trebel.* Corn. *conſ. 252. num. 1. vol. 1.* Corraſ. *in l. hereditatem, num. 17. C. de impub. & aliis.* Menoch. *remed. 5. retin. num. 73.*

Includit tamen caſus ſimiles, recipítque alias de- 2
clarationes, quas adduxi in dict. *Tantùm.*

Temerè.

Dictio CCCCIV.

HÆc dictio idem importat, quod *Scienter*, vt 1
docent Cardin. *in Clem. 1. §. ſi quis, not ab. 1. de ſtatu Monach.* & ibi Anchar. *num. 15.* Soar. *tom. 5. diſput. 4. ſect. 10. num. 3.* vbi ſubdit, eſſe etiam idem quod *Conſultò*, & præſumendo, nec minorem energiam habet, quàm præſumere, vt obſeruat idem Soar. *d. tom. 5. diſput. 23. ſect. 4. num. 29.* Immò *Temerè* importat propriè aliquid facere cum contemptu legis, atque adeò ex ea ſuperbiæ radice prouenit, quæ reſpuit ſubeſſe regulæ, vt optimè docent S. Thom. *2. 2. q. 53. art. 3. ad 2.* & ibi Caiet. ſubdentes, temerè aliquid fieri, plus importare, quàm præcipitanter. Quidquid enim impulſu voluntatis, ſeu paſſionis, non regente ratione fit, dicitur præcipitanter fieri, non autem ſemper temerè. Sed vltra illud importat contemptum legis; quod valdè notandum ait Caiet. ad interpretandos Canones, temerè aliquid facientibus pœnas inferentes, quos de propria hac temeritate intelligendos iure optimo dicit. Aliquando dicitur *temerè fieri*, quod *inconſultò, fatuè*, vel *ſtultè fit.* Monach. *in cap. 1. num. 12. de ſentent. excommunic. lib. 6.* vbi Ioan. Andr. *num. 5.* Menoch. *conſ. 145. num. 9.* Apud Ciceronem importat idem, quod Barbari dicunt, *Caſu*, vt *1. Tuſcul.* Non enim temerè, nec fortuitò ſati, & creati ſumus. Et *lib. 2. epiſt.* ... Non ſcribo hoc temerè. Idem *pro Font.* Audacter hoc dico, non temerè confirmo.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Necessitatem & formam importat verbum* Tenetur.
2 *Voluntatem ex subiecta materia denotat verbum* Tenetur, *sicut verbum* Debet, & Oportet.

Tenetur.

Dictio CCCCV.

1 VErbum hoc importat necessitatem, & formam, iuxta tradita per Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §. 1. verb. debeat.* Anton. Monach. Lucens. *decis. 53. num. 34.* Sayr. *in claui Regia, lib. 3. cap. 7. num. 27.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 6. quæst. 5.* Ioan. à Cochier *in reg. de annali possess. num. 50.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 38.* Rota *decis. 276. num. 2. p. 1. recent.*

2 Ex subiecta tamen ratione denotat voluntatem, sicut verbum *Oportet*, & verbum *Debet*, secundùm Glos. *verbo Oportet, in cap. 1. de indic. lib. 6.* docet Anton. Monach. Lucens. *decis. 67. num. 27.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dict.* Totaliter.
2 Totaliter, *idem significat quod,* in totum.
3 *Integritatem, ac plenitudinem quandam significat dict.* Totaliter.

Totaliter.

Dictio CCCCVI.

1 VNiuersalis est hæc dictio, sicut dictio *Omnes*, vt *in l. sed si ex meis, §. Proculus,* vbi Glos. *ff. de acq. rerum dominio.* Cuman. *cons. 100. incip. Viso themate, vers. fin.* Natt. *cons. 160. num. 30. lib. 1.*

2 Idem significat quod *In totum*, vt *in cap. ex ore, §. finali, de primileg.* post Rol. *cons. 98. num 15.* & Maluas. *cons. 50. num. 24.* notat Octauian. Vulpell. *de prapos. & aduerb. signif. sub dict. Tantùm, vers. Totaliter, pag. 125. col. 1.* vbi etiam dicit, quòd est tantæ virtutis, vt ex ea quandoque fideicommissum absolutum inducatur.

3 Integritatem, ac plenitudinem quandam significat, vt *in cap. Abbate, de sent. & re iudic. lib. 6.* notat Menoch. *cons. 191. num. 13.* & importat idem quod *simpliciter, & absolutè*, secundùm Flam. *de resign. tom. 2. lib. 14. in præfatione. num. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis est dict.* Totum, *& significat totaliter circa eandem rem.*
2 Totum, *refertur ad vnum integrum consistens ex suis partibus omnibus.*
3 Totum *continet suas partes.*
4 Totum, *importat quòd illud quod debet fieri sit faciendum sine diminutione alicuius partis, quæ comprehendi quomodolibet posset.*
5 Totum, *concludit omnia, & nihil indecisum relinquit.*

Totum.

Dictio CCCCVII.

1 VNiuersalis est hæc dictio; & significat *Totaliter* circa eandem rem, vt *in l. si mihi e Mania, §. fin. & in l. quæsitum, §. 1. ff. de leg. 3.* Bart. *in l. si vnus, §. pactus, col. 2. vers. & nota, ff. de pact.* Corn. *cons. 49. sub num. 11. vers. circa pecuniam, vol. 3.* Gozadin. *cons. 47. num. 6.* Respicit enim corpus integrum, & vnam rem, iuxta notata per Cald. Pereira *de empt. & vend. cap. 9. num. 5.*

2 Refertur ad vnum integrum consistens ex suis partibus omnibus, vt per Euerard. *in cent. legali, loc. 80. vers. istud argumentum.* Rebuff. *in comment. ad l. nominis, & rei, ad finem, ff. de verb. sign.* Menoch. *cons. 2. nu. 86.* vbi ait, quòd totum integrale suas partes comprehendit. Surd. *decis. 78. num. 18.* Anton. Monach. Floren. *decis. 72. num. 1.* Bertazol. *de clausul. instrum. clausu. 27. glos. 19. num. 9.* vbi subdit, quòd accipitur totum pro toto vniuersali, vt genus comprehendens sub se multas species subiectiuè, quæ dicto generi subiiciuntur, & prædicantur de genere. Et asserit, etiam accipi pro toto numerali consistente in numero, vel quantitate, vt in aceruo, & decem, quæ constant quinque, & quinque.

3 *Totum* enim continet suas partes, *l. 1. §. si stipulante, ff. de verb. obligat. l. si alij, ff. de vsufructu legato, l. in eo quod plus, 111. l. in toto, 114. ff. de reg. iuris, cap. in toto, 80. eod. tit. lib. 6.* notant Couar. *var. lib. 1. cap. 2. à num. 5. & cap. vlt. num. 7.* Alphan. *collect. 82.* Gom. *var. tom. 2. cap. 9. num. 4.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cas. 47. num. 6.* Card. Tusch. *tom. 8. lit. T. conclus. 336.* vbi *numero 6.* limitat, quando totum constituens in partes diuisas est distinctum, & diuisum; quia tunc vnaquæque pars de per se stat, secùs quando sunt indiuisæ.

4 Importat hæc dictio, quòd illud quod debet fieri sit faciendum sine diminutione alicuius partis, quæ comprehendi quomodocumque posset, *vt in l. 2. §. ad filiorum, C. quando, & quibus, lib. 10.* Alex. *cons. 5. num. 14. & 15. lib. 3.* Tiraq. *in l. si vnquam, in verb. totum, num. 1. C. de reuoc. donat.* Rol. *de lucro dotis, quæst. 38. num. 1.* Michaël Grass. *de succes. in §. Trebellianica, q. 8. num. 4.* Marc. Anton. de Amatis Marchiæ *decis. 39. num. 3.*

5 Concludit omnia, & nihil indecisum relinquit, vt per Anton Monach. Lucens. *decis. 53. num. 36.* Totum enim qui dicit, nihil excludit; ad tradita per Menoch. *cons. 202. num. 23. & cons. 392. num. 2. & cons. 628. num. 11. & 15.* vbi *num. 13.* subdit, quòd hæc dictio idem significat quòd *Penitus.*

SVMMARIVM.

1 *Temporis extremitatem denotat dict.* Tunc, *& conditionem importat.*
2 Tunc, *importat idem quòd,* eo casu.
3 *Temporis extremitatem licèt denotet dictio* Tunc, *tamen de quo tempore significet à verbis præcedentibus dependet.*

4 *Tempus aliud præter illius extremitatem non potest importare dictio* Tunc, *& sufficit quòd momento eodem conditio verificetur, licèt non duret.*

5 *Temporis respectu non semper est terminatè accipienda dict.* Tunc.

6 *Demonstratiua temporis, seu declaratiua rei, cui adijcitur, est dict.* Tunc.

7 *Restrictiua est dict.* Tunc, *& restringit dispositionem ad tempus, & casum expressum, & prohibet extensionem ad alium casum omissum.*

8 *Exclusiua quando sit dictio* Tunc, *ostenditur.*

9 *Casus similes non excludit dict.* Tunc, *si mens non repugnat disponentis.*

10 *Demonstratiuè, & declaratiuè, non autem restrictiuè stat dict.* Tunc, *si ponatur sine aliqua dict. taxatiua.*

Tunc.

DICTIO CCCCIX.

1 DEnotat temporis extremitatem, & conditionem importat, vt *in l. 4. §. fin.* vbi glos. & Bart. *ff. de condit. & demonstr. & in l. Gallus, in princip.* vbi glos. *verb. tunc.* & ibi notant omnes *ff. de liber. & posthum. & in l. cùm quidam.* vbi Florian. *ff. de vsuris, & in l. penult. ff. de testam. tutel.* glos. & Doctores *in l. 1. C. de codicill.* glos. *in cap. præterea, de appell.* notant Calepin. *verb. Tunc.* Ximenes *in Dictionario Ecclesiast. eod. verb.* Brisson. *lib. 18. de verbor. signif. verb. Tunc.* Dec. *cons. 63. num. 2. & 3. & cons. 89. num. 3. & cons. 226. num. 1. & cons. 313. num. 5. tom. 1. & cons. 372. num. 10. & cons. 523. ad finem, tom. 2.* Castr. *cons. 184. num. 2. & cons. 185. num. 2. lib. 2.* Anchar. *cons. 354. incip. Quidam Antonius, num. 3. & cons. 356. num. 5.* Bald. *cons. 57. col. 2. sub num. 1. vers. quia verba.* Roman. *cons. 131. incip. In primo dubio, vers. secundò istud, & cons. 138. incip. Nouæ superuenit, vers. secundò quia.* Rip. *in rubr. ff. soluto matrimon. num. 40.* Barbat. *cons. 67. col. 3. vers. restat non capere, lib. 3.* Bellam. *cons. 39. col. penult. vers. verbum enim.* Guido Pap. *decis. 279. num. 2.* Corn. *cons. 204. num. 10. lib. 1. & cons. 296. sub num. 2. lib. 3.* Paris. *cons. 31. num. 26. lib. 1. & cons. 30. num. 56. & cons. 86. num. 34. & cons. 38. num. 28. lib. 2. & cons. 9. num. 21. & cons. 92. num. 9. lib. 3. & cons. 143. in princip. lib. 4.* Ruin. *cons. 130. sub num. 10. lib. 1.* Grat. *cons. 106. num. 2. lib. 2.* Gozadin. *cons. 21. num. 35. & cons. 46. num. 6.* Socin. Iun. *cons. 145. num. 27. vol. 3.* Ioan. de Anan. *cons. 66. num. 3. vers. sed iis non obstantibus.* Crauet. *cons. 98. num. 6.* Berett. *cons. 63. num. 6.* Rol. à Valle *cons. 56. num. 20. tom. 3.* Honded. *cons. 58. num. 76. & 77. vol. 1. & cons. 31. num. 17. & cons. 49. num. 67. & cons. 95. num. 17. vol. 2.* Decian. *cons. 9. num. 53. vol. 2.* Menoch. *cons. 117. num. 28. & cons. 208. num. 51. & cons. 327. num. 59.* Surd. *cons. 236. num. 13. & decis. 207. num. 16.* Cæs. de Grass. *decis. 135. num. 1. de reb. Ecclesiæ non alienan.* Caputaq. *decis. 23. num. 4. p. 2. & decis. 21. num. 2. p. 3.* Verall. *decis. 23. num. 4. p. 3.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Tantùm, vers. Tunc, pag. 125. col. 1.* Rebuff. *in comment. ad l. mulieris appellatione, §. desinere, ff. de verbor. signif.* Bartholom. Perett. *in comment. ad Extrauag. ambitiosæ, de rebus Eccles. non alienan. super verbis, & tunc, à num. 3.* Molin. *de primogen. lib. 3. cap. 5. num. 67.* Card. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib. 3. tit. 14. num. 10.* Peregr. *de fideicommiss. art. 29. num. 28.* Brunor. à Sole *in locis communib. verb. dictio 33.* Calder. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 5. num. 85. & quæst. forens. cons. 9. num. 3.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancellar. glos. 65. num. 2. cum seqq.* Ioan. à Cochier. *in scholijs ad preces primarias Imperat. sect. 5. §. 2. lit. G. pag. 106.* Galganet. *de condit. & demonstr. p. 1. cap. 12. num. 5.* Franc. Leo *in Thesaur. fori Ecclesiastici, p. 1. cap. 15. num. 3. & num. 43.* Ferrer. *in constitut. Cathaloniæ, glos. 3. num. 52.* Anton. Monach. Floren. *decis. 50. num. 30.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 390. num. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 774. num. 7.* Rot. apud Farinac. *decis. 144. num. 7. p. 2. recent.*

2 Et hæc dictio importat idem quòd *Eo casu*, vt tradunt Ægid. Bellam. *cons. 39. num. 10.* Roland. *cons. 70. num. 16. lib. 3.* Tusch. *d. concl. 390. num. 17.*

3 Licèt autem temporis extremitatem denotet, tamen de quo tempore significet, à verbis præcedentibus dependet, *l. in substitutione, ff. de vulgari.* Iacob. Mandel. *cons. 51. num. 20.* quem citat Octauian. Vulpell. *d. loco.*

4 Amplia, quòd hæc dictio in tantum extremitatem temporis importat, vt aliud tempus non possit importare, & sufficit, quòd momento eodem conditio verificetur, licèt non duret. Castren. *cons. 184. num. 2. & cons. 185. num. 2. lib. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. concl. 390. num. 9.* vbi *num. 25.* post Roman. *cons. 204. num. 8.* vbi plena Apostilla *in verb. extremitatem*, subdit, quòd si constat de mente, quòd facta certa notificatione teneatur notificatus dare tunc tempore notificationis; quòd si non dat, non satisfecit obligationi, & quòd denotet extremitatem temporis, & vltimi momenti, dicit idem Roman. *cons. 134. num. 6.* Et quòd denotet extremitatem temporis, vt comprehendat omnes conditiones, si pluribus apponitur. Ita Ægid. Bellam. *cons. 39. num. 3. vers. dicit enim.* vbi *num. 10. vers. præterea*, subdit, quòd denotat extremitatem temporis tam primi, quàm vltimi, si pluribus adiiciatur, prout eum refert Card. Tusch. *d. concl. 390. num. 4. & 5.*

5 Non est tamen semper hæc dictio respectu temporis terminatè accipienda, iuxta notata per Galganet. *d. tract. de condit. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 36. num. 9.*

6 Est etiam demonstratiua temporis, seu declaratiua rei, cui adiicitur. Cassad. *decis. 1. num. 3. & 4. de testam.* Rota *decis. 14. num. 5. p. 2. diuers.* Duran. *de arte testandi, caut. 5. num. 4. de substit.* Menoch. *de interd. rem. 15. recuperan. num. 392.* Respicit tempus futurum. Idem Menoch. *cons. 106. num. 24.* Importat signatum tempus, & demonstratum tantùm, vt per Bald. *cons. 57. incip. Item instituo, num. 2. vers. secundò est considerandum, lib. 2.* quem refert Card. Tusch. *d. lit. D. concl. 364. num. 1.*

7 Restrictiua est hæc dictio, & restringit dispositionem ad tempus, & casum expressum, & prohibet extensionem ad alium casum omissum; notant Paris. *d. cons. 92. num. 10. & cons. 20. num. 15. lib. 3.* Cephal. *cons. 269. num. 29. lib. 2.* Grat. *cons. 18. num. 32. & cons. 104. num. 4. lib. 2.* Rimin. Iun. *cons. 80. num. 18. & cons. 100. num. 33. & seq. lib. 1.* Honded. *cons. 8. num. 39. vol. 1.* Menoch. *cons. 117. num. 6. & cons. 152. num. 41. & cons. 198. num. 9. & cons. 746. num. 16. & cons. 1010. num. 10.* vbi ait, quòd restringit dispositionem ad extremum temporis. *& cons. 1062. num. 23. & cons. 1063. num. 2.* vbi ait, quòd non restringit substitutionem ad casum non expressum. Auendan. *ad l. 40. Tauri, glos. 14. num. 10.* Surd. *cons. 236. num. 13. post princip. à num. 46. & seq. & cons.*

& conf. 344. *num.* 3. *& conf.* 347. *num.* 3. Galganet. *d. q.* 36. *num.* 8. Octauian. Vulpell. *citato loco, verſ. & reſtringit.* vbi etiam dicit, quòd adiecta perſonis prohibet extenſionem ad alias perſonas, ſicuti adiecta tempori, vel caſui.

8 Declara, quòd hæc dictio tunc excludit, quando pro excluſione concurrit mens diſponentis; vt quia ſupereſſet perſona, quam veriſimiliter noluit excludere, prout mater, fratres, & alij ſimiles, vt concludit Caſſad. *d. deciſ.* 1. *in fine, de teſtam.* quem refert Card. Tuſch. *d. concluſ.* 390. *num.* 13. Et quòd non operetur, quando in contrarium ſtat veriſimilis mens teſtatoris, concludunt Menoch. *d. conſ.* 117. *num.* 29. & Surd. *d. conſ.* 344. *num.* 13.

9 Et quòd non excludat caſus ſimiles, ſi mens non repugnat diſponentis, tradunt Caſſad. *d. deciſ.* 1. *de teſtam.* Alciat. *lib.* 3. *de verbor. ſignif. fol.* 68. Gozadin. *conſ.* 64. *in fine.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 390. *num.* 14. Galganet. *d. q.* 36. *num.* 12.

10 Si verò ponatur ſine aliqua dictione taxatiua, ſtat demonſtratiuè, & declaratiuè, non autem reſtrictiuè. Caſſad. *d. deciſ.* 1. *de teſtam.* Card. Tuſch. *d. concluſ.* 390. *num.* 12. Galganet. *d. q.* 36. *num.* 10. vbi *num.* 11. ſubdit, quòd quoties poſt hanc dictionem teſtator vlteriùs procedit ad alias ſubſtitutiones, eo caſu non ſtat reſtrictiuè ad tempus, & caſum, ſed extenditur ad alia tempora, & ad alios caſus expreſſos. Gonzal. *in reg.* 8. *Cancellar. gloſ.* 65. *num.* 3.

Tradere.

Dictio CCCCX.

1 POteſt verbum hoc accipi pro traditione, quæ verè transfert dominium, vt *in* §. *per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ. & in l. traditionibus, C. de pactis.* Quod intelligitur, ſi ſit dominus, qui tradit, ex cauſa tranſlatiua dominij; ſi verò non ſit, non transfert niſi vſucapiendi conditionem, & tenetur de euictione, vt *in l. clauibus, ff. de contrahen. empt.* Proprietas igitur huius verbi non eſt, quòd importet transferre dominium, ſed ſolùm corporalem rei poſſeſſionem præſtare, niſi ſit additum promiſſioni quantitatis. Ita eleganter Bertazol. *de clauſulis inſtrument. clauſ.* 16. *gloſ.* 3. *num.* 1. vbi *num.* 2. tenet, quòd verbum *Tradidit* in venditionis inſtrumento operatur etiam ſine clauſula conſtituti, cùm per eam cenſeatur data licentia emptori accipiendi propria autoritate poſſeſſionem rei venditæ.

SVMMARIVM.

1 *Perſonaliſſima eſt dict.* Tu, *& non tantùm relatiua, ſed demonſtratiua ad oculum.*
2 *Dominium denotat dict.* Tuus.

Tu, Tuus.

Dictio CCCCXI.

1 ESt perſonaliſſima, & non tantùm relatiua, ſed demonſtratiua ad oculum, v per Stephan. Gratian. Marchiæ *deciſ.* 51. *num.* 28.

2 Dictio *Tuus* denotat dominium, vt *in l. Quintus,* §. *argento, ff. de auro, & argento legato.* notat Surd. *conſ.* 73. *num.* 72.

SVMMARIVM.

1 *Localiter, & temporaliter ſtare poteſt dictio* Vbi.
2 *Conditionem facit dict.* Vbi, *& importat idem quòd* Si.
3 Vbi, *pro* Quando, *&* Poſtquam, *ſæpè exponitur.*
4 *Incluſiua eſt dict.* Vbi.
5 Vbi, *aduerbium loci ſæpè apud Ciceronem vſurpatur pro* In quo, *vel* In qua.
6 Vbi, *accommodatur ad perſonas, & ad numerum multitudinis.*
7 Vbi, *pro* Poſtquàm, *ſæpè vſurpatur.*
8 Vbi terrarum, vbi gentium, *ampliationem continent.*
9 Vbi, *interdum aſſumit* Statim, Continuò, Quamprimùm, Illicò, *& ſimilia.*

Vbi.

Dictio CCCCXII.

DVpliciter ſtare poteſt hæc dictio, ſcilicet localiter, & temporaliter. gloſ. *in l. ſi quis in legato, ff. de iudiciis,* Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub hac dict. ſtatim in princip. pag.* 126. vbi ſubdit, etiam denotare diuerſitatem cauſarum, vel negotiorum, & locorum. 1

Importat idem quod *Si*, & facit conditionem, vt *in l. ſi ita ſcriptum*, 45. §. *fin. ff. de legat.* 2. notant Menoch. *conſ.* 473. *num.* 1. & 17. Anton. Monach. Bononien. *deciſ.* 61. *num.* 45. Octauian. Vulpell. *citato loco, verſ. & facit.* vbi addit, huiuſmodi conditionem formam inducere. 2

Pro *Quando*, & *Poſtquàm* interdum exponitur, ſecundùm Menoch. *d. conſ.* 473. *num.* 6. 3

Includit hæc dictio, vt per Oldrad. *conſ.* 49. *num.* 7. *verſ. dictio Vbi.* quem refert Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concl.* 238. *num.* 4. 4

Apud Ciceronem *Vbi* aduerbium loci ſæpe vſurpatur pro *In quo*, vel *In qua*, vt *lib.* 4. *epiſt.* 4. Vt is cuique locus, vbi ipſe ſit, miſerrimus eſſe videatur. Id. *lib.* 6. *epiſt.* 1. in ea vrbe natus es, vbi nata, & alta eſt ratio, ac moderatio vitæ. 5

Accommodatur etiam ad perſonas, & ad numerum multitudinis. Cic. *pro Quin.* Neque nobis adhuc præter te quiſpiam fuit, vbi noſtrum ius contra illos obtineremus. Id. *in Orat.* In his ſermonibus, qui dialogi dicuntur, vbi etiam de induſtria faciendum fuit. 6

Sæpè etiam pro *Poſtquàm* vſurpatur. Cic. *in Piſ.* vbi Galli cantum audiuit. Id. *pro Balb.* Vbi ſemel quis peieraſſe, ei credi poſteà, etiamſi per plures deos iuret, non oportet. 7

Vbi terrarum, vbi gentium, amplificationem continent. Cic. *ad Attic. lib.* 5. *epiſt.* 97. Quid ageres, vbi terrarum eſſes ne ſuſpicabar quidem. Id. *pro Rabir.* Vbi terrarum ſumus? 8

Interdum aſſumit *Statim, Continuò, Quamprimùm, Illicò*, & ſimilia. Cic. 3. *Ver.* Hæc vbi filio nunciata ſunt ſtatim examinatus ad ædes contendit. Terent. *Heaut.* Vbi aperuit oſtium, continuò hic ſe coniicit intrò. Plaut. *Amphit.* Hæc vbi legati pertulêre, caſtris illicò producit omnem exercitum. 9

SVMMARIVM.

1 *Vniuersalis dictio est* Vbicumque, *apta comprehendere omnia loca vniuersaliter.*
2 Vbique, *accipitur pro quocumque loco, & intelligitur de loco idoneo.*

Vbicumque, Vbique.

Dictio CCCCXIII.

1 VNiuersalis dictio est, apta comprehendere omnia loca vniuersaliter, *cap. ad honorem, de auctor. & vsu pallij, l. vbicumque, ff. de interrog. action.* quæ vult, scribentem posse vbicumque compelli recognoscere manum suam. Importat in omni tempore, & in omni causa, & siue parte instante, siue ex æquitate Iudicis. Et sic importat sine vlla distinctione, vt per Roman. *cons. 373. incip. In casu proposito, in princ. num. 2. & 3.* quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 391. num. 1. & 2.* vbi *num. 3.* declarat cum eodem Romano, quòd in causa ordinaria, non poterit interrogari post conclusum in causa, sed in causa summaria secundùm alias leges; nec inducit dispensationem seu derogationem: & *num. 4.* post Gemin. *cons. 92. num. 2. vers. quia ad hoc respondetur*, limitat, quando profertur in materia, quæ per alia iura est restricta ad quædam loca, quia tunc hæc dictio importat solùm illa loca restricta per alia iura.

2 Dictio *Vbique*, accipitur pro quocumque loco, vt *in l. 1. vers. vbique, ff. solut. matr. princip. Instit. de exhæred. cap.* notat Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Vbi, vers. Vbique, pag. 126.* Intelligitur de loco idoneo, sicut & dictio, *quilibet loco*, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. glos. 7. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 Ve, *multipliciter ponitur, & stat secundum subiectam materiam.*
2 *Copulatiuè aliquando stat dictio* Ve, *pro* Et.
3 Ve, *interdum accipitur pro disiunctiua.*

Ve.

Dictio CCCCXIV.

1 HÆc dictio multipliciter ponitur, & stat secundùm subiectam materiam, vt asserunt Gom. *in §. pœnales, sub num. 45. Inst. de action.* Menoch. *remed. 3. adipisc. num. 21.*

2 Nam aliquando stat copulatiuè pro *Et*, vt *in l. etsi post tres, ff. si quis caut. & in l. si quis ita*, vbi Bart. *ff. de iniusto rupto*, notant Glos. *verb. ex stipulatione, in l. fin. ff. de dote præleg.* Alex. *in l. si cum dotem, §. item pater, sub num. 5. ff. soluto matrim.* Gom. *d. nu. 45. vers. item aduersus.* Gungen. *cons. 65. num. 29. tom. 1.* Bertazol. *de clauf. instrum. clauf. 11. glos. 4. num. 4.* Pacific. *de Salu. interd. insp. 3. cap. 1. num. 18.* Et hoc procedit in dubio, vt semper pro copula accipiatur. Aretin. *in l. 3. in princip. col. 2. & in l. quod meo, num. 12. ff. de acquir. possess.*

3 Interdum verò accipitur pro disiunctiua, vt *in l. Stichum, §. Stichus, & ibi glos. ff. de statulib. & in l. Paulus, §. Paulus, ff. ad leg. Cornel. de falsis. & in l. fin. in princip.* vbi notat Aretin. *ff. de verb. obligat.* Bertazol. *d. num. 4.* vbi subdit, se putare ita accipi debere, *in rub. C. de his quæ vi, metúsve causa fiunt.*

SVMMARIVM.

1 Vel, *non solet poni nisi inter diuersa idem importantia, seu parum distantia.*
2 *Alternatiua est dictio* Vel, *etiam in se habens implicationem.*
3 *Disiunctiua est dict.* Vel, *quoad verba, & quoad effectum.*
4 *Copulatiuè sumitur dict.* Vel, *pro* Et, *quando ponitur inter genus, & speciem.*
5 *Declaratiuè sumitur dictio* Vel, *pro* Id est, *quando ponitur inter duas dictiones idem significantes.*
6 Etiam, *importat dictio* Vel, *quando ponitur vni soli.*
7 Vel, *interdum ponitur pro* Saltem.
8 Vel, *nonnunquam accipitur pro* Vt.
9 *Augmentatiuè quandoque ponitur dictio* Vel.
10 *Correctiuè aliquando ponitur dictio* Vel.
11 *Ambiguitatem, seu obscuritatem denotat dictio* Vel.

Vel.

Dictio CCCCXV.

1 HÆc dictio de sui natura non solet poni nisi inter diuersa, vt *in rubr. ff. de acquiren. vel amittenda hæred.* tradunt Ign. *in auth. ex causa, num. 7. C. de liber. præterit.* Bart. *in l. supra, §. officium, in fine, ff. de aqua pluu. arcen.* Alex. *in rubr. num. 4. ff. de vulgari.* Cæpol. *cons. 71. num. 7. in crimin.* Bald. *cons. 378. num. 9. vol. 5. & in l. filia, in 1. opposit. C. de collation. ib.* Zabarel. *in Clem. 2. q. 2. num. 8. de ætate, & qualit.* Roman. *cons. 83. num. 2.* Rebuff. *in l. 130. vers. accedit, ff. de verbor. signif. & in l. vnica, in glos. 1. num. 3.* & in glos. *verb. proferuntur, num. 3. C. de sentent. quæ pro eo.* Mandos. *in reg. 1. Cancellar. q. 10. num. 10. & 18. & in glos. facult. §. & taxam, in verb. vel, fol. 333. col. 1.* Menoch. *cons. 416. num. 16. & cons. 646. num. 2.* Flamin. *de confident. q. 28. num. 212.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 48. num. 17. & glos. 52. num. 3.* Cened. *post lib. practic. & canonic. quæst. fing. 29. num. 8.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num. 205.* Ferrer. *in const. Cathalonie, glos. 4. num. 122.* vbi subdit, quòd disiungit casus. Rot. *decis. 770. num. 4.* apud Farinac. *in 1. collect. nouissimarum*, vbi habetur, quòd ampliat dispositionem, etiam ad diuersa. Et quòd ponitur etiam inter diuersa idem importantia, seu parum distantia, tradunt Grat. *cons. 43. num. 17. & cons. 111. num. 3. & cons. 104. num. 8. vol. 1.* Roman. *cons. 83. num. 2.* Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubr. 4. §. 23. in vers. Ou promis, num. 1. pag. 781. & cons. 39. num. 101.* Mandos. *d. q. 10. num. 18.* vbi subdit, quòd ista dictio quandoque ponitur inter similia, & inter eadem importantia.

2 Alternatiua dictio est etiam, in se habens implicationem, vt tradunt Doctores *in cap. inter cæteras, de rescriptis,*

de rescriptis, & in l. hæc verba, ille, aut ille, ff. de verbor. signif. Paris. *cons.* 91. *num.* 29. *lib.* 2. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Vbi, vers. Vel, pag.* 127. *col.* 1. Portoles *de consortibus, cap.* 1. *num.* 66. Menoch. *cons.* 3. *num.* 21. *& cons.* 512. *num.* 3. *& de arbitr. cons.* 544. *num.* 3. Grat. *cons.* 160. *num.* 48. *vol.* 2. Honded. *cons.* 15. *num.* 11. *vol.* 1. Paris. *de confident.* 9. 32. *num.* 38. Surd. *cons.* 393. *num.* 8. Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiepiscop. Neapolit. decis.* 72. *num.* 5. *p.* 1. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 244. *num.* 2. *&* 3. *& concl.* 392. *num.* 1. vbi *num.* 2. post Castilion. *cons.* 24. *num.* 52. subdit, quòd si ponatur inter incompatibilia, non importat alternatiuam, seu electionem, sed ordinem, prout in clausula codicillari, quòd valeat iure testamenti, vel codicillorum; importat, quòd si potest valere iure testamenti, valeat ex ordine, si non potest, tunc iure codicillorum valeat, quod etiam post Guid. Papæ *cons.* 33. *num.* 33. refert Cened. *d. sing.* 29. *num.* 7.

3 Disiunctiua quoque est hæc dictio quoad verba, & quoad effectum, *l. eum, ff. quando dies legati cedat, l. si illud.* vbi Bald. *ff. de legat.* 2. sufficit enim, alteram partem esse veram, *l. planè, §. penult. ff. de legat.* 1. *l. quicumque, C. de seru. fugitiuis, l. fin. §. si autem sub conditione, C. commun. de legat. Clem.* 1. *vers. & nihilominus.* & ibi glos. *verb. à, vel ad ipsum, de sequestrat. possession. cap. inter cæteras.* vbi Panorm. *num.* 4. & Dec. *num.* 22. *cum seqq. de rescript.* Paris. *cons.* 47. *num.* 3. *vol.* 3. Cassan. *cons.* 39. *num.* 101. Rebuff. *in l.* 37. *in fine, de verbor. signif. & in l. vnica,* in glos. *verb. proferuntur, num.* 3. *C. de sent. quæ pro eo.* Menoch. de *præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 83. *num.* 66. Bartholom. Perett. *ad Extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alienan. super verb. Vsibus, num.* 20. *&* 21. *pag.* 152. Cened. *d. sing.* 29. *num.* 1.

4 Copulatiuè pro *Et* sumitur, quando ponitur inter genus, & speciem, vt per Bart. *in l. si is, qui ducenta, §. vtrùm, in* 7. *oppos. num.* 2. *ff. de rebus dubiis.* Bald. *cons.* 378. *num.* 9. *vol.* 5. Sebastian. Medicis *de diffinit. p.* 2. *cap.* 1. *num.* 2. Menoch. *cons.* 187. *num.* 18. *& cons.* 54. *num.* 15. vbi ait, in copulatiuæ naturam abire, ne repugnantia contingat. Aloys. Ricc. *d. decis.* 72. *num.* 6. Cened. *d. sing.* 29. *num.* 2. Sic etiam posita inter duas personas æqualiter vocatas stat pro copulatiua, & non pro disiunctiua, vt per text. *in l. cùm quidam, §. melius itaque, C. de verbor signif.* tradunt Menoch. *cons.* 187. *num.* 19. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellar. glos.* 3. *num.* 15. Peregr. *cons.* 109. *lib.* 3. vbi quid, si ponatur inter personas, inter quas cadit affectio. Declarat tamen non stare pro coniunctiua, & copulare contra proprietatem verborum, & naturam, nisi vrgeant coniecturæ, vel necessitas; & multo minùs, quando copula exposita secundùm suam naturam non requireret vtrumque copulatum simpliciter omni casu, sed solùm incipiendo ab vltimo. Ita Franc. Aret. *cons.* 13. *incip. Visa diligenter, num.* 5. *vers. exponere autem.* Card. Tusch. *d. lit. D. concl.* 244. *num.* 14.

5 Declaratiuè etiam sumitur pro *Id est*, quando ponitur inter duas dictiones idem significantes, seu inter duo idem significantia, vt *in rubr. C. si ager vectigalis, vel emphyt. pet. & in l. sciendum, §.* 1. *qui satisdare cogantur, & in l.* 1. iuncta glos. *C. de repudiis.* Curt. Iun. *cons.* 145. *num.* 12. Bart. per text. ibi *in l. vbi pactum, num.* 1. *C. de transact.* Bald. *in cap. pastorali, post num.* 3. *de causa poss.* Bellon. *cons.* 53. *num.* 7. Portoles *d. cap.* 1. *num.* 65. Corn. *cons.* 96. *num.* 16. *vol.* 1. Rebuff. *in l.* 37. *in fine, vers. notata, ff. de verb. significat.* Osasc. *decis.* 89. *num.* 4. Mandos. *in glos. facult. §. & taxam, in verbo Vel; fol.* 333. *col.* 2. Menoch. *cons.* 347. *num.* 19. *& cons.* 1029. *num.* 14. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resol.* 478. *num.* 2. Cened. *d. singul.* 29. *num.* 3. præcipuè quando est posita post genus, vt censuit Rota *decis.* 300. *num.* 26. apud Fa in. *p.* 1. *recent.*

Etiam importat hæc dictio, quando ponitur vni 6
soli, vt *in l.* 1. vbi Glos. *C. de vendit. reb. fiscalib. lib.* 10. *& in princ. Instit. ad leg. Falcid. iuncta glos. ibi, in verbo Vel,* tradunt Glos. *verbo Vel hoc, in l.* 1. *ff. ad Syllan. & in l. proinde, §. si seruus, ff. de stipulat. seruor. quæ exponit Vel, pro Etiam.* Mandos. *d. verbo Vel, fol.* 311. *col.* 1. *in fine.* Rebuff. *in d. l.* 37. *in fine.* Cened. *d. sing.* 29. *num.* 4.

Interdum ponitur pro *Saltem*, vt *in l. & seruorum,* 7
iuncta glos. fin. ff. de statu homin. & in l. testamentum, iuncta glos. in verbo Vel, ff. de manumiss. testam. Glos. *in l.* 1. *§. serui quoties, in verbo Vel hoc, ff. ad Syllanian. §. sufficit.* ibi, *vel medio tempore, iuncta glos. Instit. de ingenuis. §.* 1. *ibi, vel seruum, iuncta glossæ Instit. quibus ex causis manumittere non licet.* Mandos. *d. verbo Vel, fol.* 311. *col.* 1. Cened. *d. sing.* 29. *num.* 5.

Quandoque accipitur pro *Vt*, vt per Cosm. *in* 8
pragmat. sanct. tit. de elect. in cap. sicut, in glos. Vel. Cened. *d. sing.* 29. *num.* 6.

Nonnunquam augmentatiuè ponitur, vt *in l. lit-* 9
tus, ff. de verb. signific. notant Mandos. *d. quæst.* 10. *num.* 18. Octauian. Vulpell. *citato loco, statim in principio.*

Aliquando correctiuè, vt *in l.* 52. *is qui, §. si libero,* 10
vbi Paul. de Castr. *ff. commodati:* Octau. Vulpell. *citato loco.*

Denotat quandoque ambiguitatem, seu obscuri- 11
tatem, vt post Angel. *in cons.* 94. *num.* 5. *vers. illa enim,* tradit Card. Tusch. *d. lit. D. concl.* 2. . . *num.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Temporis modicum interuallum importat dict.* Vel circa *& ad summum sex menses.*

2 *Mensuræ in venditione quantitatis adiecta dict.* Vel circa, *facit totum venire.*

Vel circa.

DICTIO CCCCXVI.

INtelligitur hæc dictio de modico temporis inter- 1
uallo, vt per Rodoan. *de reb. Ecclesiæ non alienan. in tit. quid & quando dicatur modicum, num.* 15. 16. *&* 17. Menoch. *de arbitr. casu* 46. *num.* 3. Et ad summum importat sex menses; ita quòd narrato, quòd quis possedit per quatuor annos, vel circa, sufficiat verificare, quòd possedit per tres annos cum dimidio, & sic similiter in ætate, *argum. l. non tantum, ff. de excusat. tutor.* tradunt Alex. *cons.* 88. *num.* 9. *lib.* 6. Rebuff. *in l. cæterorum, in fine, ff. de verb. significat. & in praxi beneficiali, tit. de dispens. ratione ætatis, vers. seu circa, & cons.* 73. Menoch. *d. cas.* 46. *num.* 5. Rota *decis.* 297. *num.* 1. *lib.* 2. *p.* 3. *diuers.* Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *cap.* 3. *§.* 1. *num.* 49.

Adiecta mensuræ in venditione quantitatis facit 2
totum venire, secundùm Bertazol. *de clausul. instrum. clausul.* 20. *glos.* 21. *num.* 2.

Cætera habes suprà in dict. *In circa.*

SVMMARIVM.

1 *Explicatiua, seu potiùs exemplificatiua est dictio* Veluti.

2 *Veritatis*

2 *Veritatis expressiua interdum est dictio* Veluti.

3 *Similitudinem nonnunquam denotat dictio* Veluti, *& ponitur pro* Sicut.

4 Velut, *idem importat quod* Quasi, *& similitudinem importat.*

Velut, Veluti.

Dictio CCCCXVII.

1 ESt explicatiua hæc dictio, seu (vt interpretes iuris aiunt) exemplificatiua, vt *in l. 3. & l. Labeo 2. §. 1. ff. de verb. significat. & in l. inter publica, ff. eod. tit.* quæ loquitur de dictione *Velut*, & *in l. qui restituere. C. de rei vendic. & in l. veluti. C. de eden.* Corn. *cons. 254. sub num. 2. vol. 3.* Ferrer. *in constit. Cathalon. glos. 7. num. 100.*

2 Interdum est expressiua veritatis, vt *in l. quoties, C. de iure dotium.* Alber. *in diction. in verbo Velut.*

3 Nonnunquam importat similitudinem, & ponitur pro *Sicut*, vt *in l. 2. cum ibi notatis. ff. de leg. 2. & in §. 2. Instit. qui satisdare cogantur*, iuxta tradita per Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 52. num. 6.*

4 Et de dict. *Velut*, quòd stet pro *Quasi*, & importet similitudinem, tradunt Dyn. *cons. 41. num. 3. vers. Cùm ergo.* Calderin. *cons. 496. aliàs 5. circa fin. de hæret. & cons. 553. aliàs 8. de verb. signif.* quos refert Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. concl. 375. num. 1. vbi num. 2.* post Franch. *in cap. ciem contumacia, in 2. notab. de hæretic. lib. 6.* declarat, quòd dictio *Velut*, etiam est expressiua veritatis.

Vendere.

Dictio CCCCXVIII.

1 VErbum hoc naturaliter de vera venditione, non autem de ficta, vel simulata interpretandum est, vt post Paul. de Castr. notat Bertazol. *de clausulis instrument. clausu. 16. glos. 2. num. 1.* vbi subdit, quòd venditionis appellatione de sui propria significatione venit venditio, & non alius contractus.

2 Aliquando tamen pro locare exponitur, secundùm Calder. Pereira *de empt. & vend. cap. 7. num. 7.*

Verè.

Dictio CCCCXIX.

1 FIctionem omnem excludit, iuxta tradita per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellar. glos. 15. num. 15.* Et interdum idem importat, quod *Propriè*, secundùm Farinac. *in praxi crimin. p. 4. cons. 76. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Aduersatiua præcedentium in iure, & in facto est dict.* Verò.

2 *Qualitates præcedentes repetit, & aduersatur retenta eadem qualitate, dict.* Verò, *interdum verò non aduersatur, vt* num. 3.

4 Verò *importat quandoque idem quòd* Sed.

Verò.

Dictio CCCCXX.

1 ADuersatiua est hæc dictio præcedentium in Iure, & in facto, vt *in l. hoc amplius, §. de his autem.* vbi Bart. *ff. de damno infecto, & in l. si verò, ff. qui satisdare cogantur.* notant Bart. *in l. si ita scriptum, num. 1.* & ibi Paul. *num. 2.* Alex. & Ias. *num. 4. de liber. & posthum.* Cepol. *cons. 68. num. 5. in crimin.* Bec. *in rubr. C. qui admitti, num. 68. & cons. 302. num. 16.* Gom. *in cap. si annum, §. si verò, num. 1. de iudiciis, lib. 6.* Zabarell. *cons. 58. num. 1.* Rebuff. *in concord. tit. de collat. §. præfatique, in vers. verò.* Menoch. *cons. 201. num. 34. & cons. 737. num. 15.* Surd. *cons. 315. num. 1.* Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing. 99. num. 1.* Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub hac dict. statim in princip. pag. 127.* vbi intelligit, quando id, cui adiicitur, diuersam habet rationem. *& num. 1.* subdit, quòd affert diuersitatem in Iure, & in facto, quando aduersatiuè posita est sine copula, plerumque tamen præcedentibus non repugnat, vt *in auth. de hæredib. & Falcid. in princip. collat. 1.* notat Burg. de Pace *p. 1. l. 3. Tauri, concluf. 4. num. 579.*

2 Repetit etiam qualitates præcedentes, & aduersatur, retenta eadem qualitate, vt *in l. Seia, §. Cato, ff. de fundo instructo, cap. pastoralis, §. si verò, de causa possess. cap. 2. vers. vbi verò, de restit. in integrum, lib. 6. cap. pia, vers. si verò, de exceptionib. lib. 6. Clem. 1. de foro competen.* notant Alex. *cons. 99. num. 9. vol. 7. & cons. 249. num. 2. & 5. vol. 6.* Ruin. *cons. 111. num. 6. lib. 3.* Natt. *cons. 570. num. 9.* Socin. Iun. *cons. 83. num. 1. lib. 1.* Menoch. *d. cons. 76. num. 6. & cons. 530. num. 18.* vbi loquitur de dictione *Verum.* Rebuff. *in d. vers. verò.* Peregr. *de fideicommiss. art. 16. num. 91.* Surd. *cons. 315. num. 1. & 2.* Galganet. *de condit. & demonstr. p. 2. cap. 1. q. 18. num. 5.* Cened. *d. sing. 99. num 2.* Card. Tusch. *practic. concluf. tom. 2. lit. D. concl. 240. num. 7.* vbi *num. 8.* cum Alexand. *d. cons. 99. num. 9. lib. 7.* subdit, habere locum etiam in qualibet alia dictione aduersatiua. *& num. 9.* post Ruin. *cons. 176. num. 8. lib. 2.* declarat procedere, quando oratio sequens, in qua est dictio aduersatiua, non est perfecta; secùs, si esset perfecta. Et quòd hæc dictio sit suppositiua omnium qualitatum expressarum in præcedenti dispositione, tradunt Bald. *in l. omnes populi, num. 21. ff. de Iustitia, & Iure.* Ruin. *cons. 111. num. 6. lib. 3.* Maresc. *variar. resolut. lib. 2. resol. 94. num. 68.*

3 Interdum tamen non aduersatur, nec repetit qualitates præcedentes, vt *in l. eas causas, vers. eas verò.* & ibi glos. Bart. & Castr. *ff. de condit. & demonstr.* vbi intelligunt, dictionem *Verò* pro *Enim*, & sic ponitur affirmatiuè. Aliquando ponitur inceptiuè, vt *in §. is verò, ad quem. Instit. de rerum diuis. cap. quosdam, de præscript. cap. super eo, de elect. cap. transmissa, vers. quia verò, de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ.* Cened. *d. sing. 99. num. 4.*

4 Importat quandoque idem quod dictio *Sed*, secundùm Menoch. *cons. 76. num. 7.* & Octauian. Vulpell. *citato loco, num. 1.*

Versus.

Dictio CCCCXXI.

1 REspectu loci non includit locum, vt tradit Seraphin. *decis. 167. num. 1.* Nam ex germana significatione, loci quamdam circumstantiam indicat,

dicat, quæ à loco ipso relato differt, vt liquidò colligi potest ex Cicerone *lib. 4. ad Attic.* dum ait: Ex Asia rediens, cùm ab Ægina Megaram versùs nauigarem, cœpi regiones circum circa prospicere. *& in epist. lib. 16. ad Attic.* inquit: Verti me à Minturnis Arpinum versùs. Et Plautus ait: Ego portas versùs pergam, & perquiram, quem si non inuenero, domum versùs reuertar. Refert Glorit. *resp. 10. num. 100.* & in terminis, quòd hæc dictio *Versùs* denotet situationem, & non propinquitatem, ex Plauto suprà allegato tenuit Rota *in Theatina iurisdictionis, 17. Iunij 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino*, impressa per Farinac. *decis. 509. num. 5. p. 1. recent.* & *in eadem, coram eodem, 26. Iunij 1615.* impressa per eumdem *decis. 683. num. 5. eadem p. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 Vicissim, *eiusdem est significationis quòd* Inuicem.
2 *Substitutionem reciprocam inducit dictio* Vicissim.

Vicissim.

Dictio CCCCXXII.

1 EIusdem est significationis, quæ est dictio *Inuicem*, de qua suprà suo loco, *l. fideicommisso, C. de transact. cap. 1. de mutuis petit.* vbi Abb. *num. 6.* post glos. dicit, quòd illud dicitur vicissim fieri, quod fit eodem tempore, ordine tamen successiuo, ita tamen quòd non concurrat cum temporis momento.

2 Inducit substitutionem reciprocam, vt *in l. in testamento, §. hæc verba, ff. de hæred. instituen.* notat Menoch. *cons. 95. in princip.* quem refert Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Verò, vers. Vicissim, pag. 127.*

SVMMARIVM.

1 *Declaratiua simul, & restrictiua præcedentium est dict.* Videlicet.
2 *Demonstratiuè secundùm subiectam materiam nonnunquam stat dictio* Videlicet.
3 *Demonstratiuè magis, quàm restrictiuè in dubio stat dict.* Videlicet.
4 *Oppositiuè interdum stat dictio* Videlicet, *quandoque determinatiuè.*

Videlicet.

Dictio CCCCXXIII.

1 REgulariter hæc dictio præcedentium est declaratiua, simul & restrictiua, vt *in l. videlicet, ff. ex quibus causis maiores, & in l. videlicet, ff. de pactis, & in l. si quis, §. si in venditione*, aliàs *l. si in venditione, ff. commun. prædior. cap. transmiss. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ*, ibi, *vxore sua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriam, & in cap. sacrosancta, de elect. & in cap. nouimus, de verbor. signif.* notant glos. & Bart. *in l. 1. num. 2. ff. ad legem Aquiliam.* glos. *in Clem. causam, verb. videlicet, de elect.* Paris. *cons. 6. num. 22. & cons. 92. num. 33. vol. 1. & cons. 85. num. 47. vol. 2. & cons. 63. num. 2. vol. 3.* Corn. *cons. 105. num. 10. & cons. 221. num. 6. & cons. 195. num. 4. vol. 3.* Purpurat. *cons. 475. num. 3.* Dec. *cons. 47. num. 1. & 2. & cons. 423. num. 15.* Socin. sen. *cons. 47. num. 7. vol. 1. & cons. 32. num. 4. & cons. 41. num. 36. vol. 4.* Socin. Iun. *cons. 123. num. 3. vol. 3.* Grat. *cons. 6. num. 28. & cons. 7. num. 1. vol. 1.* Cephal. *cons. 637. num. 4. & cons. 704. num. 15.* Crauet. *cons. 273. num. 9. & cons. 310. num. 2.* Bursat. *cons. 9. num. 18. & cons. 13. num. 33.* Rimin. *cons. 67. num. 42.* Ang. *cons. 354. in princip.* Surd. *cons. 315. num. 61. & decis. 161. num. 8. & de aliment. tit. 1. q. 42. num. 100.* Decian. *cons. 55. num. 24. vol. 3.* Menoch. *cons. 21. num. 27. & cons. 706. num. 10. cum seqq.* Peregr. *cons. 138. num. 7. vol. 1.* Caualcan. *decis. 19. num. 34. de vltim. volunt. in 3. parte, & decis. 23. num. 6. ead. p. 3.* Vinc. de Franch. *decis. 117. num. 12. p. 1.* Marant. *de ord. iudicior. p. 3. tit. iudicij tela aggreditur. num. 105.* Sim. de Prettis, *de interpret. vltim. volunt. lib. 2. interpret. 3. dub. 1. solut. 4. num. 10.* Annib. Rochus *de Visit. in glos. Videlicet, pag. 241.* Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. §. ordinat. in vers. Videlicet, fol. 69. col. 4. & in tit. de annatis, §. item, in vers. Videlicet, fol. 157. col. 4.* Octau. Vulpel. *de præpos. & aduer. signif. sub dict. Verò, vers. videlicet, pag. 127.* Bertazol. *de clauf. instrum. clauf. 38. glos. 3. num. 1.* Cald. Pereira, *de renouat. emphyt. q. 11. num. 15.* Cened. *post lib. practic. & canonic. quæst. sing. 66. num. 1. & 2.* Petr. Enriq. *resp. opusc. 2. num. 50.* Farinac. *in praxi crim. p. 4. cons. 95. num. 6.* & Steph. Gratian. Marchiæ *decis. 44. num. 7.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erect. cap. 1. num 27.* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 393. num. 1. cum seqq.* Ioan. à Cochier *in proœm. Regul. Cancell. nu. 18.* Glorit. *resp. 1. p. 3. num. 33.* Gregor. *decis. 286. numero 9.*

Nonnunquam stat demonstratiuè secundùm subiectam materiam, vt *in cap. cùm Martha §. distinguendum, de celebrat. Missarum.* Ias. *in l. tempus, num. 1. ff. de re iudicat.* Rebuff. *in concord. rubr. de collat. §. præfatiq., in vers. Videlicet, fol. 300.* Dec. *cons 47. num. 4. vers. non obstat.* Cened. *d. sing. 66. nu. 2.* 2

Et in dubio stat magis demonstratiuè, quàm restrictiuè, secundùm Aym. *cons. 227. num. 4. & 8. & cons. 245. nu. 9. & cons. 273. sub num. 9.* Anton. Monach. Lucens. *decis. 13. num. 3.* 3

Interdum stat oppositiuè, vt *in cap. post electionem, de conces. præbenda, & in cap. scriptum, de elect. & in cap. 2. de priuil. lib. 6.* Aliquando exemplificatiuè, *vt in cap. nihil, circa finem, de elect.* Quandoque determinatiuè, vt *in cap. super litteris, de rescriptis.* 4

SVMMARIVM.

1 *Improprietatem denotat verbum* Videtur.
2 *Fictionem inducit verbum* Videtur.
3 *Præsumptionem quandoque significat verbum* Videtur.
4 *Arbitrium boni viri aliquando importat verbum* Videtur.
5 *Visionem interdum importat verb.* Videtur.
6 *Veritatem nonnunquam importat, & certitudinem denotat verbum* Videtur.

Videtur.

Dictio CCCCXXIV.

1 IMproprietatem denotat hæc dictio, vt *vt in l. 1. §. deiecisse videtur, ff. de vi, & vi armata.* Pichard. *ad*

§. *nominatim, num.* 6. *Instit. de exhæredat. liber.* Ferrer. *in consuet. Cathaloniæ, glos.* 2. *num.* 108. Accac. Anton. *in comment. ad l.* 5. *ff. de cond. & demonstr. num.* 105.

2 Fictionem inducit, vt *in d. l.* 1. §. *deieciſſe, & in l. naturaliter, in princ. ff. de acq. poſſeſſ.* notant Roman. *conſ.* 224. *incip. Iſta captura, in fine.* Tiraq. *de iure conſtituti, p.* 2. *ampliat.* 1. *num.* 7. Bertazol. *in repet. l. ſi quis maior, C. de tranſact. num.* 646. Thomas de Thomaſſet. *in florib. legum reg.* 303. Menoch. *de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt. præſ.* 35. *num.* 9. *& præſumpt.* 86. *num.* 12. Bened. Ægid. *in repet. l. ex hoc iure, ff. de iuſtit. & iure, p.* 1. *cap.* 8. *num.* 78. Card. Tuſch. *pract. concluſ. tom.* 2. *lit. D. concluſ.* 394. *num.* 1.

3 Præſumptionem quandoque ſignificat ſecundùm Menoch. *d. lib.* 4. *præſumpt.* 89. *num.* 12. *& conſ.* 370. *num.* 10. Accac. Anton. *in comment. ad l. cum auus,* 102. *num.* 16. *ff. de cond. & demonſtr.*

4 Arbitrium boni viri aliquando importat, vt per Roman. *conſ.* 228. *incip. Pro plena, num.* 11. *verſ. cæterum,* vbi Apoſtil. *in verb. Boni viri.* Vallaſc. *conſult.* 153. *num.* 25. Petr. Enriq. *reſp. opuſc.* 2. *num.* 50. *in princip.* Card. Tuſch. *d. concl.* 394. *num.* 4. Greg. *deciſ.* 251. *num.* 8. Rota apud Zach. *poſt tract. de oblig. Camer. deciſ.* 2. *num.* 10. *& deciſ.* 3. *num.* 5. vbi *num.* 2. ſubdit, quòd quandoque neceſſitatem importat. Et etiam apud Farin. *deciſ.* 359. *num.* 6. *& deciſ.* 640. *num.* 13. *& deciſ.* 698. *num.* 3. *p.* 1. *recent.*

5 Viſionem interdum importat, quæ non habetur pro certa, & aliquando viſionem certam, vt ex Bart. *conſ.* 111. *incip. Quæritur, num.* 5. *lib.* 1. tradit Card. Tuſch. *d. concluſ.* 394. *num.* 4.

6 Veritatem nonnunquam importat, & certitudinem denotat, quando pronunciatur à Iure, vt *in l. quid tamen,* §. *arbiter, ff. de arbitris.* Zabarel. *conſ.* 60. *num.* 5. *verſ. tamen.* Rebuff. *in compendio alienationum, num.* 71. *pag. mihi,* 76. Card. Tuſch. *d. concl.* 394. *num.* 3. Aliàs verò non importat veritatem ſecundùm Surd. *deciſ.* 195. *num.* 13. Seraph. *deciſ.* 522. *num.* 2.

Vindicare.

Dictio CCCCXXV.

1 VErbum hoc, ſicut & *Vindicta,* intelliguntur de vindicta non propria auctoritate ſumenda, vt notant Glos. 1. *in l.* 1. *ff. de indignis.* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. ſeu receptar. ſent. conſ.* 35. *num.* 33. Sic etiam verbum *Vlciſci,* intelligitur iure mediante. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 74. *num.* 51.

SVMMARIVM.

1 Vix, *imminuendi, ac penè negandi vim habet.*

2 Vix *fieri illud dicitur quod fieri poteſt, licèt cum difficultate.*

3 *Exceptionem & regulam eſſe in contrarium denotat dict.* Vix.

4 *Expectationem diuturnam declarat dict.* Vix.

Vix.

Dictio CCCCXXVI.

1 VIx, imminuendi, ac penè negandi vim habet, Cic. 1. *de Orat.* In dicendo vix paucos proferre poſſumus. Id. 2. *Acad.* Nos probabilia quidem multa habemus, quæ ſequi facilè affirmare vix poſſumus.

Illud dicitur *vix* fieri, quod fieri poteſt, licèt cum 2
difficultate, vt *in cap. hæc cuius placiti,* vbi Glos. 12. *q.* 2. *cap.* 2. *de cognat. ſpirit. lib.* 6. notat Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Violenter, verſ. Vix, pag.* 129. vbi ſubdit, quòd eſt dictio diminutiua, & quandoque interpretatur pro *Nullo modo.*

Denotat exceptionem, & regulam eſſe in contra- 3
rium, vt *in l. vix certis armis,* vbi glos. *ff. de iudicijs, & in l. intra,* §. *fin. ff. de minorib. & in l. ſi hæres, ff. ad legem Falcidiam.*

Vix tandem diuturnam expectationem declarat. 4
Cic. *lib.* 5. *epiſt.* 9. Vix tandem legi litteras dignas Appio Claudio. Id. *in Piſ.* Gabinius ipſe vix, ſed tamen ſe collegit.

Vlteriùs.

Dictio CCCCXXVII.

1 NOn ſolùm hæc dictio eſt incluſiua, ſed repetitiua omnium qualitatum præcedentium, iuxta tradita per Dec. *conſ.* 189. *num.* 7. *tom.* 1. Pedem. *deciſ.* 52. *num.* 4. *&* 15. Surd. *conſ.* 274. *num.* 16.

2 Tollit ipſo iure ius petendi, vt per Garz. Girond. *de priuilegior. & exempt. explicat. num.* 907.

SVMMARIVM.

1 *Incluſiua regulariter eſt dict.* Vltra.

2 *Excluſiua interdum eſt dict.* Vltra, *& quando, oſtenditur.*

3 *Qualitates præcedentes repetit dict.* Vltra.

4 *Implicationem importat dictio* Vltra.

5 *Numerum expreſſum limitat dict.* Vltra.

6 *Tempus modicum importat dict.* Vltra.

7 *Teſtis deponens per dictionem* Vltra, *nihil probat.*

8 *Tempus totum continuum vt comprehendatur non facit dict.* Vltra, *ſine copula in teſte deponente.*

9 Vltra *contrarium habet* Citra, *& ſignificat* Trans.

Vltra.

Dictio CCCCXXVIII.

1 REgulariter hæc dictio eſt incluſiua, vt *in l. ſi vltra, C. de fideicommiſſo.* tradunt Dec. *in l. actione, num.* 9. *C. de tranſact. & in l. filiam, num.* 1. *C. de collat. & conſ.* 90. *num.* 7. *& conſ.* 330. *num.* 1. *& conſ.* 423. *num.* 4. Barbat. *conſ.* 74. *col.* 6. *vol.* 4. Fulgoſ. *conſ.* 40. *col.* 2. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 68. Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de frinol. appell.* §. *quodque, in verb. Vltra.* Gulielm. Bened. *in repet. cap. Raynutius, in verb. Alterochæ filiæ, num.* 1. *cum ſeqq.* Azeued. *ad Curiam Piſanam, lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 128. Pute. *deciſ.* 59. *num.* 1. *lib.* 3. Rebuff. *in comment. ad l. ſi quis ſic dixerit,* 123. *verſ. idem, in dict. Vltra, ff. de verbor. ſignif. pag.* 506. Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 145. *num.* 4. Azeued. *ad l.* 7. *num.* 121. *tit.* 18. *lib.* 4. *noua Recopil.*

Cened.

Cened. *post libr. practic. & canonic. quæst. sing.* 40. *num.* 1. Surd. *decis.* 285. *num.* 9. vbi *num.* 12. subdit, quòd confirmat quæ fuerant inutiliter data, & disposita. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 395. *num.* 13. vbi *num.* 14. post Cagnol. *in l.* 2. *num.* 5. *& seq. C. de rescind. vendit.* renet, quòd læsio prohibita vltra dimidiam, permittat læsionem vsque ad dimidiam.

2 Interdùm ista dictio excludit, vt *in l. cùm vltra, C. de non numerata pecunia, & in l. si vltra, C. de fideiuss.* notant Rebuff. *in concordat. tit. de collat. §. præfatique ordinarij, in verb. Vltra.* Dec. *cons.* 296. *num.* 1. *vers. & ideò illa dictio.* Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 61. Octauian. Vulpell. *citato loco, num.* 2. *vers. & eius.* Gulielm. Benedict. *in d. verb. Alterochæ filiæ, num.* 7. vbi asserit, quòd quando ista dictio additur rei à Iure prohibitæ, vel quando absonus resultaret intellectus, si ea inclusiuè intelligeretur, in eo casu excludit, & non includit; vt etiam tradit glos. *verb. facere, in Clem.* 1. *de vsuris*, quæ dicit, quòd si statuto caueatur, quòd nullus accipiat pro vsura vltra duos denarios pro libra in mense, statutum non videtur permittere vsuram quoad duos denarios, cùm sit contra Ius vsuram exercere, absonúsque inde resultet intellectus, si ea permitteretur, cùm omni Iure sit prohibita; de quò etiam Cosm. *in d. verb. Vltra.* Rebuff. *in comment. ad l. si quis, vers. limitatur, quando, ff. de verbor. signif. pag.* 506.

3 Repetit hæc dictio qualitates præcedentes, vt per Dec. *in l. lecta, num.* 24. *ff. si certum petatur, & cons.* 189. aliàs 190. *num.* 7. *vers.* 4. Calder. *cons.* 336. aliàs 7. *de testament.* Castr. *cons.* 88. *num.* 1. *vol.* 1. Azeued. *d. l.* 2. *num.* 5. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ Recopil. & ad Curiam Pisanam lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 128. Surd. *d. decis.* 285. *num.* 12. Gàlganet. *de condit. & demonstr. p.* 2. *cap.* 1. *q.* 18. *num.* 7. Cened. *d. sing.* 40. *num.* 3. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 395. *num.* 1. vbi *num.* 2. post Ang. *cons.* 24. *num.* 6. *vers. venio*, restringit, tunc non inducere repetitionem qualitatum præcedentium, quando in præcedentibus qualitates sunt diuersæ à sequentibus; vel quando dispositio esset nulla, si fierer repetitio.

4 Implicationem etiam importat, veluti si maritus vltra dotes aliquid leget vxori, censetur legare dotes, & legatum, quia dictio *Vltra* implicat; vt per Angel. *cons.* 294. *num.* 5. Bald. *cons.* 58. *incip. Factum tale est, in princip. lib.* 4. Bart. *in l. qui ita, ff. de dote præleg.* quos refert Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 395. *num.* 5. vbi *num.* 7. cum Angel. *citato loco* declarat, hanc dictionem, & similes implicare in materia fauorabili, secùs in odiosa. Adde Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 116. *num.* 29.

5 Numerum expressum limitat, secundùm Calder. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 11. *num.* 16. & extendit id tantùm, cui additur, ex Azeued. *d. l.* 2. *num.* 1. *tit.* 4. *lib.* 8. *nouæ Recopil.* vbi *num.* 5. subdit, quòd est confirmatoria priorum.

6 Modicum tempus importat, vt *in l. hæc adiectio, ff. de verbor. signif.* notant Abb. *in cap. literæ, num.* 10. *de dilationib.* Farinac. *in praxi crimin. p.* 4. *cons.* 55. *num.* 42. Octauian. Vulpell. *citato loco, num.* 3. Card. Tusch. *d. conclus.* 390. *à num.* 8. vbi *num.* 10. post Castren. *cons.* 18. *num.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 26. *num.* 3. *eod. lib.* declarat, quòd quando profertur à lege, potest importare aliquid vltra, & sic modicum, quia supereset minister legis, qui potest arbitrari.

7 Testis deponens per hanc dictionem, nihil probat, & ideò probans aliquid factum à viginti annis, & vltra, non probat concludenter probandum certo tempore supra viginti annos, secundùm Ioan. de Imola *cons.* 105. *num.* 4. Card. Zabarell. *cons.* 107. *incip. Petitur.* Viu. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *de probat. num.* 68. *pag.* 482. Azeued. *d. l.* 2. *num.* 11. Octauian. Vulpell. *d. loco, num.* 4. vbi limitat, si à teste probabilis ratio eius dicti redderetur. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 277. *num.* 12. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1520. Card. Tusch. *d. concl.* 396. *à num.* 8. vbi *num.* 12. subdit ex Imol. *d. cons.* 105. *num.* 4. quòd si plures testes deponunt, vnus de decem annis, alius de octo, & vltra, non concludunt de decem, quia dictio *Vltra* nihil importat, additque, aliquid operari ad inducendam concordiam cum partis assertione. Nam si pars dicit, quòd sunt anni vndecim, testes verò dicunt, quòd sunt anni decem, & vltra, non sunt contrarij.

Vnde sine copula in teste deponente de tempore 8
non facere, vt comprehendatur totum tempus continuum, tradit Seraphin. *decis.* 1102. *num.* 3.

Apud Ciceronem, & alios bonos Latinæ linguæ 9
Autores, contrarium habet *Citra*, & significat *Trans.* Cic. *Attic. lib.* 12. Vltra Syllanam villam est, quam puto tibi notam esse. Idem *Tusculan.* 4. Sed adhibet modum quemdam, quem vltrà progredi non oporteat. Idem *lib.* 2. *de diuinat.* Diuinatio coniectura nititur, vltra quam progredi non potest. Idem 1. *de inuent.* Longum exordium est, quod pluribus verbis, aut sententiis vltra quàm satis est, producitur.

SVMMARIVM.

1 Vltrò, *aliquando exponitur pro* Sponte.
2 Vltrò *interdum significat idem quod* sine requisitione, *vel* mandato.
3 Vltrò, *nonnunquam accipitur pro*, sine quæstione.
4 Vltrò, *apud Grammaticos interdum significat* Insuper.
5 Vltrò, citroque, *sunt dict. oppositæ.*
6 Vltrò, *per translationem interdum vsurpatur pro*, mutuc, atque, inter se.

Vltrò.

DICTIO CCCCXXIX.

HÆc dictio aliquando exponitur pro *Sponte*, vt 1
in l. vxori, vbi glos. *ff. de falsa. & in l. illud, §. fin. ff. de constit. pecun. & in l. circa, ff. de probat. & in l. qui hominem, §. si nullo, ff. de solut. & in l. non omnes, §. item temporis, ff. de re militari.* Cic. *lib.* 4. *epist.* 16. Nec mihi quidquam in mentem venit optare, quod non vltrò mihi Cæsar detulerit.

Interdum significat idem, quod *Sine requisitione*, 2
vel mandato, vt *in l. liberto, §. penult.* ibi, *vltrò egit, ff. de negot. gestis.*

Nonnunquam accipitur pro, *Sine quæstione*, vt *in* 3
l. 1. §. *diuus Antoninus, & §. si quis vltrò, & in l. vnius, §. iudex, ff. de quæstion.* Vltrò comperit actio, id est, sine pœnitentia, sine exceptione, *l.* 3. §. 1. *ff. de condict. causa dat. l. sed an vltrò, ff. de negot. gestis.* Vltrò iurando, id est, sine dilatione, & necessitate, *l. si legatarius, ff. de dolo, l.* 3. *ff. de iureiuran. l. si pigneri, in fin. ff. famil. herciscundæ.*

Vltrò apud Grammaticos interdum significat 4
Insuper. Cic. *Catilin.* 3. Est etiam in nobis animus, Quirites, vt non modò nullius audaciæ cedamus,

sed etiam omnes improbos vltrò semper lacessamus. Virgil. *Æneid. lib.* 9.

Videris irrumpentem, vltróque incluserit vrbi.

5 *Vltrò, citróque*, sunt dictiones oppositæ, *l. si quis ex argentariis, §. rationem, ff. de eden.* notant Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *glos.* 11. *num.* 66. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Vltra, vers. vltrò, pag.* 131. *col.* 1.

6 Per translationem apud Grammaticos interdum vsurpatur pro *Mutuò*, atque *Inter*, &c. Cic. *lib.* 1. *Offic.* Beneficia vltrò, citróque data, & accepta. Idem *lib.* 6. *de Repub.* Multísque verbis vltrò, citróque habitis, ille nobis consumptus est dies.

SVMMARIVM.

1 *Simultaneitatem, congregationem, & vnionem diuersorum denotat dict.* Vnà.

2 Vnà, *idem importat quod* Simul.

3 *Vnitatem, atque æqualitatem significat dictio* Vnà.

4 Vnà, *coniungit plus quàm dict.* Et.

Vnà.

Dictio CCCCXXX.

1 DEnotat hæc dictio simultaneitatem, congregationem, & vnionem diuersorum, & actuum coniunctionem, vt *in l. Lucius, §. quisquis, & in l. si pluribus, in princip. ff. de legat.* 2. *& in l. fin.* vbi Bald. *sub num.* 11. *in* 6. *oppos.* & Ias. *col. fin. C. de impub. & aliis, & in §. nos autem, Instit. de Attilian. tutor.* notant Paris. *cons.* 79. *num.* 21. *lib.* 3. Alex. *cons.* 93. *num.* 4. *lib.* 3. Gozadin. *cons.* 72. *sub num.* 9. *vers. nam dictio.* Rebuff. *in l. restituere,* 36. *vers. item dictio Vnà, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 202. Bertazol. *de clausulis instrument. claus.* 39. *glos.* 1. *num.* 1. Octauian. Vulpell. *de præpos. & aduerb. signif. sub dict. Vltra, vers. vnà, pag.* 131. Peregr. *cons.* 65. *incip. Visis, num.* 8. *lib.* 3. Flamin. Paris. *de confident. benefic. q.* 33. *num.* 28. Marc. Anton. *variar. resolut. lib.* 2. *resol.* 35. *num.* 4. Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 376. *num.* 1. Et fuit dictum *in Montis Regalis iurisdictionis*, 5. *July* 1604. *coram Reuerendissimo Domino Neo Coccino Decano.*

2 Et tantum est dicere *Vnà*, quantum *Simul, l. qui quatuor, § vxori, ff. de legat.* 3. *l. immò & socer, ff. de vsu, & habit.* Bald. *in l. vnic. §. in his itaque, C. de caducis tollend.* Gozadin. *cons.* 22. *num.* 37. Grat. *cons.* 9. *num.* 103. *& cons.* 111. *num.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 13. *num.* 56. *lib.* 2.

3 Significat vnitatem, ac æqualitatem; ita quòd non habeat compositionem, iuxta tradita per Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 139. *num.* 22. *& cons.* 578. *num.* 3. Ceuall. *commun. contra communes, q.* 828. *num.* 47. Vnde si quis instituat fratrem hæredem, cum hoc quòd bona sua debeat communicare vnà cum fratribus suis, importat simultaneam communicationem, vt ipse fratribus, & fratres sibi communicent. Ita Bart. *cons.* 4. *incip. Factum tale, num.* 3. *in fine, & seq. lib.* 1. Card. Tusch. *d. lit. D. conclus.* 376. *num.* 1. vbi *num.* 2. cum eodem Bart. *d. cons.* 4. *num.* 4. subdit, quòd si quis instituat sibi hæredem Titium, vnà cum filiis suis, omnes sunt hæredes.

4 Illud aduertere oportet, quòd hæc dictio coniungit plusquàm dictio *Et*, iuxta tradita per Bart. *in l. Gallus, §. quidam rectè.* vbi Ias. *num.* 14. *& 20. ff. de liber. & posthum.* Paris. *cons.* 3. *num.* 17. *vol.* 1. *& cons.* 79. *num.* 21. *& seq. vol.* 3.

SVMMARIVM.

1 Vnà cum, *idem importat quòd dict.* Et.

2 *Augmentum importat dictio* Vnà cum, *respectu qualitatis relicti.*

3 Vnà cum, *demonstrat vt aliquid simul expediatur.*

Vnà cum.

Dictio CCCCXXXI.

IDem importat hæc dictio, quod copula *Et*, & ideò si testator relinquat exequutorem suum Titium, vnà cum Seio, proinde est ac si dixisset: Relinquo Titium, & Seium exequutores, ita quòd vno mortuo alter est exequutor solus vtroque casu. Ita Bart. *cons.* 147. *incip. Factum tale, lib.* 1. quem refert Card. Tusch. *practic. conclus. tom.* 2. *lit. D. concl.* 398. *num.* 1. vbi *num.* 2. cum eodem Bart. *d. cons.* 147. *num.* 2. subdit, quòd importat etiam repetitionem. 1

Augmentum importat respectu qualitatis relicti, secundùm Menoch. *de præsumptionib. lib.* 4. *præsumpt.* 139. *num.* 26. 2

Demonstrat, vt aliquid simul expediatur, vt notatur *in l. fin. C. de impub. & aliis, & §. fin. Instit. de Attiliano tutor.* Grat. *cons.* 93. *num.* 1. *lib.* 1. Paris. *cons.* 111. *num.* 17. *lib.* 1. 3

Vnanimiter.

Dictio CCCCXXXII.

IMportat *Nemine discrepante*, vt *in cap. bonæ memoriæ, in vers. vnanimiter, de postulat. Prælat. & in cap. vnanimiter, eod. tit. & in cap. cùm dilecti, de elect. & in cap. tertio loco, de probat.* Barbat. post alios *in cap. cùm Ecclesia Sutrina, de causa possess. & propr.* Panorm. *in cap. licet, in* 1. *notabil. de offic. deleg.* Alberic. *in Dictionario, verb. vnanimiter.* 1

SVMMARIVM.

1 *De vi, & effectibus huius dictionis qui multa adducat, refertur.*

2 *Causam intrinsecam significat dictio* Vnde, *& importat idem quod,* ex qua causa.

3 Vnde, *quamuis propriè sit aduerbium loci, interdum tamen & ad personas, & ad alias res accommodatur.*

Vnde.

Dictio CCCCXXXIII.

MVlta de vi, & significatione huius dictionis adducit Rebuff. *in comment. ad l. quibus*, 57. *vers. vnde, ff. de verbor. signif. pag. mihi* 297. 1

Significat causam intrinsecam, & importat idem quod 2

quod *Ex qua cauſa*, vt per Caſtren. *conſ.* 322. *incip. Viſis actis, in princip. lib.* 1. Grat. *conſ.* 77. *num.* 3. *lib.* 1. Octauian. Vulpell. *de præpoſ. & aduerb. ſignif. ſub dict. Vltra, verſ. Vnde, pag.* 131. Card. Tuſch. *practic. concluſ. tom.* 2. *lit. D. conci.* 396. *num.* 1.

3 Quamuis propriè *Vnde* ſit aduerbium loci, interdum tamen & ad perſonas, & ad alias res accommodatur, ponitúrque eleganter etiam apud Ciceronem, aliósque bonos Latinæ linguæ Autores, pro *Ex quo, ex qua*, vel *ex quibus*. Cic. 1. *de Orat.* De ea re multo dicet ornatiùs, quàm ille ipſe, vnde cognorit. Idem *pro Flac.* Adſunt Athenienſes, vnde humanitas, ac doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atque in omnes terras diſtributæ putantur. Idem 1. *de Orat.* Equidem vobis fontes, vnde haurietis, atque itinera ipſa putaui eſſe demonſtranda.

Vndique.

Dictio CCCCXXXIV.

1 IDem importat quod *Omni ex parte*, & de loco propriè dicitur. Cic. *pro lege Manil.* A Sicilia multis vndique cinctam periculis explicauit. Idem *pro Seſt.* Omnes vndique floſculos carpam, atque delibem. Virgil. *lib.* 5. *Æneid.*

----- Macia vndique, & vndique cælum.

2 Sæpe autem per tranſlationem vſurpatur. Cic. 2. *de natura Deor.* Mundus perfectus vndique eſt. Idem 2. *Philippic.* Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua.

SVMMARIVM.

1 Vnus, & alter, *pro duobus vſurpari ſolet.*
2 Vnus, aut alter, *ſicut vnus, aut duo dicitur.*
3 Vnus, *aliquando importat idem quod* Solus.
4 Vnus *ex omnibus, vel omnium, vel inter omnes, magnam vim habet augendi.*

Vnus, & alter.

Dictio CCCCXXXV.

1 PRo duobus vſurpari ſolent hæ dictiones. Cic. 4. *Verr.* Dicit vnus, & alter breuiter. Idem *pro Cluen.* Vnus, & alter dies interceſſerat, cùm, &c. Idem *Attic. lib.* 14. *epiſt.* 18. Adductus ſum tuis vnis, & alteris literis.

2 *Vnus, aut alter*, ſicut *Vnus, aut duo*, dicitur. Cic. *Attic. lib.* 7. Quid enim eſt tantùm in vno, aut altero die. Quum res plures duabus numerantur, dicimus, *Vnus, alter, tertius, plures*. Cic. *pro Cluen.* Vnum, alterum, tertium annum Saſſia quieſcebat. Idem *pro Flac.* Tria Græcorum genera, quorum vni ſunt Athenienſes, Æoles alteri, Dores tertij nominabantur. Idem 6. *Verr.* Dies vnus, alter, plures non referri.

3 *Vnus* aliquando importat idem quod *Solus*. Cic. *Attic. lib.* 1. Prænetius vnus omninò comes fuit. Idem *ad Quint. fratr. lib.* 1. *epiſt.* 1. In tuis ſummis laudibus excipiunt vnam iracundiam. *Ad vnum*, id eſt, nullo excepto. Idem *de Amicit.* De amicitia verè omnes ad vnum idem ſentiunt. Idem *lib.* 10. *epiſt.* ... Ego eam ſententiam dixi, cui aſſenſi ſunt ad vnum.

Vnus ex omnibus, vel *omnium*, vel *inter omnes*, 4 magnam vim habet augendi, quia vnus confertur cum omnibus. Cic. 2. *Catilin.* Ille autem vnus timendus ex omnibus. Idem 1. *de Orat.* Cùm te vnum ex omnibus ad dicendum maximè natum, aptúmque cognoſſem. Idem *in Orat.* Inter omnes in omni dicendi genere vnus eminet Demoſthenes. Idem *Attic. lib.* 8. Vnum omnium loquaciſſimum, & minimè aptum ad dicendum.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium liberum, & abſolutum tribuit verbum* Volo.
2 Volo, *refertur ad actum licitum, non verò ad actum regulatum, & illicitum.*
3 Velle *quis non creditur quod iure facere non poteſt.*
4 Velle *quæ ignorat quis non dicitur.*
5 Volo *ex ſui proprietate eſt informe, & determinatur ratione verbi adiuncti.*
6 *Fideicommiſſum importat verbum* Volo, *ſi iungatur verbis obliquis, directam verò ſubſtitutionem ſi verbis directis, aut communibus.*
7 *Subſtitutio valet in vim directæ, ſi verbum* Volo *reperiatur adiunctum alicui verbo communi.*
8 *Fideicommiſſum innuit verbum* Volo, *iunctum cum alijs verbis, ſi ſine liberis, aut hæredibus deceſſerit.*
9 *Diſpoſitiuum eſt verbum* Volo, *cùm alterius perſonæ voluntas non ſpectatur.*
10 *Diſpoſitionem plenam importat verbum* Volo, *in vltimis voluntatibus.*
11 *Actum perfectum importat verbum* Volo, *adiunctum infinitiuo præſentis temporis.*
12 *Verba* Volo te ducere in vxorem, *non operantur matrimonium de præſenti.*
13 *Exequutionem importat verbum* Volo, *adiunctum cum infinitiuo.*
14 *Diſpoſitionem non importat verbum* Volo, *iunctum infinito in actibus inter viuos.*
15 *Ius nouum aliquando inducit verbum* Volumus, *& declarat antiquum.*

Volo.

Dictio CCCCXXXVI.

VErbum hoc tribuit liberum, & abſolutum ar- 1
bitrium, vt *in l. cum quidam, ff. de legat.* 2. *& in l. fideicommiſſar. ff. de fideicommiſſ. libertatib.* notat Menoch. *de præſumptionib. lib.* 4. *præſumpt.* 188. *num.* 13. *& de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *num.* 2. vbi *num.* 3. ſubdit, quòd ad Iudicem directum non ſignificat liberum arbitrium. *& num.* 14. quòd coniunctum cum verbis *Tuo arbitrio*, non operatur, vt cenſeatur collatum liberum arbitrium. *& num.* 30. quòd adiunctum verbo exequutiuo non liberam poteſtatem, ſed viri boni arbitrium ſignificare videtur. Item verbum hoc eſt commune, & non præceptiuum, nec æquipollens præcepto, vt poſt multos reſoluit Sanch. *in*

præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 40. in fine.

2 Refertur ad actum licitum, non verò ad actum irregulatum, & illicitum, secundùm Peraltam *in l. 1. num. 73. ff. de legat. 2.* & Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5.*

3 *num. 17.* Menoch. *cons. 1184. num. 7.* vbi ait, quòd quisque velle non præsumitur nisi honesta. Velle enim quis non creditur, quod Iure facere non potest, *l. Lucius, §. Imperatores, ff. ad municipalem, l. si tib. §. vnius, ff. de optione legata* glos. *in l. peto, in princip.* vbi Bald. *in fine princip. ff. de legat. 2. cap. cùm à nobis, de sentent. excommunic.* Menoch. *cons. 540. num. 6.* Surd. *cons. 431. num. 41.* Rota *decis. 364. num. 3.* apud

4 Farinac. *p. 1. recent.* Sicut etiam velle quæ ignorat quis non dicitur, ex Menoch. *cons. 191. num. 45. & cons. 402. num. 82.*

5 Verbum hoc *Volo* ex sui proprietate est informe, & determinatur ratione verbi adiuncti, secundùm doctrinam Bart. *in l. apud Ausidium, num. 2. vers. respondeo verbum, ff. de optione legat. & in l. cunctos populos, num. 3. C. de summa Trinit.* & clariùs *in l. verbis similibus, num. 5. vers. præterea, ff. de vulgar.* vbi ait, verbum *Volo* non esse directum, vel obliquum, nisi propter verbum adiunctum. Sequitur Alex. *in l. quoniam indignum, num. 1. vers. ego autem puto, C. de testam.* vbi ait, Bart. optimè dicere verbum *Volo* aptitudine posse esse directum. Bero. *cons. 11. num. 12. lib. 2.* Franch. *in cap. cùm pater, num. 62. de testam. lib. 6.* vbi ex Bald. concludit, huiusmodi verbum

Factum non dicitur quod non durat factum, ibid.n.14.
Factum attenditur non quod potuit fieri, ibid.n.15.
Factum non attenditur, sed quod debuit fieri, ibid. numero 16.
Factum quod non releuat, fieri non debet, ibid.n.17.
Factum non reputatur id quod non habuit effectum, ibid.n. 18 pag.59.
Factum contra ius pro non facto habetur, ibid.n.19.
Factum vnius non debet alteri nocere, ibid.n.21.
Factum proprium nemo impugnare potest, ibid.n.23.
Factum Iudicis reputatur factum partis, ibid.n.25.
Factum præsumitur quod fieri consueuit, ibid.n.26.
Factum non præsumitur nisi probetur, ibid.n.27.pag.60.
Factum legitimè, seu iustè nullam pœnam meretur, ibidem, num.29.
FACVLTAS per clausul. Motus proprij, concessa quando expiret per obitum Papæ concedentis, ostenditur. Clausul. 79.n.12.pag.86.
Facultas alicui concessa de conferenda re aliqua cum dict. Liberè, non restringitur ad certum genus personarum, Dict.190.n.13.pag.272.
Facultas tranferendi pensionem intelligitur de prima dumtaxat. Clausul. 181.n.6 pag.181.
Facultas tranferendi pensionem non fuit consumpta per translationem inualidam, ibid.n. 7.pag.182.
Facultas transferendi pensiones nunc & pro tempore reseruatas quandócunque, non est restricta ad pensiones tempore indulti reseruatas, ibid.n.8.
Facultatem comparendi in absolutam citati voluntatem confert clausul. Compareas, &c. facitque reum voluntarium, non necessarium, Clausul.23.n.3.pag.25.
Facultatem capiendi propria auctoritate non importat clausul. Ad habendum. Clausul.4.n.26.pag 6.
Facultatem habentes imponendi pœnas bannitis quocunque prætextu, vel occasione, non possunt imponere pœnam aliis non bannitis etiam pro occasione bannitorum, dict.236.n.10.pag.288.
Facultas corrigendi extinguitur per litis contestationem, & libellus vsque ad litis contestationem emendari potest. Clausul.142.n.1.pag.145.
Facultatum appellatione vniuersa continentur, sicut vbi fit mentio de substantia, patrimonio, bonis, & similibus. Appell.93.n.1.pag.190.
Falcem in messem alienam quis ponere non debet. Axiom. 94.n.1.pag.60.
FALCIDIA ad Trebelleanicam, & è contra in Iure admittitur argumentum loco 46.n.1.pag.318. Item à falcidia, & Trebelleanica ad legitimam valet argumentum, ibid. num.2.
Falsitas narratorum quando est detecta non operatur clausul. Sublata, &c. Clausul.175.n.40.pag. 176.
Falsitatem narratorum non supplet clausul. Ex certa scientia. Clausul.59.n.43.pag.67.
Falsitatis imaginem habet non verisimile. Axiom. 123. n.3 pag.139.
FAMA bona est thesaurus inæstimabilis, & est maximum bonum. Axiom.95.n.1.pag.61.
Fama bona prodest multùm, & expurgat omnem suspicionem, ibid.
Famæ probatio cum adminiculis sufficit pro iustificatione clausul. Dummodò remaneant mille pro Episcopo. Clausul. 48.n.9 pag.58.
FAMILIÆ appellatione in dubio venit familia contentiuè, seu passiuè, comprehendendo omnes agnatos etiam transuersales. Appell.94.n.1.pag.191.
Familiæ appellatione veniunt descendentes solùm ab ipso testatore, non autem transuersales, vbi constat illum sensisse de familia actiuè, seu effectiuè, & maximè si additum sit pronomen aliquod possessiuum, ibid.n.2.
Familia recta, & transuersalis vbi vocata esset, intelligitur de transuersali respectu suorum descendentium inter se, ibid.n.3
Familiæ appellatione transuersales de familia veniunt, quando dispositio facta ad fauorem familiæ non potest verificari in descendentibus, ibid.n.4.
Familiæ appellatione transuersales veniunt, quando vocatio esset facta expresso nomine illius, ibid. n.5. vel quando testator habuit rationem ipsius familiæ non personarum, vt n. 6. Vel quando testator prius vocasset descendentes, & in defectum descendentium vocasset proximiores de familia, vt n.7. & quando esset vocata familia, & agnatio, vt n.8.pag.192.
Familiæ appellatione comprehenduntur fœminæ, etiamsi dicatur quòd bona remaneant in familia, ibid.n.14.cum seqq.latè tractatur an & quando fœminæ veniant appellatione familiæ.
Familiæ appellatione latè sumpto vocabulo veniunt omnes, qui ferunt eadem arma, & insignia, ibid. numero 34. pag.194.
Familiæ appellatione in prohibitione alienationis non comprehenduntur extantes vltra quartum gradum, nisi facta fit per verba præcisa, & vniuersalia, ibid.n.36.
Familiæ appellatione in testamento quando plures sunt familiæ eiusdem cognominis, venit illa de quo ipse testator natus est, ibid.n 37.
Familia aggregata dicitur esse de stirpe & sanguine illius familiæ, cui aggregata est, ibidem, numero 38. pagina 194.
Familia siue agnatio testatoris continetur appellatione nominis mei. Appell.165.n.3.pag.258.
Familiæ seruilis appellatione comprehenduntur domestici omnes, & in seruitio existentes, si habitant in eadem domo, Appell.95.n.1.pag.194.
Familiæ eiusdem appellatione pro qua fornarius, vel molendinarius se obligauit, venit illa, quæ in eadem mansione, vel sub eadem claue viuit, ibid.n.2.
Familiæ appellatione in legato illi relicto comprehenditur ille, qui testatori inseruiebat in officio custodis viridarij, ibid.n.3.
FAMILIARIVM appellatione qui verè, & propriè veniant, & quid in interdicto, ostenditur Appell. 96.n.1. & 3.pag. 194.& seq.
Familiarium appellatione vbi testator reliquit fideicommissum suis familiaribus, veniunt ij, quos testator circa se, & sui cultus gratia tenebat continuos commensales domi suæ, ibid.n.2.pag.195.
Familiares Papæ qui dicantur ostenditur, ibidem, num. 4. pag.195.
Familiarium Papæ appellatione veniunt Cardinales. ibid. num 6.
Familiarium Episcopi appellatione ad Ordines accipiendos veniunt illi, qui per triennium cum Episcopo fuerint commorati, & præsentes inseruierint, ibid.n. 5.
FAMVLORVM appellatione vbicumque fit legatum à testatore continentur tantùm famuli tempore testamenti. Appell.97.n.1.pag 195.
Famulorum appellatione in priuilegiis veniunt famuli futuri, ac proinde priuilegium concessum pro se, & famulis, ad ipsos extenditur, ibid.n.2.
Famuli etiam stantes cum aliquo veniunt appellatione habitatorum. Appell.112.n.5.pag.218.

FARINA & vinum rei appellatione continentur, Appell. 235.n.6.pag.288.

Farina non continetur appellatione frumenti in legato de eo facto, Appell.105.n.4.pag.224.

Farinam creditori præstare non potest frumenti debitor, ibid.n.5.

FASCIÆ continentur appellatione vestium, Appell. 268.n. 3 pag.300.

FATERI non videtur excipiens ea, quæ in exceptione includuntur quoad fundandam intentionem actoris, Axiom.8[illegible]n.9 pag.54.

FAVOR in [illegible] potiùs est considerandus quàm odium. Axiom 166.n.6.pag.105.

[illegible]more quod conceditur, non retorquetur in odium, Axiom. [illegible] pag.61.

[illegible] quilibet renunciare potest, ibid.n.2.

[illegible]ficis censetur derogatum per clauf. Sola facti veritate inspecta. Clauf.173.n.19.pag 171.

FERE. Hæc dictio est diminutiua, & non firmat in omnibus, ac imperfectionem denotat, ponitur quandóque comparatiuè, & non semel electiuè. Dict. 124 ex num.2. pag.242.

FEVDVM ex pacto, & prouidentia inducit clauf. Pro se, suisque hæredibus, & successoribus, in concessione feudi apposita. Clauf 112.n.8.pag.123.

Feudi propria natura est vt ad hæredes extraneos, seu fœminas non transeat. Clauf.113.n.1.pag.124.

Feudum posteritati concessum restringitur ad masculos per virilem sexum descendentes. Appell. 208. num. 4. pag.275.

Feudum omninò alienabile significat clauf. Et quibus dederit, dummodò tamen Ius commune minùs lædatur. Clauf. 57.n.2.pag.62.

Feudi in concessione operatur clauf. Et quibus dederit, quòd in alienatione nouus omninò consensus non requiratur, ibid.n.5.

Feudum non venit bonorum appellatione in generali sermone. Appell.35.n.12 pag.160.

Feuda hæreditaria veniunt bonorum patrimonialium nomine, ibid.n.13.

Feudo ad maioratum, seu primogenitura confici potest argumentum, quando id, quod in feudis deciditur Iuris communis regulis non repugnat. loco 47.n.1.pag 318 Item à feudo ad emphyteusim valet argumentum quando datur eadem ratio, & Iuris regulæ non repugnant, ibid.n.2. pag.319. Item à feudo ad Regnum, ibid.n.3. Item à feudo ad officium, ibid.n.4. Item à feudo ad Iuspatronatus quoad modum succedendi, ib.n.5. Item à feudo ad fideicommissum, ibid.n.6. Item à feudo ad vltimas voluntates, ib. n.7 pag.319.

FICTIO idem operatur quod veritas, & tantum operatur in casu ficto, quantum veritas in casu vero, Axiom.97.n. 1.pag.61.

Fictio Iuris naturam imitatur in quantum potest, ibidem, num.5.

Fictio cessat vbi veritas habere locum potest, ibid.n.6.

Fictionem denotat verbum Creditur, Dict. 72. numero 1. pag 217.

Fictionem importat dictio Acsi, Dict.4.n.1.pag.193.

Fictionem quandóque importat verbum Intelligitur, Dict. 169.n.2.pag.260

Fictionem importat dict. Quodammodò. Dict. 328. num.2. pag.342.

Fictionem, & fraudem tollit dict. Cum effectu, dict. 75.n.20. pag.220.

Fictionem inducit verbum, Videtur, dict. 425. numero 2. pag.380.

FIDEICOMMISSARIÆ adiecta dict. Suus, quos demonstret, remissiuè dict.397.n.5.pag.369.

FIDEICOMMISSARIVS, vt possit apprehendere rem absque consensu hæredis operatur dict. Liberè. Dict. 190. n. 19.pagina 272.

FIDEICOMMISSVM quando esset relictum pro conseruatione bonorum in agnatione tunc fœminæ non veniunt appellatione consortium. Appell.59.n.4.pag.169.

Fideicommissum quando tacitè, vel expressè est relictum pro conseruandis bonis in agnatione, fœminæ sunt exclusiuæ. Appell.94.n.18.pag.192.

Fideicommissum quando esset relictum fil.is alicuius, eius tamen tunc viuentis contemplatione, tunc debentur etiam natis post mortem testatoris. Appell.99.n.8.pag.200.

Fideicommissum relictum fratribus non extenditur ad sorores, Appell.102.n.5.pag.221.

Fideicommissum quando importet verbum Do, remissiuè. Dict.92.n.6.pag.226.

Fideicommisso iuncta clauf. Tunc & eo casu, operatur vt restringatur dispositio ad casum expressum. Clauf.182.n. 5.pag.182.

Fideicommissum ampliat, & non restringit dict. Ita quòd. Dict.182.n.3.pag.265.

Fideicommissum importat verbum, Volo, si iungatur verbis obliquis; directam verò substitutionem si verbis directis, aut communibus. Dict.436.n.6.pag.384.

Fideicommissum innuit verbum, Volo, iunctum cum aliis verbis, si sine liberis, aut hæredibus decesserit, ibid.n.8. pag.384.

Fideicommissi, seu alterius Iuris renunciationem in executiuis non inducit clauf. Ad habendum. Clauf. 4.num.21. pag.6.

Fideicommissi remissionem in diuisione inducit clauf. Ad habendum, quando est in parte dispositiua, ibid.num.17. pag.5.

Fideicommissum vniuersale importat verbum, Lego, nunquam obliquum adiectum hæreditati, siue alius sit hæres institutus, siue non. dict.189.n.4.pag.270.

Fideicommissum perpetuum inducit dict. In infinitum, posita in substitutione facta in omnes descendentes. dict. 163.n.6.pag.258.

Fideicommissum nouum non inducunt verba, In perpetuum, & in infinitum, quando sunt posita relatiuè. dict. 163.n 8.pag 258.

Fideicommissum vt resultet absolutum, multùm operatur dict. Semper, dict.361.n.7.pag.355.

Fideicommisso ad Regnum, vel aliam successionem debitam ex causa necessaria valet argumentum. loco 48. n.1. pag.319. Item à fideicommisso ad feudum, ibid.n.2. Item à fideicommisso ad maioratum, ibid.n 3.

FIDEIVSSOR vnus soluendo totum an habeat recursum contra alium cõfideiussorẽ, remissiuè clauf.32.n.8.pag.80.

Fideiussores quando plures sunt dati in solidum quilibet eorum tenetur ad solutionem totius debiti. Clauf 72.n.6. pag.80.

Fideiussoris obligationem perpetuat dolus, & mora principalis Axiom.22.n.5.pag.19.

Fideiussoris obligatio accessoria habet eandem naturam, & conditionem, quam principalis obligatio. Axiom.4.n. 3.pag.6.

Fideiussori obstat clauf. sublata, &c. quando obstat principali. Clauf.175.n.49.pag.176.

Fideiussor continetur debitoris appellatione in statutis. Appell.69.n.4.pag.172.

Fideiussoris idonei appellatione venit ille, qui habet stabilia, vel multa mobilia, quæ æquiualeant valori litis, de qua agitur, & quòd sit facilis ad conueniendum. Appell. 98.n.1.pag.195.

FIDES publica etiam hostibus est seruanda. Axiom.98.n.6. pag 62.

Fidem fallere, & promissa non adimplere graue est, ibid.n.[illegible]

Fides non est seruanda frangenti fidem, etiamsi interueniat iuramentum, & quamuis in minimo fides deficiat, ibid.n. 7.cum seqq.

Fidem quam faciant acta facta coram Iudice seculari; deducta coram Iudice Ecclesiastico. Axiom. 8. numero 3. pag.9.

FILIA nupta per nuptias definit esse de familia testatoris, Appell.94.n.27.pag.193.

Filia nubendo familiæ patris imponit finem, & dicitur augere familiam viri, ibid.n.28.

Filia nubendo non dicitur de cognomine paterno, ib.n.29.

Filiæ continentur appellatione filiorum Appell. 99. numero 48. pag. 204. nisi testator oppositum qualitatem filio vocato, quæ non conuenit fœminæ, ibidem, num. 66. pag.206.

FILIVS allegans turpitudinem patris non auditur, Axiom. 221.n.2.pag.133.

Filius si instituatur, & descendentes ex eo, tunc veniunt

descendentes ordine succesſiuo. dict. 110. numero 21. pag.235.

Filius ne patrem repræsentet, vel in eius locum succedat, operatur clauſ.Salua gradus prærogatiua. Clauſ. 138. n.4. pag.143.

Filius dicitur pati damnum ſi priuatur hæreditate paterna, vel materna,Appell.68.n.2.pag.172.

Filij nati ab vxorato, & ſoluta ex damnato coitu procreati non ſunt,Appell. 248.n.2.pag.193.

Filij nati ex conſanguinea,vxorata, moniali, & clerico dicuntur ex punibili, & damnato coitu procreati, ibid. num.4.

Filij ſimpliciter ſpurij matri non illuſtri ſunt ſucceſſibiles, & è contra, non ita ſi ex damnato coitu ſunt procreati, ib. num.6.

Filij hæredes,vel filij & hæredes ſi vocati ſint an requiratur quòd cum effectu ſint hæredes,remiſſiuè Appell 113.n.39. pag.232.

Filij,nepotes,ac pronepotes,& deſcendentes omnes continentur appellatione ſobolis.Appell.144.n.1.pag.292.

Filij clericorum de domo & familia patris non dicuntur, Appell.81.n 5.pag.181.

Filij poſiti ſub conditione vt dicantur diſpoſitiuè vocati operatur clauſ. Omni meliori modo,&c. Clauſ. 95. n.50. pag,108.

Filij in fideicommiſſis veniunt appellatione agnatorum. Appell.13.n.5.pag.148.

Filiorum appellatione non venit poſthumus,niſi ex iudiciis appareat teſtatorem de eo etiam ſenſiſſe. Appell. 99.n.1. pag.200.

Filiorum appellatione in fideicommiſſo puro, vel in diem certam relicto veniunt ſolùm nati tempore teſtamenti, vel mortis teſtatoris, non autem poſt,niſi ex aliquibus coniecturis colligi poſſit teſtatorem ſenſiſſe & de naſcituris poſt eius mortem, vel quando teſtator vocaſſet filios alicuius,qui teſtamenti tempore filios non habebat, vel in numero plurali vocaſſet filios illius,qui vnum tantùm filium habebat,vel quando diſpoſitio eſſet concepta verbis vniuerſalibus,quia tunc etiam poſt teſtatoris mortem nati,& concepti venirent,ibid.n.3.cum ſeqq.

Filiorum appellatione in fideicommiſſo relicto in diem,vel ſub conditione,veniunt nati etiam poſt mortem teſtatoris, dummodò intra tempus purificatæ conditionis naſcantur,Appell.99.n.9.pag. 200.etiam quòd eſſent concepti tempore euenientis conditionis licèt poſtea naſcantur,ibid.n.10. & quamuis teſtator vocaſſet filios per pronomina,meos,vel ſuos,ibid.n.11.pag. 201.

Filiorum, & hæredum appellatione veniunt filij etiam non hæredes,ibid n.12.

Filiorum appellatione an & quando veniant ſoli legitimi, non autem ſpurij,aut etiam naturales, latè Appell.99.ex n.13.pag.201.

Filiorum appellatione an & quando veniant fœminæ, oſtenditur latè ibid.ex n.48.pag.204.cum ſeqq.

Filiorum appellatione tam in diſpoſitiuis quàm in conditionalibus non veniunt filij adoptiui,ac proinde in fideicommiſſis, & conditione ſi ſine liberis non faciunt deficere conditionem.Appell.99.n.75.pag.207.niſi aliqua appareret ſpecialis voluntatis coniectura,ex qua colligatur teſtatorem de adoptiuis quoque ſentire voluiſſe,ib. num.78.

Filiorum appellatione non veniunt filij ſpirituales, ſcilicet ex ſacro fonte ſuſcepti,in fideicommiſſis, &ſubſtitutionibus,niſi ex verbis, aut mente teſtatoris id ſpecialiter colligatur, Appell.99.n.80.pag.208.

Filiorum appellatione in fideicommiſſis relictis filiis an & quando veniant legitimati, remiſſiuè,ibid n.81.

Filiorum appellatione an & quando veniant nepotes, latè oſtenditur. Appell.99.ex n.86.pag.208.cum ſeqq.

Filiorum appellatione an & quando veniat monaſterium ad excludendum ſubſtitutum, ſi grauatus ſub conditione,ſi ſine liberis deceſſerit,illud ingrediatur, latè oſtenditur ibid.ex n.117.pag.212.cum ſeqq.

Filij quinque illius, qui ſe à tutela excuſare intendunt debent eſſe legitimi,Appell.99.n.43.pag.203.

Filij omnes veniunt in legum diſpoſitionibus quoticſcunque materia ſubiecta, & legis ratio,ac mens non repugnat,ibid.n.44.

Filij, & nepotes ex alio filio quando extarent; tunc filius præferri debebit,& ſolùm cenſeretur vocatus nepos non extantibus filiis, ibid.n.102.pag.211.

Filius alter teſtatoris ſi eſſet ſubſtitutus ſuccedet ille in fideicommiſſo excluſo monaſterio, vbi grauatus profeſſus fuit,ibid.n.142 pag 216.

FINIS eſt primus in intentione, & vltimus in executione, Axiom.99.n.1.pag.63.

Finis actus eſt expectatus,ibid.n.3.

Finis intelligi debet vt conueniat ſuo principio, ibid.n 6.

Finem actus expoſcit dict.Ante,quando refertur ad actum, qui habet tractum ſucceſſiuum determinatum, & concurrit fauor debitoris,dict.33.n.6.pag.205.

Fines excedere dicitur, qui excedit qualitates mandati, etiam in modico,Axiom.144.n.4 pag.93.

FLVMINIS appellatione non continetur ripa, Appell.100. n.1.pag 219.

FISCVS,& Eccleſiæ æquiparantur.loco 49.n 1. pag. 319. Vbi etiam quòd valet argumentum à fiſco ad Eccleſiam, & à fiſco ad dotem.

FOCVS principalis in actionibus perſonalibus eſt domicilij,in realibus verò eſt locus ille,vbi res,quæ vendicatur, ſita eſt.Appell 101.n.3.pag.220.

Focus principalis in criminalibus eſt locus delicti, ibid.n.4.

Focus delicti tanquam principalis debet attendi,ibid.n.5.

FOEMINÆ, & deſcendentes ab eis veniunt appellatione proſapiæ,Appell.226.n.3. pag.281.

Fœminæ veniunt appellatione parentum. Appell. 185. n. 7. pag.266.

Fœmina ſi excludatur donec extent maſculi, excluſio non eſt perpetua, ſed temporalis. Dict. 93. numero 11. pag. 227.

Fœminæ & deſcendentes ab eis cenſentur vocatæ progenie vocata,niſi vocans voluiſſet conſulere agnationi, Appell.222.n.3.pag.278.

Fœminæ an, & quando veniant appellatione proximiorum latè oſtenditur Appell. 229. numero 7. cum ſeqq. pag. 282.

Fœminæ, & deſcendentes ab eis veniunt appellatione poſterorum, niſi communis vſus loquendi eſſet contrarius, vel adeſſet ſtatutum fœminas excludens ob maſculos, & in priuilegiis,& feudis, Appell.209.n. cum ſeqq.pag.275.

Fœminam non refert dict. Ille, eo caſu, quo maſculinum non concipit fœmininum Dict.197.n.2.pag 250.

Fœmina non comprehenditur appellatione generationis maſculinæ.Appell.108.n.4.pag.227.

Fœminas non comprehendit clauſ. Omnéſque alios, &c. Clauſ.94.n.10.pag.104.

Fœminam non comprehendit dict. Sui, in odioſis odio irrationabili.Dict.397.n.6.pag.369.

Fœminæ veniunt appellatione conſanguineorum, niſi in ſtatutis.Appell.57.n.5. pag.169.

Fœminæ veniunt appellatione conſortium. Appell. 58. n. 3. pag.169.

Fœminæ veniunt appellatione cognatorum, Appell.52.n.2. pag.168.

Fœminæ veniunt caſatæ appellatione, niſi in contrarium extent coniecturæ,Appell.40.n.6.pag 161.

Fœminæ non veniunt appellatione cippi, quæ cippum, & agnationem conſeruare non poſſunt. Appell. 50. num.5. pag.166.

Fœminæ non veniunt attinentium appellatione quando tacitè,vel expreſsè teſtatore habuit mentem conſeruandi bona in agnatione.Appell.29.n.3.pag 156.

Fœmina dotata,quæ vigore ſtatuti nihil petere poteſt quouis modo de bonis paternis,poteſt ex aliqua cauſa, titulo,ſiue iure aliquid petere,Dict.339.n.8.pag.348.

Fœminæ, & deſcendentes ab eis veniunt appellatione ſobolis. Appell.144.n.2.pag.292.

Fœminæ veniunt appellatione ſtirpis. Appell. 250. num.3. pag.294.

Fœmina venit hæredis appellatione,Appell.113.n.31.pag.255.

Fœminæ non veniunt ad fideicommiſſum relictum familiæ quando extat ſtatutum excluſiuum fœminarum, Appell. 94.n.20.pag.193.

Fœminæ non veniunt appellatione familiæ, quando ex communi vſu loquendi homines non ſolent ſentire quòd illæ veniant, Appell.94.n.21 pag.163.

Fœmina nupta venit ad fideicommiſſum quod teſtator voluit remanere in familia, ibid. n. 25.
Fœminæ non veniunt appellatione familiæ quando teſtator expreſſit proprium nomen familiæ, ibid. numero 17. pag. 192.
Fœminæ, & deſcendentes ab eis omninò eſſent excluſi, vbi teſtator habuit ſenſum conſeruandi bona in familia, Appell. 135. n. 19. pag. 242.
Fœminæ veniunt appellatione domus, vel illorum de domo, Appell. 81. n. 3. pag. 181.
Fœminæ veniunt appellatione ſanguinis, Appell. 238. n. 4. pag. 289.
Fœmina in fideicommiſſis venit appellatione agnatorum, Appell. 13. n. 4. pag. 148.
Fœminæ veniunt appellatione ſororum, Appell. 257. num. 3. pag. 297.
Fœminæ non veniunt appellatione filiorum de Iure Longobardorum, Appell. 99. n. 73. pag. 207.
Fœminæ non veniunt appellatione filiorum quando in ciuitate extat ſtatutum excluſiuum fœminarum, ibid. n. 60. pag. 206. Et quando teſtator fecit ſubſtitutionem pro agnationis conſeruatione, ibid. num. 61. pag. 206. Et quando teſtator diſcretiuè loquutus fuit de maſculis, & fœminis, ibid. n. 62. Et quando extat ſtatutum quòd verba teſtamentorum intelligantur ad litteram, ibid. n. 64. Et quando ex eo abſurdum, & plures improprietates ſequerentur, ibid. n. 67. & 68. pag. 207. Et quando repugnat communis loquendi vſus, ibid. n. 69. Et quando ex conſuetudine homines non ſolent bona illa relinquere fœminis, vel fœmina eſſet incapax bonorũ, ib. n. 70. & 71. pag 207.
Fœminevm genus comprehendit dict. Aliquis. Dict. 22. n. 11. pag. 199.
Forensis contrahens in loco tenetur ſeruare ſolemnitatem loci. Axiom. 101. n. 2. pag. 65.
Forma ſubſtantialis dat eſſe rei. Axiom. 100. n. 1. pag. 64.
Forma in dubio præſumitur ſubſtantialis, non autem accidentalis, ibid.
Forma inducta quibus verbis dicatur, oſtenditur ibid. n. 2.
Forma in aliquo actu ſeruanda, ſi in illo deficiat actus eſt nullus, ibid. ex num. 3. vbi ampliatur, & limitatur multis modis.
Forma eſt de genere indiuiſibilium, ibid. n. 14. pag 65.
Forma data circa modica & minima non vitiat ſi non ſeruatur. Axiom. 150. n. 4. pag. 96.
Formam in reſcriptis inducit dict. Ita tamen. Dict. 183. n. 11. pag. 266.
Formam, & ſolemnitatem inducit dict. Aliter, Dict. 24. n. 1. pag. 200.
Formæ Clauſ. Refectis expenſis non ſatisfit per fideiuſſorem præſtitum de illis reficiendis facta earum liquidatione. Clauſ. 132. n. 3. pag. 139.
Formam præciſam in ſententia nonnunquam importat dict. Priùs, quando debitum eſt liquidum. dict. 286. num. 2. pag. 311.
Formam inducit decretum irritans, qua non ſeruata actus ipſo iure corruit. Clauſ. 40. n. 32. pag. 45.
Formam omnem important verba, Quouis modo, omnéſque modos ſecundùm ſubiectam materiam, cui adiicitur. dict. 339. n. 4. pag. 348.
Formam, & ſolemnitatem inducit dict. Aliàs. Dict. 16. n. 2. pag. 197.
Forma communicationis priuilegiorum attendenda. Clauſ. 5. n. 10. pag 7.
Formam, & modum determinatum cum certis qualitatibus includit dict. Ita. Dict. 179. n. 1. pag. 263.
Formam quandoque importat dict. Niſi. Dict. 217. num. 10. pag. 283.
Forvm ſortiri, & ſtatutis ligari paria ſunt, Axiom. 101. n. 1. pag. 65.
Forum ſortiri, & conſuetudine ligari à pari procedunt, ibid. num. 3.
Forum vtrumque vbi concurrit in vna, eademque perſona, attendendum eſt domicilium originis, & non habitationis. Appell. 77. n. 7. pag. 179.
Forus pœnitentialis non ſequitur naturam foti contentioſi, loco 50. n. 2 pag. 320.
Foro exteriori ad forum interius, & è conuerſo valet argumentum, ibid. n. 1.
Forsan. Hæc dictio eſt nota dubitationis. dict. 126. num. 3. pag. 243. Aliquando importat veritatem, ibid. n. 4. Nonnunquam ſtat affertiuè, ibid. n. 5. & in gratia ſtat augmentatiuè, ibid. n. 6.
Forte. eſt nota dubitationis quando factum reſpicit. dict. 127. n. 1. pag. 243. quandoque eſt nota aſſertionis ibid. n. 6. pag. 244. vbi referuntur exempla.
Foueæ, foſſata, & aggeres veniunt vendito fundo. Appell. 106. n. 3. pag. 225.
Fratres S. Franciſci incapaces ſi in teſtamento inſtituti ſunt cum clauſula codicillari, poſſunt habere vt vendant, & pretium pro neceſſitatibus conſequantur. Clauſ. 21. n. 37. pag. 24.
Fratres Cruciferi, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, S. Mariæ de Mercede, & Militiæ Ieſu Chriſti, participant de priuilegiis Mendicantium, Appell. 247. n. 33. cum ſeqq pag. 248.
Fratres S Hieronymi Hiſpaniarum, & de Piſis, & de Feſulis participant de priuilegiis Mendicantium, ibid. num. 30. 31. & 32.
Fratres S. Spiritus in Saxia participant de priuilegiis Mendicantium, ibid. n. 28. pag. 248.
Fratres, quibus eſt conceſſa facultas tranſeundi ad non Mendicantes, ſi non inuenerint Mendicantes, qui eos vellent admittere, non ſatisfaciunt ſi apud Mendicantes olim ſtatutos non admittantur, niſi admitti quoque tentent apud denuò tales creatos, ibid. n. 11. pag. 247.
Fratris appellatione propriè venit frater in primo gradu, non frater patruelis, vel frater conſobrinus, qui ſimpliciter non ſunt fratres, ſed ſecundùm quid, Appell. 102. n. 1. pag. 220.
Fratris appellatione in materia fauorabili venit etiam vterinus, ibid. n. 2.
Fratrum appellatione an & quando veniant ſorores, oſtenditur ibid. ex n. 4. pag. 221.
Fratrum appellatione veniũt quandoque filij fratrũ, ib. n. 7.
Fravs, & dolus nemini debet patrocinari, Axiom. 102. n. 1. pag. 65.
Fraudibus non eſt via aperienda. ibid. n. 2.
Fraudibus via quòd aperiatur non eſt curandum ſi principaliter hoc non fieret, ſed ſecundariò, ibid. n. 3.
Fraudibus vt occurratur, Ius admittit latam interpretationem, ibid. n. 5.
Fructvario ad emphyteutam validum eſt argumentum. loco 51. n. 1. pag. 322.
Fructvs, qui percipiuntur ex re deducta in contractum reſtituendi ſunt domino, donec conditio exiſtat, Clauſ. 3 n. 10. pag. 3.
Fructus beneficij ſunt hypothecati pro penſione aſſignata ſuper illis. dict. 393. n. 7. pag. 368.
Fructus rei ſuo nomine emptæ percipiens dicitur facto ratificare. Axiom. 93. n. 7. pag. 58.
Fructus app llatione venit palea & fœnum, Appell. 103. num. 3. pag. 222.
Fructus appellatione veniunt arundines, & ſylua cædua, ibid. num. 4.
Fructus appellatione venit ſaccarum, ibid. n. 8.
Fructus appellatione nec res ipſa, nec pretium continetur, ibid. n. 24. pag. 223.
Fructus pecudum appellatione continetur fœtus, lac, lana, agni, hædi, & vituli, ibid. n. 20. pag. 223.
Fructus veniunt appellatione pertinentiarum, Appell. 200. 5. pag. 272.
Fructus veniunt appellatione intereſſe. Appell. 120. num 2. pag. 235.
Fructus & expenſæ litis veniunt appellatione damnorum, Appell. 68. n. 6. pag. 172.
Fructus continetur appellatione rei, Appell. 235. n. 7. pag. 288.
Fructus ante litterarum Apoſt. expeditionem, aut aliàs malè percepti veniunt, appellatione ſpoliorum. Appell. 147. n. 5. pag. 292.
Fructus beneficiorum Italiæ Sedi Apoſt. reſeruatorum, vel affectorum dum vacant, veniunt appellatione, ſpoliorum, ibid. n. 7.
Fructus non continentur bonorum appellatione, etiam cum ſigno vniuerſali. Appell. 35. n. 10. pag. 160.
Fructus omnes & diſtributiones quotidianæ debent reſtitui die obitus, ſeu vacationis decurſi, ſtante clauſ. Parito Bracii, Clauſ. 98. n. 15. pag. 113.

Fructus quando non sunt liquidati stante clauſ. Parito Breui, recurritur ad signaturam, & quomodo ostenditur, ib. num.15.

Fructus petens vigore clauſ. Parito Breui, illorum perceptionem probare tenetur, Clauſ.98.n.17.pag.113.

Fructuum acquisitionem operatur clauſula constituti, Clauſ. 31.n.11.pag.31.

Fructuum restitutionem operatur clauſ. Parito Breui, Clauſ. 98.n.10.pag.113.

Fructuum oblatio non sufficit ad parendum Breui, sed illi sunt cum effectu restituendi vt tollatur suspensio iurisdictionis, Clauſ.98.n.14.pag.113.

Fructuum de perceptione quoad hunc effectum satis constare dicitur ex possessione, nisi doceatur se illos non percepisse, nec ab alio perceptos fuisse, ibid.n.18.pag.114.

Fructuum tam maturorum quàm immaturorum omnes species veniunt appellatione reddituum, Appell.231.num.1. pag.283.

Fructuum appellatione venit quod nascitur, & renascitur, Appell.103.n.1.pag.222.

Fructuum appellatione venit glans, ibid. n.2.

Fructuum appellatione nedum fructus naturales, sed etiam industriales veniunt, ibid.n.3.

Fructuum appellatione veniunt pensiones domorum, ibid. num.6.

Fructuum appellatione veniunt aues, & feræ solitæ capi in fundo, si nullus alius fructus solet ex tali fundo percipi, ibid.n.7.

Fructuum appellatione veniunt appendiciæ extraordinariæ, prout par caponum, seruitia, operæ, qua, & similia, ibid.n.9.

Fructuum appellatione veniunt etiam non maturi, ibidem, num.10.

Fructuum appellatione non continentur ea, quæ cohærent personæ, ibid. n.11.

Fructuum appellatione non continentur distributiones quotidianæ, ibid.n.12. nisi beneficium non haberet alios fructus præter distributiones, vt n. 17. vel nisi quis esset condemnatus in fructibus perceptis, & qui percipi potuissent, ibid. n.16.pag 223.

Fructuum appellatione venit collatio, electio, & præsentatio beneficiorum, quia dicuntur ex fructibus Ordinarij collatoris, ibid.n.21.pag.223.

Fructuum appellatione intelliguntur fructus deductis expensis, ibid.n.22.

Fructuum iurisdictionis appellatione veniunt condemnationes, & confiscationes, quæ dicuntur perdere donec sit facta exactio, ibid.n.19.

Fructuum, reddituum, & prouentuum appellatione non veniunt Regalia in concessione nisi quando Princeps alia bona non habebat in loco concesso, vel quando concessit fructus, reditus, prouentus, iura, obuentiones, & emolumenta quocunque nomine nuncupetur, ibid.n.23.

Fructuum, iurium, & actionum appellatione continentur laudemia, quæ pro rebus censualibus, emphyteuticis, & feudalibus alienatis præstantur, ibid n.25.

FRVGVM appellatione continetur omne illud, quod est ad victum humanum, & Appell.104 n.1. pag.223.

FRVMENTVM, oleum, & omne id, quod pondere, numero, & mensura constat, venit appellatione pecuniæ, Appell. 196.n.2.pag.270.

Frumenti appellatione si in genere sumatur, continentur far, hordeum, spelta, auena, siligo, & similia, quæ aristam habent Appell.105.n.1.pag.224.

Frumentum in specie distat ab aliis speciebus secundùm communem loquendi vsum, ibid.n.2.

Frumentum vbi prohibetur extrahi venit tantummodò triticum, ibid n.3.

Frumenti debitor non potest creditori præstare farinam, ibid.n.5.

Frumentum vbi prohibetur extrahi, prohibetur quoque farina, ibid.n.6.

Frumenti appellatione vbi quis illud promittit, venit quòd promittens colligit ex suo fundo si illum habeat, ib.n.8.

Frumenti appellatione vbi illud legatur non venit quòd testator venale habebat, ibid.n.10.

Frumento legato quod est in ciuitate debetur existens in suburbiis, si testator in ciuitate nullum habebat, ibid.n.11.

Frumento legato quod domi quocunque modo quis habet, venit venale, ibid.n.12.

FRVSTRA. Hæc dictio nullitatem actus importat ipso iure. dict.128.n.1.pag.244.

FVLLONES ad pannos fullandum ex communi vsu loquendi potest comprehendi mollendini appellatione, Appell. 153.n.5.pag.252.

FVNDAMENTVM suæ intentionis quilibet probare tenetur. Axiom.128.n.1.pag 80.

Fundamento destructo corruit ædificium, Axiom. 103. n 1. pag.66.

FVNDITVS. Hæc dictio importat ipso iure. dict. 129. n.1. pag.244.

FVNDVS quando legatus est pleno iure legatarius de illo disponere potest in vita, & in morte. Clauſ. 101. num.15. pag.116.

Fundus quòd non sit obnoxius seruituti denotat dict. Liberè. Dict.190.n.7.pag.272.

Fundi appellatione, cùm sit nomen vniuersale, veniunt pascua, & aliæ terræ separatæ, quæ sunt deputatæ ad vsum fundi, ac proinde omnia, quæ sunt in fundo, Appell.106. n.1.pag.225.

Fundi appellatione non venit vinea, ibid.n.12.

Fundi instructi appellatione veniunt omnia parata, & destinata perpetuò ad vsum fundi, ibid.n.11.

Fundo vendito veniunt omnia, quæ sunt in vsu fundi, ibid. n.2. Item foueæ, & fossata, ac aggeres, ibid. n. 3. Item riuus, seu canale, vel aquæductus, ibid. n. 4. Item sterquilinium, seu fimus, siue lætamen, si comparatum sit stercorandi agri causa, secus si vendendi, ibid.n.5. Item fructus extantes, siue maturi sint, siue non, ibid. n.6. Item columbi, & alia animalia perpetuò mansura, vt cuniculi, ibid. num.7.

Fundo vendito non veniunt arbores incisæ, vel deiectæ, blada, seu segetes incisæ, vasa vinaria, dolia, & torcularia, etiamsi ædificio cohæreant, boues, asini, pecudes, pulli, vel alia animalia existentia in fundo vendito. Appell. 106.n.8.& 9.pag.225.

FVNERALIVM appellatione, non solùm veniunt omnia, quæ cum funere deferuntur, sed etiam omnia quæ obueniunt Ecclesiæ ratione funeris, siue antequàm corpus sit in terra conditum, siue post, & vsque ad trigesimum diem, & quandiu sit memoria de funere. Appell.107.n.2. & 3.pag.226.

FVNERIS sumptus appellatione venit omne, quod ante humanum corpus expenditur, & ad id necessarium est. Appell.107.n.1.pag.225.

FVTVRA contingentia sunt incerta apud nos, vnde dicimus, de futuris contingentibus non est determinata veritas. Axiom.104.n.1.pag.66.

Futura contingentia despiciuntur à præsenti vtilitate, vnde dicitur ad præsens, oua sunt pullis futuris meliora, ibid. num.2.

Futura non respiçit clausula constituti. Clauſ. 31. num 39. pag.33.

G

GABELLÆ, vectigalia, & tributa veniunt appellatione Regalium. Appell.232.n.2.p.284.

Gabella ad laudemium valet argumentum. loco 52. num.1. pag.322.

GARENTIGIA non valet, si non valet principale instrumentum, Axiom.4.n.2.pag.6.

Geminata confessio extraiudicialis plenè probat. Axiom 105.n.2.pag. 66.

Geminata confessio parit actionem, ibid.n.3.

Geminata confirmatio in forma communi habet vim motus proprij, ibid n.5.pag.67.

Geminata interpellatio magis aggrauat debitorem morosum, ibid.n.8.

Geminatæ litteræ habent vim Motus proprij, ib.n.9.pag.67.

Geminata mora non purgatur, quæ aliàs esset purgabilis, ib.n.10.

Geminata obligatio naturalis parit efficacem actionem, & obligationem, ibid.n 13.

Geminata renunciatio habet vim specialis renunciationis, ibid.n.15.

Geminata dispositio purgat simulationem, & tollit fraudem, ibid. n.16.
Geminata verba operantur quòd nihil potest opponi, ib. num. 18.
GEMINATIO actus, seu verborum maiorem deliberationem, & enixam voluntatem manifestè inducit. Axiom. 105. n.1.pag. 66.
Geminatio loco specialis nominationis habetur. Clausf.83. n.28. p.26.
Geminatio contractuum conualidat, & causat electionem industriæ personæ, ib.n.7.p.67.
Geminatio habet vim renunciationis,ibid.n.14.
Geminatio actus nihil operatur in multis casibus, ibidem, num.19.
GEMINATVS actus maiorem firmitatem inducit, Axio.12. n.14.p.13.
GENER & nurus veniunt appellatione familiæ, Appell.94. n.33.p.194.
GENERALIS dispositio omnes species comprehendit, & expressio generis continentis species, operatur idem ac si singulæ species essent expressæ, Axiom. 106. num. 1. pag.
Generalis dispositio non extenditur ad non verosimilia, non cognita,non cogitata,illicita,neque ad ea,quæ specialiter quis non expressisset, ib.n.4.
Generalis dispositio non comprehendit ea, quæ non esset quis in specie comprehensurus, ib.n.14.
Generalis dispositio nunquam comprehendit actus iuratos, ib.sub n.5.
Generalis dispositio non comprehendit ea, quæ inducunt peccatum, ib.id n.sub 6.nec comprehendit ea in quibus potest esse captio,& læsio, ibid. n.8.
Generalis dispositio non trahitur ad ea, quæ de nouo superueniunt, ib. sub n.4.
Generalis quietatio, vel liberatio non extenditur ad dolosè occultata, quia ad incognita non trahitur, ibid.n.5. in fine.
Generalis approbatio non trahitur ad dolosè gesta, ibid. sub n.7.
Generalis impugnatio non comprehendit ea, quæ impugnanti sunt fauorabilia,ibid.n.8.in princip.
Generalis ratificatio non comprehendit illicita, neque ea, quæ ratificans verisimiliter non inclusisset, ibidem, numero 9.
Generalis sermo non comprehendit prohibita, & quæ de Iure fieri non possunt,ibid.n.7.in princip.
Generalis loquutio personam loquentis non comprehendit, nisi aliter constet de mente, vel materia subiecta aliud suadeat, vel subsit ratio quòd persona loquentis includatur, ib.n.10.cum seqq.p.106.
Generalis clausula restringitur ad ea omnia, quæ specialiter in contractu sunt expressa. Clausf. 62. num. 1. pag.71. Item refertur ad enunciata, ibid. num.2. Post specificationem specierum in renunciatione comprehendit solùm casus similes, non verò maiores,ib.n.5.In principio posita ad omnia sequentia refertur, in fine verò posita ad omnia præcedentia, ib. n.6. In dubio non restringit quando post expressionem generis subsequitur enumeratio specierum, ib.n.7. Quando inest ratio cur ad maiora expressis referri debeat,ad ea referenda est,ib.n.8.Posita in mandato restringitur tantùm circa contenta in ea, ib. num.12.
Generales clausulæ non habent vim supplendi plures defectus, Clausf.62.n.13.p.71. Non extenduntur ad non verisimilia,ibid.n.14.p.72.Non derogant dispositioni Conciliari,ib. n.15. quando sunt geminatæ important vt nulla restrictio, aut nulla limitatio fieri possit, ib.n.16.
Generalis clausula an & quando referatur ad ea,quæ habent specialem determinationem,remissiuè.Clausf.62.num.17. pag. 72.
Generalis clausula,& generalis approbatio non refertur ad quæ specialiter fuerint cassata, & in quibus specialis, & diuersa prouisio militat, Clausf.70.n.27.p.78.
Generalis est dictio Quouis modo,omnia comprehendens etiam ea, quæ aliàs non venirent. dict. 339. numero 1. pag.347.
Generalis admodum est dict. Si quis. dict. 373. numero 1. pag. 362.
Generalis est dict. Quis, comprehendens tam masculos, quàm fœminas,maiores & minores. dict.322. num.3.pagina 340.
GENERALITAS mandati cum libera restringitur vt intelligatur ciuiliter.Clausf.35.n.7.p.37.
Generalitatem præcedentem restringit dict. Ideò, præcipuè si ponatur inter genus, & speciem. dict. 145. num.3. pag. 249.
Generalitatem quandam in se habet dict. Alius, vt etiam non comprehendat alios non expressos. dict.26.num.15. pag. 202.
Generalitatem, & vniuersitatem infert dict. Quouis modo, & omnia comprehendit etiam maiora,& diuersa expressis,quando iungitur cum dict. Modò.dict.339.num.6. pag. 348.
Generalitatem quoad tempus, non quoad casus denotat dict.Semper.dict.161.n.3.p.355.
GENERATIONES, seu generis appellatione veniunt descendentes.Appell.108.n.1.p.226.
Generationis appellatione an comprehendantur solùm descendentes ex linea masculina, ib.ex n.2.
Generationis appellatione veniunt agnati, ibid. num. 5. pag.227.
Generationis masculinæ appellatione certum est fœminam non comprehendi, ib. n.4.p.227.
GENVS verè & propriè repræsentatur in qualibet specie. Axiom.107.n.30.p.71.
Genus in suo genere tantum operatur,quantum species in sua specie,ib.n.52.
Genus perire non potest,ibid.n.33.
Genus omne personarum comprehendit dict.Quicunque, dict.317. n.7.p.337.
Generi per speciem derogatur,latè.Axiom.107.num.1.cum seqq.p.69.siue præcedat,siue subsequatur genus, vt n. 5. & etiam in prouisione hominis, vt p.18.p.70.
Generi per speciem non derogatur quando species, & genus se inuicem compatiuntur,ibid.n.19.p.70. Et quando genus & species apponuntur fauore eiusdem personæ, ib.n.20.Et quando species accedit generi,vel apponitur ad coadiuuandum genus, ibid.num.21. Et quando genus est certum, determinatum, & præcisum, ibid. n. 22. Et quando generis declaratio consistit in eadem specie,ib. num.23.
Generis appellatione secundùm propriam significationem paternum, & maternum continetur, Appell. 106. n. 7. pag. 227.
Genere remoto remouentur species, Axio.107. n.31.p. 71.
Genere ad speciem validum est argumentum. loco 53. n. 1. pag. 322.
GLANDIS appellatione omnes fructus continentur,strictè verò,& secundùm communem loquendi vsum Hispaniæ, & Franciæ glandes accipiuntur pro fructu quercuum tantùm.Appell.110.n.1.p.227.
Glans venit appellatione fructuum. Appell. 103. num. 2. pag. 222.
GRANI appellatione venit frumentum. Appell.109.num.1. pag. 227.
GRATIA facta ad beneplacitum concedentis durat donec ille eam reuocauerit, vel moriatur. Clausf. 3. numero 2. pag. 3.
Gratia ad beneplacitum Sedis Apost. aut interim dum Sedes Apost.voluerit, non expirat morte Papæ concedentis,ib.n.5.
Gratia si fieret ad beneplacitum personæ,& dignitatis,quæ perpetua est, an expiret morte concedentis,ostenditur. ibid.n.6.
Gratia quando dicatur facta ad beneplacitum personæ, seu dignitatis,ostenditur.ib.n.7.
Gratiam non suspendit clausf.Ex nunc prout ex tunc,quando est apposita in collatione de vacanti. Clausf. 61. n.5. pag. 70.
Gratia expectatiuæ concessa cum clausf. Ex nunc prout ex tunc, retrotrahitur ad tempus datæ ipsius gratiæ, ibid. num.7.
Gratia de beneficio facta cum clausf.Dummodò collatio ad nos hac vice pertineat, intelligitur si tantùm vigore Iuris specialis,& sic reseruationis spectet ad Papam.Clausf. 45.n.2.p.54.

Gratiam conditionalem facit clauſ. Si ita eſt, & oſtendit Papam de narratis notitiam habuiſſe, Clauſ.154.num.6. pag. 154.

Gratiam munitam clauſ. Sublata, &c. non tenetur impetrans iuſtificare, etſi verſemur in gratia ad poſtulationem partis conceſſa, præciputè ſi adſit clauſ. Quod de ſubreptione, &c. Clauſ.175.n.22.p.174.

Gratiam conditionalem facit clauſ. Si præmiſſa reperiris eſſe vera, &c. Clauſ.153.n.4.p.153.

Gratia conditionalis cum clauſ. Anteferri, facit etiam clauſulam conditionalem, Clauſ.8.n.19.p.10.

Gratia Anteferri non præiudicat habenti gratiam Motu proprio, ib.n.16.

Gratia Perinde valere facta lite pendente non habita mentione litis, eſt nulla, Clauſ.100.n.5.p.115.

Gratia ſi neutri impetrata pendente termino ad publicandum non eſt bona, ib.n.9.p.115.

Gratiam conditionalem ſuſpenſiuam non facit clauſ. Dummodò tempore datæ, &c. Clauſ. 44. numero 11. pagina 54.

Gratia à vitio ſubreptionis excuſatur per clauſ. Dummodò tempore datæ, &c. ib.n.14.

Gratiam totam reſtringit, & modificat reſcriptum, Si in euidentem, &c. Clauſ.152.n.3.p.152.

Gratia in forma dignum non eſt conditionalis. Clauſ.66.n. 2. pag.73.

Gratia in forma dignum in eſſe nihil ponit donec executioni ſit demandata, Clauſul.66. num.2.p.73.

Gratia reſeruationis penſionis ſtante clauſ. Dummodò remaneant centum pro Rectore, non vitiatur in totum ſi remaneant ſexaginta, ſed ſolummodò in parte exceſſus. Clauſ.47.n.10.p.57.

Gratia principali non ſubſiſtente, cui cohæret decretum irritans, & ipſum decretum deficit. Clauſ. 40. numero 54. pag. 46.

Gratiam principalem ampliare non poſſunt clauſulæ derogatoriæ, benè tamen valent illam declarare. Clauſ. 43. n.4.p.51.

Gratiam non augent clauſulæ merè acceſſoriæ. Clauſ. 1. n. 5. pag.1.

Gratiam non ampliat clauſ. Motus proprij circa expreſſa, & ea, quæ non ſunt contra mentem diſponentis, aut contra Ius commune. Clauſ.79.n.39.p.88.

Gratia motu proprio conceſſa dicitur, quando Pontifex expreſſit in litteris ſe Motu proprio concedere. Clauſ. 79. n.3. p.86.

Gratia Motus proprij non valet ſi qualitas intrinſeca beneficio taceatur. Clauſ.79.n.29.p.87.

Gratia ſi neutri vt ſuffragetur debet verificari duplex conditio vltra litem, videlicet quòd beneficium vacet, & quod neutri Ius competat. Clauſ. 104. numero 4. pagina 164.

Gratia ſi neutri pendet à futuro litis euentu, & antequam operetur effectum ſuum, debet expectari dictus euentus. ibid.n.5.

Gratia ſi neutri non habet locum, niſi quando beneficium eſt litigioſum lite nondum extincta, ib.n.6.

Gratia ſi neutri non conceditur pro lite mouenda, ib. n.8.

Gratia ſi neutri conceditur prouiſo Apoſtolico etiam contra alium prouiſum Apoſtol. ibid. n.17.

Gratia ſi neutri quoad non Ius alterius partis ſatis iuſtificatur ex reuolutione, & inſpectione actorum, ibid. n. 18. pag. 164.

Gravamen notorium vbi apparet, nihil operatur clauſ. Appellatione remota. Clauſ.9.n.20.p.12.

Gravare non poſſum quem non honoro, Axiom.108.n.1. pag. 71.

Grauari nemo debet alterius odio, ib.n.2.

Grauari nemo debet alterius facto, Axiom.93. numero 22. pag. 59.

Grauari nemo debet duplici onere, Axio.169.n.

Gravatvs in vno in alio debet releuari, Axiom.108. n.5. pag.71.

Grauatus habens filios quando profitetur in Religione, tunc excluditur ſubſtiturus, & non ſuccedit monaſterium. Appell.99.n.167.p.219.

Grauatus quando eſſet ingreſſus monaſterium incapax bonorum in communi, non deficit conditio ſubſtitutionis, numero 129. pagina 214.

Grauatus reſtituere ſi ſine liberis deceſſerit, ſi ante Religionem habuiſſet filios, & poſtea vxore mortua ingrediatur monaſterium, tunc veri filij illud excludent, ib. n.172. p.219.

Grauatus quando fuit ingreſſus monaſterium vt fraudaret ſubſtitutum, tunc ſubſtitutioni locus erit excluſo monaſterio, ib.n.148.p.217.

Grauatus ſi priuſquam fuiſſet monaſterium ingreſſus, inſtituiſſet hæredem extraneum, tunc ſubſtitutus erit admittendus excluſo monaſterio, ibidem, numero 145. pagina 216.

Grauatus quando viuo teſtatore ingrederetur Religionem poſt teſtamentum conditum, tunc non ſuccedet monaſterium, ſed ſubſtitutus, ib.n.169.p.219.

Gregis appellatione in legatis continentur, quæ poſtea accedunt, & ad legatarium pertinent, & veniunt quòque aliena capita, quæ ſunt ex numero gregis, quia nomen grex eſt vniuerſale, Appellat. 111. numero 1. pagina 227.

Gregis ouium appellatione in legatis veniunt agni, & arietes, ibid.n.2.

Gregem faciunt quinque porci, & decem oues, ibidem, num. 3.

H

Habere eſt verbum generale, & comprehendit tam dominium quàm poſſeſſionem & de facto defenſionem, ſi verò iungatur cum verbo poſſidere, denotat ciuilem poſſeſſionem, & tandem accipitur ſecundùm ſubiectam materiam. dict. 130. ex numero 1. p.244. cum ſeq.

Habitationis appellatione quotidie alicui debetur virtute legati alimentorum, continentur ſcamna, tabulæ, & vaſa ad coquinam, ad menſam, & alia inſtrumenta ad vſum quotidianum parata. Appell. 112. numero 2. pagina 228.

Habitationis nomen ex legato relictæ, continet vt ibi legatarius eſſe, & habitare poſſit, atque ita ire, & redire, ibid.n.3.

Habitationis domus appellatione continetur aditus domus, ib.n.1.p.227.

Habitatorvm appellatione veniunt famuli etiam ſtantes cum aliquo. Appell.112.n.5.p.228.

Habitatorum appellatione non venit ſcholaris, ibidem, num. 6.

Habita, vel non habita poſſeſſione. Hæc clauſula adinuenta fuit ad obuiandum malitiis illorum, qui differunt poſſeſſionem beneficij accipere animo penſionarium eludendi, & ideò nihil operatur vbi fraus ceſſat, & conſtat per titularem non extitiſſe, illam verò vltra biennium Rota aliquando cenſuit, interdum vſque ad tres annos ampliauit, demum hodie additur vt ſoluatur penſio vſquequò lis terminetur per tres conformes. Clauſ. 63. ex n. 1. p. 82.

Habitvs non facit monachum, ſed profeſſio, & vita Regularis, Appell.233. n.23.p.287. & Appell.109. numero 1. pag. 72.

Habitus facit præſumptionem, ita vt in dubio iudicetur talis, qualem habitus, quem defert, demonſtrat, ibidem. num.2.

Hactenvs. Hæc dictio tempus præteritum deſignat. dict. 131.n.1. p.245.

Hæreditas appellatione rei continetur. Appell.235. n.2. pag.288.

Hæreditas licet non poſſit in codicillis dari, nec adimi, tamen ſi daretur etiam per verba directa, operatur clauſula codicillaris, vt debeat hæreditas per fideicommiſſum reſtitui. Clauſ.21.n.29.p.23.

Hæreditas vt debeatur ex clauſula codicillari ab inteſtato, ipſa clauſula operatur, excepta legitima etiam quoad partem præteriti rumpentis, ib.n.30.

Hæreditatis in venditione, cui adiectum eſt Iuſpatronatus, operatur dict. Cùm, vt idem Iuſpatronatus ſimul cum hæreditate in venditorem tranſeat. dict.73.n.16.p.219.

Hæreditatis repudiatio non eſt donatio, Appell. 83. num.3. pag. 183.

Hæreditas, vel ſucceſſio an & quando veniat bonorum appellatione, Appell. 35. n. 6. p. 160.

Hæreditatis titulum importat verbum, Succedat, adiunctum vniuerſitati bonorum, vel quotæ; ſecùs ſi adiunctum ſit rei particulari, dict. 390. n. 2. p. 367.

Hæreditatis appellatione propriè venit non adita, Appell. 113. n. 1. p. 229.

Hæreditas paterna vel materna licèt largo modo, & maximè ex communi vſu loquendi, ſic dici poſſit, quamuis ſit adita, propriè tamen ita vocatur antequam ſit adita ab eo, cui defertur, poſt aditionem verò non amplius dicitur hæreditas, ſed patrimonium adeuntis, ibid.

Hæreditatis appellatione non veniunt bona fideicommiſſo ſubiecta, ib. n. 1. in fine.

HÆRES non poteſt allegare turpitudinem defuncti, cuius eſt hæres, Axiom. 221. n. 3. p. 153.

Hæres pleno iure inſtitutus dicitur etiam inſtitutus in vſufructu. Clauſ. 101. n. 8. p. 116.

Hæres inſtitutus ſi præmoriatur teſtatori, operatur clauſula codicillaris vt hæredes ab inteſtato teneantur ex fideicommiſſo reſtituere ſubſtituto. Clauſul. 21. numero 31. pag. 23.

Hæres datus in ſolidum quamuis ſi repudiet hæreditatem priuetur etiam commodo legatorum, tamen ſi in teſtamento adeſt clauſula codicillaris, poteſt repudiare hæreditatem, & conſequi legata ab inteſtato, ibidem, numero 34.

Hæredi ſuo defunctus maius commodum non relinquit, quàm ipſe haberet. Axio. 64. n. 2. p. 42.

Hæredes extranei veniunt virtute clauſ. Pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus. Clauſ. 112. n. 1. p. 123.

Hæredum ſuor. ſcriptorum appellatione non veniunt hæredes hæredis. dict. 395. n. 6. p. 369.

Hæredis inſtitutio venit appellatione alienationis. Appell. 14. n. 18. p. 151.

Hæredes extranei ad feudum vocari poſſunt etiam irrequiſito domino, quando conceſſio eſt facta cum clauſ. Pro ſe ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, vel quibus dederit. Clauſ. 113. n. 2. p. 124.

Hæredes omnes comprehendit dict. Quoquo modo, ſi dictum fuerit, hæredes quoquo modo. dict. 334. numero 17. pag. 346.

Hæredis ad inſtitutionem, & ad legata adaptatur verbum, Relinquo, dict. 346. n. 4. p. 350.

Hæredes extranei veniunt appellatione ſuorum, Appell. 257. num. 5. p. 297.

Hæredis perſonam excludit dict. Solùm, dict. 378. num. 2. pag. 364.

Hæredis appellatione venit hæres ſimpliciter, & verus, non ſecundùm quid. Appell. 113. n. 1. p. 229.

Hæredum mentio vbi diſponitur fit, an veniant ſoli deſcendentes, & quando extranei, ibid. numero 6. & 7. pagina 230.

Hæredum appellatione veniunt hæredes ſanguinis, quando ſumus in re ad extraneos hæredes minimè tranſitoria, ib. num. 11. Vel quando teſtator ſubſtituiſſet filio decedenti alios filios ſuperſtites, & eorum hæredes, ibid. num. 14. vel vbicunque minùs dilectus præferretur magis dilecto, ib. num. 15.

Hæredes maſculi quando ſunt vocati tunc ſolùm deſcendentes veniunt, ib. n. 16.

Hæredum appellatione veniunt hæredes ſanguinis quando filij eius, cuius hæredes ſunt vocati, honorati ſunt in teſtamento, & ſic dilecti, ibid. n. 17. p. 231.

Hæredum appellatione quando ex communi vſu loquendi venirent ſolùm deſcendentes tunc verba teſtatoris, & de hæredibus ſanguinis intelligenda ſunt, ib. n. 21.

Hæredes, & deſcendentes quando vocati eſſent dicuntur vocati hæredes, qui ſunt de deſcendentibus, ibidem, num. 23.

Hæredes legitimos ſi teſtator vocauit, intelligitur vocaſſe illos, quibus ab inteſtato ex lege debetur hæreditas, ibid. num. 24.

Hæredes vtriuſque ſexus quando vocati eſſent de hæredibus ſanguinis interpretatio facienda eſt, ibidem, numero 25.

Hæredum mentio vbi ſit conditionaliter, tunc conditio intelligitur de hæredibus ſanguinis, ib. n. 26.

Hæredis appellatione in dubio venit hæres vniuerſalis, non autem hæres in re certa, ib. n. 27.

Hæredes, & ſucceſſores vbi vocati ſunt, intelligitur de hæredibus, & ſucceſſoribus vniuerſalibus, non ſingularibus, ib. n. 28.

Hæredis appellatione venit fœmina, ibidem, numero 31. pag. 231.

Hæredes vbi vocati ſunt veniunt hæredes hæredum ſiue in numero plurali, ſiue in numero ſingulari facta ſit mentio hæredum, ibid. num. 32. & 33. pag. 232. niſi vocati eſſent ad rem, quæ ſui natura non tranſit ad hæredes, ibid. n. 34. vel quando teſtator vocauit hæredes alicuius tertij iam defuncti, quia tunc diſpoſitio reſtringitur ad primos hæredes, qui fuerunt cogniti teſtatori, ibid. n. 35. vel vbi hæredes vocati eſſent nominatim, aut per dictiones relatiuas, ib. n. 36. p. 232.

Hæredem grauans dicitur grauaſſe & hæredem hæredis, ib. num. 37.

Hæredi facta prohibitione alienationis dicitur facta & hæredi hæredis, ibid. n. 38.

Hæredes filij, vel filij & hæredes ſi vocati ſint, an requiratur quòd cum effectu ſint hæredes, remiſſiuè. ibid. n. 39. pag. 232.

Hæredum ſuorum appellatione an & quando veniant hæredes habentes ius ſuitatis, & extranei, oſtenditur. ibid. num. 40.

HEDERA, & arundines veniunt appellatione arboris. Appell. 22. n. 2. p. 154.

HAVD. Hæc dictio inducit negationem, & ponitur pro Non. dict. 132. n. 1. p. 245.

HERMAPHRODITVS quando non veniat appellatione hominis oſtenditur. Appell. 116. n. 3. p. 233.

Hermaphrodito facultas non datur vtendi vtróque ſexu, ſed eo tantùm in quem magis incalefcit, ibidem, numero 4.

HIC, HÆC, HOC. Pronomen hoc eſt demonſtratiuum tam ad oculum, quàm ad intellectum, & refertur ad proximiora, ſed non ſemper, & eſt repetitiuum perſonarum, & qualitatum. dict. 133. ex n. 1. p. 245.

Hac tamen lege, & conditione. Hæc clauſ. non importat conditionem, ſed modum. Clauſul. 64. numero 1. pagina 73.

HINC, Hæc dict. denotat extremitatem & cohærentiam ſubiecti, vt tempus currat de momento enunciato ad momentum, ſi dicatur. Hinc ad decem dies, vel Hinc & infrà decem dies; & importat idem quod, Ex hac die; In antea, Ab hoc tempore, Ex hac cauſa, & aliquando cauſam finalem. dict. 134. ex numero 1. pagina 246.

HIPOTHECAM ſpecialem rei, quæ exprimitur, & generaliter omnium rerum, ſi exprimatur, importat dict. Super, dict. 393. n. 6. p. 368.

Hipothecam importat dict. Super, non ſolùm ſi agatur contra debitorem, ſed etiam ſi contra tertium, ibidem, num. 8.

Hipothecam non importat dict. Super, in ſtatuto odioſo, & correctorio Iuris, ibid. n. 9.

HISPANIARVM Regnorum appellatione venit Luſitania. Appell. 115. n. 1. p. 233.

Hiſpaniarum Regis appellatione, vbi aliquid conceditur illi expreſſo proprio nomine, venit etiam tanquam Rex Neapolitanus, ibid. n. 4.

HISPANORVM molem eſſe non ſeruare fidem qui incautè pronunciauerint, referuntur. Axiom. 98. numero 3. pag. 62.

Hiſpanorum fidelitatem qui extollunt, citantur, ibidem, num. 4.

HOC AMPLIVS. Hæc dictio includit ſequentia eiuſdem quibus erant incluſa præcedentia, item eſt repetitiua præcedentium, itaut repetat ſubſtantiam præcedentis legati, & qualitates; item reiterationem actus inducit legandi, ac demum augmentum importat. dict. 135. ex n. 1. pag. 246.

HOC IPSO. Hæc dict. denotat ipſo iure, dict. 136. num. 1. pag. 246.

HODIE. Hæc dict. non differt ſolutionem, ſed repræſentat actionem, id eſt facultatem agendi, item nullam tribuit dilationem, neque conditionem inducit, ſed

sed est significatiua præsentis temporis. dict.137. num.1. pag.246.

Homicidii appellatione non venit parricidium, Appell. 114.n.1.p.232.

Hominis dispositio facit cessare dispositionem legis. Axiom.110.n.1.p.72.

Hominis prouisio non facit deficere prouisionem legis, quando cum ea concurrere potest, ibid.

Hominis appellatione non venit hermaphroditus. Appell. 116.n.3.p.233.

Hominum certi loci appellatione non venit Vniuersitas, ibid.n.1.

Honor est maximum bonorum. Axiom.111. numero 1.pagina 72.

Honor lucro, immò etiam vitæ præfertur, ibidem, numero 2.

Honoris, & vitæ causa æquiparantur, ibidem, numero 3.

Honor patris est gloria filij, ibid. n.4.

Hortvs venit appellatione domus in legato, si ad illum è domo pateat aditus. Appellat. 82. numero 6. pagina 182.

Hospes, & tabernarius pro eodem quandóque ponuntur. Appell.258.n.3.p.497.

Hvivsmodi. Hæc dictio est relatiua præcedentium cum omnibus suis qualitatibus, ostendit ad oculum proximè præcedentia, posita post certum ordinem expressum, restringit dispositionem ad id, ad quod adiicitur, & importat idem ac si diceretur Talis, vel tales. dict.138. ex n.1. pag.247.

I

Iactare suum nemo præsumitur. Axiom.112.num.1. pag. 72.

Iactvram sentire non debet quis pro alieno commodo. Axiom.108.n.8.p.71.

Iam. Hæc dictio est completiua, & non reddit rem dubiam. Ad denotandam temporis perfectionem sæpè oratio concipitur sub hac dict. puta, Iam factum est. Iam præteriit. dict.139.ex n.1. p.247.

Iam div. tempori præterito plerúmque, aptè etiam præsenti adiungitur, non potest tamen adaptari ad duos dies præcedentes, sed includit longum temporis spatium. dict.140.ex n.1.p.247.

Iam dvdvm. Hæc dictio longius spatium designat quàm Dudum, & ad præsens tempus atque ad præteritum accommodatur. dict.141.n.1.p.248.

Iampridem. Hæc dictio longius tempus designat quàm dict. Pridem, ibid.n.2.

Idcirco. Hæc dictio causam ostendit, eiúsque natura est vt causaliter ponatur. dict. 142. numero 2. pagina 248.

Idem. Hæc dict. relatiua est, & non tolùm refertur ad id, quod est idem in specie, sed etiam ad illud quod est idem in genere. dict.143. n.3.p.248. & refertur tantùm ad præcedentia, nec habet tractum ad futura, ibid. num.2. Repetit qualitates in præcedenti dispositione expressas, seu qualitatem dispositionis ad quam se refert, ibid.n.1. Importat omninò eandem in diuersis casibus censuram, seu decisionem, ib.n.5.

Identitatem nonnunquam denotat dict. Proinde. dict. 289.n.6.p.315.

Identitatem esse in casu contrario interdum denotat dict. Maximè. dict.197.n.8.p.275.

Ideo. Hæc dict. eandem vim habet quàm dict. Idcircò; Est causalis, & idem significat quod, ob causam. Denotat causam finalem; Illatiua est, quia infert ex prædictis, Et in rationali dispositionis respectu omnium præcedentium posita censetur. dict.144.ex n.1.p.249.

Idest. Hæc dict. idem importat quod scilicet, & videlicet. Habet vim, ac naturam restringendi, præcipuè si ponatur inter genus, & speciem. Aliquando ponitur declaratiuè, & non restrictiuè. Et in dubio quando præcedit dispositio generalis, & ponitur exemplum per hanc dict. non stat restrictiuè. dict.145.n.1. cum seqq.p.249.

Iesvati inter Mendicantes annumerantur. Appell.147. n. 6.p.247.

Igitvr. Hæc dictio illatiuè regulariter stat, & inceptiuè aliquando ponitur. dict.146.ex n.1.p.249.

Ignorans nihil agere, nec consentire censetur. Axio.113. n.13.p.73.

Ignorans non dicitur negligere, nec consentire Iuris suum. ibid. n.14. p.74.

Ignoranti non currit tempus, ib.n.15.

Ignorantes ligat decretum irritans. Clauf.40. n.7.p.43. siue iustè, siue iniustè, aut etiam causa non cognita emanauerit, ib.n.12. p.44.

Ignorantes non ligat decretum irritans respectu aliarum pœnarum vltra nullitatem actus, & quando est super incerto corpore beneficij, & non est adiectum tempus, ibid.n.13.& 16.

Ignorantia facti iusta & probabilis excusat; affecta verò, vincibilis, crassa, improbabilis, seu supina minimè excusat. Axiom.113.n.1.p.73.

Ignorantia facti proprij non excusat tanquam crassa & improbabilis, nisi in illis casibus, in quibus ex circumstantiis negotij, & personarum, etiam in factis propriis admittitur probabilis excusatio, ib.n.2.cum seqq.

Ignorantia facti alieni in dubio præsumitur, & excusat, nisi quando aliquid proponitur propter quod & potuit, & debuit sciri per mediocrem diligentiam, vt quia factum vel est publicum, vel notabile, graue, & ponderosum, ib. num. 6.

Ignorantia Iuris non præsumitur, ac proinde non excusat, nisi haberet admixtam ignorantiam, seu errorem facti, ibid.ex n.7.

Ignorantia semper præsumitur in dubio, nisi scientia probetur, ib.n.12.

Illatio non fit à diuersis. Axiom. 114. num.1. p. 74.

Illativa est dict. Et sic. dict. 114. numero 1. pagina 238.

Illatiua est dict. Ideò, quia refert ex prædictis. dict.144.numero 4.p.249.

Illative, seu continuatiuè ponuntur dictiones. Ergo, Igitur. dict.109.n.4.p.233.

Illatiuè, seu expositiuè stat dict. Sic, iuncta cum copula præcedenti. dict.365.n.3.p.359.

Illatiuè regulariter stat dict. Igitur. dict.146.numero 1. pagina 249.

Ille. Hæc dictio significat ocularem, & expressam demonstrationem, & refertur solùm ad nominatos in proximo superiori versiculo, etiamsi oratio ab vnico verbo principali regatur. dict.147.ex n.1.p.250.

Illegitimitatis, ætatis, Ordinis, & irregularitatis defectus non supplet clausula Motus proprij. Clauf. 76. n. 56. pag.89.

Illegitime nati non veniunt in statutis appellatione agnatorum. Appell.13.n.8.p.149.

Illegitimi in Hispania admittuntur. ad insignia, nomen, arma, honores, & nobilitatem patris, Appell.164. num. 10. pag.258.

Illegitimi an & quando veniant dispositionibus legis, quæ filiorum mentionem faciunt remissiuè. Appell. 98. n. 35. pag. 203.

Illegitimi an veniant lineæ appellatione, ostenditur. Appell.135.n.22.p.243.

Illegitimi dicuntur de domo, vt ex consuetudine concedi-tur naturalibus. & illegitimè natis ferre arma, & insignia familiæ. Appell.81.n.6.p.181.

Illegitimi sine venia parentes suos in Ius vocare non possunt. Appell.99.n.37.p.203.

Illegitimi non sunt de prosapia. Appell.226. numero 2.pagina 281.

Illegitimi difficilè admittuntur ad Episcopalem dignitatem. Appell.89.n.4.p.186.

Illegitimis relicta veniunt appellatione spoliorum. Appell. 147. n.3. p.292.

Illegitimos comprehendunt pœnæ impositæ filiis reorum læsæ maiestatis diuinæ, & humanæ. Appell. 99. num.40. pag.203.

Illegitimvs, seu bastardus non continetur appellatione nobilium. Appell.164.n.7.p.258.

Illegitimus dispensatus vt possit etiam in Cathedrali habere beneficium non poterit illud habere in Metropolitana. Appell.43 n.2.p.163.

Illegitimus si dispensatus esset à Papa ad Episcopatum non conferetur dispensatus ad Archiepiscopatum. Appell. 43.n.3.p.163.& Appell.89.n.2.p.186.
Illegitimus dispensatus ad Ordines intelligitur tantùm dispensatus ad minores, Appell.179.n.1.p.264.
Illegitimus non dicitur de parentela, Appell.183. num.3. pag.256.
Illicite fieri dicitur quod à Iure prohibitum est. dict. 148.n.1.p.250.
Illico. Hæc dictio operatur sine interuallo, biduum importat, intelligitur ipso iure, executionem paratam habet, & non requirit aliam condemnationem. dict. 149. ex n.1.p.250.
Illvstres personas, & qualificatas non comprehendit clauſ. Omnésque alios, &c. Clauſ.130. numero 15. pagina 136.
Immediate dicitur quicquid per rerum naturam continuatiuè vnum, & idem est, ex vera, & propria significatione reiicit omne interuallum, & denotat aliquid fieri ipso iure, dict.150.ex n.1.p.250.
Immissionem hæredi scripto non dari, nec retardari immissionem hæredis abintentato operatur clausula codicillaris. Clauſ.21.n.42.p.24.
Immo. Hæc dictio de sui natura est correctiua præcedentium, & eius affectus est vt vltimum valeat. Interdum tamen non ponitur correctiuè, sed copulatiuè, & ampliatiuè, quando scilicet ponitur cum dict. Etiam, vel cum copula Et. Aliquando ponitur alternatiuè, quando scilicet in præcedenti est eadem ratio, vel maior. dict. 151.ex n.1.p.251.
Immobilivm appellatione veniunt annui redditus, Appell.117.n.1.p.234.
Immobilium appellatione veniunt actiones ad immobilia, ibid.n.3.
Immobilium appellatione venit pecunia destinata ad emptionem prædiorum, vel in banchis camporum posita, ibid.n.4.
Immobilium appellatione an contineantur naues, remissiuè, ibid.n.5.
Immvnitatis in concessione facta à Principe requiritur clauſ. Non obstantibus, &c. Clauſ.82.numero 20.pagina 93.
Impedimentvm non præstat quod de Iure non fortitur effectum. Axiom.115.n.1. p. 74.
Impedimentum non præstat nullum ipso iure. Axiom. 164. num.4.p.103.
Impedimenti causa cessante cessat impedimentum. Axiom. 40.n.14.p.28.
Impedito non currit tempus, dummodò impedimentum non sit affectatum, Axiom.116.n.1.p.74.
Impeditis currit tempus, seu instantia, vbi agitur de modico præiudicio, ibid.
Imperare sibi ipsi nemo potest, in tantum vt nec id possit præscribi, Axio.117.n.1.p.74.
Impertinentiæ superfluæ, & ineptæ ne noceant operatur clauſ. Non se adstringens, &c. Clauſ.89. numero 6. pagina 101.
Imperfectionem denotat dictio Ferè, dict.124. num.4. pag. 242.
Impetrationem, & omnes effectus, qui ex impetratione oriri possunt tollit clausula motus proprij. Clauſ. 79. n.35.p.88.
Impiìia continentur appellatione vestium. Appell. 268. n.3.p.300.
Implementvm eorum, quibus dict. Dummodò, adiungitur, semper requiritur siue faciat modum, siue conditionem. dict.95.n.8.p.229.
Implicationem importat dict. Vltra. dict. 428. num. 4. pag. 381.
Implicationem non denotat dict. Maximè, posita post genus speciem includens, dict.197.n.4.p.275.
Implicativa est dict. Etiam, & exprimit casum magis dubitabilem, & implicat minùs dubitabilem. dict.112. n. 1.p.237. Et est implicatiua ad maiora expressis in materia stricta, & exorbitante, ib.n.2.
Implicatiua est dict. Præter, in materia fauorabili, secùs in odiosa. dict.279.n.7.p.309.
Implicatiua nonnunquam est dict. Et, dict.110.n.39.p.239.
Implicatiua, seu comparatiua de sui natura est dict. Maximè, & implicat casum magis dubitabilem. dict. 197. n.1. pag. 275.
Implicatiua casus contrarij ad expressum est dict. Nec, dict. 208.n.2.p.279.
Impossibile dicitur id, quod rarò, vel nunquam euenit, licèt euenire possit. Item & id quod est contra bonos mores, vel quod honestis moribus non conuenit impossibile reputatur. Item & id, quod salua dignitate fieri non potest. Axiom.118.n.1.2.& 3.p.74.
Impossibile censetur quod pendet à Principis voluntate, ib.n.4. quando Princeps regulariter illud concedere non consueuit, ib. n.5.p.75.
Impossibile dicitur quod tantùm fieri potest per remedium extraordinarium, ib.n.6.
Impossibilia non obligant, seu ad impossibile nemo tenetur, ibid.n.7.
Impossibilium, & valdè difficilium idem est iudicium, ibid. num.8.
Impossibili validum est argumentum, loco 54. numero 1. pagina 322.
Impossibilitas facit recedere ab omni interpretatione veriſimili, vel mentis, etiamsi verba hoc importarent. Axiom.118.n.9.p.75.
Impossibilitati æquiparatur difficultas magna, ibidem, sub num. 8.
Improprietatem denotat dict. Quodammodò. dict.328. num.1.p.342.
Improprietatem & fictionem regulariter importat dict. Tanquam. dict.402.n.1.p.372.
Improprietatis est nota dict. Proinde, dict.289. numero 4. pag. 315.
Improprietatem denotat verbum, Videtur, dict.424.num.1. pag. 379.
Improprietatem nonnumquam importat verbum, Intelligitur, dict.159.n.3.p.260.
Improprietatis, & fictionis significatiua est dict. Perinde. dict.252.n.1. p.297.
Impvdicitiæ quælibet macula in fœminis fœdior, & detestabilior est, quàm in viris. Appellat.99.numero 27.pagina 202.
Impvgnatio generalis non comprehendit ea, quæ impugnanti sunt fauorabilia. Axio 106.n.8.p.68.
In. Hæc dictio diuersimodè & multipliciter accipitur. dict.152.ex.n.1.vsque ad n.12.p.251. Intrinsecitatem in loco denotat nisi ratione euitandæ contrarietatis, ib. n.16. & 17. pag 152. Distributiua est, ibid.n. 18. Augmentatiuè quandóque ponitur nisi reperiatur composita, quia tunc minuit, seu priuat, ib.19.& 20. Inclusiua est, ibid.num.21. vbi distinguitur; Posita in gratia expectatiua importat, & capit omnem Ecclesiam præter Cathedralem, quando scilicet mandatur prouideri in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel dioecesis, ibid.n.24. Conditionem facit, quando scilicet dispositio suspenditur in aliquem incertum euentum futurum, ib.n.27.p.253.
In, & De, differunt, quia si mandatur prouideri de Ecclesia, importat omnem Ecclesiam: si verò in Ecclesia, videtur excipi Ecclesia contineus, ib.n.22.p.252.
Inantea. Hæc dictio importat. Ab inde, seu in posterum. dict.153.n.1.p.253.
Incertitvdo rei vitiat actum, seu dispositionem, etiam in fauorabilibus. Axio.119.n.1.& 4.p.75.
Incertitudine non obstante actus valet de æquirate Canonica, & agi potest vt declaretur arbitrio boni viri, ibid. num. 5.
Incertitudo quando potest reduci ad certitudinem non vitiat actum, ibid. n. 6.
Incertitudo non vitiat dispositionem quando prouenit culpa aduersarij, vel causatur à culpa opponentis, ibid. num.7.
In circa. Hæc dictio operatur in modico, & qualis ac quanta sit ista modica quantitas remittitur arbitrio Iudicis, inspecta qualitate negotij, & personarum, ac rerum quantitate. Excludit certam, & determinatam quantitatem. dict.154.ex n.1.p.253.& 254.
Incidens, seu emergens causa quando dicatur ostenditur. Clauſ.37.n.3.p.40.
Incivsio vnius est exclusio alterius. Axiom. 130. ex num. 1.

n.1.pag.76.vbi multipliciter,ampliatur.
Incluſio vnius non eſt excluſio alterius, quando eadem ratio militat in excluſo,& incluſo, ibid. num. 12.pag.77.& quando vnum exprimitur ratione frequentioris vſus, ibid.n 13.& quando incluſio, & enumeratio vnius fit per verba ampliatiua, ibidem, numero 14. & quando incluſum & excluſum ſunt connexa, ibidem, numero 16. pag 77.
Incluſio quando eſt contra legem,tunc dict.Vſque,non ſtat incluſiuè.Dict. 437.n.15.pag.386.
Incluſione vnius ad excluſionem alterius valet argumentum,niſi ratione euitandi abſurdi, vel quando illud,quod excluſum videtur, alia diſpoſitione includitur. loco 55.n. 1.pag.322.
Incluſionem aliquando denotat dict. Abſque. dict.2.num.3. pag.193.
Incluſionem, ſeu implicationem importat dict. Supra,dict. 394.n.3.pag 368.
INCLVSIVA eſt dict.Vbi. Dict.412. num.4.pag.375.& regulariter dict.Vltra, Dict. 428.num.1. pag.380.& aliquando dict.Quamuis,Dict.304.num.5.pag.331. Et dict.Ad.dict.6. num. 3. & 21.pag.194.& ſeq. Et dict.In. Dict.152. num.21. pag.252.
Incluſiua,& excluſiua quando ſit dict.Vſque,ex coniecturis declarari poteſt.Dict.437.n.21.pag.386.
Incluſiua,ſeu potiùs excluſiua an ſit dict. Præter,oſtenditur Dict.279.n.2.cum ſeqq pag.309.
Incluſiua,rei, ſiue loci,vel ſuorum extremorum eſt dict.Intra,Dict.174.n.4.pag.261.
Incluſiua illius quod eſt negatum ſtat dict. Niſi, quando præcedit negatiua potentiæ, ſiue actus, Dict. 217.num.7. pag.282.
Incluſiua,& implicatiua eſt dict.Maximè,ſicut dict.Tam,& habet vim augmentandi, & non minuendi. dict. 197.n.3. pag.275.
Incluſiuè an & quando ſtent dict.A vel Ab,oſtenditur Dict. 1.n.2.8.& 9.pag.192.
Incluſiuè regulariter ſtat dict. Vſque,appoſita gradibus,vel aliis rebus,Dict.437.n.1.pag.383.item in feudis,ibid.num. 8. pag. 385. Item vbicunque terminus, cui illa adiicitur, eſt de pertinentiis rei in qua habetur ſermo, ibidem, num.1.
Incluſiuè aliquando ponitur dict. Citra. Dict. 58. num. 6. pag.213.
Incluſiuè ponitur dict. Poſtquàm,in diſpoſitione in qua ſtatuitur dies, tempus, vel terminus, & talis dies termini computatur in termino, dict.272.n.3.pag.306.
Incluſiuè ſtat dict. Sed, poſita in materia prohibitiua poſt orationem negatiuam,dict.360.n 4.pag.354.
INCOMMODA cum ſequi oportet, quem commoda,& vtilitates ſequuntur,Axiom.44.n.2. pag 31. & Axiom.121.n.1. pag.77.
INCOMPATIBILIA plura quando copulantur tunc copula reſoluitur in alternatiuam, vel diſiunctiuam,Axiom 59.n. 6 pag.39.
INCONTINENTI. Hæc dictio pluribus modis accipitur. Dict. 155. numero 2. pag. 254. Ex propria eius natura ſignificat ſine interuallo, ibid. n.5. Celeritatem deſiderat, ibid.num.5. Interuallum aliquod temporis non excludit quando res incontinenti recuperari non poteſt, ibid.n.6. Verificatur quando eadem die, & loco & coram eiſdem teſtibus aliquid fit,ibid.n.8.Significat canonem latæ ſententiæ,ibid.n.18.
Incontinenti quæ fiunt à Iure ineſſe dicuntur. dict.155.n.10. pag.254.& Axiom.122.n.1.pag.77.
Incontinenti dicitur temporis aliquod breue ſpatium arbitrio Iudicis taxandum, ibid.n.11.
Incontinenti an aliquid factum dicatur Iudicis arbitrio relinquitur,ibid.n.12.
Incontinenti intelligitur intra terminum ad probandum conceſſum,ibid.n.13.
Incontinenti, fieri dicitur quando fit in flagranti delicto, ibid.n.14.
Incontinenti interpretatur cum commodè potuerit arbitrio Iudicis,ibid.n.17.
INCORPORALIA omnia, velut iuriſdictio, iuſpatronatus, honor, & diſtrictus veniunt appellatione caſtri. Appell. 41.n.6.pag.162.
INCVRRAT. Hoc verbum intelligitur ipſo iure ſine alia ſententia.dict.156.n.1.p.255.
INCVRSIONIS pœnæ effectum non operatur clauſula conſtituti, niſi aliter facta ſit traditio. Clauſ. 31.numero 27. pag. 32.
INDE. Hæc dictio interdum infert, & ſignificat, ex quo. dict.157.n.1.p.255. Quandóque reſpicit locum, & ſignificat, ex quo loco, ibid. n.3.Interdum reſpicit perſonam, ex qua perſona; & nonnunquam tempus,& ſignificat ex quo tempore, ib.n.5.p.256.
INDEFINITA æquipollet vniuerſali. Axio.123. n.1. pag.77. quando ſubeſt eadem ratio omnium ſub indefinita comprehenſorum, vel capitur diſtributiuè, non collectiuè, ibid.n.2.& 3.p.78.
Indefinita vim vniuerſalis ſignificationis habet non ex propria vocabuli ſignificatione, ſed ex æquitate, & benignitate quadam,ib.n.4.
Indefinita negatiuè concepta vim habet vniuerſalis, ibid. n.5.ita & indefinita à lege prolata, ib.n.6.
Indefinita verba ſtatutorum municipalium, æquipollent vniuerſali, ib.n.7.
Indefinita æquipollet vniuerſali in contractibus,renunciationibus,alimentis,& in omni diſpoſitione, ibid.num.9. 10. & 11.
Indefinita non æquipollet vniuerſali quando non eſt eadem ratio, ib.n.12. & in materia odioſa, ſeu pœnali. ib. n.13. & in probationibus,ib.n.14.p.79.
INDVCTA in fauorem, contrarium effectum non debent operari. Axio.58.n.14.p.38.
Inducta ad vnum effectum, non debent effectum contrarium operari, Axio.80.n.9.p.51.
Inducta ad vnum finem non debent illius oppoſitum operari, Axio. 99. n.4.p.63.
Inducta ad augmentum, diminutionem operari non debent.Axio.34.n.11.p.23.
Inducatis in poſſeſſionem, & manuteneatis. Hæc clauſ.dat iuriſdictionem executori, quia poterit manutenere inductum donec ſit pacificus, non tamen ſemper ne derogetur Ordinario, ideò poſt annum, vel poſtquam pacificè poſſedit, ſi moleſtetur via ordinaria eſt agendum. Clauſ.65.n.1.& 2.p.73. Non importat neceſſitatem,vt qui eſt in poſſeſſione, & nouam obtinet prouiſionem cum hac clauſula de nouo apprehendat poſſeſſionem de mandato executoris,ib.n.4. ſed intelligitur vt ſit appoſita ad cumulandum poſſeſſionem poſſeſſioni,ib.n.5.
INDVLGEMVS. Hoc verbum denotat conceſſionem priuilegij, quandóque tamen importat ſolùm idem, quod primùm, & de Iure competebat, dict.158. numero 1. pagina 256.
INDVLGENTIARVM in conceſſione apponi non debet clauſ.Ad inſtar. Clauſ.5.n.1.p.6.
INDVLTVM conceſſum ad lucrandum fructus in abſentia non comprehendit diſtributiones quotidianas. Appell. 103. n.15.p.223.
INEST. Verbum hoc eſt ſignificatiuum veritatis. dict. 159. n.1.p.256.
IN EVENTVM. Hæc dictio addita alicui diſpoſitioni reddit eam ſubſidiariam, vt ſcilicet locum non habeat niſi in ſubſidium.dict.160.n.1.p.256.
INFERIOR non poteſt tollere legem ſuperioris. Axio. 124. n.1.p.79.niſi maior ſubiiceret ſe iuriſdictioni minoris, & ab eo iudicari vellet, ib.
Inferiori non licet contra factum ſuperioris diſpenſando venire, ib. n. 2.
Inferiori non licet concedere ſaluum conductum damnato per ſuperiorem, ib.n.3.
Inferiori non licet ex cauſa contra factum ſuperioris venire,ib. n.4.
Inferior non poteſt corrigere, mutare, modificare, vel addere legem ſuperioris,ib.n.6.
Inferior poteſt diſtinguere, ſeu qualificare factum ſuperioris,ib.n.7.
Inferior non poteſt facere legem, quæ ſuperiorem liget, ibid. n.8.
Inferior à Principe non poteſt alicui Iudici cauſam committere cum clauſ.Recuſatione remota. Cl.131.n.5.p.157.
Inferior non poteſt vti clauſ. Motu proprio. Clauſ.79. n.5. pag. 86.

Inferior à Principe vti non potest clauſ. Non obſtantibus, &c. Clauſ. 82. n. 1. p. 91. Nec clauſ. Summariè, &c. Clauſ. 176. n. 2. p. 173.

INFINITAS eſt vitanda. Axiom. 125. numero 1. pagina 79.

Infinitas reprobatur. Clauſ. 94. n. 6. p. 104.

Infinitatem regulariter denotat clauſ. Toties, quoties, &c. Clauſ. 180. n. 2. p. 181.

Infinitatem ſignificat dict. Perpetuò, cùm teſtator vocat ſucceſſiuè in infinitum. dict. 254. n. 4. p. 298.

Infinitatem in contractibus denotat dict. Quandocúnque. dict. 308. n. 5. p. 332.

INFINITE accipitur dict. Donec. dict. 93. numero 7. pagina 227.

INFIRMITATIS appellatione venit grauis. Appell. 118. n. 1. pag. 234.

Infirmitas grauis quando dicatur relinquitur arbitrio medicorum, ibid.

IN FORMA DIGNVM. Hæc clauſ. facit executorem mixtum, & ab eo appellare licet, itaut poſſeſſio interim capta ſit attentata quando alius eſt in poſſeſſione, vel adeſt legitimus contradictor. Clauſ. 66. n. 8. 9. & 10. p. 74. & licèt gratia in forma dignum non ſit conditionalis, in eſſe tamen nihil ponit donec ſit executioni demandata, ib. n. 2. p. 73. Reſignatario acquiſitum dicitur Ius ad rem, & non in re per gratiam in forma dignum ante eius executionem, ibid. n. 3. Beneficium ſequuta morte prouiſi in forma dignum, antequam ille reſpectus, ſeu declaratus fuerit dignus, non vacat per mortem illius, ſed per mortem vltimi poſſeſſoris, ib. n. 7. p. 74.

INFRINGERE importat retractare, vel per malitioſam interpretationem infringere. Clauſ. 91. numero 7. pagina 103.

INFRA, contrarium habet Suprà, extrema ſua includere ſolet, & excludere ea, quæ ſunt extra; diem, quo aſſignatur terminus, eſt de natura huius dict. excludere. dict. 161. ex n. 1. p. 256. Actum immediatè ſequentem terminum, cui adiungitur, denotat hæc dictio, aliquando actum mediatum, interdum extremam partem, ib. n. 7. Significat tempus continuum, ib. n. 8. Importat, ſi tempori iungatur, diminutionem, ſeu imperfectionem temporis, ib. n. 9. Relationem habet ad inferiùs dicenda, ib. n. 10. p. 257.

INFRASCRIPTI. Hæc dictio eſt relatiua ad caſus, qui infrà expreſsè enumerantur, & deſcripti apparent. dict. 162. n. 1. p. 257. Reſtringit verba præcedentia ad perſonas expreſsè nominatas in inſtitutione, & ſubſtitutione, & reſtringit diſpoſitionem ad ſubſequentia, ib. n. 3. Importat ſcriptos infrà taliter quòd legi poſſint non per ſubauditum intellectum, & ita non verificatur niſi in iis, quæ ſcripta ſunt, & oculis corporeis legi poſſunt, quando verò aliter non poſſet habere effectum diſpoſitio, tunc continebit ea, quæ legi non poſſunt, ſed per intellectum capiuntur, ib. n. 4.

INHIBERI poteſt quando adeſt clauſ. Cum toto negotio principali, &c. etiam quod non conſtet de appellatione interpoſita. Clauſ. 121. n. 28. p. 129.

INHIBITIO emanata vigore commiſſionis continentis clauſulam, Sine præiudicio legitimæ executionis, cauſat attentata Clauſ. 159. n. 4. p. 158.

IN INFINITVM. Hæc dictio denotat tempus perpetuum. dict. 163. n. 1. p. 257. Operatur vltra decimum gradum, perpetuámque familiæ conſeruationem denotat, ib. n. 4. p. 258. Poſita in conceſſione rei importat vt illa nunquam ſit reuerſura, ib. n. 5. Poſita in ſubſtitutione facta in omnes deſcendentes inducit fideicommiſſum perpetuum, ibid. n. 6. Poſita in ſubſtitutione intelligitur de vulgari, & poſita in vulgari non extenditur ad fideicommiſſariam, ib. n. 7. Importat tractum temporis, ib. n. 9. p. 258.

INIQVVM eſt homini ingenuo liberum non eſſe de rebus ſuis poſſe diſponere. Axiom. 199. numero 2. pagina 123.

INIVRIAM nemini facit, qui vtitur iure ſuo. Axiom. 135. n. 8. pag. 84.

Iniuria non fit ſcienti, & volenti. Axiom. 126. numero 1. pag. 80.

Iniuriæ inde naſci non debent vnde Iura naſcuntur, ibid. num. 3.

IN OMNIBVS, ET PER OMNIA. Hæc clauſ. relatiua eſt, relationémque inducit. Clauſ. 67. n. 2. p. 74. Ob eius, vniuerſitatem facit vt comprehendantur ea, quæ aliàs non comprehenderentur, ib. n. 3. & nihil omninò excludit, ib. n. 4. Reſtringitur ad præterita, non autem veniunt futura, ib. n. 5. Reſpicit conformitatem cum Iure communi ne abſonus intellectus eliciatur, ib. n. 6. Mandatum cum hac clauſ. dicitur eſſe ſpecificum, ib. n. 7. p. 75. Priuilegij ſpecialis illa vim habet, ib. n. 8. Operatur vt exequata vnam, & eandem naturam habeant. ib. n. 10. Importat perfectionem, & integritatem diſpoſitionis, ibid. n. 11. Operatur vt nullo modo reſtringatur teſtamenti paterni approbatio, ib. n. 12. Fictionem, & virtutem in iis, quæ poſſunt verè fieri, importat, ib. n. 13.

IN PERPETVVM. Hæc dictio idem importat, quod in infinitum, & intelligitur etiam poſt centum annos, & ſine præfinitione temporis eſt interpretanda. dict. 163. n. 2. p. 257. Quandóque ſecundùm ſubiectam materiam refertur ad hominis vitam, ſi actus de ſui natura, vel diſponendi modus perſonam reſpiciat, ib. n. 3.

IN REM SVAM. Hæc clauſ. dominij tranſlationem, & reciprocam fideicommiſſi remiſſionem importat. Clauſ. 71. n. 5. p. 78. Vide alia in verbo Procurator in rem ſuam.

INSERTIONEM tenoris operatur clauſ. Pro expreſſis. Clauſ. 101. n. 7. p. 117.

IN SOLIDVM. Hæc clauſ. vbi eſt appoſita, excludit beneficium diuiſionis inter ſocios, vel plures cohæredes, aut plures reos debendi. Clauſ. 72. n. 2. pag. 79. Operatur vt omnes cenſeantur debitores principales erga principalem debitorem, ib. num. 3. Importat in emphyteuſi quòd nullus alteri ſuccedat quando dictio diſtributiua, Quilibet, eſt appoſita ſtipulantibus, ib. n. 5. p. 80. Significat integritatem reiecta omni diminutione, ibid. n. 9. Ligat arctiùs contrahentes, non verò auget obligationem, ib. n. 10. In obligatione Camerali annotata operatur vt renunciarum cenſeatur omni, & cuicunque Iuris auxilio, ib. n. 12. Facit vt quilibet ad totum teneatur, ibid. n. 13. Totum vnicuique attribuit, ib. n. 14.

INSOLITA, & inaudita non comprehendit clauſ. Reſeruans omne Ius, &c. Clauſ. 137. n. 3. p. 142.

Inſolitæ clauſulæ reſcriptorum, & inſtrumentorum illa ſuſpecta de fraude, & dolo reddunt, Clauſ. 73. numero 1. pagina 80.

Inſolitæ clauſulæ, ſi ſint plures, faciunt ſimulationis coniecturam, vel quando nimia eſt cautela, ibid. num. 2. & 3. pag. 81.

Inſolitæ clauſulæ arguunt contractum vſurarium, ibidem, num. 4.

Inſolitæ clauſulæ reddunt ſuſpectum actum, ib. n. 5.

Inſolita clauſula illa dicitur, quæ contra naturam contractus eſt, vel contra ſtylum, aut conſuetudinem, ibidem, num. 6.

Inſolita clauſula non præſumitur, & alleganti eam inſolitam, incumbit onus probandi, ib. n. 7.

Inſolita clauſula non præſumitur de voluntate partium ſcripta, ſed potiùs à Notario appoſita, ib. n. 8.

Inſolita clauſula in teſtamentis non videtur ſcripta de mente teſtatoris, ib. n. 9.

INSIMVL. Hæc dictio ſignificat congregationem, & connexitatem. dict. 164. n. 1. p. 258.

INSORDESCENTES in excommunicatione per annum, vel irregulares, non gaudent abſolutione contenta ſub clauſ. Téque abſoluentes, &c. Clauſ. 179. n. 13. p. 180.

INSTANTIA, & ius venit appellatione litis. Appell. 136. n. 2. p. 243.

Inſtantiæ litis renunciare non poteſt procurator cum libera, &c. Clauſ. 35. n. 34. p. 38.

INSTAR, Hæc dictio ſimilitudinem importat, dict. 165. n. 1. pag. 258.

INSTITVENS fratrem, & ſuos, cenſetur inſtituiſſe fratrem pro dimidia, & filios eius natos pro alia dimidia. dict. 397. n. 9. p. 369.

INSTITVTIO hæredis vitiatur propter incertitudinem. Axio. 119. n. 2. p. 75.

Inſtitutione facta de patre, & eius filiis, an filij concurrant cum patre ſimul, & eodem tempore, an verò ordine ſucceſſiuo, poſt illius obitum oſtenditur, dict. 110. numero 23. pag. 235.

Inſtitutionem hæredis inducit verbum lego adiectum vniuerſitati

uersitati bonorum, dict.189.num.1.pag.270.

INSTITVTVS in re certa vt trahi possit ad vniuersum ex fideicommisso, licèt non adsit alius hæres vniuersalis ex testamento operatur clauſ.codicillaris.Clauſ.21.num.43. pag.24.

Inſtiturus in duobus testamentis ſi dubitat quòd valeat, & ad vt cum clauſ.Omni meliori modo,&c.censetur adiuuisse ex eo testamento,quod valet.Clauſ.95.n.35.p.108.

INSTRVMENTVM exhibens illum ratum habere dicitur, & omnia in eo contenta approbare videtur. Clauſ. 104. num.13.p.119.

Inſtrumenti perfectionem importat clauſ.Actum,&c.quando eſt poſita in fine inſtrumenti, non verò in principio. Clauſ.2.n.2.p.2.

Inſtrumentum dicitur imperfectum deficiente in eo clauſ. Actum,&c.ib.n.6.

Inſtrumenti ſolemnitas non ſuppletur per clauſulam cæteratam.Clauſ.14.n.17.p.18.

Inſtrumenti appellatione continetur ſcriptura priuata ſecundùm propriam ſignificationem, quæ ſumitur ex alluſione vocabuli.Appell.119.n.1.p.234.

Inſtrumenti appellatione communi loquendo vſu inſpecto priuata ſcriptura non continetur,ib.n.2.niſi quando eſſet recognita,& per ſe probans,ib.n.3.p.235.

Inſtrumenti appellatione venit validum,& ſolemne,ib.n.7. pag.235.

Inſtrumentorum appellatione veniunt teſtimonia,ibidem, num. 4.

Inſtrumentorum appellatione veniunt acta iudicialia,ibid. num 5.

INSVLAM factum ad domum dicitur ſiue fiat propè domum per duos,vel tres pedes,ſiue in porticu annexa domui,dict.6.n.11.p.194.

INSVPER. Hæc dictio importat idem quod Vltra, & Vlterius,dict.114.n.1. pag.258. Denotat diuerſitatem à præcedentibus, ibid. n.2.De ſui natura venit continuatiuè addendo ad ſuperiora,retenta eadem materia,ib.n.4.Ponitur pro Præterea,& aliquando pro Præcipuè, ibid. n. 5. & 6.

INTEGRA LITER. Hæc dictio idem importat quod ſine diminutione,vel cum integritate,dict.168. numero 1. pagina 259.

INTEGRE habere dicitur qui totum habet. dict.167.num.1. pag. 259.

INTEGRITATEM, ac plenitudinem quandam ſignificat dict.Totaliter.dict.406.n.3.p.373.

Integritatem reiecta omni diminutione ſignificat clauſ.In ſolidum.Clauſ.72.n.9.p.80.

INTEGRVM dicitur, cui nulla pars deeſt, vel quod ſine diminutione ex omnibus ſuis partibus conſtat, dict.167.n. 3. p.259. Integrum enim non dicitur vbi eſt aliqua diminutio,ib.n.4.

INTELLECTVS abſurdus eſt vitandus. Axiom. 127.num.1. pag.80.

Intellectus ille recipi debet per quem Iura Iuribus concordentur, ib.n.2.

Intellectus vitandus eſt per quem incidimus in ſuperfluitatem,ib.n.3.

Intellectus plures habens clauſulas,ita eſt interpretanda,vt minùs quàm fieri poſſibile lædat actum in quo apponitur. Clauſ.74.n.3.p.81.

INTELLIGITVR Verbum hoc veritatem aliquando deſignat. dict.169.n.1. p.260. Importat interdum fictionem, ib.n.2.Denotat nonnunquam improprietatem, ibid.n.3. Quandóque arguit,& oſtendit præſumptionem, ibidem, num.4.

INTENTIO agentium regulat omnes actus ad finem intentionis. Axio.128.n.4.p 80.

Intentio non impedit actum quando adeſt voluntas, licèt coacta,ib.n.6.p.81.

Intentio,& animus qualis fuerit à principio ex poſtea geſtis declaratur,ib.n.7.

Intentio concedentis vbi deficit diſpoſitio remaneat ſecundùm Ius commune,ib,n.8.

Intentionis ſuæ fundamentum quilibet probare tenetur,ib. n.1.p.80.

Intentionem ſuam qui non probat, dicitur carere Iure, ibid.n.3.

Intentionis de defectu Papæ concedentis vbi conſtat,nulla eſt efficacia.Clauſ.Quorum tenores,&c. Clauſ.127. n 18. pag.134.

Intentionis defectus Papæ concedentis opponi non poteſt conſtitutioni habenti clauſ.Quorum tenores,&c. præcipuè ſi concurrant aliæ clauſulæ, quæ ſemper iniungi ſolent.Clauſ.527.n.19.p.134.

Intentio & animus ex verbis benè dignoſcitur, Axio.27.n. 2.pag.20.

Intentio dignoſcitur ex ordine ſcripturæ. Axio.172. num 5. pag.107.

Intentionis defectum non tollit clauſ. Pro expreſſis, nec operatur in iis, quæ conſiſtunt in facto ignorato. Clauſ. 102. n.14.p.117.

Intentionis defectum non tollit clauſ.Motu proprio.Clauſ. 79.n.47.p.88.

INTER. Hæc dictio ponitur inclusiuè, & eſt diſtributiua, quæ operatur vt omnes quos reſpicit in diſpoſitione, conſiderati dicantur,dict.170.n.1.& 2.p.260.

INTERDICTVM vnde vi vt competat habenti poſſeſſionem vigore clauſulæ conſtituti, ipſa eadem operatur, Clauſ.31.n.19.p 32.

INTERDIV. Eſt aduerbium temporis, cuius contrarium eſt Noctu.dict.171.n.1.p.260.

INTERDVM. Hæc dictio de ſui natura præſupponit regulam in contrarium, & denotat exceptionem, & raritatem.dict.172.n.1.p.260.

INTERESSE ceſſante non auditur agens. Axio.129.n.1.p.81. niſi agatur de Iure publico, vel populari actione, ibid. num. 2.

Intereſſe appellatione venit damnum mergens, & lucrum ceſſans,Appell.120.n.1.p 235.

Intereſſe appellatione veniunt fructus,ib.n.2.

Intereſſe appellatione in materia emptionis,& venditionis venit recuperatio pretij,ib.n.3.

INTERIM. Hæc dictio eſt limitatiua temporis intermedij, & importat pendentiam, & idem quod medio tempore, & vltra illud tempus non protenditur. dict. 173. num. 1. pag. 260.

INTERPELLATIO geminata magis aggrauat debitorem morosum,Axio.105.n.8.p.67.

INTERPRETANDA eſt clauſula ſecundùm vſum loquendi ipſius diſponentis.Clauſ.74.n.1.p.81.

INTERPRETARI actum eius eſt cuius condere. Axio. 130. n.1.p.81.

INTERPRETATIO in dubio facienda eſt vt actus cenſeatur permiſſus quando non reperitur prohibitus. Axiom. 173. num.8.p.118.

Interpretatio quæ fit pro validitate actus eſt aliarum interpretationum regina. Axiom. 12. numero 19. pagina 14.

Interpretatio fit contra dantem in dubiis conuentionibus. Axio.78.n.3.p.50.

Interpretatio omnis admittitur ad ſuſtinendum actum, Ax. 12.n.18.p.14.

Interpretatio largiſſima fieri debet ad euitandum abſurdum. Axio.2.n.2.p.4.

Interpretationi locus eſt ad euitandum abſurdum etiamſi ſtatutum excludat omnem interpretationem. Axiom. 2. n.7.p.4.

Interpretatio ſemper fit ſtatuti, & alterius diſpoſitionis ne ſequentia corrigant præcedentia. Axiom. 60. numero 2. pag.40.

Interpretatio facienda eſt in actibus vt magis illi valeant quàm pereant.Axio.12.n.17.p.14.

Interpretatio ſemper agenda eſt circa diſpoſitionem dubiam in eum ſenſum, qui magis æquiualitati adhæret. Axiom.16.n.4.p.17.

Interpretatio facienda eſt excluſiua delicti. Axiom.68.n.16. pag. 44.

Interpretatio in dubio facienda eſt ad euitandam correctionem,contrarietatem,repugnantiam, & vt inducatur validitas actus Axio.130.n.4.p.82.

Interpretatio facienda eſt ſecundùm mentem diſponentis ſi de illa conſtet,aliàs ſecundùm veriſimilitudinem.& demum attenta mera ſignificatione verborum,ib.n.5.

Interpretatio facienda eſt ſecundùm ſubiectam materiam, ibid.n.6.

Interpretatio facienda est ne dispositio fiat elusoria, ibid. num. 3.

Interpretatio priuilegij spectat ad concedentem, ibidem, num. 2.

Interpretationem omnem extrinsecam excludit dict. Præcisè, excepta iusta, & legitima, dict. 275. numero 1 pag. 307.

Interpretationem restrictiuam impedit dict. Quouis modo, & includit omnes modos similes, & dissimiles, ac etiam maiora expressis. dict. 339. n. 5. p. 348.

Interpretationem à Iure communi recipit dict. Omninò, dict 240. n. 18. p. 290.

Interpretationem congruam recipit à Iure communi dict. Omnino, licèt sit præcisa. dict. 239. numero 11. pagina 289.

INTERROGATIO qualis fuerit ex responsione colligi potest. dict. 349. n. 1. p. 350.

Interrogationi nonnunquam subiicitur dict. Nempe, dict. 211. p. 280.

INTERROGATIVA est dict. Quid ni, sicut dict. Cur, dict. 318. n. 3. p. 338.

INTERROGATIVE quandóque profertur dict. Quemadmodum, dict. 313. n. 2. p. 335.

INTERVALLVM modicum denotat dict. Mox, & ponitur pro Statim, Incontinenti. dict. 203. numero 2. pagina 278.

Interuallum temporis aliquando denotat dict. Mox, & exponitur pro Posteà, ib. n. 3. p. 278.

Interuallum modicum denotat dict. Post, quando ponitur in dispositione in qua potest significare & modicum, & longum interuallum. dict. 270. n. 4. p. 304.

Interuallum omne ex vera, & propria significatione reiicit dict. Immediatè. dict. 150. n. 3. p. 250.

Interuallum de sui natura significat dict. Postea, dict. 271. n. 1. p. 301.

Interuallum aliquod temporis non excludit dict. Incontinenti, quando res incontinenti recuperari non potest. dict. 155. n. 6. p. 255.

Interuallum quoddam annuit dict. Præterea, & veluti rerum gerendarum successionem, & ordinem inducit, dict. 280. n. 3. p. 310.

INTRA, contrarium habet extra, propriè sumpta hæc dictio refertur ad tempus. dict. 174. numero 1. & 2. pagina 261. Quandóque includit tempus, & diem termini, ib. n. 3. Interdum includit rem siue locum, vel sua extrema, ib. n. 4. Operatur quòd non requiritur anni perfectio, ibid. n. 5. Importat idem quod Citra, vel Ante in substitutionibus secundùm mentem testatoris, ib. n. 6.

INTRINSECITATEM in loco denotat dict. In. dict. 152. n. 16. p. 252. nisi ratione euitandæ contrarietatis, ibid. n. 17.

INTROITVS appellatione continentur redditus, prouentus, & obuentiones, quæ sunt synonima. Appell. 121. n. 1. pag. 235.

INTVITV. Hæc dictio importat idem quod contemplatione, vulgari Italico sermone, *Por risguardo*, aut *Per respetto del tale*, dict. 175. n. 1. p. 261.

INVENTARII beneficio censetur renunciatum per clauſ. Renuncians, &c. Clauſ. 133. n. 13. p. 141.

Inuentario tutoris ad inuentarium, seu descriptionem faciendam per hæredem causa manifestandi res hæreditatis valet argumentum. loco 56. n. 1. p. 322.

INVESTITVRAM accipiens pro se vsque ad tertiam eius generationem simpliciter, includit ipsam tertiam generationem dict. 437. n. 6. p. 385.

INVESTITOS non iuuat clauſ. Ad habendum, vbi est personalis, & restrictâ ad proximum acquirentem. Clauſ. 4. n. 29. p. 6.

INVICEM. Hæc dictio denotat reciprocationem inter partes, & in substitutione eam reciprocam ostendit. dict. 176. ex n. 1. p. 261.

INVITVS agere compellitur quis vbi periculum est in mora, & causa subest. Axio. 19. n. 5. p. 18.

IRONIAM sæpè continet dict. Quasi. dict. 311. numero 8. pagina 334.

IRRATIONABILITAS electionis in concursu si non sit euidens, & manifesta contra illam opponentem est iudicandum, Clauſ. 26. n. 6. p. 28.

IPSE. Hæc dictio habet relationem ad præcedentia. dict. 177. n. 1. p. 261. Stat demonstratiuè ad significandas personas expressas, ib. n. 2. p. 262. Magis restringit quàm aliæ dictiones relatiuæ, ibid. n. 3. Est demonstratiua personæ ad oculum, ibid. n. 4. Personalissima est, ib. n. 5. Personalitatem ostendit, ib. n. 6. Exclusiua est alterius rei, ib. n. 7. Importat aliquando dominium, ib. n. 9.

IPSO FACTO. Hæ voces important canonem latæ sententiæ. dict. 178. n. 1. p. 262. Lex si vtatur his verbis Ipso facto, pariter & annullatio, & pœnæ impositio censetur facta ipso iure, ib. n. 4. p. 263. & secundùm subiectam materiam censetur obligare velle in conscientia ante sententiam, ib. n. 3. Operantur nullitatem incontinenti absque alio Iudicis ministerio, ib. n. 5. p. 263.

Ipso facto, & ipso Iure synonima sunt, & idem important, ib. n. 2. p. 262. in fine.

ITA. Hæc dictio inducit formam, & modum determinatum cum certis qualitatibus. dict. 179. num. 1. pag. 263. Denotat similitudinem, atque declarationem ad rem expressam significat, tuncque interpretatur pro Sicut, ib. n. 2. Interdum sumitur exemplificatiuè, ib. n. 3. Affirmatiuè nõ semel profertur, ib. n. 4. Aliquando est continuatiua, ib. n. 5. Quãdóque expositiua, & dilatiua ex præcedentibus, effectum eorum, quæ in præcedentibus erant dispositæ, inferens, & significans, non autem extensionem denotans, ibid. n. 6. Conditionem nonnunquam inducit, ib. n. 7.

ITA DEMVM. Hæc dictio de sui natura est limitatiua præcedentis dispositionis. dict. 180. n. 1. p. 264. Aliquando idẽ significat quod Præcipuè, Hoc ita, Ea lege, Eo modo, Non aliàs, ib. n. 3. Vnde importat illud esse de forma, cui per partes renunciari non potest, ib. n. 4.

ITAQVE. Hæc dictio est continuatiua, & determinatiua casus præcedentis, & restrictiua casus sequentis. dict. 181. n. 1. p. 264. Necessitatem inducit, ibid. n. 3. Significat aliquando idem quod Proinde, Ergo, & interdum exponitur pro Igitur. ib. n. 5. & 6.

ITA QVOD. Hæc dictio est limitatiua, & restrictiua præcedentis dispositionis, taxationisque vim habet. dict. 182. n. 1. p. 264. Augmentatiuè, & non restrictiuè aliquando stat, ibid. n. 2. p. 265. Est declaratiua præcedentium, de illiúsque natura est quòd intelligatur secundùm supradicta. ib. n. 7. Est continuatiua præcedentis dispositionis, ib. n. 8. Conditionem, & qualitatem præcedentis dispositionis in sequentem repetit, ib. n. 9. & ita secundùm supradicta est intelligenda. Clauſ. 75. n. 4. p. 82. aliquando tamen stat illatiuè, ib. n. 5. Demum potest accipi vel restrictiuè, vel declaratiuè, vel ampliatiuè secundùm subiectam materiam, dict. 182. n. 4. p. 265.

ITA TAMEN. Hæc dictio est modificatiua, restrictiua, & limitatiua præcedentium. dict. 183. n. 1. p. 265. Restrictiua & declaratiua est secundùm subiectam materiam, ib n. 2. Item restrictiua est, & annullatiua actus, cui apponitur, ibidem, numero 3. Item limitatiuè, & taxatiuè, non verò declaratiuè venit alibi quàm in fine testamenti posita, ib. n. 5. p. 265. Præcedentia omnia non respicit quando vel diuersa est ratio, vel dispar qualitas, vel cùm apponitur ad vnum casum qualificandum, ibib. n. 6. Relatio dicitur semper ad omnes siue in principio, siue in medio, siue in fine dispositionis super nominatione facienda apponatur, ib. n. 7. Conditionem importat, ib. n. 9. modum quandóque inducit, ib. n. 10. & formam in rescriptis, ib, num 11. Taxationis vim habet, ib. n. 12.

ITAVT. Hæc dictio denotat modum, similitudinem, & declarationem ad rem expressam. dict. 184. n. 3. p. 266. Pro Sicut aliquando accipitur, ib. n. 2. Et idem significat quod dict. Ita quod, ib. n. 1.

ITEM. Hæc dictio est continuatiua, & repetitiua qualitatum præcedentis orationis dict. 185. n. 1. p. 267. & similium quando adest eadem ratio, vel mens verosimilis disponentis, ib. 2. & est repititiua qualitatum orationis præcedentis, quando præcedens oratio erat imperfecta ratione verbi, vel appositi, seu suppositi, ib. n. 3 Item est repetitiua qualitatis præcedentis, etsi ponatur post orationem perfectam quando est identitas personarum, ibid. num. 7.

Item non est repetitiua quando ponitur in oratione perfecta, quæ non pendet à constructione orationis præcedentis, ibid. num. 5. & quando sequentia habent specialem prouisionem, ibid. numero 6. Et quando ponitur inter

diuersas res,ibid.n.8.Et quando est diuersa ratio,vel non esset eadem æquitas,ib.n.9.Vel quando non est personarum,& rerum identitas, ib.n.10.p.267.

ITERVM. Hæc dictio est repetitiua eiusdem actus pro vna vice tantùm quando profertur ab homine,quando verò profertur à lege,denotat,& admittit reiterationem actus pro pluribus vicibus.dict.186. ex n.1.p.268.

IVDEX fatuus reputatur,qui vltra petita iudicat. Axio.131. n.1. pag.82.

Iudex debet iudicare secundùm allegata, & probata, non autem secundùm propriam conscientiam, ib. n.2.vbi n. 3. limitatur pluribus modis.

Iudex datus cum clauſ. Summariè,&c. ſicut Deus iudicare potest.Clauſ.176.n.4.pag.177. Et potest procedere secundùm quod Deus iudicaturus esset,ib.n.5. Et potest iudicare secundùm propriam conscientiam, ibidem, numero 6.

Iudex vt ſine termino peremptorio procedere possit ad sententiam,operatur clauſ. Summariè, &c. propter verba simpliciter,& de plano,ib.n.9.

Iudex vt nulla data sententia possit iubere rem capi, & distrahi,operatur clauſ.Summariè,&c.ib.n.12.

Iudex in causa sibi commissa cum clauſ.Summariè,an remaneat Ordinarius, ostenditur,ib.n.18.

Iudex actore non petente potest condemnare reum conuentum in fructibus,interesse,vsuris,& expensis,si actor petierit Ius & iustitiam ministrari,Clauſ.76.n.8.p.83.

Iudex vt possit super non petitis officium suum impertiri, operatur.Clauſ.Ius, & iustitiam ministrari, ib. n.9. Item vt debeat deferre iuramentum quamuis expresè petitum non sit,ib.n.14.p.83.

Iudex ad quem non impeditur ex clauſ.Sine præiudicio litterarum Apost.quominus possit procedere in iudicio ordinario,& cognoscere de Iustitia,& nullitate sententiæ, quæ opponuntur. Clauſ. 160. numero 8.pagina 159. Item non obstante eadem clausula potest per viam attentatorum, & manutentionis reuocare executionem factam à Iudice,à quo si non sit rectè, & rectè facta,ibid.num.12. pag. 160.

Iudici de Iure alterius tunc dicitur constare quando omni dubitatione caret quòd ille Ius habet.dict.66.numero 2. pag. 211. Nunquam autem dicitur de iure partium constare,si sententia sit lata in contumaciam,ibidem,num.5. pag. 215.

Iudici dicenti se protuliſſe sententiam pecunia corruptum non creditur. Axio.221.n.4.p.133.

Iudex vt possit condemnare secundùm modum probandi per quem declaratur intentio libellantis,operatur clauſ. Ius & Iustitiam ministrari.Clauſ.76.n.4.p.82.

Iudex non debet absoluere in dubio quando agitur de periculo animæ ex absolutione. Axio.1.n.11.p.4.

Iudici suspecto nunquam Princeps præsumitur ex certa scientia causam committere. Clauſ.131.n.6.p.137.

Iudicis officium vt censeatur imploratum in libello ad hoc vt omnia arbitrio Iudicis censeantur remissa, operatur clauſ.Omni meliori modo,&c.Clauſ.95.n.22.p.107.

Iudex cui committitur causa vt cognoscat secundùm Ius, potest cognoscere secundùm consuetudinem, vel statuta. Clauſ.115.n.15.p.126.

Iudici vt non censeatur data iurisdictio nisi priùs de paritione constiterit,operatur clauſ.Parito Breui,apposita in commissione.Clauſ.98.n.4 p.113.

Iudex non obstante appellatione potest deuenire ad executionem absque vitio nullitatis attentatorum stante cl. Contradictores,&c. Clauſ.33.n.7.p.34.

Iudicis officio quando quis sine actione experiatur, ostenditur. Axio.9.n.9.p.9.

Iudex ad quem nullam habet iurisdictionem postquam super aliquo articulo,à quo fuit appellatum,benè, vel malè pronunciatum fuerit,appellauerit.Clauſ.39.n.2.p.41.

Iudices omnes alios præter illos, quibus antea competebat iurisdictio generalis eiusdem causæ, excludit dict. Tantùm,dict. 401.n.7.p.371.

Iudex ad quem stante clauſ. Parito iudicato, de causa cognoscere non potest, nisi priùs integraliter facta executione.Clauſ.97.n.10.p.112.

Iudex si mandat supersederi vsque ad diem Signaturæ, vel Audientiæ,includit ipsum diem.dict.437.n.5.p.585.

Iudex Ecclesiasticus competens est in spiritualibus annexis. Clauſ.38.n.7.p.41.

Iudici os claudit clauſ. Sublata,&c. & ei tollit facultatem aliter iudicandi.Clauſ.175.n.3.p.173.

Sed. Hæc dictio est aduersatiua, quæ si ponitur simpliciter sine copula Et, aduersatur præcedentibus in Iure, & in facto, si verò cum copula. Et, bene denotat diuersitatem facti,& identitatem Iuris. dict.360. num.1.p.354. Interdum non aduersatur, ibid. num.2. quandóque aduersatur proximè superioribus, nonnunquam iis, quæ sunt eiusdem qualitatis, ib.n.3. Posita in materia prohibitiua post orationem negatiuam stat includiuè, ibidem, numero 4.

Sellam tradere non tenetur venditor emptori quando ostendit equum sine illa. Appellat. 90. numero 4. pag. 189.

Seminis appellatione veniunt descendentes in infinitum. Appell.239. n.1.p.289.

Seminis appellatione veniunt naturales, quando dispositio in legitimis& naturalibus non potest verificari, ibidem, num. 2.

Seminis appellatione transuersales veniunt quando dispositio non poterat verificari in descendentibus, ibidem, num. 3.

Semper. Hæc dictio est vniuersalis affirmatiua, & denotat regulam, ac idem importat quod Plerúmque dict. 361.num.1. pag.355. Includit tempus omne, & exponitur pro Omni tempore,& omni casu, ib. n.2. denotat generalitatem quoad tempus,non quoad casus, ibid. num.3. est nota perpetuitatis, & tunc pro Perpetuò solet exponi, ib.n.4.Habet tractum in futurum, & notat tempus in sæcula sæculorum,& sine præfinitione,ib.num.5.Denotat temporis continuationem, & exponitur pro Quotidie, vel Assiduè,ibid.n.6.In fideicommissis operatur vt resultet fideicommissum absolutum.ib.n.7.Accipitur aliquando pro Multoties,frequenter,plerúmque,ibid.num.8. interdum differt à dict. Quandocúnque, ibid numero 9. Quandóque vsurpatur hoc est,In omni contractu, ibid. num.10. Restringitur secundùm naturam actus, cui adiicitur,ibid.n.11. & quandóque ad spatium triginta annorum,maximè in materia præscriptionis, ib. n.13. & 14. Si iungatur actui, qui continuè fieri solet, denotat idem quod Continuè, ib.n.12.

Sententia præsumitur ritè,& rectè lata, Axio.200. n.2. pag. 124.

Sententia nulla non est sententia,ac proinde non transit in rem iudicatam,ib.n.6.

Sententia notoriè iniusta non transit in rem iudicatam, ib. num. 7.

Sententia lata, & omnia gesta non priùs soluta pensione, stante cl.Sine retardatione,&c.sunt nulla, Cl.162. n.17. pag.162.

Sententiæ vires tollit,eiúsque executionem impedit decretum irritans. Cl.40. n.37.p.46.

Sententiæ non obstat cl. Sublata, quæ de illa mentionem non faciat.Cl.175.n.46.p.176.

Sententiam nullam reddit cl. Dummodò causa non sit instructa, si feratur vigore commissionis habentis dictam clauf. postquam causa fuit instructa. Clauf. 46. num.3. pag. 55.

Sententiæ latæ est dict. Omninò, & importat idem ac ipso iure,vbi adiicitur verbis futuri temporis, dict.240. num. 19. p. 290.

Sententiam latam important,ac denotant ipso iure dict.Eo ipso.dict.106.n.2.p.232.& dict. Nullatenus. dict. 226. n.6. pag.283.& dict.Nullo modo,dict.228.n.5.p.285.& aliquando dict.Omnimodò.dict.239.n.10.p.289.& dict. Ex tunc, dict.113.n.3.p.241.& dict. Statim, dict.383.num.6.p.365. Et verbum Cadat,dict.50.n.4.p.210.

Sententia vbi ita dictum fuerit, Absoluimus Titium, imò condemnamus,ille censeretur condemnatus, & non absolutus.dict.151.n.3.p.251.

Sententia non vitiatur si causæ verè adiiciatur causa falsa abundans,Axio.3.n.6.p.5.

Sententia in qua Iudex plures causas expressit, sustinetur, licèt expressa per dict. Præsertim, falsa reperta sit. dict. 277.n.2.p.308.

Sententiæ à nullitate saluat clauf. Quòd si non omnes,&c. quando ex pluribus Iudicibus datis cum illa clausula, quorum aliqui erant excommunicati, solummodò iudicant non excommunicati. Clauf. 125. numero 5. pagina 131.

Sntentia lata in gradu appellationis quòd sustineatur tanquam in prima,operatur cl.Quam & quas,&c. Clauf.121. n.12.p.129.

Sententiam diffinitiuam non autem interlocutoriam quando simpliciter profertur,comprehendit cl.Appellatione remota.Cl.9.n.19.p.12.

Sententia nisi iustificetur ex eisdem actis non habet locum clauf. Si quid exequendum. Clauf. 169. numero 8. pagina 167.

Sententia debet iustificari ex actis prioris instantiæ,non autem ex nouiter deductis,vt locus sit cl.Si quid exequendum,ib.n.10.

Sententia venit appellatione actorum, vel processus, Appell.6.n.3.p.146.

Sententia si lata sit quòd Titio decedente sine filiis succedat Caius, tunc Caius substitutus admitteretur,licèt Titius sit monasterium ingressus. Appell. 99. numero 174. pag. 219.

Sententia, data paritate probationum, potiùs ferenda est pro reo.Axio.204.n.3.p.126.

Sententiam vt Iudex sedendo proferat non est necesse stante. clauf. Summariè, &c. Clauf. 176. numero 14. pag. 177.

Sententiis tribus latis per contradictas non datur cl.Parito iudicato.Cl.97.n.3.p.111.

Sententia valet si Iudex dicat.Condemno Titium in decem Sempronio, quia fortè ei debitor est. dict.127. numero 8. pag. 244.

Sententiæ effectum suspensiuum pro interim impedit clauf. Si quid exequendum, si de Iure erat locus executioni. Cl.169.n.3.p.167.

Sententia Auditoris Cameræ super executione Breuis lata

fine iuſtificatione eſt nulla. Clauſ. 18. numero 4. pagina 20.

Sententia vna lata, quæ in iudicatum legitimè tranſiuerit, non datur clauſ. Parito iudicato. Clauſ. 97. numero 2. pag. 111.

Sententiæ appellatione in dubio venit diffinitiua. Appell. 242.n.1.p.289.

Sententiæ appellatione an & quando contineatur interlocutoria, oſtenditur. ibid.ex n.2.

Sententiæ appellatione an veniat laudum arbitri, ib. ex n.3. pag. 290.

Sententia ad ſtatutum valet argumentum, loco 99.n.1.pag. 332.item à ſententia ad teſtamentum, ib. n. 2. item à ſententia ad confeſſionem, ib.n.3.item à ſententia ad probationem, ib.n.4.

Sententia ad renunciationem non valet argumentum. loco 99.n.5.p.332. item à ſententia Iuris ad ſententiam hominis, ib.n.6.

SEPARATIONEM importat dict. Ex. dict. 115. numero 7. pag. 239.

SEPARATIVÆ dictiones ſunt Poſt & Poſteà. dict. 269. n.3. pag. 304. & ſeparatiuè nonnunquam ſtant dict. Tam & quàm, dict.399.n.4.p.370.

SEPARATORVM natura eſt diuerſitatem inducere. Axiom. 205.n.1.p.126.

Separatorum ſeparata debet eſſe ratio, ibidem, numero 2.

SEPVLTVRA conceſſa cenſetur conceſſa delatio mortui proceſſionaliter, & celebratio pro defunctis, Axio.4.n.5. pag. 6.

SEQVENS clauſula refertur, & trahitur ad omnia præcedentia, quando non eſt diuerſa ratio. Clauſ.145.numero 1. pag. 146.

Sequens clauſula declarat mentem teſtatoris, & regulat præcedentem diſpoſitionem, non refertur tamen ad iam ſpecificata, ib.n.2. & 3.

SEQVENTIA eiuſdem conditionis, quibus erant incluſa præcedentia, includit dict. Hoc amplius. dict 135. num.1. pag. 246.

Sequentia non reſpicit dict. Prædicti, quamuis ſit relatiua præcedentium. dict.276.n.9.p.307.

SEQVESTRATIO, ſeu recommendatio carcerati facta de facto ſine Iudice nihil releuat, & de facto reuocanda eſt. Axio.93.n.37 p.60.

SERMO ſimpliciter prolatus intelligitur de prima vice, Axio 206.n.1.p.126.

Sermo generalis non comprehendit perſonam loquentis, ibid. n.2.

Sermo generalis non comprehendit prohibita, & quæ de Iure fieri non poſſunt, Axio.106.n.7.p.68.

Sermo generalis, & indefinitus in odioſis verificatur in duobus. Axio 206.n.5.p.126.

SERVITÆ inter Mendicantes annumerantur. Appell.147.n. 4. pag.247.

SERVIENTIVM appellatione veniunt verè, & actualiter ſeruientes continuò, non ex arbitrio. Appell.243. num.4. pag. 291.

SERVITORVM appellatione veniunt etiam illi, qui præſunt viridariis, & ea colunt, Appell. 243. numero 5. pagina 291.

Seruitorum appellatione venit etiam ſeruitor nobilis ex generali conſuetudine Magnatum, qui tales ſolent penes ſe habere, ib.n.6.

SERVITVTES competentes venditori tempore venditionis veniunt ſub cl. Cum iuribus, & pertinentiis. Cl. 34. n.3. pag.35.

Seruitutis conſtitutio venit appellatione alienationis. Appell.14.n.10. p.151.

SERVVS appellatione rei continetur. Appell. 235. num.5. pag. 288.

Seruo æquiparatur monachus, vnde à ſeruo ad monachum probabile, frequens, & vtile eſt argumentum, loco 100. num.1.p.332.

Seruorum appellatione continentur nedum proprij, ſed & ij, quos bona fide poſſidemus, & etiam communes, Appell.243.n.1.p.291.

Seruorum meorum appellatione in legatis continentur tantùm, qui fuerunt tempore teſtamenti, niſi aliud comprehenſum eſſet, ibidem, numero 2.

Seruorum ſuorum appellatione in legatis teſtatoris non continentur, quos pignori acceperat, ideſt in credito habebat teſtator, ib.n.5.

SEV. Hæc dictio propriè diſiunctim, ſeu alternatiuè accipitur. dict.363.n.1.p.356. & eſt ſignificatiua ordinis, atque alternatiua, & natura ſua cadit inter diuerſa, ibid. num.2. Arguit ſimilitudinem, & conformitatem licèt ponatur inter diuerſa, ib.num.3. Dicitur alternatiua, ibidem, nu.4. Diſiungit verba inter quæ ponitur, diſpoſitiò verò de vno diſiunctorum ampliatur ad aliud, ibid. num.5. p.357. Aliquando eſt copulatiua, & augmentatiua, non verò diſiunctiua, ſeu alternatiua, ib. num.6. Declaratiuè, & expoſitiuè interdum ponitur, præcipuè quando ſtat inter duas dictiones idem ſignificantes, ib.n.7. In legatis, & vltimis voluntatibus, ac in diſpoſitione fauorabili ponitur ampliatiuè, & augmentatiuè, ibid. num.8. & 9. Ampliat moderatè, ibid. num.10. Copulatiuæ vim habet quando ponitur inter duo, quorum vnum ſub altero continetur, ibid. num.12. & quando ponitur inter genus, & ſpeciem, inter totum & partes, ibid. num.13. pag.358. Correctiuè nonnunquam ſtat, ibid. n. 14. Conditionem quandóque facit, ib.n.15. Et eandem vim habet quam dict. Siuè, ibid. num. 16.

Seu differt à dict. Vel, quia hæc diſiungit verba & mentem, Seu verò diſiungit verba, ſed non mentem. dict.363.n.17. pag. 358.

SI. Hæc dictio regulariter denotat conditionem quæ inducit formam, dict.364.num.1 & 4. pag.358. niſi repugnaret conditio facto diſponentis, ibid.num.2. Quando apponitur hæc dictio termino de præterito exponitur pro Quamuis, ad deducendam concordiam in depoſitione teſtium, ibid.num.5. Importat monitionem potiùs quàm conditionem, ibid. num.6. Prolata à lege deſignat nonnunquam cauſam finalem, ibidem, numero 7. pag.359. Interdum facit dubiam rem, ibid. num. 8. Quandóque accipitur pro Quia, præcipuè quando ponitur ſuper re certa, ib.n.9.

Si autem. Hæc dictio eſt aduerſatiua, quæ continet repetitionem præcedentium, niſi coniectura ſit quòd repetitio non fiat de omnibus, ſed de aliquibus. dict. 364. num. 11. pag. 359.

Si aſſenſus, quorum intereſt acceſſerit. Hæc clauſula non requirit conſenſum in ipſo actu, ſed ſufficit illum ſuperuenire ex interuallo. Clauſ. 147. numero 1. pagina 147.

Si conſtiterit. Hæc clauſula facit conditionalem commiſſionem, & importat neceſſariò cauſæ cognitionem. Cl. 146.n.1. p.147. Importat tempus futurum, præteritum, & præſens, ib.n.2.

Si & in quantum, &c. Hæc clauſ. in admiſſione iurium proteſtationis, ſeu appellationis, operatur vt admiſſa cum illa, reiecta cenſeantur, ſi de Iure non erant admittenda. Clauſ.169. num.2.pag.148. Importat admiſſionem quatenus de Iure ſit locus admiſſioni, & reiectionem quatenus de Iure non ſit admittenda, ibid. num.3. Nihil ponit in eſſe, ſed pendet à futuro euentu, ibidem, num 6. Reddit conditionalem diſpoſitionem, ibid. num. 7. Operatur in cauſa appellationis quòd ſi illa eſt rationabilis cenſetur admiſſa, ſecùs ſi irrationabilis, ibid. num.8. Præſentatio admiſſa cum hac clauſula cenſetur admiſſa ſi de Iure admitti debuit, & conſtituit in quaſi poſſeſſione præſentandi, ibid.num.5. Appellatio quando interponitur à ſententia diffinitiua Iudex admittendo cum hac cl. dicitur ei detuliſſe & admiſiſſe, non tamen dicitur de apoſtolis reſpondere, ib.n.9.& 10.

Si idoneus reperiatur. Hæc cl. modum potiùs quàm conditionem importat. Cl.151. n.1.p.151. Et vbi ad ordinarium eſt directa non eſt neceſſaria citatio alicuius in examine faciendo, ib.n.3.

Si in euidentem, &c. Hæc clauſ. nihil aliud innuere videtur niſi quatenus in Eccleſiæ vtilitatem geſta tendant, auctoritate Apoſt. Iudices, quibus litteræ Apoſt. diriguntur, confirment, ſin ſecus infirment. Clauſ. 152. numero 2. pagina 152. Reſtringit totam gratiam, & modificat reſcriptum, ibidem, numero 3. Subreptio in gratia Si in euidentem quando attendatur, oſtenditur, ibidem, num. 10.

Si inueneris præmissa, &c. Hæc clausula requirit citationem partis, nisi addantur verba illa, per summariam informationem. Clauſ.153.num.1.& 2.pag.153. Commissarius autem vigore huius cl. non tenetur partes citare in re modica, secùs in re grauí, ib.n.3.

Si ita est. Hæc cl. de Iure tacitè intelligitur in quocunque rescripto. Cl.154.n.2.p 153.tribuit iurisdictionem, vel executionem conditionalem, ib.num.3. Non procedit in iis, quæ præsumuntur à Iure, ibid. num.5. Facit gratiam conditionalem, & ostendit Papam de narratis notitiam habuisse, ib.num.6. pag. 154. Non reddit rescriptum conditionale quando gratia est de præsenti, ib. num. 7. Causæ cognitionem & partis citationem importat, ibid.num.8. In rescriptis posita non ita facit conditionem vt suspendat iurisdictionem Commissarij vsque ad eius verificationem, sed solùm ipsum Commissarium, seu exequutorem mixtum reddit, ib.n.9. Posita in dispensatione requirit iustificationem contentorum, ib.n.10.

Si præmissa reppereris esse vera, &c. Hæc clauſ. facit gratiam conditionalem, Clauſ.153.num.4. p.153. Et Commissarius in vim huius clauſ. Si non constito sibi citatis partibus de veritate dispenset, aut exequatur, talis dispensatio, seu exequutio est nulla, ib.n.5.

Si neutri. Competit hæc gratia quando neuter litigantium super beneficium ius habet. Cl. 164. num.2. p.164. Et vt suffragetur debet verificari duplex conditio vltra litem, videlicet quòd beneficium vacet, & quòd neutri ius competat, ibid. num.4. Pendet à futuro litis euentus, & antequam operetur effectum suum, debet expectari dictus euentus, ibid.num.5. Non habet locum nisi quando beneficium est litigiosum lite nondum extincta, ibid. num.6. Requirit litem de tempore datæ gratiæ, ibid.n.7. Non conceditur pro lite mouenda, ibid.n.8. Non tamen requirit litem veram, sed sufficit lis de facto, ibid num 10. quoad hunc effectum talis dici non potest, si adesset iurisdictionis defectus in Iudice, ibid.num.11. Vt sit valida huiusmodi gratia debet fieri mentio prouisionis aduersarij, & exprimendus est mensis, & præsupponenda vacatio beneficij, ibid. num.12.13. & 14. Conditionalis est, ib.num.15. Subreptitia non est ex eo quòd non sit facta mentio quòd collitigans sit prouisus Apost. ibid.num.16. Conceditur prouiso Apostol. etiam contra alium prouisum Apost.ib. num.17. Satis iustificatur quoad non ius alterius partis ex reuolutione, & inspectione actorum, ib.num.18.

Si per diligentem informationem, &c. Hæc clauſ. apponi solita in prouisionibus Parochialium, operatur vt requiratur pro forma examen cum synodalibus examinatoribus. Clauſ.165.num.1.& 2.pag.165. Examinatus tamen coram Ordinario, Synodalibus examinatoribus adhibitis, & idoneus repertus ad certam Parochialem, ad eandem examinari non debet, etiam stante hac clauſ. ibidem, num. 3.

Si preces veritate nitantur. Hæc clausula in qualibet gratia ex tacita conditione inest, & intelligitur in vnoquoque rescripto etiam Regis, seu mandato Clauſ.166. n.2.3. & 4. pag. 166. Subintelligitur in obligatione Camerali adiecta litteris reseruationis pensionis, ib.num.5. Apposita semper censetur licèt omissa fuerit ex consuetudine, ib.num.6. Conditionem non facit, nec iurisdictionem fundat, seu inchoat, sed tribuit instructionem ad procedendum, ibid. num.8. Non impedit iurisdictionem, licèt impediat eius exercitium, ibidem, numero 9. Vitiatur per subreptionem quantuncúnque modicam, ibidem, num. 10.

Si pro aliis non scripserimus. Hæc clausula licèt loquatur in numero plurali, resoluitur tamen in singularitates, & sic gratia posterior cum ista clauſ. erit nulla, licet tantùm pro vno fuerit scriptum. Cl.167.n.1 p.166. Intelligitur de eodem Papa, non verò si prædecessor scripsisset, ibid. num.2.

Si quid exequendum, exequatur, &c. Hæc clausula operatur vt suspendatur executio donec de Iustitia sententiæ exequendæ cognoscatur, Cl.169 num.2.pag.167. Impedit pro interim effectum suspensiuum sententiæ, si de iure locus erat executioni, ibid. num.3. Intelligitur in commissione appellationis de & circa causam super qua fuit pronunciatum, ibid.num.4. Habet implicitam cl. Quatenus de Iure aliquid veniret exequendum, ib.num.5. Dat cognitionem causæ vt priùs cognoscatur super exceptionibus appositis antequam exequatur, ibid.num.6. Intelligitur prout de Iure, ibid. num.7. Non habet locum nisi sententia iustificetur ex eisdem actis, ib.num.8. prioris scilicet instantiæ, non autem ex nouiter deductis, ib. n. 10. In initio causæ data censetur repetita in omnibus aliis commissionibus, ib. num.12.

Si quid exequendum sit in primis, & ante omnia exequatur, & attentata reuocet. Hæc clausula stante ante omnia super executione pronuntiandum est. Clauſ.169.n.13. pag. 167.

Si senseris te grauatum. Hæc clauſ. impositа ab homine, vel intellecta à Iure facit vt quis non dicatur grauari. Clauſ. 170. num.2. pag.168. In nunciatione noui operis resoluitur in alternatiuam, vel quòd inhibitus resistat, vel quòd veniat responsurus, ibid.num. 3. Præceptum Iudicis cum hac clauſ. iustificatiua resoluitur in vim simplicis citationis, ib.n.4.

Si sine filiis decesserit. Hæc cl. intelligitur de filiis ex suo corpore natis, licèt non exprimatur. Cl.171. num.1.p.168. Conditio cotnenta sub clauſ. verificatur siue filij non nascantur, siue nati præmoriantur, itaut tempore purificatæ conditionis non existant, ib. num.2. Deficit tamen tam per superuenientiam filiorum masculorum, quàm fœminarum, ib num.3. Est apta hæc cl. inducere compendiosam substitutionem, veluti si dictum fuerit, Si sine filiis decesserit filius meus, succedat Sempronius, etiamsi non sit adiecta dict. Quandocúnque, ib.n.4.

Si tibi videbitur. Hæc clausula importat arbitrium boni viri. Cl.155 n.1.p.154.

Sic. Hæc dictio est continuatiua, & repetitiua formæ, ac qualitatis præcedentis vocationis. dict.365. num.1.p.359. Est limitatiua habens relationem ad præcedentia, & ad ea concessionem restringens. ib. num.2. Stat illatiuè, seu expositiuè iuncta cum copula præcedenti, ib.n.3. Est declaratiua modorum expressorum, ib. num. 4. Et demonstratiua ad oculum quoad formam, & modum faciendum, ib.n.5.

Sicvt. Hæc dictio importat omnimodam similitudinem, & identitatem. dict 366.num.1. pag. 359. Idem importat ac si diceretur, Eodem modo, ib.num.2. Relationem aliquando importat, & limitat totam dispositionem secundùm relatum, ib. num.3. Designat causam quando apponitur in dispositione de sui natura ordinata ad aliquid concedendum, & ponitur pro Quia, si dispositio est certa, ib.n.4. In confirmatione facta in forma communi importat conditionem, secùs si confirmatio est ex certa scientia, quia tunc importat causam, ib.n.5. Causatiuè stat in priuilegiis, ib.n.6.

Sicut accepimus. Hæc clausula posita in gratia motus proprij non eget iustificatione, secùs verò in gratia ad partis instantiam. C.148.n.1.p.147.

Signatvm cognoscitur ex signis, Axiom. 207. numero 1. pag.126.

Signatvra Iustitiæ semper rescribit cum cl. Prout de iure. Cl.105 n.3.p.125.

Signatura Iustitiæ non potest aperire os ad impugnandam concessionem, cui adiecta est cl. Sublata, &c. Cl.175.n.18. pag. 174.

Signatura in aliquibus casibus consueuit rescribere absque cl. Sine retardatione solutionis pensionis. Cl.162.num.21. pag.163.

Signatura quando vtatur cl. Constito de paupertate, ostenditur. Cl.30.n.1.p.29.

Significationem duplicem, vnam acquisitiuam, alteram priuatiuam habet dict. Cadat. dict. 50. numero 2. pag. 210.

Significationes plures habet dict. Iuxta, secundum subiectam materiam. dict.187.n.1.p 268.

Signvm vniuersale est dict. Omnis, quod prædicatur de pluribus differentibus numero, non autem de differentibus specie. dict.241.n.10.p.292.

Signum particulare vnius, an verò distributiuum sit dict. Si quis, sub conditione prolata, ostenditur, dict.373. num.6. pag.362.

Silvestrini participant de priuilegiis Mendicantium. Appell.147.n.24.p.248.

SILVESTRINI participant de priuilegiis Mendicantium. Appel.147.n.24. pag.248.

SIMILE dicitur quod in aliquo habet differentiam, sed in pluribus tenet conuenientiam. Dict.267.num.4.pag.360.

Simile non est idem. Axiom.208.n.1.pag.127.

Similia denotat dict. Alter. Dict.27.n.4.pag.203.

Similia etiã in qualitate designat,dict.Alius.Dict.26.n.2.p.201.

Similia non excluduntur per dict.Nullius. Di.279. n.7.p.286.

Similibus idem est iudicium, quando in vtroque simili adest eadem ratio,& quando æqualis iuris dispositio est in vtroque simili. Loco 101.ex n.2.p.333.

SIMILITER. Hæc dictio ostendit similitudinem facti, & modi.Dict.367.n.1.p.360. Et est repetitiua,ibid.n.2.

SIMILITVDO est rerum singularium, vel differentium comparatio.Dict.367.n.3.p.360.

Similitudinem respectu facti,modi,& qualitatum absque vlla differmitate denotat dict, similiter, ibid.n.5.

Similitudinem importat,dict. Huiusmodi.Dict.388.n.4 p.247.

Similitudo quando non probatur in eo,de quo agitur,non valet argumentum à simili,quia etiam parua dissimilitudo destruit.Loco 101.n.5.p.333.

Similitudinem denotat, atque declarationem ad rem expressam significat dict. Ita. Dict.179.n.2.p.263.

Similitudinem nonnumquam denotat,dict. Veluti, & ponitur pro sicut.Dict.417.n.3.p.378.

Similitudinem omnimodam quandoque denotat dict.Perinde. Dict.252.n.2.p.297.

Similitudinem, & conformitatem arguit, dict. Seu, quamuis ponatur inter diuersa. Dict.363. n.3.p.356.

Similitudinem, seu comparationem denotat, dict. Ac. Dict.3. n.6. p.193.

Similitudinem omnimodam etiam in substantia, & qualitate denotat,dict.Vt.Dict.439.n.12.p.387.

Similitudinem regulariter denotat dict. Quoque, & tunc ponitur continuatiuè. Dict.343.n.6.& 7.p.345.

Similitudinem facti, & non iuris denotat dict. Quemadmodum sine interrogatione prolata, & accipitur pro Sicut. Dict.313.n.1.p.335.

Similitudinem omnimodam, & identitatem importat.dict.Sicut. Dict.366.n.1.p.359.

Similitudinem, & veritatis expressionem denotat aliquando, dict.Tanquam.Dict.402.n.2. & 3.p.372.

Similitudinem denotat dict.Alius,& est relatiua,& repetitiua similium. Dict.26.n.1.pag.201.

Similitudinem, sed non per omnia denotat dict. Acsi. Dict.4. pag.193.

Similitudinem importat dict.Prout. Dict.296.n.15.p.318.

SIMONIA non committitur si quid minimum donetur. Axiom.151.n.3.p.97.

SIMPLICITER. Hæc dictio significat,id est sine plica, & duplicatione. Dict.368.n.1.p.360.

Simpliciter positionibus, & non qualificate est respondendum, ibid. n. 2.

Simpliciter positionibus respondere quando dicatur,ostenditur,ibid.n.3.

SIMVL. Hæc dictio denotat congregationem, & connexitatem. Dict 369.n.2.p.361. Et est de natura huius dict.vnire quæ sequuntur cum præcedentibus, ibid.n.3.

SIMVLATIONIS coniecturam faciunt clausulæ insolitæ quando nimia est cautelã.Clauf.73.n.2.pag.8.

Simulationis exceptioni censetur renunciatum per clauf. Renuntians,&c. Clauf.133.n.15.p.141.

Simulationem purgat geminata dispositio, & tollit fraudem. Axiom.105.n.16.p.67.

SIMVLTANEITATEM, congregationem, & vnionem diuersorum denotat,dict.Vnà. Dict.430.n.1.p.382.

SIN AVTEM. Hæc dict.est alternatiua, & aduersatiua, ac qualitates præcedentes repetit. Dict.370. n.1.&2. pag.361.

SINE.Hæc dictio,cui similis Absque, negationem,priuationem,& exclusionem importat. Dict.371. n.1.p.361. Requirit carentiam omnium,ibid.n.3.Adiecta verbo futuri temporis importat conditionem, ibid.num.4.

Sine aliqua exceptione,&c.Hæc clauf. omnem exceptionem, & defensionem excludit.Cl.156.n.1.p.154. Non tollit tamen exceptiones legitimas, & rationabiles,sed tãtum friuolas, ib.n.2.& 3. Nec illas,quæ resultant ex eadem scriptura vbi hæc clauf.est scripta, ibid.n.5. Nec prouenientes ex natura rei, ibid. num.7.

Sine filiis.Hæc clauf.importat conditionem. Dict.371. num.5. pag.361.

Sine præiudicio, &c. Hæc clauf. subintelligitur in omnibus concessionibus aliquando potest stare cum principali dispositione. Clauf.157.n.1. p.155. & in qualibet gratia Papæ, seu in quolibet rescripto, ib.n.2.& 4.Semper intelligitur de alio præiudicio quam expresso,ib.n.5. Operatur tantùm super non expressis in eadem contractu, ibid.n.6. Præseruat ius illius ad cuius fauorem apposita est,ibid.num.7.Reddit actum conditionalem, si & quatenus præiudicium ex actu alicui inferatur, & intelligitur de conditione resolutiua,& non suspensiua, ib.n.8.p.156. Ius tam in petitorio, quàm in possessorio an præseruet,ostenditur,ib n.11.& 12. Præseruat solùm possessionem alterius plenam, ib.n.13. Posita in concessione, quæ est incompatibilis cum dispositione, vel dispositionem vitiat,vel vitiatur à dispositione,ibid.n.14. Non tollit iurisdictionẽ iudicis ad quem in cõmissione,ib.n.16.

Sine præiudicio exequutioni litterarum Apost.Hæc clauf.De stylo signaturæ iustitię apponi solet in commissionibus appellationum ab exequutione litterarum Apost.Clauf.160.n. 1.p.159.Non suspẽdit,nec impedit quin Iudex à quo procedat ad vlteriorem exequutionem,ib.n.4.Intelligitur de literis Apost.tunc expeditis,& non de postea emanatis,ib.n. 7.Iudex ad quem non impeditur ex hac clauf. Quominus possit procedere in iudicio Ordinario,& cognoscere de iniustitia,& nullitate sententiæ,quę opponũtur.ib.n.8.Prouisus ab Ordinario cum non habeat se pro spoliato poterit in possessorio iudicio dare de nullitate,& iniustitia sententiæ stante hac clauf.ibid. n 9 Hæc clauf. venit intelligenda quatenus de iure locus sit,ib.n.10.p.160.Præseruat quod legitimè factum fuit,non illud,quod nulliter,aut iniustè geritur.ib.n.11. Effectus nuius clauf. Consumptus dicitur per executionem factam semel, & per vnicam immissionem etiam nulliter, ibid.n. 13. Iudex ad quem non obstante hac clauf.Potest per viam attentati,& manutentionis reuocare exequutionem factam à Iudice à quo,si non sit ritè, & rectè facta,ibid.n.12. Apposita per Nuncium in commissione directa alicui iudici, non afficit ipsum Nuncium, ibid.n.14.

Sine præiudicio iurium alterius.Hæc clauf.facit exequutorem mixtum. Clauf.157. n.17.p.155.

Sine præiudicio legitimæ exequutionis.Hæc clauf. Præseruat iurisdictionem Iudici à quo,ita vt ipse sine vitio attentatorum exqui possit decretũ per se factã. Clauf. 159. n.1.p.158. Non cõprehẽdit tertiũ,qui nulla est obligatione adstrictus, ib.n.3.Præseruat exequutionem validam, non verò inualidam,ibid.n.5. Tollit solùm id, quod legitimè factum est, non quod nulliter,aut iniustè geritur, ib.n.6. Restringit,& limitat commissionem totam causæ appellationis,ib.n,7.Inhibitio emanata vigore commissionis continentis hanc clauf.Non causat attentata, ibid.num.4.

Sine præiudicio obligationis Cameralis. Hæc clauf. Facit vt non admittatur appellatio nisi ad effectum deuolutiuum, & quod interim exequutio huiusmodi obligationis non possit retardari consumanda per iudicem à quo.Clauf.161. n.1.p.160. Præseruat iurisdictionem iudicis à quo,ib.n.5.Si reperiatur omissa in Commissionibus appellationum caurum in quibus vigore obligationis Cameralis idem fuit, per calonniam omissio huiusmdi extorta censetur.ibid.n.4.

Sine retardatione pensionis.Hæc clauf.solet apponi in commissionibus super nullitate vel reductione pensionis à Papa reseruatæ.Clauf.162.n.2.pag.161.Non ponitur in pensionibus per inferiores à Papa impositis,ibid.n.4.pag.162.Reseruat iurisdictionem exequendi Iudici exequutori à quo, non tamen ligat manus iudici appellationum ad quem, ib. n.6. Procedit quando sententia fuerit lata ad fauorem, & pro validitate pensionis, ib.num.7. Refricit terminos non solum iam maturatos,& decursos non solutos, sed etiam in futurum decurrendos, ibid.nu.8. Non tollit quin litteræ sint iustificandæ si de solutione non constat,ib.num.10 Durat in omnibus instantiis, ibid.n.13. Afficit tertium venientem ad causam pro suo interesse, donec per titularem integrè pensionario fuerit satisfactum, ibid.num.14. Impedit ne pensionem soluere nolens absoluatur, ibidem numero 15. Dat iurisd.ctionem conditionaliter, vt pensio soluatur, interimque suspenditur,ibidem numero decimo sexto. Ita vt sint nulla sententia rata, & omnia gesta non priùs soluta pensione, ibidem numero 17. Non operatur quando constaret de vitio in ventre, ibidem numero 18. & 19.

Nihil operatur quando pensionarius stetit per longum tempus non petendo pensionem,ibid.n.20.p.163. Non dato vbi pensionarius agit contra vnum ex obtinentibus aliquod beneficium de pluribus, super quibus est facta reseruatio, ibid.num.12.

SINGVLA quæ non possunt, multa collecta iuuant quando singula genere suo perfecta sunt, non ita si vitiosa,& genere suo imperfecta sint. Axiom.209.n.1. & 2.p.127.Et procedit in ciuilibus,in quibus agitur de modico præiudicio,secus in criminalibus, ibid.n.3.

SINGVLI. Hæc dictio attribuit actum cuilibet in solidum, & importat diuisionem, & disiunctionem capitulorum. Dict.372. n.1. & 2.pag.362.

Singulis,si sit facienda solutio debet fieri in principio cuiuslibet anni, ibid.n.3.

SINGVLARITATEM denotat, dict. Solum.Dict. 378.n.7. p.364.

SIQVIS. Hæc dictio admodum generalis est, masculinum, & fœmininum sexum comprehendit.Di.373.n.1.& 2.pa.362. Intelligitur de personis, non autem de Collegiis, seu vniuersitatibus,quia veras & non fictas personas comprehēdit, ib.n.3.& 4. Distributiue omnes terminos comprehendit,ib. n.5.Sub conditione prolata an sit signum particulare vnius, an vero distributiuum,ostenditur, ibid.n.6.

Sit.Verbum hoc est canon latæ sententiæ,& importat ipso iure, veluti si dicatur,infamis sit,anathema sit. Dic.374.n.1.p.362.

SIVE.Hæc dictio disiunctiua est,& disiungit verba,sed coniungit significatum,eandémque vim,& naturam habet.Dict. 372.n.1.p.362. Inducit alternatiuam,sicut dict.Aut.ibid.n.2. Argumentatiuæ,seu ampliatiuæ aliquando stat, maximè in dispositionibus fauorabilibus,ib.n 3.Ampliare potius quam restringere & de natura huius dict. ibid. n.4.Inducit argumentum à contrario sensu,ib.n.5. Declaratiuè,seu exponitiuè pro ideſt,quandoque ponitur,ibid.n.6.Denotat ordinem successiuum,ibid.num.7.

Siue præmisso,siue alio quouis modo. Hæc clausa comprehendit omnem modum vacandi.Cl.172.n.2.p.169. Includit vacationem apud sedem, & per obitum in Curia, & per priuationem, & per resignationem, ib.n.3.4.5.& 6. Intrat data saltem de facto vacationē, ib.n.8. & verificato vno modo vacandi ex duobus narratis, ib.n.9. Non capit vacationem inductam per reg.de infirmis , ib. n. 10. Nec se extendit ad personam non expressam,ibid.n.11. Nisi addan.ur verba illa,seu ex alterius cuiuscunque persona, &c. ibid.n.12.Non operatur quando expressus fuerit modus vacandi omnino falsis,ibid.n.13. Nec capit beneficium,quod vacauit de furo,ibid.n.14.

SOBOLIS appellatione continentur non solum filij, sed & nepotes,& pronepotes,& descendentes omnes Appel.244. num.1.p.292.

Sobolis appellatione fœminæ, & descendentes ab eis veniunt, ibid.2.

Sobolis appellatione licet propriè veniant solum nati ex iustis nuptiis,tamen & naturales comprehenduntur,ibid.n.3.

Sola facti veritate inspecta. Hæc claus. Plus operatur quam clauſ.Summariè,&c.Et clauſ. Sine strepitu,&c. Cl.173.n.2. p.570.& similis est clauſ. De bono, & æquo, ibid.n.3.Operatur vt possit Iudex iudicare sicut ipse Princeps , & Manu Regia,ib.n.6.& 7. Intelligitur de ea veritate,cui ius patrocinatur,& procedit solo iure naturali,& gentium inspecto, ibid.n.8. Aufert ordinem iudiciarium , & omnem solemnitatem iuris relaxat, ibid.n.9. Operatur quod procedi possit in causa absque libello,& contestatione,ibid.n.10. Et quod possit Iudex iudicare super causa probata , licet non deducta in libello , ibid. num.11. Tollit libelli ineptitudinem parte non opponente,ib.n.12. Operatur vt causa proprietatis simul cum causa possessionis diffiniri possit, ibidem numero decimo tertio. Et vt possint alij testes produci & examinari publicatis attestationibus,ib.n.14. Et vt possit admittere Iudex probationes non concludentes, & persuasiuas, ib.n.15.p.171. Admittit cumulationem quoad actiones ad remedia, quæ non inuicem contrariantur,ibid. n.16.Prescriptiones exceptionem an tollat,ostenditur,ibid. n.17.Appellationem tollit, ib.n. 18. Feriis rusticis derogat, ib.n.19.Non aufert ius parti quæsitum,ib.n.20.Non admittit exceptiones de iure tertij,ibid.n. 21.Non tollit defensiones legitimas partis,nec eius citationem, ib.n.24. Non excludit ea,quæ sunt alio statuto in specie prouisa,ib.n.25.Attentata non reuocantur stante hac clauſ.ibid.num.22.

SOLEMNITAS non necessaria si minus solemniter fuerit adhibita non vitiat. Axiom.3.n.7.pag.5.

Solemnitas non vitiat si in modico sit omissa. Axi.150.n.3.p.96.

Solemnitas eadem requiritur in reuocatione actus, quæ requiritur in confectione ipsius. Axiom.199. n.9.p.128.

Solemnitates omnes iuris positiui,vt tollantur operatur clausula Summariè, &c. Propter verba , sine strepitu, & figura iudicij. Clauſ. 176. n.11.p.177.

Solemnitatis defectum, & non voluntatis supplet clausula codicillaris.Clauſ.21.n.40.p.24.

Solemnitatem,& formam inducunt,dict. Dumtaxat,& similes taxatiuè appositæ dispositioni de aliquid faciendo.Dict.97. num.9. pag.230.

Solemnitatem supplet clauſ. Omni meliori modo,&c. & conualidat actum inualidum ex omni capite , quo fieri potuit. Clauſ.95.n.13.pag.107.

Solemnitatem non adhibitam in alienatione rei Ecclesiasticæ tollit.clauſ.Supplentes,&c. Clauſ.178.n.3.p.178.

Solemnitates iuris ciuilis,non tamen substantialia iudicij tollit clauſ.Manu Regia. Clauſ.78.n.6.p.84.

SOLITA, seu consueta ab Ecclesia emphyteuticari , possunt in emphyteusim , vel in feudum sine solemnitate iterum concedi. Axiom.21.n.2.p.18.

Solitæ vt dicantur res concedi in emphyteusim requiritur saltem quod bis fuerint concessæ spatio quadraginta annorum. Dict.376.n.3.p.363.

Solitis fieri validum est argumentum. Loco 102. n. 1. pag.333.

SOLITVM dicitur quod pluries obseruatū est.Dic.376.n.1.p.363

Solum quandoque secundum subiectam materiam verificari potest in vna vice,& in vno actu , ibid.n.4.

SOLITVS aliquid facere vt quis dicatur plures actus exiguntur, nec vnus sufficit, ibid.n.2.

Solitus delinquere grauius peccat. Axiom. 68.n.7. pag.44.

SOLVERE. Hoc verbum pertinet ad omnem liberationem, & exigit veram pretij solutionem,ac excludit confessionem, depositam,seu consignationem. Dict.377.n.1.pag.363.

Soluere minus dicitur qui tardius soluit. Axiom. 210. num.9. pag. 128.

SOLVENS de mandato iudicis liberatur,& est securus,ibid. num.2.p.127.

Solvens in dubio videtur solui de pecunia sua,ibidem numero 6.pag.128.

Soluens alij, quam vero creditori non liberatur,ibid.n.7.

Solui non potest aliud pro alio inuito creditori , ibidem numero 8.

SOLVM. Hæc dictio est taxatiua,& limitatiua.Dict 378.n.1. p.364.Excludit personam hæredis , & omnem aliam personam, ibid. n.2.3. Non excludit casus similes posita ratione frequentioris vsus , ibid.n.4. Negatiua, & priuatiua est sicut dict. Tantum, ibid.n.5. Habet negatiuam implicitam quando adiungitur dispositioni affirmatiuæ,ibid.n.6. Denotat singularitatem, ibidem num. 7.

SOLVMMODO. Hæc dictio adiecta potestati aliquid faciendi solummodo in certas personas veluti relinquendi bona solummodo illis de familia,& exclusiua aliorum,qui non sunt de familia. Dict.379. n.1.p.364.

Solus. Hæc dict. exclusiua est omnium aliorum. Dict.380.n.1. p.364. Non excludit personas , & casus similes , præsertim vbi est eadem ratio, ibid.n.2.

SOLVTIONE eius , quod debetur tollitur , & extinguitur obligatio. Axiom.210.n.1.p.127.

Solutionem diminutam non tenetur recipere creditor, ibid num.4.

Solutio facta videtur de reliqua summa quando aliquid petitur de resto,ibid.n.5.p.128.

Solutio venit appellatione satisfactionis. Appell.241. num.1. p.289.

Solutionem non potest recipere procurator ad lites cum clauſ.Cum plena, &c. Clauſ.45.n.16.pag.37.

Solutiones alias præcessisse & factas fuisse præsumptionem inducit clauſ. Pro residuo.Clauſ.108.n.1.p.121.

Solutioni anticipatæ non vti factæ ex pacto,sed vti spontaneæ aduersatur,dict. Autem. Dict.47.n.3.p.210.

Solutionis appellatione venit satisfactio quocunque modo facta per quam tollitur primæua obligatio.Appell,241.n.1. pag.292.

Solutionis appellatione non venit fideiussio , ibid.n.2.

SORORES veniunt fratrum appellatione in materia indiffe

indifferenti, nisi mens disponentis aliter se habeat ex coniecturis, vel quando militat diuersa ratio. Appell.102.n.4. pag. 221.

Specialia duo non possunt concurrere circa idem,& in eodem subiecto. Axiom.211.n.1.pag.128.quando scilicet duo, vel plura specialia veniunt principaliter, non vero in consequentiam alterius,ibid.n.2.

Specialia non passim admittenda, ibid.n.3.

Specialia non debent trahi in argumentum,vel in consequentiam,nisi propter identitatem rationis, ibid.n.4.

Speciale validissimum est argumentum, loco 103. num. 1. pag.333.

Specialis dispositio vno casu facit quod in aliis casibus ius commune sit in contrarium. Axiom.211.n.5.pag.128.

Specialis dispositio derogat generali. Axiom.107. numero 3. pag. 69.

Specialiter. Hæc dictio æquipollet dictioni expressè. Dict.381.n.1.pag.364.

Specialiter quid fieri plus est quam generaliter, ibidem n.2.

Species derogat generi quando in eadem lege sunt verba generalia,& specialia. Axiom.107.num.16.pag.70.

Species quando accedit generi, vel apponitur ad coadiuuandum genus, generi per speciem non derogatur, ibid. n.21.

Speciali derogatur per speciem magis generalem. Axiom.107. n.6.p. 69.

Species diuersas maiores expressis implicat,dict.Etiam,quando aliæ diuersæ non includerentur, quia essent maiores. Dict.112.n.6.p.237.

Species diuersas ab expressis includit, dict. Etiam, ibid. n.15. pag.238.

Speciem diuersam includit,dict.Maximè. Dict.197.numero 2. pag. 275.

Specie ad genus valet argumentum. Loco 104. numero 1. pag.333.

Spem lucri amittens non dicitur propriè pati damnum. Appel.68.n.4.p.132.

Spoliatvs is dicitur qui semel possedit. Axiom.189. n.2.pag.115.

Spoliorvm ad R. Cameram Apost. spectantium nomine continentur bona ecclesiasticarum personarum sine licentia sedis Apost.de eis disponentium,acquisita ob illicitã negationem,relicta illegitimis.& vacantia bona,nec non fructus ante litterarum Apost.expeditionem, aut aliàs malè percepti,Regularium bona extra claustra decedentium, Clericorum bona extra residentiam morientium, fructus beneficiorum Italiæ, reseruatorum,vel affectorum dum vacant.Appel.247.ex n.1. vsque ad n.8.p.292.

Spoliorum nomine ad R. Cameram Apost. spectantium non veniunt ornamenta, & paramenta Ecclesiarum, nec supellectilia domestica, nec bona clericorum, qui beneficia,aut pensiones non excedentes summam ducatorum triginta, habuerunt, ibid.n.9.10. & 11.

Spolietvr. Hoc verbum quia sonat in merum factum, & iuris exequutionem, ideò importat latam sententiam,& ipso iure, etiam quod loquatur per verbum futuri temporis. Dict.382. n.1.pag.364.

Spolii remedium competit pro recuperatione possessionis vigore constituti acquisitæ. Clauf. 31. n 20.p.32.

Sponsæ appellatione quoties de ea in aliqua lege, aut alia quauis parte fit mentio venit sola de futuro, nisi aliud suadeat communis, ac frequens loquendi vsus, eiúsve intentio, qui legem condidit,aut contractum, vel testamentum fecit. Appel.746.n.1.pag.292.

Sponsalia censetur vbi in dubio fit mentio de sponsa, matrimonium vero vbi de vxore loquitur, ibid.n.2.

Sponte. Hæc dictio arguit libertatem præcisam, non autem causam vrgentem.Dict.382.n.2.p.365.Importat voluntatem liberam & propriam, ibid. n.3. Excludit exceptionem metus,ibid.n.5. Denotat spontaneam alienationem,ib. n.6.In contractibus præsumitur apposita de stylo notarij, ibid.n. 7.

Sponte factum dicitur quod nullius petitione, vel instantia factum sit, ibid.n.1.

Sponte dicitur factum quod fit ab eo, qui ex priuilegio cogi non poterat ad faciendum,etsi citatus fecerit, ibid. num.4.

Spvrivs non venit appellatione filij. Appel.40.n.5.p.161.

Spurij nati ex coniugato & soluta veniunt appellatione bastardi. Appell.31. n.3.p.157.

Spurij odiosi sunt, & legibus incogniti, nec filiorum nomine habentur digni. Appell.99.n.32.pag.202.

Spurij non excludunt substitutum sub conditione,si sine liberis,&c.etiam generalibus verbis prolata,ibid.n.33.

Spurij in duplici sunt differentia,vel enim sunt spurij simpliciter,vel ex damnato coitu procreati. Appel.248.n.2.p.293.

Spurij appellatione lato sumpto vocabulo venit ille, qui patrem certum non habet,stricte verò qui natus est ex iis parentibus inter quos contrahere lex vetat, ibid.n.1.

Spurij appellatione in materia fauorabili venit spurius,etiamsi sit incestuosus, secus in odiosa. ibid.n.8.p.294.

Spuriorum appellatione lato sumpto vocabulo veniunt omnes nati extra matrimonium, ibid.n.9.

Stabvlvm venit appellatione domus quando est connexum, & vnitum domui. Appell.82.n.10.pag.182.

Statim. Hæc dictio nullam admittit dilationem, & regulariter intelligitur sine temporis interuallo. Dict.383. n.1. pag.365. Aliquando pro protinus, accipitur,ibid.n.2. Interdum mensem vnum significat, ibid. n.3. nonnumquam cum temperamento intelligitur, ibid. n.4. Significat summariè, sine processu,& sententia,ibid.n.5. Denotat ipso iure, & est significatiua latæ sententiæ. ibid.n.6.

Statvimvs. Hoc verbum est iuris noui inductiuum,significat rem perfectam, habet vim,siue firmitatem diffinitiuæ, non tamen importat præceptum.Dict.384.n.1. & 2.pag.366.

Statvs causæ si non fuerit Papæ narratus nihil operatur, clauf De plenitudine potestatis,Clauf.41.n.41.pag.50.

Statum,& merita causæ, &c. Hæc clausula operatur perir.de acsi integrè processus,ac omnia acta, & partium comparationes fuissent in indiuiduo narrata. Clauf.174.n.1. pag.171. Supplet litis pendentiam malè ex supplicatione narratam, ib.n.2.Nam per hanc clauf.Litis mentio sufficiens facta dicitur,acsi in indiuiduo,& nominatim facta esset,ib.n.3.Tollit omnem difficultatem rescripti,ibid.n.4.Non se extendit ad tollendum id, quod si expressum esset, impediuisset rescripti expeditionem in quo posita est, ib.n.5. Saluat commissionem à subreptione ex taciturnitate quod causa esset instructa, ib.n 6. Nullum operatur effectum quando res iudicata adest, ibid.n.7. Non intrat vbi specialis mentio requiritur,ibid.n.8.

Statvta per Papam edita, seu confirmata non tollit clauf.Non obstantibus statutis Ecclesiæ,&c.Cl.84.n.1.p.96.

Statuta quælibet Prælatorum, & Ecclesiarum citra fundationem condita, censentur sublata per clauf. Non obstantibus statutis Ecclesiæ iuramento,confirmatione Apost. &c.ibid. n 6. p.97.

Statuta Ecclesiarum actu sacerdotium requirentia an & quando per clauf. generales derogatorias in litteris Papalibus positas, sublata censeantur, ostenditur ibid.n.7.

Statutum vel consuetudo quando extat quod verba testamentorum ad litteram intelligantur,tunc substitutus succedet monasterio excluso. Appell.99.n.154. pag.217.

Statutum si in ciuitate extat quod monasterium, vel ingressi in illud, non succedant, seruandum erit, ibid. num. 155. pag.218.

Statutum disponens de consanguineis naturalibus excludit spurios. Axiom.120.n.9.pag.76.

Statutum excludens fœminas postquam dotatæ fuerint,censetur illas includere ad successionem antequam dotentur, ibid.n.10

Statutorum aliquorum exclusio non includit vt alia illicita censeantur approbata, ibid.n.15.pag.77.

Statutum si dicat, quod occidens quomodocumque puniatur, intelligitur & si occidat vel dolo, vel culpa. Dict.330. n.9. pag.343.Idem si dicat quod occidens aliquem quouis modo puniatur. Dict.339.n.7.p.348.

Statutum fœminarum exclusiuum propter masculos operatur earumdem exclusionem ad tempus nimirum quamdiu extabunt masculi.Dict.340.n.2.pag.348.

Statutũ speciale semper prævalet generali.Axio.107.n.8.p.70.

Statum de dote lucranda si vxor absque filiis decesserit, prodest etiam quod cum vno tantum decedat.Dict. 2.n.5.p.193.

Statutum loquens,vel disponens aliquid per verba exprimentia genus includit omnes species sub genere comprehensas.Dict.197.n.6.p.275.

Statuto exclusiuo fœminarum ob masculos stante, tunc fœminæ non comprehenduntur etiam sub verbis aptis eas comprehendere.Appell.70.n.13.pag.175.

Statutorum in dispositione veniunt naturales, nisi ratio statuti solis legitimis conueniat. Appel. 99. n. 47. pag. 204.
Statutum vetans legare vxori, etiam sponsam de præsenti comprehendit. Appel. 279. n. 5. pag. 304.
Statutum odiosum loquens de fratre non comprehendit sororem. Appel. 102. n. 6. pag. 221.
Statutum excludens fœminas propter masculos intelligitur vsque ad decimum gradum ita quod ipse decimus gradus stet inclusiuè. Dict. 437. n. 4. pag. 385.
Statutum disponens circa procuratores, non habet locum in procuratore in rem suam. Clauſ. 71. n. 11. pag. 79.
Statutum disponens quod mulier cum hæreditate non nubat forensi, non habet locum si nubat sine hæreditate. Dict. 75. n. 13. pag. 219.
Statuto singulari super certo beneficio non derogat, clauſ. Non obstantibus statutis Ecclesiæ iuramento confirmatione Apost. &c. Clauſ. 84. n. 5. pag. 97.
Statutum habens quod à pulsu campanæ de sero nullus incedat cum armis sub certa pœna, intelligitur post finitum pulsum campanæ. Dict. 1. n. 4. pag. 192.
Statutum disponens quod bona debitoris possint dari in solutum creditori, intelligitur si debitum est liquidum, aliàs non. Appel. 69. n. 2. pag. 172.
Statutum pœnale non ligat Regem statuentem. Axiom. 206. n. 3. pag. 126.
Statutum si loquatur simpliciter de possessione, habet locum in possessione translata per constitutum. Clauſ. 31. n. 36. pag. 33. Non ita si requirat veram ac corporalem traditionem, ibid. num. 36.
Statutum disponens id, quod ius commune, addit vinculum, & magis ligat. Axiom. 79. n. 4. pag. 50.
Statutum si prohibeat opponi exceptionem doli, vel metus, aut aliam, intelligi debet de simili. Dict. 26. n. 10. pag. 202.
Statuti appellatione venit consuetudo. Appel. 249. num. 1. pag. 294.
Statuto ad pactum valet argumentum, loco 105. num. 1. p. 334. Item à statuto ad contractum, ibid. num. 2. à statuto ad consuetudinem, ibid. n. 3. A statuto ad vltimam voluntatem, ibid. n. 4. Et à statuto ad sententiam, ibid. n. 5.
STIPVLATIONEM importat verbum, Promisit, in instrumento positum. Dict. 290. n. 1. pag. 315.
Stipulatio facta à notario cum clauſ. Pro omnibus, & singulis absentibus, &c. operatur vt ius quæsitum dicatur absentibus sine cessione. Clauſ. 105. n. 1. pag. 120.
Stipulatio si concepta sit pro se absque dictione cæterata, non facit actum personalem. Clauſ. 111. n. 4. pag. 123.
STIRPIS appellatione veniunt solum descendentes, non autem collaterales. Appel. 250. n. 1. pag. 294.
Stirpis appellatione veniunt transuersales si testator vocauit omnes de stirpe, & non extant descendentes, aut si in descendentibus, verificari dispositio non potuit, ibid. num. 2.
Stirpis appellatione veniunt fœminæ, ibid. n. 3.
SVADERE, consulere, & inducere alium ad eligendum minus malum an possit quis, ostenditur. Axiom. 141. num. 8. cum seqq. pag. 90.
SVB. Hæc dict. ponitur pro aliquando, pro Coram, interdum respicit tempus, & exponi solet pro Circa, ac accusatiuo frequenter adiungitur. Dict. 385. n. 2. & 3. pag. 366.
SVBIACEO. Hoc verbum siue in præterito siue in futuro tempore denotat latam sententiam. Dict. 387. n. 1. pag. 366.
Subiecta talia sunt qualia prædicata demonstrant. Axiom. 212. num. 1. pag. 128.
SVBITO. Hæc dictio denotat latam sententiam, nec vlla iudicis est necessaria ad exequutionem pœnæ. Dict. 388. n. 1. pag. 366.
SVBLATA, &c. Hæc clauſ. Iudici os claudit, & illi tollit facultatem aliter iudicandi. Clauſ. 175. n. 3. pag. 173. & declarandi etiam super solo facto, ibid. num. 21. pag. 174. Ita vt processus, aliàs factus, absque eo quòd apponatur exceptio, sit ipso iure nullus, ibid. n. 5. pag. 173. Comprehendit omnes Iudices quauis dignitate fulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, ibid. n. 7. Ligat ignorantes, & omnes futuros quoscumque Iudices, ibid. n. 9. Obstat iudicio possessorio etiam summarissimo manutensionis, ib. n. 11. p. 174. Regulæ Cancellariæ quamuis sint fauorabiles, opponi non possunt stante hac clauſ. ib. n. 10. Contra dispositionem continentem hãc clauſ. Non potest etiam per viam replicationis aliquid opponi, ib. n. 12. p. 174. Acta gesta ante, & post oppositionem huius clauſ. Sunt nulla ipso iure, ibid. n. 14. Iudex inferior iudicare non potest contra formã gratiæ cõmentis hanc cl. ib. n. 15. Hæc clauſ. Tollit omnem consuetudinem contrariam, ib. n. 23. Inficit titulum & possessionem, ibib. nu. 24. Oris aperitio tollit rigorem huius clauſ. Et dat facultatem impugnandi breue, ib. n. 6. p. 173. Signatura iustitiæ non potest aperire os ad impugnandam concessionem, cui adiecta est hæc clauſ. ib. n. 18. p. 174. Os contra hanc clauſ. Aperiri nequit sine derogatione reg. de iure quæsito non tollando, ibid. num. 19.
Sublata, &c. Hæc clauſ. non operatur in gratia conditionali ante conditionis euentum. Clauſ. 175. n. 31. p. 165. Nec operatur vbi pars ad cuius fauorem apposita est, curasset committi causam super validitate gratiæ, ibid. n. 37. nec quando est detecta falsitas narratorum, ib. n. 40. p. 176. Nec operatur quominus ordinarius auctoritate Concilij ex officio reuidere possit vniones factas à quadraginta annis citra, cũ hac clauſ. ib. n. 45. Non ampliat dispositionem principalem, nec se extendit vltra eius limites, ib. n. 30. p. 175. Non obstat dicenti gratiam non comprehendere casum de quo agitur, ib. n. 32. Non impedit quominus iudex possit videre de cõprehensione, ib. n. 33. Non habet effectum cum dispositioni, cui adiecta est, derogatur per contrariam legem, ib. n. 34. Non obstat si pars ei renuntiet, ibid. n. 36. Non obstat quando est in casibus, in quibus priuilegium est munitum non intrat, ib. n. 39. Non tollit priuilegium competens de iure speciali, ib. n. 41. Cessat cessante dispositione in qua apposita est, ib. n. 42. p. 176. Non obstat cum quis agit de retractanda executione gratiæ, cui adiecta est, ib. n. 43. Nec obstat sententiæ, quæ de ea mentionem non faciat, ibid. n. 46. Non operatur quando est sola, nisi veris existentibus narratis, ibid. n. 47.
SVBREPTIO omnis quantumcumque modica stante clauſ. Si preces veritate nitantur, vitiat gratiam. Cl. 166. n. 10. p. 166.
Subreptionem omnem ex eo quòd aliter sit narrata gratia præcedens quam constaret, cessare facit clauſ. Pro expressis. Clauſ. 102. n. 11. pag. 117.
Subreptionem gratiæ factæ ad instantiam partis sine causæ cognitione non tollit clauſ. Pro expressis, sicut nec tollit subreptionẽ quãdo agitur de præiudicio tertij. ib. n. 17. p. 118.
